LV
G
8
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LV
G
8
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

AUBERTI MIRÆI

CATHEDRALIS ECCLESIÆ ANTVERPIENSIS DECANI

OPERA DIPLOMATICA, ET HISTORICA,

IN QUIBUS

Continentur Chartæ Fundationum ac Donationum piarum, Teſtamenta, Privilegia, Fœdera Principum, & alia tum ſacræ tum profanæ Antiquitatis Monumenta, à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibuſque Belgii edita, & ad Germaniam inferiorem, vicinaſque Provincias ſpectantia, ex ipſis Tabularum publicarum fontibus eruta.

EDITIO SECUNDA

AUCTIOR ET CORRECTIOR.

JOANNES FRANCISCUS FOPPENS, BRUXELLENSIS, S. T. L. Cathedralis Eccleſiæ Brugenſis Canonicus, in alma Univerſitate Lovanienſi Philoſophiæ Profeſſor Notas & Indices addidit, Diplomata multa cum ſuis Originalibus contulit, aliaque plura hactenus inedita adjunxit.

TOMUS SECUNDUS,

Continens tria Auctaria, ſive Supplementa Diplomatica, & tres Indices, unum Chronologicum, alterum Topographicum, ſive Capitulorum, Abbatiarum, &c. & tertium Genealogicum, ſeu Familiarum, quarum mentio fit in hiſce Operibus.



BRUXELLIS,

Typis FRANCISCI FOPPENS, ſub ſigno S. Spiritûs.

M D C C X X I I I.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Quod Aubertus Miræus, inter Viros de Republica Litteraria optimè meritos celeberrimus, ſuperiori ſæculo aggreſſus eſt Opus ſanè magni moliminis, quodque in immenſum deduci oportuerit, id nos hocce Supplemento non quidem perficere, ſed continuare ſtuduimus. Quod quidem ut gratiore apparatu in publicum prodiret, præcedente volumine collegimus Auctoris noſtri Opera Diplomatica, quæ quò rariora erant illuſtrium Bibliothecarum ornamenta, eò avidiùs quocumque etiam pretio expetebantur. Hæc verò quàm ediderimus emendatiora ſimul atque auctiora, in prioris Tomi Præfatione noſtra expoſuimus. Ordinem tamen Diplomatum ſubinde mutare oportuit, eò quod plurima occurrerent bis tertiòve repetita: è quibus illa ſola ſelegimus, quæ erant magis integra atque authentica.

Equidem ſi æſtimatione publicâ Operum Miræi, liceat nobis ſucceſſum laboris noſtri metiri, præjudicium habemus favoris & fiduciæ, fore ut Auctarium hoc, Lectori germanæ antiquitatis ſtudioſo non minùs placeat. Miræum, quantum licuit, ſumus imitati: ſelegimus Diplomata, quæ illuſtrandæ Hiſtoriæ apta ſint potiſſimùm ſubſervire, ſubjunctis inſuper Notis, quibus difficiliora quæ inibi occurrunt, explanantur. Plurima excerpſimus ex probatiſſimis libris,

quos vel magnitudo pretii, vel paucitas exemplarium obvios eſſe non ſinit: ut doctiſſimi Mabillonii de Re Diplomatica, Sanderi de Rebus Hiſtoricis Brabantiæ ac Flandriæ, Butkens de Trophæis Brabantiæ, aliorumque, qui ſimili labori inſudarunt; adeo ut Supplementum hoc, Spicilegium præclariſſimorum Monumentorum appellare audeamus.

Suffragati plurimùm ſunt Operæ noſtræ Illuſtriſſimi variorum Epiſcopatuum Præſules, variorum Monaſteriorum Abbates, Capitulorum Secretarii, Archivorum Cuſtodes, aliique Viri eruditi, & publicæ utilitatis amantes, qui Diplomata hactenus anecdota nobis edenda ſubminiſtrarunt, tuo ſanè, ut optamus, Lector benevole, commodo magis quàm noſtro, quibuſque in margine adſcriptis rogamus ut grati ſerves nobiſcum animi memoriam.

Denique tres Indices generales, tam Operibus Miræi, quàm Supplemento noſtro communes adjecimus: priorem Chronologicum, juxta ſeriem Diplomatum: alterum Alphabeticum & ſimul Topographicum Capitulorum, Abbatiarum, Prioratuum, aliorumque Monaſteriorum, de quibus extant Diplomata, inveſtiganti compendioſum: tertium demum Genealogicum illuſtrium Familiarum, quarum in his duobus Tomis ſparſim fit mentio.

Cæterùm ſi reliqua celebratiſſimi Miræi Opera erudite Lector deſideres, ſimilibus prælo, Tomiſque evulgari, hoſce duos Tomos cum benignè ſuſceperis, ſtimulum addes, ut ad eorum editionem novam procurandam nec ſumptûs nos pigeat nec laboris.



AUCTARII

Ex variis Diplomatibus, Monumentis &c. collecti, quæ hiſce Auberti Miræi Operibus, tanquam SUPPLEMENTUM adnectere operæ pretium viſum fuit,

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

PIPINUS *Heriſtallius Major Domûs Regiæ, & PLECTRUDIS Conjuges, donant S. Willibrordo medietatem Epternaci Oppidi anno 709, ad fundandum illic Cœnobium Benedictinorum: alteram medietatem donante S. Irmina, juxta Tabulas editas à Miræo Lib. II. Diplom. Belgic. cap. IV.*

Ex Brouwerii Annalibus Trevirensibus.

EGo in Dei nomine Illuſtris Vir PIPINUS * Filius Anſgiſi quondam, necnon Illuſtris Matrona mea *Plectrudis*, filia quondam Hugoberti, reputantes varios nobiſcum humanæ fragilitatis caſus, quo nimirum & præteritæ vitæ poſſimus abluere ſordes, & donante Domino ad æterna gaudia pervenire, donamus Monaſterio, in loco, qui cognomentum gerit *Epternacum*, Pagoque Bedenſi ad Suram amnem exſtructo, cui Virum ſtrenuum & Dei cultorem Apoſtolicum Willibrordum Epiſcopum, cum turba Monachorum impoſuimus, illud Epternaci dimidium, quod Theodharius quondam Dux ibidem obtinuit, & poſtea Filius ejus Theodardus Nobis quondam tradidit; iis tamen facultatibus exceptis, quas Irmina in ipſo Epternaco poſſedit.

* Vide pag. 492. & 642.

ACTUM Gaimundis III. Idus Maias, Regni Domini noſtri Childeberti anno XII.

Pipinus & Plectrudis,

Item Chudbertus, Bernarius, Chanibaldus, Conſtantinus, Joſephus, Winetharius, ſubſcripſère.

CAPUT II.

CAROLUS SIMPLEX *Francorum Rex, Epiſcopo Leodienſi Stephano donat Abbatias Haſterienſem ad Moſam, & S. Rumoldi Mechlinienſem, anno 910.*

Ex Libro Chartarum Eccl. Leodienſ. num. 142.

IN NOMINE Sanctæ & Individuæ Trinitatis, CAROLUS Divinâ propiciante clementiâ, Rex Francorum. Si congruis Fidelium noſtrorum petitionibus aurem noſtræ munificentiæ aperimus, eorum propenſiùs animos ad noſtram fidelitatem invitamus.

ANIMADVERTERIT igitur Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque Fidelium, tam in præſenti, quàmque in futuro tempore ſuccedentium induſtria, quia noſtræ Dignitatis ſublimitatem, cum omni humilitate adeuntes, Comes Reynerus & Demarcus, & Rotbertus Comes & Demarcus, nec non & Rotbertus Nobis dilectus, pronis flagitaverunt genibus, ut quamdam Abbatiam nominedictam (1) *Haſteriam*, quam Comes Windricus, per Præceptum habebat Regale, quæ ſita eſt in Comitatu Colvenſe, ſuper fluvium Moſam; ipſo conſentiente & deprecante,

Kkkkk per

(1) HASTERIA fuit olim Abbatia Monialium in Comitatu Namurcenſi, quæ nunc unita eſt Abbatiæ Walciodorenſi; de qua vide ſupra pag. 260. in Notis.

per noſtræ authoritatis Præceptum Sanctæ Mariæ & Sancti Lamberti contuliſſemus, eâ ſcilicet ratione, quatenus eandem Abbatiam & alteram in honore (2) S. Rumoldi Martyris conſtructam, quæ ſita eſt in Comitatu Penis ſupra fluvium Tameram*, quæ etiam ſub poteſtate Stephani, ſanctæ Tungrenſis Eccleſiæ Epiſcopi, habebatur, ipſo etiam conſentiente & deprecante, diebus vitæ ſuæ & Uxoris ejus, nomine Cunegundis, & unius Filiorum ipſorum, videlicet noſtri Nepotis Adelberonis poſſideant, cum omni integritate. Quorum libentiſſimè precibus annuentes, concedimus animo libenter, quod noſtram Majeſtatem deprecatum eſt humiliter: ac tamen, ut ſupradictum eſt, diebus vitæ ſuæ & Uxoris ejus, & unius Filii ipſorum habeant, teneant atque poſſideant ſupraſcriptas Abbatias; cum Eccleſiis & mancipiis utriuſque ſexûs, terris cultis & incultis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve diſcurſibus, & omnibus juſtè & legaliter ad ſe pertinentibus; jure ſiquidem beneficiario & uſufructuario, poſt illorumque ab hac luce diſceſſum, nemine contrariante, præmemoratæ Abbatiæ revertantur ambæ, cum omni integritate, ad eandem poteſtatem, de qua Maſlinas fuiſſe noſcuntur.

* Demer.

Et ut hoc noſtræ Auctoritatis Præceptum firmius habeatur, veriuſque credatur, & attentiùs obſervetur, manu propriâ ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus....

(2) S. Rumoldi Abbatia ſæcularis & Collegium Clericorum in Urbe Mechlinienſi, quæ olim ad Leodienſes Epiſcopos pertinuit; uti & patet ex Diplomatibus editis pag. 212. 593 & 1017. Quin & dignitas Abbatialis ſive Præpoſitura ita erat reſervata Eccleſiæ Leodienſi, ut olim qui Capitulo Mechlinienſi præerat è Cathedrali Capitulo Leodienſi ſemper eligi deberet. Vide pag. 1019.

CAPUT III.

Idem Rex Carolus *confirmat anno* 914. *Fundationem Abbatiæ Bronienſis Ord. S. Ben. in Comitatu Namurcenſi, factam à Venerabili Gerardo Abbate.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

Notum ſit omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris, præſentibus, atque futuris, quia adeuntes noſtram Serenitatem Comites Venerabiles Hagano*, & Ermenſridus adduxerunt ſecum Virum Venerabilem Servum Dei † Gerardum, qui * *Bronium* Monaſterium in Pago Lomacenſi ſuper rivum *Bornon* ſitum, ubi Pipinus Filius Anſigiſi juſſit Oratoriolum exſtrui ſuis fidelibus, & Beatiſſimum Lambertum Eccleſiæ Tungrenſis Epiſcopum piâ peroratione fecit dedicare in honore perpetuæ Virginis Mariæ, Sanctique Joannis Baptiſtæ, atque Clavigeri Chriſti & Apoſtolorum Principis Petri, reſtruxit, & amplificavit in melius.

*Hagano. Vide pag. 34 in Notis

† Gerardus. Vide pag. 542

* Bronium Vide pag. 18 . in Notis.

Completo itaque jam dicti loci ædificio, adiit Vir Dei Pariſiacenſe Territorium ad Monaſterium Sanctorum Martyrum Dionyſii, Sociorumque ejus. Impetravit, quod diu deſideravit, Theſaurum, egregii ſcilicet Martyris Eugenii Toletanæ Sedis Epiſcopi Corpus nobiliſſimum, cum aliorum multorum Pignoribus Sanctorum, & cum magna exultatione aſportavit ad jam dictum locum.

Humiliter ſunt deprecati jam dicti Fideles noſtri, quòd pro amore Dei, & reverentia ipſius ſancti loci, præfatum Monaſterium noſtrâ quoque confirmaremus Autoritate. Quorum petitioni libenter acquievimus, & ita in omnibus conceſſimus; atque per hoc Præceptum noſtrum confirmavimus.

Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Epiſcopus, neque Judex publicus, nec quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias, aut locum, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Monaſterii, quas moderno tempore infra ditionem Regni noſtri juſtè ac rationabiliter poſſidet, vel ea, quæ deinceps in jure ipſius loci voluerit à Catholicis Viris Divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda, vel manſiones, aut ſilvas, vel paradas faciendas, aut Fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem Monaſterii tam ingenuos, quàm ſervos, ſuper terram ipſius commanentes, injuſtè diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut inlicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat.

Item ob amorem Dei, & reverentiam ſuprà dictorum Sanctorum, propter ſtabilitatem jam dicti locelli ſtatuimus, atque jubemus, ut nullus Chriſtianus, Laïcus, neque Clericus præſumat in circuitu jam dictum Monaſterium in Villa Bronio, neque in aliis, qui propè ſunt Monaſterii, unde homines ibi commanentes decimam propter remedium animarum ſuarum, in jam dictum locum Deo exſolvere debent, herbegare, nec in manſiones, neque in annonas, vel pratis audeat caballos ſuos repaſcere; nec ullum hominem, neque feminam, aut pecora, vel caballos ibi per poteſtatem, ſine licentia ibi Deo ſervientium apprehendere præſumat; ſed liceat memorato ſervo Dei Gerardo, atque Abbati, cui commendaverit regere ſuprà dicti loci, ſuiſque Succeſſoribus res prædicti Monaſterii, ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere.

Obnixè denique omnes Succeſſores noſtros iſtius Regni futuros obſecro, ut quod ſalubri & neceſſariâ devotione, ob Dei amorem, & ſupra dictorum Sanctorum, ad animarum ſalutem egimus, inviolabiliter perpetim obſervare procuret.

Datum ſexto Kalendas Septembris, Indictione ſecundâ, anno vigeſimo nono regnante Carolo Rege glorioſo, redintegrante vigeſimo quarto, largiore verò hereditate indeptâ decimo. Vide pag. 37.

Actum Aquiſgrani Palatio, anno ab Incarnatione Domini nongenteſimo decimo quarto. 914.

CAPUT IV.

OTTHO II. *Imperator donat Notgero Epiſcopo Leodienſi Abbatias Lobienſem, Foſſenſem, & Gemblacenſem anno* 984.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO divinâ favente clementiâ Rex, &c. Fideli noſtro Notkero Venerabili Epiſcopo, & omnibus, qui poſt eum in Leodienſi Eccleſia futuri ſunt Epiſcopi, confirmamus has Abbatias: Laubienſem, & Foſſenſem, cum omni integritate ſuâ, & Comitatum de Brunengerunz, & in Trajecto quicquid regalis Jus fiſci exigere poterat in moneta, in telonio, tam in navibus, & ponte, quàm ſoro, & vicis, exitibus, & reditibus ipſius loci.

CONCEDIMUS etiam, & confirmamus ei Abbatiam S. Petri, in loco qui dicitur *Gemblues*, in Comitatu Darnuenſi, cum omnibus ad eam pertinentibus mobilibus, vel immobilibus, tam his, quæ inſra ditionem ejuſdem Abbatiæ in præſenti conſiſtunt, quàm & illis, quæ Divina largitas illic conferri, & augeri diſpoſuerit.

HANC itaque Abbatiam omnino liberam, præfatæ Leodienſi Eccleſiæ confirmamus, & in perpetuum poſſidendam concedimus eo rationis modo, ut nullus Comes, vel ſub Comite agens, nullus Advocatus, vel quælibet ſecularis Perſona, ad cauſas audiendas, vel ad aliqua diſtrictionis negotia exercenda, ipſam Abbatiam, & ei ſubdita loca intrare, & inquietare præſumat, ſed Leodienſis Epiſcopi proviſioni, ordinationi, tuitioni ſubjaceat; talemque loco illi Leodienſis Epiſcopus Tutorem & Advocatum præficiat, ſub quo res, & homines Abbatiæ defendantur, & conſerventur, ut deinceps augmentum, & ſupplementum ſint uſibus inibi Deo ſervientium...

CAPUT V.

OTTHO III. *Imperator in gratiam Notgeri Leodienſis Epiſcopi, & Heriberti Abbatis, ſui quondam Præceptoris, benefacit Abbatiæ Bronienſi ſeu S. Gerardi, anno* 992.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

NOTUM ſit omnibus noſtris præſentibus, atque futuris, qualiter vir venerabilis (1) Notgerus Leodienſis Epiſcopus Serenitatem noſtram adierit humiliter petens, ut ad quoddam Monaſterium nomine (2) *Bronium*, ſuæ Eccleſiæ ſubjectum, in Pago Lomacenſi ſitum, ubi requieſcit corpus S. Eugenii Epiſcopi & Martyris, necnon & multa Pignora Sanctorum, ſecum dignaremur venire, & præſatum Monaſterium ſub noſtri mundiburdii tuitione ſuſciperemus, & eumdem locum cum omnibus, quæ ad ipſum pertinent, noſtro Præcepto noviter confirmaremus, ſicut Anteceſſores noſtri Imperatores jam pridem conſervandum ſuſceperant, & omnia jura ipſius, Imperialibus Præceptis confirmaverant.

NOS verò ejus piæ petitioni aſſenſum præbentes, cum ipſo Bronium venimus, & propter Divinum amorem, ſive propter recordationem priſtini amoris Domini (3) HERIBERTI Abbatis, qui jam multo tempore Doctor meus, & Capellanus mihi cariſſimus extiterat, & ſub præſenti tempore eidem Monaſterio præeſſe videtur, hunc locum cum ſuis appendiciis, Villis, & vicis, & poſſeſſionibus, & familiâ utriuſque ſexûs ſub noſtræ emunitatis defenſione ſuſcepimus, & hac noſtræ Præceptionis Auctoritate confirmamus;

PRÆCIPIENTES firmiter Regiâ poteſtate, ut nullus Epiſcopus, nullus Dux, vel Comes, ſive publicus Judex, ſeu alia quælibet Perſona magna, ſive parva, hoc Monaſterium, aut loca ad ipſum pertinentia, deinceps intrare audeat ad cauſas audiendas, ſeu freda, & tributa exigenda, aut ſervos, vel ancillas, ſive homines hujus Eccleſiæ injuſtè diſtringendos, nec ad ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas. *Et poſt pauca.*

COMITI etiam (4) Namuci (5) ADELBERO, Succeſſoribuſque illius præcipimus, ut loco noſtri tueantur jura hujus Eccleſiæ, nec quicquam de his, quæ conceſſimus ei, audeant ſibi uſurpare, ſed causâ noſtri liberent eam ab omni inimicorum infeſtatione.

SI autem ipſi, quod abſit, aliquando eam oppreſſerint, & jura, vel bona ipſius violenter invaſerint, ſi ad noſtram audientiam Fratres detulerint querelam, ab eis omnem repellemus calumniam.

SI in remotis partibus Nos, vel Succeſſores noſtri fuerimus, & non poſſint ad Nos venire, ſub eodem tempore oppreſſionis, ad Epiſcopum Leodienſem deferant Fratres hoc noſtrum Privile-

Privilegium; & Nos mandando præcipimus ei Regiâ Autoritate, ut diſtricto examine anathematis aſtringat adverſarium Eccleſiæ :

Et ſi infra quadraginta dies admonitionis, & excommunicationis à calumniâ & injuriâ noluerit ceſſare, tunc demum Epiſcopus, & Abbas hujus loci, quem voluerint, de Regni mei Principibus eligant, & eum Advocatum, & Defenſorem Eccleſiæ ex parte noſtra conſtituant, & ille Imperiali Majeſtate communitus, Eccleſiam, & omnia, quæ illius ſunt, niſibus totis defendat, & in pace reſtituat.......

Data II. Kalendas Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo nonageſimo ſecun- 992.
do, Indictione quintâ, anno autem tertii Ottonis regnantis nono.

Actum Bronii feliciter amen.

(1) Notgerus Leodienſis Epiſcopus, de quo vide plura ſuperiùs pag. 254. 508. & 657.

(2) Bronium, ſeu S. Gerardi Abbatia, de qua ſuprà egimus pag. 184.

(3) Heribertus primus poſt S. Gerardum Abbas Bronienſis, antea fuerat Pœdagogus & Sacellanus Othonis III. Cæſaris. Obiit pauló poſt annum 992.

(4) Nanuci. Vide ſuprà pag. 184.

(5) Adelbern, aliàs Albertus, primus in Serie Comitum Namurcenſium, de quo ſuprà pag. 196.

CAPUT VI.

S. Henricus *Imperator confirmat Fundationem Collegii Canonicorum in Eccleſia Sanctæ Crucis Leodii, factæ per Notgerum Epiſcopum Leodienſem, anno* 1005.

Ex Hiſtoria Leodienſi & Fiſen.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Divinâ diſponente clementiâ Rex à Deo coronatus, & ab omni plebe in Regnum glorificè exaltatus.

Quicumque Catholicorum, ...

Quapropter notum eſſe cupimus, ... qualiter Vir magnæ ſanctitatis, & ſatis dignæ reverentiæ Dompnus Notgerus Epiſcopus Eccleſiæ S. Mariæ, Sanctique Lamberti Martyris Proviſor, & Cuſtos, ſtudio Divini amoris ſuccenſus, Eccleſiam quamdam in Urbe Leodio à fundamentis exſtruxit, in memoriam videlicet & laudem Ligni S. Crucis, & Canonicorum Cœnobium ibidem inſtituit, & pro promerenda æterna vita, ex ſumptibus ſuis in eodem loco Deo militantibus ſtruendam decenter ornavit; ut Sanctorum Patrum Inſtituta ſequentes, die noctuque ſerviant pro pace Regni noſtri, & incolumitate noſtra; & dilectiſſimæ Conjugis noſtræ, & pro unanimitate Chriſtianæ Fidei, ad Deum indeſinenter preces fundant, unà cibum capiant, pariter dormiant, totoſque ſe Divino Cultui mancipent.

Quare idem præfatus Antiſtes adiit præſentiam dignitatis noſtræ, humiliter ſupplicans, ut id, quod induſtria Pontificalis ſagaciter diſpoſuerat, Regalis manûs firmitate inconvulſum & indiſſolubile permaneat.

Assignavimus autem eidem Eccleſiæ per interventum ejuſdem Præſulis loca quædam Congregationi pro opportunitate adminiſtranda, videlicet in Pago Arduennæ Berthoniam Villam, &c. ... .

Et ut hæc collatio Divinæ ſervituti addicta ſecundùm præfatam definitionem inviolabilis, & indiſſolubilis jure permaneat, Edicto banni noſtri confirmari juſſimus, & hos apices Majeſtatis noſtræ inde fieri præcepimus; per quos decernimus, atque jubemus, ne quis in poſterum aliquo ſtimulo malitiæ tactus, huic Præcepti noſtri traditioni audeat contraire.

Sed ſicut à præfato Præſule ſecundùm Dei placitum eſt ordinatum, ſic in omni ſuccedente poſteritate indiſcuſſum, & immutilatum, Decreto firmitatis noſtræ irrevocabilem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, dexterâ Regali conſignavimus, & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Data Nonis Aprilis, anno Dominicæ Incar-
nationis milleſimo quinto, Indictione tertiâ, 1005.
anno Domini Henrici ſecundi Regis tertio.

Actum Aquiſgrani in Dei nomine feliciter. Amen.

Leodienſis Eccleſia Collegiata S. Crucis ſumptibus *Notgeri* Leodienſis Epiſcopi ædificata fuit, qui eam conſecravit anno 979 die 23. Octobris, in eaque inſtituit & fundavit quindecim Canonicos. Horum numerum poſtea an. 1044. auxit *Wazo* Leodienſis Epiſcopus uſque ad viginti quinque; qui tandem ad triginta aſcendit, cum Præpoſito & Decano, quorum ille è gremio Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis S. Lamberti eligendus erit. Unam è Præbendis poſſidet Abbas Belli-reditus Ordinis Præmonſtratenſis Leodii, aliam habent PP. Jeſuitæ, pro onere docendi humaniora.

Porrò hoc Templum in illo Urbis editiſſimo loco Notgerus ædificari curavit, ut præpediret extructionem arcis, quam quidam potens in armis meditabatur ibidem extruere, qua Urbs impugnari poterat & ab illius habitatoribus Clerus & populus opprimi.

Vide Anſelmum lib. 2. *de Geſtis Epiſcoporum Leodienſium cap.* 26. item *Chapeauville*, *Fiſen &c.*

CAPUT

CAPUT VII.

Anſfridus, *è Comite Bratuſpantium, Huenſium ac Lovanienſium, electus Epiſcopus Ultrajectenſis fundat ac dotat anno* 1006. *Abbatiam Benedictinorum in Monte Sancto apud Amerſfortum, quæ dein tranſlata fuit Ultrajectum ſub Invocatione S. Pauli.*

Burkens Genealog. in Probat.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus ſub Chriſtianæ Religionis norma degentibus, qualiter Ego (1) Anſfridus, licet indignus Trajectenſis Epiſcopus, in loco qui vocatur (2) *Hoborſta*, ædificari præcepi Cellulam, in primis in honorem Dei Noſtri Jesu Christi conſtructam nec non glorioſiſſimæ Genitricis ejus Mariæ, ſed & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli meique Patroni ſpecialis S. Martini, ea ratione ut inibi Fratribus Monachis ſub S. Benedicti Regula feliciter vivere cupientibus dies ducere liceat huic vitæ conceſſos.

Ut autem locus prædictus in Dei ſervitio firmiùs poſſit eſſe ſtabilitus, jam dictis Fratribus tradidi quidquid viſus fui habere in Villa *Thrile*, in Pago Teſterbantenſi, cum omni Familia cunctoque ſervitio & diſtrictione, ita ut omni tempore tenui atque poſſedi, abſque ullius contradictione, Regali ſcilicet manu, traditione ac ſtipulatione nobis conceſſum.

Et in *Twenthe* dimidium censûs theloniarii & monetæ, & foreſte in *Rumelo*, & quartam partem ſilvæ in *Fugth-houte*.

Præter hæc tradidi inter Villas *Heſe* & *Soys* quatuordecim manſos cum prædio *Hoborſt* prædicto cum mancipiis & omnibus appenditiis, ſilvis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, acquiſitis & acquirendis, quod dedit quondam Garwardus Miles S. Martino, & navale quoddam de Monte *Hoborſt* uſque in *Bachevorth*.

Addidi etiam has Eccleſias, *Ermelo*, *Maſemunſter*, *Livemunſter*, *Leyre*, *Suindrecht*, *Hamerthe*, *Loyſden*.

Actum eſt hoc publicè coram idoneis Teſtibus in Baſilica S. Mariæ & S. Martini in Hohorſt, ipſo die Dedicationis ejus, XIV. Kal. Decembris, anno ab Incarnatione Domini M. VI. 1006.
Indictione IV. regnante Henrico II, Imperii ſui anno quinto.

(1) Anſfridus ex Bratuſpantium & Hoienſium Comite factus Epiſcopus Ultrajectenſis, obiit anno 1008. De eo vide ſuprà pag. 41. 51. & 52. Uxorem antea habuerat Hilſundem Comitiſſam de Streyen, quæ fundavit Capitulum periliuſtre Canonicarum Thorenſium, ut ſuprà dictum fuit pag. 146.

(2) Hohorsta, vulgò *Horſt*, olim quoque dictus fuit Mons Sanctus, prope Amerſfortum ditionis Ultrajectinæ Oppidum, in quo extructa fuerat ab Anſfrido Abbatia Benedictinorum, poſtmodum tranſlata Ultrajectum. De eadem egimus ſuprà pag. 553.

CAPUT VIII.

Godeschalcus Morialmæus, *Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitus fundat Collegium Canonicorum in Eccleſia S. Bartholomæi Leodii; eamque fundationem confirmat Raginerus Epiſcopus Leodienſis anno* 1031.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

IN nomine Sanctæ & Individuę Trinitatis. Cùm beatæ memoriæ Godeschalcus Præpoſitus ab ipſis fundamentis crexiſſet Baſilicam S. Bartholomæi ſuis expenſis in ſuburbio Leodienſi, ſuiſque patrimoniis inibi duodecim conſtituiſſet Canonicos; ſcilicet de Allodio de *Lynſen*, & de *Jaiſt*, & de *Flirreis*: Fideles de animabus ſuis ſolliciti, ſpe retributionis æternæ, ſeduli illi affuerunt conſilii, & operationis juvamine.

Tradidit ergo Baldricus Epiſcopus Allodium de *Butines*, Allodiumque de *Aila* cum Eccleſiolis ſuis, ad Altare ipſius Apoſtoli per manus Fratris ſui Giſleberti Comitis de Lon. Wolbodo Eccleſiam de *Nalynes*; Nezelo Tolenſis Epiſcopus, prædicti Præpoſiti Nepos, Allodium de *Duſelon*, additis ad ſupradictum numerum Canonicorum quinque Clericis, præter beneficium Præpoſiti, Decani & Scholaſtici.

Ego quoque Raynardus Epiſcopus, ultimus omnium, qui hæc ſcribi feci, volens tantorum imitator fieri Virorum, & cooperator tam fructuoſi operis, præfato numero tribus adjectis, viginti Canonicorum numerum ſupplevi, datis ad Præbendam quotidianam ſeptem manſis cum dimidio, cum Matre Eccleſia, & dote ſua apud *Liſmunt*, quæ legaliter acquiſivi à Raynero Fratre Roberti Archidiaconi, & legaliter tradidi per manus Wigeri Advocati, ad prædictum

ctum Altare ipſius Apoſtoli, Raynero præſente, & libenter annuente, quia videbat de ſuis Patrimoniis Sanctam Dei Eccleſiam augeri, & creſcere. Sed quia medietatem ipſius Eccleſiæ dederat Fratri ſuo prædicto Archidiacono in vita ſua poſſidere; ne poſt illius deceſſum errore aliquo pateretur diſpendium Eccleſia, communi omnium conſilio fuit ſtatutum, ut ſingulis annis ſolveret pro reſpectu quinque ſolidos Fratribus ipſius loci.

Dedi prætcrea ipſi Apoſtolo quaſdam novas decimas, in generali Synodo meis uſibus adjudicatas in Villa, quæ dicitur *Jambinnel.* Quâdam poſtmodum die, cùm Milites mei, & Clerici ad colloquium conveniſſent Leodii, hanc feci Scripturam in auditu omnium recitari, & impreſſione nominis mei ſignari, interdicens ſub anathemate, ne quis hæc auderet ulteriùs infringere.

Quia verò non permiſit numeroſitas omnes, quotquot ibi fuerunt Teſtes, ſcribere, judicavi quorumdam majorum nomina ſubnotare.

De Clericis.

Johannem Præpoſitum,
Waſonem * Decanum,
Rotbertum,
Sicconem,
Geldradum,
Lamozonem Archidiaconos,
Gerardum,
Aſculſum,
Bononem,
Emmonem, Canonicos.

De Laïcis.

Ducem Gozilonem,
Albertum Comitem de Namuco,
Albertum de Muſal,
Henricum de Bruſare,
Wigerum Advocatum,
Godefridum Calvum de Florines,
Gerardum Rufum,
Adelardum de Cymaco,
Floſcuinum de Walccurt,
Rodulfum de Moncourt,
Lambertum de Calvomonte.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini milleſimo trigeſimo primo, Indictione 1031
decimâ quartâ, regnante Cuoorardo Imperatore, Henrico Filio ejus deſignato Rege.

*Idem qui Cap. ſeq. Epiſcopus nominatur

CAPUT IX.

Wazo *Leodienſis Epiſcopus varia attribuit prædia Collegio Canonicorum S. Bartholomæi Leodii anno 1044. eorumque numerum auget ad XXX. Præbendas; prout hodieque ſunt in omnibus Eccleſiis Collegiatis Leodienſibus.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Wazo ſolo nomine Epiſcopus, ſed valdè, & ſine dubio credulus, quia qui bene egerit, mercede remunerabitur inenarrabili; tradidi ad Altare Sancti Bartholomæi in ſuburbio Leodienſi, per manus Gozilonis Comitis prædiola quædam, aut de rebus Eccleſiæ ab Anteceſſoribus meis comparata, & juri meo derelicta, aut pro ſuis commiſſis à liberis hominibus Eccleſiæ Dei tradita, cum quibuſdam vadimoniis, quæ habebam in manu mea, quibus viverent decem Fratres cum ceteris viginti, qui ibidem ad explenda Eccleſiaſtica beneficia primitùs fuerunt ordinati. Quæ autem ibi tradidi, ratum duxi ſingula ſuis nominibus exprimi: Allodium de *Becbe*, &c......

Unde precor & obteſtor Dei ſervos Succeſſores meos per tremendum Dei judicium, ut ſi ad hæc addere de ſuis nequeunt, aut nolunt, ſaltem ſicuti conſtitui, pauperi Eccleſiæ Dei iſta detineant, ut in æternâ retributione de hoc etiam mercedem accipiant. Illa quoque vadimonia nequaquam redimantur, niſi aut in Feſtivitate S. Joannis, aut pridie ipſius Solemnitatis, & tota ſimul reddatur pecunia, & ſupradicto pondere: ne minutatim reddita depereat, & damnum patiatur Eccleſia.

Hoc factum probabilium Virorum teſtimonio eſt confirmatum,

Lanzonis ſcilicet Præpoſiti,
Joannis Chorepiſcopi,
Gerardi,
Gosberti Archidiaconorum,
Ipſiuſque Advocati Comitis Gozilonis,
Giſeberti, &c.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadrageſimo tertio, Indictio- 1043
ne duodecimâ, Imperatore Henrico, Duce Gozilone, Joanne loci illius Præpoſito, Bernardo Decano, Warnero Æدituo.

Interfuerunt prætcrea huic traditioni Fratres boni teſtimonii,

De Sancto Petro Lambertus Decanus,
De Sancto Dionyſio Franco Decanus,
De Sancto Martino Alcodus Decanus, &c.

CAPUT

CAPUT X.

INGELBERTUS *in Eccleſia Parochiali de* Haeltert, *qui Vicus eſt juxta Aloſtum, fundat anno* 1046. *Collegium XII. Canonicorum in honorem S. Gaugerici; quod poſtea Aloſtum tranſlatum fuit ad Eccleſiam S. Martini.*

Ex Archivis Capituli Aloſtenſis.

QUICUMQUE res ſuas in locis Deo dicatis conferunt ad uſus Deo famulantium, ad capeſcendam ſupernæ hæreditatis poſſeſſionem, hoc ſibi non dubitent profuturum.

QUAPROPTER notum ſit omnibus hominibus tam futuris quàm præſentibus, quod Ego INGELBERTUS, ingenuus & ex ingenuis ortus Progenitoribus, cogitans de ſalute animæ meæ, Eccleſiam, *Haletrut* nuncupatam, in qua quidem Monachorum Ordo ab Anteceſſoribus meis fuerat conſtitutus, ſed ſubripiente malorum infeſtatione propter loci penuriam eſt diſperſus; ipſam inquam Eccleſiam cum terris ab Anteceſſoribus meis & à me inibi collatis, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus Patris & Matris atque Uxoris meæ, nec non pro animabus Anteceſſorum meorum, & pro omnibus fidelibus Chriſtianis tam vivis quàm defunctis, tradidi ad Eccleſiam Cameracenſem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ.

HOC videlicet Pacto inter me & Dominum Gerardum Epiſcopum conſtituto, ut ipſe de prædictis rebus duodecim Canonicos ibi ſtabiliat, ex quibus unum conſtituat Præpoſitum. Dominus verò Epiſcopus de dono Præbendarum quando contigerit tertiam ſemper habeat, reliquas verò duas Canonicis dare permittat:

IPSE quoque Dominus Epiſcopus Altare ipſius loci quod ſui juris eſt, ibi contulit, ab omni debito faciens illud immune, ſub interdicto anathematis, niſi quod duodecim denarios ſolvet pro reſpectu ſingulis annis.

EGO etiam Ingelbertus Advocationem ipſius loci in vita mea mihi retinui; ceterùm nulli Succeſſorum meorum eam habendam reliqui.

UT autem hoc meæ parvitatis donum firmum permaneat & inconvulſum, à Domino Gerardo Epiſcopo & à cuncta Synodo quam Cameraci congregaverat, ſub interdicto anathematis eſt roboratum; præſentibus in ipſa Synodo Archidiaconis & Abbatibus, multiſque ingenuis Hominibus, quorem nomina ſubter ſignata notavimus:

S. Domini Gerardi Epiſcopi.
S. Mei ipſius Ingelberti, qui hoc Scriptum fieri juſſi.
S. Johannis Abbatis Attrebatenſis.
S. Hugonis Laubienſis.
S. Currelli Altimontenſis.
S. Heribrandi de Cella Sancti Giſleni.
S. Liberti Archidiaconi.
S. Adecelemi Archidiaconi.
S. Gerardi Archidiaconi.
S. Ivonis Archidiaconi.
S. Iogelberti Archidiaconi.
S. Robaldi Archidiaconi.
S. Aldonis Laïci.
S. Walteri.
S. Johannis.
S. Oiwaldi.
S. Gilberti.
S. Renulfi.
S. Hoitonis.
S. Inghelrami.
S. Stephani.
S. Onulphi.

ACTUM Cameraci anno Incarnationis milleſimo quadrageſimo ſexto, Indictione decimâ quartâ, Regni Henrici Regis anno nono, Epiſcopatûs Domini Gerardi trigeſimo ſexto. 1046

ALoſtum Flandriæ Imperialis Metropolis, in Eccleſia ſua primaria Divo Martino ſacra, Parochiali & Collegiata Capitulum habet duodecim Canonicorum, inter quos Præpoſitus & Decanus. Fundatum fuit primo in vicina Parochiali Eccleſia de *Haletrut*, nunc *Aeltert*, Territorii Aloſtenſis S. Gaugerico dicata (qui & Patronus Capituli) per Engelbertum, *ingenuum ex ingenuis ortum Progenitoribus* atque in Synodo Cameraci congregata approbatum. In Diplomate Fundationis memoratur primitùs ibidem fuiſſe Monaſterium Monachorum tunc diſperſum.

Anno 1495. in Vigilia S Thomæ, Capitulum hoc propter Bellorum injurias tranſlatum fuit cum ſuis inſignis in Oppidum Aloſtenſe, per Henricum de Bergis Cameracenſem Epiſcopum. Præbendas confert Pontifex per menſes octo, Capitulum verò per quadrimeſtre, excepto quod tertia juxta ipſam Fundationem ſpectet ad collationem Epiſcopi, quondam Cameracenſis, nunc verò Archiepiſcopi Mechlinienſis, excepto quoque jure Nominationum Univerſitatis & Facultatis Artium Lovanienſis; item exceptâ Collatione unius Præbendæ Patronatûs Laici fundatæ 19. Junii 1498. à Zegero de Hingene Paſtore Aloſtenſi, & Theſaurario Antonienſi, qui fuit Paſtor ab anno 1490. & obiit ante annum 1504. Bona dictæ Præbendæ amortiſata fuere 14. Aprilis 1516.

Legitur olim in hoc Capitulo fuiſſe Dignitas Præpoſiti ex Fundatione præfata; de qua in Actis habetur; cum ob exiguum proventum olim nullus voluerit reſidere, quod eapropter conſtitutus fuerit Decanus ſive Vicedecanus cum duplici Præbenda, Decanatu & Præbenda illi annexa.

Paſtor ipſe Aelterenſis ſubinde Canonicus fuit, ſed modo ab anno 1610. Curæ Aelterenſi unita & incorporata ſunt bona unius Præbendæ pro ſua competentia.

Præfatus Decanus ſive Vicedecanus perſeveravit uſque ad annum 1673. quo poſtliminio reſuſcitata fuit Prepoſitura, eique incorporati fuere omnes proventus dicti Decanatus. Tum quoque Paſtoratus præfatæ Eccleſiæ S. Martini unitus atque incorporatus fuit prædicto Capituli Decanatui cum unione item unius Præbendæ.

Præbendæ omnes primitivæ Fundationis dicti Capituli

tuli anno 1674. auctoritate Archiepiſcopi Mechlinienſis quoad proventus redactæ fuere ad æqualitatem, quod & confirmatum fuit Decreto Regio anno 1714.

Ceterùm qualis fuerit iſte Engelbertus Fundator Capituli Halœrenſis, ambigitur. Miræus in ſuo Chronico Belgico ad annum 1046. eum vocat *Engelbertum de Oiſy, Virum Nobilem*; alii eum è Familia Caſtellanorum Gandavenſium ac Dominorum Aloſtenſium oriundum autumant. His favet, quod anno 1509. Maximilianus Imperator in Diplomate Gallico dato in favorem hujus Capituli, dicat illud à ſuis Prædeceſſoribus Comitibus Flandriæ & Aloſti fundatum atque dotatum. Quidquid ſit; termini Diplomatis, *ingenuus & ex ingenuis ortus Parentibus*, Virum plebeium honeſtumque Civem, potiùs quam Nobilem fuiſſe important.

CAPUT XI.

REINALDUS *Archiepiſcopus Remenſis in Eccleſia S. Martini de Peteghem in Diœceſi Tornacenſi, nunc Gandavenſi, in locum Clericorum ſubſtituit Præpoſituram Benedictinorum ex Abbatia S. Theodorici Remis, circa annum* 1085.

Ex Spicilegio Dacheriano Tom. II.

REINALDUS Dei gratiâ Rhemorum Archiepiſcopus, Cariſſimo ſuo ROBERTO Tornacenſis Eccleſiæ Venerabili Archidiacono, ſalutem.

SIGNIFICATUM eſt nobis, quòd Dominus INGELBERTUS Signifer Comitis Flandriæ impetravit à bonæ memoriæ Rabodo Noviomenſi ac Tornacenſi Epiſcopo, ut Eccleſia de (1) Petingen libertate donaretur, & Monachi in eadem ponerentur. Unde & ab eodem Epiſcopo Privilegium habuiſſe & habere dicitur.

POSTMODUM tamen hortatu & rogatu Matris ſuæ, in eadem Eccleſia Presbyteros & Clericos poſuit.

QUI ſiquidem, quia contra priorem & meliorem inſtitutionem ibidem poſiti fuerunt, nec ſibi nec Eccleſiæ proficere potuerunt; immò penè deſecerunt.

QUOCIRCA dilectionis veſtræ devotionem exhortamur, rogamus, atque monemus, quatenus pro ſalute animæ veſtræ hoc omnimodè efficere ſtudeatis, ut Monachi (2) Beati Theodorici, qui regulariter vivunt & in ſancta religione Deo ſerviunt, in Eccleſia illa ponantur.

INTELLIGIMUS etenim quod eis eſt plurimùm neceſſaria, & præveniente Divinâ miſericordiâ, & veſtro adjutorio, per eoſdem poterit ad honorem Dei regulariter ordinari....

(1) PETEGHEM, Vicus in Diœceſi olim Tornacenſi, nunc Gandavenſi, ſitus eſt, loco peramæno ad Schaldim fluvium, primo lapide ab Aldenarda. Fuiſſe illic olim Præpoſituram Benedictinorum, quos Rainaldus Archiepiſcopus Remenſis circa annum 1085 tranſmiſit ex Abbatia S. Theodorici juxta Remos, ex jam citato Diplomate conſtat.

Verùm circa annum 1335. Benedictini ex hoc Cœnobio receſſerunt, eò quod ob diſtantiam locorum difficilè ipſis eſſet Monachos ex Abbatia S. Theodorici tranſmittere. Proinde vendiderunt Cœoobium aliaque bona Monialibus Ordinis S. Claræ pretio 3600 librarum, quę ibidem hodieque vivunt ſub regimine Abbatiſſæ.

(2) B. THEODORICI Abbatia juxta Remos, vulgo dicta *In Monte aureo*, fundata fuit circa annum 525. à S. Theodorico. Dein Normannorum vaſtatione deformata, aliquamdiu fuit ſub regimine Canonicorum; donec ab Adalberone Remenſi Antiſtite amotis Clericis ſuffecti ſunt Monachi Benedictini circa annum 977.

Tandem Ludovicus XIV. Galliarum Rex Abbatiam hanc, quæ Statuta Reformationis aſſumpſit & Congregationi Gallicanæ S. Mauri aſſociata fuit, anno 1695. univit in perpetuum Menſæ Archiepiſcopali Remenſi ſub Præſule Carolo Mauritio Le Tellier; in compenſationem præjudicii, quod memoratus Archiepiſcopus Eccleſiæ ſuæ jam olim factum fuiſſe contendebat, dum Cameracenſis Eccleſia, olim Remenſis Archiepiſcopatûs Suffraganea, ab eodem avulſa in Metropolitanam erigeretur.

CAPUT XII.

GISLEBERTUS *Comes Claromontenſis fundat anno* 1091. *Prioratum S. Symphoriani ſeu S. Severini in Condruſio, vulgò* Condroz, *in Diœceſi Leodienſi, eumque donat Monachis Cluniacenſibus; à quibus dein tranſiit ad PP. Jeſuitas Leodienſes.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus, tam præſentibus, quàm futuris, quòd ego GHIBERTUS Comes Claromontanus, & Frater meus HERIMANNUS, atque Uxor mea LONGARDIS tradidimus BB. Apoſtolis Petro & Paulo in Cluniacenſi Monaſterio, ubi Dominus Abbas Hugo præeſt, pro animabus noſtris, vel Parentum noſtrorum, partem mediam Eccleſiæ S. Symphoriani, & quidquid habuimus in circuitu ejus, ſive in agris, ſive in pratis, ſive in arboribus, ſive in aquis; Advocationem tamen retinentes in manu noſtra.

OBTINUIMUS autem apud Leodienſem Epiſcopum Henricum, ut prædicta Eccleſia per ſe ſtet

ſtet nulli obnoxia ſervituti; jus proprium habens Baptiſmi, atque ſepulcri; nullique aliquem reſpectum ſolvens, niſi quatuor denarios tantùm Epiſcopo Leodienſi, in cujus Parochia ſita eſt.

De nemore autem noſtro habitantes ibi accipient, quantum voluerint, ſive ad ædificandum, ſive ad ignem faciendum; ſed minimè vel ad vendendum, vel ad dardum conceſſimus etiam omnem uſuarium de eo, beſtiis eorum, ſive porcis, ſive aliis ſine aliquo reſpectu.

Actum eſt iſtud anno ab Incarnatione
1091. Domini M. XCI. Indictione XIV. regnante Henrico Imperatore IV. Epiſcopo autem prædicto Henrico Leodienſi Eccleſiæ præſidente.

Hujus rei Teſtes ſunt &c.

Huic Traditioni legitimæ placuit etiam poſtea Materteræ meæ Cunigardi Comitiſſæ, & Filiis ejus partem concordare, ſuamque partem, quam prædictæ Eccleſiæ materno jure poſſidebat, eiſdem BB. Apoſtolis ſimili definitione, eodem anno contradere, coram jam dicto Venerabili ac piæ memoriæ Henrico Epiſcopo, & coram idoneis Teſtibus, qui infrà ſubſcripti ſunt.....

Patres Societatis Jeſu primùm advenere Leodium anno 1566, ſub protectione Illuſtriſſimi D. Gerardi à Groesbeeck Epiſcopi, dein S. R. E. Cardinalis. Ampliùs eos fundavit anno 1581. Erneſtus Bavariæ Dux Elector Colonienſis & Leodienſis Epiſcopus, qui eis Cœnobium FF. Hieronymianorum tradidit, quorum Scholæ jam defeciſſe videbantur.

Jeſuitæ ergo eorum loco humaniores Litteras docere cœperunt 30. Aprilis 1582; obtinueruntque præterea bona Prioratûs S. Symphoriani ſeu Severini in Condruſio, de quo hoc Diplomate, tunc à Monachis deſerti; item fructûs Præbendæ in qualibet è Collegiatis Eccleſiis Leodienſibus.

Sunt & Leodii PP. Societatis Jeſu Angli, qui cùm priùs habitaſſent Lovanii in Caſtro Cæſaris, anno 1616, advenerunt Leodium, ibique Domum Probationis magnificam erexerunt, ex liberalitate Catholicorum ab Anglia exulantium. Anno 1700, obtinuerunt à Principe Joſepho Clemente Bavariæ Duce Præſidentiam & Lectiones Theologicas in Seminario S. Matthæi ad Catenam Leodii.

CAPUT XIII.

Wido & Wulpherus *Viri Nobiles dotant Abbatiam Aquicinctinam Ordinis S. Benedicti juxta Duacum, anno* 1101.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outremanni.

* Caſtellanus.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Hugo Cameracenſis* omnibus Deum amantibus proſperos ſucceſſus.

Notissimum ſit fidei Chriſtianæ cultoribus futuris & præſentibus; quod Wido, & Vulferus Filii Urſionis Duacenſis, & Aleidis Uxor ejuſdem Widonis decimam de *Cauvenicurte*, & de *Fraſnoit*, quam à me in caſamento tenebant, volentes eam Eccleſiæ S. Salvatoris de Aquicincto donare, mihi ad opus Fratrum in prædicta Eccleſia Deo ſervientium reddiderunt; quam Ego illico & ipſi, annuentibus Filio meo Hugone, & Uxore mea, Abbati Aimerico prædicti Monaſterii, & Monachis ibi Deo omni tempore famulantibus, pro noſtrarum animarum, & Anteceſſorum, & Succeſſorum noſtrorum remedio donavimus.

Vide ſupra p. 163.

Huic dationi hi interfuerunt Teſtes.

Godefridus de Belines,
Hugo de Rumolcourt,
Rogerus de Beluin,
Landricus de Cauventin,
Goiffridus de Waſnes,
Hugo Filius Mardi de Cameraco,
Goffridus Major,
Rodulfus de Cauvenicourt,
Hugo de Burlun,
Tezzo de Mewers,
Fulco de Hailcurt,
Ipſi quoque Wido, & Vulferus, qui hanc donationem fecerunt.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. I. Indictione XI. concurrente I. Epacta XVIII. regnante Philippo Francorum Rege, 1101
principante Roberto juniore in Flandria.

CAPUT XIV.

Godefridus de Ribodimonte & Rainerus *Viri Nobiles dotant eandem Abbatiam Aquicinctinam anno* 1103.

Ex eadem Hiſtoria Valencenenſi, 1103.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo tertio, Regnante Henrico Imperatore, Rege Francorum Philippo, Comite Flandrenſium Roberto juniore, venientes Aquicinctum Godefridus Filius Anſelli de Ribodimonte, & Rainerus Dapiſer ipſius, ambo pro ſalute animæ memorati Anſelli, qui Godefridi quidem Pater, Raineri autem Dominus, ipſius verò Aquicinenſis Cœnobii Fundator, & Adjutor devotiſſimus extitit, nec non & ſuarum animarum, conceſſerunt S. Salvatori, & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, ut in vivario Bulcinienſi, imò in omni aquâ ditionis eorum liceret illis duos piſcatores habere perpetuò, abſque ulla repulſa, vel contradictione.

Quod donum ſuum ſigillatim uterque, ſcilicet ſuum piſcatorem, * coram Fratribus ipſius loci ſuper Altare S. Salvatoris cum ceſpite, & ramuſculo, ut moris eſt, poſuerunt.

* Fortè Piſcationem.

Commune ſiquidem eſt ambobus illud vivarium, licet exuperet pars Godefridi.

Quod, quia minùs idonei Teſtes interfuiſſe viſi ſunt, hortatu amborum prædictorum Virorum, quartâ abhinc die Dominus Abbas Gelduinus duos è ſuis Monachis Bulcinium miſit, quatenus coram multis ibidem ad quoddam Placitum decurſuris, prædictam dationem ſolemniùs renovaret.

Quibus præſentibus, uterque quod dederat in ipſo Placito renovaverunt, addito inſuper hoc beneficio, ut quæcunque volatilia ipſi piſcatores in eodem vivario ceperint, ad eſum Fratrum infirmorum Aquicinenſi Eccleſiæ devehantur. Huic rei Teſtes interfuerunt,

Hugo Caſtellanus Valentianenſis,
Gerardus de Falmart,
Willelmus de Domate,
Almanus de Pons,
Willelmus de Anzen,
Gobertus Pater Reineri,
Almanus Præpoſitus de S. Amando, &
Herbertus Frater ejus,
Amolricus de Landaſt,
Godinus de Sylva,
Bernardus Præpoſitus,
Hugo de Mercato,
Wago de Corceles,
Hubertus de Eſtrees,
Helbertus de Belen,
Joannes de Maleicurt, cum
Waltero Fratre ſuo,
Hugo de Waſnes, &
Hugo de Marca,
Heroardus de Rohé,
Alulfus de Maſten,
Rumaldus de Waſbere,
Goiffridus de Incy,
Huardus de Cameraeo, & multi alii.

CAPUT XV.

Emmissa *Comitiſſa Valencenenſis dotat anno* 1107. *Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ Valencenis, in qua tunc erat Collegium* XIII. *Canonicorum Sæcularium, quod paulò poſt mutatum fuit in Abbatiam Canonicorum Regularium.*

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. d'Outreman.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Emmissa, quæ cognominor Comitiſſa, Iſaac & Mathildis Filia, Faſtrei de Foſſato Conjux effecta;

Cum ſatis florerem mundanâ gloriâ, & de patrimonio meo poſſiderem plurima, & honeſta; cumque pro certo ſcirem omnia hæc fore caduca vel tranſitoria, Divini Præcepti non immemor cogitavi honorare Deum de mea ſubſtantia.

Honoravi autem ſic: Bonis ditata plurimis particeps eram thelonei Valentianenſis.

Pro ſalute ergo animæ meæ, pro ſalute etiam Patris, & Matris, pro ſalute Domini mei Kariſſimi Rogerii ſcilicet de Wavring, pro ſalute pariter omnium Anteceſſorum meorum, theloneum illius hebdomadæ, quæ me prima contingebat in Quadrageſima, tradidi in perpetuum S. Joanni Baptiſtæ de Caſtello Valentianenſi ad uſum & ſuſtentationem tredecim Canonicorum inibi Deo egregiè famulantium; hoc annuente Balduino Montenſi Comite, cum Uxore ſua Jolende Comitiſſa, à quibus tenebam illud beneficium; annuentibus etiam cunctis Fratribus ſuis, atque Sororibus; annuente pariter Matre ſuâ, Idâ ſcilicet Comitiſſâ.

Hoc autem ut ratum eſſet, atque in æternum inviolabile permaneret, Chartam hanc inde fieri præcepi, quam præfatus Comes Balduinus Sigillo ſuo inſignivit, horumque legalium Teſtium ſubſignatorum teſtimonio roboravit.

S. Godefridi & Hugonis Caſtellanorum de Valentianis.
S. Godzewini de Aveſnes.
S. Anſelmi de Merbis.
S. Wigeri de Thuinio.
S. Arnulfi de Croiz.
S. Godefridi de Areſcod.
S. Baldrici de Roſgin.
S. Huberti de Hoſden.
S. Gerardi Arnulfi Filii.
S. Guillelmi de Dononio.
S. Walckeri Majoris.
S. Anſelmi Majoris.
S. Almandi.
S. Gonteri.
S. Arnulfi.
S. Soywardi.
S. Raineri.
S. Hugonis.
S. Walcheri.
S. Liædini.
S. Balduini Veritatis.
S. Heluini.

Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini 1107.
M. C. VII. Indictione XV.

CAPUT

CAPUT XVI.

ÆGIDIUS *de S. Auberto Vir Nobilis, donat Abbatiæ Foreſtenſi Virginum Benedictinarum juxta Bruxellam, decimas Parochiarum de Burſt, Borsbeke, &c. anno* 1119.

Ex Ms. Paſtoris in Weſtrem.

NOTUM ſit omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſens Scriptum videre contigerit, quod Ego ÆGIDIUS Miles Dominus de Sancto Auberto, & M... Uxor mea, omnes decimationes in Parochia de (1) *Burſta* & (2) *Bambrugghe* & (3) *Vleckem* & (4) *Borsbeka*, cum omnibus eorumdem decimationibus, appendenciis, & omnibus novalibus, nunc temporis & impoſterum ad Nos pertinentibus, ſub teſtimonio proborum Virorum, liberè & abſolutè in eleemoſynam Eccleſiæ contulimus Foreſtenſi;

FIDE & juramento ante fores Eccleſiæ de *Hautrive* Feriâ ſextâ ante Aſcenſionem Domini præſtitis, quod nec à Nobis, nec à noſtris Succeſſoribus præfata Eccleſia de *Foreſt* aliquam calumniam pateretur. Et pro injurioſo delicto Foreſtenſi Eccleſiæ à Nobis illato, bonarium & dimidium terræ contulimus eidem Eccleſiæ apud *Burſt*; Donationem vero decimarum & terræ prædictæ ſub periculo omnium bonorum noſtrorum apud *Burſte*, Sigillo Dominæ Comitiſſæ & noſtro promiſimus legitimè confirmari.

NOMINA verò Teſtium, qui interfuerunt huic venditioni & Donationi, ſunt hæc:

Willemus Præpoſitus de Foreſt, qui ex parte Eccleſiæ Foreſtenſis fidei & juramenti interpoſitionem cum donatione ab utriſque, ſcilicet Ægidio Milite & M... Uxore ſuſcepit,
Willemus, Presbyter de Aloſt,
Henricus & Rogerius Fratres,
Segerus & Rogerius, & alii quam-plures idonei, & competentes.

ACTUM Incarnationis Dominicæ anno millesimo centeſimo, nono-decimo, menſe Maio. 1119.

HOc Diploma Miræus non niſi per Fragmentum ediderat ſupra in Notitia Eccleſiarum cap. 182. p 758. ſed integrum communicavit nobis R D. Van Geſtel Paſtor in Weſtrem. Author Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Archiepiſcopatûs Mechliuienſis, brevi in lucem edendæ.

(1) BURSTA, vulgò *Burſt*. Vicus Diœceſis Mechliinienſis in Comitatu Aloſtano.
(2) BAMBRUGGHE. Vicus vicinus Burſtæ.
(3) VLECKEM, in vicinia, cum Bambrugghe unitus Parochiæ de Burſt.
(4) BORSBEKA, Parochia vicina Burſtæ.

CAPUT XVII.

BUCHARDUS *Cameracenſis Epiſcopus benefacit Monaſterio S. Salvii, nunc Abbatiæ, Ordinis Cluniacenſis juxta Valcncenas, anno* 1120.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outremanni.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitstis &c. BUCHARDUS Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus omnibus S. Dei Ecceleſiæ Fratribus & Filiis tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum.

CHARISSIMI Fratres & Domini, quædam controverſia erat inter Monachos Cluniacenſes, qui Deo ſerviunt in Eccleſia Sancti Salvii Martyris prope Valentianas, & inter Walterum Almanni Filium; quam auxiliante Deo, conſilio bonorum tam Clericorum, quàm Laïcorum hoc modo ſedavimus. Walterus igitur pro Deo, & pro ſalute animæ Patris ſui, eamdem libertatem Eccleſiæ S. Salvii, quam in vita Pater ſuus Ordini Monachorum conceſſit, & authenticè confirmavit, tam per Balduinum Comitem Montenſium, quàm per ceteros Dominos ſuos, ſub quibus eamdem Eccleſiam in peccato tenuerat. Iſtam eamdem libertatem conceſſit prænotatus Filius ſuus Monachis Cluniacenſihus, & in manus noſtras reddidit, & de malefacto ſuo ſe culpabilem clamavit, noſtramque abſolutionem ſuſcepit: & per fidem & juramentum ſe amodo pacem Eccleſiæ ſervaturum promiſit: Fratreſque ſuos Gervaſium, & Almericum, ſuamque Sororem Agnetem, Cognatoſque ſuos Almanum & Gonterum nobis obſides dedit, & ejus collaudatores: Hac quidem conditione; quod Canonici de Eccleſia Cluniacenſi Præbendas ſuas quietè & liberè in tota vita ſua téneant, ſimiliter Theſaurarius ſuam, ſecundùm tenorem Scripti ſui.

HAC etiam conditione; ùt Clerici ibidem commanentes eorumque heredes manſos ſuos quietè teneant per cenſum in duobus denariis per ſingulos annos in Natali Domini perſolvendis.

QUOD pro pace firmiùs retinenda ſimiliter teneat manſum ſuum Ala filia Walteri de Rumbies.

SI verò aliquis de manſis iſtis neceſſarius fuerit officinis Monachorum, illum deliberent Monachi ſive per pecuniam, ſive per terram, ſive per alium manſum conſilio & conſideratione Sex-virorum Valentianarum.

Et ſi duo de iſtis in hoc diſcordes fuerint, ad laudem & conſilium quatuor comparatio manſi definiatur.

Statutum eſt etiam, ut nullo modo Monachi ad Converſionem vel ad Ordinem ſervum Walteri recipiant ſine aſſenſu ſuo.

Præterea ſtatutum eſt, ut omnes illi quicunque tenuerunt hactenus terras ſuas de Canonicis, eodem modo quietè deinceps teneant de Monachis.

Similiter ſtatutum eſt, ut Walterus ſuique hæredes unam candelam in Purificatione S. Mariæ, quam hoſpites ſui ſibi reddunt per ſingulos annos.... Proprium verò manſum, quem tenebat ante oſtium Eccleſiæ, reddidit Monachis pro anima ſua.

Præterea dictum eſt ut omnis quicunque tenet terram de Waltero, non reddat eam Monachis, neque vendat, neque invadat ſine aſſenſu Walteri.

Si aliter factum fuerit, irritum fiat. Monachi verò conceſſerunt Dominæ Richildi Matri Walteri unam miniſtrationem Monachalis Præbendæ, & orationes Eccleſiæ, ſi per converſionem ad eamdem Eccleſiam accedere voluerit.

Præterea Waltero conceſſum eſt à Monachis, ut ſi quis malefactor de poſſeſſionibus S. Salvii, ſive de familia ſua quandoque Eccleſiam diſturbaverit, prius eant ad Cameracenſem Epiſcopum pro quærenda Juſtitia. Si verò ibi defecerint, redeant ad Walterum vel ad hæredem ſuum, nec in loco ipſorum alium quemquam Laïcum quærant Advocatum, ſi eis auxiliari poterit, vel voluerit.

De illis verò Sex-viris Valentianenſibus tres eligantur ex parte Monachorum, & tres ex parte Canonicorum, vel hæredum ſuorum fide & Sacramento adſtricti, quorum conſilio, & diſcreto intuitu fiat emptio manſorum, vel æqua mutatio.

Si verò quandoque aliqua cauſa orta fuerit inter Monachos, & Canonicos, vel inter ſe: concorditer agatur, vel in audientia Cameracenſis Eccleſiæ canonicè ſopiatur. Hujus Chirographi Teſtes ſunt;

S. Bucardi Cameracenſis Epiſcopi.
S. Theodorici ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconi.
S. Radulphi Archidiaconi.
S. Anſelli Archidiaconi.
S. Joannis Archidiaconi.
S. Evrardi Archidiaconi.
S. Erlebardi Cameracenſis Præpoſiti.
S. Oilardi Decani.
S. Canonicorum, Bernardi, Gerardi, Godefridi, Hugonis.
S. Bovonis Abbatis S. Amandi.
S. Oduini Abbatis S. Guiſleni.
S. Giſlardi Abbatis de Geraldi-monte.
S. Werimbaldi Decani Valen.
S. Walteri Almanni Filii.
S. Fratrum ſuorum Gervaſii, & Almorici, & Agnetis Sororis eorum, Matriſque eorum Richildis.
S. Cognatorum ſuorum Almanni Rode, Gonteri, Arnulphi Spinæ, Almanni Fruinen.
S. Goſuini de Avennis.
S. Walteri de Anzen.
S. Anſelli Villici.
S. Walteri de Rumbies.
S. Ægidii Coynſiacenſis Prioris.
S. Richardi Prioris S. Salvii.
S. Canonicorum, Tregeri, Willelmi, Daniëlis, Goiſlani, Alardi, Hugonis.

Si quis hoc inſtitutum violaverit, perpetuæ excommunicationi, niſi ſatisfecerit, ſubjaceat.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. 112[illegible]
XX. Indictione XII. Anno quidem ſupradicti Epiſcopi III. Conſervatoribus hujus pactionis ſit pax, & gloria, Amen.

CAPUT XVIII.

Henricus Bleſenſis, *Virdunenſium Epiſcopus anno* 1123. *approbat Fundationem Monaſterii Belli-fontis, vulgo* Beaufâye *Canonicorum Regularium, haud procul Leodio.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

Notum ſit omnibus Eccleſiæ Dei fidelibus tam futuris, quàm præſentibus: quòd Ego Henricus Dei gratiâ Virdunenſis Epiſcopus rogatu quorumdam Fratrum Deo ſervire volentium, Roberti ſcilicet, & Sociorum ejus, ad ædificandam Eccleſiam, ſeu Hoſpitale pauperum, pro remedio animæ meæ, & Prædeceſſorum meorum conceſſerim Eccleſiæ Dei manſum unum prædii ad Jupiliam pertinentis in loco, qui *Bellus fons* dicitur, cum tota decima, quantum juris eſt Eccleſiæ Virdunenſis. Eâ videlicet conditione, ut ſi quid ibidem, ſeu in prædiis, ſeu in mobilibus collatum fuerit, ibi ſemper caput habeatur, & ſit ſemper pertinens ad jus Virdunenſis Epiſcopi.

Quod ſi nutu Divino ad id ventum fuerit, ut ſpiritalem præficere Patrem ſit neceſſarium; canonicè priùs electus Virdunum veniet, per manum Epiſcopi in Capitulo de temporalibus inveſtiendus; ſalvo jure Parochiali Leodienſis Eccleſiæ.

Et ut ſemper appareat ad jus noſtrum pertinere, conſtituimus exinde per ſingulos annos perſolvi nobis, Succeſſoribuſque noſtris in Nativitate B. Virginis Mariæ duodecim denarios Leodienſis monetæ.

Et

Et ſi quis, quod abſit, huic noſtræ conceſſioni temerè voluerit obviare, & nobis, vel illis aliquam torturam facere, judicii Dei, & noſtri anathematis ſe ſciat ſententiam incurrere, niſi pœniteat dignâ ſatisfactione.

Factum eſt hoc, anno ab Incarnatione Domini M. C. XXIII. Indictione ſeptimâ, regnante 1123
Henrico Imperatore IV. Alberone Epiſcopo in Leodio anno primo. Ego Henricus Epiſcopus ſubſcripſi. Teſtes, &c.

CAPUT XIX.

Godefridus Barbatus *Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ confirmat anno* 1125. *variorum prædiorum donationem in Vico de Buggenhout, in favorem Abbatiæ Affligemienſis, ab* Arnulpho *Comite Arſchotano.*

In nomine Sanctæ & Individuę Trinitatis, Ego Godefridus Dei gratiâ Dux & Marchio Lotharingiæ, omnibus Chriſti Fidelibus in perpetuum. Quoniam auctore Deo Haffligenienſem Eccleſiam tam à me quàm à Fratre meo Comite Henrico fundatam ſcio, paci & quieti in ipſa Eccleſia Domino famulantium, modis omnibus providere debeo.

Unde notum eſſe volo tam futuris quàm præſentibus, qualiter Arnulfus Comes de Aderſcoth, cum duobus Filiis ſuis, Godefrido & Arnulſo, in Curia mea Lovaniæ venit, & ad id, quod acturus erat, magnam hominum meorum multitudinem, liberorum & ſervorum convocavit.

Præfatus igitur Comes Arnulſus quicquid apud Buckenholt habebat in terris, ſylvis, aquis & paſcuis, cum omni decima & utilitate, quâ ipſe tenuerat, ad opus Haffligenienſis Eccleſiæ, in qua Joannem Filium ſuum jam Monachum fecerat, aſſentientibus & ſimul dantibus Filiis, mihi liberaliter in manu dedit, coram hominibus & Baronibus meis, qui præſentes erant, worpivit proprio & totius Curiæ meæ judicio, nihil ſibi juris in his quæ donaverat reliquit;

Vulgò Maldere & Steenhuffel.

Insuper quod apud *Malren* & *Stenoſle* Eccleſia poſſidet, addidit. Summa autem omnium quæ dedit hæc eſt; medietas ſylvæ, quæ Buckenholt vocatur, quicquid terræ cultæ & incultæ in ipſa Villa Buckenholt habuit, liberaliter dedit; medietas ſylvæ quæ *Emelo* dicitur & manſus terræ qui ſylvæ adjacet.

Sylvam quæ *Schrieck* appellatur ex integro dedit, quia liberum Allodium ſuum eſſe cognovit, ruſticis & colonis Eccleſiæ ſive pauperes eſſent, ſive divites, jus illud quod *Sacb* appellatur in ſylva de Buckenholt conceſſit, vechtinam autem de porcis hominum ſuorum Eccleſia habebit;

Hæc omnia Comes Arnulfus cum legitimè feciſſet, per me Patriæ Dominum, & Eccleſiæ Advocatum confirmari poſtulavit.

Igitur ut animonitus fueram, legitimam donationem præfatæ Eccleſiæ legitimè & liberaliter contuli; poſteris meis tam in his quàm in omnibus tuendam Eccleſiam reliqui; contra Eccleſiam quicquam fieri ſub diſtricta gladii animadverſione prohibui,

Quæ ut rata & inconvulſa permaneant, Scripto mandari, Sigilli mei impreſſione & Teſtium aſtipulatione placuit roborari. Teſtes

Arnulſus,
Arnulfus de Grentbergis,
Gerardus Frater ejus,
Filii Comitis Arnulfi, Godefridus & Arnulfus,
Gozwinus de Heverle &
Reinerus Filius ejus,
Sigerus de Wavera,
Henricus de Birbais,
Henricus de Lepporum,
Henricus de Aſca,
Euſtachius de Thielth,
Arnulſus Dapifer,
Arnulfus de Filorh,
Franco Caſtellanus,
Franco de Scluſa,
Alardus de Balterſem.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXV. Indictione III. Epactâ XIV. reg- 1125
nante Lothario Romanorum Imperatore.

CAPUT

Hoc Diploma ediderat Miræus lib. I. Donat. Belgic. Cap. 44. pag. 375; ſed variis in locis mutilatum. Integrum illud ſupplemus, prout nobis benignè communicavit è Chartulario ſuo Illuſtriſſimus Dominus de Riviere, Comes de Heere in agro Leodienſi, ex antiquis Comitibus Arſchotanis oriundus. Vide ſupra pag. 375. varias Notas Miræi ad hoc Diploma.

CAPUT XX.

Alexander *Epiſcopus Leodienſis confirmat anno* 1134. *Fundationem Prioratûs, nunc Abbatiæ, de Geronſart Canonicorum Regularium, juxta Namurcum.*

Ex Archivis Capituli B. Mariæ Namurci.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Alexander gratiâ Dei Leodienſis Epiſcopus, notum facio præſentibus & futuris omnibus Eccleſiæ Chriſti fidelibus, quia Prædeceſſor noſter bonæ memoriæ Dominus Albero Epiſcopus rogatu Fratris Johannis aliorumque Dei Servorum cum eo ſub Regula Beati Auguſtini caoonicè viventium partem prædii Epiſcopalis juxta *Jamedam* infra terminos Sanctæ Mariæ Namurcenſis liberalitate ſuâ Deo & S. Auguſtino obtulit, & eiſdem Servis Dei per manum Lamberti Comitis, qui Advocatus erat Epiſcopalis prædii, firmâ & legitimâ donatione contradidit, ubi & prædictis Dei Servis cooperante fidelium devotione Eccleſia novo conſtructa eſt opere, & plures inibi Deo ſervientes adunati ſunt.

Quorum honeſtâ converſatione permoti, Nos quoque devotionem noſtram eidem Eccleſiæ applicuimus, eamque in honorem Dei ad titulum S. Mariæ ſemper Virginis Sanctique Auguſtini Epiſcopali benedictione dedicavimus, atque ad ampliandum ipſius atrium de prædio Epiſcopali ſuperaddidimus.

Et ne qua ex hoc impoſterum ſuboriri poſſit controverſiæ calumnia, certis ab adjacenti terra per circuitum diſcrevimus terminis, & tam ea quæ à Prædeceſſore noſtro collata ſunt, quàm quæ Nos ipſi contulimus, eidem Eccleſiæ in dotem ac poſſeſſionem perpetuam legaliter confirmavimus.

Ad hæc etiam utilitati & paci Servorum Dei inibi commorantium paternè conſulentes, omnem ſilvam adjacentem & loca paſcualia neceſſariis eorum uſibus, abſque exactionis alicujus reſpectu, perpetualiter indulſimus, ut tam in uſu equis neceſſario quàm in conſtruendis ſive fulciendis ædificiis competens habeant ex noſtra munificentia beneficium, & ſufficiens ac perpetuum in quoſcumque uſus neceſſarios ſolatium.

Quod ſi quis præſentium vel futurorum hæc aliquando infringere temptaverit, & quietem Servorum Dei iniquis machinationibus perturbare præſumpſerit, hunc modis omnibus execramus ac maledictionis anathemate condempnamus.

Unde in teſtimonium confirmationis Carta hæc præcepto noſtro conſcripta & Sigilli noſtri eſt impreſſione ſignata, & de hiis qui præſentes fuerunt Teſtes idonei ſunt,

Herbertus Archidiaconus,
Dodo Archidiaconus,
Abbas Herlandus de Floreſſia,
Balduinus Capellanus,
Albricus,
Everadus,
Radulphus,
Henricus,
Jordanus Præpoſitus,
Everardus Decanus,
Arnulfus Præpoſitus, & alii quam plures.

De Laïcis.

Comes Namurcenſis, Godefridus &
Henricus Filius ejus,
Reinerus Frater Waheri Advocati,
Theodoricus de Tynes,
Avelinus,
Robertus & alii quàm plures, qui in eadem die ex diverſo ad benedictionem Eccleſiæ convenerunt.

Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, Indictione XII. imperante Lothario ſecundo, anno Regni ejus XI. 1134

CAPUT

ORdo Vallis Scholarium inſtitui cœpit ſub annum 1201. in Campania Regni Galliæ Provincia, authore Gulielmo Anglo; qui cum tribus Sociis Richardo, Everardo & Manaſſe S. Theol. Doctoribus ac Profeſſoribus in Academia Pariſienſi, mundi vanitatum pertæſus, in altiſſimam Lingonenſis Diœceſis eremum ſeceſſit, ſibique ac ſuis juxta Regulam S. Auguſtini victuris, Cœnobium conſtruxit. Ordinem poſtea confirmavit Honorius III. anno 1218.

* Hujus Inſtituti Monaſteria in Belgio ac Diœceſi Leodienſi ſunt hæc: Abbatia B. Mariæ de Gerondiſarti juxta Namurcum; B. Mariæ de Valle Montibus Hannoniæ quæ anno 1617. facta eſt Abbatia; B. Mariæ Leodii, Abbatia ab anno 1616, Prioratus Hanſwicanus Mechliniæ, Leeuwenſis in Brabantia, & Houfaliſienſis in Ducatu Luxemburgenſi.

Gerondiſarti juxta Namurcum, initio fuerat Sacellum S. Auguſtino ſacrum, ab Alexandro de Juliaco Leodienſi Antiſtite conditum, anno 1134. & Canonicis Regularibus Ord. S. Aug. traditum. Anno 1222. Scholaribus fuit attributum, quorum Prior an. 1617. Abbatis pedum fuit aſſecutus, & Comitiis Ordinum Namurcenſium intervenit,

Digitized by Google

CAPUT XXI.

THEODERICUS *Ambianenſis*, *&* **MILO** *Morinenſis*, *Epiſcopi*, *ratam habent anno* 1137. *Fundationem Abbatiæ Cari-Campi Religioſorum Ciſtertienſium in Artheſia*, *ab* HUGONE CANDAVENE *Comite S. Pauli factam*, *variaſque alias Donationes confirmant.*

Ex Spicilegio Dacheriano Tom. XI.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Ego THEODERICUS Ambianenſium, & Ego MILO Morinorum Dei gratiâ Epiſcopi tam præſentibus quàm futuris in Chriſto fidelibus in perpetuum.

SÆPE longiturnitas temporum auferre ſolet notitiam rerum: labilis enim & caduca naturæ humanæ conditio dum juxta morem deperit, ſubſequentem nimirum ſe à certitudine tranſducit. Eapropter, Fili HUGO Abba Venerabilis Cari-campi, collatas à devotis Viris eleëmoſynas tibi Monaſterioque tuo in perpetuum poſſidendas, ſcripto & memoriæ commendare curavimus, quarum eleëmoſynarum nomina Condonatoribus ſuis ſubſcripſimus.

NOVERINT igitur omnes homines tam præſentes quàm futuri, quòd cùm diu (1) HUGO Candavene propter combuſtionem Villæ S. Richarii ſub anathemate manſiſſet, tandem concedente Domino Papa Innocentio meruit, ut pœnitentiam in terra ſua ageret, & de ſuis poſſeſſionibus Abbatiam quamdam conſtrueret.

Eccleſiam itaque Ciſtertium, quæ de Carocampo dicitur, conſtituit, quam terris & poſſeſſionibus dotavit. Hæc ſunt nomina poſſeſſionum: Tertia pars Haiæ atque Caricampi, terra ad duas carrucas, & quidquid juris in eodem Territorio habebat. Hoc laudaverunt Filii ejus Engelrandus & Hugo, Anſelmus, Radulfus, & Wido. Hujus rei Teſtes ſunt

Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii,
Arnulfus Clericus de Sancto Paulo,
Andreas de Baldemento, &
Bona-Fides, Monachi,
Adam Chareth, &
Hugo de Heſtruz, & multi alii.

ANSELMUS de Paz dedit Beatæ Mariæ medietatem Caricampi. Hoc laudaverunt Helfridus Frater ejus & Sorores Aelidis, Giſla & Emma. Huic rei interfuerunt

Hugo Comes Candavene, &
Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii,
Arnulfus Clericus de Sancto Paulo,
Andreas de Baldemento, &
Bona-Fides, Monachi,
Balduinus &
Goſſelinus de Ortevilla,
Hugo de Heſtruz, &
Adam Chareth.

MAINARDUS de Mauritania dedit ſe Beatæ Mariæ, & quidquid habebat in Territorio Caricampi. Hoc conceſſit Miriadoil & Uxor ejus Clemens, & Filii eorum Engelrandus, Balduinus, Miriadoil, & Arnulfus, & Filia Clemens.

RADULFUS Luvel dedit Beatæ Mariæ medietatem terræ Caricampi, & nemus. Hujus rei Teſtes ſunt

Hugo Comes Candavene, &
Engelrandus Filius ejus,
Andreas de Baldemento, &
Bona-Fides Monachi,
Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii,
Arnulfus Clericus de Sancto Paulo,
Balduinus, &
Goſcelinus de Ortevilla,
Robertus de Durlez, &
Hibertus Frater ejus,
Robertus Waſtavene, &
Odo Frater ejus, &
Hugo de Heſtruz,
Nicolaus de Erin,
Adam Chareth,
Robertus de Halli,
Bacheler de Heſeche, & multi alii.

ENGELRANDUS de Vaccaria, & Rogerus dederunt quidquid habebant in Territorio Caricampi, quod laudaverunt Filii eorum Petrus, Mainardus, Balduinus, Engelrandus, Radulfus Luvel, Rogerus Spinoe, Vivianus de Pas.

LAMBERTUS de Aibruviis dedit Beatæ Mariæ quidquid habebat in Territorio Caricampi: Burnel & Filii ejus Vivianus de Pas & Landricus Frater ejus

RAINELMUS conceſſerunt Beatæ Mariæ quidquid habuerunt in Territorio Caricampi, Hujus rei Teſtes ſunt

Anſelmus de Pas,
Balduinus Sacerdos Sancti Hilarii,
Radulfus Luvel,
Hibertus Deſalteus,
Rogerus Spinoe, &
Balduinus Filius ejus.

GALTERUS Gohart, & Hubertus de Vaus & Uxores eorum, Filii & Filiæ eorum conceſſerunt Beatæ Mariæ quidquid habebant in Territorio Caricampi. Hujus rei Teſtes ſunt,

Rogerus Spinoe, &
Balduinus Filius ejus,
Girardus Sacerdos de Balli,
Amiſardus,
Odo, &
Johannes Filius ejus.

HOC factum eſt anno ab Incarnatione Domini M. C. XXXVII. 1137

(1) Hugo

(1) HUgo Campanenſis, priſcè *Campus avena*, & Beatrix ejus Conjux, ampliſſimi Territorii S. Pauli Comites (de quorum Stemmate vide ſup. p. 704.) Caricampenſe Monaſterium à fundamentis exædificârunt, variiſque poſſeſſionibus locupletârunt. Liberalitatis hujusce cauſſa, patratorum ab ipſo Hugone flagitiorum magnitudo. Quippè, neſcio quâ ductus ſimultate, Ponthivenſem Comitem, ſanguine ſibi vinctum interfecerat: Sacerdotem in Bellovarenſi Villa, Dorlanâ Arce mille paſſibus abjuncta, ſacris operantem, majore audacia gladio transfoderat, cujus Tragœdiæ Hiſtoria in vitrea quadam feneſtra, eo in Pago etiamnùm cernitur. Sancti Richarii Urbem Cœnobiumque, nulli ætati, ſexui, nec ordini parcens, igni ferroque graſſatus, ſupremo abſtulerat excidio.

De quo Anſelmus Gemblacenſis in ſuo Chronico meminit hiſce verbis: *Hugo Candavenâ exortis inimicitiis contra Opidanos S. Richarii in Pago Pontivo, totum Opidum, cum Eccleſia Sancti Richarii penitùs combuſſit; in qua Eccleſia aliquot Monachi & inæſtimabilis multitudo promiſcui ſexûs, quod dictu nefas eſt, ſimul concremata periit.* Sic ille ad ann. 1131.

Quam tantorum facinorum enormitatem, quo debitâ pœnitentiâ diluere, atque in fidelium ſocietatem, à qua per Summum Pontificem amandatus anathematis fulmine erat, redire poſſet; eorum tandem pœnitens, piam iſtanc operam hic & alibi operari eſt coactus: nam etiam Abbatiam Urſicampi, vulgò *Oscamp*, ejuſdem Ordinis in Diœceſi Noviomenſi fundavit. *Ita Ferreolus Locrius in Chronico Belgico ad annum* 1137.

Porò Abbatia hæc Caricampenſis, ab aliis dicta Cervicampenſis, variis Principum illuſtratur Mauſolæis. Sita eſt in Arteſia ad Gangem fluvium, vulgo *Canche*, haud procul Heſdinio, ſub Diœceſi Ambianenſi. Eccleſia viſebatur olim valde magnifica: ſed hodie ſola navis, collapſis choro ac lateribus, ſuperſtat. Abbas hodiernus eſt Eminentiſſimus D. Guilelmus du Bois S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Cameracenſis, Regi Galliæ ab intimis Conciliis Statûs & Belli &c.

CAPUT XXII.

* V'de ſupra p. 814.

EMMISSA * *Comitiſſa Valencenenſis benefacit Abbatiæ Lætienſi Ordinis S. Benedicti in Hannonia, anno* 1139.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. d'Outreman.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego EMMISSA, quæ cognominor Comitiſſa, Iſaac & Mathildis Filia, Uxor Godefridi de Areſcod. Cum ſatis florerem *&c. ut ſupr.* Theloneum illius hebdomadæ, quæ me prima contingebat poſt Feſtivitatem S. Dionyſii, tradidi in perpetuum Eccleſiæ Leſcienſi per manus Guedrici Abbatis ad uſus & ſuſtentationem Monachorum inibi egregiè Deo famulantium, hoc annuente Balduino Montenſi Comite, à quo illud beneficium tenebam &c.

S. Clarembaldi Abbatis Sancti Joannis.
S. Arnulfi Præpoſiti de Malbodio.
S. Hembardi de Montibus.
S. Nicolai de Rumioy.
S. Baldrici de Roiſin.
S. Iſaac de Merbies.
S. Ewani de Wadripont.
S. Theodorici de Linea.
S. Arnulfi de Blaton.
S. Joannis de Rocha.
S. Joannis de Monteni.
S. Præpoſitorum Almani & Walteri Muſtel.
S. Walteri Monetarii.
S. Maineri Alcſteo.
S. Odonis Bucaben.

ACTUM anno Incarnati Verbi M. C. XXXIX. 1139.

CAPUT XXIII.

* Vulgò Auchy les Moines.

S. BERNARDUS *Abbas Claræ-vallenſis excitat* RORGONEM *de Abbatis-Villa Virum Nobilem, ut Terram de Curenni donet Abbatiæ * Alciacenſi Ordinis S. Benedicti, olim Morinenſis, nunc Audomarenſis Diœceſis, circa annum* 1140.

Ex Operibus S. Bernardi Epiſt. 404. novæ Editionis.

VIRO Illuſtri, etiam nobis quoque dilecto, (1) RORGONI de Abbatis-villa, (2) B. Claræ-vallis vocatus Abbas, ſalutem & noſtras orationes.

PERLATUM eſt ad Nos, quod gratum tibi eſſet, ſi præſentiæ & colloquii noſtri copiam babere valeres; & hoc ideo, quia unum de ſervis Altiſſimi me eſſe credit tua benignitas.

Et ego dico Tibi, quod pro hac tua humilitate, & pro bona tuæ Nobilitatis fama, quam audivimus, mihi quoque jucunda foret tua præſentia.

SED licet hoc in Nos humanæ pietatis bonum laudabile ſit, non tamen perfectum. Nam hæc corporalis quidem eſt viſio, & brevis, & Nobis cum ceteris animantibus communis.

MAGIS ergo ad illam æternæ ſocietatis jucundiſſimam viſionem ſuſpirare debemus, & bonis operibus inſiſtere, ut ad illam perveniamus.

ROGAMUS tuam dilectionem, ut terram illam, quæ tui juris eſt in parœcia de Currenni, de qua dilectus & familiaris noſter Abbas de (3) *Alchi* tecum locutus eſt, & quæ deſerta & inculta Tibi, tuiſque Anteceſſoribus uſque nunc inutilis fuit, Eccleſiæ de *Alchi* in eleëmoſynam concedere digneris: quatenus & animæ tuæ, & animabus Anteceſſorum & Succeſſorum tuorum, apud Deum hoc tuum proficiat beneficium.

(1) Rogo de Abbatis-villa, *d'Abbeville*, quæ Urbs eſt ad Somenam fluvium, in veteri Breviario Corbeienſis Bibliothecæ, ante annos quingentos ſcripto, laudatur cum Uxore ſua Elizabeth prid. id. Auguſti, ut Fundator loci, ad quem primo pertinuit Breviarium, nempe Prioratus S. Petri apud Abbatis-villam.

(2) B. id eſt, Bernardus, Abbas Claræ-vallenſis, & Ciſtercienſis Ordinis Patriarcha, de quo plura vide in Chronico Ciſtercienſi & in Faſtis Belgicis ad diem 20. Auguſti apud Miræum; item ſupra pag. 97. in Notis. Obiit anno 1153.

(3) Alciacum, Monaſterium Ordinis S. Benedicti, Diœceſis tunc Teruanenſis, nunc Audomarenſis, fundatum in Morinis ad Quantiam fluvium ſub annum 700, primo pro Sanctimonialibus, quibus ſucceſſerunt Monachi ab inſtauratione poſt Normannos. Vide ſup. p. 317

CAPUT XXIV.

Godefridus I. *Lotharingiæ Dux Abbatiæ Parcenſi Ordinis Præmonſt. varia concedit Privilegia, & Villulam cum manſionariis de Vinckenboſch, anno* 1140.

Ex Deſcriptione Abbatiæ Parcenſis per eandem.

IN Nomine Domini amen. Poſtquam ego (1) Godefridus Dux Lotharingiæ, qui & (2) Marchio, Monaſterium de (3) Parcho Ordinis Pręmonſtratenſis, in honorem B Mariæ fundaſſem, ob meam & meorum ſalutem, more & lege Virorum illuſtrium quaſdam libertates ac etiam bona Fratribus in dicto Monaſterio Domino ſervientibus donavi.

Ipsum itaque *Parchum* qui adjacet Lovaniæ in auſtrali parte, eiſdem Fratribus donavi cùm pertinentiis, hoc eſt cum his quæ infra ipſius clauſuram ſunt, cum Villula & manſionariis de (4) *Vinckenboſch* ab utraque parte rivi, uſque ad molendinum, quod dicitur *Broecke*, prout nunc eſt, aut in futurum eſſe poterit, cum ea parte ejuſdem Villulæ & manſionariorum apud *Langendael*, quam ab Anſelmo Nobili Viro de Averendoren, per meum aſſenſum acquiſierant, nihil mihi juris in prædictis reſervans, præter altam juſtitiam. In ceteris autem dicti Fratres, tamquam in ſuo allodio, liberè omnia jura recipient.

Insuper dedi dictis Fratribus de Parcho, partem ſilvæ de mea foreſta de (5) *Sungia*, prout ſita eſt inter Villam de (6) *Foſſam* & de (7) *Fura*, uſque ad medium Rivorum, qui ab utroque latere hinc & inde decurrunt, cum parte ſilvæ *Mosberch*, verſus meridiem, ut & ipſi habeant plenam libertatem in uſus ſuos ſeu neceſſitates quaſcumque, ſine contradictione convertendi ſilvam prædictam cum fundo tamquam ſuum verum Allodium.

Habeant inſuper dicti Fratres, in ſilva mea de *Loe*, juxta Lovanium, & in omnibus paſcuis, per totam terram meam, ubi bona ſeu Curtes ipſorum ſita ſunt, uſuagium & plenam libertatem paſcendi & minandi greges ac animalia ſua.

Liberos quoque ipſos decerno ab omni onere, angaria perangaria, theloneo, winagio, & omni juſtitia tranſitus per totam terram meam, ac aquam univerſam, in rebus ſuis emendis vel vendendis. Nec quicquam exigatur ab eis occaſione ſtratarum publicarum quas chauchidas vocant, vel etiam pontium reparandorum, niſi quod ſpontè & voluntariè dare voluerint. Aſini, muli, & cetera animalia molendinorum dictorum Fratrum, licet ſæculares pro annuo pacto in eis reſideant, liberum habeant introitum & exitum in omnibus Opidis & Villis in terra mea conſtitutis, ad portandum & reportandum bladum, ſive farinam, nec quiſquam qui ad eadem molendina molere voluerit, aliquatenùs prohibeatur.

Quidam liber homo *Gerardus de Wolue* dedit in eleëmoſynam ſæpedictis Fratribus per manum meam, duas manſiunculas & dimidium manſum apud *Goetſenhoven*, & molendinum ibidem, & apud *Landen* quatuor manſus terræ, & tria jurnalia, & ſex manſiunculas.

Quæcumque igitur bona in præſentiarum poſſident, aut in poſterum acquirere poterunt, ſub mea protectione, & ſucceſſorum meorum Ducum dumtaxat recipio. Hujus rei Teſtes ſunt,

Henricus Comes,
Nicolaus de Rainſt,
Arnoldus Dapifer de Rotſelaer,
Gotuinus de Heverla,
Gerardus de Huldenberge, & ceteri multi de Familia Ducis,

Actum anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo, concurrente primâ epactâ nullâ Indictione tertiâ. 1140.

(1) Godefridus. Hoc eodem anno 1140 die 25. Januarii migravit ex hoc ſæculo, piiſſimus ac bellicoſiſſimus Dux *Godefridus Magnus*, dictus *Barbatus*, Imperatorum, Regum Avunculus, Socer Ducum, Comitumque non uno titulo affinis, poſtquam (ut ait Lipſius lib. 1. de Lovanio cap. 11.) Cœnobia & Religioſos Cœtus inſtituit vel auxit. Auxit quippè Affligemium, S Trudonem, Bigardenſe Monaſterium ſupra Bruxellam, in ipſa Bruxella (aut juxta tum Bruxellæ muros) Prępoſituram Capellæ, alia: inſtituit Parchenſe hoc nobile, item Hiederbecenſe, utrumque nobis in propinquo. Ab illo Series Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ, mox & Burgundiæ atque Auſtriæ, qui in præſentem hanc magnitudinem creverunt.

(2) Marchio, id eſt, Marchio S. R. Imperii, ſeu Antverpienſis. Vide Miræum ſupra pag. 88.

(3) Parcho. De etymologia iſtius nominis, deque primis exortus Abbatiæ Parcenſis juxta Lovanium, vide Miræum ſupra pag. 91. in Notis.

(4) Vinckenbusch, Appendix Parochiæ de Corbeeck-over-Loo, in vicinia Abbatiæ Parcenſis.

(5) Sungia, aliàs Soniæ Sylva, celeberrima non modo Brabantiæ, ſed & totius fermè Belgii, quæ continere dicitur 16526 jugera, ſeu bonaria

(6) Fossam, alias *Voſſem*, Vicus diſſitus duobus circiter milliaribus Lovanio, juxta Soniæ Sylvam.

(7) Fura, amplum Brabantiæ Municipium, de quo latiùs ſupra pag. 589.

CAPUT XXV.

NICOLAUS *Cameracenſis Epiſcopus confirmat donationes varias in favorem Abbatiæ Fidemienſis Ordinis S. Benedicti, prope Landreſium in Hannonia anno* 1141. *prout antea fecerat* BARTHOLOMÆUS *Epiſcopus Laudunenſis.*

Ex Hiſtoria Familiæ Montmorenciacæ per Du Cheſne & Hiſtoria Camerac. Charpentier in Prob.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. NICOLAUS Divinâ miſeratione Cameracenſis Epiſcopus, &c. Religioſarum perſonarum cohortatione (1) Feimenſis Capituli electionem Reverendo Patri GIRARDO Eccleſiæ S. Vincentii Laudunenſis Monacho commiſimus, & eundem in Feimenſem Abbatem conſecravimus, &c. Commonitione verò ejuſdem, Miles quidam de Leſceriis GUIDO nomine, & ALBERTUS Frater ejus, cum eorum Sorore AELIDE, GUALTERUS quoque Tonitruus cum Fratre ſuo & Matre, HELDIARDIS Uxor Giſlardi cum DROGONE Filio ſuo, GODFRIDUS de Perona cum Uxore ſua, BALDUINUS de Guiſia cum Fratribus ſuis, BALDUINUS de Seſſi cum Filiis & Filiabus ſuis, terras, ſilvas, aquas, prata, quæ in circuitu ſunt, ſicut jure hereditario poſſidebant, cum diſtrictu & juſtitia eidem Eccleſiæ conceſſerunt, &c.

1141. ACTUM anno Incarnati Verbi M. C. XLI. Præſulatûs Domni Nicolai V.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego BARTHOLOMEUS Dei gratiâ Laudunenſis Epiſcopus, &c. Fidemenſis igitur Eccleſiæ Venerabilis Fratris noſtri ROBERTI Abbatis precibus condeſcendentes, donaria quæ à GUIDONE DE GUISIA Conſanguineo noſtro præfatæ Eccleſiæ oblata ſunt, decernimus ſubnotare, atque præſenti Decreto in perpetuum conſolidare.

PRÆFATUS igitur GUIDO conceſſione Uxoris ſuæ AELUIDIS, quæ vulgò MACHANIA dicitur, concedentibus Filiis ſuis & Filiabus, Alodium de *S Germano*, Villas de *Paciis*, de *Eſtrea*, &c. & omnem Advocatiam uti in vita ſua tenuerat, prædictæ Eccleſiæ liberè contulit, &c. in præſentia

Gerardi de S. Auberto,
Balduini de Bello-viſu,
Guaſconis de Thorota,
Petri de Malovicino,
Sigeri Tacqueti,
Balduini de Dours,
Terrici de Thiens, &
Walteri Colet, Militum, &c.

ACTUM in Caſtro Guiſiæ, anno Verbi Incarnati milleſimo centeſimo viceſimo, menſe 1120
Decembri.

(1) FIDSMIUM, vulgò *Femy*, Abbatia eſt Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi, ad Sabim fluvium inter Cameracum & Landracum, ſeu Landreſium. Huic Cœnobio initium dedêre, anno 1080. Nobiles Angli duo, qui patriis ſedibus abierunt, ut incogniti pacificè Deo alicubi ſervirent. Cumque Romam ſeſe contuliſſent, Pontifex Maximus Benedictinam ipſis Regulam præſcripſit. Alter eorum, Stephanus nomine, primus hujus loci Abbas fuit, eſtque Baſilica ejuſdem loci S. Stephano Proto-Martyri dedicata. Primi Monachi introducti fuere ex Abbatia S. Andreæ in Caſtello Cameraceſii.

Hoc porrò Cœnobium egregiè auxit Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis, itemque Cathedrale Canonicorum ejus Urbis Collegium: adeò ut Epiſcopus iſte, & Canonici Cathedrales, ſecundarii (ut ſic loquar) Fundatores habeantur.

Fuit autem ab annis ampliùs centum viginti, inter Francorum Reges & Belgarum Principes, lis & quæſtio de Cœnobii hujus ſitu. Utrorum videlicet in ditione illud ſitum exiſtat. Vulgò ditionis Cameracenſis eſſe creditur: ſicque Arbitri, cum anno 1603. conventum agerent, judicarunt.

Ultimis verò temporibus, tum bellorum injuriâ, tum Abbatum Commendatariorum incuriâ, bona & ædificia hujus Abbatiæ in tantum fuerunt peſſumdata ac diminuta, ut modo non alat niſi tres quatuorve Religioſos, unâ cum Priore, qui ad peragenda divina Officia eò ab Abbate S. Andreæ in Caſtello Cameraceſii deſtinantur. Interim Abbas Commendatarius parte præcipuâ bonorum, quæ in Picardia jacent, potitur.

CAPUT XXVI.

INNOCENTIUS II. *Pontifex Abbatiam Parcenſem Ordinis Præmonſtratenſis Apoſtolicâ confirmatione ac protectione donat anno* 1142.

Ex Deſcriptione Abbatiæ Parcenſis apud Sanderum.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Philippo Abbati de Parcho ejuſque Fratribus, tam præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis, in perpetuam memoriam. Deſiderium quod ad Religionis propoſitum attinet & ad animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo Nos decet lubenti concedere: & præſentium deſideriis, congruum impertiri ſuffragium.

Ea-propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Parchenſem Eccleſiam, in qua Divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſ-

cumque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia juſtè & canonicè impræſentiarum poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

Statuimus etiam, ut Ordo Canonicus ſecundùm Beati Auguſtini Regulam & Fratrum Præmonſtratenſium Inſtitutionem, in ipſa Eccleſia perpetuis futuris temporibus inviolabiliter conſervetur.

Nulli quoque Fratrum poſt factam profeſſionem, abſque Abbatis totiuſque Congregationis permiſſione ex eodem Clauſtro diſcedere liceat. Diſcedentem verò, abſque communi litterarum cautione, nullus ſuſcipiat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut quicumque ſe illic ſepeliri deliberaverint (niſi fortè excommunicati fuerint) nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſtitiâ Matricis Eccleſiæ.

Decernimus ergo ut nulli omnino liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ Diœceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hujus noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit: ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congruâ ſe emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat; reamque divino judicio ſe exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini noſtri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ patriæ inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus,
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus,
Ego Gregorius Diaconus Sanctorum Sergii & Bacchi,
Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus,
Ego Igmarus Tuſculanus Epiſcopus,
Ego Guido S. Romanæ Eccleſiæ indignus Sacerdos,
Ego Guido Presbyter Cardinalis S. Chriſogoni,
Ego Goizo Presbyter Cardinalis tituli S. Cæciliæ,
Ego Thomas Presbyter Cardinalis tituli Veſtinæ,

Datum & latum per manus Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, xvi. Kal Jan. Indict. vi. Incarnationis Dominicæ anno m. c xlii. Pontificatûs verò 1142
Domini Innocentii II. Papæ anno xiii.

CAPUT XXVII.

Albero II. *Epiſcopus Leodienſis anno* 1144. *Alnenſibus, qui antea fuerant Clerici in communi viventes à S. Landelino inſtituti, concedit Regulam S. Auguſtini; quæ tamen quarto poſt anno commutata fuit ab* Henrico *Epiſcopo itidem Leodienſi, & à S.* Bernardo *Abbate, in Regulam Ciſtertienſem.*

Ex Fiſen Hiſtoria Leodienſi.

Ego Albero Dei gratiâ Leodienſium humilis Miniſter, (1) Alnenſem Eccleſiam conſiderans quotidianis laborare defectibus, & cum detrimento Religionis, facultatum & poſſeſſionum ſuarum grave ſuſtinere diſpendium, communicato cum Eccleſia noſtra conſilio, poſtulante Venerabili Fratre Radulſo loci ipſius Abbate, qui de communi Clericorum vita ad Regularis profeſſionis ſe nitebatur transferre propoſitum, Eccleſiam ipſam ſecundùm Regulam B. Auguſtini, cenſui ſub ejuſdem perſonæ regimine convenientiùs ordinandam.

Quo de Religionis propoſito, quod in animo habebat, implente, piæ converſionis effectu & ad Dominum ſub regulari habitu totâ mentis intentione converſo, confirmare dignum duxi, Pontificalis Auctoritatis munimine, quod agebat, & novum Eccleſiæ ſtatum ad honorem Dei & Apoſtolorum Principis Petri & Pauli, quorum honore & nomine dedicata prædicta eſſe cognoſcitur Alnenſis Eccleſia, manſuro in perpetuum Privilegio communire: ne novellæ plantationis germina malè radicata, & novus turbo diſperderet, & antiquus ille Chriſtiani nominis inimicus aditum inveniret, quo pullulantis boni honeſtatem devenuſtare poſſet in ſemine.

Statuimus ergo, & Epiſcopali Autoritate decernimus, ut prædicta Eccleſia ſub regulari habitu & B. Auguſtini Regula perpetuo in poſterum tempore perſeveret: nulliquе unquam ſæculari, vel Eccleſiaſticæ perſonæ liceat noſtrum hoc mutare, vel evacuare decretum: ſed inconvulſa maneat & illibata noſtra diſpoſitio, & decedente ipſius loci Abbate, ſecundùm Canonum Inſtituta & B. Auguſtini Regulam Succeſſor eligatur idoneus, cum noſtro, ac Succeſſorum noſtrorum aſſenſu & dono, qui & Leodienſi Eccleſiæ debitam in omnibus exhibeat

beat ſubjectionem & obedientiam: & ſecundùm antiquam ejuſdem Eccleſiæ conſuetudinem in ordine vicis ſuæ, mihi & Succeſſoribus meis, cùm neceſſitas fuerit, tanquam *Capellanus aſſiſtat; ſalvo ſtatu & honeſtate ordinis ſui, & juxta Religionis propoſitum, circa ſubditos ſalutem operetur animarum.

* Abbas Alnenſis Capellanus Epiſcopi Leodienſis.

Habitus autem Deo inibi ſervientium Fratrum talis ſit, qui occaſione vanitatis careat, & nihil novitatis, aut ſuperfluitatis redoleat.

Cappas geſtent nigras, & ſuperpellicea linea, quæ ne reprehenſionis aliquid, aut detractionis habeant.

Ne ſi fortè cauſis exigentibus in Conventum noſtrum venerint, diſſimiles Nobis habitûs novitate inveniantur.

Si quis autem hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens temerè contraire tentaverit, & quod tam juſtè, ac rationabiliter factum eſt, voluerit iniquâ machinatione convellere, æternæ maledictioni ſubjaceat, atque à Sacratiſſimo Chriſti Jesu Corpore & Sanguine alienus fiat, & Apoſtolorum Principis Petri & Pauli ſentiat offenſam, quos eadem Eccleſia Deſenſores habet & Advocatos.

Actum Leodii feliciter anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, Indictione ſeptimâ, regnante Conrado hujus nominis ſecundo, præſidente Leodienſi Cathedræ Alberone ſecundo. Huic rei Teſtes interfuerunt 1144.

Henricus Præpoſitus,
Ebertus Archidiaconus,
Dodo Archidiaconus,
Joannes Archidiaconus,
Philippus Archidiaconus,
Rembaldus Decanus,
Nicolaus Canonicus & Præpoſitus Sancti Dionyſii,
Guido de Wahart Canonicus,
Petrus Canonicus,
Balduinus Canonicus & Magiſter Scholarum,
Ebertus Abbas S. Jacobi,
Wahelinus Abbas S. Laurentii,
Lucas Abbas Beatorum Apoſtolorum in Cornelio-monte,
Arnulſus Abbas de Gemblou.

(1) Alna, potens ac nobilis Abbatia ad Sabim, *Sambre*, fluvium, medios inter montes denſaſque ſilvas poſita, primo lapide à Tudinio ditionis Leodienſis Oppido, cui vicinum eſt Lobienſe Benedictinorum Cœnobium. Quo tempore initium ſumpſerit, ex Tabula Alnenſis Eccleſiæ videmus.

Abbatia Alnenſis inchoata fuit à S. Landelino, & conſtituti ſunt ibi ab eo Clerici communis vitæ dicti, qui ibidem habitarunt, uſque ad annum Chriſti 1144. Quo quidem anno, Alberone ſecundo Epiſcopo Leodienſi auxiliante, & Radulpho Abbate procurante, prædicti Clerici habitum Canonicorum Ordinis S. Auguſtini ſuſceperunt, in quo Ordine annos tantùm quatuor permanſerunt.

Cum autem eo tempore Divus Bernardus in Urbe Leodienſi crucem prædicans tria patraſſet miracula, loci Epiſcopus Henricus Alnenſem Canonicorum Baſilicam D. Bernardo & Ciſtertienſi Ordini tradidit anno 1148. ut Ægidius Aureæ-vallis Monachus, aliique Leodienſium Scriptores teſtantur, & patet ex altera Alnenſi Tabula his verbis:

Anno 1148. menſe Decembri miſſus eſt huc Conventus Monachorum ex Clara-valle, inter quos Religionis fervore præcipui eminebant, Philippus quondam Archidiaconus, & Walterus olim Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, & Werricus Prior, per B. Bernardi prædicationem ad Ordinem Ciſtertienſem vocati.

CAPUT XXVIII.

Gerardus è *Familia Comitum Loſſenſium Abbas Trudonopolitanus, Ordinis S. Benedicti, teſtatur Abbatiæ ſuæ acquiſitum fuiſſe Dominium Vici de Aleym in Betua juxta Moſam, anno 1150.*

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

In nomine Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis. Gerardus Dei gratiâ Abbas Sancti Trudonis. Notum facio præſentibus & futuris, qualiter Frater meus Otto, Comes Durachienſis, Allodium ſuum de Aleym Sancto Trudoni, impeditum quidem, pro anima ſua tradidit, quod gravibus expenſis Eccleſia tandem liberum ab omnibus heredibus coram Venerabili Henrieo Secundo, Leodienſi Epiſcopo obtinuit.

Huic donationi, contra ſuam ipſius ſponſionem, poſtmodum Arnulſus nepos meus obvians, bonum noſtrum invaſit: & licet indè ab Epiſcopo excommunicatus, ab incœpto deſiſtere noluit. Sentiens igitur gravibus noſtris damnis, eum ab intentione ſua non poſſe averti, & Eccleſiam jam pridem ejus incommodationibus vexatam, ad id nequaquam ſufficere; me medium oppoſui, & prædia ad jus Abbatiæ pertinentia, ſcilicet *Hales* & *Welbekem*, factâ publicâ & liberâ commutatione coram Fratribus & Fidelibus noſtris, ad uſus Præbendæ Fratrum transſtuli, & id quod impeditum erat, mihi retinui conveniens.

Itaque Nepotem meum maximo meo labore & expenſis ad hoc perduxi, ut publicè exfeſtucato & libero nobis Allodio noſtro reddito, ab excommunicatione abſolutus, in Capitolio noſtro veniret, veniam peteret, emendationem promitteret.

Ea ergo quia ſincero animo, & communis utilitatis ſtudio egimus, & tantum laboris nobis aſſumpſimus, accitis Fratribus & Fidelibus noſtris, ſub excommunicatione, & Divini Numinis interminatione decrevimus, ut mihi in vita mea de Allodio *Aleym* canonicè & liberè uti liceat, & Fratribus, de *Hales* & *Welbekem*, cum ſuis appendiciis, quidquid eſt utilitatis proficiat.

Post

Digitized by Google

Post obitum verò meum, & eleëmoſyna Fratris mei, cum melioratione, ſi quid meliorare potero, ad uſus Fratrum cedat, & Succeſſor meus ad jura ſuæ Abbatiæ antiquitùs conſtituta ſe conferat. Huic commutationi & conſtitutioni Teſtes idonei interfuerunt, quorum nomina ſubter annotavimus.

Engelbertus Prior,
Balduinus,
Hubertus,
Eboldus,
Libuinus,
Conrardus,
Joannes,
Chriſtianus,
Hermannus,
Wericus,
Walterus,
Nicolaus,
Renerus,
Arnulfus,
Otto,
Marcellus,
Henricus,
Mathias,
Ptolomeus,
Henricus,
Theodoricus,
Heymo,
Emmo,
Viginti-tres Sancti Trudonis Cœnobitæ.

Ex Secularibus.

Arnulfus de Corteſem,
Goſewinus de Borne,
Everardus Judex,
Ruthardus Villicus,
Arnulfus Jordanus Mareſcalcus.

Acta ſunt anno Incarnationis MCL. In- 1150.
dictione XIII. Romæ Papâ Eugenio, Rege Conrardo, Leodii Præſide Henrico ſecundo, Prælationis noſtræ anno ſexto.

CAPUT XXIX.

ADRIANUS IV. *Pontifex poſſeſſiones Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis confirmat anno 1155, petente Henrico Epiſcopo.*

x Hiſto- a Leodi- nſi Cha- eauville Tom. II.

ADRIANUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri HENRICO Leodienſi Epiſcopo, ejuſque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

INJUNCTI Nobis à Deo Apoſtolatûs officium, & Eccleſiaſticæ utilitatis conſideratio Nos hortatur & admonet, Fratres noſtros Epiſcopos, quos ſcientiâ & honeſtate pollere cognoſcimus, ampliori charitate diligere, majoremque illis honorem jugiter & gratiam exhibere. Tunc enim de ſubjectorum ſuorum utilitate verè poterunt eſſe ſolliciti; tunc officii ſui proſequutioni poterunt efficaciùs imminere, cum & ipſi Nos abundantiorem ſibi ſenſerint honorem impendere, & propenſiori affectu diligere charitatis.

EAPROPTER Venerabilis in Chriſto Frater HENRICE Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, & Eccleſiam Leodienſem, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti privilegio communimus. Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma Tibi tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant:

IN quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Caſtrum de *Rode*, Allodium & Familiam cum omni integritate ſua, tam in ſpiritualibus quàm temporalibus, Caſtrum de *Belmont*, Allodium de *Aſtenoit*, Caſtrum de *Duras*, Caſtrum de *Revonia*, Caſtrum de *Emmerville*, Caſtrum de *Burne*, Caſtrum de *Fontaines* ex dono Nobilis Viri Cononis, tria Allodia *Diepenbeche*, *Repe*, *Scanz*: quæ ad Menſam tuam ſpectare noſcuntur.

PRÆTEREA quæcunque Chriſtianiſſimi Imperatores Pipinus, Carolus, Ludovicus, Lotharius, Otto ſecundus & tertius, Henricus, & ceteri Reges eidem Eccleſiæ contulerunt, Tibi tuiſque Succeſſoribus nihilominus confirmamus. Abbatias *Lobes* cum omnibus appenditiis ſuis, *Florines*, *Bronium*, *S Hubertum*, *Gemblues* cum Advocatia ſua & cum omnibus ad eam pertinentibus, *Foſſis*, *Malonia*, *Namucus*, *Dynant* cum Caſtro, *Ceynacum*, *Maſſia*, *Tongris*, *Hoyum*, *Amanium*, *Trajectum*, *Monaſterium ſuper Sambram*, *Turne*, *Alna*, *Villers*, *Everbede*, *Heiecines*; Caſtra, *Tudinum*, *Covinum*, *Buliont*, *Gyveth*, *Hierges*, *Merlemont*, *Soture*, Caſtrum de *Florines*, Caſtrum *Foſſis Truinges*, *Evenes*, *Chaumont*, *Mirewart*, *Rochefort*.

PRÆTEREA quicquid habet juris in Caſtris, Villis, Burgis, Comitatibus, & in tota terra Comitis de *Hainau*, *Louvierval*, *Clarum montem*, *Franchiermont*, *Warſage*, *Argenteal*, *Caſſelin*, *Curtes*, *Berthebein*, *Coverne*, *Lentrebouve*, *Wentreluke*, *Semplovoir*, *Hoyn* & *Hoyz*, *Vervier*, *Nivellam*, *S Petrum in Trajecto*, *Freres*, *Alleke*, *Hurle*, *Vileir*, *Seran*, *Uſey*, *Fronvile*, *Havelange*, *Thibange*, *Jamme*, *Methiu*, *Maſlines*, *Bavenchin*, *Hirwardes*, *Heiſte*, *Turinnes*, *Herewardes* ex dono Nobilis Mulieris Comitiſſæ Ermengardis, Allodium de *Woroime* cum omnibus appenditiis ſuis. Pacem etiam quam Prædeceſſor tuus Henricus bonæ memoriæ in ipſo Epiſcopatu conſtituit.

DECRE-

Decrevimus ergo vel decernimus, ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ tamen Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

Si igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona contra hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens temere venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini Noſtri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Adrianus quartus hujus nominis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

CAPUT XXX.

Fredericus I. *Imperator poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis recenſet atque confirmat anno* 1155.

Ex eadem Hiſtoria Tom. II.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fredericus Dei gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Dignum eſt & Imperiali Majeſtati conveniens, ut nobis devotos familiariùs amplectamur, & eos in ſuis petitionibus attentiùs exaudiamus.

Eapropter Venerabilis Henrici ſecundi Leodienſis Epiſcopi fideliſſimi Nos laborem & ſtudium conſiderantes, quod videlicet Coronæ Imperii noſtri Romæ fideliter interfuerit, & in Italica expeditione ſeipſum ſuaque pro noſtro honore ſæpiſſimè expoſuerit, petitionibus ejus promptiſſimum præbuimus aſſenſum; præſertim cum ea peteret, unde viri prudentis magis laudanda eſt induſtria, qui ſibi commiſſæ fidelis Eccleſiæ, & ea quæ relicta ab Anteceſſoribus fuerant, ſtrenuiſſimè conſervaverat, & in acquirendis novis & utilibus, pacem ſuæ Diœceſeos & poſſeſſionem vigilantiſſimè ampliaverat.

Igitur quæcumque bona, quaſcumque poſſeſſiones Eccleſia Beatæ Mariæ pretioſique Martyris Lamberti, qui in Leodienſi Civitate requieſcit, inpræſentiarum poſſidet, ab Anteceſſoribus noſtris confirmata Chriſtianiſſimis Regibus & Imperatoribus, Pipino, Carolo, Lodowico, Lothario, Ottone ſecundo & tertio, Henrico & ceteris; Nos eorum exemplo eidem Eccleſiæ confirmamus. In quibus hæc propriis ſunt nominibus aſſignata, Abbatiæ *Lobies*, cum omnibus appenditiis ſuis, *Alna*, *Florines*, *Bronium*, *Malonia*, *Eccleſia S. Mariæ in Namurco*, & quicquid in eadem Villa & circà, Eccleſia B. Lamberti poſſedit, & hactenus poſſidet, cum Advocatia, *Monaſterium ſuper Sambram*, *Gemblues* cum Advocatia & omnibus ad eam pertinentibus, *Helencines*, & *Evrebode*, *Turne*, *Eike*, *Beika*, *Cella*, *S. Hubertum* cum Advocatia, *Flone* cum Advocatia, *Abbatia S. Ægidii de Monte-publico*, Abbatiæ quæ continentur in Leodienſi Civitate, *S. Laurentii* & *S. Jacobi*, Abbatia *Montis Cornelii* cum omnibus appenditiis ſuis, Abbatia de *Rode*, cum omnibus appenditiis ſuis: Caſtra & Comitatus, tota terra Comitis de *Hainou*, cum Comitatu & omnibus Caſtris & Eccleſiis ad eam pertinentibus, Caſtrum *Tutinum*, cum Eccleſia & Abbatia & Advocatia & moneta & omnibus pertinentiis, Caſtrum de *Fontaines* & Advocatia & Domus Franconis: *Maiembais* Walteri cum appenditiis ſuis, Caſtrum *Calvum-montem* cum omnibus appenditiis ſuis. Caſtrum *Foſſis* cum Eccleſia & Abbatia & Advocatia & omnibus appenditiis, Caſtrum *Covinum* cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Sonture* cum omnibus juſtitiis ſuis, Caſtrum *Murlemuut* cum omnibus juſtitiis ſuis, Caſtrum *Florines* cum Advocatia & omnibus appenditiis ſuis, Caſtrum *Bullon* cum Advocatia & omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Rochefort* cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Hirge* cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Givet*, Caſtrum de *Dinant* & Abbatia & Villa & omnibus appenditiis ſuis, Caſtrum de *Tienes* cum omnibus appenditiis ſuis, Caſtrum *Hoyum* cum Eccleſiis, Comitatu, Advocatia & omnibus appenditiis ſuis, Caſtrum *Clermont* cum omnibus appenditiis ſuis, Caſtrum *Aigremont* cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Guenes* cum Allodio, Caſtrum *Triungres* cum Advocatia & Familia & omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum de *Worumme* cum Villa & Familia & omnibus appenditiis ſuis & Advocatia, ſicut tradidit Nobilis Comitiſſa Emengardis Beato Lamberto pro remedio animæ ſuæ: Caſtrum *Franchiermont* cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtrum *Warſage*, Caſtrum *Caſſenic*.

Præterea Dominicales Curias confirmamus, *Marbais* & *Fontaines* cum omnibus utilitatibus, *Merin* cum omnibus appenditiis & Advocatia, Curtim *Maloniam* cum Advocatia, *Jame*, *Maſſie* cum Eccleſia & Advocatia & omnibus appenditiis, Curtim *Turnines*, *Maſtines*, *Heiſte* cum Advocatia & omnibus appenditiis ſuis,

ſuis, * *Ranenbien* cum omnibus appenditiis & Advocatia, *Hugardis* cum Comitatu & Advocatia & omnibus appenditiis ſuis, *Aleke* cum Advocatia & omnibus appenditiis ſuis, *Huſle Tungris* cum Eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis, *Vileir* cum Advocatia & appenditiis ſuis, *Tihange* cum omnibus pertinentiis ſuis, * *Almanium* cum Abbatia & Advocatia, *Seran* cum omnibus pertinentiis & Advocatia, *Aurat*, *Ans*, *Nivella*, *Lenaie* cum omnibus pertinentiis & Advocatiis, *Sanctum Petrum*, *Hojn*, quicquid in Trajecto tenet Eccleſia B. Lamberti, & quæ confirmaverunt ei Prædeceſſores mei in eadem Villa; Eccleſia B. Mariæ cum omnibus appenditiis ejus; *Huewardes* cum Advocatia & omnibus appenditiis ejus, *Berthelim* cum omnibus appenditiis & teloneo, *Coverne*, *Lantreshove*, *Wentreſuke*, cum Eccleſia, *Semplonei*, cum omnibus pertinentiis ſuis, * *Cunci* cum Abbatia & Advocatia & omnibus pertinentiis earum.

Renovamus etiam & confirmamus & Imperiali Auctoritate tenendam cenſemus & ſervandam Pacem Henrici Epiſcopi in Leodienſi Epiſcopatu.

Confirmamus quoque poſſeſſiones & Caſtra, quæ noviter Eccleſiæ acquiſivit fideliſſimus Imperio noſtro Henricus ſecundus Epiſcopus, tria Allodia, *Repes*, *Diepenbeek*, *Seans*, quæ Nobilis homo Cuono ei tradidit, cù quâ poſſidebat libertate, cum omni Familia; Caſtrum *Rode* cum omnibus pertinentiis, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus & cum omni Familia; Caſtrum de *Duraz* cum omnibus in circuitu munitionibus; Caſtrum de *Revonia* cum Villa; Caſtrum de *Eſmeirville*.

Decernimus itaque & firmiſſimè jubemus, ut nullus omnino hominum quicquam in præfatis poſſeſſionibus contra voluntatem Epiſcopi Succeſſorumque ejus attentare præſumat, & omnem contra niti præſumentem virtute Majeſtatis Imperatoriæ puniendum cenſemus.

Ut autem hujus noſtræ renovationis & confirmationis Præceptum ratum permaneat, hanc indè Chartam ſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, & Teſtes idoneos ſubternotari fecimus:

Herimannus Conſtantienſis Epiſcopus,
Ortleus Baſilienſis Epiſcopus,
Cuonradus Wormacienſis Epiſcopus,
Matuardus Fuldenſis Abbas,
Henricus Dux Saxoniæ,
Bertoldus Dux de Ceiinke,
Ulricus Comes de Lenceburg,
Gozewinus junior de Falconis-monte,
Herimannus de Bade.

Actum anno Dominicæ Incarnationis millesimo centeſimo quinquageſimo quinto, Indictione tertiâ, regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore glorioſo, anno Regni ſui quarto, Imperii primo. 1155.

Data apud Civitatem Tridentinam ſeptimo Idus Septembris.

† Sigillum Domini Frederici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus & Italici Regni Archicancellarius recognovi.

CAPUT XXXI.

Oda *Nivellenſis Abbatiſſa benefacit Monialibus Cortenbergenſibus Ordinis S. Benedicti juxta Bruxellam, anno* 1156.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ego Oda Nivellenſis Abbatiſſa ſcire volo tam futuris quàm præſentibus, quod meâ, & totius Congregationis Eccleſiæ noſtræ conceſſione *Ivetta* unà cum Filio ſuo *Renzone* terræ ſuæ VII. bonarios quam cenſualem de noſtra tenebat Eccleſia, & de Notengim; *Arnoldus*, *Libertus*, *Lambertus Litholdus* XX. bonaria, undè etiam cenſus ad noſtram ſpectat Præbendam, ob ſuorum remiſſionem peccatorum, Eccleſiæ Cortenbergenſi in perpetuum habendam tradiderunt.

Ita tamen quod debitum cenſum ipſa Eccleſia ſtatutis terminis noſtræ perſolvat Eccleſiæ, ſine dilatione & omni contradictione; in Feſto S. Remigii de prædictis VII. bonariis VI. denarios, in medio Martio VI. & in eodem termino medii Martii de XX. bonariis VIII. ſolidos & V. denarios Lovanienſis monetæ.

Hæc inſtitutio cum ſub noſtra & totius Eccleſiæ ſit deliberata atteſtatione, eam ſcripto commendamus. Quod ut ratum & inconvulſum in futurum permaneat, noſtri impreſſione Sigilli corroboravimus.

Actum & confirmatum in domo Abbatiſſæ Nivellenſis, anno ab Incarnatione Domini MCLVI. Frederico Imperatore glorioſo, Godefrido Duce, Henrico Leodienſium Epiſcopo. 1156.

S. Odæ Abbatiſſæ,
S. Gerbergæ Præpoſitæ,
S. Everardi Præpoſiti,
S. Everardi Decani,
S. Egrici Cuſtodis.

CAPUT

CAPUT XXXII.

Godefridus III. *Brabantiæ Dux confirmat donationem Allodii de* Eſchen *factam Abbatiæ Tongerloënſi à Bernero de Reſeberga Viro Nobili anno* 1158.

Ex Notitiis Marchionatus S. R. I.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis &c. Ego Godefridus Dux Lotharingiæ notum eſſe volo tam futuris quàm præſentibus, quod homo quidam nobilis, *Bernerus* videlicet de *Reſeberga*, divinâ inſpiratus gratiâ allodium quoddam in (1) *Eſchen*, quod liberè & hereditario jure à Parentibus & Prædeceſſoribus ſuis poſſederat, eodem jure quo ipſe poſſederat, in manu mea ad uſus Fratrum de Tungerlo legitimè reſignavit. Ego verò ejus pio ſavens deſiderio, & Religionis applaudens utilitati, ob remedium animæ meæ Parentumque meorum tam præcedentium quàm ſubſequentium, Beatæ Dei Genitrici & ſemper Virgini Mariæ memorati loci Patronæ, & totius mundi Advocatæ, idem allodium cum omni jure ſuo, in manibus Venerabilis Viri Domini Huberti ejuſdem loci Abbatis, ad ſuſtentationem Fratrum ibidem Deo ſervientium perpetuò poſſidendum, liberè ex bona voluntate contradidi. Quod ut ratum & inconvulſum permaneat, Kartulam iſtam Sigilli mei impreſſione munivi. Si quis autem legitimam donationem meam infringere attentaverit, Omnipntentis Dei, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum indignationem quo ad uſque reſipuerit & Eccleſiæ ſatisfecerit, ſuſtineat. Hujus rei Teſtes ſunt, qui præſentes aderant,

Simon Præpoſitus de Tildunch,
Richro de Holthem,
Walterus Craienhem &
Rabbodo Frater ejus,
Sigerus de Wavere,
Henricus de Bunesbeche,
Anſelmus de Kyſinchem,
Gerardus de Benchem,
Godefridus Frater ejus,
Walterus de Holthem,
Willelmus de Berchem,
Arnoldus de Froinberche, & alii quàm plures, qui viderunt & audiverunt.

Actum in publica Curia Lovanii, anno Dominicæ Incarnationis MCLVIII. Indictione VII. 1158.

(1) Eſſchen, Appendix Parochiæ de Calmpthout, quæ etiam ſubeſt Abbatiæ Tungerloenſi, in Diœceſi Antverpienſi. Vide etiam ſupra lib. 2. Donationum Belgicarum cap. 62. pag. 550.

CAPUT XXXIII.

Octavianus, *dictus* Victor IV. *Pontifex, Religioſos Vlierbacenſes Ordinis S. Benedicti ab omni ſubjectione priùs debita Benedictinis Afflighemienſibus eximit, circa annum* 1163.

Ex Sanderi Brabantia Tom. I.

VICTOR (1) Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Abbati de Affligem ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ratio veſtræ Religionis exigit, vos ſubjectis vobis tam vitæ, quàm animæ neceſſaria providere.

Hoc in Fratribus de (2) Fliderbaica vos adcò neglexiſſe nobis innotuit, quod ſalvâ Divinâ clementiâ non poterimus incorrectum relinquere; præcipuè cùm ad ſerviendum Deo cotidianus neceſſariorum defectus propter veſtram inſolentiam, eos non mediocriter impediat.

Sciatis ergò, Nos prædictos Fratres ab omni, quem ad vos habuerunt, reſpectu deinceps abſolvere, ut ovile, quod veſtra cum ovibus diſperſit rapacitas, alterius pro eorum libertate Paſtoris, infra XL. dies poſt recitatas Litteras præſentes electi, reparet, & conſervet pietas.

Ad hæc autem magis confirmanda, duos bonæ famæ Viros, videlicet Abbatem de Parco & Abbatem de Everbodio intereſſe præcipimus. Inſuper Ducem Lnvaniæ, cum ejus Civitatis tam clero, quam Burgenſibus, ut quanta neceſſitas hæc fieri compulerit, audiant, & auditis compaſſionem præbeant. Si prædictus Abbas, aut quis ſuorum Monachorum contra hæc ſtare præſumpſerit, cum ab Officio & Beneficio, uſque ad noſtram præſentiam ſuſpendimus.

(1) Victor, aliàs *Octavianus*, Romanus, è Familia Comitum Tuſculanorum, electus eſt anno 1159. in Schiſmate contra Alexandrum III. verum Pontificem, ſibique nomen *Victoris* IV. aſſumpſit. Favorem quoque Frederici I. Imperatoris, cognomento *Barbaroſſa*, obtinuit, qui anno 1161. in Conciliabulo Papienſi Alexandrum à Pontificatu deponi curavit, ſuoſque ſubditos ad obedientiam Victori præſtandam compulit. Obiit Victor IV. anno 1164.

(2) Fliderbeca, aliàs *Vlierbacum*, Abbatia Benedictinorum ad mœnia Urbis Lovanienſis; de qua vide ſuperius pag. 90.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

Aliæ Litteræ VICTORIS *Pontificis ejuſdem Argumenti, datæ anno* 1163.

Ex eodem Sandero.

VICTOR Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Monachis Monaſterii in Fliderbeca ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex injuncto nobis à Deo Apoſtolatûs officio compellimur, ut pro omnium Eccleſiarum ſtatu vigilare, eiſque Paſtoralis regiminis curam ſollicitè providere debeamus.

AD Apoſtolicæ Sedis audientiam pervenit, quod Monaſterium veſtrum Paſtorali nondum ſit ſollicitudine fulcitum; unde & bona ipſius tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus plurimùm imminuta, & ad nihilum redacta eſſe dicuntur.

NE ergò id etiam boni, quod adhuc in Monaſterio veſtro remanſit, ſi Paſtoralis ei Cura deſit officii, debeat deperire, per Apoſtolica vobis Scripta mandamus, & mandando præcipimus, quatenùs poſt acceptionem noſtrarum Litterarum, infra xxx. dies noſtrâ fulti auctoritate, talem vobis invocatâ Spiritûs Sancti gratiâ Abbatem ſecundùm Regulam Beati Benedicti curetis eligere, qui ad officium regiminis ſcientiâ & moribus convenienter aſſurgat, ut ſub ejus providentia Monaſterium veſtrum, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, in melius præſtante Domino valeat reformari.

DATA Crem. VII. Maii.

CAPUT XXXV.

BALDUINUS *Ædificator Hannoniæ Comes dotat Monaſterium S. Salvii Ordinis Cluniacenſis juxta Valencenas, anno* 1169.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outreманni.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego BALDUINUS Divinâ favente clementiâ Comes Hainodii & Marchio adjacentis Regionis, & Filius meus Balduinus tam futuris, quàm præſentibus notum fieri ſatagimus, quod rationabili compoſitione inter Nos & Eccleſiam S. Salvii ſancitâ, pratum Richildis Comitiſſæ, quod hereditarie poſſidebamus, præfatæ Eccleſiæ in recompenſationem, & excambitionem terræ, in qua Aulam Vallencenis ſupra Scaldam ædificavimus, & campi quem pro vinea dederamus, & decimæ ipſius vineæ, quamdiu ipſa durabat (quæ juris erant Eccleſiæ) communicato aſſenſu Curiæ noſtræ, Scabinorumque, & Juratorum Vallencenenſium in perpetuum legitimè conceſſimus.

INSUPER Curbam Gondreæ, quam Communio Vallencenenſis publicaverat, & prætaxata Eccleſia ab antiquo quietè poſſederat, eorumdem aſſenſu reſtituimus.

UT igitur per Nos bene ordinata traditio & conditio in poſterum illæſa permaneat, noſtro eam Sigillo, ſuperadjectis Balduini Filii mei, Burgenſium Vallencenenſium Sigillis, & eorum qui interfuerunt nominibus ſubſcriptis conſignare curavimus.

S. Euſtathii de Rœulx.
S Ludovici.
S. Caroli.
S. Balduini de Toënio.
S. Landrici.
S. Henrici.
S. Rainardi Villici.
S. Herberti Pelet.

ACTUM anno ab Incarnatione Domini mil- 1169.
leſimo centeſimo ſexageſimo nono.

CAPUT XXXVI.

ALEXANDER II. *Pontifex confirmat poſſeſſiones & Privilegia Abbatiæ S. Joannis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Valencenis anno* 1173.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outremanni.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Gilleberto Abbati Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ de Valencenis, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

DESIDERIUM quod ad Religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo Nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & Pauli protectione ſuſcipimus

cipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

IN primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam, atque Inſtitutionem * Arroenſium FF. in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur.

* id eſt Arroaſiæ Abbatiæ, de qua ſupra pag. 107.

PRÆTEREA quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu juſtis aliis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant.

IN quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Petri in foro. Eccleſiam de *Alneto* & de *Saltem* cum poſſeſſionibus ſuis, & omnibus decimis earumdem Villarum.

ALTARE de *Struem* cum quinque hortulis in eadem Villa. Altaria de *Helpines* & de *Preſel*, Altare de *Scpmeries*. Scholas totius Caſtri de Valencenis, quas ab antiquo Eccleſia veſtra poſſedit. Manſiones Canonicorum, quæ ſunt circa Eccleſiam cum camba una. Manſionem Gervaſii de Provino ante fores Eccleſiæ. Domum quæ fuit Magiſtri Adam. Domum Gonteri de Putero, cum domo Fredeſendis, & aliis domibus quæ ad illas pertinent cum furno. Cenſuales domos quas habetis in Valencenis. Terram de Mortrui. Molendinum quod dicitur *Foſſart*. Hortum ad olera Fratrum intra ſepta Caſtri &c. Comitem & Familiam ejus. Miniſteriales ipſius, & omnes de pane veſtro viventes. Caſtellanos & Pares cum Familiis ſuis, miniſterialibùs quoque, Clericos, Scholares, & Canonicorum Familias.

SANE novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere.

CUM autem commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce divina Officia celebrare.

SEPULTURAM quoque illius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſtitiâ matricis Eccleſiæ.

IN Parochialibus autem Eccleſiis quas tenetis, liceat vobis quatuor, aut tres ad minùs de Canonicis veſtris ponere, quorum unus Epiſcopo præſentetur, ut ab ipſo animarum curam ſuſcipiat, & ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeat reſpondere &c.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus S.
Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus S.
Ego Gualterus Albanenſis Epiſcopus S.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ S.
Ego Willelmus Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula S.
Ego Boſo Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ tit. S. Paſtoris S.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaſo S.
Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ S.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. S. Chryſogoni S.
Ego Odo Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano S.
Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Juſtinæ juxta Templum S.
Ego Vitellius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi S.
Ego Hugo S. Angeli Diaconus Cardin. S.
Ego Laborans S. R. E. Diaconus Card. S.

DATUM Anagniæ per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii II. Non. Decemb. Indictione VII.

Incarnationis Dominicæ anno M.C.LXXIII. 1173.
Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ tertii anno XV.

CAPUT XXXVII.

ARNULFUS *Abbas Affligemienſis Ordinis S. Benedicti, Prioratum Vlierbacenſem juxta Lovanium in Abbatiam erigit, ſuæque ſuperioritati renunciat anno* 1173.

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego ARNULPHUS Dei gratiâ Affligemenſis Eccleſiæ Abbas, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Chriſtus, qui ſecundùm Apoſtolum eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, ad paſſionem iturus, pacem & charitatem ſpecialiter & præcipuè Filiis pacis commendavit & ſic per paſſionem conſummatam, ovem centeſimam, quæ erraverat, ad pacem & concordiam Angelorum, pretio Sanguinis ſui interveniente reduxit.

UNDE Nos Filii pacis notum eſſe volumus, tam præſentibus, quàm futuris, qualiter ad petitionem multarum Religioſarum & ſecularium Perſonarum, Ducis quoque GODAFRIDI & Nobilium ejus, Eccleſiæ Flierbacenſi Abbatem habere communi conſilio conceſſimus, & tali

tali conditione diſcordiæ fomitem in vinculo pacis, ſpiritu conſilii mediante, terminavimus.

Si placuerit Abbati Affligenienſi Eccleſiam Fliderbecanam viſitare, Abbas Fliderbacenſis in Choro locum ſuum deſeret, Abbas Affligenienſis intrabit; ſi Capitulum tenere voluerit, locum Abbatis obtinebit; aſſenſu & conſilio Fliderbacenſis Abbatis, quæ agenda ſunt, tractabit.

Abbas Fliderbacenſis ſi non ampliùs ad vincula S. Petri Eccleſiæ Affligenienſi, niſi certâ neceſſitate præpediente, ſe repræſentabit, aureum denarium annui censûs & Lovanienſis monetæ, in teſtimonium ſubjectionis, ipſo die ſolvere curabit.

Abbas verò Affligenienſis & Conventus debitam profeſſo Abbati reverentiam exhibebit. Item ſi Abbas Affligenienſis Abbatem Fliderbacenſem in aliquo negotio ſuo ſecum ducere, vel in aliqua legatione mittere voluerit, Fliderbacenſis ex debito parebit, Affligenienſis ſumptus providebit.

Et contra, ſi Abbas Fliderbacenſis Abbatem Affligenienſem negotiis ſuis intereſſe rogaverit, ſumptus ei, ut dictum eſt, providebit. Obeunte Abbate Fliderbacenſi, Conventui ipſius non alterum quam Profeſſum Affligenienſis Eccleſiæ præſente Affligenienſi Abbate eligere licebit; ita tamen, ut ſi inter eos idonea fuerit perſona nobis non profeſſa, quam eligere voluerint, Affligem veniens profiteatur, & ſic electione confirmetur.

Ut hæc igitur rata & inconvulſa permaneant, Scripto mandari, Sigillorum impreſſione & Teſtium adſtipulatione placuit roborari.

S. Philippi Abbatis de Parcho.
S. Giſelberti Notarii de Lovanio.
S. Conventûs utriuſque Eccleſiæ Affligenienſis & Fliderbacenſis.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXIII. Indictione VI 1173.

CAPUT XXXVIII.

Godefridus III. *Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ Affligemienſi Ordinis S. Benedicti anno* 1175.

Ex Butkens in Trophæis Brabanticis

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Godefridus Dux & Marchio Lotharingiæ, notum fieri volo, tam præſentibus quam futuris, Haffligenienſem Eccleſiam decimam Curtis ſuæ de *Culreth*, tempore Avi mei legitimè acquiſiviſſe; liberè & quietè quinquaginta & eo amplius annis ſine ulla reclamatione poſſediſſe: quam videlicet decimam, cum Henricus de Aſſcha Pravorum ſuggeſtionibus nimis credulus, ſibi uſurpaſſet, tandem in ſe reverſus, injuriam ſibi recognovit, &c.

Decimam inſuper aliam quæ ſui juris erat, annuentibus Fratribus Eccleſiæ, perpetuò poſſidendam dedit, &c. Quæ ut rata & inconvulſa permaneant, Scripto mandari, Sigilli mei impreſſione & Teſtium aſtipulatione placuit roborari. Teſtes

Amolricus,
Gozuinus,
Rainarus, Presbyteri;
Walterus de Aa,
Gerardus de Sottengem,
Daniël de Sinnard,
Iwain de Morcelle,
Sigerus Caſtellanus de Aloſt,
Hanuel de Ledeberge,
Franco Ratir,
Sigerus Foreſtarius de Lumbeke,
Wirricus de Cothem,
Walterus de Lede,
Walterus Runge,
Thomas Barkenere, & multi alii.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, 1175. Indictione octavâ.

CAPUT XXXIX.

Robertus de Ghoer, *Dominus de Corſwarem, anno* 1180. *fundat ibidem Capellam.* Margareta Ida *ex eâdem Familia benefacit FF. Minoribus Leodicenſibus anno* 1261; *& alii alias inſtituunt pias fundationes.*

Ex Archivis Comitis de Corſwarem.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod Ego Robertus de Ghoer Miles Dominus in Bierlos & Caſtri Stephani in *Corſwarem*, mortem præ oculis habens, & peccatorum meorum memor, in requiem animæ meæ, Patris mei Johannis de Los Domini de Ghoer, Matris meæ Sophiæ, Uxoris meæ Mariæ, & ſecundùm diſpoſitionem Arnoldi de Dieſt Patris ſui & dictorum locorum Domini, de conſenſu Filiorum meorum Arnoldi Clerici, Faſtrati & Roberti Militum, & Filiarum mearum Idubergæ & Begghæ, medietatem decimarum, quæ meæ ſunt in Territorio

torio de *Borchworm*, de *Corſwarem*, de *Villanova* & *Betticoven*, contra Beneficium ſub invocatione B. Joannis Evangeliſtæ, conſtitutum & dotatum ab Arnoldo Comite de Los & Alcide Avis meis, cum quinque bonnariis terræ; duobus bonnariis prati & ſeptem bonnariis terræ cum octo virgis in *Diepenbecke*, quæ à Renato Præpoſito Foſſenſi proveniunt, & duobus bonnariis prati in *Hercke*, quæ à Theodorico Canonico, & octo denariis in *Borchloen* ad portam Tungrenſem & denario annuali ſuper bonnarium adjacens ad *Buſcum Comitis*, vulgò *Hagam Hornenſem*, pro luminario.

Hæc omnia prædicta quæ legitimo jure poſſidebam, Deo, Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, Capellæ ſupra dictæ, & Altari de novo ædificato ſub invocatione Beatorum Johannis Evangeliſtæ & Mariæ in dicta Capella adjuncta Eccleſiæ Subparochiali de *Corſwarem* in eleëmoſynam tradidi, ut pro requie animæ meæ & omnium prædictorum Prædeceſſorum & Conſanguineorum meorum, ſacrum Altaris Officium offeratur, ſecundùm id quòd ordinabit Dominus meus Epiſcopus, cui præſento Filium meum Arnoldum ad id beneficium, injungens meis Filiis Faſtrato & Roberto, & eorum Sororibus Idubergæ & Beggbæ, & eorum vel earum Succeſſoribus, ut nihil unquam attentare præſumant, in contrarium præſentis & irrevocabilis hujus meæ voluntatis; & ut ille vel illi ex meis Succeſſoribus & repræſentantibus, qui Caſtrum Stepbani cum bonis adjacentibus poſſidebunt in perpetuum dictum Altare intratenere & Clericos idoneos & devotos Epiſcopo præſentare debebunt. Hujus rei ſunt Teſtes

Dominus Rudolpbus Leodienſis Archidiaconus,
Hugo,
Remaldus, &
Henricus, Clerici,
Arnoldus de Dieſt, &
Arnoldus Filius ſuus, Milites, Cognati mei,
Henricus de Hugarden,
Otto de Heverle,
Reinaldus de Alken,
Waltherus de Thienen,
Waltherus de Nielle;
Et Homines mei Arnoldus Lathuenſis,
Hugo Pelotte,
Franco Straetman,
Johannes Feenendael,
Otto de Lira, & alii quam-plures.

Hæc facta ſunt in Fortalitio meo de Bierlos
1180. ab Incarnatione Domini Jesu Christi M. C. LXXX. in Vigilia S. Johannis Prçcurſoris Chriſti.

Ego Margareta Ida relicta Domini mei Nobilis Viri Roberti de Corſwarem Militis, dedi per præſentes meas Litteras Fratribus Minoribus, in favorem Filiorum meorum Roberti, Lndovici & Gerardi, qni militiam terrenam abdicaverunt, & militiam Chriſti ſicut votum voverant in Aſia, apud dictos Fratres profeſſi ſunt, & in eleëmoſynam pro redemptione peccatorum meorum, pratum montis, pro ædificatione Cellularum, & omnes denarios ex venditione Allodiorum de Los in Territorio de Berlou.

Item tres libras Lovanienſes annualiter ſuper Domum meam aſſignatas pro Fratribus infirmis. Et ſepulturam meam eligo apud Tumulum Patris mei Guidonis de Geneffia, dicti Militis Britannici, apud Altare dictorum Fratrum.

Et ſi corpus Domini mei Roberti, de Damieta ante meum obitum non reducatur, meus Filius Arnoldus, poſt obitum meum, curabit ut introductum ſit in eadem ſepultura, quia talis ſuit voluntas dicti Domini mei & mea.

Hæc facta ſunt in Domo mea, Dominicâ
Lætare M. CC. LXI. 1261.

Universis præſentes Litteras viſuris, Nos Arnoldus de Corſwarem Dominus de Niel, Arnoldus Filius meus primogenitus, Milites, Rutgerus Filius meus Canonicus Ultrajectenſis notum facimus, quod receperimus jocalia, quæ Filia mea Ida Monialis Nivellæ à defunctâ Uxore meâ Eleonora obtinuerat, in Caſtello de Lumen, quando apud Patrem ſuum obiit, quæ omnia jocalia in noſtris manibus repoſuit Jolanda Abbatiſſa ejuſdem loci.

Item quod conſentiente eâdem Abbatiſsâ partem illam quam Filia mea prædicta ab Hermanno de Hornia Præpoſiro S. Gereonis obtinuerat & poſſidebat, ſimiliter nobis repoſuit, ac etiam medietatem Allodiorum de Nielle, quæ mea prædicta Uxor Eleonora ipſi in Teſtamento ſuo reliquerar.

Contra quod Nos ſimul obligavimus ad ſolutionem unius penſionis annualis viginti librarum Lovanienſium, quam per totam ipſiua vitam & durante anno poſt obitum, Nos vel noſtri rappræſentantes in die Sanctæ Gertrudis quoque anno in manibus Abbatiſſæ Nivellenſis deponere curabimus.

Hæc facta ſuot conſentientibus Dominis noſtris Epiſcopo Liegenſi, & Comite Arnoldo de Loen. Præſentibus Magiſtro Raimundo Perſonâ in Corſwarem, Conſanguineis noſtris Guilielmo de Los Domino de Hornia, Teobaldo Domino de Berlos & Roberto de Corswarem Domino de Nandren, Militibus, qui warandiaverunt prædictam penſionem, & Hominibus noſtris Johanne Feenendael Caſtellano, Arnoldo Sprauten, & Hugone Roboaldo.

Datum in Turre de Niel, die Dominicâ poſt Purificationem B.V. Mariæ, anno Domini mil-
leſimo ducenteſimo nonageſimo quarto. 1294

Ego Rutgerus de Los Caoonicus S. Salvatoris Ultrajectenſis peccator maximus, ſed in miſericordia Dei confidens, in remiſſionem peccatorum meorum, & pro requie animarum Patris mei Arnoldi, & Matris meæ Eleonoræ, dedi per præſentes meas Litteras, Altari ſub invocatione Beatorum Nicolai & Catharinæ, fundato & dotato à Gerardo de Los, juxta votum ante ſuam expeditionem ad Terram ſanctam, quod exſtat in Capella dictâ Voti apud Eccleſiam de Corſwarem, unum bonnarium terræ vicinum Hagæ Hornenſi, cum qoinque virgis, apud Caſtellum de Borchworm, & duos denarios Cenſales in die Beati Stephani, & hæc in augmenta-

augmentationem ſupra dictæ fundationis. Hujus meæ liberæ ac devotæ Donationis Teſtes ſunt,

Walterus & Henricus Clerici,

Frater meus Arnoldus de Corſwarem Dominus de Niele,

Reinaldus d'Argentael, Milites,

Reinerus Caſtellanus, & alii quamplures.

Datum in Caſtello Stephani milleſimo trecentesimo, Sabbato ante Trinitatem. 1300.

CAPUT XL.

GERARDUS *Comes Loſſenſis in ditione ſua ſub Epiſcopatu Leodienſi fundat Abbatiam de Herckenrode Nobilium Virginum Ordinis Ciſtercienſis anno* 1182. *Id ſuo Diplomate teſtatur ejus Filius* LUDOVICUS *Comes Loſſenſis anno* 1213.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. LUDOVICUS Dei gratiâ Comes de Los. Univerſis Chriſti Fidelibus in perpetuum.

UT unicuique ſua juſtitia conſervetur illæſa, Divinæ Legis & humanæ proclamat veritas & rationis atteſtatur authoritas. Notum itaque fieri volumus, tam præſentis, quàm futuræ ætatis hominibus, quòd felicis memoriæ Comes GERARDUS, Genitor noſter ſecundùm carnem, ſanus adhuc in corpore & incolumis, Allodium de *Herkenrode* ab omnibus heredibus abſolutum, ad conſtituendum Clauſtrum Sanctimonialium Ordinis Ciſtertienſis, in ſilvis, pratis, terris cultis & incultis, viis & inviis, Fratri Henrico Religioſo Monacho, pro ſalute animæ ſuæ, liberè contradidit, Nobis, aliiſque Fratribus noſtris, ſicut decens erat & pium, præbentibus aſſenſum.

Nos verò Donationem hanc bonam ac laudabilem diligentiſſimè approbantes, inviolabiliter obſervandam fideliter confirmamus & Scripto adnotatam, Sigillorum noſtrorum impreſſione corroboramus, Adâ Comitiſsâ Uxore noſtrâ eandem approbante.

INHIBEMUS itaque diſtrictiſſimè, ſub banno poteſtatis, abſque obtentu gratiæ noſtræ, nequis in poſterum auſu temerario huic ſanctæ Donationi contraire præſumat.

QUOD ſiquis temerè & præſumptuosè attentaverit, divinæ animadverſionis ultionem & noſtram offenſam ſe incurriſſe certiſſimè cognoſcat. Hujus rei Teſtes ſunt

Wilhelmus, Perſona de Haſſelt,

Wilhelmus de Pieterſeim,

Hermannus de Elſlo,

Conrardus de Hubertinchen,

Godefridus de Lewis,

Walterus de Milne,

Robertus de Berle,

Raſo de Corteſeim,

Theodoricus Caſtellanus de Loos,

Walterus de Berce,

Henricus de Joer,

* Robertus de Coſwerem, & alii quamplures. * Vide pag. præcedent.

ACTA ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XIII. 1213.

HERCKENRODA, ſic dicta à ſylva ſua Herckenſi exarata, celebris eſt atque magnifica Abbatia Nobilium Domicellarum Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Leodienſi, primo lapide ab Haſſeleto. Fundator ejus fuit anno 1182, Gerardus Comes Loſſenſis, qui ibidem cum Uxore ſua Ada, ſeu Adelheide Filia Henrici III. Gelriæ Comitis ſepultus fuit. Stemma ejus aliorumque Comitum Loſſenſium exhibuimus ſupra pag. 701.

Celeberrimum quoque eſt hoc Monaſterium ob pretioſam Hierothecam Venerabilis Sacramenti Miraculis clari, cujus hæc ibidem legitur Hiſtoria ex Tabula in Odeio appenſa.

" Anno à Chriſti nativitate milleſimo trecenteſimo
,, decimo ſeptimo die XXV. Julii, in *Viverſet* decumbe-
,, bat ægrotus vir quidam, qui mortis metu perterritus
,, petierat ſibi adminiſtrari Sacroſanctum Euchariſtiæ
,, Sacramentum. Qui itaque tum Parochi vices gerebat
,, in Eccleſia de *Viverſet*, rogatus tulit illud, pixide (ut
,, moris eſt) concluſum & aſſervatum, non tamen ſa-
,, tis cautè, nec providè reponens ſuper menſam quan-
,, dam, in ædibus ægroti; quippe qui nec pixidem quâ
,, jam dictum Sacramentum continebatur, occluſerat,
,, imo poſt tantam incuriam, rectâ ad ægrotum perre-
,, xit, ejus confeſſionem auditurus, ac ſalutaribus moni-
,, tis eum inſtructurus, ad dignè ſumendam illam Eucha-
,, riſtiam.

,, Interea nonnulli ex iis, qui tum fortè ægrotanti ade-
,, rant, animadvertentes pixidem tam eſſe imprudenter
,, repoſitam, temerè nimis eandem Sacroſanctam Eucha-
,, riſtiam manibus contrectarunt, quam tamen poſtmo-
,, dum pixidi incluſerunt.

,, Auditâ deinde confeſſione ægroti, ſacrificus cum eâ
,, quâ decuit reverentia ſumptam pixidem ad ægrotum
,, detulit, illi Venerabilis Euchariſtiæ Sacramentum ad-
,, miniſtraturus.

,, Verum ubi jam illam aperuiſſet, ac ſanguine perli-
,, nitam, & veluti maculatam hoſtiam cognoviſſet, quæ
,, linteo ſupra quod reclinaverat firmiùs adhærebat: rei
,, novitate perculſus ac ſtupefactus, quod acciderat, oc-
,, cluſâ iterum pixide, præſentes tum ibi celabat, officio
,, ſuo in conſolando ægrotum quantum in ſe fuit, perfun-
,, ctus. Dictam vero pixidem, unà cum ſic incluſa Sa-
,, croſancta Euchariſtia, ad præfatam Eccleſiam repor-
,, tavit, rem quæ acciderat vero ac proprio Parocho ex-
,, ponens.

,, Quem cum triſtitia ſimul & metus, ex tanta rei novi-
,, tate, corripuiſſent, occaſionis tanti Miraculi prorſus
,, inſcium, mandavit Sacroſanctam Euchariſtiam defer-
,, ret ad pium ac religioſum quendam virum, nec minus
,, doctum, Simonem, (hoc erat illi nomen) Monaſte-
,, rium de Herckenrode inhabitantem: eique quod con-
,, tigerat narraret.

 ,,Hoc

„ Hoc autem cùm exequi vellet, ac ad jam dictum Mo„ naſterium pergeret, pecora quæ ſecus viam fortè oc„ currebant, in genua ſe provolvebant. Venerabili Sa„ cramento honorem & venerationem eo nimirum of„ ficio exhibantia.

„ Accidit præterea, ut cum Sacrificus templum hujus „ Monaſterii, in quo prædictus D. Simon erat, ingrede„ retur, nullius auxilio utraque campana reſonaret. Can„ tabaturque Introitus Miſſæ D. Petri ad Vincula, (nam „ illi Divo tum erat dies Sacer) *Nunc ſcio verè, quia mi„ ſit Dominus Angelum ſuum*, &c. Cujus ſanè cantûs Sa„ crificus, qui pixidem cum Sacroſancta Hoſtia defere„ bat, audiendi cupidiſſimus erat, præſertim quod multa „ ei per viam in mentem veniſſent, certò ſibi ex his per„ ſuadens, non alio loco velle hanc Sacroſanctam Eu„ chariſtiam reponi & coli.

„ Id temporis Miſſæ officium peragebat Religioſus qui„ dam, nomine Adam, qui prænarratorum planè ignarus, „ facie ab Altari aversâ allatam huc Sacroſanctam Eu„ chariſtiam veneratus eſt.

„ Viſa quoque eſt tum temporis in hoc Sacramento „ humani corporis forma, eleganti ac lucida circumdata „ coronâ: ac mulier à cacodæmone obſeſſa & vexata, „ prorſus liberata. Hujus Monaſterii accolæ, nec non „ Peregrini, etiam hoc Miraculo incitati, frequentes ad „ dictum Monaſterium confluebant, non viſuri tantùm „ hanc Sacroſanctam Euchariſtiam, verùm etiam pre„ ces ſuas coram fuſuri, ac variis oblationibus honorem „ delaturi. Cujus etiam rei tanto Miraculo, ac aliis ſignis „ pluribus, ad meliorem vitæ conditionem fuerunt re„ vocati.

„ Qui igitur volet hanc, quam diximus, Sacroſanctam „ Euchariſtiam viſere, hoc unum in primis curet, ut à „ peccatis immunis per eandem vitam in melius commu„ tare, & gratiam adipiſci mereatur ſempiternam.

Amen.

CAPUT XLI.

Balduinus *Hannoniæ Comes confirmat anno* 1185. *Donationes factas Eccleſiæ S. Joannis Valencenis, Canonicorum Regularium.*

Ex Hiſto. Valencenenſi P. Outremanni

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt facilem præberi aſſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu ſunt proſequente complenda.

Unde Ego Balduinus Hainodienſis Comes, quintus ab illo Balduino, qui Flandriam & Hainodium poſſedit, notum facio tam præſentibus quàm futuris, quod Amandus (aliàs Almandus) de Prouvy, manſionem ſuam, quæ de Jure Paris ei contingebat, quæ in Caſtro Vallencenenſi ſita majori oſtio Eccleſiæ Beati Joannis proximior erat, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ valde proficua, aſtantibus Comparibus ſuis, cum Filio ſuo, & collaudantibus, in manus meas reſignavit. Ego verò manſionem illam Eccleſiæ jam dictæ contuli, & aliam æquè liberam, reſignatæ manſioni contiguam, quæ Canonicorum erat, loco prioris præfato Amando de Jure Paris habere conſenſi.

Ut autem commutatio illa perſeverans & illæſa permaneat, vigili etiam Litterarum memoriæ placuit commendari, & in duabus Paginis Cirographo interciſo confirmari: ita ut pars Amandi præfatæ Eccleſiæ Sigillo muniatur, & pars Eccleſiæ Sigilli mei appenſione roboretur, & utraque pars ſubſcriptione Teſtium confirmetur.

S. Amandi de Prouvy.
S. Girardi Filii ejus.
S. Euſtathii de Roels.
S. Walteri de Wargny.
S. Willelmi Fratris Comitis.
S. Simonis de Alneto.

Actum Verbi Incarnati anno milleſimo centeſimo octuageſimo quinto. 1185.

CAPUT XLII.

Urbanus III. *Pontifex in Urbe Valencenenſi plures Parochias anno* 1186. *inſtituit, manente Jure Patronatûs penes Priorem S. Salvii.*

Ex eodem Libro.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis Filiis Præpoſitis, Seabinis, Juratis, Majoribus, & populo Caſtri Valencenenſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem

Etsi dilecti Filii noſtri Prior S. Salvii Valencenenſis, & Joannes Presbyter Eccleſiæ S. Gaugerici, ſuper eo quod prædictus Prior Parochiam ipſius Eccleſiæ in tres partes contra voluntatem ipſius Presbyteri dividere nitebatur, ad Nos litigaturi veniſſent; poſtmodum tamen idem Presbyter recognoſcens, quòd ſine gravi periculo Parochianorum noſtrorum remanere non poterat indiviſa, per ſeipſum quæſtioni liberè ceſſit, & ut in tres partes ipſius Parochiæ fieret diviſio, acquievit.

Quod autem conſpectis periculis, quæ pro penuria Sacerdotum populus ipſius Parochiæ ſuſtinebat, ad diviſionem (ſicut præfatus Prior aſſerit) fideliter laboraſtis, & circa profectum Eccleſiæ, cui eſtis Parochiali jure ſubjecti, diligentem ſollicitudinem adhibetis, gratum gerimus, ut debemus, & devotionem veſtram in hac parte non immeritò commendamus.

Unde Venerabili noſtro Fratri Cameracenſi

cenſi Epiſcopo, prædictam Parochiam commiſimus dividendam.

Monemus Univerſitatem veſtram, & hortamur in Domino, atque in remiſſionem peccatorum vobis injungimus, quatenus cum Parochia in tres partes ab eodem Epiſcopo diviſa fuerit, ſinguli veſtrûm Parochiæ cui deputati fuerint, debitam reverentiam & ſubjectionem impendant, & Eccleſiæ Sancti Salvii ſua jura (quæ quidam veſtrûm in ſuæ ſalutis periculum detinere dicuntur) certis temporibus integrè perſolvatis; & reſtitutis quæ ſunt injuſte ſubtracta, prædicto Priori, & Eccleſiæ ſuæ, devotionem ſicut convenit, impendatis; ita quod ex hoc & ab Omnipotente Deo præmium indeficiens conſequamini, & Nos providentiam veſtram poſſimus pleniùs, cum audierimus, de bonis operibus commendare.

Datum Veronæ iv. Non. Auguſti, anno M. C. LXXXVI. 1186.

De inſtitutione Parochiarum Valencenenſium vide Miræum ſupra pag. 697. & 777.

CAPUT XLIII.

Philippus Heinsbergius *Archiepiſcopus Colonienſis componit diſſenſiones ortas inter Henricum I. Brabantiæ Ducem & Gerardum Comitem Loſſenſem ſuper Advocatia Monaſterii Trudonenſis Ord. S. Bened. in Diœceſi Leodienſi anno* 1190.

Ex Hiſtoria Loſſenſi, & ex Trophæis Brabantiæ Butkens.

PHilippus Dei gratiâ Colonienſis Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti Fidelibus in futurum, quòd cùm gravis diſſenſio, & toti terræ importabilis ſuper Advocatiam Sancti Trudonis inter Henricum Ducem Lovanienſem & Gerardum Comitem de Los orta fuiſſet; ad ſopiendam hanc litem, pro pace terræ partes noſtras interpoſuimus; & ita noſtro, & prudentium virorum conſilio, inter eos tranſactum eſt.

Comes Duci octingentas marcas dedit tali conditione: quòd Dux quamdiu octingentas marcas Comiti non reſtituerit, nullam guerram, neque quæſtionem aliquam, ejuſdem Advocatiæ, vel alicujus rancoris occaſione, contra ipſum, vel Uxorem ſuam, vel heredes ſuos movebit; & Comes, & Uxor ſua, & heredes ſui eandem Advocatiam, cum omnibus attinentiis, ſub tali pacto quietè poſſidebunt.

Si verò Dux Comiti octingentas marcas reſtituerit, poſt reſtitutionem earum, uſque dum duodecim hebdomadæ elapſæ fuerint, nec ipſe, nec heredes ſui eum inquietabunt.

Adjunctum quoque eſt: quòd ſi Comes contra Ducem, alicujus rancoris occaſione, vel pro amici ſui dilectione, guerram moverit, & non ſatisfecerit, Dux de argento ſolvendo & omni promiſſione abſolutus erit.

Ut autem quæ prædicta ſunt, à Duce rata & inviolata ſerventur; Nos & Philippum Comitem Flandrenſem, & Patrem ſuum Godefridum Ducem ſeniorem, & vaſallos, & fideles ſuos fide-juſſores Comiti conſtituit. Nos tali modo pro ipſo fide-juſſimus, quòd ſi Dux promiſſa infregerit, & non ſatisfecerit Comiti, contra ipſum totis viribus aſſiſtemus, & argentum ei cum integritate perſolvemus.

Comes Flandrenſis tali modo: quòd nec ipſe, nec aliquis de terra ſua contra Comitem obſequium præſtabit, & ipſe ad conſilium & voluntatem noſtram penitus ſuper his ſtabit.

Godefridus Dux ſenior in hunc modum promiſit: quòd ſi Filius ſuus præmiſſa rata non habuerit, Villam de Los intrabit, nunquam inde uſque ad plenariam omnium, quæ prædicta ſunt, perſolutionem receſſurus. Vaſalli & fideles ſui, quorum nomina ſubſcripta ſunt, eodem pacto Trajectum intrabunt, nunquam inde uſque ad plenariam prædictorum perſolutionem receſſuri.

Gerardus de Grimbergh,
Arnoldus de Dieſt, &
Arnoldus Filius ſuus,
Galterus de A,
Ricaldus de Reve,
Godefridus de Calmont,
Joannes de Woluwe,
Arnoldus de Weſemale,
Renerus de Heverle,
Arnoldus de Walhain, &
Wilhelmus Frater ſuus,
Arnoldus de Bygaerden, &
Arnoldus Filius ſuus,
Gerardus de Huldeberge, &
Arnoldus Frater ſuus,
Alardus Rapa,
Leonius de Huderechem,
Et Frater ſuus Arnoldus,
Rykezo de Dieſt,
Wilhelmus de Bergen,
Rubinus Renerus de Lyemale,
Henricus de Hugaerden.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XC. 1190.

CAPUT

CAPUT XLIV.

BALDUINUS CONSTANTINOPOLITANUS, *Comes Flandriæ, donat Abbatiæ Laudenſi Ordinis Ciſtercienſis à Prædeceſſoribus ſuis fundatæ Privilegium libertatis anno* 1191.

Ex Buzelini Gallo-Flandria.

EGO BALDUINUS Flandriæ & Hainoniæ Comes notum facio tam præſentibus quàm futuris, quòd eandem libertatem, quàm Prædeceſſores mei, videlicet Comes Theodoricus, & piæ memoriæ Dominus & Avunculus meus Comes Philippus Eccleſiæ B. Mariæ de Los contulerunt, Ego ſimili modo concedo, hanc videlicet, ut per totam terram meam, & omnes tranſitus ditionis meæ, vel mei Comitatûs, in eundo vel redeundo, à theloneo & paſſagio & omni exactione omnimodis ſit libera, in his videlicet, quæ ad uſus ſpectant Eccleſiæ.

UT autem hoc ratum & inconcuſſum permaneat, præſentem Paginam Sigilli mei impreſſione, & Teſtium annotatione confirmavi. Teſtes

Caſtellanus de Duaco,
Polo de Vileirs,
Robertus Avunculus de Sengin.

ACTUM apud Inſulam anno Domini M.C.XCI. 1191.

CAPUT XLV.

FULCO *Dominus de Fanmars benefacit Monaſterio S. Salvii juxta Valencenas, probante Balduino Flandriæ & Hannoniæ Comite, anno* 1196.

Ex Hiſtoria Valencenenſi.

CUM inter omnia quæ ad commune miſeræ conditionis levamen humani potuit ingenii ambitioſa ſubtilitas invenire, ſcientia præfulgeat litteralis, in hoc Nobis maximè claritatis ſuæ radios ſubminiſtrat, quod utriuſque juris notitiam temporum non patitur confundi vel deprimi vetuſtate.

HINC eſt, quod Ego BALDUINUS Comes Flandriæ & Haynoniæ cunctis volo tam præſentibus quàm futuris innoteſcat, quod cum FULCO Dominus de Fanmars, partem decimæ, quam in eadem poſſidebat Villa, Eccleſiæ S. Salvii aſſenſu Uxoris ſuæ, & Domini Gerardi de Provi, de cujus juriſdictione, nomine feudi eadem deſcendebat decima, vendidiſſet, tam in mea, quàm hominum meorum præſentia, eidem ipſam Eccleſiæ reſignavit.

UT autem venditio prælibata ampliore in poſterum robore firmaretur, prænominatus Fulco, eâ me ſuper his conditione obſidem & fidejuſſorem conſtituit:

QUOD ſi Uxor ejus vel alius, dotis gratiâ, ſeu cujuſlibet occaſionis obſtaculo ipſam voluerit infirmare, uſque ad ducentas libras Valencenenſis monetæ, ſæpe-dictæ tenebor Eccleſiæ reſpondere.

PACTIONE igitur laudavi, & accepto pignoris loco, quicquid in omni poteſtatis meæ Dominio, prætaxatus Fulco poſſidere dignoſcitur, fidejuſſionem conceſſi.

UT ergo hujus Contractûs Pagina ſectionem non ſentiat æmulorum, & debitæ firmitatis indeficiens ſuſcipiat incrementum, Sigilli mei impreſſione & Hominum meorum, qui interfuerunt, ſubſcriptione ipſam roborari mandavi.

S. Gerardi de Provi.
S. Willelmi Patrui Comitis.
S. Nicolai de Barbenchon.
S. Balduini de Valencenis.
S. Raineri Gruel.
S. Willelmi du Werchin.
S. Fulconis de Falmars.
S. Joannis de Leſſines.
S. Gerardi Wignart.

ACTUM anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, menſe Julio. 1196.

GERARDUS Dominus de Provi laudat, & ratam habet ejuſmodi venditionem: Litteris quæ incipiunt.

IN nomine &c. Notum fieri volo quod Fulco Dominus de Falmars &c.

S. Hugonis de Alnoit,
Willelmi de Gomegnies,
Philippi de S. Amando,
Gerardi de Provi,
Sigeri de Feneing,
Joannis de Haſpre, Hominum meorum.
S. Walteri de Bouſies, &
Domini Goſſuini.
S. Willelmi de Anſeng.
S Simonis de Genlain.
S. Gervaſi de Provi, &
Willelmi Fratris ejus.
S. Almanni de Haſpres, &
Poteſtatis de Falmars.

Anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, menſe Julio.

CAPUT

CAPUT XLVI.

WALTERUS *Comes Heſdinienſis benefacit Monaſterio Alciacenſi Ordinis S. Benedicti in Arthesia, anno* 1112.

Omiſſum fuerat ex Miræo in Notit. Eccl. Belg. p. 247. ſed antiquus Edidit.

* Aochy-les Moines.

EGo BALDUINUS Flandriæ Comes notum facio, quòd ipsâ die, quâ Gualtero terram ſuam reddidimus, Abbatiam S. Silvini, quæ apud (1) * Alciacum in honore Dei fundata eſt, tamquam unam de Abbatiis terræ noſtræ, in propria Advocatia omnino retinuimus.

UNDE ipſe WALTERUS, tactis Sacroſanctis Reliquiis, in præſentia noſtra juravit, quòd quidquid Avunculus ſuus *Ingelramnus* Eccleſiæ ſuæ Alciacenſi contulit, & quidquid eâdem die, quâ ipſe terram ſuam à nobis ſuſcepit, prædicta Eccleſia poſſedit, quietè poſſidere permitteret.

DATUM anno milleſimo centeſimo duodecimo, apud S. Audomarum. 1112

(1) ALCIACUM Prædium, cum Villa Sithiu, Adroaldus Vir Illuſtris, prole carens, S. Bertino anno 654. tradidit, præſente S. Audomaro, Teruanenſis Urbis Epiſcopo. Cumque Bertinus cœpiſſet Domum orationis apud Alciacum inſtituere, Adalguarius Vir Nobilis, & ejus Conjux Anegia, Baſilicam Alciaci in honorem B. Mariæ & S. Petri Apoſtoli circa annum 680. conſtruxerunt.

Ibidem eorum Filia Sicchedis, depoſitâ ſeculari veſte, Deo dicata, nonnullis ſociatis Virginibus præfuit, ante adventum S. Silvini Epiſcopi, cujus defuncti tumulum Sicchedis memorata auro & gemmis cælavit variis. Danis poſteà in Galliam irruentibus, S. Silvini Reliquiæ ad Sithiu Cœnobium ſunt tranſlatæ. Exinde ſurrexit *Engelramus* Comes Heſdinienſis, qui Eccleſiam Alciacenſem, à Barbaris deſtructam, anno 1072. inſtauravit, eſtque ibidem ſepultus.

Anno 1072. Heribertus Abbas Sithienſis primum in Alciaco Abbatem conſtituit Suelgerum Monachum Sithienſem, vivente Drogone Morinenſi Epiſcopo. Suelgero Geruinus, Geruino Norbertus, Norberto Odo, Odoni Simon, & ſic alii ex ordine, omnes Monachi Sithienſes, ſucceſſerunt. Anno 1079. idem Ingelramus Comes confirmavit & ratificavit Abbati ac Monachis S. Silvini Alciacenſis omnes donationes à ſe factas; approbante Huberto Morinorum Epiſcopo.

Paſchalis II. Papa ſtatuit, juxta præteriti temporis morem, Abbatis ſubrogationem in Monaſterio S. Silvini (ſive Alciaco) in diſpoſitione Abbatis S. Bertini perſiſtere debere. Idem Calixtus II. anno 1123. Eugenius III. Alexander III. Clemens III. Cœleſtinus III. Innocentius III. Honorius III. & Gregorius IX. comprobarunt. Innocentii III. Reſcriptum lib. 5. Decretalium extat.

Ceterùm in dicti Monaſterii Advocatia Comitibus Flandriæ ſucceſſerunt Comites Arteſiæ, ut liquet ex Roberti II. Arteſiæ Comitis Diplomate, quod anno 1269. ſcripſit & ſupra legitur apud Miræum pag. 317.

CAPUT XLVII.

BALDUINUS *Flandriæ & Hannoniæ Comes benefacit Abbatiæ S. Joannis Valencenis, anno* 1196.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outremanni.

EGo BALDUINUS Flandriæ & Haynoniæ Comes &c. Attendens devotionem, quam piæ memoriæ Pater meus Illuſtris Haynoniæ Comes & Marchio Namurci primus habuit circa fundationem Eccleſiæ ab ipſo fundatæ in Curia ſua de Valencenis, in honore Beatæ & glorioſæ Genitricis Dei Mariæ &c.

SCHOLAS ergo ibidem inſtitui & Præbendam, quæ dignitati Scholarum adjuncta erit in perpetuum, de ſegetibus meis apud Kierinaing &c. Scholas itaque cum Præbendâ Magiſtro Gontero Clerico meo liberaliter & benignè contuli.

ACTUM apud Albam Marlam, anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCVI. V. Idus Auguſti. 1196

CAPUT XLVIII.

HENRICUS *Dominus de Sebourg benefacit Abbatiæ S. Salvii Ordinis Cluniacenſis juxta Valencenas anno* 1199.

Ex eodem Libro.

IN nomine &c. HENRICUS Dominus de Seburco, Comitis Flandriæ & Haynoniæ Patruus. Notum fieri volo, quod Ego pro remiſſione peccatorum meorum & animæ meæ ſalute, exactiones quaſdam, quæ vulgò talliæ appellantur, quas ab Eccleſia S. Salvii pro quibuſdam terris, quas poſſidet apud Seburcum, exigere ſolitus eram, & terragium quod in terra, quæ de eleëmoſyna Caroli de Cryptis ad ipſam deſcendit Eccleſiam, poſſidebam apud Follers, abſolutè remittens, ſuper Altare S. Salvii, coram ſufficienti teſtimonio, ramo & ceſpite in eleëmoſynam poſui &c. Dominum meum Flandriæ & Haynoniæ Comitem Balduinum & Fratrem ejus D. Henricum

& Willelmum Fratrem meum obſides conſtitui hujus rei.

S. Henrici Fratris Comitis.
S. Henrici Fratris mei.
S. Willelmi de Seburço.
S. Simonis de Angra.
S. Henrici Alebarbe, &
Raineri Polet, Hominum meorum.
S. Maineri Abbatis Haſnonienſis, &
Balduini Monachi ejus.
S. Hugonis, &
Almanni, Presbyterorum de S. Salvio.
S. Thomæ Presbyteri, &
Henrici Magiſtri de Seburco.
S. Walteri Militis de S. Petro.
S. Laurentii Campagne, &
Theodorici Cambitoris.
S. Walevini de Caſtello,
Hugonis de Bavay, &
Walcheri de Molino.
Walteri de France,
Willelmi de Pauſit,
Ægidii Rufi,
Maineri Marcandi,
Haimundi de Cabotis.

Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo nonageſimo nono, menſe Novembri. 1199

CAPUT XLIX.

Stephanus *Tornacenſis Epiſcopus fundationem Collegii Canonicorum B. Mariæ Virginis Cortraci, factam à Balduino Flandriæ & Hanoniæ Comite, confirmat anno* 1203.

Ex Archivis Epiſcopatûs Tornacenſis communicavit O. Watcant ibidem Canon.

Stephanus[1] Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, univerſis Chriſti Fidelibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in perpetuum.

Cum hodie, refrigeſcente caritate & habundante malitiâ, juxta verbum Prophetæ dilataverit infernus animam ſuam & aperuerit os ſuum, & deſcendant in eum ſublimes & glorioſi terræ, quia non ſolùm ad Eccleſiam manum munificentiæ non extendunt, verùm etiam lactatam mammillis antiquorum Principum variis injuriarum moleſtiis inquietant; hodie amplectendus eſt gratiâ pleniori Princeps, qui ceteris euntibus in ruinam, vadit in reſurrectionem; qui cum ceteri diſperdant & deſtruant, evellant & diſſipent, ſolus ædificat & plantat; & pro nihilo reputans palacia quæ habet in terris, ædificat ſibi domum in cœlis non manufactam, ſed æternam.

Hinc eſt quod de dilecto Filio Viro nobili Balduino Flandriæ & Hannonenſi Comite in Domino gloriamur, quia gloria Patris eſt Filius ſapiens; qui contra morem temporum noſtrorum faciens ſibi amicos de mammona iniquitatis, ita ſibi viam parat in cœlum, ut ſibi perpetuum memoriale relinquat in terris in liberalitatis exemplum.

Notum ſiquidem facimus univerſis, quod cum in ſuſceptæ [2] peregrinationis teſtimonium cruce ſignatus eſſet, ad Nos tum in propria perſona, tum per nuntios frequenter accedens, Nobis propoſuit, quod de habundantia ſua volebat in Caſtello [3] Curtracenſi Eccleſiam Conventualem Canonicorum, qui vulgo ſæculares dicuntur, in honorem Beatæ Virginis Mariæ fundare & ditare.

Et ideo quia abſque convenientia Diœceſani Epiſcopi canonicè fieri non poterat, multâ precum inſtantiâ requiſivit, ut ipſi in facto iſto noſtram vellemus auctoritatem & indulgentiam impartiri.

Sane cum proventus Altaris Parochialis Sancti Martini prædicti Caſtelli inſtitutioque duorum Presbyterorum ibidem miniſtrantium ad Nos pertineret, oportuit Nos eò-uſque negotium differre, quò-uſque habito conſilio prudentum Virorum, & cum Capitulo Tornacenſi communicato tractatu, res ita temperaretur, ut juri Epiſcopali nullum fieret ex hoc novo opere præjudicium, & Eccleſiæ Tornacenſis omnino indemnitas ſervaretur.

Porro cum prænominatus Princeps eſſet in procinctu itineris, paratus pro Chriſto, ſi opus eſſet, lavare ſtolam ſuam in Sanguine Crucifixi; illuſtri Filiæ noſtræ Mariæ Comitiſſæ Uxori ſuæ, cui plenam adminiſtrationem temporalium commiſit, dedit in mandatis, ut propoſitum ipſius opere impleret; quidquid ipſa ſuper hoc facere diſponeret, ratum & irrevocabile habiturus.

Nos itaque abs ea ſuper hoc iterum ſæpius requiſiti, habito conſilio ſapientum, aſſenſu Capituli Tornacenſis, votis ejus decrevimus conſentire; ita negotium temperantes, ut per congruam recompenſationem Nobis factam, Jura Epiſcopalia & dignitas Eccleſiæ Tornacenſis nullum ſentiant detrimentum.

Convenit igitur inter Nos, quod in recompenſationem fructuum Parochialis Altaris, quos Capitulo novæ illius Eccleſiæ in perpetuum contulimus habendos, Nobis & Succeſſoribus noſtris XVIII. Marcæ ab eodem Capitulo annuatim in tribus terminis, in feſto videlicet Omnium Sanctorum, in Purificatione Beatæ Mariæ, & Dominicâ quâ cantatur, *Miſericordia Domini*, in perpetuum ſolventur, triginta-tribus ſolidis & IV. denariis Flandrenſibus per ſingulas Marcas computatis; & electio duorum Presbyterorum, quæ ad Nos hactenus in prædicta Parochiali Eccleſia pertinuit, ad Capitulum novæ Eccleſiæ de cetero pertinebit.

In cujus rei reſtaurationem Donatio duarum Præbendarum in Eccleſia inſtituta ad Nos & Succeſſores

Succeſſores noſtros perpetuò ſpectaret. Decanus verò illius Capituli Nobis & Eccleſiæ Tornacenſi lege Diœceſianâ & obedientiam debebit, & curam Canonicorum ab Epiſcopo Tornacenſi recipiet, & annuis Synodis in propria perſona intereſſe tenebitur. Scholæ ad Conventualem Eccleſiam transferentur: quarum tamen donatio penes Epiſcopum Tornacenſem reſidebit.

Officium Parochiæ, quod Cuſtodia dicitur, ſicut hactenus dedimus, ita Nos & Succeſſores noſtri ſemper donabimus. Annonam quoque annuam quam priùs ibi habebamus, Nobis & Succeſſoribus noſtris jure perpetuò retinemus. Cymeterium in novella Eccleſia concedimus conſecrari ad ſepeliendos Clericos & Canonicos Eccleſiæ. Alios de Parochia Curtracenſi, niſi de conſenſu Presbyterorum Parochialium, non recipiant in ſepulturam.

Quod ſi quiſpiam aliunde quam de Parochia Curtracenſi ibidem ſepulturam elegerit, de ipſo ſepulturæ tradendo debent attentiùs cavere Canonici, ne fortè excommunicatus ſit vel interdictus. Quoniam ſi talem ad ſepulturam aſſumerent, ad arbitrium Epiſcopi vel Archidiaconi emendare ac pœnam ſubire canonicam tenentur.

Præscriptis Parochialibus Presbyteris jura ſua ſicut hactenus canonicè poſſederunt volumus illibata & integra conſervari. Qui Presbyteri nihilominus & Succeſſores eorum ſimiliter eidem Capitulo de temporalibus ipſis à Nobis collatis, ſicut dictum eſt, faciant fidelitatem: & Nobis & Archidiacono Tornacenſi & Miniſtris noſtris de ſpiritualibus ſicut antea reſpondebunt, & ab ipſo Tornacenſi Epiſcopo curam recipient animarum.

Decernimus ergo Eccleſiam ſæpedictam Canonicam eſſe & ab Eccleſia Plebana exemptam. Cujus bona quæ in præſentiarum poſſidet, vel in futurum collatione Principum, oblatione fidelium, aut aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, eidem Pontificali Auctoritate confirmamus; Canonicorum ibidem Domino ſervientium uſibus profutura.

Et ne ſuper his quæ præmiſimus aliquis in poſterum ſcrupulus poſſit oriri, præſentem Paginam conſcribi & Sigillo noſtro fecimus roborari, poteſtate à Domino ſuſceptâ decernentes, ut quicumque temerè contra eam venire præſumpſerit, excommunicationis ſententiæ ſubjaceat, donec reatum ſuum agnoſcens dignâ correxerit ſatisfactione.

Ad majorem etiam cautelam nomina & ſigna eorum qui præſentes interfuerunt, & ſuum poſtmodum præbuerunt aſſenſum, fecimus annotari.

Signum Domini Stephani Tornacenſis Epiſcopi.
S. Arnulphi Decani.
S. Goſſuini Archidiaconi.
S. Johannis Cantoris.
S. Magiſtri Winomari;
Henrici Hoſpitalarii, Presbyterorum.
S. Magiſtri Dionyſii Lectoris,
S. Magiſtri Theoderici de Aldenarda;
Willelmi de Bocarmes,
Walteri de Atrio, Diaconorum.
S. Simonis de Obert,
Balduini de Waſia,
Hugonis de Popiola,
Thomæ de Sancto Petro;
Bernardi de Inſula,
Stephani Filii Theoderici, Subdiaconorum.
S. Goſſelini de Holai Acoliti.

Actum Tornaci in Capitulo noſtro, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo tertio, Conſecrationis noſtræ anno duodecimo, menſe Junio. 1203

Datum per manum Magiſtri Ghiſelini Cancellarii noſtri.

CAPUT

(1) Stephanus, primùm in Urbe Aurelianenſi ad S. Evurtium, pòſt in Urbe Pariſienſi ad S. Genovevam Abbas Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, demùm Urbis Tornacenſis Epiſcopus ab anno 1192. uſque ad 1203. quo obiit. Vir fuit ſuo ævo litteratiſſimus atque celeberrimus.

Scripſit inter cetera Volumen Epiſtolarum, quæ rebus ab anno 1159 uſque ad annum 1203. geſtis maximam adferunt elucidationem. Prodierunt eæ primùm Pariſiis anno 1611. numero CCXL. ex Bibliotheca Clariſſimi Viri Papirii Maſſonii, & Tomo XII. Bibliothecæ Veterum Patrum fuêre inſertæ. Poſtmodum in meliorem formam redactæ, & auctæ uſque ad CCLXXXIX. Epiſtolas denuò lucem viderunt Pariſiis anno 1679. curâ & labore Patris Claudii du Moulinet, Canonici ac Bibliothecarii S. Genovevæ Pariſiis, vitâ Stephani Epiſcopi iiſdem præfiſâ. Plurimas quoque ejuſdem Præſulis Epiſtolas hactenus ineditas in Chartulario ſuo aſſervat D. Waicant Canonicus Tornacenſis, quæ ſub ejus curis ac ſtudiis lucem aliquando videbunt.

(2) Peregrinationis Testimonium. De hoc Balduini Comitis itinere vide narrationem amplam ſupra pag. 724. in Notis.

(3) Curtriacum olim *Corturiacum*, Civitas eſt Flandriæ in Diœceſi Tornacenſi, ad utramque Liſæ fluvii ripam ſita, Gandavo octo, Aldenardâ, Tornaco, Inſulis atque Ipris ferè æquali quinque milliarium diſtans intervallo. Originem ejus ad Normannorum tempora, ſeu ad annum 880. referunt Iperius & Maierus: illiſque Barbaris dilapſis, arcem Corturiacenſem à Balduino juniore, quem & Barbatum vocant, vel ab Arnulpho Comitibus, fuiſſe inſtauratam aſſerunt.

Balduinus Flandriæ ac Hannoniæ Comes, dein Imperator Conſtantinopolitanus, Collegium illic XII. Canonicorum anno 1203. inſtituit cum Decano in honorem Deiparæ Virginis: quod uberiùs dotarunt ejus Filiæ Joanna & Margareta, ſucceſſivè Comitiſſæ Flandriæ. Præbendas pleno jure confert Comes Flandriæ, duabus exceptis, quæ ex præcitato fundationis Diplomate ad collationem Tornacenſis Epiſcopi pertinent.

CAPUT L.

INNOCENTIUS III. *Pontifex poſſeſſiones & Privilegia Abbatiæ Laudenſis Ordinis Ciſtertienſis confirmat anno* 1204.

Ex Buzelini Gallo-Flandia.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Stephano Abbati Monaſterii de Los, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

RELIGIOSAM eligentibus vitam Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium; ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de Los, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & Noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

IN primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & B. Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Ciſtertienſium Fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

PRÆTEREA quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant.

IN quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam Abbatiæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Marcha cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Duremort cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Brebant cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Eſquælio, cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Anconio cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Rogirſart cum omnibus pertinentiis ſuis. Grangiam de Templovio cum omnibus pertinentiis ſuis.

SANÈ laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, tam de terris cultis, quàm incultis, ſive de * ortis & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laïcos liberos & abſolutos è ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

* Hortis.

PROHIBEMUS inſuper, ut nullis Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem verò abſque communium Litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis fortè retinere præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare.

ILLUD diſtrictiùs inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes, aut alienationes aliter quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus.

AD hæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus, vel Converſus ſub Profeſſione veſtræ Domûs adſtrictus, ſine conſenſu & licentia Abbatis & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuò accipiat ultra pretium Capituli veſtri providentiâ conſtitutum: niſi propter manifeſtam Domûs veſtræ utilitatem.

QUOD ſi facere præſumpſerit, non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum prætereà ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper Auctoritate Apoſtolicâ inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel alia quæcumque perſona ad Synodos, vel Conventus Forenſes vos ire, vel judicio ſæculari de propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat: nec ad Domos veſtras causâ Ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel Conventus aliquos publicos convocandi, venire præſumat: nec regularem electionem veſtri Abbatis impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra ſtatum Ciſtertienſis Ordinis ſe aliquatenus intromittat.

SI verò Epiſcopus, in cujus Parochia Domus veſtra fundata eſt, cum humilitate ac devotione, quâ convenit, inſtitutum Abbatem benedicere, & aliqua, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit; licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen Sacerdos fuerit, proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad ſuum officium pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebitè denegata.

ILLUD adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, eâ ſint Epiſcopi formâ & expreſſione contenti, quæ ab origine Ordinis noſcitur inſtituta: ut ſcilicet Abbates ipſi, ſalvo Ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatum Ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus verò Altarium,

rium, vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel pro quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio quolibet modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui Noſtrâ fretus Auctoritate vobis quod poſtulatis impendat.

Quòd ſi Sedes Diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacra à vicinis Epiſcopis accipere liberè, & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen, ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum præjudicium generetur.

Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis; ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum & veſtium, conſecrationes Altarium, ordinationes Monachorum Auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis.

Porrò ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſteria veſtra, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo, quòd decimas non ſolvitis, ſive aliquâ occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu Benefactores veſtros, pro eo, quòd aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint; vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint: ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ Indulta prolatam, duximus irritandam: nec Litteræ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis, & contra tenorem Privilegiorum conſtiterit impetrari.

Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ in poſterum ſollicitudine providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut intra clauſuram locorum, vel grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, homines temerè capere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates, & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, necnon & libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus vobis rationabiliter indultas, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate. Si quis igitur in futurum &c.

Datum Romæ apud S. Petrum per manum Joan. S. Romanæ Eccleſiæ Subdiac. & Notarii, xv. Kal. Decemb. Indict. viii. Incar. Dom. anno M.CC.IV. Pont. verò Domini Innoc. PP. 1204.
III. anno vii.

CAPUT LI.

Henricus I. *Brabantiæ Dux donat Abbatiæ Tungerloënſi Ordinis Præmonſtratenſis Decimas de Broechem juxta Antverpiam, anno* 1209.

Ex Notitiis Marchionatûs S. R. I. authore Barone le Roy.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei providentiâ Dux Lotharingiæ, univerſis tam futuris quàm præſentibus notum fieri volo, quod omnem decimam in Villa quæ *Bruchem* nuncupatur, ad nos pertinentem, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & tam Prædeceſſorum quàm Succeſſorum noſtrorum, Eccleſiæ intemeratæ Virginis Mariæ in Tongerlo, cum omni jure & integritate contulimus.

Ita ut Abbas prædictæ Eccleſiæ & Fratres ibidem in divino obſequio deſudantes liberè ac abſolutè eam percipiant, & in uſus ſuos nullo contradicente redigant; ideòque animæ meæ & dilectæ Uxoris meæ in orationibus ſuis ſemper memoriam habere teneantur.

Et ne hujus noſtræ donationis liberalitas per longa temporum intervalla, ſeu per mortalium negligentiam excidat à memoria, hanc Paginam teſtimonialem conſcribi, & imaginis noſtræ Sigillo juſſimus corroborari.

Ut autem omnem malignandi amputaremus facultatem, præſens monimentum ſolemni Teſtium ſubſcriptione, tam Nobilium quàm Miniſterialium duximus perpetuandum. Hi ſunt Teſtes

Clerici,

Engelbertus Decanus Lovanienſis,
Renerus Cappellanus,
Renerus Notarius.

Laici,

Ludowicus Comes de Lon,
Arnoldus de Dieſta,
Godefridus de Breda,
Arnoldus de Weſemale,
Arnoldus Dapifer,
Robinus de Thenis,
Walterus Bac,
Walterus Boc & alii quam plures tam Nobiles, quam Miniſteriales.

Acta ſunt hæc ſolemniter apud Arſchot anno Incarnationis Verbi M. CC. IX. 1209.

CAPUT LII.

ALBERTUS *Comes de Daborch Abbatiam Monialium Ciſtertienſium, quæ dicitur* Vallis Notræ Dominæ, *juxta Huum, fundat ac dotat anno* 1210.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

EGo (1) ALBERTUS Comes de Daborch & Meten: omnibus tam futuris, quàm præſentibus, præſenti Scripto notum facio, quòd ſuper Allodium meum in loco, qui dicitur *Vallis Beatæ Mariæ*, qui priùs *Vallis Rodumi* fuit appellatus, Abbatiam Dominarum Ciſtertienſis Ordinis ſub providentiâ Abbatis Ciſtertii conſtruxi.

AD opus ſiquidem illius Abbatiæ Dominarum Ciſtertienſis Ordinis, ut jam dictum eſt, pro remedio animæ meæ & Parentum meorum, Fratriſque mei Henrici & Uxoris meæ, ac Filiæ, & Anteceſſorum, cum meis Succeſſoribus, contuli in eleëmoſynam Domûs, in quo ſita eſt, locum, cujus undecim ſunt terræ bonuaria, cum molendino, &c.

ACTUM anno ab Incarnatione Dominicâ milleſimo ducenteſimo decimo. 1210.

(1) ALBERTUS iſte etiam fuit Comes de Muha, idemque ſuum dominium donavit Eccleſiæ Cathedrali Leodienſi anno 1204; uti ſupra meminit Miræus pag. 569.

CAPUT LIII.

INNOCENTII III. *Pontificis Litteræ adverſùs eos, qui decimas à Monachis Laudenſibus Ordinis Ciſtertienſis extorquebant, anno* 1211.

Ex Arch. Galliæ Flandriæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Remenſi, Suffraganeis ejus, & dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Remenſem Provinciam conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

AUDIVIMUS, & audientes mirati ſumus, quod cùm dilectis Filiis Abbati & Conventui de Laude Ciſtertienſis Ordinis, à Patribus & Prædeceſſoribus noſtris conceſſum ſit, & à nobis poſtmodum indultum, & etiam confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aot ſumptibus excolunt, nemini decimas ſolvere teneantur: quidam ab eis nichilominus contra Apoſtolicæ Sedis indulgentias decimas exigere, ac extorquere præſumunt; & pravâ ac ſiniſtrâ interpretatione Apoſtolicorum Privilegiorum Capitulum pervertentes, aſſerunt de novalibus debere intelligi, ubi noſcitur de laboribus eſſe ſcriptum.

QOONIAM igitur manifeſtum eſt omnibus, qui rectè ſapiunt, interpretationem hujuſmodi perverſam eſſe, & intellectui ſano contrariam, cùm ſecundùm Capitulum illud à ſolutione decimarum tam de terris illis, quas deduxerunt, vel deducunt ad cultum, quàm de terris etiam cultis, quas propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, liberi ſint penitus & immunes; ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, univerſitati veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus nmnibus Parochianis veſtris Auctoritate Apoſtolicâ prohibere curetis, ne à memoratis Fratribus de novalibus, vel de aliis terris, quas propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, ſeu de nutrimentis animalium ullatenus decimas exigere præſumant, vel quomodolibet extorquere.

QUIA verò non eſt conveniens, vel hooceſtum, ut contra Sedis Apoſtolicæ indulgentias temere veniatur, quæ obtinere debent inviolabilem firmitatem: mandamus vobis, firmiterque præcipimus, ut ſi qui Monachi, Canonici, Clerici, vel Laïci contra Privilegia Sedis Apoſtolicæ memoratos Fratres ſuper decimarum exactione gravaverint, Laïcos excommunicationis ſententiâ percellentes, Monachos, Canonicos, ſive Clericos, contradictione, dilatione, appellatione ceſſantibus, ab officio ſuſpendatis; & tam excommunicationis, quàm ſuſpenſionis ſententiam faciatis uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari.

AD hæc præſentium auctoritate vobis præcipimus, quatenus ſi quis eorundem Parochianorum veſtrorum in ſæpè-dictos Fratres violentas manus injecerit, eum candelis acceoſis excommunicatum publicè nuntietis, & tanquam excommunicatum faciatis ab omnibus cautiùs evitari, donec eiſdem Fratribus ſatisfaciat competenter, & cum Litteris Diœceſaoi Epiſcopi rei veritatem continentibus Apoſtolico ſe conſpectui repræſeotet.

DATUM Laterani 11. Kal. Novemb. Pontific. noſtri anno quarto-decimo.

CAPUT

CAPUT LIV.

WILHELMUS *Hollandiæ Comes dotat Abbatiam de Reinſburg, Nobilium Virginum Benedictinarum apud Leydam in Hollandia, anno* 1213.

Ex Hiſtoria Epiſcopatus Ultrajeꝯ.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen. Ego WILHELMUS, Comes Hollandiæ, notum facio tam præſentibus, quàm futuris, quod animæ meæ & Uxoris meæ, nec non & prolis noſtræ ſaluti volens providere, centum menſuras terræ infrà Officium *Oſtcapelle* ad Eccleſiam S. Mariæ de *Rinſburgh* attinentes, ab omni onere petitionis, reliquoque exactionis gravamine, quantum ad jus Hollandiæ dignoſcitur pertinere, liberas & abſolutas in perpetuum omnimodis dimitto, præter terram illam, quam Frater meus Theodericus Comes eodem modo eidem Eccleſiæ liberam dimiſit:

UT autem hoc factum meum ratum & inconcuſſum conſervetur, præſentem Paginam Sigilli mei teſtimonio, & Teſtium Patrocinio duxi muniendam. Teſtium verò nomina, qui ſubſcriptioni huic interfuerunt, hæc ſunt;

Petrus de Dunis,
Daniël de Thoſan,
Petrus de Middelboreb, Abbates;
Hugo de Vorne,
Godefridus de Breda,
Wilhelmus de Riſwic,
Theoderieus de Theylinge,
Jacobus Caſtellanus de Leyden,
Wilhelmus de Koudekerck,
Walterus de Cruninge,
Ægidius de Sabbinge,
Symon Nevekin.

ACTUM anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo decimo tertio, menſe Decembri; datum per manus Scriptoris mei apud Middelburgh. 1213.

(1) GUILIELMUS I. Hollandiæ Comes. Theoderico VII. Fratri ſuo ſine prole maſcula defuncto ſucceſſit anno 1203; duxit primò Aliſam, ſecundò Mariam; atque ex priori Conjuge reliquit Florentium IV. Succeſſorem. Obiit anno 1223, ſepultus in Abbatia Reinsburgenſi quam fundaverat.

CAPUT LV.

FERRANDUS & JOANNA *Comites Flandriæ iiſdem Monialibus Reinſburgenſibus benefaciunt anno* 1213.

Ibidem.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen. (1) FERNANDUS, Comes Flandriæ & Haynoniæ, & (2) JOANNA Uxor ejus omnibus præſentem Paginam inſpecturis ſalutem. Notum ſit univerſis, quod Nos in remiſſionem peccatorum noſtrorum, Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum, centum menſuras terræ infrà Officium *Oſtcapelle* ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de (3) *Reynsburgh* attinentes, ab omni onere petitionis, reliquoque exactionis gravamine, quantum ad jus Flandriæ dignoſcitur pertinere, liberas & abſolutas in perpetuum modis omnibus dimittimus.

UT autem hoc factum noſtrum ratum conſervetur, præſens Scriptum Sigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus roborari.

ACTUM feriâ ſecundâ antè Natale Domini, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo tertio. 1213.

CAPUT

(1) FERNANDUS, Luſitaniæ Regis Filius, de quo vide plura apud Miræum pag. 199. in Notis.

(2) JOANNA Fernandi Conjux, de qua vide plura ſuperius pag. 578, unà cum ejus Epitaphio.

(3) REINSBURGH, ſeu *Rhenoburgus*, illuſtre Nobilium Virginum Benedictinarum apud Batavos quondam Cœnobium, à Burgo Caſtrove Rheni fl. prætei labentis alveo olim contiguo, nomen induit; id quod loci facies & tumulus editior, qui in Cœnobii hortis viſi ſolet, antiqui operis lateribus coctilibus obmunitus, abundè loquebantur.

Situm habuit ſolo fertili, & tritici feraciſſimo, milliari uno a Lugduno Batavorum, in ſubſtructis vetuſtæ arcis fundamentis anno circiter 1132. ædificatum à Petronillâ Lotharii II. Imperatoris Sorore, & Florentii cognomine II. Hollandiæ Comitis Vidua, in honorem Beatæ MARIÆ Virginis & Sancti Laurentii Martyris.

Obiit Florentius ſecundus Comes anno 1133, in Cœnobio Egmondano conditus. Petronilla autem deſiit vivere anno 1144, in hoc ſuo Rhenoburgenſi Cœnobio, à Filio Theoderico, itidem Hollandiæ Comite, honorificè admodum ſepulta.

Ipſum porrò Rhenoburgenſe Cœnobium, Nobiliſſimarum Virginum cœtu & magnificis olim ædificiis exornatum fuit: ſed calamitoſo ac civili bello, quo Fœderatæ Belgarum Provinciæ à Philippi II. Hiſp. Regis dominio, atque ab avita Religione receſſerunt, Calvinianorum impiâ manu accenſum, in cineres totum concidit.

CAPUT LVI.

ROBERTUS *de Grandi-prato Virdunenſis Epiſcopus anno* 1215. *benefacit Prioratui Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Bello-fageto, vulgò* Beauſaye, *juxta Leodium, de quo ſupra Cap.* 18.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

EGo ROBERTUS Dei gratiâ Virdunenſis Epiſcopus notum facio univerſis, ad quos præſens Pagina pervenerit, quod ego Divinæ pietatis intuitu Monaſterio Belli-fageti Diœceſis Leodienſis, pro animæ meæ, & Prædeceſſorum meorum Epiſcoporum remedio, ſilvam meam, quæ dicitur Bellum-fagetum, ſicut adjacet à Domo prædicti Monaſterii uſque ad prata, quæ dicuntur *en Prailbon*, in longum, & in latum, ſicut adjacet inter duos rivos, ſcilicet inter rivum *delle Waltinne*, & rivum Domûs Belli-fageti, dedi, & conceſſi in perpetuum poſſidendam ſub annuo cenſu quatuor ſolidorum Leodienſis monetæ, Nobis, & Succeſſoribus noſtris ſingulis annis in medio Martio ſolvendorum.

DATUM per manus Thomæ Cancellarii mei, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo decimo quinto, menſe Septembri. Teſtes ſunt 1215.

Werricus Miles de Prato, &c.

CAPUT LVII.

HONORIUS III. *Pontifex benefacit Abbatiæ Laudenſi Ordinis Ciſtertienſis prope Inſulas anno* 1217.

Ex Buzelini Gallo-Flandria.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Remenſi Archiepiſcopo & Suffraganeis ejus, & dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, & aliis Eccleſiarum Prælatis in Remenſi Provincia conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

NON abſque dolore cordis, & plurima turbatione didicimus, quod ita in plerîque partibus Eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur, & canonicæ ſententiæ ſeveritas enervatur, ut Viri Religioſi, & hi maximè, qui per Sedis Apoſtolicæ Privilegia majori donati ſunt libertate, paſſim à malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas: dum vix invenitur, qui congruâ illis protectione ſubveniat, & pro ſovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat.

SPECIALITER autem dilecti Filii Abbas & Fratres de Laude, Ciſtertienſis Ordinis, Tornacenſis Diœceſis, tam de frequentibus injuriis, quàm de ipſo quotidiano defectu juſtitiæ conquerentes, univerſitatem veſtram Litteris petierunt Apoſtolicis excitari; ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum promptâ debeatis magnanimitate conſurgere, quod ab anguſtiis, quas ſuſtinent, & preſſuris veſtro poſſint præſidio reſpirare.

IDEÒQUE univerſitati veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus illos, qui poſſeſſiones, vel res ſeu Domos prædictorum Fratrum, vel hominum ſuorum irreverenter invaſerint, aut ea injuſtè detinuerint, quæ prædictis Fratribus ex Teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos Fratres contra Apoſtolica Sedis Indulta ſententiam excommunicationis, aut interdicti, præſumpſerint promulgare; vel decimas laborum de terris habitis ante Concilium generale, ſeu nutrimentorum ipſorum, ſpretis Apoſtolicæ Sedis Privilegiis extorquere: monitione præmiſsâ, ſi Laïci fuerint, publicè candelis accenſis excommunicationis ſententiâ percellatis. Si verò Clerici, vel Canonici Regulares, ſeu Monachi fuerint, eos appellatione remotâ ab officio & beneficio ſuſpendatis; neutram relaxaturi ſententiam, donec prædictis Fratribus plenariè ſatisfaciant; & tam Laïci, quàm Sæculares, qui pro violenta manuum injectione anathematis vinculo fuerint innodati, cum Dioceſani Epiſcopi Litteris ad Sedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi.

VILLAS autem, in quibus bona prædictorum Fratrum vel hominum ſuorum per violentiam detenta fuerint, quamdiu ibi ſunt, interdicti ſententiæ ſupponatis.

DATUM Laterani II. Id. Febr. Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT

CAPUT LVIII.

THEOBALDUS *Lotharingiæ Dux fundationem Abbatiæ Vallis Noſtræ Dominæ Ordinis Ciſtertienſis, ab* ALBERTO *Comite de Daborch factam, confirmat anno* 1218.

Ex Hiſtori Leodienſi P. Fiſen.

NOTUM ſit tam præſentibus, quàm futuris, quòd autoritatis noſtræ providentiâ quidquid Prædeceſſor noſter Comes de Dasbourh Eccleſiæ Vallis Sanctæ Mariæ conceſſit; plenariè confirmamus.

CONSTITUIMUS præterea, & firmiter obſervari præcipimus, ut ipſa Eccleſia ab omni ſæculari ſervitute liberrima conſiſtens, à nullo Miniſterialium noſtrorum, vel aliorum ad Nos pertinentium, in aliquo vim patiatur.

ET ut Ordini ſuo liberiùs vacare permittantur, nulli in poſterum, vel ſubditorum noſtrorum in cappuſis ſuis, vel aliis rebus aliquam poteſtatem, ſine ipſarum Dominarum voluntate & benevolentia, nullatenus habere concedimus.

QUOD ſi quis infregerit, offenſam noſtram graviſſimè noverit ſe incurriſſe, & per Caſtellanum noſtrum, quidquid erga ipſas commiſſum fuerit injurioſum, firmiſſimè mandari præcipimus.

ACTA ſunt hæc anno milleſimo ducenteſimo decimo octavo. 1218.

Vide ſupra Cap. 52.

CAPUT LIX.

LUDOVICUS *Comes Loſſenſis, dotem Abbatiæ Herkenrodenſis, Virginum Ordinis Ciſtertienſis (de qua ſupra Cap. XL.) auget anno* 1218.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego LUDOVICUS Comes de Los, notum eſſe volo omnibus hoc Scriptum intuentibus, quòd pro remedio animæ meæ & Prædeceſſorum meorum, de aſſenſu Domini Epiſcopi Leodienſis, Uxore meâ IDA, & Fratribus meis Henrico & Arnoldo conſentientibus, dilectis Sororibus noſtris Sanctimonialibus de *Herkenrode* fructus decimarum noſtrarum de **Haſſelt*, de *Kermpt* & *Curingen* & de *Stockrode*, cum omnibus appenditiis ſuis, in eleëmoſynam contradidi, & ſuper Altare B. Mariæ Virginis in *Herkenrode* præſente Conventu deportavi, ut eoſdem fructus liberè & quietè, cum omni integritate percipiant; donec vel de me, vel de legitimo meo herede, quadringentas Marcas Leodienſes recipiant, quæ mihi ad opus Jeroſolymitani itineris commodârunt.

* Haſſeletum Oppidum Diœcel. Leod.

ET notandum, quòd ſi decimæ iſtæ, vel a me, vel ab heredibus meis redemptæ fuerint, fructus illi quos eò uſque prædictæ Sanctimoniales perceperunt, in ſortem non debeant computari; eò quòd ob ſpem vitæ æternæ, ipſos fructus eis in eleëmoſynam liberè & abſolutè contulerim: ut pro meis, Prædeceſſorumque meorum exceſſibus fideliter orent.

ET ſi, caſu emergente, eas redimi contigerit, ex integro tota pecunia eis ſimul exolvatur; ut ſi alia bona comparare voluerint, prompta habeatur.

UT igitur hæc ſtabile robur obtineant firmitatis, præſentem Paginam Sigillo meo, cum Sigillis, tam Uxoris meæ, quàm Fratrum meorum, feci in teſtimonium communiri. Teſtes autem hujus rei ſunt

Wilhelmus, Perſona de Haſſelt,
Wilhelmus de Pieterſeim,
Walterus Frater ejus,
Arnoldus, & Hermannus Frater ejus, de Eſlo,
Conradus de H bertinchen,
Godefridus de Lewis,
Robertus de Berle,
Raſo de Curtereleim,
Theodnricus Caſtellanus de Loos;
Walterus de Bete,
Henricus de Joer,
Robertus de Coſwerem,
Lambertus Caſtellanus de Duras, aliique præſentes, tam Nobiles, quàm Miniſteriales.

ACTA ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, octavo-decimo. 1218.

CAPUT LX.

ARNOLDUS *Comes Loſſenſis, Frater & heres Ludovici, de quo Capite præcedenti benefacit Abbatiæ Herkenrodanæ Ordinis Ciſtercienſis, anno* 1218.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ARNOLDUS Dei gratiâ Comes de Los, omnibus præſens Scriptum inſpecturis in perpetuum.

FACTUM dilectiſſimi Fratris noſtri & Domini piæ memoriæ Ludovici Comitis, ad notitiam tam præſentium quàm futurorum retractare, atque ad ſalutem animæ ipſius idem factum confirmare, dignum duximus ac ſalubre:

NOVERINT itaque univerſi, tam præſentes quàm poſteri, quod dilectæ nobis Sorores de *Herkenrode*, Ordinis Ciſtertienſis, de communi conſilio quadringentas Marcas Leodienſes cariſſimo Fratri noſtro & Domino gratanter & opportunè accommodaverunt, ad opus itineris Jeroſolymitani, quia Cruce ſignatus erat:

ITA ſanè quòd, Nobis ceteriſque heredibus aſſenſum præbentibus, omnes fructus decimarum de *Haſſelt*, de *Kermpt*, de *Curingen*, de *Stockrode* in eleëmoſynam liberè perciperent, quoaduſque prædictæ decimæ redimerentur, & tunc tota eis pecunia redderetur: fructibus tamen interim perceptis, & in eleëmoſynam collatis, in ſortem non computandis.

POSTEA verò, dum cariſſimus Frater noſter & Dominus in extremis ageret, tactus ſpiritu devotionis, ob remedium peccatorum ſuorum, prædictas decimas cum omnibus appenditiis ſuis, dilectis Sororibus, in noſtra & plurium præſentia, perpetuo jure poſſidendas liberè & abſolutè contradidit.

NOS itaque hanc ipſius donationem piam & ſalutiferam approbantes, & ob ſalutem animæ ſuæ, & Fratris noſtri Henrici, ac Prædeceſſorum noſtrorum, ratam habere cupientes, ſæpedictas decimas in manus Domini Hugonis Leodienſis Epiſcopi ad opus Sanctimonialium coram multis reportavimus, quas ipſe Epiſcopus, pro favore ſuo, ſine mora, eis liberè contulit, & Litteris ſuis firmavit.

PRÆTEREA indigentiæ & neceſſitati earum Sororum noſtrarum in omnibus providere volentes, ad majorem confirmationis prædictæ cautelam, ob remedium etiam peccatorum noſtrorum, Jus Patronatûs Eccleſiæ de *Haſſelt*, cum ceteris Eccleſiis ſibi attinentibus, quod in noſtra manu tenebamus, de conſenſu Uxoris noſtræ Aleydis Comitiſſæ, liberè contulimus; necnon piſcationem à magno Ponte uſque ad Molendinum de *Thulte*, ad refectionem infirmorum ſuperaddidimus.

UT igitur hæc rata & illæſa permaneant, primum contractum, & donum ſecundum, Scripto diligenter annotari fecimus, & præſentem Paginam Sigilli noſtri impreſſione corroboravimus; ſub banno noſtræ poteſtatis diſtrictè inhibentes, ne quis auſu temerario contra hanc dilectiſſimi Fratris noſtri & Domini noſtramque donationem aliquid in contrarium agere præſumat.

QUOD ſi quis fecerit, iram Dei Omnipotentis, noſtramque offenſam ſe incurriſſe certiſſimè cognoſcat. Teſtes autem hujus rei ſunt

Wilhelmus, Perſona de Haſſelt,
Theodoricus de Heinsberge,
Otto de Borne,
Wilhelmus de Pietersheim,
Conrardus de Hubertinchen,
Waſtradus de Hubercurt,
Robertus de Coſwerem,
Lambertus Caſtellanus de Bruſtemio,
Philippus de Herck, & Fratres ejus,
Godefridus de Lewis,
Arnoldus de Weldehc,
Ægidius de Haſſelt Dapifer, aliique quam plures.

ACTA ſunt hæc anno gratiæ milleſimo ducenteſimo decimo octavo. 1218.

CAPUT LXI.

HUGO *de Petra-ponte Leodienſis Epiſcopus donationes ſupradictorum Ludovici & Arnoldi Comitum Loſſenſium, in favorem Abbatiæ Herkenrodanæ, approbat anno* 1218.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HUGO Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, omnibus Chriſti Fidelibus præſens Scriptum intuentibus in perpetuum.

DECENS eſt, juſtum & congruum, ut quidquid ad honorem Dei, & ad utilitatem proximi in noſtra præſentia rationabiliter fuerit ordinatum, per Nos etiam obtineat robur ac fidele munimentum. Unde ad notitiam, tam præſentium quàm futurorum, pervenire cupimus, quòd Vir Nobilis piæ memoriæ Ludovicus Comes de Los, cùm adhuc viveret, ob ſalutem animæ ſuæ ac Præ-

deceſſorum ſuorum, decimas de *Haſſelt*, de *Kermpt*, de *Curingen*, de *Stockrode*, cum omnibus attinentiis ſuis, ad opus dilectarum Filiarum noſtrarum Sanctimonialium de *Herkenrode*, Ciſtertienſis Ordinis, Fratribus noſtris aſſenſum præbentibus, in manus noſtras reportavit.

Postea verò, ipſo viam univerſæ carnis, Deo vncante, ingreſſo, dilectiſſimus Frater ejus Arnoldus, qui & nunc poſt ipſum Comes eſt, idem factum pio favore confirmando in noſtra præſentia ſimiliter iteravit.

Qui inſuper ob Fratris dilecti ſui memoriam, omniumque Prædeceſſorum ſuorum ſalutem, Jus Patronatûs Eccleſiæ de *Haſſelt* cum ceteris Eccleſiis attinentibus, prædictis Sanctimonialibus liberè & abſolutè contulit, Uxore ſuâ Aleyde Comitiſsâ pium præbente aſſenſum; & ad refectionem infirmorum, piſcationem, quam antè non habuerunt, ſuperaddidit.

Nos verò prædictas decimas ab utroque in manus noſtras reſignatas, dilectis Sanctimonialibus benigno aſſenſu contulimus, atque in perpetuas eleëmoſynas, Scripto & Sigillo noſtro fideliter ipſis confirmamus; ſub pœna excommunicationis firmiter inhibentes, nequis in poſterum auſu temerario ſuper his poſſeſſionibus eas inquietare præſumat. Quod ſiquis fecerit, anathemati in perpetuum ſubjaceat.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo decimo octavo. 1218.

CAPUT LXII.

Arnoldus *Comes Loſſenſis &* Gobertus *de Orbais benefaciunt Prioratui, nunc Abbatiæ S. Catharinæ in* Milen, *Monialium Ord. S. Ben. anno* 1219.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

In nomine Domini. Amen. Arnoldus Comes de Los, præſentibus & futuris in perpetuum.

Cùm tempus ſuccedens temporis rerum abducat memoriam, ea quæ coram nobis rationabiliter ſunt acta, ut perpetuo robore ſubſiſtant, Scripto neceſſarium duximus confirmanda.

Ea-propter notum facimus præſentibus & futuris, quòd Vir Nobilis Gotbertus *de Orbays* Curtim *Mielem* cum omni integritate Juſtitiæ, in Scabinis, in manſionariis, in moleodino, in agris, in teloneo, in pratis, in ſylvis, cum omnino attinentiis omnibus, & quidquid in eandem Curtim juris attinere dignoſcitur, quod ſuum erat Feudum, noſtrum verò Alodium, ad utilitatem Eccleſiæ S. Catharinæ, in præſentia Hominum noſtrorum, de aſſenſu omnium Heredum ſuorum, in manus noſtras liberè reſignavit, Sororum uſibus, in prænominata Eccleſia regulariter converſantium, profutura perpetuò.

Nos verò ipſum locum conſtructioni Monaſterii earundem aptum proſpicientes, facilem ac pium adhibuimus aſſenſum, & locum cum omnibus ſuprà nominatis bonis Eccleſiæ B. Catharinæ legitimè & abſolutè contulimus, pro noſtra Fratrumque noſtrorum dignæ memoriæ Ludovici & Henriei Comitum ſalute; ipſam Eccleſiam, & omnia quæ impræſentiarum poſſidet bona, vel Deo donante in futurum poſſidebit, ſub noſtra tutela ſtatuentes.

Ut autem hæc noſtra prædictique Viri Nobilis Gotberti donatio, quæ præfatis juſto acceſſit titulo emptionis, ſed & ſimul eleëmoſynæ, firma permaneat, Noſtro & Uxoris noſtræ Dominæ Aleydis Comitiſſæ, quæ præſens factum noſtrum approbavit, Sigillo confirmavimus; diſtrictè inhibentes ſub pœna noſtræ offenſionis, ne quis temerè ſæpe nominatam Eccleſiam ſuper præmiſſis & aliis ſuis rebus & poſſeſſionibus ſuis moleſtare præſumat. Hujus rei Teſtes ſunt

Dominus Chriſtianus, Sancti Trudonis & ejuſdem Eccleſiæ Abbas,
Nobiles noſtri Godefridus Leewenſis, & Filius ſuus
Giſbertus,
Wilhelmus de Pietershem,
Conrardus de Hubertingh,
Robertus de Corſwerem,
Robertus de Berle,
Lambertus Caſtellanus Bruſtemienſis,
Theodoricus Caſtellanus Loenenſis,
Wilhelmus Caſtellanus de Montenacken,
Godefridus Caſtellanus de Colmont; Milites & Homines noſtri,
Philippus,
Wilhelmus, &
Theodoricus Fratres de Herck,
Clarebaldus de Alta-Ripa,
Henricus Miles de Haſmale, &
Robertus de Mechlen,
Reſnerus de Bolnick noſter & Gotberti Homo, & quam-plures alii.

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo nono decimo, Leodii præſidente Hugone Ven. Epiſcopo. 1219.

Monaſterium Benedictinarum Virginum, quod deinde Milenienſe à loco quem immigrarunt dictum, primitus conditum fuit proximè Trudonopolim (ubi hodie ſolum illarum ſupereſt S. Catharinæ Templum) non ſerius anno 1194 quandoquidem illo Monaſticen hic ſuſceperit B. Lutgardis. Quæ cum poſt aliquot præeſſet annis, Dei imperio juſſa eſt migrare Aquiriam anno 1206.

S. Chriſtina mirabilis in eodem Monaſterio poſtremum obiit, corpuſque ejus in eodem ſacro S. Catharinæ Gynæceo conditum eſt: donec Milenium poſtea cum Sanctimonialibus avectum, ſeptimo poſt mortem anno, magnâ deducentis Cleri Populique Trudonenſis religione, non ſine prodigio expirantis è corpore ſuaviſſimi odoris. Et hoc pacto quoque quæ in Loſſenſi Alodio nata, in Alodio Loſſenſi quieſcit, Patriamque ſuis ſacris exornat lipſanis.

Circa annum 1565. Monaſterium hoc, antea Prioratus, dignitatem Abbatialem obtinuit.

 CAPUT

CAPUT LXIII.

Henricus I. *Brabantiæ Dux confirmat anno* 1202. *donationes factas Abbatiæ Aſſligemienſi à Familia Comitum Arſchotanorum, quorum ſuprà meminimus Cap.* 19. *Eaſdem antea confirmaverat* Godefridus III. *Brabantiæ Dux* Henrici *Pater.*

Ex Archivis D. Comitis de Heere.

Vide ſupra pag. 375. & 817.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Ego Henricus Divinâ miſeratione Dux & Marchio Lotharingiæ & Comes Lovaoiæ, notum facio univerſis Chriſti fidelibus tam modernis quàm futuris, quòd Abbas & Monachi de Haffligenio, quoniam Comitatus de Areſcot ad me deveniſſet, Scriptis authenticis mihi evidenter manifeſtaverunt, & ſeniorum veridicâ relatione cognovi, qualiter Arnulſus Comes quondam de Areſcot dedit Haffligenienſi Eccleſiæ eum Joanne, qui in ea Monachus factus eſt, Filio ſuo, omne Allodium ſuum quod habebat apud *Buggenholt*, in ſilvis, pratis, paſcuis, decimis quoque & terris cultis & incultis, cum omni Jure & libertate quâ illud liberrimè tenuerat.

Homines verò ſeodales non dedit, nec feoda quæ de ipſo tenebant. Horum omnium quietâ & inconcuſsâ poſſeſſione cum Haffligenienſis Monaſterii Fratres ſexaginta & eo amplius annis gaviſi fuiſſent, de ſylva quæ ipſorum ex dono prænominati Comitis tota erat, perſpectâ altrinſecus ratione & eorum in poſterum tam pace quàm utilitate, talem eum illis feci conventionem; quod decimâ tantùm ejuſdem ſilvæ vel ſundi ejus de quibuſcumque uſibus obvenerit, contenti erunt, reſidui dominio mihi permiſſo. Ligna quoque ex ſilva ſi vendidero, decimum inde nummum & decimam Marcam Monachi habebunt.

Si novem arbores vel totidem plauſtrata ſuccidi fecero, vel cuiquam dedero, decimam arborem & decimum plauſtratum accipere debebunt ad diverſos uſus Curtis ſuæ de Buggenholt. Ligna quæcumque ſibi neceſſaria fuerint, liberè ſuccident. Inquilini eorum & coloni ad ignem & ſepes omnia ligna præter quercus & fagos liberè accipient; ad Domos autem conſtruendas non niſi Foreſtariorum meorum & Monachorum mediante conſilio ligna ſuccident; ſylvam denique famuli Monachorum cum meis famulis cuſtodient.

Prætérea ſylvam quæ *Anchon* dicitur & prope Caſtrum ſita eſt, cum eſſet inter me & Monachos de ea controverſia exorta, omnino liberam illis dimiſi, ipſamque ſilvam cum ſupra dictis bonis & quaſcumque terras vel ſylvas Patris mei, Avi & Proavi temporibus ab illis poſſeſſas, pro mea & Anteceſſorum meorum animabus, Deo & Beatis Apoſtolis Petro & Paulo ſuper Altare obtuli, ab eiſdem Monachis liberè & quietè in perpetuum poſſidendas.

Hæc igitur cum tempore Patris mei Ducis Godefridi à me facta fuiſſent, & ut oportebat diligenter confirmata, poſtmodum defuncto Patre meo, cum Ducatus in plenitudine poteſtatis ad me deveniſſet, omnia ex ordine coram me & Hominibus meis qui aderant, recenſeri feci, geſtorum veritatem recognovi, & ſub Hominum meorum teſtimonio univerſa iteratò confirmavi, Scriptoque præſenti ad poſterorum notitiam mandata Sigilli mei appenſione authenticè communivi. Teſtes

Magtildis Duciſſa,
Sigerus Archidiaconus Cameracenſis,
Henricus Præpoſitus Lovanienſis,
Reinerus, & item Reinerus, Notarii,
Bertoldus de Grinbergis,
Godefridus Caſtellanus Bruſſellæ,
Godefridus Frater Ducis,
Arnulſus de Weſemale,
Arnulfus de Rotſlar,
Henricus de Bouthershem,
Nicolaus & (1) Arnoldus de Udinchem,
Godefridus de Monte,
Walterus de Rimenham,
Balduinus de Eghoven,
Henricus de Geſtele,
Alardus Rapa,
Henricus de Sterbeke,
Henrieus de Deechelpule.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo duconteſimo ſecundo, Indictione quintâ.

Godefridus Dei gratiâ Dux & Marchio Lotharingiæ, Waltero Bertaldo & Filio ejus Waltero Gerardo & Filio ejus H. Cognatis & Amicis ſuis ſalutem & dilectionem.

Notum vobis eſſe volo & omnibus, quòd eleëmoſynam Comitis Arnulfi de Aderſchoth, quam cum Filio ſuo Joanne, per manum Godefridi Ducis Avi mei, Haffligeoienſi Eccleſiæ legitimè & liberaliter contulit, inſtar Prædeceſſorum meorum ipſi Eccleſiæ recognoſco, modis omnibus confirmo, & de bonis Eccleſiæ ſub tutela mea ſpecialiter poſitis pacem ſervis Dei ab omnibus teneri volo.

Denique medietatem ſylvæ quæ *Bukenholt* vocatur, & quidquid terræ cultæ & incultæ in ipſa Villa Bukenholt præfatus Comes dedit, Haffligenienſi Eccleſiæ recognoſco; ſicut per Chartam Avi mei Ducis Godefridi mihi notum eſt, & Eccleſia firmatum tenet, Ego quoque confirmo.

Vos etiam ne ſuper hac eleëmoſyna Fratribus injuriam inſeratis, nec ab Hominibus noſtris inquietari patiamini, obnixè volo. Val.

(1) Ar-

(1) ARNOLDUS DE UDINCHEM, al. *Udechim*, *Udekem* &c. Familia de Udechim, ab an. 1200. nota fuit per *Raſſonem* de Udechim Militem, cui ſeptem fuere Filiæ & novem Filii. Ex his ſeptem fuere Quirites: inter quos junior ætate, REINERUS nomine, Uxorem duxit Lauretam Natam de Peiues, & ex ea quatuor Filios & Filias octo ſuſcepit, quas omnes Ordini Præmonſtratenſi dicavit, erecto Monaſterio in loco de Pellenberghe uno milliari à Lovanio. Erectionem vide ſupra pag. 586. De Familia Perueiana vide pag. 775.

Anno 1202. *Nicolaus* & *Arnoldus* de Udinchem tamquam Teſtes hoc Diploma ſignarunt.

Anno 1260. *Godefridus* de Udekem tamquam Teſtis ſignavit Diploma Arnoldi de VVeſemale, ſupra pag. 428.

Anno 1320 *Godefridus* de Udekem obiit Octavus Præpoſitus Monaſterii Divæ Gertrudis Lovanii. *Ex Hiſtoria S. Gertrudis Authore à Ryckel ejuſdem Monaſterii Abbate.*

Anno 1371. *Colo* ſive *Nicolaus* de Udechem interfuit prælio Baſwiltiano cum aliis Patriciis Lovanienſibus. *P. Divæus Rer. Lovan. lib. 3. de Bello Juliacenſi.*

Anno 1465. *Hugo* de Udekem fuit Vice-Prætor Lovanii. *Ex Serie Prætorum.*

Anno 1477. & ſeqq. *Leonius* de Udekem Senator Lovanienſis, Maximiliano Brabantiæ Duci, dein Imperatori, contra Gallos bellum gerenti militavit, ac præfuit 400. Lanceariis & 200. Colubrinariis à Magiſtratu Lovanienſi miſſis ad Caſtra præfati Principis. *Ita P. Divæus Rer. Lov. lib. 3. de Bello Francico.*

Anno 1508. *Colo* ſeu *Nicolaus* de Udekem fuit Senator Lovanii, uti patet ex *Serie Senatorum.*

Anno 1534. & ſeqq. *Leonius* de Udekem fuit Senator Lovanii: ex *eadem Serie.*

Hæc Familia in binos diffuſa eſt Ramos. *Gerardus* enim de Udekem Dominus de Guertechien ex Margareta de Nobili procreavit *Carolum Guibertum* de Udekem, & *Maximilianum Franciſcum* Carolus Guibertus Dominus de Guertechien, Gentines & Limelettes, ex Jacobina Robertina Erneſtina de Hellin reliquit *Carolum Giſlenum* de Udekem Dominum de Limelettes anno 1716. creatum Baronem de Gentines adhuc in vivis, & ejus Soror Joanna Carolina Thereſia de Udekem nupſit anno 1698. D. Joanni Nicolao de Beeckman Sacri Romani Imperii Equiti hereditario, Domino de Coroy-le-Grand, Vieulart, Neuſart, Val en VVavre &c.

Ex Maximiliano Franciſco de Udekem, Fratre prædicti Caroli Guiberti, Principi Badenſi à Cubiculis nec non Centurione Prætoriano & ejus Uxore Anna Catharina de Marotte de Calenelle adhuc ſupereſt Michael Joſephus de Udekem Dominus de Guertechien, qui duxit Margaretam de Borlé; unde tres nati Filii, *Petrus Maximilianus Joſephus* de Udekem Dominus de Guertechien. *Alexander Franciſcus Joſephus*, & *Ferdinandus Philippus Joſephus.*

CAPUT LXIV.

GERTRUDIS DE DABORCH *fundationem Abbatiæ Vallis Noſtræ Dominæ Monialium Ordinis Ciſtertienſis (de qua ſupra cap. 52.) confirmat anno 1223.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

GERTRUDIS de Dabourh Comitiſſa Metenſis & de Muhaut, &c. Intelligimus quòd bonæ memoriæ ALBERTUS Comes Metenſis & de Muhaut, cariſſimus Pater noſter, culturas de Wanze, quæ ſic nuncupantur, Guode, cultura de Champans, & illa quæ eſt inter Wanze & Montem S. Stephani, Eccleſiæ de Villari pro ſalute animæ ſuæ contulit in perpetuum poſſidendas.

INTELLEXIMUS etiam quòd Villarienſi Eccleſiæ, loco, qui tunc Vallis Rodumi, modò Vallis B. Mariæ dicitur, præfatas culturas in perpetuum poſſidendas contulit.

QUIDQUID inde factum fuerit, Ego Gertrudis, Filia dicti Comitis, Comitiſſa Metenſis & de Muhaut, mei juris exiſtens, omnes præfatas culturas Valli B. Mariæ juxta Hoium, liberè, & abſolutè pro ſalute mea, & Anteceſſorum meorum, confero in perpetuum poſſidendas; ut Sanctimoniales ibidem Deo nocte dieque famulantes, pro me & Anteceſſoribus meis devotiùs orationibus inſiſtant, &c.

ACTUM anno gratiæ milleſimo ducenteſimo 1223.
vigeſimo tertio, pridie Nonas Octobris: apud Muhau, in Capella mea, ſub teſtimonio præſentiarum ſubſcriptarum,

Balduini Balivi mei de Muhau,
Waltrikini Fratris mei,
Reneri de Wanze,
Alberti de Vinamont,
Iſembardi de Alba, Militum.
Decani Andennenſis Concilii, &
Heliſtes Sacerdotis, &
Nobilium Dominarum, Mariæ relictæ Ottonis Imperatoris,
Ailidis relictæ Comitis Arnulfi de Looz,
Joannis Cornelii Hoyenſis, &
Magiſtri Joannis de Rupeforti, & aliorum quàm multorum, qui præſentes erant, & audiebant, & viderunt.

CAPUT LXV.

FLORENTIUS *Comes Hollandiæ, in Loſdunen juxta Hagam Comitis fundat Abbatiam Nobilium Virginum Ordinis Ciſtertienſis anno 1224.*

Ex Hiſtoria Epiſcoporum Ultrajectina.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego FLORENTIUS Comes Hollandiæ ſaluti animæ & Parentum providere cupiens, ſciens quod terreſtris hujus habitationis Domus citò diſſolvitur, volens habere Domum non manufactam, æternam in cœlis, Domum Domini ſcilicet, Monaſterium Sanctimonialium Ciſtertienſis Ordinis in fundo meo proprio (1) *Loſdunen*, in honorem Dei & Beatæ Dei Genitricis Mariæ ædificare, aſpirante Divinâ gratiâ, inchoavi.

AD fundationem ergo hujus novellæ plantationis Capellam in *Loſdun*, cum area, in qua eadem Capella & Clauſtrum ſitum eſt, cum omnibus poſſeſſionibus ad eandem Capellam pertinentibus, quæ ad ſuſtentationem Capellani ejuſdem

dem Capellæ à Prædeceſſoribus noſtris olim fuerant aſſignatæ, præfato Conventui liberè & integraliter contuli dono perpetuo poſſidendam.

Ad dilatandum etiam dictam aream dedimus campum, qui *Modelcamp* dicitur, verſus plagam borealem eidem areæ adjacentem, & domum cum area & pomerio, quam emi à *Florentio* Sacerdote, ante portam Clauſtri ſitam.

Ut autem hæc donatio perpetuam habeat firmitatem, præſenti Scripto Sigilli mei impreſſione roborato hoc dignum duxi irrefragabiliter confirmare.

Acta ſunt hæc in præſentia & ſub teſtimonio multorum bonorum hominum, videlicet

Venerabilis Domini Ottonis Trajectenſis Electi,
Reverendi Præpoſiti Teylenſis,
Giſelberti, Decani S. Johannis in Trajecto,
Bartholomæi de Harlem,
Jacobi Caſtellani,
Willelmi Molendinarii, & aliorum quàm plurium.

Datum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo 1224.
vigeſimo quarto, III. Non. Maii.

(1) Loosduinen, Vicus juxta Hagam Comitis in Hollandia, Diœceſis olim Ultrajectinæ, celebrem olim habuit ac potentem Abbatiam Monialium Nobilium Ordinis Ciſtertienſis fundatam in honorem B. M. V. ſub annum 1224. à Florentio IV. Hollandiæ Comite, qui anno 1235. apud Corbeiam in Gallia proditoriè occiſus fuit, & à Conjuge ejus Mathilde Henrici I Ducis Brabantiæ Filia: quæ cum piè caſtèque annis ab obitu Mariti ſui XXXII. inter eaſdem Virgines vixiſſet, anno 1267. obiit, ſepulta in eodem Cœnobio.

Porrò Abbatia hæc ſæculo XVI. furore Hæreticorum & Iconoclaſtarum parem cum reliquis Hollandiæ Cœnobiis ruinam ſubiit. Vide plura Diplomata alia Duciſſæ Mathildis, VVillibrandi Ultrajectenſis Epiſcopi & aliorum, in Hiſtoria Belgii Fœderati, Batavia Sacra &c.

Terræ etiam mandata eſt in hac Eccleſia Margareta Comitiſſa de Henneberch, cujus hoc Epitaphium nobis ex veteri Ms. dedit Scriverius in Notis ad Chron. Goudan pag 255.

Iſta tenet foſſa Matronæ Nobilis oſſa,
Quæ dum vivebat, Lauſdunis læta manebat,
Atque vocabatur Margrêta, quiete fruatur,
Quæ fuit Germana Wilhelmi Illuſtris
Regis Germaniæ, & Comitiſſa in Hennebergh,
Quæ obiit anno Domini CIↃ. CC. LXXVI. *ipſo die*
Paraſceves, horâ nonâ. Orate pro eâ.

Tabula hîc etiam olim viſa ad parietem ædis Borealem, continens hiſtoriam de prodigioſo ipſius Comitiſſæ partu 365. infantium promiſcui ſexûs ſimul effuſorum, ad mulieris paupeculæ contumelioſam imprecationem. Hujus rei memoriam, præter pelves in quibus renati aſſeruntur, produnt Patriæ Annales; cui & ipſe Junius in Batavia ſua fidem prorſus non derogat, dum dictæ Tabulæ hanc latinam Epigraphen tradit;

„ Illuſtris Domini Florentii Comitis Hollandi Filia, „ cujus Mater fuit Mathildis, Filia Henrici Ducis Brabantiæ. Fratrem quoque habuit Guilhelmum Alemanniæ „ Regem; hæc præfata Domina Margareta, anno ſalutis „ CIↃ. CC. ſeptuageſimo ſexto, ætatis ſuæ anno quadrageſimo ſecundo, ipsâ die Paraſceves, horâ nonâ ante „ meridiem peperit infantes vivos promiſcui ſexûs numero trecentos ſexaginta quinque, qui poſtquam per „ Venerabilem Epiſcopum Dominum Guidonem Suffraganeum, præſentibus nonnullis proceribus & magnatibus in pelvi quadam Baptiſmi Sacramentum percepiſſent, & maſculis Joannes, fœmellis verò nomen Elizabeth impoſitum fuiſſet; ipſarum omnium ſimul „ cum Matris animæ ad Deum æternaliter victuræ redierunt, corpora verò ſub hoc ſaxo requieſcunt. „

Plures tamen de ejuſdem Hiſtoriæ veritate dubitant, atque inter primos Eraſmus; vide Hiſtorias ſupra citatas.

CAPUT LXVI.

Ludovicus *Comes Loſſenſis in Loſſenſi Eccleſia Collegiata SS. Petri, Pauli & Odulphi (vulgò* Borchloen, *Diœc. Leodienſis) à ſuis Majoribus fundata, quatuor Sacerdotales Præbendas adjungit, anno* 1225.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

Ludovicus Comes de Los & de Reneken, omnibus in perpetuum. Geſta mortalium plerumq; labuntur à memoria, niſi Sigillatis apicibus fuerint perennata. Notum ſit igitur præſentibus pariter & futuris, quod cùm quæſtio diutina inter Nos & Canonicos Eccleſiæ Loſſenſis ſuper collatione Scholaſteriæ & annexæ ſibi Præbendæ ageretur, tandem dicti Canonici noſtra in præſentia conſtituti ſufficienter probaverunt, quòd eorum libera ſit electio, & quod reſidentia Scholaſteriæ inſeparabiliter eſſet annexa. Quam quidem reſidentiam Scholaſticus ſe obſervaturum jurabit, cùm electus fuerit, priuſquam inſtalletur, & priuſquam in poſſeſſionem Præbendæ ac Scholaſteriæ mittatur.

Qui ſi in non reſidendo contra juramentum venerit, & admonitus à Capitulo ſuo, ut jure moneri debet, nequaquam reſederit, alter qui reſideat eligatur.

Quorum probationi aſſenſum præbens, ipſam approbatam confirmamus, tali formâ mediante, quòd virum utilem Eccleſiæ Loſſenſi & Nobis eligant, quem electum canonicè Nobis præſentabunt; cui Scholaſteriam cum omnibus attinentiis porrigentes, eorum electionem Nos noſtrique Succeſſores tenebimur approbare.

Insuper ejuſdem Eccleſiæ utilitati, noſtræque ſaluti providere cupientes, adjecimus quoque quatuor Præbendas eleëmoſynarias, quæ in eadem eſſe dignoſcuntur Eccleſia: Sacerdotibus honeſtis, Nos & noſtri Poſteri deinceps conferemus, qui reſidentiam ibidem facientes, Præbendas illas valeant deſervire.

Ut autem factum hoc ratum permaneat & illibatum, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine placuit roborari.

Actum apud Loz, III. Nonas Decembris, anno Incarnationis Dominieæ milleſimo ducenteſimo vigeſimo quinto, Indictione tertiâ decimâ. 1225.

Anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo Hermannus, Frater Comitis de Los, Archidiaconus Leodienſis, Eccleſiam de Los ad honorem Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sancti Odulphi ampliavit, atque in ea ſeptem Canonicos inſtituit, inque Chori medio ſepulturam accepit.

CAPUT LXVII.

Honorius III. *Pontifex tranquillitati ac quieti Monachorum Laudenſium Ordinis Ciſtertienſis apud Inſulas conſuluit anno* 1227.

Ex Buzelini Gallo-Flandria

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Abbati & Priori de Los Ciſtertienſis Ordinis, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ſæpè contingat propter cauſarum cognitiones, quæ Vobis frequenter à Sede Apoſtolica committuntur, in Vobis ſanctæ contemplationis otium impediri, & Monaſterium veſtrum non modicam inde læſionem incurrat: Nos veſtris inclinati precibus & quieti veſtræ providere miſericorditer, & indennitati ejuſdem Monaſterii ſuper hoc præcavere volentes, Auctoritate Vobis præſentium indulgemus, ne de cauſis aliquibus Auctoritate Apoſtolicâ in poſterum cognoſcere inviti, niſi obtinendæ ad Vos Litteræ plenam de hac indulgentia fecerint mentionem: ſalvis tamen commiſſionibus ad Vos hactenus impetratis.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani xv. Kal. Februarii Pontificatûs noſtri anno undecimo.

CAPUT LXVIII.

Hugo de Petraponte *Leodienſis Epiſcopus confirmat Abbatiæ Parchenſi poſſeſſionem Altarium & decimarum de Rode & VVerchter,* *anno* 1228.

Ex Archivis Abbatiæ Parcenſis.

Hugo Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, Abbati, Priori, & Conventui de Parcho juxta Lovanium Præmonſtratenſis Ordinis, & omnibus præſens Scriptum inſpecturis, ſalutem in Domino.

Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per Officii noſtri ſollicitudinem ad debitum perducatur effectum. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit coram Nobis propoſitum, quod cum Arnoldus Miles de Rode, juxta Aerſchot, medietatem Juris Patronatûs, & dimidiam partem decimæ, tum majoris, tum minoris, exceptâ portione Inveſtiti ejuſdem loci, quam in feudum ab Henrico Illuſtri Duce Lotharingiæ, in cujus Allodio fundata eſt dicta Eccleſia, teneret, prædictus Arnoldus Miles animæ ſuæ ſaluti, & Anteceſſorum ſuorum volens devotiùs providere, dictam partem Juris Patronatûs & partem majoris & minoris decimæ prælibatæ, ad opus veſtrum in manus Illuſtris Ducis ſæpedicti, ſicut Nobis per inſtrumentum ſuum proprio Sigillo munitum, pleniùs eluceſſit, in eleëmoſynam perpetuam reportando effectuavit. Dominus verò Dux, ſuæ collationi aſſenſum præbens, prout dictavit ſententia ſuorum Hominum, dictam eleëmoſynam, medietatem ſcilicet Juris Patronatûs, & decimæ tum majoris tum minoris vobis in eleëmoſynam contulit jure perpetuo poſſidendam.

Nos autem prædictam decimam cum Jure Patronatûs vobis concedimus & confirmamus. Concedimus etiam vobis & confirmamus, quicquid Juris Patronatûs habebat Dominus Dux Lotharingiæ in Eccleſia de Werchtera, quæ Mater eſt Eccleſia, cum ſuis appenditiis, quod vobis contulit pro remedio animæ Nobilis Conjugis ſuæ Mariæ, & Anteceſſorum ſuorum; prout in Litteris ipſius perſpeximus contineri. In hujus rei teſtimonium præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, menſe Aprili. 1228.

CAPUT

CAPUT LXIX.

JOANNES DE APPIA, *Leodienſis Epiſcopus, Monaſterium Inſulæ Ducis, vulgò* * Ghempe, *Monialium Ordinis Præmonſtratenſis prope Lovanium, ſuſcipit in ſuam protectionem anno* 1230.

* Vide ſupra pag. 586.

Ex Archivis Monaſterii.

JOANNES Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino noſtro Jeſu Chriſto.

CUM Eccleſia Dei ante mundi conſtitutionem ab Angelis ſumpſerit exordium, & mundo cônſtituto à tempore Abel juſti, & poſtmodum ſuccedentibus temporibus tempore gratiæ Ritus Synagogæ ceſſaverint, Eccleſia Dei in cultu Divino per inſtitutionem Apoſtolorum & Sanctorum Patrum ſuſcepit incrementum, ex tunc inolitum eſt ac traditum, ut cultus Dei ab omnibus Chriſti fidelibus in unitate fidei & vinculo charitatis per devotionem & operis exhibitionem pleniùs augeatur.

EA-propter dilectæ in Chriſto Filiæ Eccleſiæ de Inſula Ducis, veſtris juſtis petitionibus annuentes, perſonas veſtras & locum prædictum cum omnibus bonis veſtris ſecundùm Regulam Beati Auguſtini, & regulares obſervantias Ordinis Præmonſtratenſis, ſub noſtra protectione ſuſcipimus, & ad preces & requiſitionem dilecti & fidelis noſtri Henrici Illuſtris Ducis Brabantiæ, qui eundem locum vobis contulit, in perpetuum auctoritate Pontificali confirmamus.

ET cum idem Dux prædictum locum Eccleſiaſticâ donaverit libertate, & eundem ab omnibus exactionibus & ſeculari juſtitia & conſuetudine exemerit; Nos hujuſmodi exemptionem & libertatem perpetuo jure Vobis duximus confirmandas; ſtatuentes ut eadem Eccleſia veſtra gaudeat Privilegiis Eccleſiaſticæ immunitatis & libertatis, quibus gaudent aliæ Conventuales Eccleſiæ Diœceſis Leodienſis.

SI quis autem contra hanc noſtram Confirmationem venire præſumpſerit, indignationem Dei Omnipotentis & Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Quod ſi monitus ut à ſua præſumptione deſiſtat, infra quindecim dies poſt monitionem non deſtiterit, ſciat ſe vinculo excommunicationis innodatum.

UT autem hæc perpetuam obtineant firmitatem, præſentem Cartam Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

DATUM anno Domini milleſimo ducenteſi- 1230.
mo triceſimo.

CAPUT LXX.

Sententia lata ab Archidiacono & Officiali Cameracenſi anno 1231, *contra* GUILIELMUM *de Grimbergis, uſurpatorem plurimorum bonorum ad Abbatiam Aſſligemienſem pertinentium.*

Ex De Vaddere de Origine Ducum Brabant.

UNIVERSIS præſens Scriptum inſpecturis W Cameracenſis Archidiaconus in Brabantia, E. de Brania, Cameracenſis Archidiaconus in Antverpia & Officialis Domini Cameracenſis foraneus, ſalutem in Domino.

QUANTO graviori periculo damna, improperia, injuriæ Eccleſiæ Dei irrogantur, tanto diligentiori ſtudio emendæ, quæ ſuper hujuſmodi præſtantur, ad honorem & laudem S. Matris Eccleſiæ perpetuis ſunt annalibus annotandæ.

HINC eſt, cur Nos, qui Domûs Domini decorem & laudem diligere tenemur, & quos zelus Domûs Domini meritò debet comedere, ſcripto memoriali duximus committendum, quod cum Vir nobilis Wilhelmus Miles de Grimbergis, dictus Dominus de Aſcha, minùs ſano ductus conſilio, Venerabilem Domum & Religioſam de Afflighem quibuſdam runcinis in præjudicium Dei & Eccleſiæ ſpoliaſſet, & alia damna eidem intuliſſet, tandem ad cor reverſus ſuper præmiſſis tam damnis, quàm injuriis in præſentia noſtra cum præfata Eccleſia competentem fecit compoſitionem, fidei-juſſoriam ſuper prædictis præſtans Eccleſiæ memoratæ cautionem.

DE emenda verò Deo & Eccleſiæ ſuper tantis injuriis præſtanda noſtræ ſe ſubjecit per omnia ordinationi, quam de Virorum bonorum conſilio ordinavimus in hunc modum. Videlicet quod dictus Miles nudo pede, nudo capite, in puris camiſia & braceis, virgam tenens in manu, in recognitionem prædicti reatûs, ad pedes Domini Abbatis in pleno Capitulo Haffligenienſi ad hoc ſolemniter vocato ſe proſterneret, humiliter, & devotè ab Abbate & Conventu veniam petiturus.

IPSE verò ordinationi noſtræ per omnia obediens, ſicut ei à Nobis fuerat dictata emenda, ipſam in noſtra præſentia adimplevit humiliter & devotè.

IN cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigillis noſtris duximus roborandas.

DATUM in Cæna Domini anno Domini
milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto. 1234.

CAPUT LXXI.

ARNOLDUS *Comes Loſſenſis; Advocatus Capituli Biliſienſis, vulgo* Munſter-Bilſen, *Canonicarum Nobilium in Ditione Leodicenſi, eidem benefacit anno* 1230. *& ſeqq.*

Ex Hiſtoria Loſſenſi. ARNOLDUS Comes de Los & de Chiney, univerſis præſentem Paginam inſpecturis, diligere veritatem.

GESTIS mortalium plerumque ſuboriri ſolet calumnia, niſi ſigillatis apicibus fuerint perennata.

VESTRÆ igitur notum facio univerſitati, quòd cùm Eccleſia Sancti Amoris in Biliſia ſylvam quamdam propriam, cujus fueram Advocatus, juxta Villam *Welne*, habuiſſet, eadem Eccleſia ad inſtantiam precum mearum ſylvam illam vendidit, medietatem pretii de ſylva eadem perceptam, ſpe recompenſationis, mihi liberaliter conferendo, cùm tantùm ratione Advocatiæ partem tertiam percipere debuiſſem: quam Scripto præſenti recognoſco; firmiter ſtatuens obſervandum, quòd nec Ego, nec mei poſteà in fundo dictæ ſylvæ aliquid juris habebimus: ſed hoc ſolummodò, quòd Advocati ejus erimus, ſicuti & aliorum ejuſdem Eccleſiæ bonorum; unde illa fundum præmemoratum pro ſua voluntate locabit & coli faciet, ac in uſus proprios, tamquam Alodium ſuum, convertet.

NE autem facto huic aliqua in poſterum calumnia oriatur, præſentes Litteras Sigilli mei munimine roboravi.

1230. DATUM menſe Februario anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo, Indictione tertiâ.

ARNOLDUS Dei gratiâ Comes de Los & de Chiney, omnibus hoc Scriptum inſpecturis in perpetuum. Quæ geruntur ſub tempore, niſi Litterarum teſtimonio æternentur, oblivioni ſæpè traduntur.

UNIVERSITATI veſtræ notum ſit, quòd ex Fidelium meorum manifeſta aſſenſione veraciter didici, quòd omnes Prædeceſſores mei Comites de Los omnes Officiatos Eccleſiæ Biliſienſis, in quibuſcumque officiis fuiſſent conſtituti, liberos & ab omni exactione & petitione manere permiſerunt immunes.

EGO verò Prædeceſſorum meorum veſtigiis inhærens, & Privilegiis præfatæ Eccleſiæ à Prædeceſſoribus meis bonæ memoriæ indultis & obſervatis, maximè ob dilectionem & reverentiam Conſanguineæ meæ, ejuſdem Eccleſiæ Abbatiſſæ Mechildis, Filiæ quondam Comitis de Los, de Ara, nolens contraire, de conſilio omnium Fidelium meorum, Privilegia à Prædeceſſoribus meis præfatæ Eccleſiæ data innovo, approbo & confirmo, ſicut prædictum eſt.

OMNES Officiati memoratæ Eccleſiæ & Abbatiſſæ ab omni exactione & petitione in perpetuum, tam antè, quàm à Succeſſoribus meis liberi permaneant & immunes; & hoc fideliter obſervaturum coram Fidelibus meis repromiſi.

UT autem hoc ratum & inconcuſſum permaneat in æternum, Sigilli mei teſtimonio præſens Scriptum decrevi roborare.

DATUM anno gratiæ milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Julio, Feriâ ſextâ poſt Octavam Petri & Pauli. 1231.

IN nomine Domini. Amen. Ego ARNOLDUS Comes de Los & Chineo, notum facio univerſis præſentibus pariter ac futuris, quòd cùm Eccleſiam Biliſienſem ſpeciali amplectens dilectione, ipſamque ratione Advocatiæ tenear defendere ac promovere modis omnibus, ſuo nitendo honori, commodo & utilitati: quare indulſi Officiatis ejuſdem Eccleſiæ, ubicumque locorum commorantibus, ut à petitionibus & exactionibus, & ab expeditionibus in perpetuum liberi permaneant & immunes; ſylvamque ipſius Eccleſiæ apud Villam *Welne* ſitam, ſicuti teneor, illæſam conſervabo & integram: ita ut ſiquis arborem aliquam in ea ſucciderit, vel quoquo modo contra jus ipſam violaverit, pœnam eidem debitam infligam.

PRÆTEREA omnem violentiam, quam Libertus Miles de Gotheim, vel aliquis heredum ſuorum, intulerit eidem Eccleſiæ in Molendino Welne ſito, omnemque violentiam, quam Vir nobilis Godefridus de Hirtene, vel aliquis, occaſione ipſius, præmemoratæ irrogaverit Eccleſiæ ſuper pratis, inter Welne & Hirtene jacentibus, per ſententiam Scabinorum eidem Eccleſiæ adjudicatis, penitus permovebo.

SIQUIS autem illam ſuper Molendino, in loco qui *Graten* dicitur ſito, moleſtare præſumpſerit, indemnem reddam eandem, quantùm jure teneor, & ab omni liberam vexatione, eamque tamquam bonus Advocatus, ab omni gravamine violento, pro qualitate mearum virium, conſilio, & auxilio, affectuosè fovere ſtudebo. Et ad hæc firmiter adimplenda & inviolabiliter obſervanda, Me meoſque Succeſſores præſentibus Litteris obligavi.

UT igitur omnia præmemorata firma in perpetuum & ſtabilia perſeverent, & ullius impetitione nequeant perturbari, præſentem Paginam Sigillo meo, atque Sigillis Virorum Venerabilium,

Domini Waltheri Berthoult,
Domini Arnoldi de Diſta,
Godefridi Caſtellani de Calmont,
Waltheri de Tongres,
Faſtrardi de Berlo, &

 Wilhelmi

Wilhelmi de Saſſenbruc, dignum duxi muniendam.

Actum & datum menſe Martio anno Domini
1235. millesimo ducenteſimo trigeſimo quinto.

Universis præſentes Litteras inſpecturis, Arnoldus Comes de Los, ſalutem & cognoſcere veritatem. Noverint univerſi, quòd Eccleſiam ſive Monaſterium Beati Amoris Biliſienſis, cujus ſum Advocatus, volens adinſtar Prædeceſſorum meorum Comitum Loſſenſium proſequi prærogativâ gratiæ ſpecialis, & ipſorum Prædeceſſorum meorum veſtigiis laudabiliter inhærere, omnes libertates & Privilegia prædictæ Eccleſiæ à meis Prædeceſſoribus Comitibus de Los, & ſpecialiter ab Illuſtri Viro Domino Arnoldo claræ memoriæ quondam Comite de Los & Chynei, Avo meo, conceſſas & conceſſa approbo, innovo & confirmo; & ſpecialiter infraſcripta: Videlicet, quòd cum prædicti Prædeceſſores mei Comites de Los Officiatos omnes & ſingulos Abbatiſſæ & Conventûs dicti loci, in quibuſcumque officiis exiſtentes, & in quibuſcumque locis commorantes, & tempore, à quo non extat memoria, ab omni exactione, petitione precaria, ſive tallia, expeditionibus & angariis permanere permiſerunt liberos & immunes:

Volo & conſentio, quòd omnes & ſinguli Officiati prædicti de cetero gaudeant pacificè prædictâ libertate, quitique ac liberi permaneant omnino ab omnibus exactionibus, precariis petitionibus, talliis, expeditionibus, & angariis antedictis. Item quòd habere, exigere, ſeu recipere, Ego & Succeſſores mei non poſſumus, nec debemus in Villa de *Welne* & ejus appenditiis, quæ quidem Villa eſt merum Allodium dictæ Eccleſiæ, ratione alicujus exactionis, talliæ, ſive precariæ, niſi decem & octo Marcas Leodienſes annuatim; nec ſummam hujuſmodi pecuniæ, occaſione alicujus exactionis, talliæ, ſive precariæ, quomodolibet excedere; ſed dictâ pecuniæ ſummâ, Ego & Succeſſores mei contenti eſſe debemus, prout prædictæ Eccleſiæ prædictus Avus meus per ſuas patentes Litteras conceſſit.

Ut autem meis & meorum Succeſſorum Officiatis omnis occaſio malignandi ſeu plus exigendi in dicta Villa & ejus appenditiis penitus auferatur; concedo quòd dictæ decem & octo Marcæ per Abbatiſſam, quæ fuerit pro tempore, & ejus Villicum ſeu Officiatos in prædicta Villa imponantur, & Mihi ac Succeſſoribus meis annuatim undecim Marcæ, ſcilicet in Feſto Beati Remigii, & ſeptem in Paſcha Domini perſolvantur. Mediante quoque hujuſmodi pecuniâ, annuatim Mihi & Succeſſoribus meis, ut prædictum eſt, perſolvendâ, manſionarios dictæ Eccleſiæ & homines in prædicta Villa commorantes & moraturos, quito, & quitos clamo, ac libero nomine meo & meorum Succeſſorum, ex quibuſcumque exactionibus, precariis, talliis & angariis, quocumque nomine cenſeantur; ſalvo tamen Mihi & meis Succeſſoribus jure Advocatiæ, quam Ego & Prædeceſſores hactenus habuimus in Villa memorata, videlicet tertiâ parte emendarum, quas ibi continget per Scabinos prædictæ Abbatiſſæ adjudicari.

Item cùm olim Eccleſia dicta duas ſylvas proprias cum ſuis fundis, quarum altera *Vorſt*, & altera *Damerſa* vocantur, dictis Prædeceſſoribus meis Comitibus de Los & eorum Poſteris contulerit, tali conditione quòd in recompenſationem & reſtitutionem hujuſmodi ſylvarum Abbatiſſa & Conventus dicti loci ad communem uſum earum, unam plauſtratam ſive carratam lignorum ſuis expenſis incidi, & ſuis vehiculis adferri ſingulis diebus, cùm eis placuerit, in omnibus ſylvis Campiniæ, ad meum Comitatum ſpectantibus, abſque mea & meorum Heredum & Succeſſorum contradictione, liberè faciant in perpetuum, prout eis ab antiquo ex cauſa prædicta à meis Prædeceſſoribus eſt conceſſum. Prædictam quoque Eccleſiam, poſſeſſioneſque ejus & jura, libertates & Privilegia, tamquam bonus Advocatus, ubique defenſare & manutenere toto poſſe teneor & promitto, obligans præſentibus Me & meos Succeſſores ad omnia & ſingula ſupradicta.

Consentio etiam & volo quòd Venerabilis Pater Dominus Leodienſis Epiſcopus, qui fuerit pro tempore, ac ejus Officialis & Major Eccleſia Leodienſis, vel unus eorum, Me & meos Heredes ac Succeſſores per Cenſuram Eccleſiaſticam de plano, abſque vocatione in jus compellant, & compellere poſſint ad obſervationem omnium & ſingulorum præmiſſorum, quotieſcumque Me vel meos Heredes ſeu Succeſſores, venire contigerit contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum.

Ut autem præmiſſa omnia & ſingula firma perpetuò maneant & illibata, Sigilla Majoris Eccleſiæ prædictæ, & Venerabilis Viri Domini Ottonis de Juliaco Archidiaconi Leodienſis Avunculi mei ac Officialis prædicti, Sede vacante, unà cum meo proprio, apponi præſentibus ſupplicavi.

Nos autem Decanus, Archidiaconus & Capitulum Majoris Eccleſiæ prædictæ & Nos Otto de Juliaco, Archidiaconus ac Officialis prædicti, ad petitionem Comitis præfati, Sigilla noſtra præſentibus apponi fecimus, in teſtimonium præmiſſorum.

Datum & actum anno Domini milleſimo 1282.
ducenteſimo octogeſimo ſecundo, undecimo Calendas Junii.

Universis præſentes Litteras inſpecturis, Arnoldus Comes de Los, ſalutem & cognoſcere veritatem. Noverint univerſi, quòd Venerabilis Domina M. Dei providentiâ Abbatiſſa Monaſterii Biliſienſis, centum & quinquaginta marcas Leodienſes Nobis debitas pro innovatione ſeu confirmatione Privilegiorum eidem Abbatiæ & ejus Conventui à noſtris Prædeceſſoribus favorabiliter conceſſorum, & à Nobis confirmatorum ſeu innovatorum, ſecundùm quod in Charta ſuper hoc confecta pleniùs continetur, Nobis ſeu certo noſtro Nuntio de mandato & voluntate noſtra perſolvit integrè in pecunia numerata: quam quidèm pecuniæ ſummam in uſus noſtros totaliter eſſe converſam, utpote in ſolutionem debitorum noſtrorum, tenore præſentium profitemur.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrorum unà cum Sigillo Ludovici de Lude, noſtri tunc temporis Seneſchalli, præſentibus Litteris duximus apponendum.

Et ego L. prædictus Sigillum meum præſenti ſcedulæ appoſui, ad juſſionem ſæpedicti Comitis, in teſtimonium præmiſſorum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo, in die Beati Martini Epiſcopi, hiemalis. 1282.

Bilsen, latinè *Biliſia*, Oppidulum Diœceſis Leodienſis in Comitatu Loſſenſi ſitum eſt ad Demeram fluvium, qui hic fermè naſcitur & Haſſeletum decurrit. Diſtat Leodio milliaribus quinque. Trajecto duobus.

Adjacet ad teli jactum celeberrimus Pagus, vulgò *Munſter-Bilſen*, ob ampliſſimum Nobilium Virginum Canonicarum Collegium. Fuerat hic olim Abbatia Monialium, quam S. Landrada Neptis Pipini Landenſis, Auſtraſiæ Ducis, inſtituit, atque à S. Lamberto Tungrorum Epiſcopo, Deo, Deiparæque Virgini, ac S. Amori Confeſſori (cujus memoriam habet Molanus in Natalibus SS. Belgii ad diem 8. Octobris) conſecrari curavit.

Hodie eſt illuſtre Capitulum XX. Nobilium Domicellarum, & quatuor Canonicorum ſæcularium, quibus præeſt Abbatiſſa, quæ Oppidi Biliſienſis ſupremo dominio potitur.

CAPUT LXXII.

Hildegundis *Abbatiſſa illuſtris Capituli Canonicarum Thorenſium in Ditione Leodienſi, eidem donat Eccleſias de* Gilſen *&* Hubach, *anno* 1235.

Ex Antiquit. Brec dan. Joan. Gramaye.

In nomine Domini, amen. Omnibus & ſingulis Chriſti Fidelibus hanc Paginam inſpecturis Hildegundis ratione Thorenſis Eccleſiæ Abbatiſſa, teſtimonium & notitiam veritatis. Ne res cum devotione geſtæ evaneſcant cum tempore, ſtili ſunt officio perennandæ.

Noverint igitur omnes præſentis Paginæ inſpectores, quòd divino inſtinctu Ego Hildegundis Abbatiſſa Thorenſis Conventui noſtro de *Thoren* dedi duas Eccleſias de *Gilſen* & *Hubach* liberè, quietè, & perpetualiter poſſidendas; ut communis Præbenda ipſius Conventûs, quæ nimis tenuis mihi videbatur, reditibus prædictarum Eccleſiarum honorificè augmentetur.

In cujus rei teſtimonium præſentes Sigillo meo Litteras roboravi. Teſtium nomina, qui interfuerunt, ſunt ſubſcripta.

Dominus Abbas Robertus de Averbodio, qui ſuum Sigillum his meis Litteris appoſuit;
Gerardus Spor,
Frater Balduinus de Corterſelis;
Theodoricus Decanus,
Gerardus,
Conrardus, Canonici de Thoren, totus ejuſdem loci Conventus, & alii quamplures.

Actum anno M. CC. XXXV. 1235.

CAPUT LXXIII

Guido *Cameracenſis Epiſcopus confirmat anno* 1239. *erectionem Begginagii Valencenenſis fundati à Priore S. Salvii.*

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. d'Outremanni.

Guido Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Non ſolùm imitari, ſed etiam prædicare debemus maſculinæ virtutis conſtantiam ex debilitate fragilitatis fœmineæ inviolabiliter ab eo inſertam, qui facit mirabilia magna ſolus.

Et ideo Religioſarum mulierum commodis & quieti eo ſtudioſiùs Nos oportet intendere, quò fructum ex bonis earum operibus, & exemplis credimus proventurum.

Unde noverint tenore præſentium præſentes pariter ac futuri, quod dilecti in Chriſto Filii Radulfus Prior, & Conventus S. Salvii juxta Valencenas, ad quos pertinet Patronatûs Parochiæ S. Nicolai in Valencenis; & Joannes Presbyter Parochialis ejuſdem Eccleſiæ noſtris precibus & monitis, & etiam bonorum Virorum inductu benignè & unanimiter conſenſerunt in noſtra præſentia, quod infra terminos Parochiæ prædictæ, in loco qui Vicus de *Salice* appellatur, Religioſarum mulierum, quæ * Beghinæ dicuntur, Hoſpitale conſiſtat, futuris temporibus permanſurum: & in hoc, ſicuti dictum eſt, conſenſerunt in noſtra præſentia juxta formam in ſubſcripta ſerie comprehenſam, cujus iſta ſunt verba.

* Vide ſupra pag. 118 & 119.

Universis &c. Frater Radulfus Prior humilis S. Salvii juxta Valencenas, totuſque ejus loci Conventus, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra quod ad preces & conſilium R. Patris Guidonis Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopi, & ob Sanctæ Religionis augmentum conceſſimus unanimiter & benignè, quod infra terminos Parochiæ S. Nicolai in Valencenis, quæ ad noſtrum pertinet Patronatum, in loco qui Vicus dicitur de Salice, conſtruatur, & conſtructum perſiſtat futuris temporibus

poribus Hoſpitale, In quo Religioſæ mulieres, quæ Beghinæ dicuntur, valeant immorari.

Ita quod in Hoſpitali prædicto debet eſſe Capella, in qua dictæ Religioſæ mulieres divinis interſint obſequiis, & Eccleſiaſtica percipiant Sacramenta, videlicet Confeſſionis & Eucharistiæ, quoties opus fuerit, & maximè in Paſcha, Pentecoſte & Natali Domini, ac etiam Unctionis extremæ, cum hoc requiſierint in ægritudine decumbentes, vel ex parte ipſarum fuerit requiſitum; & Capellanus, qui in dicto Hoſpitali deſerviet, omnibus tam manentibus in ipſo Hoſpitali, quàm aliis Religioſis mulieribus, quæ Beghinæ dicuntur, in Vico eodem & vicinia commorantibus, quæ per conſilium Capellani ipſius Hoſpitalis Religioſum tenebunt propoſitum, Eccleſiaſtica Sacramenta poterit miniſtrare.

Ibi quoque celebrabitur ſolemniter Divinum Officium, tam de die, quàm de nocte, unâ, tantùm, vel duabus campanis appoſitis, vel pulſatis; aqua etiam benedicta diebus Dominicis, & prædicatio, tam Dominicis, quàm aliis diebus ſolemnibus ibi fiet.

His autem in omnibus ſalvis, Presbyter S. Nicolai in omnibus perſonis prædictis curam Parochialem habebit &c.

Promittent etiam quod perſonæ Hoſpitalis prædicti in eodem Hoſpitali alteram nullo modo Religionem aſſument, præter conſenſum noſtrum &c.

Nos autem ad majorem hujus rei firmitatem noſtrum his conditionibus impartientes aſſenſum, præſens Scriptum, ad inſtantiam partium præſentium, Sigillo noſtro cum Sigillis Venerabilium Virorum S. Auberti, S. Sepulcri, & de Cantimprato Abbatum, qui tractatui noſtræ 1239.
Ordinationis affuerunt, juſſimus in teſtimonium communiri.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, menſe Decembri.

CAPUT LXXIV.

Joannes de Spatio *Miles &* Heluidis *ejus Uxor benefaciunt Abbatiæ S. Joannis Valencenis Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, anno* 1239.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outremanno.

UNiversis Litteras præſentes inſpecturis P. Decanus Chriſtianitatis Oſtrevantiæ in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod Joannes de Spatio Miles, & Heluidis Uxor ejus in præſentia noſtra conſtituti contulerint in eleëmoſynam Eccleſiæ S. Joannis in Valencenis quicquid juris & dominii habebant tam per ſe, quàm contra Ægidium Præpoſitum in Vico, qui dicitur *de Spacio*, & in Vico, qui dicitur *Piertſepaine*, tam in redditibus, quàm in juſtitia, promittentes fide & Sacramento interpoſitis, quòd in prædictis nihil ulteriùs reclamabunt, neque prædictam Eccleſiam ſuper his moleſtabunt, neque procurabunt aliquatenus moleſtari; ſeque obligaverunt juriſdictioni noſtræ, quod ſi eam moleſtarent in aliquo, ut ab eadem moleſtatione deſiſterent, poſſemus ipſos per cenſuram Eccleſiaſticam coërcere.

Et ſciendum, quod cum dictus Joannes & præfata Uxor ejus prædictas res ſimul acquiſiviſſent, tam à Matthæo de Solemmes, & Matre ipſius, quàm ab aliis, & idcirco, non obſtante contradictione quorumlibet, utpote de acquiſitis ſuam poſſent facere voluntatem; tamen ex abundanti liberi eorum, videlicet Robertus & Balduinus, Maria, & Juliana dictam eleëmoſynam werpierunt, fide & ſacramento ſe obſtringentes ad prædicta, & ſe nihilominus modo prædicto juriſdictioni noſtræ ſupponentes.

Ut autem prædicta eleëmoſyna rata futuris temporibus habeatur, atteſtatione præſentis Scripti, cui Sigillum noſtrum appendimus, & Teſtium ſubſcriptorum, qui interfuerunt, annotatione, eamdem ad notitiam tranſmittimus poſterorum.

S. Willelmi Majoris de Spacio.
S. Godefridi d'Azin.
S. Balduini de Kievrain.
S. Jacobi Clerici,
Ægidii de Caſtello,
Philippi Pelart, Scabinorum de Spacio.
Gerardi Werin, &
Nicolai de S. Salvio, Juratorum de Caſtello,
Petri Prioris,
Stephani Præpoſiti,
Gerardi Fruitiel, & aliorum.

Actum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo 1239.
trigeſimo nono, menſe Decembri.

CAPUT

CAPUT LXXV.

Florentius *Abbas S. Cornelii Indenſis benefacit Monaſterio Inſulæ Ducis Monialium Ordinis Præmonſtratenſis*, *anno* 1241.

Ex Archivis ejuſdem Monaſterii.

FLORENTIUS Dei gratiâ Indenſis Abbas, omnibus præſentes Litteras viſuris perpetuam in Domino ſalutem.

SCIANT univerſi, tam præſentis ætatis quàm futuræ, quod cum Geldolphus Miles dictus de Oppendorp, & quidam alii Jus Patronatûs in Eccleſia de *Winge* in eleëmoſynam Eccleſiæ Inſulæ Ducis Præmonſtratenſis Ordinis contulerunt, Præpoſitus dictæ Domûs dictam eleëmoſynam à nobis ratificari poſtulaverit.

NOS verò ad petitionem dicti Præpoſiti, intuitu Divinæ remunerationis præambulo, quicquid ſupradictus Geldolphus & ſui participes fecerunt, ratum habemus & firmum, factæ Donationi conſentientes; ſalvo tamen omni per omnia nobis jure. Et hoc vobis ſub Sigillo noſtro ſignificamus.

DATUM anno Domini M.CC XLI. menſe Auguſto. 1241

CAPUT LXXVI.

Abbatia Thorenſis, quod eſt Canonicarum Nobilium in Leodienſi Diœceſi Collegium, vendit Godefrido Bredæ Domino varia jura, *anno* 1243.

Ex Antiquit. Bredaniæ Joannis B. Gramaye.

HILDEGONDIS Dei gratiâ Abbatiſſa & totus Conventus Thorenſis Eccleſiæ, univerſis præſens Scriptum inſpecturis, ſalutem & ſcire veritatem.

SICUT tempus nunquam ſtabile eſt, ſed ſemper fluens defluit; ſic cum ipſo tempore fluunt & defluunt actiones. Ne ergò labatur cum tempore id quod in tempore geritur, æternari debet memoriâ Litterarum.

SCIANT ergò tam præſentes quàm poſteri, quod Nos gravi onere debitorum occupati, in tantum etiam ut intolerabiles imminerent uſuræ, tali urgente neceſſitate unanimi conſenſu vendidimus Viro Nobili D. GODEFRIDO de Breda redditus quinque marcarum Colonienſium annuatim in Feſto S. Remigii à manſionariis ad Curtim de *Baerle* ſpectantibus recipiendos, nec non in craſtino S. Dionyſii à manſionariis ad Curtim de *Gilze* ſpectantibus, hereditario jure ſibi & ſuis Succeſſoribus poſſidendos, de annuo cenſu ad dictas Curtes ſpectante recipiendos.

SI verò dicti manſionarii cenſum prænominatum præfato Nobili dictis temporibus perſolvere neglexerint, idem Nobilis eorum pignora accipiet, & emendam ab eis exiget, ſecundùm ſententiam Scabinorum, & eadem emenda ad uſus ſuos devolvetur.

INSUPER adjectum eſt, quod dictus GODEFRIDUS Dominus de Breda in recognitionem hujus Contractûs.... * denarios Colonienſes in craſtino B. Dionyſii annuatim perſolvet.

* Sua Celſitudo ſolvit quotannis Abbatiſſæ Thorenſi 40. florenos pro his denariis.

REVERENDUS verò Pater & Dominus Leodienſis Epiſcopus *Robertus* prædictam venditionem à nobis factam, & emptionem à Nobili memorato initam, ratam habuit & habet, & eam per Litteras patentes ſigillatas approbavit.

ILLUSTRIS verò Dominus *Henricus* Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, qui noſter in loco prædicto ſummus eſt Advocatus, venditioni & emptioni huic conſenſit, & per Litteras patentes ipſam ratificavit.

IN cujus robur & teſtimonium, ne in poſterum oriatur quæſtio ſuper præmiſſis, Chartam præſentem inde fieri fecimus, & eam ſæpedicto G. Nobili tradidimus, Noſtro & Conventûs noſtri Sigillo roboratam. Teſtes qui huic contractui interfuerunt, ſunt hi:

D. Henricus Bertholt,
D. Ægidius de Broder,
Ægidius de Berclas Miles,
Anſelmus de Geſthele Miles,
Daniel de Zele,
Anſelmus Heys,
Henricus de Baerle,
Rodulf Nerke, & alii quàm plures.

ACTUM & latum anno Domini M. CC. XLIII. menſe Decembri. 1243.

CAPUT LXXVII.

Archidiaconus Leodienſis confirmat anno 1235. donationes factas Monialibus Inſulæ Ducis Ordinis Præmonſtratenſis juxta Lovanium.

Ex Archivis Cœnobii.

UNIVERSIS Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, Magiſter B. de Vallibus Dei gratiâ Leodienſis Archidiaconus in Brabantia, ſalutem & æternæ vitæ jocunditatem.

CUM Sancti Spiritûs gratia in tantum ſit per orbem terrarum diffuſa, ut ibi poſſit eſſe habitatio fidelium, & ſanctificatio habitationis noſtræ; ad hoc inducti ſumus & operam damus, ut per Nos augeatur cultus Divinus & Religio ſancta.

EA-propter omnibus notum fieri volumus in perpetuum, quod in noſtra præſentia conſtitutus Godefridus, ſpiritu Dei ut credimus repletus & zelo accenſus, eleëmoſynam novæ plantationi Dominarum de Inſula Ducis facere conſtituit, ut ex illius eleëmoſynæ emolumento Domicellæ illius Inſulæ vitam & ſuſtentationem perciperent aliquantùm uberiorem, quàm de bonis ſuis habebant à principio fundationis.

HANC ergo eleëmoſynam ita diſpoſuit & & ordinavit, quod prædicto loco de Inſula & habitantibus in ea contulit omnes fructus & proventus Parrochiæ ſuæ de *Nurode*, cum omni integritate quamdiu vixerit in anima & corpore, eoſque reſignavit in manu noſtra, ad inveſtiendum Procuratorem illius Domûs nomine ipſius.

Nos quoque eundem Procuratorem, ſcilicet Arnoldum Præpoſitum de dicta Inſula, inveſtivimus, & in corporalem dictorum fructuum induximus poſſeſſionem, ſalvo Eccleſiæ dictæ ſervitio.

QUIA verò Presbyter Godefridus ſine diſpendio corporis & rerum non poſſet illi Parochiæ commodè deſervire, ſupplicavit nobis, ut in miniſterium prædicto Præpoſito qui vicinus eſt conferremus.

UNDE quia volumus, in quantum poſſumus, omnia agere ſecundùm Deum ad utilitatem prædictæ Domûs, miniſterium & officium prædictæ Parochiæ jam dicto Præpoſito duximus indulgendum, ſalvâ Curâ Presbyteri ſæpedicti; donec à Nobis fuerit revocatum.

STATUENTES ut nullus huic Ordinationi noſtræ audeat contraire: alioquin omnes qui ſe duxerint opponendos; anathematis ſententiâ percellimus, & eâ denuntiamus involutos.

DATUM apud Parchum juxta Lovanium 1235.
anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, feriâ ... ante Feſtum Beatæ Mariæ Magdalenæ.

CAPUT LXXVIII.

HENRICUS II. *Dux Lotharingiæ & Brabantiæ confert Monialibus Eccleſiæ Beatæ Mariæ Inſulæ Ducis, Ordinis Præmonſtratenſis, omne jus ſuum quod habebat in Capella de* Nurode, *anno* 1239.

Ex Archivis Cœnobii.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, omnibus præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem & ſcire veritatem. Noverint univerſi quod ob ſalutem animarum noſtrarum & Prædeceſſorum noſtrorum, quicquid juris habebamus in Capella de *Nurode*, contulimus Monialibus Eccleſiæ S. Mariæ de Inſula Ducis Præmonſtratenſis Ordinis, in eleëmoſynam perpetuò poſſidendam. In cujus rei teſtimonium, præſentem Paginam Sigillo noſtro duximus roborandam.

DATUM apud Furam anno Domini milleſi- 1239.
mo ducenteſimo trigeſimo nono, in craſtino SS. Innocentium.

CAPUT

CAPUT LXXIX.

JOANNES *Miles de Arſchot confert eiſdem Monialibus Inſulæ Ducis omne jus ſuum quod habebat in Patronatu Capellæ de* Nurode, *anno* 1241.

Ex Archivis ejuſdem Monaſterii.

UNIVERSIS præſentes Litteras viſuris JOANNES Miles de Arſchot dictus de Schoonhoven, ſalutem & rei ſubſcriptæ cognoſcere veritatem.

NOVERITIS, quod Ego ob ſalutem animæ meæ & Parentum meorum, compos mentis & in bona valetudine conſtitutus, contuli & confero Monaſterio Inſulæ Ducis Præmonſtratenſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, in puram, veram & perpetuam eleëmoſynam, quicquid juris habui & habeo in Patronatu Eccleſiæ ſeu Capellæ de *Nuwerode* in meo Allodio conſtructæ, ut etiam in Altaris collatione, conſtructi in honore B. Mariæ Virginis in dicta Capella: eo ſalvo, quod Dominus Oliverius à me, de conſenſu tamen & voluntate Præpoſiti, Prioriſſæ & Conventûs dicti Monaſterii, præſentatus ad dictum Altare ibidem permanebit uſque ad diem mortis ſuæ, abſque calumpnia Monaſterii ſæpedicti.

POST deceſſum verò præfati Oliverii, volo, & ex nunc conſentio & ordino, quod fructus Altaris ſæpedicti & proventus ſeu reditus dicto Altari aſſignati, in uſus Monialium Monaſterii prædicti, ut ex eiſdem meliùs poſſint ſuſtentari, convertantur, deductâ certâ portione novem librarum Lovanienſium parvæ monetæ, per idem Monaſterium Capellano, qui pro tempore fuerit per ipſum Monaſterium inſtitutus, ſingulis annis ſolvendarum. In cujus rei teſtimonium & perpetuam memoriam, Sigillum meum præſentibus eſt appenſum.

DATUM & actum anno Domini M.CC.XLI. 1241.
menſe Novembri.

CAPUT LXXX.

HENRICUS *Leodienſis Epiſcopus, Jus Patronatûs Capellæ de* Winghe, *Monialibus Inſulæ Ducis, Ordinis Præmonſtratenſis, à Patronis collatum, confirmat, anno* 1252.

Ex Archivis Cœnobii.

HENRICUS Dei gratiâ Leodienſis electus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

CUM Geldolphus Miles de Winghe, Magiſter & Conventus Domûs Leproſorum de Bancho * in Lovanio, Reinerus de Winghe Diaconus, Jus Patronatûs Capellæ de *Winghe* quod habere dinoſcebantur, dilectis in Chriſto Præpoſito & Conventui Monialium in Inſula Ducis, Præmonſtratenſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, in eleëmoſynam liberè contulerint, ſicut in Litteris autenticis ſuper hoc confectis (quibus fidem adhibemus) pleniùs vidimus contineri: Nobis verò Geldolphus de Winghe Miles prædictus, dictique Præpoſitus & Conventus ſupplicaverunt, ut hoc gratum habentes, Collationem dicti Patronatûs dignaremur confirmare:

* Ter-Banc.

NOS ipſorum piis ſupplicationibus annuentes, dictam Collationem ratam habemus, & auctoritate noſtrâ confirmamus: ſub anathematis vinculo diſtrictiùs inhibentes, ne quis ei auſu temerario contraire præſumat. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Beatique Lamberti Martyris, & Noſtram ſe noverit incurſurum.

DATUM & actum Lovanii, anno Domini
milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, menſe Aprili. 1252.

CAPUT LXXXI.

HENRICUS *Dominus de Bauterſem confert eiſdem Monialibus Inſulæ Ducis omne jus ſuum quod habebat in Eccleſia de* Cortelke, *anno* 1255.

Ex Archivis Cœnobii.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, HENRICUS Dominus de Bouterzeem ſalutem & ſcire veritatem.

NOVERITIS, quod Nos jam *dudum in præſentia Viri Venerabilis Petri Decani Concilii Lovanienſis conſtituti, tempore noſtræ adoleſcentiæ Jus Patronatûs quod nobis in Eccleſia de *Cortelke* competebat, de conſilio bonorum Virorum Amicorum & Conſanguineorum noſtrorum, intuitu Dei, pro noſtra & Anteceſſorum noſtrorum ſalute, Eccleſiæ Inſulæ Ducis Præmonſtratenſis Ordinis, pleno jure contulimus ab eadem in perpetuum poſſidendum.

* Anno 1236.

ET ne ſupradicta noſtra collatio à quocumque in poſterum valeat impediri, prætextu ejus quod tempore collationis prædictæ viceſimum quintum

quintum ætatis noſtræ annum tunc nondum compleverimus, collationem ipſam de conſilio bonorum ratam habemus, & eandem innovamus. Volenies quod ſupradicta Eccleſia Jure Patronatûs prædicto liberè & pacificè in perpetuum uti poſſit & frui.

Insuper Jus, quod videbamur in novalibus in prædicta in Villa habere, ob remedium animæ noſtræ & Parentum noſtrorum, in eleëmoſynam contulimus Eccleſiæ memoratæ; ita quod Patris noſtri ac Matris noſtræ nec non & noſtrum & dilectæ Uxoris noſtræ Mariæ anniverſaria Conventus ſæpedictæ Eccleſiæ in perpetuum celebrabit. Teſtes

Dominus Alardus Abbas de Parcho;
Ægidius Prior,
Wilhelmus Præpoſitus,
Ludovicus Canonicus Parcenſis,
Geldulphus &
Henricus de Oppendorp Fratres, ac Milites,
Joannes Inveſtitus de Winghe,
Frater Walterus Canonicus Antverpienſis, & alii quàm plures.

Ut autem hæc rata & inconcuſſa permaneant, Sigillum Viri Venerabilis Abbatis de Parcho Ordinis Præmonſtratenſis cum Sigillo noſtro, præſenti Scripto fecimus apponi.

Datum & actum anno Domini M. CC. LV. 1255
menſe Maio.

CAPUT LXXXII.

Innocentius IV. *Pontifex Jus Patronatûs Eccleſiarum de* Winghe; Cortelke, & Nuerode *Monialibus Inſulæ Ducis à Patronis earum collatum confirmat, anno* 1254.

Ex Archivis Cœnobii. INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii de Inſula Ducis, Præmonſtratenſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane veſtra petitio Nobis exhibita continebat, quod claræ memoriæ Henricus Lotharingiæ ac Brabantiæ Dux, Joannes de Scoenhove Miles, & Oliverius Natus quondam Wilhelmi de Bruxella, Jus Patronatûs quod in Capella de *Nuersde* juxta Arſchot Leodienſis Diœceſis habebant, vobis pietatis intuitu contulerunt, ac dilectus Filius Henricus Leodienſis Electus collationem hujuſmodi confirmavit,
Vide ſupra pag. 859. prout in Litteris inde confectis pleniùs dicitur contineri.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc providè factum eſt, ratum & gratum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani VIII. Idus Febr. Pontificatûs noſtri anno undecimo.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii de Inſula Ducis, Præmonſtratenſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane veſtra petitio nobis exhibita continebat, quòd Regnerus de Winge Diaconus & Geldolphus ejuſdem loci Miles Jus Patronatûs, quod in Capella de *Winge* Leodienſis Diœceſis habebant, vobis pietatis intuitu contulerunt, ac dilectus Filius Henricus Leodienſis Electus collationem hujuſmodi confirmavit, prout in Litteris inde confectis pleniùs dicitur contineri.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc providè factum eſt, ratum & gratum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani VIII. Idus Februarii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii de Inſula Ducis, Præmonſtratenſis Ordinis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane veſtra petitio Nobis exhibita continebat, quod Nobilis Vir Henricus de Bauterſheem Dominus de Cortelke, Thomas & Henricus de Eyſche Milites Jus Patronatûs quod in Capella de *Cortelke* Leodienſis Diœceſis habebant, vobis pietatis intuitu contulerunt, ac dilectus Filius Henricus Leodienſis Electus Collationem

lationem hujuſmodi confirmavit, prout in Litteris inde confectis plenius dicitur contineri.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc provide factum eſt, ratum & gratum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani viii. Idus Februarii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

CAPUT LXXXIII.

Henricus *Epiſcopus Leodienſis confirmat Abbatiæ Parcenſi Jus Patronatûs Eccleſiæ de Archenne in Gallo-Brabantia anno* 1257.

Ex Archivis Abbatiæ Parcenſis.

Henricus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod Dominus Henricus de Erkena Miles, in noſtra præſentia conſtitutus, Jus Patronatûs Eccleſiæ de *Erkena* quod ipſi jure hereditatis competebat, in manus noſtras ad opus Eccleſiæ de Parcho juxta Lovanium Ordinis Præmonſtratenſis, ob remedium animæ ſuæ & Antecesſorum ſuorum, purè in eleëmoſynam reſignavit, & quidquid juris in Jure Patronatûs habebat, de conſenſu Fratris ſui Domini G. Præpoſiti Eccleſiæ Beati Petri in Lovanio & heredum ſuorum, prædictæ Eccleſiæ de Parcho contulit & legavit.

Nos igitur tam piæ collationi conſenſum adhibentes, dictam collationem Authoritate noſtrâ approbamus, & eandem confirmamus; inhibentes ſub interminatione anathematis, ne quis ſuper dicto Jure Patronatûs Eccleſiæ de *Erkena*, prædictam Eccleſiam de Parcho in aliquo præſumat deinceps moleſtare.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, menſe Decembri. 1257.

CAPUT LXXXIV.

Alexander IV. *Pontifex committit Abbati Parcenſi & Cantori Mechlinienſi, ut viſitent Abbatiam Vlierbacenſem Ordinis S. Benedicti, anno* 1257.

Ex Archivis Vlierbacenſibus

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Abbati de Parcho Præmonſtratenſis Ordinis, Decano & M. Balduino Canonico Eccleſiæ Machlinienſis, Leodienſis & Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Conquesti ſunt Nobis Abbas & Conventus Monaſterii de Fliderbeke Ordinis S. Benedicti, quod Abbas de Affighem ejuſdem Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, viſitandi, corrigendi & puniendi exceſſus ipſorum ac alia diſponendi tanquam Pater Abbas, in eorum Monaſterio ſibi juriſdictionem indebitè vendicans, quanquam nec Privilegium, nec aliam rationabilem cauſam, quare debeat hæc, oſtendat; eoſque ſuper communi juſtitia multipliciter aggravat, & moleſtat. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis cauſam, & Appellatione remotâ fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per Cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari.

Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſurâ ſimili, Appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere.

Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo Veſtrûm ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani iii. Non. Januarii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT LXXXV.

HILDEGUNDIS *Abbatiſſa Thorenſis, de qua ſupra Cap. 72. donat Capitulo ſuo Thorenſi Eccleſias de* Monte S. Gertrudis, Baerle, *&* Gilſen, *in Baronatu Bredano, anno* 1261.

Ex Gramaye Antiq. Brab.

VIRO diſcreto Magiſtro RENERO Scholaſtico Tungrenſi, Procuratori in ſpiritualibus Venerabilis Patris & Domini Epiſcopi Leodienſis, (1) HILDEGUNDIS, Dei permiſſione Abbatiſſa Thorenſis, ſalutem in vero ſalutari. Cum conſideratâ tenuitate nimiâ Præbendarum tam Canonicorum quàm Monialium Eccleſiæ noſtræ Thorenſis, de conſilio Juriſperitorum Jus Patronatûs Eccleſiarum de (2) *Gilſe* & (3) *Baerle* & (4) *Monte S Gertrudis*, competente deliberatione præhabitâ, ex certa conſcientia, & ex mera & libera voluntate noſtra, pietatis intuitu, perpetualiter contulimus Canonicis & Monialibus prædictis, ipſoſque de ipſo Jure Patronatûs inveſtivimus corporaliter ſub teſtimonio competenti;

NOS Collationem & factum noſtrum hujuſmodi coram vobis iterum per præſentes noſtras Litteras ſolemniter innovamus, cum ad veſtram præſentiam perſonalem ad præſens pervenire non poſſumus, diſcretionem veſtram rogantes attentiùs, quod vos dictum Jus Patronatûs dictarum trium Eccleſiarum dictis pauperibus Canonicis & Monialibus Thorenſibus, Divinæ remunerationis intuitu, à Reverendo Patre Domino noſtro Leodienſi prædicto confirmari procuretis.

INTER cetera, ſi placet, hoc ex officio veſtro ordinantes, quòd dictarum Eccleſiarum Filiæ dimidiæ Eccleſiæ fiant, & Canonici & Moniales prædictæ in dictis Eccleſiis, cùm vacare contigerit, Inveſtitos inſtituant, qui perſonaliter præſideant, & deſerviant in iiſdem: Quibus etiam Inveſtitis de proventibus earumdem Eccleſiarum provideatur de beneficiis competentibus, conſideratâ multitudine & paupertate plebis cujuſlibet de Parochiis prædictis; inſpecto etiam labore deſervientis cujuſlibet Inveſtiti; in hunc modum: quòd,

Inveſtito de *Gilſe* viginti libræ Lovanienſes aſſignentur.

Inveſtito de *Marterſſem* 25. libræ Lovanienſes.

Inveſtito de *Ginneken* 18. libræ Lovanienſes.

Inveſtito de *Etten* 15. libræ Lovanienſes.

Inveſtito de *Baerle* 15. libræ Lovanienſes.

Inveſtito de *Meerle* 12. libræ Lovanienſes.

Inveſtito de *Monte S. Gertrudis* 20. libræ Lovanienſes.

RESIDUUM autem earumdem Eccleſiarum dicti Canonici & Moniales in communes uſus convertant; ita ut Præbendæ Canonicorum & Monialium Thorenſium, ſtatim vacante unâ ex dictis Parochialibus Eccleſiis, fiant ex tunc æquales, & maneant Inveſtiti, qui pro tempore erunt, prædicto Diœceſano loci, Archidiacono, Decano de ſuis juribus integraliter reſpondentes & ad plenum. Et Nos omni offenſioni & juri competenti ad infringendum præmiſſa vel aliquid præmiſſorum ſcienter renuntiavimus & renuntiamus in hac parte.

IN cujus rei evidens teſtimonium præſens Scriptum noſtro Sigillo mandavimus roborari, &c.

DATUM anno Domini milleſimo ducenteſi- 1261.
mo ſexageſimo primo, feriâ tertiâ ante Pentecoſten.

CAPUT

(1) HILDEGUNDIS, en Familia de Borne, ſeptima inter Abbatiſſas Thorenſes, quæ ad notitiam noſtram pervenêrunt.

(2) GILSEN, Parochia Baronatûs Bredani in Baronatu Bredano, cujus Paſtorales proventus anno 1560. addicti fuêre Canonicis Graduatis Cathedralis Eccleſiæ Sylvæducenſis.

(3) BAERLE, Parochia Diœceſis Antverpienſis ſub Decanatu Hooghſtratano, hodieque ad præſentationem Abbatiſſæ Thorenſis.

(4) MONTE S. GERTRUDIS, aliàs *Gertrudisberga*, olim Mons Littoris, ubi dein erectum fuit ab Abbatiſſa Thorenſi Capitulum Canonicorum. Vide Miræum ſupra pag. 146. 780. & plura in Hiſtoria Epiſcopatûs Sylvæducenſis Bruxellis edita anno 1721.

CAPUT LXXXVI.

Robertus *Epiſcopus Virdunenſis, inſtitutâ inter ſuam & Leodienſem Eccleſiam Confraternitate, Canonicis Lambertinis Leodii concedit in emphyteuſim Municipium Jupilienſe juxta Leodium, pretio centum Marcarum annuatim, anno* 1266.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

IN nomine Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis. Robertus Dei gratiâ Epiſcopus Virdunenſis, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, Nos contuliſſe ad perpetuam firmam Venerabilibus Viris Jo. Præpoſito, & Decano, Archidiaconis, totique Capitulo Majoris Eccleſiæ Leodienſis, * cum omnibus pertinentiis ad eaſdem Curiam & Boveriam ſpectantibus, in terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, viis & deviis, aquis & piſcationibus, ſylvis & nemoribus, ſcilicet de *Beaufays*, de *Bru* & de *Bellaire*, & aliis; necnon homagiis, juriſdictionibus & relevationibus, ſeu reliviis feudorum, cenſibus & reditibus, obventionibus, & aliis quibuſcumque ad meliorandum & non ad deteriorandum, pro centum Marcis Leodienſis monetæ, Nobis Epiſcopo, aut noſtro certo Nuntio apud Virdunum in Feſto Purificationis B. Mariæ Virginis annis ſingulis perſolvendis: Conditionibus adjectis, quòd ipſi Curiam & Boveriam memoratas, cum pertinentiis & aliis ſupradictis fideliter obſervabunt, nec eam minuent, nec in aliquo, pro poſſe ſuo, minui patientur: & quod omnia bona ad prædicta pertinentia alienata hactenùs, vel diſtracta, vel ab aliquo illicitè occupata pro poſſe ſuo, & in expenſis propriis, ad jus & proprietatem Curiæ revocabunt: nec poſſunt, nec ullo tempore poterunt vendere, concedere, vel donare, diſtrahere & permutare, ſeu quocumque modo alio alienare prædicta, vel aliquid de prædictis, abſque noſtra & Capituli Virdunenſis licentia ſpeciali, præterquam Nobis, aut noſtris Succeſſoribus, qui erunt pro tempore in Eccleſia Virdunenſi; & conſervabunt homines Eccleſiaſticos, homines manſionarios, ad Curiam prædictam cum ſuis pertinentiis, juribus & libertatibus juſtis & rationabilibus, in quibus fuerunt bonâ fide; nec poterunt ipſi, nec Succeſſores eorum ratione ſterilitatis, aut vis majoris, aut fortuiti casûs, vel caſu quocumque alio diminuere, vel remiſſionem facere in aliquo de ſumma prædicta: ſed ipſam integrè annis ſingulis perſolvere, prout ſuperiùs eſt expreſſum, nec aliàs ſubſtrahere Nobis, vel Succeſſoribus noſtris, ſed ipſam Nobis in omni eventu integrè perſolvent.

* Puto ſupplendum, Curiam & Boveriam terræ noſtræ de Jupilia.

Quod ſi fortè Eccleſiam Virdunenſem vacare contigerit, dictam ſummam, aut plus vel minus quod debebunt de ſumma prædicta, penes FF. Prædicatores Virdunenſes deponent, aſſignanda dicto termino, & reddenda futuro Epiſcopo Virdunenſi.

Hoc pacto expreſsè, quod Nos, aut Succeſſor noſter, qui pro tempore fuerit in Eccleſia Virdunenſi, patentes Litteras exhibebimus eis de quâlibet ſolutione, vel depoſitione dictæ pecuniæ, quod fiet, prout ſuperiùs eſt expreſſum: Vel quod ratione, vel prætextu cujuſcumque melioritatis dictarum Curiæ vel Boveriæ, aut jurium & pertinentiarum ipſarum, ſeu cujuſcumque revocationis jurium ac bonorum, Nos ſeu Succeſſor hujuſmodi, nunquam creſcemus, mutabimus, vel augebimus ſummam pecuniæ prædictæ; ſed eâdem ſummâ contenti perpetuò exiſtemus.

Quòd ſi ipſi in ſolutione deficerent, prædictæ pecuniæ loco, & termino ſupradicto teneantur Nobis reddere decem Marcas dictæ pecuniæ, nomine pœnæ, necnon reſtituere damna, & expenſas, & intereſſe, quæ Nos incurreremus, faceremus, aut alius propter Nos.

De quibus omnibus & ſingulis credetur verbo noſtro ſimplici, & noſtrorum Succeſſorum, abſque teſtibus & juramento. Pro quibus omnibus adimplendis, tenendis fideliter & obſervandis, obligaverunt Nobis & Succeſſoribus noſtris Curiam & Boveriam, prout ad ipſos ſpectant, cum aliis ſupradictis, necnon omnia alia bona Leodienſis Eccleſiæ mobilia & immobilia, habita & habenda, præſentia & futura, ubicumque fuerint reperta.

Et Nos renuntiamus inſuper Litteris, Privilegiis & Indultis Apoſtolicæ Sedis, & Legatorum ejuſdem, necnon Imperatorum ac Regum, obtentis, & in poſterùm obtinendis: necnon Privilegio Clericatûs & fori, conſuetudini & Statuto, beneficio reſtitutionis in integrum, Conſtitutioni de duabus dietis, & omnibus exceptionibus generalibus, & ſpecialibus, ac aliis quibuſcumque, quæ Nobis poſſent prodeſſe, iis autem nocere.

Et ut major ſit dilectio inter Nos, Decanum & Capitulum noſtrum Virdunenſe, & ipſos: volumus, concedimus, & etiam conſentimus, quod ſit Confraternitas ſpiritualis inter Nos & ipſos in poſterum, quamdiù voluerint, & non ultrà.

Volunt inſuper, & concedunt, & unanimiter conſenſerunt, quod Nos, & alii Epiſcopi, qui pro tempore erunt in Eccleſia Virdunenſi, recipiamus diſtributiones quotidianas, ſive intremus Eccleſias eorum, ſive non, quamdiu fuerimus in Civitate Leodienſi, ſicut unus ex ipſis reſidens in Eccleſia ſua prædicta.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Actum & datum Leodii, anno Domini millesimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto, Sabbato poſt Nativitatem B. Joannis Baptiſtæ. 1266.

Rrrrr 2 CAPUT

CAPUT LXXXVII.

ARNOLDUS DE LOVANIO *Dominus de Breda concedit decimas Parochiæ de* Niſpen *Abbatiæ Tongerloënſi Ordinis Præmonſtratenſis anno* 1269.

Ex Noſtitia Marchionatus S. R. I.

UNIVERSIS præſentes Litteras viſuris, ARNOLDUS de Lovanio. Dominus de Breda ſalutem & noſcere veritatem.

QUONIAM ea quæ geruntur in tempore, lapſu temporis ſolent evaneſcere, neceſſe eſt ut ad memoriam conſervandam, Scripto perpetuo commendentur. Ea propter ad notitiam ſingulorum pervenire volumus, quod ſi quid juris habuimus, vel Nos habere dicebamus in decimis novalium jam factis & adhue faciendis, infra limites Parochiæ de *Niſpen*, ob remedium animæ noſtræ Parentumque noſtrorum, aſſenſu & conſenſu Uxoris noſtræ Eliſabeth interveniente, Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Tongerloo in puram eleëmoſynam conferimus & aſſignamus liberaliter & benignè, perpetuò tenendas, habendas, & poſſidendas.

ET ut præſens Collatio à Nobis tam ritè facta robur & firmitatem obtineat, & ne à noſtris Succeſſoribus in poſterum aliquatenus poterit calumniari, præſentem Litteram Sigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Teſtes autem

Henricus de Lovanio Dominus de Gaesbeke,

Arnoldus Miles de Lumbeka, &

Fr. Johannes Magr. de Calmptout, & alii quàm plures.

DATUM & actum Mechliniæ apud Fratres Minores anno Domini milleſimo ducenteſimo 1269.
ſexageſimo nono, menſe Martio. Sigillatæ erant originales unico Sigillo majori ex cera dependenti in duplici cauda.

CAPUT LXXXVIII.

JOANNES I. *Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ S. Bernardi ad Scaldim, Ordinis Ciſtertienſis, anno* 1271.

Ex Hiſtoria Epiſcopatus Antverpienſis

JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis tam præſentibus quàm futuris præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem & cognoſcere veritatem.

NOVERIT univerſitas veſtra, quod Nos ob remedium noſtrorum peccatorum, cariſſimæ Dominæ & Matris noſtræ, noſtrorum quoque Anteceſſorum omnes collationes, donationes, ac libertates, quas magnæ memoriæ Avus * noſter & Attavus dilectis noſtris in Chriſto Abbati & Conventui loci S. Bernardi Ordinis Ciſtertienſis piè contulerunt, prout in Litteris ſive Privilegiis eorum ſuper hoc confectis pleniùs continetur, prout eaſdem etiam temporibus claræ memoriæ cariſſimi Patris * noſtri tenuerunt & habuerunt, laudamus, ratas tenemus, & confirmamus præſentium teſtimonio Litterarum, quibus Sigillum noſtrum fecimus appendi.

*Henricus I. & Henricus II. Brab. Duces.

*Henrici III. Brab. Ducis.

DATUM anno ſeptuageſimo primo ſupra 1271.
milleſimum ducenteſimum, feriâ tertiâ ante Dominicam in Ramis Palmarum.

CAPUT LXXXIX.

JOANNES *Comes Loſſenſis, Capituli Loſſenſis (de quo ſupra cap. 66.) Præpoſitus & Advocatus, eidem benefacit anno* 1274.

Ex Hiſtoria Loſſenſi.

JOANNES Comes Loſſenſis, dilectis & fidelibus ſuis Capitulo Loſſenſi, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

MERITIS veſtræ devotionis inducimur, ut vos favore benevolo proſequamur, præcipuè in his quæ ad cultum divinum, & Eccleſiæ veſtræ commodum dignoſcuntur pertinere. Attendentes, quòd reditus veſtri Decanatûs adeò tenues ſint & exiles, quòd nullus Decanatum veſtrum velit aſſumere; tum propter ſui tenuitatem Decanus non ſufficiat portare onera, quæ honor exigit Decanatûs. Inſuper cùm præbendæ veſtræ adeò non ſint pingues, ut ipſos Decanatûs reditus augmentare poſſitis, ſecundùm quæ decent, licet illud libenter faceretis; ſed ad hoc, ut Nobis ſatis conſtat, veſtræ non ſuppetunt facultates. Nos in vobis

vobis fervorem caritatis, Decanatûs veſtri paupertatem, & etiam Præbendarum veſtrarum tenuitatem conſiderantes; in veſtra Loſſenſi Eccleſia, cui pro poſſe noſtro ſubvenire, & eandem efficacibus ſtudiis conformare tenemur, cùm in eadem Præpoſitus exiſtamus & Patronus, nimirum tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ne patiatur detrimentum; vobis in augmentum Præbendarum & Decanatûs veſtri ſubſidium, fructus anni immediatè ſequentis annum gratiæ cujuſlibet Canonici Loſſenſis Eccleſiæ decedentis, perpetuò concedimus & confirmamus, ut dictos fructus liceat vobis integraliter percipere, & in uſus Eccleſiæ veſtræ Loſſenſis convertere, ut in eadem Eccleſia, in perpetuum cultus divinus diligentiùs obſervetur.

In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem, præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine ſecimus roborari.

Datum anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto; in Craſtino Apoſtolorum Philippi & Jacobi. 1274

CAPUT XC.

Arnoldus *Bredæ Dominus & Uxor ejus* Elisabetha *donant Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim Ordinis Ciſtertienſis decimas de* Gaſtel, *Sylvam* Baerleboſch, *aliaque bona. anno* 1275. *& ſeqq.*

Ex Gram ye Antiq Bred.

Universis Chriſti Fidelibus præſens Scriptum viſuris, Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Elisabeth ejus Uxor ejuſdem terræ Domina ſalutem & cognoſcere veritatem.

Notum vobis facimus, tenore præſentium Litterarum noſtrarum, quòd Nos divinæ remunerationis intuitu, & purè propter Deum contulimus & conferimus Viris Religioſis Abbati & Conventui Sancti Bernardi Ciſtertienſis Ordinis, omnem decimam Novalium in Parochia de *Gaſtel*, quæ nunc eſt, & quæ ibidem accreſcere poteſt in futuro, ut in eodem Monaſterio à prædicto Conventu de Nobis & de noſtris Anteceſſoribus & Succeſſoribus tam viventibus quàm defunctis perenniter memoria habeatur.

Insuper dedimus prædictis Religioſus ſylvam, quæ vocatur *Barleboſſche*, integraliter cum omni fundo, ducentaque bonaria mouri jacentia juxta eandem ſylvam, & ad eadem bona ipſorum viam & liberum aquæductum.

Omnia autem prædicta tam decimam quàm mourum & ſylvam conferimus præfatis Abbati & Conventui in purum Allodium pacificè & quietè in perpetuum poſſidenda, nihil Nobis juris, nihil Succeſſoribus noſtris in prædictis omnibus retinentes, Altâ tamen Juſtitiâ Nobis retentâ, ſi reſplendeat de eiſdem.

Huic autem donationi noſtræ interfuerunt
Joannes de Offele Miles,
Henricus Capellanus noſter,
Ægidius de Buſingem, &
Wilhelmus dictus Pipeupoy de Bruxella,
& alii quàm plures.

In cujus rei teſtimonium & memoriam ſempiternam præfatis Abbati & Conventui præſentes Litteras contulimus Sigillorum noſtrorum munimine roboratas.

Actum & datum Bergis ſupra Soom, anno
1275. Domini milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo quinto, menſe Decembri.

Universis Chriſti Fidelibus præſens Scriptum viſuris Arnoldus de Lovanio Dominus de Breda & Elisabeth ejus Uxor ejuſdem terræ Domina ſalutem & cognoſcere veritatem.

Notum vobis facimus tenore præſentium Litterarum noſtrarum; quod Nos vendidimus Viris Religioſis Abbati & Conventui Monaſterii loci Sancti Bernardi Ciſtertienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, pro certa ſumma pecuniæ Nobis ad plenum perſoluta; quinquaginta hoevas ſive manſos waſtinæ jacentes in Parochia de *Gaſtel*, & unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem.

Unam Waſtinam menſus eſt ipſis Religioſis Menſor noſter ex parte noſtra, incipiens à Marcha fluvio, & pertranſiens de loco ad locum ſecundùm quod ipſi Religioſi volebant & petebant; ponens palos & terminos dictæ Waſtinæ circumquaque, in ſignum majoris certitudinis in futuro, & Nos factum dicti Manſoris noſtri in hac parte perpetuis temporibus ratum habere volumus & tenere, de quibus quinquaginta hoevis tenentur Nobis & Succeſſoribus noſtris prædicti Viri Religioſi in tribus libris Lovanienſibus parvæ monetæ annui cenſûs, in Feſto Beati Martini Hyemalis, apud *Gaſtel* ſingulis in perpetuum perſolvendis.

Insuper conferimus & donamus præfatis Viris Religioſis in eleëmoſynam & purè propter Deum, decem hoevas intra terminos præſcriptos jacentes, & ad dictam Waſtinam pertinentes, ab eiſdem Religioſis pacificè & quietè in purum Allodium in perpetuum poſſidendas, ut in prædicto Monaſterio à prædictis Religioſis de Nobis & Anteceſſoribus noſtris & Succeſſoribus perenniter memoria habeatur.

Deinde autem decimam in prædicta Waſtina de quacumque provenientem, nec non omne jus piſcationis totius aquæ terminos dictæ Waſtinæ contingens, & omnes utilitates & commoditates, quæ in dictis bonis, aquis, ſive terris in perpetuum fieri poterunt; dicti Religioſi liberè & quietè poſſidebunt.

Quod ſi dicti Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſecularibus conferre voluerint excolen-

excolendam, omne jus eiſdem Religioſis priùs conceſſum, etiam in dictis manſionariis retinebunt.

Conferimus nihilominus prædictis Religioſis ad eadem bona ipſorum viam, & liberum aquæductum.

In his autem omnibus nihil Nobis juris, nihil Succeſſoribus noſtris reſervamus, præter annuum cenſum prædictum, & altam juſtitiam, ſi reſplendeat de eiſdem.

Prædicta autem bona ipſorum & Fratres ibidem commorantes vel exiſtentes cum omnibus bonis quæ nunc habent, vel in poſterum in terra Domini noſtri habituri ſunt, ſub protectione noſtra ſuſcipimus & tutela, promittentes præfatis Religioſis, quotieſcumque neceſſe habuerint, in eiſdem bonis, Nos murum defenſionis opponere contra univerſos & ſingulos, qui ipſis ſuper prædictis bonis aliquam calumniam vel moleſtiam inſerre voluerint vel movere.

Huic autem facto interfuerunt homines noſtri Feudales

Joannes dictus Mulart Miles,
Arnoldus de Monte, Burgenſes de Bergis,
Nicolaus Danckaert de Santvliet,
Arnoldus de Oſſendrecht,
Arnoldus Omeken,
Marſilius de Gheſtel,
Nicolaus Faber,
Arnoldus dictus Judæus, &
Petrus de Schoonhout Scabini Bergenſes,

quorum judicio dictos Religioſos in præfatis bonis heredavimus & inveſtivimus more terræ noſtræ conſueto Teſtes autem qui præmiſſis interfuerunt, ſunt

Dominus Nicolaus Inveſtitus de Ekerne,
Henricus de Aſſcha, tunc Capellanus noſter,
Ægidius de Buſingem Dapiſer noſter,
Wilhelmus de Monte, &
Paulus de Geeſt, Burgenſes de Bergis, & alii quam plures.

In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium & memoriam ſempiternam Sigilla noſtra unà cum Sigillis præſati Joannis dicti Mulart Militis & Scabinorum de Bergis præſentibus Litteris ſunt appenſa.

Actum & datum Bergis ſupra Soom anno
1276. Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, feriâ tertiâ ante Feſtum Beati Servatii.

Universis Chriſti Fidelibus præſens Scriptum viſuris Arnoldus de Lovanio & Eliſabeth ejus Uxor, Domini terræ de Breda, ſalutem & ſcire veritatem.

Dilectorum amicorum noſtrorum, videlicet Religioſorum Abbatis & Conventûs Monaſterii S. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, Diœceſis Cameracenſis, paci & quieti in poſterum providere cupientes, omnium & ſingulorum bonorum ſuorum, quæ à Nobis diverſis temporibus Acquiſierunt, ſeu titulo juſtæ emptionis, vel propter Deum piæ collationis, diſtinctam & ſpecialem mentionem fieri præſentium ſubſecutione Litterarum perutile judicavimus & ſecurum: quatenus acta & conſcripta præſenti repetitione & noſtrâ recognitione ampliùs roborentur, & obſcurè ac minùs dicta declarari valeant pleniùs & exponi.

In primis igitur univerſitati veſtræ præſentium teſtimonio Litterarum noſtrarum volumus eſſe notum, quòd Nos pro ſalute noſtra, Prædeceſſorum, ac Succeſſorum noſtrorum, in eleëmoſynam contulimus dictis Viris Religioſis decimam noſtram novalium, tam eam quæ nunc eſt, quam quæ in futuro accreſcere poteſt, quam habuimus in Parochia de *Gaſtel*, & Jus Patronatûs dictæ Eccleſiæ, prout Nobis competebat, ſylvam quoque quæ vocatur *Barleboſſche*, & ducenta & ſeptem bonaria mouri jacentia juxta eandem ſylvam versùs locum qui dicitur *Barlake*, qui ſitus eſt ad Aquilonem, ſicut Litteræ noſtræ ſuper hoc confectæ pleniùs continent; quamvis de illis ſeptem bonariis mouri, quæ circumcirca dictam ſylvam ad ipſius cuſtodiam ſunt poſita, & in verum Allodium ſuum ipſis perpetuò conceſſa, dictæ Litteræ non faciunt mentionem.

Item acquiſiverunt à Nobis idem Abbas & Conventus ſexaginta hoevas ſive manſos Waſtinæ jacentes in Parochia de *Gaſtel* prælibata, & unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem, quarum hoevarum quinquaginta ipſis pro certo & juſto pretio Nobis ad plenum perſoluto vendidimus, ac decem pro ſalute noſtra eiſdem in purum Allodium contulimus propter Deum, ſicut in Litteris noſtris ſuper hujuſmodi acquiſitione mentionem facientibus meliùs eſt expreſſum.

Insuper vendidimus dictis Religioſis pro certa pecuniæ ſumma, Nobis ex integro perſoluta, viginti manſos ſive hoevas Waſtinæ jacentes immediatè juxta Waſtinam præſcriptam, atque in Parochia de *Gaſtel* ſupradicta, & duos lacus ex integro, quorum unus dicitur *Middelmeer*, & alter huic eſt proximus ad orientem tendens à Marcka Fluvio verſus Etten, cujus venditionia forma nullus Litteris niſi præſentibus eſt deſcripta.

Quas Waſtinas & lacus menſi ſunt ipſis Religioſis Arnoldus dictus Omeken & Walterus Filius ejus, menſores noſtri jurati, incipientes à Marcka Fluvio ſupra ripas dictorum lacuum, ipſos etiam lacus in hac menſuratione concludentes, & tranſeuntes hinc ſupra Haldeberge menſi ſunt de loco ad locum, ponentes palos & terminos dictis Waſtinis circumquaque in ſignum majoris certitudinis in futuro: cui menſurationi interfuerunt per omnia ex parte noſtra & nomine noſtro tamquam ductores, Teſtes, & ipſorum bonorum aſſignatores

Nicolaus Filius Rulini Scultetus de Woude, &
Arnoldus de Lapide Scultetus de Etten, aſſumptis etiam ſecum ex mandato noſtro,
Nicolao dicto Garencopere,
Nicolao Filio Gobbonis albi, Scabinis de Woude,
Alardo Filio Chriſtinæ Lamberti,
Matthia Filio Gerardi, Scabinis de Etten,

Ywano

Ywano de Woude,
Godefrido de Heſſelaer,
Joanne uſurario,
Theodoro genere Steenwerpers, hominibus noſtris Feudalibus,
Hermanno de Dyeke, &
Hermanno Filio Ymme, manſionariis noſtris, in hujuſmodi rei teſtimonium & evidentiam pleniorem. Et Nos factum dictorum Sculteτorum & menſorum in hac parte perpetuis temporibus ratum habere volumus & teneri.

Ceterum in viginti Hoevarum ſeu Manſorum waſtinæ, verùm etiam & lacuum prædictorum poſſeſſionem, Abbatem & Conventum prædictos heredavimus, & inveſtivimus ſecundùm morem terræ noſtræ approbatum. Concedentes ipſis in ipſis bonis per omnia omnem libertatem juris quam eis per Litteras noſtras in ſexaginta Hoevas Waſtinæ ſupra deſcriptas priùs contulimus, nihilque juris Nobis aut Succeſſoribus noſtris in eiſdem bonis retinuimus, exceptis dominio Altæ Juſtitiæ noſtræ, ſi reſplendeat, & cenſu illo trium librarum Lovanienſium parvæ monetæ pro illis ſolis ſexaginta hoevis Waſtinæ hucuſque nobis perſolutos, quem eundem cenſum & non alium omnimodo Nobis & Heredibus noſtris in perpetuum dicti Religioſi in generali pro ambabus Waſtinis & lacubus antedictis perſolvere tenentur loco & tempore debitis & conſuetis.

Iterum dicti Monaſterium, Abbas & Conventus juſto à Nobis titulo acquiſiverunt omnes & totales decimas veteres & novas, quæ nunc ſunt vel in futuro accreſcere poſſunt, quoque majores & minores, omnium rerum decimalium, quas habuimus & tenuimus in Parochiis de Woude & Loenhont, turvarum & fœni in dicta Parochia de Woude ſolâ decimatione exceptâ; decimam quoque novam & veterem, quam habuimus in locis qui dicuntur *Hogenſchote* & *Ordebrant*; ſitis in Parochia Sancti Jacobi, juxta *Ekerne*, ac annuos reditus duarum gerbarum havene, Spadeſchoof vulgariter nuncupatos, quos habebamus & levabamus in locis qui dicuntur *Leyderwyck* & *Cardepolre*; ſitis in dicta Parochia de Ekerne, pleno jure ſicut decimæ & reditus prædicti ad Nos ſpectabant, utque in Litteris noſtris ſuper horum bonorum acquiſitione, allodiatione ac inveſtitura confectis meliùs eſt deſcriptum.

Contulimus nihilominus ſæpedictis Religioſis pro ſalute animarum noſtrarum Jus Patronatuum Eccleſiarum, de Woude ſcilicet, de Loenhour, & de S. Jacobo prædictarum pleno jure, ſicut iidem Patronatus ad Nos ſpectabant, & Nobis competebant, ſicut Chartæ noſtræ ſuper hujuſmodi collatione confectæ & compoſitæ pleniùs atteſtantur.

Concedimus etiam eis purè propter Deum liberam poteſtatem utendi ſecundùm propoſitum ſuum, omnibus paſcuis & aquis communibus per totam terram noſtram de Breda, tam ad opus pecorum, quàm aliarum rerum ſuarum, quamdiu aquæ cum paſcuis prædictæ communes fuerint; nec aliquis hominum ipſos audeat in poſterum ſuper hujuſmodi libertate aliquatenus imperere ſeu prohibere.

Omnibus igitur tam præſentibus quàm futuris, præcipuè verò Scabinis de Breda, de Bergis ſupra Soom; de Woude, ac omnibus aliis Scabinis & hominibus ad Dominii noſtri juriſdictionem ſpectantibus, prædictas acquiſitiones & collationes notificamus, ac ipſas rite & modo legitimo factas eſſe; atque in utilitatem terræ noſtræ ceſſiſſe recognoſcimus ac teſtamur: Litteras quoque omnes & ſingulas, quæ ſuper his confectæ ſunt, cum omnibus libertatibus & conditionibus ipſis in Litteris expreſſis approbamus & præſenti Scripto confirmamus.

In quarum omnium rerum præmiſſarum munimen & robur perpetuum firmitatis præſentibus Litteris Sigilla noſtra apponi fecimus, rogantes chariſſimum Dominum ac Fratrem noſtrum Henricum de Lovanio, Dominum de Herſtallio, Henricum de Aſſeha Milites, Jacobum quoque Inveſtitum de Merters, & Marſilium Inveſtitum de Gheſtel, Scabinos etiam Opidorum noſtrorum de Breda & de Bergis ſupra Soom prædictorum, ut nobiſcum Sigilla ſua præſentibus apponant, in teſtimonium & memoriam ſempiternam.

Nos vero Henricus de Lovanio Dominus de Herſtallio, Henricus de Aſſeha Milites, Jacobus & Marſilius Eccleſiarum de Merters & de Gheſtel Inveſtiti, ac Nos Scabini de Breda, & de Bergis ſupra Soom præſcripti, ad petitionem dictorum nobilium Arnoldi & Eliſabeth Dominorum terræ de Breda, recognoſcimus Nos Sigilla noſtra Litteris præſentibus appendiſſe.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Sabbatho poſt Annuntiationem Dominicam. 1277.

Universis Chriſti Fidelibus præſentes Litteras viſuris, Arnoldus de Lovanio Dominus Breda ſalutem & ſcire veritatem.

Attestatione præſentium Litterarum noſtrarum notum facimus univerſitati veſtræ, quod Nos de licentia & mandato Illuſtris Principis Domini Joannis Dei gratiâ Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ ſpeciali, vendidimus Viris Religioſis, Abbati & Conventui Monaſterii loci S. Bernardi Ciſtertienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, centum hoevas ſive manſos Waſtinæ jacentes in Parochia de *Gaſtel*, immediatè juxta Waſtinam, ſive bona quæ ibidem dicti Religioſi habent & poſſident, & habuerunt & poſſederunt non modico tempore jam elapſo, & unamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem, de qua Waſtina, ſeu de quibus bonis, jam de novo emptis ſolverunt Nobis iidem Religioſi ex integro, quingentas libras Lovanienſes parvæ monetæ; pro qualibet ſcilicet hoeva centum ſolidis perſolutis.

Quam Waſtinam menſi ſunt ipſis Religioſis nomine præfati Domini Ducis & noſtro, Arnoldus dictus Omeken, & Arnoldus Filius ejus, menſores noſtri jurati, aſſumptis ſecum de mandato noſtro fide dignis Teſtibus,

Joanne ſcilicet Sculteto de Woude,

Nicolao

Nicolaõ de Hulſdonck, &

Wilhelmo de Hagedonck, Scabinis de Woude, item

Gobbone de Haveberge, &

Waltern de Fine, Scabinis de Etten,

Item Martino Filio Henrici, &

Hermanno Filio Noken de Sprundel; & menſuratam æquitatis judicio, unicuique quod ſuum eſt tribuentes, ac limitatam palis & terminis, videlicet à ſuperiori palo ſtante ſuper *Middelmeer* terminante Waſtinam primam dictorum Religioſorum, de qua mentio facta eſt ſuperiùs, uſque ad inferiorem palum eorumdem Religioſorum ſtantem ſupra *Barlake*, & inde uſque ad palum etiam ipſorum Religioſorum ſtantem ad Occidentem de *Barleboſſche*; & inde ad palum jam de novo ab ipſis menſoribus fixum verſus *Sprundel*, & inde uſque ad palum ſimiliter de novo fixum verſus *Etten*, dictis Religioſis Viris aſſignaverunt.

Item quod omnia bona dictis palis ſeu terminis circumdata & concluſa, quinque tantummodo hoevis ſeu manſis exceptis, ipſorum ſunt & ad ipſos pertinent, partim ex præſenti emptione & partim ex diutina acquiſitione facta ab eiſdem tempore quo, bonæ memoriæ, dilecta Uxor noſtra Eliſabeth vixerat, ſicut in Litteris tunc temporis confectis pleniùs eſt expreſſum: & Nos factum dictorum menſorum noſtrorum in hac parte approbantes, perpetuò volumus habere ratum & promittimus obſervare.

Concedentes eis quod præmiſſa bona omnia foſſatis ſeu aliis munitionibus firmare ſeu circumdare, & aditibus ſeu introitibus viarum obſtacula, Teutonicè nuncupata *Vekenen*, apponere poterunt, contradictione aliquâ non obſtante: Ita tamen ut qui per viam publicam tranſire voluerint, per eandem tranſire poterunt abſque illatione alicujus injuriæ ſive damni.

Ceterum in centum boevarum ſeu manſorum Waſtinæ præſcriptæ poſſeſſionem, Abbatem & Conventum prædictos heredavimus & inveſtivimus, ſecundùm morem terræ approbatum, nihil Nobis juris aut Domino alicui, quicunque ille fuerit, aut erit, reſervatum, excepto Dominio Altæ Juſtitiæ, ſi reſplendeat, & cenſu xxv. olidorum Lovanienſium parvæ monetæ, pro qualibet ſcilicet boeva tribus denariis ſupputatis ad cenſum, quem ſolvent Nobis & Succeſſoribus noſtris dicti Religioſi perpetuo annis ſingulis, apud *Geſtel* die S. Martini hyemalis, & per dictum cenſum remanebunt ipſi in perpetuum ab omni alio jure liberi & penitus defenſi.

Insuper damus & concedimus eiſdem Religioſis viam & liberum ductum tam aquæ quàm terræ ad eadem bona ipſorum, & omnes commoditates & utilitates quæ in dictis bonis in perpetuum fieri poterunt, dicti Religioſi liberè & quietè poſſidebunt.

Quod ſi ipſi Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſecularibus conſerre voluerint excolendam, ſeu alio qualicumque modo, omne jus eiſdem priùs conceſſum etiam in dictis manſionariis retinebunt. His autem interfuerunt

Godeſridus Sculterus de Bergen Filius Theodorici,

Marſilius de Gheſtel Scabinus de Bergen,

Nicolaus dictus Rabaut,

Arnoldus Hyle de Schooten,

Arnoldus Filius ejus,

Joannes Robbeken,

Joannes Filius Roberti,

Wilhelmus Filius Loſye de Mercxem,

Joannes de Wilgem,

Jacobus Teſar,

Wilhelmus dictus Lant,

Gisbertus de Boshole,

Arnoldus de Lieſt,

Thomas Filius Beele, &

Joannes dictus Blydeleven, & alii quam plures manſionarii noſtri, quorum judicio præmiſſa acta ſunt & perpetrata, prout ordo juris dictaverat & petebat.

In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium & munimen Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Actum & datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo, menſe Novembri. 1282

CAPUT XCI.

Arnoldus de Lovanio, *Dominus de Breda &* Elisabeth *Uxor ejus vendunt Abbatiſſæ & Conventui de Cortenberge 153. bonaria VVaſtinæ in Parochia de* Ooſterhout, *Vulgò* 't Nonnenbroeck.

Ex Antiquit. Bred. Gramaye.

Nos Arnoldus de Lovanio Miles, Dominus de Breda & Elisabeth noſtra Uxor ejuſdem terræ Domina, univerſis quibus Scriptum hoc videre vel audire contigerit, ſalutem & præſentium teſtimonio Litterarum ſcire veritatem.

Cùm humana memoria labilis ſit & caduca, quæ facta ſunt per homines, ut firmitatem habeant, debent eſſe per ſigillatas Litteras perpetuata: Inde eſt quòd charitati omnium volumus declarare, quod Nos Venerabilibus & Religioſis Dominabus Abbatiſſæ & Conventui de Cortenberge, Monialibus videlicet Ordinis Sancti Benedicti Cameracenſis Diœceſis, vendidimus centum & quinquaginta tria bonaria Waſtinæ intra foſſata jacentia & limitata in Parochia de *Ooſterhout*, pro centum libris & quadraginta quinque ſolidis Lovanienſibus minoris monetæ, Nobis deliberatis & perſolutis, & miſimus eaſdem Moniales in dictis bonis jure hereditario

reditario perpetualiter à Nobis & noſtris Succeſſoribus obtinendis, pro annuo cenſu novem denariorum Lovanienſium minoris monetæ de quolibet bonario, in die Sancti Oberti perſolvendorum.

Et hoc factum eſt per monitionem noſtri Juſtitiarii & Judicum illorum, quorum ſuper his & hujuſmodi in terra de Breda intererat judicare, adhibitis omnibus juris ſolemnitatibus, quæ ad hoc & his ſimilia ſolent adhiberi.

Et promittimus prædictis Abbatiſſæ & Conventui rectam & firmam warandizationem de bonis prænominatis, & ipſas in eiſdem bonis contra quoſlibet tenere, & in quieta poſſeſſione tamquam Dominus fundi conſervare.

Si verò (quod abſit) de bonis præfatis aliquis ipſas Moniales moleſtaverit, aut inquietaverit, aut damnum intulerit occaſione perceptionis eorundem bonorum, Nos ipſas volumus & tenemur per Nos & per bona noſtra indemnes fideliter conſervare.

His rebus & huic venditioni interfuerunt Viri Nobiles
Henricus de Lovanio Dominus de Harſtala,
Nec non Miles Dominus de Aſſche,
Ac etiam Ægidius de Buſingem Dapifer terræ de Breda,

Quorum Sigilla unà cum noſtris Sigillis in teſtimonium præſentibus Litteris duximus apponenda.

Interfuerunt etiam Feudales noſtri
Henricus de Hambroeck,
Geldulphus Haeck,
Segebertus de Ulvenhout,
Joannes de Ginneken,
Vermerus de Breda, ac alii quàm plures.

In rei teſtimonium, ne aliqua materia quæſtionis ſuper hoc verteretur, eiſdem Monialibus dare Litteras noſtras decrevimus, Sigillorum noſtrorum ac etiam prædictorum Henrici, & Henrici Militum, & Ægidii Dapiferi noſtri munimine roboratas.

Datum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, 1277.
menſe Junii.

CAPUT XCII.

Arnoldus *de Lovanio Dominus de Breda &* Elisabeth *ejus Uxor ejuſdem terræ Domina vendunt Abbatiſſæ & Conventui Thorenſi decimas Villæ de* Etten, *anno* 1277.

Ex Gramaye Antiq. Bred.

ARnoldus de Lovanio Dominus de Breda, & Elizabeth ejus Uxor ejuſdem terræ Domina, univerſis quibus præſens Scriptum hoc videre vel audire contigerit ſalutem, & præſenti teſtimonio Litterarum ſcire veritatem.

Noverit univerſitas veſtra quòd Nos vendidimus Dominæ.... Dei gratiâ Abbatiſſæ Thorenſi & ſuo Conventui decimas Villæ de *Etten* tam antiquas quàm novas quas hactenus tenuimus vel in poſterum tenere poſſumus, infra metas & limites Parochiæ de *Etten*, pro certa ſumma pecuniæ jam in noſtros uſus converſa, nihil juris in eiſdem decimis, ac earum attinentiis Nobis aut noſtris Heredibus reſervantes.

In cujus rei teſtimonium, ne aliqua materia quæſtionis in poſterum ſuper præmiſſis verteretur, eiſdem Abbatiſſæ & ejus Conventui dare Litteras decrevimus Sigillorum noſtrorum munimine roboratas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſi- 1277.
mo ſeptuageſimo ſeptimo, in Vigilia B. Joannis Baptiſtæ.

CAPUT XCIII.

Idem Arnoldus *Bredæ Dominus fundationem Præpoſituræ Vallis S. Catharinæ, Monialium Præmonſtratenſium, olim fundatæ in* Woude, *nunc in* Ooſterhaut, *in Baronatu Bredano, varia confert beneficia, anno* 1279.

Ex Gramaye Antiq. Bred.

NOs Arnoldus à Lovanio, Dominus terræ de Breda & Elisabeth ejus Uxor, ejuſdem terræ Domina, notum facimus univerſis tam præſentibus quàm futuris, quod Nos Divinæ remunerationis intuitu, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente ſunt facturi, per Dei gratiam obtinere poſſimus, contulimus perſonis Religioſis, videlicet Præpoſito & Conventui Monialium Vallis S. Catharinæ, juxta *Woude*, Ordinis Præmoſtratenſis, Leodienſis Diœceſis, quadraginta bonaria terræ incultæ ſive pratorum jacentia inter *Steele* & locum qui dicitur *Hongerdsbergh*, tendentia verſus *Ooſterhout*, ſub duobus denariis Flandrenſibus veteris monetæ cenſûs annui, Nobis & Succeſſoribus noſtris à prædictis Religioſis, in Feſto Beati Remigii & Bavonis apud Ooſterhout perſolvendis.

Item contulimus eiſdem in Parochia de Ooſterhout

Ooſterhout viginti quatuor bonaria terræ cultæ & incultæ ſive pratorum, jacentia circa locum qui dicitur *Roete Monalium*, ſub duobus denariis Flandrenſibus veteris monetæ cenſûs annui, Nobis & Succeſſoribus noſtris modo prædicto tempore perſolvendis.

Item contulimus eiſdem quindecim bonaria terræ incultæ ſive pratorum, jacentia retro *ſylvam de Ooſterhout*, in parte Orientali, tendentia verſus *Donga*, ſub duobus denariis prædictæ monetæ cenſûs annui, Nobis & Succeſſoribus noſtris modo prædicto tempore & loco perſolvendis.

Item contulimus eiſdem quatuordecim bonaria terræ cultæ & incultæ ſive pratorum in Parochia de *Mertercbe*, in loco qui dicitur *Lies* jacentia, ſub duobus denariis prædictæ monetæ cenſûs annui, Nobis & Succeſſoribus noſtris à prædictis Religioſis feſto prædicto apud Bredam perſolvendis.

Prædicta verò bona ſingula & cuncta, nec non & manſionarios in prædictis bonis manentes ab omni exactione & ſervitio, ob Divinam remunerationem, perpetuæ libertati donantes.

In cujus rei teſtimonium præſentem eis Litteram dedimus, Sigillorum noſtrorum appenſione munitam.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, in Nativitate Beatæ Mariæ Virginis. 1279

CAPUT XCIV.

Conradus II. *Romanorum Rex anno* 1280. *concedit Canonicis S. Servatii Trajecti omnia jura & emolumenta in Pontem ſupra Moſam.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus Divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex II. Omnibus in Chriſto piè viventibus, tam futuris quàm præſentibus.

Officium Principis eſt, qui pro ſalute omnium curam gerit, beneficiis exuberare in ſubditos, atque eos à pravorum hominum violenta concuſſione protegere, regiminis in Domino conceſſi ratione ſervatâ.

Eapropter eorum qui B. Servatio militant, neceſſitatibus juxta Apoſtolum communicantes, pro amore Dei & B. Servatii, Prædeceſſorumque noſtrorum animarum remedio, pro Regni etiam noſtri quiete, & ſtatu pacifico, ſimulque Gertrudis Uxoris noſtræ piâ devotione, & Arnoldi Cancellarii noſtri, ejuſdem Eccleſiæ Præpoſiti, precum inſtantiâ permoti, Pontem qui ſupra Moſam ſitus eſt in ipſo Trajecto, quem noſtri juris indubitanter eſſe conſtat, B. Servatio donamus & concedimus, cum omni uſu, & utilitate, quæ omnibus temporibus inde proveniet, liberè poſſidendum, &c.

Actum publicè in Eccleſia B. Servatii per manum Arnoldi Cancellarii, vice Alberti Archicancellarii Moguntinæ Sedis Archiepiſcopi. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXXIX. 1139

CAPUT XCV.

Arnoldus *Bredæ Dominus benefacit Abbatiæ Tongerloënſi, anno* 1280.

Ex Gramaye Antiq. Bred.

Nos Arnoldus de Lovanio Dominus terræ de Breda, & Eliſabeth ejus Uxor ejuſdem terræ Domina notum facimus univerſis tam præſentibus quàm futuris, quod Nos divinæ remunerationis intuitu, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente ſunt facturi, per Dei gratiam obtinere poſſimus, contulimus perſonis Religioſis, videlicet Domino Abbati & Conventui ejus de Tongerloo in Diœceſi Cameracenſi commorantibus, ſexaginta bonaria in ſylvis & miricis, ſita inter Curiam *de Milende* & *ſylvam Templariorum*, & inter *Ryt*, & viam quæ ducit ad Eccleſiam, ſicut pali demonſtrant ibidem, ſub annuo cenſu quatuor denariorum Flandrenſium antiquæ monetæ, Nobis & noſtris Succeſſoribus in Feſto Remigii ſolvendorum in *Baerle*.

Prædicti verò Religioſi Nobis ſunt in Miſſa pro defunctis dicenda quotidie obligati. Prædicta bona etiam & manſionarios, ſi aliqui in ipſis manſerint, ab omni exactione & ſervitio perpetuæ libertati donamus.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo, in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. 1280

CAPUT

CAPUT XCVI.

JOANNES I. *Lotharingiæ ac Brabantiæ Dux, exemplo Attavi ſui* HENRICI I, *jura ac privilegia Tribunalis, dicti* Decaniæ, *Lovanii confirmat anno* 1280.

Ex Archivis Oppidi Lovan.

JOANNES Dei gratiâ Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, univerſis has Litteras viſuris & audituris ſalutem & noſcere veritatem.

NOVERITIS, Nos vidiſſe Litteram Sigillatam Sigillo Nobilis Principis Henrici Lotharingiæ & Brabantiæ quondam Ducis, Attavi noſtri cariſſimi, non cancellatam, non abolitam, nec in aliqua ſui parte vitiatam, in hæc verba:

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ omnibus has Litteras viſuris ſalutem.

NOVERINT univerſi, quòd ad petitionem Burgenſium in Lovanio tale Jus eis dedimus in Gulda quam à nobis tenent, & ſuper hac Decanos Guldæ Judices conſtituimus: Quòd quicumque eorum vellet facere ad Civitatis detrimentum, ſi de Civitate ſit, & convictus fuerit per ſimplicem aſſertionem duorum Burgenſium, opus perdet Civitatis; & ſi ſe voluerit excuſare, hoc non poterit facere, niſi per quatuor Burgenſes tactis Sacroſanctis: Si extraneus fuerit, opus perdet, & ſuſtentationem Civitatis. Burgenſis verò, qui tali præſumptione communicaverit; ſi de Gulda fuerit, eam perdet, & libram unam denariorum: De omnibus autem forefactis quæ de eis provenient, Dux medietatem, & Civitas aliam habebit medietatem: Si verò Decaous Guldæ impotens fuerit ad juſtitiam faciendam, de præſumptoribus memor, Nos volumus & præcipimus, ut per Juſticiarium compellatur ad ſatisfaciendum.

UT autem hæc à Nobis ac à noſtris prorſus firmiter obſerventur, præſens Scriptum dedimus in teſtimonium Sigillo noſtro roboratum. Actum anno Domini M. CC. XXI. 1221.

ET quoniam hanc Litteram vidimus, ſicut eſt prædictum, ipſam laudamus & approbamus, ac eam dictis noſtris Burgenſibus confirmamus præſentium teſtimonio Litterarum Sigillo noſtro ſigillatarum.

DATUM anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio, feriâ ſextâ poſt Octavam Epiphaniæ. 1283.

CAPUT XCVII.

JOANNES *Brabantiæ Dux beneficia præſtat Abbatiæ Parcenſi ann.* 1283. 1284. *&* 1286.

Ex Archivis Abbatiæ Parcenſis.

IN nomine Domini amen. JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis tam præſentibus quàm futuris præſentes Litteras inſpecturis, in perpetuum ſalutem.

NOVERITIS quod Nos ob animæ noſtræ animarumque Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum ſalutem, utilitati & paci præſentium & futurorum Fratrum Eccleſiæ de Parcho Præmonſtratenſis Ordinis, in poſterum providere volentes, ipſum Parchum cum ſuis appenditiis, cum Villula & manſionariis de *Vinckenboſch* ab utraque parte rivi uſque ad molendina de *Brucke*, cum ſuis etiam manſionariis apud *Langhendaele*, molendinis de *Rabrecxtverde*, & de *Heverlis*, Curtibus quoque de *Corrael*, de *Stocle*, de *Egenhove*, de *Schoonrebuecken*, de *Rode* prope Lewis, de *Runkerio*, de *Landen*, de *Veldonck*, & de *Foſſen*, cum terris, pratis, paſcuis, paludibus, vivariis, ſilvis, decimis, manſionariis, cenſibus, bonis ac juribus univerſis & ſingulis annexis, ad prædictam Eccleſiam de Parcho & Curtes prænotatas pertinentibus, Fratribus ejuſdem Eccleſiæ confirmamus: univerſas inſuper & ſingulas gratias & libertates, dictis Fratribus ab Anteceſſoribus noſtris collatas, eiſdem innovamus.

LIBEROS eos decernendo ab omni onere Thelonei, Winagii, & omni juſtitia tranſitûs, per terram noſtram & aquam univerſam, in rebus ſuis vehendis, emendis & vendendis, nec quicquam exigatur ab eis, occaſione ſtratarum publicarum quas chauchidas vocant, vel etiam pontium reparandorum, niſi quod ſpontè & voluntariè dare voluerint & offerre: aſini quoque & muli ac cetera animalia molendinorum dictorum Fratrum, licet etiam ſeculares pro annuo pacto in eis reſideant, liberum habeant introitum & exitum in omnibus Oppidis & Villis in terra noſtra conſtitutis, ad portandum & reportandum bladum & farinam: nec quiſquam, qui ad eorundem Fratrum molendina molere voluerit, aliquatenus prohibeatur.

HABEANT inſuper dicti Fratres in ſilva noſtra de *Loye* & in omnibus communibus paſcuis per totam terram noſtram, ubi Curtes ipſorum ſitæ fuerint ſive bona, paſcendi, & minandi gre-

ges ac animalia ſua, uſuagium & plenam libertatem.

Quascumque verò poſſeſſiones, quæcumque bona Fratres Eccleſiæ memoratæ in præſenti poſſident aut in futurum poterunt adipiſci, tamquam verus juſtus & debitus eorum Advocatus, tum ex Imperiali commiſſione, tum ex Anteceſſorum noſtrorum ſucceſſione, ſub noſtra ooſtrorumque Succeſſorum Ducum dumtaxat eſſe recognoſcimus & recipimus protectione & cuſtodia; profitentes quod in hac eadem Advocatia aliquem inbeneficiare aut ipſam cuiquam committere vel conferre à Nobis & noſtris Succeſſoribus Ducibus eandem aliquatenus alienando nec volumus nec valemus.

Actum & datum anno Domini milleſimo
1283. ducenteſimo octogeſimo tertio, Nonâ Aprilis.

Joannes Dei gratiâ Dux Lotbaringiæ & Brabantiæ ſuis de Lovania, de Bruxella, de Nivella, de Antverpia, & de Thenis Villico, Ammanno, Ballivo, Sculteto, Præconibus & Foreſtariis, præſentibus & futuris, ſalutem & omne bonum.

Præcipimus vobis omoibus & ſingulis, & volumus quatenus prætextu vel occaſione expeditionis jam motæ & edictæ ſeu aliquarum aliarum futurarum, nullum prorsùs ſervitium vel ſubventionem, vobis faciendam de Curtibus noſtrorum dilectorum Abbatis ſcilicet & Conventus de Parcho juxta Lovanium Præmonſtratenſis Ordinis, in Dominio noſtro conſtitutis petatis, requiratis, vel extorquere præſumatis, ſine noſtro ſpeciali mandato, inhibentes etiam ex parte noſtra omnibus Militibus Oppidanis & quibuſcumque aliis terræ noſtræ Hominibus, prout vobis ſubſunt, ne currus aut equos dictorum Religioſorum de Abbatia ſive de Curtibus eorum aliquatenus accipere, occaſione expeditionis cujuſcumque præſumant: Nobis etenim prætextu neceſſitatum prædictarum hujuſmodi ſervitia ab ipſis Religioſis facienda reſervamus, & de Abbatia Parcbenſi prædicta cum Nobis placuerit benè repetemus eadem & accipiemus: vos nihilominus bona Fratrum prædictorum ubicumque locorum, ne à veſtris dilapideotur, vel diſtrahantur, ſicut Nos diligitis, defendatis, & Fratres ejuſdem Abbatiæ, ac eorum agenda, juſta & rationabilia, quoties requiſiti ſueritis ſuper hoc, & ingruerit neceſſitas, promovere ſtudeatis.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſi- 1284.
mo octogeſimo quarto, menſe Junio.

Joannes Dei gratiâ Lotbaringiæ & Brabaotiæ Dux: univerſis Ballivis, Villicis, Ammannis, Scultetis, Foreſtariis ac omnibus aliis ſuis ſubditis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, ſalutem & omne bonum.

Mandamus vobis univerſis & ſingulis, præcipientes & voleotes & ſub obtentu noſtræ gratiæ firmiter injungentes, quatenus ab Abbatia Parchenſi vel à Curtibus ejuſdem de *Correal*, de *Veldonck*, de *Schoenrebuecke*, & de *Rode* in Hesbania; ſeu quibuſcumque aliis ad dictam Abbatiam pertinentibus, ullum prorſus ſervitium vel ſubſidium vobis faciendum, in curribus, equis; ſive quibuſcumque rebus aliis, occaſione noſtræ præſentis expeditionis, vel alterius cujuſcumque futuræ aliquo modo requiratis vel extorquere præſumatis ab eiſdem: Nobis etenim hujuſmodi ſervitia facienda, ſicut aliàs per noſtras patentes Litteras fecimus, reſervamus, & ea cum voluerimus, & Nobis placuerit, ab eiſdem bene requiremus.

Ampliùs dictam Abbatiam, Curtes prænotatas ac etiam omnes alias, ad eandem Abbatiam pertinentes, cum bonis ſuis univerſis quæ ſub noſtra ſunt protectione & cuſtodia, quoties à nuntiis ipſius Abbatiæ ſuper boc fueritis requiſiti, ab omnibus inſultibus quorumcumque ſupervenientium viriliter, diligenter, favorabiliter, & fideliter, ſicut noſtram gratiam diligitis, protegatis, & defendatis.

Datum Bruxellæ anno Domini milleſimo 1286.
ducenteſimo octogeſimo ſexto, in die Decollationis B. Joannis Baptiſtæ.

CAPUT XCVIII.

Joannes de Flandria *Epiſcopus Leodienſis, anno* 1288. *probat transmigrationem Canonicorum Præmonſtratenſium à Monte S. Cornelii, ad locum qui dicitur* Bellus-Reditus *juxta Leodium, à quo Abbatia ſuum nunc nomen obtinet.*

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

Joannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus: Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam.

Cura & ſollicitudine Paſtorali, loca Religioſa, & eorum Perſonas ſtudioſiùs laboravimus ſemper ab impiorum incurſibus eripere: & ut Divinæ contemplationi liberiùs vacarent, in pacis traoqoillitate collocare.

Cùm igitur dilecti Filii, Abbas & Conventus Eccleſiæ Montis-Cornelii noſtræ Diœceſis, Ordinis Præmonſtratenſis, in rebus & corporibus ex moleſtiis & incurſionibus malorum hominum & prædonum ad dictum locum Montis-Cornelii quotidiè confluentium, plures deprædati, & quaſi penitùs exinaniti, tot & tantas injurias & damna in ipſo loco tolerârint, quòd ibidem pacificè vivere, & Religionis ſuæ regulas & profeſſiones non poterant commodè obſervare, Authoritate Pontificali, dictis Abbati & Conveotui ad aliorum & eorum proborum ſopplicationes

plicationes inſtantes, conceſſimus & concedimus, ut de dicto loco Montis-Cornelii vicino prædonibus, ad dictum locum de Bello-reditu in Inſula Leodii pacificum, & Religioni congruum, ſe & ſua transferant cum omnibus Privilegiis, indulgentiis, gratiis, eleëmoſynis, conceſſionibus, & aliis quibuſcumque juribus, quocumque nomine cenſeantur, quæ ipſis Abbati & Conventui nomine Eccleſiæ Montis-Cornelii competebant, perpetuò moraturi.

Et Nos dictum locum de Bello-reditu, cum Eccleſia, Clauſtro, Refectorio, Dormitorio, Domo dictâ de Florines, eorum ambitu, procincturis, appendiciis, pertinentiis univerſis, cum omnibus Privilegiis, gratiis, indulgentiis, eleëmoſynis, conceſſionibus, ac aliis quibuſcumque juribus, quocumque nomine cenſeantur, quæ ipſis Abbati & Conventui ratione Eccleſiæ Montis-Cornelii competebant, & ratione Eccleſiæ de Bello-reditu cum bonis à Nobis cum ipſis Abbate & Conventu permutatis competunt, & compere poſſunt, rebus & bonis Cornelii-Montis expreſſis in Litteris ſuper hoc confectis, quæ dicti Religioſi in Nos ex permutatione ſuper hoc factâ tranſtulerunt, dumtaxat exceptis, ipſis Abbati & Conventui de Bello-reditu incorporavimus, incorporamus, & adunimus, & noſtrâ Authoritate Pontificali & ordinariâ confirmamus.

In quorum teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigilli noſtri appenſione corroboravimus.

Actum & datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, menſe Aprili. 1288.

CAPUT XCIX.

Raso de Gavera *Lidekercæ & Bredæ Dominus confirmat venditiones & donationes factas à Prædeceſſoribus ſuis Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim, ann.* 1291. *&* 1298.

Ex Antiquit. Breda.

UNIVERSIS Chriſti Fidelibus tam preſentibus quàm futuris, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Raso de Gaveren Dominus de *Lidekercke* & de Breda ſalutem & rei geſtæ veritatem.

Universitati veſtræ notum facimus & teſtamur tenore præſentium Litterarum noſtrarum, quod Nos, vivente adhuc Dominâ Aleyde Uxore noſtrâ, ratificamus, laudamus, & approbamus acquiſitionem ſeu emptionem centum boevarum ſeu manſorum, tam Waſtinæ quàm mouri jacentium infra Dominium terræ noſtræ de Breda ſub terminis & palis ſive metis, quorum palorum primus poſitus eſt in fine cujuſdam lacus effluentis de Marcha & tendentis directè ad Occidentem versùs mourum, qui lacus ab antiquo *Middelmeer* vulgariter nuncupatur, & tendit uſque ad alium palum ſtantem inferiùs juxta *Barlake*, & à palo ſtante juxta Barlake uſque ad palum ſtantem ad Occidentem de *Barleboſſche*, & ab illo palo uſque ad quemdam alium ſtantem versùs *Sprundel*, & inde uſque ad quemdam alium palum ſtantem versùs *Etten*, inferiùs uſque ad Marckam, & ab hinc circumque prout fluit Marcka uſque ad primum palum prædictum ſtantem ſupra *Middelmeer*.

Quam acquiſitionem ſeu emptionem centum hoevarum fecerunt & contraxerunt Viri Religioſi Abbas & Conventus Monaſterii loci S. Bernardi Ciſtertienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, erga Nobilem Virum D. Arnoldum de Lovanio quondam Dominum dictæ terræ de Breda, poſt mortem piæ memoriæ Eliſabeth quondam Uxoris ejus, ejuſdem terræ Dominæ, Conſanguineæ noſtræ, ſub annuo cenſu viginti quinque ſolidorum Lovanienſium, in perpetuum poſſidendorum & tenendorum ab eiſdem Religioſis, ac ipſam venditionem prædictarum centum hoevarum ſeu manſorum, & acquiſitionem ceterorum bonorum ipſorum Religioſorum, omnium & ſingulorum, ac donationem ipſius factam in eleëmoſynam propter Deum tam infra prædictos terminos, palos ſive metas, quàm alibi jacentem tam in Waſtina, mouro cum ſuo fundo, paſcuis, pratis, ſilvis & virgultis, quàm in terris cultis & incultis, decimis, cenſibus & reditibus, piſcaribus, tractibus aquarum, ceteriſque bonis ac poſſeſſionibus univerſis & ſingulis quocumque nomine cenſeantur, erga prædictos Dominos Arnoldum & Eliſabeth, vel quemlibet ipſorum ſeu alterum quemcumque ab ipſis Religioſis uſque in hodiernum diem factam, aut à quolibet Dominorum eiſdem Religioſis quocumque modo conceſſam, cum omnibus conditionibus, utilitatibus, & libertatibus & juribus univerſis & ſingulis à quocumque dictorum Dominorum, ſeu ab altero quocumque dictis Religioſis datis & conceſſis, tamquàm perſonaliter à Nobis, erga Nos, & per Nos factæ ſeu datæ eſſent vel fuiſſent, de mera noſtra liberalitate & voluntate præſentibus Litteris confirmamus.

Et ipſa bona omnia & ſingula cum Fratribus & omni familia ſua in ipſis bonis commorantibus ſub noſtra perpetua protectione ſeu defenſione ſuſcipimus & tutela.

Omnem quoque calumniam ſive calangiam, quam in dictis bonis habebamus, vel in futuro Nos Heredeſque noſtri vel Succeſſores quocumque modo babere vel movere poteramus, plenè remittimus, quitavimus, & quitas clamavimus purè ſine aliqua reclamatione, cum fructibus ſeu proventibus uſque in præſens tempus de eiſdem bonis habitis & receptis.

Universum etiam jus noſtrum, ſi quid habebamus

bamus, Nos, Heredes aut Succeſſores noſtri in præmiſſis bonis omnibus & ſingulis, aut quocumque modo habere poteramus in futuro, antedictis Religioſis ob remedium animæ noſtræ, Dominæ Aleydis Uxoris noſtræ, & animarum Patris, Matris, Fratrum, Prædeceſſorum & Succeſſorum noſtrorum, in præſentia Hominum noſtrorum Feudalium, videlicet

Wilhelmi Filii Hugemanni,
Godefridi de Bergis, Dapiferi noſtri,
Ægidii de Breda,
Berneri ſive Bayonis,
Sigeberti de Ulvenhout,
Gerardi de Tichelt,
Witemanni de Ginneken,
Henrici dicti Everga, &
Arnoldi dicti Omeken de Schooten, ac
Scabinorum noſtri Opidi de Breda,

Scabinorum quoque de *Gheſtel*, & aliorum quàm plurium fide dignorum, ſupportando eum debita....... reſignandi, in puram eleëmoſynam contulimus & conferimus donatione inter vivos, nihil omnino juris Nobis aut noſtris Heredibus vel Succeſſoribus in præmiſſis omnibus & ſingulis penitùs retinentes præter annuum cenſum & Dominium Altæ Juſtitiæ noſtræ, ſi reſplendeat de eiſdem.

Præterea Nos vendidimus & Nos vendidiſſe recognoſcimus memoratis Religioſis pro quadam pecuniæ ſumma Nobis benè ſufficienter & ab eiſdem Religioſis ex integro perſoluta, novem hoevas ſive manſos & unum bonarium tam Waſtinæ quàm mouri cum ſuo fundo jacentes in Parochia, Territorio ſive confinio de *Gheſtel* juxta bona ſua, ab eiſdem jam diu habita & poſſeſſa, videlicet ab antiquo palo ſtante ad Occidentem de *Barlebosſche* uſquè ad quemdam alium palum ſtantem ad Orientem juxta bona Marſilii Filii Wilhelmi, & ab illo palo uſque ad quemdam alium palum ſtantem juxta quatuor hoevas Præpoſiti & Conventûs de Valle Roſarum juxta *Woude*, & ab illo palo circum quatuor hoevas prædictas uſque ad viam ſive ſtratam publicam Dominorum, & ab illo palo uſque ad palum ſtantem in altiori parte montis de *Huldeberge*, & ab hinc directè inferiùs uſque ad antiquum palum poſitum verſus *Sprundele*, & unamquamque hoevam ſive manſum duodecim bonaria continentem; quas hoevas ſive manſos tam Waſtinæ quàm mouri cum ſuo fundo prælibatis Religioſis in præſentia Hominum Feudalium prædictorum noſtrorum & Scabinorum contulimus & conferimus in veram & puram hereditatem ſub annuo cenſu viginti ſeptem denariorum Lovanienſium perpetuò tenendas & poſſidendas ab eiſdem Religioſis pacificè & quietè; concedentes præfatis Religioſis, quod præmiſſa bona foſſatis ſeu aliis quibuſcumque munitionibus firmare ſeu circumdare poterunt, & aditibus ſive introitibus viarum obſtacula nuncupata theutonicè *Veken* apponere, contradictione quâlibet non obſtante.

Insuper damus & conferimus antedictis Religioſis viam liberam & ductum liberum tam aquæ quàm terræ ad eadem bona ipſorum; & omnes commoditates & utilitates quæ in dictis novem hoevis ſive manſis & uno bonario in perpetuum fieri poterunt, non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus vel conſuetudinibus patriæ, prædicti Religioſi liberè & quietè perpetuis temporibus poſſidebunt.

Ceterùm in poſſeſſionem novem manſorum & bonarii Waſtinæ præſcriptæ ſive mouri dictos Abbatem & Conventum heredavimus & inveſtivimus ſecundùm morem terræ approbatum, omne quoque jus noſtrum eiſdem contulimus & adhuc conferimus, quod in eiſdem novem hoevis ſive manſis & uno bonario Nos aut Heredes noſtri nunc habebamus vel impoſterum habere poteramus quovis modo, nihil omninò juris Nobis aut noſtris Heredibus vel Succeſſoribus in ipſis bonis penitùs retinentes, excepto Dominio Altæ Juſtitiæ noſtræ ſi reſplendeat in eiſdem, & cenſu prædicto XXVII. denariorum Lovanienſium, quem ſolvent Nobis & Succeſſoribus noſtris dicti Religioſi annis ſingulis apud *Gheſtel* in die Beati Martini Hyemalis, & per dictum cenſum ipſi ab omni alio jure liberi penitùs & à Nobis defenſi in perpetuum remanebunt.

Quod ſi ipſi Religioſi aliquam partem dictæ Waſtinæ ſive mouri quibuſcumque aliis conferre excolendam voluerint in poſterum, ſeu alio qualicumque modo habendam & poſſidendam, omne jus priùs conceſſum eiſdem, etiam in dictis manſionariis ſeu cenſuariis retinebunt.

His autem interfuerunt

Wilhelmus Filius Hugemanni,
Godefridus de Bergis, Dapifer noſter,
Ægidius de Breda,
Bernerus ſive Bayo,
Sigebertus de Ulvenhout,
Gerardus de Tichelt,
Witemannus de Ginneken,
Henricus de Enegheer, &
Arnoldus Omeken, Homines noſtri Feudales,
Scabini quoque Opidi noſtri de Breda &
Scabini de Gheſtel,
Gerardus dictus de Meere,
Godefridus Filius Vrombondi,
Wilhelmus Filius Vrombondi; & alii

quàm plures manſionarii noſtri, quorum judicio hæc acta ſunt & perpetrata, prout juris Ordo dictaverat & expetebat.

Ut autem hæc omnia & ſingula perpetuis temporibus rata, firma & inconcuſſa permaneant, Nos promittimus fide mediâ & juramento præſtito corporali, quod Nos contra præmiſſa nullatenus ire conabimur in futuro, nec artem, ingenium, conſilium vel auxilium quæremus vel præſtabimus, per quæ infringi valeat aliquid præmiſſorum.

Promisimus etiam & promittimus ac tenemur prædictis Religioſis ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis juſtam, debitam & rectam Warandiziam ſive Warandiam pro omnibus noſtris Heredibus & Succeſſoribus contra quoſcumque: Et ſi aliquid in præmiſſis defecerit, promittimus & tenemur ſæpedictis Religioſis

fideliter

Digitized by Google

fideliter adimplere, quandocumque vel quotieſcumque ſuper his fuerimus requiſiti.

A d hæc autem omnia & ſingula inviolabiliter obſervanda & complenda, Nos Heredeſque noſtros & Succeſſores per præſentes Litteras obligamus: renuntiamus inſuper omni juris auxilio Canonici pariter & Civilis, cum omnibus conſuetudinibus Patriæ, omnibus Privilegiis Crucis ſumptæ vel aſſumendæ, omnibus exceptionibus, cavillationibus doli mali, quæ Nobis vel Succeſſoribus noſtris, quantum ad aliqua præmiſſorum infringenda, prodeſſe poſſent, & dictis Religioſis nocere vel obeſſe; illi quoque juri quo cavetur, quod non debeat valere generalis renuntiatio.

I n quorum omnium teſtimonium & memoriam ſempiternam, Sigillum noſtrum, unà cum Sigillo Dominæ Aleydis Uxoris noſtræ prædictæ, & communi Oppidi noſtri de Breda præſentibus eſt appenſum.

R o g a m u s inſuper, ad majorem omnium præmiſſorum firmitatem, Wilhelmum Hugemanni, Godefridum de Bergis Dapiferum noſtrum, ceteroſque Homines noſtros Feudales prædictos, ut nobiſcum Sigilla ſua præſentibus apponant. Nos igitur

Wilhelmus Filius Hugemanni,
Godefridus de Bergis,
Ægidius de Breda,
Bernerus ſive Bayo,
Sigebertus de Ulvenhout,
Gerardus de Tichelt,
Wittemannus de Ginneken,
Henricus Enegheer, &
Arnoldus Omeken antedicti, ad petitionem Nobilis Viri Raſonis Domini noſtri de Breda Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

1291. **D a t u m** anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo, in Nativitate Domini.

U n i v e r s i s Chriſti Fidelibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, *Raſſo de Gaveren* Dominus de Liedekercke & de Breda, ſalutem & rei geſtæ cognoſcere veritatem.

U n i v e r s i t a t i veſtræ notum facimus ac teſtamur tenore præſentium Litterarum noſtrarum, quod licet Religioſi Viri Abbas & Conventus Monaſterii loci Sancti Bernardi Ciſtertienſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, tam à Nobis quàm à Prædeceſſoribus noſtris Domini nis quondam terræ de Breda titulo juſtæ ac legitimæ acquiſitionis acquiſierint ſive conquiſierint omnia bona ſua, quæ de Nobis tenent apud *Haldeberge* infra limites ſive palos infraſcriptos cum omnibus commoditatibus, utilitatibus, libertatibus, juribus & juſtitiis inferioribus univerſis, perpetuis temporibus partim in purum Allodium, & partim in hereditatem perpetuam ab eiſdem pacificè & quietè poſſidenda & habenda, & nihil Nobis omnino juris aut noſtris Succeſſoribus reſervaverimus Nos aut Prædeceſſores noſtri in bonis antedictis, aut in bona ipſa nunc poſſidentibus ſeu in poſterum poſſeſſuris, præter cenſum bonorum prædictorum, quem Nobis dicti Religioſi ſolvere tenentur annuatim, & Dominium Altæ Juſtitiæ noſtræ, ſi reſplendeat in eiſdem; de Dominio tamen Juſtitiæ ſeu Juriſdictionis dictorum Religioſorum in bonis prædictis dubitatum fuit à quibuſdam, in quantum videlicet ſe deberet extendere, & de quibus caſibus dicti Religioſi poſſent judicare, ac uſque ad quam ſummam pecuniæ ipſi emendas, & foreſfactorum ſatisfactiones recipere teneantur & levare.

I d e o q u e dicti Religioſi Nos humiliter ſupplicarunt, quatenus ipſis ſuper hoc certam, diſtinctam & apertam declarationem per judicium & ſententiam Hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda, in publico judicio faceremus, ut ſic dictis Religioſis, & aliis quibuſcumque fidelibus nunc exiſtentibus & in poſterum ſucceſſuris, certitudinaliter poſſet innoteſcere quid juriſdictionis ipſi in bonis ſuis prædictis habere tenentur, & quid juriſdictionis ad Nos & Succeſſores noſtros pertinere dignoſcatur.

N o s igitur tandem devicti precibus eorumdem, & ipſorum pacem & quietem in poſterum pro poſſe noſtro procurare volentes, cupienteſque de medio tollere omnem controverſiæ materiam, quæ poſſet oriri poſtmodum inter ipſos & Nos, Succeſſores ipſorum & Succeſſores noſtros, Homines noſtros Feudales apud Bredam convocavimus,

Godefridum videlicet de Breda, Dapiferum noſtrum,
Sigebertum de Ulvenhout,
Bernerum ſive Bayonem de Breda,
Walterum dictum vanden Houte,
Joannem Filium Sigeberti antedicti,
Anthonium dictum de Oeckle, & plures alios fide dignos, & ipſos in publico multis coram aſtantibus tam Scabinis quàm aliis fide dignis monuimus per fidelitatem, ſive fidem quâ Nobis tenebantur adſtricti, ut Nobis ſuper præmiſſis juſtitiis indicarent veritatem & manifeſtarent per ſuam ſententiam & judicium, quid ad Religioſos prædictos tum ratione Litterarum quas habent de prædictis bonis, tum ratione juris quo à tempore acquiſitionis dictorum bonorum uſque ad tempus iſtud, quo hæc acta ſunt, uſi fuiſſe dignoſcuntur, & quid ad Nos & Heredes noſtros, ratione Dominii ſuperioris, debeat de jure ſecundùm conſuetudinem & legem terræ noſtræ de Breda pertinere.

A t illi unanimiter exeuntes & ſuper hoc conſilium habentes, diligentique indagatione ac moroſâ deliberatioue præhabitâ, perſpectiſque Litteris eorumdem Religioſorum quas de dictis bonis habent, & præſcriptione juris, quod ſibi ab antiquo præſcripſerunt, redierunt, & unanimi conſenſu ſuam ſententiam & ſuum judicium protulerunt in hunc modum:

V i d e l i c e t quòd dicti Religioſi, aut illi qui loco eorum fuerint conſtituti, tum ratione Litterarum ſuarum, quas habent de prædictis bonis, tum ratione juris, quod ſibi uſu longiſſimi temporis, ut prætactum eſt, præſcripſerunt, tenentur & in perpetuum tenebuntur habere in omnibus ſuis bonis prædictis, omnes juſtitias, juriſdi-

juriſdictones, & ſatisfactiones ſeu emendas uſque ad ſummam ſexaginta ſolidorum aſcendentes & infra, ita quod ipſi tenentur, & in perpetuum tenebuntur judicare, cognoſcere, ſeu judicium facere, infra limites ſeu palos omnium bonorum ſuorum prædictorum, de omnibus exceſſibus, forefactis, & injuriis, quorum ſive quarum ſatisfactiones & emendæ ſummam ſexaginta ſolidorum aſcendunt & infra, ſecundùm ſententiam & taxationem legis ſive conſuetudinis Hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda, & omnes ſatisfactiones & emendas de dictis exceſſibus & injuriis provenientes, & uſque ad prædictam ſummam ſexaginta ſolidorum ſe extendentes & inſra, quantulacumque fuerint, recipere tenebuntur dicti Religioſi & levare, contradictione cujuſlibet non obſtante.

Omnia verò foreſacta, quorum ſatisfactiones dictam ſummam 60. ſolidorum tranſcendunt & aſcendunt, ad noſtrum & Succeſſorum noſtrorum judicium ſpectabunt, & inde ſatisfactiones & emendas tenebuntur recipere & levare.

Insuper dicti Homines noſtri Feudales unanimiter judicaverunt & ſententiaverunt, quod ad juriſdictionem & Dominium dictorum Religioſorum de jure pertinet poteſtas & authoritas in dictis bonis ſuis judicem ſæcularem ponendi unum vel plures quotquot voluerint, & quantum temporis voluerint; etiam Scabinos & Juratos inſtituendi & deſtituendi quando & ubi voluerint, per quos hominibus nunc in prædictis bonis commorantibus, vel in poſterum commoraturis, fiat plenariæ juſtitiæ complementum; inſtituendi quoque & deſtituendi famulos, qui vulgariter *Preeter* ſive *Scutter* nuncupantur; leges etiam & judicia, vulgariter *Keuren* appellata, edendi, inſtituendi, & ſaciendi obſervari, recipiendique quod inde evenerit uſque ad ſummam prætaxatam:

Et ut breviter omnia perſtringamus, dicti Homines Feudales noſtri judicaverunt & ſententiaverunt, quod ad dictos Religioſos de jure pertinent omnes juſtitiæ, juriſdictiones, qualeſcumque fuerint, quæ ut prædictum eſt uſque ad ſummam ſexaginta ſolidorum ſe extendunt & infra: & eſt intelligendum ſemper quod & ipſos ſexaginta ſolidos debent recipere, & quidquid ſub eiſdem comprehenditur, & quidquid ad ipſas juſtitias ſive juriſdictiones pertinet faciendum, inſtituendum, ordinandum, præcepiendum, recipiendum & levandum, cum omnibus commoditatibus, utilitatibus & profectibus, proventibus & fructibus, qui & quæ in dictis bonis ab extrinſeco & intrinſeco, & de dictis bonis ſub & infra, nunc & in poſterum poterunt provenire; hoc ſemper excepto, quod, ſicut dictum eſt, omnia & ſingula ſorefacta ſexaginta ſolidos excedentia, & ſatisfactiones eorum ad noſtrum & Succeſſorum noſtrorum judicium & Dominium pertinebunt.

Si verò aliquis caſus ſive exceſſus acciderit, qui ad Dominium juſtitiæ noſtræ ſpectaverit, dicti Religioſi aut qui loco eorum fuerint conſtituti, poterunt ex parte noſtra, ſi voluerint, abſque omni damno, gravamine, vel læſura in perſonis ſuis vel in rebus, & abſque omni offenſa, vel animadverſione noſtri vel Succeſſorum noſtrorum adversùm Nos, ſe tam diu de dicto caſu intromittere, donec ad noſtrum, vel illius, qui loco noſtri fuerit conſtitutus, judicium ipſe caſus fuerit plenariè devolutus.

Hanc igitur declarationem juſtitiarum præmiſſarum, per judicium & ſententiam Hominum noſtrorum Feudalium præmiſſorum, ut præmiſſum eſt factam, ratam habentes & gratam, ipſam recognoſcimus, judicamus, & ſententiando pronuntiamus veram fore, juſtam, & legitimam, & in poſterum irretractabilem & irrevocabilem, & ipſam promittimus & tenebimur tam Nos quàm Succeſſores noſtri perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare, mandantes & diſtrictè præcipientes univerſis Bailivis, Scultetis, famulis noſtris terræ de Breda, maximè autem Dapifero noſtro prædicto qui nunc eſt, & omnibus ſucceſſuris eidem, Heredibuſque & Succeſſoribus noſtris univerſis, Religioſos prædictos tam in bonorum omnium præmiſſorum tenore, quàm in juſtitiarum præmiſſarum omnium ad ipſa bona pertinentium, prout ſuperiùs ſunt poſitæ & declaratæ, perpetuâ, debitâ & pacificâ poſſeſſione conſervent, nec contra dictos Religioſos occaſione prædictorum bonorum aut juſtitiarum præmiſſarum, ad ipſa bona pertinentium, aliquid attentare præſumant.

Quod ſi quicquam ab aliquo fuerit attentatum, decernimus & recognoſcimus illud injuſtum fore, iniquum & indebitum, & contra veram ſententiam & juſtum judicium Hominum noſtrorum Feudalium terræ noſtræ de Breda eſſe factum & præſumptum: & ideò promittimus pro Nobis & noſtris Succeſſoribus, & tenebuntur illud, quoties neceſſe fuerit & requiſiti fuerimus, fideliter corrigere, reformare, & ad ſtatum priſtinum & debitum revocare.

Limites verò ſive pali dictorum bonorum ſunt iſti: Inchoant enim bona prædicta, ad quoddam obſtaculum, vulgariter dictum *Veken*, ſitum ſuper *Niſpendyck*, ubi nunc ingreſſus eſt ad bona prædicta, & tendunt hac & illac ſecundùm quod foſſatum ipſorum ſe extendit, uſque ad quemdam palum versùs *Calſdonck* ſtantem; & ab illo loco tendunt bona prædicta, circumeundo hac & illac ſecundùm quod foſſatum eorum ſe extendit, uſque ad alium quemdam palum ſitum versùs *Heſſelake*; & ab hinc tendunt bona prædicta, circumeundo hac & illac ſecundùm quod foſſatum eorum ſe extendit, uſque ad quemdam alium palum ſitum propè *Barlake*; & ab hinc tendunt bona prædicta, curcumeundo hac & illac ſecundùm extenſionem foſſati ipſorum, uſque ad quemdam lacum, vocatum vulgariter *Middelmeer*, & pertinet totus lacus iſte ad bona prædicta; & à lacu prędicto tendunt bona prædicta per medium fluvii, qui vocatur *Marka*, circumeundo hac & illac prout Marka ſe extendit, uſque ad quemdam alium lacum, qui vocatur *Overſcerene*, qui & ipſe lacus ſimiliter pertinet totaliter ad bona prædicta; & ab illo lacu tendunt bona prædicta circumeundo hac &

illac

illac uſque ad quemdam locum, ubi nunc de novo fundata eſt quædem Capella; & à prædicto loco tendunt bona prædicta circumeundo parum uſque ad quemdam locum, qui vocatur *Sprange*; & exinde tendunt circumeundo prout Spranga ſe extendit hac & illac uſque ad quemdam lacum vocatum vulgariter *Huelmeere*; & ab hinc reflectuntur ſupra palum primum ſitum ſupra *Niſperdyck*.

In quorum omnium teſtimonium & memoriam ſempiternam, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris eſt appenſum, rogantes ad majorem præmiſſorum firmitatem prædictos Homines noſtros Feudales, quorum judicio & ſententiâ acta ſunt omnia prædicta, videlicet

Godefridum de Bergis, Dapiferum noſtrum,
Sigebertum de Ulvenhout, &
Joannem Filium ejus,
Bernerum ſive Bayonem de Breda, &
Arnoldum Filium ejus,
Walterum dictum Vanden Houte,
Wiricum de Ulvenhout &
Anthonium dictum de Oecle, de quibus omnibus Arnoldus videlicet & Wiricus ſuperiùs non ſunt poſiti, ut præſentibus Sigilla ſua Nobiſcum apponant.

Nos igitur
Godefridus de Bergis, Dapifer,
Sigebertus de Ulvenhout,
Joannes ejus Filius,
Bayo ſive Bernerus,
Arnoldus Filius ejus,
Walterus,
Wiricus, &
Anthonius ſupra dicti, Homines Feudales Domini de Breda, ad inſtantiam & petitionem Domini noſtri Sigilla noſtra præſentibus Litteris apponimus in ſignum veritatis & in teſtimonium omnium præmiſſorum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, in die Beati Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. 1298.

CAPUT C.

Abbas S. Bavonis Gandavi Ordinis S. Benedicti anno 1293. *declarat ſe Patronum Beneficiorum Eccleſiæ S. Mariæ & S. Bavonis in* Ardenburgo *in Flandria, ubi paulò poſt erectum fuit Capitulum Canonicorum, quod nunc deſiit.*

Ex Archivis Tornacenſis Eccleſiæ.

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo, Domino J. Tornacenſi Epiſcopo, Frater Johannes permiſſione Divinâ Miniſter humilis Eccleſiæ Sancti Bavonis Gandenſis, Tornacenſis Diœceſis, totuſque ejuſdem loci Conventus ſalutem & reverentiam cum ſubjectione tam debita, quàm devota.

Vestra noverit Paternitas reverenda, quod Nos in hoc ſumus unanimiter concordati, quod Nobis placet ac volumus, quod beneficia quatuor Sacerdotum Parochialium Eccleſiarum B. Mariæ & Sancti Bavonis in *Ardenborch* præfatæ Diœceſis, & Capellaniæ dictarum Eccleſiarum in eiſdem nunc exiſtentes, & omnia alia beneficia & officia in præſcripta Villa de *Ardenborch* nunc exiſtentia in eo ſtatu quo nunc ſunt permanentes, ad noſtram ſpectent de cetero præſentationem, ſicut hactenus ſpectaverunt.

Sed de beneficiis quæ de cetero conſtituentur in Eccleſia Beatæ Mariæ antedicta de obventionibus fabricæ Eccleſiæ ſæpedictæ & de oblationibus, necnon perpetuis redditibus intuitu Eccleſiæ acquiſitis & impoſterum acquirendis: Nobis placet & in hoc conſentimus, quod Collatio conſtituendorum beneficiorum hujuſmodi prima ad noſtram, ſecunda ad veſtram, & tertia ad noſtram Collationem, & ſic deinceps qualitercumque proceſſu temporis hujuſmodi beneficia vacare contigerit, in perpetuum ſpectare debeat alternatim.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, quarto Nonas Junii. 1293.

CAPUT CI.

Bonifacius VIII. *Pontifex in Oppido Ardemburgenſi (olim Diœceſis Tornacenſis, dein Brugenſis) inſtituit Capitulum Canonicorum anno* 1294; *ſuique Mandati Executores conſtituit Joannem de VVaſonia Epiſcopum Tornacenſem, & VValtherum Abbatem S. Bavonis Gandavi.*

Ex Ms. Archivis Eccl. Tornacenſis.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis Johannes miſeratione Divinâ Tornacenſis Epiſcopus & Walterus eâdem permiſſione Abbas Monaſterii Sancti Bavonis Gandenſis Ordinis Sancti Benedicti Tornacenſis Diœceſis, Executores ad infraſcripta à Sede Apoſtolica deputati ſalutem in eo qui eſt omni vera ſalus.

Noverit univerſitas veſtra, Nos mandatum Apoſtolicum ſeu Litteras Apoſtolicas omni ca-

rentes ſuſpicione recepiſſe & habere, tenorem qui ſequitur continentes.

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacenſi & dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Bavonis Gandenſis Ordinis Sancti Benedicti, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ex ſuſcepto à Nobis Apoſtolatûs Officio Eccleſiarum omnium ſollicitudo Nobis immineat generalis, decet Nos circa ea efficax ſtudium adhibere, per quæ in Eccleſiis ipſis cultus Divini nominis augeatur.

Sane petitio tua, Frater Epiſcope, Nobis exhibita, continebat, quod Parochialis Eccleſia S. Mariæ Ardemburgenſis tuæ Diœceſis, cujus tu, Fili Abbas, Patronus exiſtis, & in qua ſunt tantùm quatuor Presbyteri gerentes curam animarum, quod ipſi Eccleſiæ imminet, instituti, per quos & alios Capellanos perpetuos ac etiam alios annuales & conductitios Sacerdotes ipſi Eccleſiæ deſervitur, in redditibus & proventibus ſic habundant, quod ex eis decens Canonicorum Collegium ſufficienter ſuſtentari valeret. Quare pro parte tua, prædicte Epiſcope, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut in Eccleſia ipſa faceremus hujuſmodi Collegium ordinari.

Nos igitur cupientes in eadem Eccleſia Divinum cultum per noſtræ providentiæ præſidium augmentare, ac de veſtræ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica dicta mandamus, quatenus ad præfatam Eccleſiam perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, de facultatibus ipſius Eccleſiæ ac aliis circumſtantiis quæ ſuper hoc fuerint attendendæ, ſollicitè inquiratis, & ſi prædictæ ad hoc ſufficiant facultates, & ſecundùm Deum videritis expedire, in eadem Eccleſia Præbendas & Vicarias auctoritate noſtrâ juxta ipſarum exigentiam facultatum ordinare curetis, inſtituendo Canonicos & Vicarios in eadem, & ordinando qualiter debeant de dictis Præbendis & Vicariis, cum eas pro tempore vacare continget, diſponi.

Nonobstante quod per quoſdam Laïcos, *Proviſores* vulgariter nominatos, redditus & proventus ipſius Eccleſiæ pro parte conſueverunt recipi, & per eoſdem Laïcos Presbyteris in eadem Eccleſia ſervientibua & aliis quibuſcumque ipſi Eccleſiæ ſuas operas vel aliàs obſequia impendentibus miniſtrari; ſeu ſi aliquibus à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari aut interdici nequeant, vel ſuſpendi.

Contradictores per cenſuram Apoſtolicam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Datum Anagniæ nono Julii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Nos igitur mandatum hujuſmodi volentes, ut tenemur, cum omni reverentia exequi diligenter, & ut Eccleſia Dei congruis decoretur honoribus cupientes, juxta mandatum Apoſtolicum, ad Eccleſiam Ardemburgenſem perſonaliter acceſſimus, & ibidem de facultatibus Eccleſiæ, & circumſtantiis aliis quæ ſuper hoc erant attendendæ, ſollicitè inquiſivimus, ſecundùm mandati prædicti tenorem, ſolum Deum habentes præ oculis, qui in ſua ſapientia cuncta ſuaviter ordinat & diſponit.

Par quam quidem inquiſitionem Eccleſiam ipſam ita in facultatibus invenimus habundantem, qnod ibi decens Canonicorum & Vicariorum Collegium inſtitui congruè poterat, ac etiam ordinari.

Verum Nos, conſideratis facultatibus Eccleſiæ & ſufficientiâ earundem, ſecundùm Deum credentes expedire, de ipſa Eccleſia & facultatibus ejuſdem, auctoritate Apoſtolicâ, ad honorem Dei & Glorioſiſſimæ Virginis Genitricis ejuſdem Mariæ, ad cujus laudem ipſam Eccleſiam frequentibus Miraculis Nos & hominum pars maxima ab eodem Domino novimus multipliciter inſigniri, ſic ordinandum duximus ac etiam ſtatuendum, ordinamus etiam atque ſtatuimus:

Videlicet quod quatuor Parochiales Preſbyteri, qui ſunt ab antiquo in prædicta Eccleſia conſtituti, & eorum ſucceſſores, quatuor Canonicatus ſeu Præbendas ſuis Parochialibus Eccleſiis aunexas habeant de cetero & habebunt, de quibus diſtributiones prout alii Canonici infraſcripti & nihil ulteriùs percipient & habebunt.

In Eccleſia autem ipſa, duodecim alios Canonicatus & Præbendas inſtituimus, quorum quilibet Canonicus, qui in eis inſtituetur pro tempore, habebit pro groſſis fructibus ſuis viginti libras Pariſ. dum tamen in Eccleſia perſonalem reſidentiam aut peregrinationem faciat, vel militiam exerceat Studiorum. Presbyteri verò Parochiales, ſi Curis ſibi commiſſis vacaverint, pro præſentibus habebuntur. Reſidentia autem, quam facere tenebuntur Canonici, triginta obdomarum ſpacium continebit, quam incipient facere quolibet anno inter Feſtum Trinitatis & Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ. Qui ſiquidem Canonici diſtributiones accipient prout inferiùs continetur.

Quilibet Canonicus, dum tamen interſit horis à principio ſcilicet uſque ad finem, niſi legitimo fuerit impedimento detentus, pro Matutinis tres denarios, pro Prima unum, pro Tertia unum, pro Meridie unum, pro Miſſa mortuorum & commendationibus duos, pro magna Miſſa duos, pro Nona unum, pro Vigiliis mortuorum duos, pro Veſperis nnum, & pro Completorio unum denarios Pariſienſes diebus ſingulis percipiet & habebit.

Capellanr quoque & Cuſtos ab antiquo in ipſa Eccleſia inſtituti, vel qui in poſterum inſtituentur ibidem, ſi horis prædictis à principio uſque ad finem, niſi legitimè impediantur, interfuerint, ſingulis diebus dimidium hujus quod Canonici horis prædictis percipiunt, habebunt.

Instituimus inſuper in ipſa Eccleſia duos Vicarios qui de diſtributionibus æqualiter cum Capellanis recipient, dum tamen horis nocturnis & diurnis à principio uſque ad finem interſint, cujuſlibet impedimenti excuſatione ceſſante.

Quod ſi foranei fuerint Canonici ſupradicti,

ctì, quinque ſolidos Pariſienſes tantummodo habebunt pro fructibus ſuis groſſis: quorum foraneorum fructus diſtribuentur inter Canonicos in Eccleſia reſidentes, Capellanos & Vicarios, pro rata quam quilibet recipit in diſtributionibus memoratis.

Hac autem primâ vice in Eccleſia ipſa Decanum inſtituimus videlicet Nicolaum unum de curatis prædictis, qui Decanus & ejus Succeſſores duplum in diſtributionibus cum ceteris Canonicis percipiet & habebit. Cum verò Decanatus de cetero vacaverit, eligetur in Decanum per Capitulum, unus de prædictis quatuor Presbyteris Parochialibus & non aliter. Qui Decanus ad continuam & perpetuam reſidentiam in eadem Eccleſia tenebitur & tenetur.

Cantorem etiam hàc primâ vice ibidem inſtituimus Magiſtrum Johannem de Lieſſio Canonicum Eccleſiæ ſupradictæ, qui æqualiter cum Decano percipiet in diſtributionibus, & ad continuam teneri volumus reſidentiam perſonalem.

Nec eſt omittendum, quod Decanus & Cantor quotiens in eadem Eccleſia eligentur, tenentur & tenebuntur confirmandi vel infirmandi Nobis Epiſcopô & Succeſſoribus noſtris Epiſcopis Tornacenſibus à Capitulo præſentari. Inſuper de prædictis duodecim Canonicatibus, quatuor de cetero conferri volumus jam promotis in Sacerdotes, vel infra annum promovendis: quatuor verò jam promotis in Diaconos vel promovendis infra annum: & quatuor jam promotis in Subdiaconos vel infra annum promovendis.

Similiter Decanus & Capitulum anno quolibet inter Pentecoſten & Nativitatem B. Johannis Baptiſtæ, unum Argentarium ſive Receptorem & diſtributorem bonorum Eccleſiæ prædictæ eligent, & ſibi ſalarium conſtituent, prout videbitur expedire.

In ceteris quoque prædictæ Eccleſiæ Officiis & Statutis præſenti Paginâ non contentis volumus, & auctoritate prædictâ ſtatuimus, dictos Decanum & Capitulum ad conſuetudines & Statuta ſuæ Matris Eccleſiæ Tornacenſis habere recurſum, & eaſdem volumus & præcipimus firmiter obſervari.

Si verò retroactis temporibus per Prædeceſſores noſtros factæ fuerint aliquæ Ordinationes vel Conſtitutiones, quæ præſenti Statutò obvient in aliquo vel diſcordent, Nos Auctoritate Apoſtolicâ & noſtrâ illas ex nunc annullamus totaliter ac etiam revocamus.

Retinentes Nobis & Succeſſoribus noſtris in præmiſſis omnibus & ſingulis addendi, minuendi, corrigendi, interpretandi, & alia quæ circa præmiſſa opportuna ſuerint faciendi plenariam poteſtatem.

Et hoc ſecimus & ſtatuimus, Epiſcopali in omnibus jure ſalvo. In contradictores, impedientes, perturbantes, & rebelles quoſcumque qui contra præmiſſa venire vel attemptare, ſeu eadem impedire, vel perturbare præſumpſerint, vel ad hoc faciendi conſilium vel auxilium præſtiterint, palam, publicè, vel occultè, ſi ſit uoiverſitas vel Collegium, ipſos Eccleſiaſtico ſuppooimus interdicto: ſi verò ſingulares perſonæ fuerint, cujuſcumque præeminentiæ, ſtatûs, vel conditionis exiſtant, ipſas in his Scriptis auctoritate Apoſtolicâ excommuoicationis vinculo innodamus, cujus ſententiæ abſolutionem penes Nos ſpecialiter retinemus.

In quorum omnium teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus Litteris ſunt appenſa.

Datum anno Domini M. CC. XCVI. ſecundo Kalendas Aprilis. 1296.

CAPUT CII.

Raso de Gavera *Dominus de Liedekercke & de Breda, cum Filio ſuo Primogenito, dat Abbati & Conventui Monaſterii de Tongerloo* 41. *bonaria in miricis, & approbat omnes donationes præcedentes à ſe aut ſuis Prædeceſſoribus dicto Conventui factas.*

Ex Gramaye Antiq. Bred.

Nos Raso de Gavera, Dominus de Liedekercke & de Breda, & Raſſo de Liedekercke Miles, Dominus de Boulaer ejus primogenitus, notum facimus univerſis præſentibus & futuris, præſens Scriptum viſuris & audituris, quòd Nos ob Divinæ renumerationis intuitum, & ut plenam participationem omnium bonorum, quæ faciunt, vel in poſterum Domino largiente per Dei gratiam ſunt facturi, obtinere poſſimus, contulimus Viris Religioſis, videlicet Abbati & Conventui Monaſterii de *Tongerloo* Ordinis Præmonſtratenſis, Cameracenſis Diœceſis, quadraginta & uoum bonaria io miricis ſita inter bona quæ vocantur *Stoght* & *Aeſvort*, ex illa parte Leembercken Braecke versùs Orientem, & abhinc uſque medium rivi, qui dicitur *Ryt*, prout pali ibidem poſiti demonſtrant, ſub annuo cenſu.... denariorum Flandrenſium, monetæ quæ dicitur *Grawere*, Nobis & noſtris Succeſſoribus in Feſto Remigii in *Baerle* annis ſingulis ſolvendo, perpetuò poſſidenda, tenenda, & habenda; dicta bona & manſionarios, ſi qui in ipſis proceſſu temporis ſunt moraturi, ab omni exactione, petitione & ſervitio abſolventes, & perpetuæ libertati donantes.

Præterea Curtem ipſorum de *Nuwelanda* cum bonis antiquis, io agris, paludibus, miricis, paſcuis, & omnibus pertinentiis, à parte Occidentali dictæ Curtis, uſque ad medium rivi

versùs Buſcum qui vocatur *Zammelen*, & à palo ibidem poſito per dictum rivum deſcendendo uſque ad palum versùs Orientem, juxta Aeſvort poſitum, nec non bona de Stoght, & omnia alia & ſingula bona, quæ dictis Religioſis à Nobis ſeu noſtris Prædeceſſoribus, felicis memoriæ, Dominis terræ de Breda, ſeu quibuſcumque aliis perſonis, in diſtrictu dictæ terræ noſtræ quocumque modo, jure, ſive titulo ſunt collata, approbamus, ratificamus, confirmamus, promittentes dictis Religioſis dicta bona omnia & ſingula perpetuò warandire & debitam warandiam facere contra quoſcumque Juri & Juſtitiæ parcere volentes.

In cujus rei teſtimonium & munimen, Abbati & Conventui prædictis contulimus has Litteras Sigillis noſtris ſigillatas.

Datum apud *Roſendale* anno Domini, milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, 1294.
Sabbatho poſt Dominicam quâ cantatur: *Invocavit me*.

CAPUT CIII.

Raso de Gavera, *de quo ſupra, declarat Jus Patronatûs Eccleſiæ de* Etten *pertinere ad Inveſtitum de* Ghilſen, *anno* 1299.

Ex Gramaye Antiq. Bred.

Nos Raso de Gaveren, Dominus de Liedekercke, & de Breda, univerſis præſentes Litteras viſuris ſalutem & cognoſcere veritatem.

Universitati veſtræ notum eſſe cupimus, quòd cum diſcretus Vir Jacobus Conſey Bekenſis Decanus, Inveſtitus Eccleſiarum de *Gilze* & de *Merterſen*, Nobis non ſemel ſed pluries quæſtiones moviſſet ſuper eo quod ipſe Inveſtitus affirmabat jus præſentandi ad Eccleſiam ſeu Appenditium de *Ettene*, quod eſt membrum Eccleſiæ de *Merterſen*, cujus Eccleſiæ de *Merterſen* collatio ſeu præſentatio ad ipſum Inveſtitum pertinere dignoſcitur, de jure ad ipſum etiam præſentatio ſeu collatio Eccleſiæ ſeu appenditii de *Ettene* ſpectare deberet; & licet Nobilis Vir Henricus quondam Dominus de Breda, & Inveſtitus Eccleſiæ de *Gilze* (quæ eſt Matrix Eccleſia dictarum Eccleſiarum ſeu appenditiorum de *Merterſen* & de *Ettene*) authoritate Domini Epiſcopi Leodienſis, propter pericula vitanda & propter commoditatem & Divinum cultum augmentandum, dictam Eccleſiam ſeu appenditium de *Ettene* per ſectionem à dicta Parochia de *Merterſen* extractam eſſe, per ſe Parochiam eſſe impetraverit, ſalvo jure Matricis Eccleſiæ, tanquam Inveſtitus ibidem; quodque Dominus Arnoldus bonæ memoriæ, Dominus quondam in Breda, ad ipſam Eccleſiam ſeu appenditium de *Ettene*, in præjudicium & in injuriam ipſius Inveſtiti prædicti de facto præſentavit, ipſo Inveſtito reclamante & contradicente.

Nos cum tandem ad querimoniam prædicti Inveſtiti compertâ veritate à quampluribus probis teſtibus terræ noſtræ, ſub ſuo ſacramento examinatis, ita eſſe, ut prædictum eſt; recognoſcimus & per præſentes expreſſè profitemur Nos & ſucceſſores noſtros nullum jus habere in Eccleſia ſeu appenditio de *Ettene* prædicto, ſive in collatione ſive in jure Patronatûs Eccleſiæ ſeu appenditii ejuſdem, volentes quòd prædictus Inveſtitus & ſui Succeſſores, ſine aliqua contradictione noſtra vel Succeſſorum noſtrorum, de ipſa Eccleſia ſeu appenditio de *Ettene*, & de jure præſentandi ſeu collatione ejuſdem Eccleſiæ ſive appenditii, ipſe & ſui Succeſſores liberè gaudeant nunc & in futurum.

Et ne præmiſſa, vel aliquid præmiſſorum à Nobis vel ab aliquibus Succeſſoribus noſtris (quod abſit) valeat in poſterum calumniari, præſentes Litteras prædicto Inveſtito & ejus Succeſſoribus contulimus Sigilli noſtri munimine roboratas.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſi- 1299.
mo nonageſimo nono, feriâ quintâ ante ramos Palmarum.

CAPUT CIV.

Abbatiſſa Thorenſis tranſigit cum Inveſtito de Gilzen, *ſuper decimas de* Ginneken, Bavel & Merterſen, *anno* 1299. *cum ratificatione Epiſcopi Leodienſis.*

Ex Gramaye Antiq. Bred.

In nomine Domini. Amen. Reverendo in Chriſto Patri Domino Hugoni Dei gratiâ Leodienſi Epiſcopo, ac ipſius Vicariis in ſpiritualibus, & omnibus aliis ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Guda, Dei patientâ, Abbatiſſa, totuſque Conventus Monaſterii de *Thoren*, Ordinis S. Benedicti, Leodienſis Diœceſis, nec non Jacobus Inveſtitus Eccleſiæ de *Gilze* ejuſdem Diœceſis Presbyter notitiam veritatis cum ſalute.

Humilis doctrinæ Magiſter humiles inſtruxit diſcipulos ſalem & pacem habere, ut pacis lenitas ſalem ſapientiæ mulceat, & ſal ſapientiæ pacis condat lenitatem.

Ea-

Ea-propter Nos juxta doctrinam Domini pacem perpetuam affectantes & omnem occaſionem futuræ diſcordiæ repellere à Nobis & à noſtris Succeſſoribus cupientes, tenore præſentium Litterarum pro Nobis & noſtris Succeſſoribus profitemur, quod à tempore, à quo memoria non exiſtit, Nos Abbatiſſa prædicta, & aliæ Abbatiſſæ quæ ante noſtra tempora dicto Thorenſi Monaſterio præfuerunt, in Parochia dictæ Matricis Eccleſiæ de *Gilze* (cujus Eccleſiæ Jus Patronatûs ad Nos Abbatiſſam prædictam dignóſcitur pertinere) pacificè poſſedimus, & adhuc poſſidemus decimas groſſas, tam novales quàm antiquas, exceptis decimis de uno manſo terræ dicto *Kerckenlant* in dicta Parochia, nec non locorum de *Molenſchot*, de *Caume*, & de *Bavele*, appenditio dictæ Eccleſiæ de *Gilze*, & ejus pertinentiarum, videlicet de *Lyndonck* & de *Voort*;

Et etiam decimas groſſas tam novales quàm antiquas de *Ginneken*, appenditio ejuſdem Eccleſiæ de *Gilze*, videlicet de locis, quæ dicuntur *Ulvenhout*, *Galre*, *noch Haſſelt*, *kleyn Ulvenhout*, & *Ypelaer*: & Nos Conventus prædictus à tempore viginti & octo annorum nuper elapſorum poſſedimus & adhuc poſſidemus decimas groſſas tam novales quàm antiquas de *Merterſen*, appenditio dictæ Eccleſiæ de *Gilze*, exceptis decimis de *Eſſene*, de *Burxſch*, de *Overvelt*, & de uno manſo dicti appenditii de *Merterſen*, dicto *Kerckenlant*:

Nec non duas partes decimarum groſſarum tam novalium quàm antiquarum de *Ettene* appenditio dictæ Eccleſiæ de *Gilze*, & etiam totam groſſam decimam tam novalem quàm antiquam loci, qui dicitur *Sprundele*.

Et quod Inveſtitus dictæ Eccleſiæ de *Gilze*, & ſui Prædeceſſores ejuſdem Eccleſiæ Inveſtiti, ſuis temporibus pro ſua portione habuerunt & detinuerunt ab antiquo pro ſe & ſuis Vicariis decimam minutam in Parochia dictę Matricis Eccleſiæ & ejus appenditiis, ſcilicet de *Ginneken* & de *Merterſen* prædictis, nec non groſſas decimas tam novales quàm antiquas de dictis manſis terræ dictis *Kerckenlant*, apud *Gilze* & apud *Overvelt* exiſtentibus, & locorum de *Molenſchot*, de *Caume*, de *Bavele*, dictarum de *Bavele* pertinentiarum, de *Eſſene*, de *Burxſch*, & de *Overvelt* prædictorum, cum oblationibus & bonis aliis, & eis contenti fuerunt.

Et omnia & ſingula præmiſſa vera eſſe Nos *Jacobus* Inveſtitus prædictus dictæ Eccleſiæ de *Gilze* pro Nobis & noſtris Succeſſoribus recognoſcimus per præſentes, proteſtantes bona prædicta, quæ Nos & noſtri Prædeceſſores habuimus & habemus, valentia annuatim quadraginta libras groſſas Turon. ſufficere Nobis ad onera Parochialia plenariè ſupportanda:

Conſentimuſque ſpontaneè Nos Partes prædictæ pro Nobis & noſtris Succeſſoribus, & amicabiliter componimus, & etiam ordinamus, quod Nos Abbatiſſa & Conventus prædicti, & quæ Nobis ſunt in eodem Monaſterio ſucceſſuræ, dictas groſſas decimas tam novales quàm antiquas locorum prædictorum, quas ut prædicitur habuimus & poſſedimus, habeamus in poſterum & poſſideamus pacificè & quietè, aliis decimis, oblationibus, & bonis ſupradictis, vobis Inveſtito prædicto & veſtris Succeſſoribus conſervatis: quibus Nos Inveſtitus & Succeſſores noſtri debemus eſſe contenti; promittimuſque Nos Partes prædictæ ad invicem pro Nobis & noſtris Succeſſoribus ſtipulantes, fide à Nobis præſtitâ corporali, quod præmiſſa omnia & ſingula obſervabimus, nec non Pars alia litem vel controverſiam ſeu etiam quæſtionem movebit in futurum occaſione præmiſſorum per ſe vel alterum, de jure vel de facto; ſed omnia & ſingula ſupradicta perpetuò firma, grata & rata habebimus & tenebimus, nec contra ea faciemus vel veniemus aliquâ ratione vel cauſâ.

Et ut præmiſſa omnia perpetuò robur obtineant firmitatis, ſupplicamus vobis Reverende Pater Domine Leodienſis Epiſcope, ſeu veſtris Vicariis prædictis, ut prædictam noſtram compoſitionem & ordinationem propter bonum pacis & ad vitandam inter Nos & Succeſſores noſtros contentionis ſeu diſcordiæ materiam, ratificare & confirmare velitis.

In quorum teſtimonium & munimen præſens publicum inſtrumentum per infraſcriptum Notarium publicum Nos Partes prædictæ ſcribi & publicari fecimus & Sigillorum noſtrorum appenſione communiri, cui etiam Sigillum Eccleſiæ Leodienſis ad cauſſas appendi poſtulamus.

Actum per Nos Jacobum Inveſtitum prædictum, ſub anno Nativitatis Domini milleſi- 1299.
mo ducenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecimâ, viceſimâ ſecundâ die Menſis Maii, apud *Baerle* Leodienſis Diœceſis, præſentibus diſcretis Viris,

Domino Henrico Presbytero Vicario dictæ Eccleſiæ de *Gilze*,
Ludovico Capellano in dicta *Thorenſi* Eccleſia,
Gerardo dicto Haecke,
Arnoldo dicto Block, &
Wilhelmo de Hers, Viris litteratis prædictæ Diœceſis, Teſtibus vocatis ad præmiſſa:

Per Nos verò Abbatiſſam & Conventum prædictos, ſub anno & Indictione prædictis, viceſimâ quintâ die menſis prædicti, apud *Thoren*, præſentibus

Magiſtro Wilhelmo de Beke juxta Bredam in Campinia, &
Joanne de Thoren, Eccleſiarum Inveſtitis,
Ludovico, &
Rutgero Capellanis in dicta *Thorenſi* Eccleſia,
Wilhelmo de Hers &
Henrico de Rulemonde Matriculario in *Thoren* prædictæ Diœceſis, vocatis ad hæc Teſtibus & rogatis.

Infrà ſcriptum erat:

Et ego Magiſter Petrus de Alvano Clericus, Imperiali publicus authoritate Notarius, prædictis profeſſioni, recognitioni, proteſtationi, conſenſui, compoſitioni & ordinationi, promiſſioni, ſtipulationi & ſupplicationi factis à

dictis Partibus, pront ſuperiùs ſunt conceptæ, unà cum dictis Teſtibus præſens interfui, dictas promiſſiones & ſtipulationes à dictis Partibus recepi, ac de mandato dictorum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii de *Thoren*, & dicti Jacobi Inveſtiti dictæ Eeclefiæ de *Gilze*, præſens publicum inſtrumentum inde confeci, cui unà cum eorum Sigillis, & Eccleſiæ Leodienſis ad cauſſas Sigillo ab eis poſtulato, ſignum meum conſuetum appoſui rogatus.

Inferiùs ſcriptum erat;

ET Nos Capitulum Eccleſiæ Leodienſis, ad poſtulationem dictorum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii de *Thoren*, & dicti Jacobi Inveſtiti dictæ Eccleſiæ de *Gilze*, prædictæ Diœceſis, Nobis reportatam & relatam per dictum Notarium Publicum à Nobis ad hoc deſtinatum, cui fidem adhibemus in hac parte, præſenti publico inſtrumento manu & ſigno prædicti Notarii confecto & ſignato, Sigillum Eccleſiæ noſtræ Leodienſis ad cauſſas unà cum eorum Sigillis duximus appendendum.

Ratificatio Epiſcopi Leodienſis.

ADULPHUS Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras viſuris in Domino ſalutem.

NOVERINT univerſi quòd Nos viſis & intellectis diligenter Litteris ſuper compoſitionem & ordinationem, de quibus in eiſdem Litteris, quibus hæ noſtræ Litteræ ſont infixæ, mentio habetur, eas, ſicut juſtè & rationabiliter factæ ſunt, propter bonum pacis & ad vitandam contentionis & diſcordiæ materiam in futurum, ad ſupplicationem Partium, ratificamus, & etiam authoritate ordinariâ confirmamus.

IN cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum noſtrum eſt appenſum.

DATUM feriâ ſextâ poſt diem Cinerum, anno Domini milleſimo trecenteſimo primo. 1301.

CAPUT CV.

PHILIPPUS PULCHER *Galliæ Rex confirmat Privilegia ac Libertates Abbatiæ Laudenſis, Ordinis Ciſtertienſis, anno* 1304.

Ex Gallo-Flandria Buzelini.

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus univerſis tam præſentibus, quàm futuris, quòd Nos dilectorum noſtrorum Abbatis & Conventûs Monaſterii de Laude prope Inſulam in Flandria Ordinis Ciſtertienſis ſupplicationibus annuentes, eiſdem, ac Eccleſiæ, ſeu Monaſterio ſuo duximus concedendum:

QUOD ipſi conqueſta ab eis ſuæ Eccleſiæ nomine facta à tempore retroacto uſque ad tempus conceſſionis hujuſmodi, in feodis, retrofeodis, & Allodiis noſtris, aut ſubditorum noſtrorum, in quantum ad Nos ſpectat, tenere poſſint perpetuò, abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, vel præſtandi Nobis financiam pro eiſdem.

ITEM quòd bona eorum mobilia non capientur, vel juſtitiabuntur in aliquo caſu per juſtitiam ſæcularem. Item quòd in caſu, ubi licitè bona ipſorum immobilia capi contingeret, ea conſumi, vel deſtrui non liceat, aut expendi: quòd ſi fiat, id ante omnia faciemus emendari, & eos indempnes ſervari: & quod ſi ad ipſorum bonorum ſaiſinam vel cuſtodiam ſervientes deputari oporteat, unus tantummodo ſerviens in Abbatia, & in qualibet Domo ipſorum deputetur, qui de ſtipendiis ſuis vivere teneatur, prout in noſtris continetur Statutis.

ITEM quod recognitiones & advocationes novæ, quæ ab ipſorum Religioſorum ſubditis Nobis fiunt, nullatenus admittentur, & factas de novo faciemus penitùs revocari.

ITEM quòd Baillivi & alii Officiales noſtri teneantur jurare, quòd mandata ſibi facta, & facienda per Litteras noſtras pro Eccleſia illa, & perſonis ejuſdem, abſque difficultate fideliter exequentur.

ITEM quòd non impedientur, aut inquietabuntur ſuper poſſeſſionibus, ſive redditibus emptis per ipſos in feodis, retrofeodis, aut cenſivis ſuis, in quibus omnimodam, altam & baſſam habent juſtitiam, quin poſſeſſiones & redditus taliter acquiſitos perpetuò tenere valeant, abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, aut præſtandi Nobis financiam pro eiſdem.

ITEM quòd tollantur gravamina eis per gentes noſtras illata, ac noſtra jam conceſſa Statuta ſerventur, & ea Baillivi noſtri jurare teneantur ſe firmiter ſervaturos.

ITEM quòd ad opus garniſionum noſtrarum bona eorum vel ſubditorum ſuorum eis invitis non rapientur.

ITEM quòd pro gravaminibus ſibi illatis corrigendis, de quibus liquebit, auditoris non ſuſpectos eiſdem, cum requiſiti fuerimus, concedemus, qui vice noſtrâ ceteris complementum juſtitiæ ſuper hæc fideliter exhibebunt.

ITEM quòd non puniantur pro delictis Monachorum, aut Converſorum, aut Familiarium ſuorum, niſi quatenus ſunt propter hæc puniendi de jure, vel de conſuetudine Patriæ, cui ſubſunt.

ITEM quòd non impedientur perſonas ſuæ Abbatiæ, & earum mobilia, cum armis moderatè, vel ſine armis, ac delinquentes in ſua Abba-

tia,

tia, ſeu locis ipſius capere, quatenus facere conſueverint.

Quod ut firmum & ſtabile permaneat, ſalvo in aliis jure noſtro, & in omnibus alieno, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum.

Actum Pariſiis anno Domini M. CCC. IV. menſe Junio.

CAPUT CVI.

GUILIELMUS *Hannoniæ & Hollandiæ Comes, Romanorum Rex electus, concedit Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim, Ordinis Ciſtertienſis, immunitatem à theloneo per Hollandiam & Zelandiam, anno* 1314.

Ex Hiſtoria Epiſcopatus Antverp.

WILHELMUS Dei gratiâ Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus. Univerſis hanc Litteram inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum.

AD imitationem Prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum ſeu Regum, promotionibus Religioſorum Virorum intendere cupientes, ſignificandum vobis duximus, quod Nos Abbati & Conventui de loco S. Bernardi Ciſtertienſis Ordinis hanc facimus gratiam, & conferimus libertatem, ut per terras noſtras Hollandiam & Zelandiam omnem annonam ſuam ſeu ligna vel lapides, aut alias res in uſus proprios convertendas abſque omni prorſus exactione thelonei deduci debeant liberè & ſecurè.

MANDANTES, & Regiâ authoritate firmiter præcipientes, ut nullus ſit qui memoratos Fratres aut eorum nuncios, contra hanc gratiam ipſis factam, moleſtare vel aliquod ab ipſis theloneum audeat extorquere.

DATUM apud Middelborgh v. Kal. Junii, Indictione XIII.

ET Nos Wilhelmus Comes prædictus dictam gratiam dictis Religioſis ſecundùm tenorem præſcriptum confirmamus, quemadmodum etiam Florentius & Joannes Prædeceſſores noſtri Comites Hollandiæ eiſdem Religioſis confirmabant.

DATUM anno Domini quarto-decimo ſupra 1330. millesimum trecenteſimum, in Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.

CAPUT CVII.

JOANNES XX. *aliàs* XXII. *Pontifex, confirmat anno* 1326. *Erectionem Capituli Gertrudibergenſis factam à Theobaldo Leodienſi Epiſcopo, ut ſupra in Miræo Notit. Eccleſ. Cap.* 212.

Ex Hiſtoria Sylvæ-Duc.

JOANNES Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ de Monte S. Gertrudis, Leodienſis Diœceſeos, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CUM à Nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

SANE petitio Nobis exhibita continebat, quod bonæ memoriæ Theobaldus Epiſcopus Leodienſis diligenter attendens quod Parochialis Eccleſia de Monte S. Gertrudis Leodienſis Diœceſis, in qua quidem Eccleſia Montis prædicti Abbatiſſa Monaſterii Thorenſis Ordinis D. Benedicti ejuſdem Diœceſis, jus obtinet Patronatûs, adeo in reditibus abundabat, quod in ea poterat decens Collegium Canonicorum inſtitui, qui ibidem laudibus Divinis inſiſterent, & gratum impenderent Deo famulitium, quodque Villa dicta de Monte S. Gertrudis erat inſignis, etiamque populoſa, ibidem cultum Divini nominis cupiens adaugeri, de conſenſu Abbatiſſæ ac Monaſterii, ac ejuſdem Eccleſiæ Rectoris loci, Archidiaconi, & Capituli ſui dictam Eccleſiam authoritate ordinariâ in Collegiatam erexit, & ibidem penſatis ipſius Eccleſiæ famulatibus ordinavit, & reſervatâ de ipſius Eccleſiæ proventibus Rectori prædicto ejuſque Succeſſoribus inibi perpetuò ſecuturis congruâ portione, prout Litteris patentibus ipſorum Epiſcopi, Capituli, Archidiaconi, Rectoris, Abbatiſſæ & Conventûs, ſigillo munitis, dicitur contineri; Nos igitur veſtræ ſupplicationi inclinati, quod ſuper hoc providè factum eſt, ratum habentes, id authoritate Apoſtolicâ confirmantes.

NULLI ergo, &c. Datum Avenione ſeptimâ Idus Octobris, Pontificatûs anno X.

CAPUT

CAPUT CVIII.

JOANNES III. *Brabantiæ Dux hortatur Eccleſiarum Prælatos, ut ſuccurrant Abbati & Conventui S. Bernardi ad Schaldim Ordinis Ciſtertienſis, ad perficiendam Eccleſiam quam cœperunt ædificare, anno* 1330.

Ex Hiſtoria Epiſcopatus Anverp.

JOANNES, Dei gratiâ Lotharingiæ, Brabantiæ ac Limburgiæ Dux, univerſis noſtris fidelibus atque dilectis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, videlicet Eccleſiarum Prælatis &c.....

CUM Viri Religioſi in Chriſto Nobis perdilecti, Abbas & Conventus Monaſterii loci S. Bernardi, Ciſtertienſis Ordinis ſupra Schaldam prope Antverpiam, nuper Eccleſiam novam, causâ permaximæ neceſſitatis ſuæ cœperint ædificare, per noſtram ad hoc exhortationem ſpecialem, & ſub confidentia præcipuè noſtræ ſubventionis & promotionis, efficaciter & ſavorabiliter ipſis faciendæ, nec ipſam Eccleſiam propter maximam ejus ſumptuoſitatem, ſicut Divinam decet Majeſtatem, de bonis propriis nequeant conſummare propter bonorum ipſorum exiguitatem, niſi ipſis..... caritativè & liberaliter ſubveniatur; omnium veſtrùm dilectionem inſtanter requirimus & cordialiter exhortamur, quatenus prædictis Abbati & Conventui ad præfatam Eccleſiam perficiendam, intuitu Divinæ remunerationis præcipuè noſtrorumque precaminum interventu præcordiali, de bonis veſtris à Deo vobis collatis liberalitèr velitis providere, & apud veſtros ſeu ad vos pertinentes prout poteritis efficaciter ad ſuccurrendum eiſdem in præmiſſis, velitis diligenter promovere, ita quod idem Abbas & Conventus de veſtra largiſſima liberalitate apud Nos de vobis ſe poſſint meritò collaudare, & quod Nos vobis & veſtrùm ſingulis propter hoc in veſtris negotiis & agendis invenire Nos ſavorabiliores meritò debeatis.....

SCIENTES indubitanter, quod prædictum ſubventionis & promotionis ad perficiendam Eccleſiam prænotatam Nobis eſt ſummopere cordi, tam pro eo quod ipſam Eccleſiam noſtram ſpecialiter reputamus, quia primum lapidem ipſius Eccleſiæ locavimus in ſundamento, quàm pro eo, nihilominùs, quod ipſum Monaſterium noſtri Progenitores piiſſimæ recordationis devotione permaximâ primordialirer ſundaverunt; & ne (ſi forſan ipſa Eccleſia minimè perficeretur, quod abſit) tam de Nobis quàm de dictis Religioſis deriſoriè dici poſſet illud Evangelicum, parabolæ ſimilitudinis, Chriſti paradigma; *Hi homines cœperunt ædificare, & non potuerunt conſummare.* Quod Nobis utique magnoperè diſpliceret, & de quo plurimùm verecundaremur.

IN quorum omnium munimen & teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

DATUM Bruxellæ die Sabbathi poſt Octavas Feſti S. Sacramenti, anno Domini milleſi- 1330.
mo trecenteſimo trigeſimo.

CAPUT CIX.

JOANNES *primùm Cameracenſis, poſt Ultrajectenſis Epiſcopus, ac demum, defuncto Fratre, Dominus Dieſtenſis & Burg-Gravius Antverpienſis, fundat Collegium XII. Canonicorum Amersfurti in Diœceſi Ultrajectenſi, anno* 1337.

Ex Batavia ſacra.

IN nomine Domini Amen. Pateat univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Nos JOANNES Dei gratiâ Epiſcopus Trajectenſis mente ſollicitâ revolventes, quod Eccleſiaſticorum miniſtrorum obſequio Numina placari Catholica fides aſtruat, ipſa quoque ſalutaria multiplicatis interceſſoribus largiaotur, quodque Eccleſia Parochialis *Amersfordenſis* noſtræ Diœceſis, noſtræ diſpoſitioni in ſpiritualibus & temporalibus unà cum Oppido & incolis Parochianis ibidem ſubjecta, divinâ favente clementiâ, quæ Eccleſiam ſuam novà ſemper prole ſœcundat, adeo redditibus, fructibus, & proventibus Eccleſiaſticis, nec non devotâ fidelium multitudine excreviſſe dinoſcitur, quod utique conſideratis hujuſmodi negotii circumſtantiis diligenter ad honorem Dei & glorioſæ Virginis Matris ejus, nec non Georgii Martyris, Nycholai Confeſſoris & Sanctorum omnium, in augmentum Divini cultûs & ſalutem animarum Parochianorum ibidem, decrevimus dictam Eccleſiam Parochialem in Collegiatam erigere ſub modo inferiùs annotato.

IGITUR cùm Venerabili Viro Domino Henrico Archidiacono, inſra cujus Archidiaconatûs limites ipſa Eccleſia conſiſtere dinoſcitur, nec non Capitulo Eccleſiæ noſtræ Trajectenſis, deliberatione præhabitâ, & conſeuſu à Domino *Johanne* dicto de *Rora* Rectore ejuſdem Eccleſiæ, nec non *Philippo*, *Henrico* & *Johanne* de *Hame* perpetuis Cappellanis in eadem, dictæ

ſuæ

ſuæ Eccleſiæ & beneficiorum ſuorum reſignationem ſpontaneam in manus noſtras factam accepimus, eoſque à dicta Eccleſia & beneficiis & vinculis, quibus eidem tenebantur, abſolvimus; Rectoreſque & Magiſtratus Univerſitatis Oppidi prædicti, ad quos Nominatio ſeu Præſentatio Capellanorum ad Capellanias prædictas pertinuit, Jus Nominationis ſeu Præſentationis hujuſmodi ſimiliter Nobis, vice & nomine dictæ Eccleſiæ recipientibus, liberè donaverunt, ſub ſpe per Nos erigendi Collegii in eadem.

Post hæc Capellanias prædictas extinximus, fructuſque, proventus, jura, & pertinentias earundem confudimus, miſcuimus, incorporavimuſque, & univimus Eccleſiæ antedictæ; donatis etiam eidem Eccleſiæ per Dominum *Hubertum de Budel* Rectorem Civilis Eccleſiæ Trajectenſis, nec non *Johannem de Hame* prædictum Presbyterum, ac *Theodericum* dictum *Coſyn de Yſſelt* Laïcum dictæ noſtræ Diœceſis, & quoſdam alios donatione liberâ, & per Nos ut priùs vice dictæ Eccleſiæ receptis certis prædiis & fructibus, invocato Dei nomine dictam Eccleſiam *Amersfordenſem* in Collegiatam Eccleſiam & Collegium Canonicorum ſecularium in eadem ereximus; nec non decem Canonicatus, Decanatum, Theſaurariam, & Cantoriam creavimus in eadem.

Sic erectæ Collegiatæ Eccleſiæ & Collegio, nec non Canonicatibus, Decanatui, Theſaurariæ, & Cantoriæ prædictis, futuriſque Collegio, Decano, Theſaurario, Cantori, & Canonicis ibidem jus habendi Collegium, Sigillum, & arcam communes, omniaque alia & ſingula jura, prærogativas, Privilegia, libertates, & indulgentias conceſſimus, quæ ad Collegiatas Eccleſias & Collegia earundem, nec non ad Canonicos & alias perſonas, dignitates, adminiſtrationes, & officia habentes in eiſdem per Diœceſim Trajectenſem pertinere conſueverunt hactenus de conſuetudine, ſeu de jure, præſertim quod dictæ Eccleſiæ Canonici occaſione contractuum & delictorum primo coram Decano ibidem & non aliàs debeant civiliter conveniri.

Et in eo caſu quo idem Decanus in corrigendo ſeu exhibendo juſtitiam notabiliter negligens fuerit vel remiſſus, correctio & juriſdictio hujuſmodi quoad caſum illum ad Nos & Archidiaconum prædictum devolventur, prout ad Nos & ipſum correctio & juriſdictio in perſonas memoratæ Eccleſiæ conſueverunt hactenus pertinere.

Nec non erigimus, creamus, damus, & concedimus, ut prædicitur, per præſentes ordinantes, ſtatuentes, & mandantes, quod Nos & Succeſſores noſtri, qui pro tempore fuerint Epiſcopi Trajectenſes, de Canonicatibus prædictis & Præbendis ibidem, nec non Decanatu, Theſauraria, & Cantoria, quoties ipſos vacare contigerit, perſonis idoneis dumtaxat in Sacerdotio, vel ſaltem in ætate tali conſtitutis, quod infra annum proximum ad Sacerdotium promoveri valeant, debemus & non aliis providere: & quod de Decanatu, Theſauraria, & Cantoria prædictis nulli providebimus, niſi duntaxat Canonico Præbendato dictæ Eccleſiæ, & quod unum ex dictis Canonicis Præbendato Archidiacono Trajectenſi, qui pro tempore fuerit, præſentabimus ad obtinendum curam Parochialem plebis ibidem.

Qui etiam Nobis & Succeſſoribus noſtris Epiſcopis Trajectenſibus & dicto Archidiacono de juribus Epiſcopalibus & Archidiaconalibus & plebis prædictæ, prout de conſuetudine ad ipſum Archidiaconum pertinet, reſpondebit.

Sumptus verò & expenſas, quas Curatus propter hoc ſubire compelletur, ipſum Capitulum exponet & ſatisfaciet pro eodem de bonis communibus Eccleſiæ antedictæ, quanquam ad ſolutionem & exhibitionem plenariam jurium prædictorum ipſi Decanus & Capitulum poſſint per Nos & Archidiaconum prædictum & noſtrum quemlibet, prout hujuſmodi jura quemlibet noſtrum pro tempore contingent, urgeri Cenſurâ Eccleſiaſticâ & compelli.

Item quod ſi ille, qui non in Sacerdotio conſtitutus, & cui de Canonicatu ibidem providemus, ſe non fecerit intra annum à die proviſionis hujuſmodi ad Sacerdotium promoveri, excuſatione qualibet non obſtante, eo ipſo ſit Canonicatu & Præbendâ, quâ ſibi proviſum extitit, ſine qualibet declarativa ſententia vel monitione privatus. Quos Canonicatum & Præbendam ſic vacantes ſi non contulerimus, & de eiſdem perſonæ idoneæ non provideremus infra menſem, ex tunc jus providendi illâ vice de ipſis ad Decanum ibidem, qui pro tempore fuerit, ſit ipſo facto devolutum.

Item quod omnes Canonici dictæ Eccleſiæ in eadem continuam reſidentiam facere debeant, nec ſuper abſentia poſſit niſi per Epiſcopum, Archidiaconum Trajectenſem, & per Capitulum dictæ Eccleſiæ conjunctum ex cauſa legitima, & non aliàs, diſpenſari.

Item quod quilibet novus Canonicus infra annum prædictum dabit eidem Eccleſiæ decem libras nigrorum Turonenſium, in uſus Ornamentorum per Theſaurarium dictæ Eccleſiæ convertendas.

Item quod Canonici dictæ Eccleſiæ præbendati fructus & proventus prædiorum & rerum aliarum dictæ Eccleſiæ, certos communiter appellatos, in portiones æquales juxta numerum præbendarum ibidem per certum Camerarium ad hoc per Capitulum ibidem deputarum collectos æqualiter inter Canonicos reſidentes divident, abſentibus & non reſidentibus, nec portiones facientibus, nec ad portiones aliquatenus admittendis: oblationes verò & obventiones ceterique fructus & proventus ejuſdem Eccleſiæ incerti communiter appellati pro diſtributionibus cotidianis cedent eiſdem Canonicis reſidentibus & Divinis Officiis intereſſentibus, colligendi & miniſtrandi ſecundùm ratam temporis & ordinationem Capituli ejuſdem Eccleſiæ per Camerarium antedictum; ita quod dupla portio hujuſmodi diſtributionum Decano Theſaurario & Cantori, & ipſorum cuilibet, Divinis Officiis intereſſentibus, & non alias,

miniſtretur; oblationes verò viſitationum infirmorum, benedictionum nubentium, peregrinantium & redeuntium, quæ inter oblationes non continentur, cedent Curato antedicto unà cum diſtributionibus cotidianis prædictis, etiam à Divinis Officiis abſenti; dum tamen circa curam Parochialem occupetur: Legata verò ſive Curato plebis ſive alicui de Collegio prædicto facta, ſive cauſâ mortis donata, cedent ipſi Collegio in communi.

Item quod ipſum Capitulum taliter ordinabit, quod dictæ Capellaniæ per Nos extinctæ in Divinarum Miſſarum ſolemniis ad memoriam ipſorum, qui ipſas inſtituerunt, condignam accipiant recompenſam.

Item quod Canonicus dictæ Eccleſiæ, qui in eadem ut debet voluerit reſidere, in Vigilia Beati Bartholomæi & aliàs ad hujuſmodi reſidentiam ſe offeret.

Alioquin in computatione fructuum præbendæ ſuæ toto anno ſequenti habebitur pro abſente.

Hoc ſalvo, quod novus Canonicus tempore ſuæ inſtitutionis & adeptionis poſſeſſionis corporalis Canonicatûs & Præbendæ ſuæ ad hujuſmodi reſidentiam offerre ſe poterit & fructus percipere juxta ratam.

Item quod dicti Canonici in habitu, inceſſu, converſatione, in diſciplina Eccleſiaſtica, in Divinis Officiis, modo & tempore, viciſſitudine miniſtrandi, honeſtate chorali, ordinatione Officiatorum Eccleſiæ, & cenſura reſidentiæ, & circa hæc emergentibus, & aliis juribus & conſuetudinibus Canonicalibus, ſe conformabunt Capitulo & Canonicis Eccleſiæ noſtræ Trajectenſis prædictæ.

Hoc expreſſo, quod Decanus, qui pro tempore fuerit, ſolus & ſine requiſitione & præſentia Capituli Canonicos in Divinis Officiis negligentes, & aliàs in diſciplina Eccleſiaſtica & morum converſatione delinquentes corrigere poſſit & debeat, etiam à beneficiis ſuſpendendo.

Item quod cedente, decedente, tranſlato vel aliàs mutato Canonico ejuſdem Eccleſiæ, fructus Præbendæ hujuſmodi Canonici per annum proximum primum cedent Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, in ornamenta Eccleſiaſtica & uſus alios ipſius Eccleſiæ per dictum Camerarium de ipſius Capituli conſilio convertendi.

Item quod dictum Capitulum ſine ſcientia & conſilio ſpeciali Epiſcopi Trajectenſis, qui pro tempore fuerit, & Archidiaconi, nova Statuta non facient, nec vetera immutabunt.

Item quod Univerſitas Oppidi *Amersfordenſis* prædicta de fabrica & luminaribus ejuſdem Eccleſiæ per ſuos Adminiſtratores ad hoc deputandos juxta conſuetudinem ibidem hactenus obſervatam diſponere debeant, niſi inter ipſos Capitulum & Univerſitatem aliàs concorditer fuerit ordinatum: ipſi tamen Univerſitas ſuſtinebunt, quod ipſum Capitulum cymbalis & ornamentis ejuſdem Eccleſiæ utantur, prout uſus eorum requirit, Campanariuſque & Cuſtos eiſdem Capitulo in ſuis officiis miniſtrabunt, ſalvo Nobis, quod propter novellam plantationem dicti Collegii cum illis, quibus primâ vice de dictis Canonicatibus & Præbendis, nec non Decanatu, Theſaurariâ, & Cantoriâ providebimus, poſſimus contra præmiſſa omnia, prout Nobis expedire videbitur, diſpenſare.

Item quod quilibet Canonicus novus, quam cito admiſſus fuerit ad Canonicatum in eadem Eccleſia, jurabit ad ſancta Dei Evangelia, hæc Statuta ſe fideliter ſervaturum, & nihilominus aliud juramentum, quod Canonici dictæ Eccleſiæ Trajectenſis in ſuo ingreſſu jurare hactenus conſueverunt.

Salvo etiam quod hæc Statuta poſſimus declarare & interpretari, ſiquid in ipſis dubietatis emerſerit, & ab ipſo Capitulo ſuper hoc fuerimus requiſiti.

In quorum omnium teſtimonium & memoriam ſempiternam has Litteras Sigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Et Nos *Henricus* Dei gratiâ Præpoſitus & Archidiaconus, nec non Capitulum Eccleſiæ Trajectenſis, ac Univerſitas Oppidi Amersfordenſis Trajectenſis Diœceſis, quia præmiſſa omnia & ſingula ad augmentum cultûs Divini & ſalutem animarum tendere cognovimus, ipſis prout ad quemlibet noſtrum pertinere dinoſcitur conſenſum noſtrum adhibuimus, ac eiſdem Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda.

Datum & actum menſis Auguſti die viceſimâ primâ, anno Domini milleſimo treceenteſi- 1337
mo triceſimo ſeptimo.

CAPUT CX.

Reinaldus II. *Gelriæ Dux approbat anno 1361. tranſlationem Capituli ex Monte SS. Petri & Odiliæ, in Eccleſiam S. Spiritûs vicinæ Urbis Ruremundenſis.*

Ex M'ſto Epiſcopatûs Ruremundenſis

In nomine Dei, Amen. Nos Reinaldus Dei gratiâ Dux Geldriæ & Comes Zutphaniæ, univerſis præſentem Paginam inſpecturis, ſalutem in Chriſto, & rei geſtæ cognoſcere veritatem.

Coram noſtra præſentia Comitali Venerabiles ac diſcreti Viri Canonici Eccleſiæ Collegiatæ Montis Odiliæ Leodienſis Diœceſis, lachrimabiliter ſunt conqueſti, quòd cum dicta ſua Eccleſia in noſtro Ducatu ac Dominio de Montfort ſit in loco deſerto, nemoroſo, & ſolitario ſituata, ibidemque, & in locis circumjacentibus ſæpiùs & quaſi continuè conſueverint diſcordiæ & guerræ graves ſuboriri, verùm etiam quòd plures malitioſi prædones nocturni & occulti, Deum & Eccleſiam præ oculis non habentes, dictis Canonicis & eorum bonis inſidiantes, per rapinas, furta, incendia nocturna, diffidationes, deprædationes, invaſio-

neſque quamplurimas, & alia pericula gravia, ipſos invaſerint, & adhuc occultè & hoſtiliter invadere nituntur minùs juſtè.

Quapropter dicti Canonici, hujuſmodi pericula & defectus bonorum temporalium, quibus à malignorum incurſibus ſæpiùs ſunt prædari, ampliùs ſufferre non valentes, metu juſto & legitimo cogente, qui meritò cadere poſſit in quemlibet virum conſtantem, ad Oppidum noſtrum Ruræmundenſe, tanquam ad locum defenſionis & refugii effugerunt, & ad Capellam Sancti Spiritûs intra dictum Oppidum ſitam, apud quam eſt locus aptus, & ſufficiens pro domibus Clauſtralibus, & aliis neceſſariis procurandis, ſuum Collegium transferri deſiderant, ut Divinus cultus, qui propter pericula prætacta ſæpiùs eſt diminutus & frequenter diminuitur, augeri valeat, & ipſi Canonici in pacis tranquillitate, & mentis devotione Domino valeant famulari, noſtrum conſenſum & aſſenſum ad dictam tranſlationem faciendam, tanquam ab eorum Domino temporali, humillimis precibus poſtulaverunt.

Nos igitur præmiſſis dictis Canonicis illata ad mentis aciem dirigentes & eorum humilibus precibus & evidentibus neceſſitatibus compati paternâ affectione volentes, ad præmiſſam tranſlationem faciendam ſæpè dictis Canonicis noſtrum conſenſum & aſſenſum & favorem in Dei nomine conferre volumus, & propter præmemorata pericula & Divini cultûs augmentum, aliaſque cauſas rationabiles & juſtas Nobis ab eiſdem expreſſas, noſtri Sigilli munimine conſerimus, & liberâ voluntate in Dei nomine duximus impertiri.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, ipsâ die B. Gertrudis Virginis. 1361.

CAPUT CXI.

Joannes de Arckel *Epiſcopus Ultrajectenſis, tranſlationem Canonicorum Bergenſium Ruremundam ſuo Diplomate confirmat anno 1361.*

Ex eadem Historia.

Joannes (1) Dei gratiâ Epiſcopus Ultrajectenſis, nec non Hugo Wuſtinck Canonicus Trajectenſis, ac Præpoſitus (2) Montis Odiliæ Leodienſis Diœceſis, univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis facimus manifeſtum, quod Nos de conſenſu Capituli Eccleſiæ noſtræ Trajectenſis tranſlationi Eccleſiæ Montis Odiliæ Collegiatæ, Leodienſis Diœceſis, ad Oppidum Ruræmundenſe ejuſdem Diœceſis, & ad Capellam Sancti Spiritûs ibidem per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem D. Engelbertum Epiſcopum Leodienſem factæ aut faciendæ, ex certis & legitimis cauſis dictum Reverendiſſimum Patrem & Nos moventibus, noſtrum conſenſum adhibuimus, prout & aſſenſum in his præſentibus conſentimus ſub modo & forma infraſcriptis.

Imprimis quod ad Nos Epiſcopum Trajectenſem prædictum, & noſtros in perpetuum Succeſſores, Præpoſituræ dicti loci de Ruræremunde, ſeu Capellæ ibidem, & ad Nos Præpoſitum, & noſtros qui pro tempore Succeſſores, Canonicatuum & Præbendarum omnium & ſingularum aliorumque beneficiorum ejuſdem Capellæ pro tempore vacantium proviſio & collatio pertinebit, & pertinere debeat pleno jure, prout hactenus ad Nos pertinuit & pertinere conſuevit in loco Montis Odiliæ prælibato, & quod Privilegia quæcumque, præſertim donatio Montis Odiliæ prædicti à Chriſtianiſſimo Imperatore (3) Lothario facta, Eccleſiæ noſtræ Trajectenſi Eccleſiæ Montis Odiliæ prædictis & Nobis competentia, ſalva & in ſuo robore permaneant, perpetuis temporibus duratura; & quod omnibus & ſingulis hujuſmodi Privilegiis, libertatibus, Statutis, & conſuetudinibus & aliis juribus univerſis Nobis in loco Montis Odiliæ communiter vel diviſim competentibus utamur, & uti frui liceat pacificè & quietè in Oppido Ruræmundenſi prælibato, ſalvo Nobis jure noſtro, Eccleſiæ in loco Montis Odiliæ ſæpè dictis.

In cujus rei teſtimonium Nos Epiſcopus Trajectenſis, necnon Hugo Wuſtinck Præpoſitus Montis Odiliæ prædicti, Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, menſis Aprilis die xx. 1361.

(1) Joannes de Arckel, ab Epiſcopatu Ultrajectino tranſiit ad Leodienſem anno 1364, ac vivere deſiit anno 1377.

(2) Mons S. Odiliæ, vulgo *Bergh*, Vicus prope Ruremundam. Vide ſupra pag. 500.

S. Odilia, Virgo fuit è Sodalibus S. Urſulæ; ejus Oſſa Coloniæ Agrippinæ anno 1286. à Sifrido Colonienſi Archiepiſcopo elevata, Huum tranſlata ſunt, ibique depoſita in primario FF. Crucigerorum Monaſterio, cujus Abbas eſt Generalis ſui Ordinis, utiturque Mitrâ & aliis Pontificalibus. Feſtum S. Odiliæ incidit in 18. Julii.

(3) Lotharius Lotharingiæ I. Rex, Lotharii Imperatoris Filius, iſtud Bergenſe Monaſterium, prope Ruremundam Gelriæ Urbem, à S. Wirone Epiſcopo ejuſque Sociis (Pipino Herſtallio fundum donante) conſtructum, Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Ultrajectenſis anno 858. attribuit incolendum; Normannis Friſiam & Bataviam vaſtantibus. Diploma cum Notis vide ſuperiùs pag. 499.

Anno 1561. Pius IV. Pontifex Epiſcopatum Ruremundenſem, Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeum erexit; eidem aſſignans limites, & pro dote partiali opulentam Præpoſituram Montis S. Odiliæ, de qua hoc Diplomate, tranſlatam Ruremundam ad Eccleſiam S. Spiritûs anno 1361. Vide Bullam Pontificiam ſupra pag. 482, & Seriem Epiſcoporum Ruremundenſium pag. 488.

Anno 1659. Epiſcopalis Cathedra Ruræmundenſis unà cum Capitulo Canonicorum è Templo S. Spiritûs anguſtiori tranſlata fuit in Templum Parochiale auguſtius S. Chriſtophori. Diploma vide ſupra pag. 631. Item plura in Hiſtoria Eccleſ. Epiſcopatûs Ruræmundenſis.

CAPUT

Vvvvv 2

CAPUT CXII.

ENGELBERTUS DE MARCA, *Leodienſis Epiſcopus prædictam tranſlationem Capituli Ruremundenſis, de qua ſupra Cap.* 111. *approbat anno* 1361.

Ex Hiſtoria prædicta.

IN nomine Domini, Amen. Univerſis præſentem Paginam inſpecturis, ENGELBERTUS Dei gratiâ Eccleſiæ Leodienſis Epiſcopus ſalutem in eo, qui de terris aſcenſurus ad cœlum pacem Nobis reliquit. Etiam inter curas innumeras, quibus ex noſtri Pontificalis Officii debito aſſiduè perurgemur, illa potiſſimùm inſidet cordi noſtro, ut Eccleſiæ noſtræ vigilantiæ commiſſæ debitis non fraudentur obſequiis, & earum perſonæ cultui deputatæ Divino pacis tranquillitate vigeant; ſcimus enim quod non niſi pacis in tempore benè colitur pacis auctor.

PRIDEM igitur Nobis in Chriſto dilecti, Capitulum ſingulareſque Canonici Eccleſiæ Sancti Petri Montis Odiliæ noſtræ Diœceſis auditui noſtro reſerarunt, quod dicta eorum Eccleſia in loco deſerto, nemoroſo, & ab hominibus remoto, omnique carente defenſionis præſidio ſituata, ac illius Canonici ad Divinum Officium in ea peragendum ordinati per malignorum prædonum ſive raptorum, Dei timorem non habentium, incurſus à multis retroactis temporibus, facta ſacrilegia, incendia, deprædationes, nocturnos egreſſus, rapinas, diffidationes, & invaſiones corporum & bonorum, aliaque grandia pericula, & varia diſpendia ſæpiùs ſuſtinuerint, & de die in diem miſerabiliter patiantur, adeò quod ipſa Eccleſia calicibus, ornamentis perpetuis privata, ipſiuſque Canonici plerumque bonis ſuis ſpoliati fuerint, nonnumquam etiam propter diffidationes, invaſiones & inſultus eis factos in ipſo loco habitare, & de ſuis habitationibus ab Eccleſia plurimùm diſtantibus ad Eccleſiam ipſam pro Divinis in ea celebrandis accedere, ob mortis & cruciatûs corporis periculum evitandum, ac ſuorum corporum metum, qui in quemlibet virum conſtantem non immeritò cadere poterat, & poteſt, nequaquam auſi fuerunt, prout nec etiam audent in præſenti; propter quæ dicta Eccleſia pluries hactenus Divinis Officiis defraudata extitit, ac de die in diem defraudatur.

VERUM cum invaleſcentibus, pacis æmulo procurante, in partibus Ducatûs Geldriæ, in quo dicta Eccleſia conſiſtit, plus ſolito guerris, & diſcordiis, locus & tempus pacis dictis Canonicis ad ſerviendum in ipſa Eccleſia Domino virtutum, nequaquam provenire ſperetur, Nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus dictam ipſorum Eccleſiam, ac ipſos & eorum Collegium ad Oppidum Ruræmundenſe præfatæ noſtræ Diœceſis, ipſi Eccleſiæ ſatis vicinum, plurimumque populoſum, murorum, mœnium & turrium præſidio circumdatum, à Nobis & Eccleſiæ noſtræ Leodienſi deſcendens in feudum, & ad Capellam Sancti Spiritûs in eodem Oppido conſtructam, circa quam Domus Clauſtrales ædificare, & habere, ac pacificè ceſſantibus dictis rapinis & inſultibus habitare, necnon pacis auctori ſervire ſecurè poterunt, transferre, dictamque Capellam eiſdem tradere & aſſignare & in Eccleſiam Collegiatam erigere & conſtituere dignaremur, præſertim cùm ad hoc accederent voluntas & conſenſus Venerabilis Viri Præpoſiti ejuſdem Eccleſiæ Montis Odiliæ, Canonicatuum & Præbendarum ipſius Eccleſiæ ordinarii Collatoris, ac Venerabilis Patris Domini Trajectenſis Epiſcopi, ad quem ſpectat Præpoſituræ ipſius collatio; necnon illuſtris Principis Domini Reinaldi Dei gratiâ Geldriæ Ducis, ſub & in cujus juriſdictione locus uterque conſiſtit, & nobilis Eduardi Fratris ejus, conſanguineorum noſtrorum, & inſuper honeſti Viri Godefridi d'Elmpt Inveſtiti Parochialis Eccleſiæ Ruræmundenſis ipſius Capellæ Patroni, in cujus Parochia dicta Capella conſiſtit, Reverendiſſimique in Chriſto Patris ac Domini D. R. de Urſinis Divinâ providentiâ S. Adriani Diaconi Cardinalis & Archidiaconi de Campinia in Eccleſia noſtra Leodienſi, in cujus Archidiaconatu eadem Capella ſituatur.

Nos autem ſuper his cum debita maturitate procedere volentes, de præmiſſis inquiri fecimus diligenter veritatem, & per inquiſitionem eandem invenimus ſuggeſta Nobis pro parte dictorum Capituli & Canonicorum fuiſſe vera.

VOLENTES igitur Eccleſiam ipſam Collegiatam ac perſonas illius à memoratis tribulationibus, perſecutionibus & oppreſſionibus intolerabilibus ſtipare ac in loco pacis in quo Domino devotum valeant impendere famulatum collocare (& certiores redditi) de ipſius loci, ad quem ſe transferre deſiderant, idoneitate, ac bonâ devotione quam populus ipſius Oppidi erga Deum & Sanctam ejus Eccleſiam (habet,) Capitulum, Canonicos, Collegium & Præpoſituram Montis Odiliæ cum omnibus Privilegiis, juribus, honoribus, bonis, decimis & rebus aliis ad eos & dictam ipſorum Eccleſiam quomodolibet ſpectantibus, de conſilio & aſſenſu Venerabilis Capituli noſtri Leodienſis, necnon de Dominorum Trajectenſis Epiſcopi, Ducis Eduardi, Præpoſiti, Archidiaconi & Inveſtiti prædictorum, ac honorabilium Virorum Judicis, Scabinorum, Magiſtrorum Civium, Conſulum, totiuſque Civitatis dicti Oppidi Ruræmundenſis ſpeciali aſſenſu, in Dei nomine auctoritate noſtrâ ordinariâ ad ipſum Oppidum Ruræmundenſe,

ræmundenſe & Capellam Sancti Spiritûs in illo ſitam transferimus, ipſamque Cappellam cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ex nunc dictis Præpoſito & Capitulo donamus, & eandem in Collegiatam Eccleſiam erigimus, facimus & conſtituimus, ſtatuentes, ut dicti Canonici ex nunc in ipſa Eccleſia S. Spiritûs conventualiter ac perpetualiter Horas Canonicas nocturnas & diurnas, ac cetera Divina Officia celebrent, reſidentiamque faciant in ea perſonalem, prout hactenus in ipſa Eccleſia Montis Odiliæ facere tenebantur & conſueverunt, ac Domos Clauſtrales circa eam ſibi procurent, ſeu ædificent, in quibus ipſi Canonici eorumque Succeſſores, incolarum dicti Oppidi protecti munimine, valeant tanquam in tabernaculo fiduciæ & pulchritudine pacis & opulentâ requie perpetuis temporibus habitare.

Damus inſuper dicto Capitulo & Canonicis, per Nos, ut præmittitur, tranſlatis, liberam facultatem, licentiam & auctoritatem, Reliquias, ornamenta, libros, calices, campanas, Altaria, ſedeſque chorales ſive ſtalla chori & res alias dictæ Eccleſiæ Montis Odiliæ, ſpirituales & temporales, de quibus ipſis expedire videbitur, ad dictam Eccleſiam S. Spiritûs transferendi, ac ipſam Eccleſiam Sancti Spiritûs, ſi & cum opus fuerit, augmentandi & contra illam cæmiterium conſtruendi, conſecrarique faciendi, ac in ipſa Capella & Oppido Ruræmundenſi, quantum ad perſonas Collegii eorumdem, utendi omnibus & ſingulis juribus, libertatibus, franchiſiis, Privilegiis, immunitatibus & conſuetudinihus licitis & honeſtis, quibus hactenus in dicta Eccleſia Montis Odiliæ uſi ſunt & gaviſi, eiſdemque Canonicis & Capitulo vi horum concedimus in dicta Eccleſia S. Spiritûs & ejus cæmiterio ſepulturam, ſalvo ſemper jure Parochialis Eccleſiæ, a qua corpora ſepelienda continget aſſumi.

Decernimus inſuper, Domos Clauſtrales antedictas, poſtquam ad habitationem ipſorum Canonicorum fuerint perpetuò deputatæ, illâ libertate gaudere, quâ gaudent Domus Clauſterales Canonicorum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis.

Et ut præſens noſtra tranſlatio nemini paret præjudicium, ſed unicuique jura ſua conſerventur illæſa, volumus & ordinamus, quod collatio Præpoſituræ Eccleſiæ prædictæ S. Spiritûs, quæ hactenus Eccleſia Montis Odiliæ dicebatur, & Canonicis Eccleſiæ Trajectenſis, per Dominum Trajectenſem Epiſcnpum pro tempore exiſtentem, dumtaxat aſſignari conſuevit, ad ipſum Dominum Trajectenſem Epiſcopum pertineat, & Canonicis Trajectenſibus dumtaxat per eum, quoties vacaverit, conſeratur; quodque Præpoſitus ipſius Eccleſiæ S. Spiritûs, Canonicatuum & Præbendarum per Nos de ipſa Eccleſia Montis Odiliæ ad dictam Eccleſiam S. Spiritûs tranſlatarum, Patronus & Collator permaneat, ac omnimodum jus habeat in dicta Eccleſia Sancti Spiritûs, quod hactenus in ipſa Eccleſia Montis Odiliæ habere conſueverat donatione loci Montis Odiliæ à Divæ memoriæ Lothario Romanorum Imperatore Eccleſiæ Trajectenſi factâ, cum ceteris juribus, libertatibus, Privilegiis, exemptionibus, Statutis & conſuetudinibus eidem Eccleſiæ Trajectenſi in ipſa Eccleſia Montis Odiliæ tempore tranſlationis hujuſmodi competeutibus, de quibus legitimè conſtare poterit, ipſi Eccleſiæ Trajectenſi perpetuò ſalvis remanentibus & illæſis; Nobiſque placet, quod illis, quantum jura patientur, ſine noſtro & Eccleſiæ noſtræ Leodienſis præjudicio, iu ipſa Eccleſia S. Spiritûs uti valeant, quemadmodum illis in dicta Eccleſia Montis Odiliæ ante præſentem tranſlationem utebantur.

Præterea ne dicta Eccleſia S. Petri Montis Odiliæ ac Capella B. Mariæ ipſi contigua, deſolatæ penitus remaneant, ac Divinis omninò defraudentur Officiis, volumus & ordinamus, quod in ipſis Eccleſia & Capella præfatis hi remaneant Sacerdotes, videlicet Inveſtitus ejuſdem Eccleſiæ Parochialis ac Capellanus Altaris B. Catharinæ, necnon Altaris B. Mariæ Magdalenæ in ipſis Eccleſia & Capella Montis Odiliæ ſituatorum, unà cum Matriculario ipſius Eccleſiæ Parochialis: quodque ipſis Eccleſiaſticis Montis Odiliæ omnia miniſtrent dicti Canonici, quæ ante præſentem tranſlationem eiſdem miniſtrare tenebantur & conſueverunt.

Per præſentes autem tranſlationem, donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, voluntatem ac erectionem, non intendimus in aliquo juri & juriſdictioni Nobis & Eccleſiæ noſtræ in ipſis Eccleſiis Montis Odiliæ ac Sancti Spiritûs, necnon perſonis earum antea competentibus, quinimò nec dicto Domino Archidiacono, quoad inſtitutionem & admiſſionem Capellani, qui in dicta Eccleſia S. Spiritûs ante præſentem tranſlationem exiſtebat, perceptionemque fructuum beneficii ejuſdem tempore vacationis illius provenientium, hactenus ſibi competentes, in aliquo præjudicare: quinimo volumus, quod Nobis & noſtris Succeſſoribus Epiſcopis ac Eccleſiæ Leodienſi, necnon quoad præmiſſa ſpecialiter reſervata dicto Domino Archidiacono, jura noſtra & ipſius Archidiaconi perpetuò intacta permaneant & conſerventur illæſa, ipſius Capituli per Nos tranſlati juribus, Privilegiis, juriſdictionibus & conſuetudinibus in iiſdem Eccleſiis ac ipſorum perſonis quoad omnia & ſingula alia, nihilominùs ſemper ſalvis.

Ordinamus inſuper quod dictus Capellanus ipſius Eccleſiæ Sancti Spiritûs cum dictis Canonicis horas Canonicas nocturnas & diurnas continuò frequentare decantareque teneatur, illiſque ſubſit & pareat in licitis & honeſtis; ac cùm illis diſtributiones quotidianas percipiat, veluti dicti Capellani Montis Odiliæ facere ac ſubeſſe couſueverunt.

Nulli ergn horum præſentium ſive futurorum liceat præmiſſis in aliquo contraire: ſi quis autem auſu temerario hæc attentare præſumpſerit, indignatinnem Sancti Spiritûs, ac Beatæ intemeratæque Virginis Mariæ, Beatique Lamberti Martyris, cujus ſumus in regimine

Vvvvv 3

mine Leodienſis Eccleſiæ licèt immeriti, Succeſſores, ad quorum laudem, gloriam & honorem præmiſſa facimus, ac noſtram poterit procul dubio formidare.

Quidquid inſuper contrarium actum fuerit, irritum decernimus & inane. In quorum omnium teſtimonium, robur & munimen Litteris præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum. Et Nos Vice-Decanus, Archidiaconus, & Capitulum Leodienſe præmiſſa de noſtro conſilio & aſſenſu ſalubriter facta & ordinata fuiſſe proteſtamur, ac eiſdem noſtrum conſenſum ſive præſentiam impertimur.

In quorum teſtimonium ipſis Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda.

Datum anno Dominicæ Nativitatis milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, menſis 1361.
Maii die duodecimâ.

CAPUT CXIII.

Carthuſia Ruremundenſis in honorem Divi Hieronymi fundatur à Nobili Viro Wernero de Swalmen, *anno* 1376.

Ex eadem Hiſtoria Rurææmund. 1376.

IN nomine Domini, Amen Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione quartâ decimâ, die viceſimâ quintâ menſis Julii, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Gregorii Divinâ providentiâ Papæ undecimi anno ſexto.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum ſive malum, oportet nos diem extremæ meſſionis operibus piis prævenire, ac æternorum intuitu idem ſeminare in terris, quòd reddente Domino cum fructu multiplicato feliciter recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam in cœleſtibus duraturam.

Quæ omnia & ſingula honeſtæ & diſcretæ Perſonæ, Dominus Wernerus de Swalmen Miles, & Domina Berta de Gelenkricken ejus Uxor, ac Dominus Robinus de Swalmen Canonicus Eccleſiæ S. Servatii Trajectenſis, Leodienſis Diœceſeos, præfati Domini Werneri Frater, & ipſorum quilibet ſalubriter, præmeditanter, volenteſque de bonis ſuis eis à Deo in hac vita datis & collatis in Oppido Ruræmundenſi dictæ Leodienſis Diœceſis, propè Vicum dictum *die Steeghe*, per eos jam inceptum quoddam in honorem Dei & Beatæ Mariæ Virginis ſuæ Matris, ac Divini cultûs augmentum, Monaſterium ſive Clauſtrum de Ordine Carthuſienſi conſtruere, ædificare, fundare, dotareque, & jam inchoatum, ut proferunt, annuente Dei gratiâ convenienter perficere, & in toto complere, ipſi & eorum quilibet, præfata tamen Domina Berta de prædicti Domini Werneri Mariti ſui authoritate & licentia inibi præſentis, & ſibi ad omnia & ſingula ſupra & ſubſcripta auctoritatem plenariam dantis & præſtantis hodie horâ tertiâ pulſatâ, quaſi in mei Notarii publici Teſtiumque ſubſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti, Religioſis Viris, Fratribus Joanni & Ricoldo, Monaſteriorum Coloniæ & Confluentiæ Trevirenſis Diœceſis dicti Carthuſienſis Ordinis Prioribus, Commiſſariis ad infraſcripta ab Ordinis eorum Superioribus, ut aſſeruerunt, ſpecialiter deputatis, ibidem præſentibus & dicti Ordinis omnium & ſingulorum nomine recipientibus & acceptantibus, mihique Notario publico ſubſcripto vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt vel intereſſe poterit, quomodolibet in futurum ſtipulanti & recipienti promiſerunt & convenerunt, & ipſorum quilibet promiſit & convenit bonâ fide præſtitâ loco juramenti & ſub pœna & obligatione duorum millium florenorum auri boni & legalis ponderis, ſtructuræ ſeu ædificiis dicti Monaſterii de cetero & in antea faciendis applicandorum eorum ſumptibus & expenſis, dictum Clauſtrum ſeu Monaſterium perficere jam inceptum convenienter & decenter, ut neceſſitas ingruerit ſufficienter in ædificiis commodis & ſtructuris, juxta & ſecundùm omnem eorum & ipſorum cujuſlibet poſſibilitatem, ipſumque dotare & ad minùs eidem redditus annuos uſque ad ſummam quingentorum florenorum auri exiſtimatos ſeu taxatos deputare cum effectu; ideòque pro ſuarum ac parentum & amicorum eorundem ſalute animarum ac in Fratrum Carthuſienſium duodecim cum uno Priore, Converſis ac familia, in eodem Monaſterio ad Deo famulandum de cetero deputandorum ſuſtentatione perſonarum in dotationem dicti Monaſterii ſive Clauſtri, & in dotem ejuſdem, purè, liberè, ſimpliciter & irrevocabiliter, non coacti, non ſeducti, non vi, dolo vel metu; ſed de eorum & ipſorum cujuſlibet, ut apparebat, plena, libera, gratuita & ſpontanea voluntate, deliberatoque propoſito donaveunt, dederunt, ceſſerunt, remiſerunt, & aſſignarunt unanimi voce & conſonâ voluntate ac ore & calamo reſignarunt ad uſus ipſorum Fratrum & ipſius Monaſterii utilitatem evidentem, ac omne & totum jus donatoribus ipſis & ipſorum cuilibet in bonis & redditibus ſubſcriptis competens quomodolibet in Fratres eoſdem prorsùs tranſtulerunt, ſemper & perpetuis ſucceſſivis temporibus, per ipſos Fratres ſeu eorum nomine levandos, tenendos & poſſidendos redditus, poſſeſſiones & bona inferiùs deſcripta, cum omnibus & ſingulis pertinentibus eorundem, ad ipſos donatores, ut aſſerunt, pleno jure, actione, uſu & poſſeſſione ſpectantia & pertinentia, ita quod

de

de cetero iidem Donatores nihil ſibi juris, actionis, uſûs aut poſſeſſionis retineant in eiſdem.

In primis igitur, veluti proferunt, donaverunt, dederunt, reſignaverunt & realiter aſſignaverunt Fratribus eiſdem, dicti Monaſterii & Ordinis nomine, totam eorum aream partim ædificiis jam occupatam & partim adhuc ſtructuris vacanrem, ſitam Ruræmundæ in & propè Vicum dictum *die Stheghe* cum muro ipſam includente, cum Capella, cum Hoſpitali, cum Portali ſive porta ac Domo ſua & cum omnibus & ſingulis ædificiis & ſtructuris jam inceptis & inchoandis, factis & faciendis in eadem; excepto tamen quod Domum cum Portali in ipſa ſitam area, pro ſuo & Uxoris ſuæ uſufructu, dictus Dominus Wernerus ſibi reſervavit. Quam quidem Domum cum Portali & Capellam cum Hoſpitali prælibato, muro quodam interiori à dicto Monaſterio dividet & ſeparabit. In qua verò Capella dicti Fratres per ſe vel per alium Miſſarum facient Solemnia celebrari. De quibus omnibus & ſingulis præfati Fratres, nomine quo ſupra, petierunt ſibi fieri per me Notarium ſubſcriptum, unum & plura, ſi neceſſe fuerit, publica inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc Ruræmundæ dictæ Leodienſis Diœceſis infra aream ſupradictam, præſentibus diſcretis Viris

Joanne de Weſſem Judice,

Gerardo Beke &

Gerardo de Tegelen Scabinis in Ruræmunda, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis; qui ſuper prædictis Litteras ſuas conceſſerunt Scabinales, Sigillis eorum propriis appendentibus roboratas.

Deinde verò eiſdem anno, Indictione, menſe, die, Pontificatu & loco quibus ſupra, horâ verò Veſperarum vel quaſi, prædicti Donatores & ipſorum quilibet dederunt, aſſignarunt & reſignarunt Fratribus antedictis, nominibus quibus ſupra, Curtem etiam antiquam in Swalmen ſituatam, cum terris, agris, pratis, & aliis omnibus ſibi pertinentiis, prout jam cum aratro laboratur, colitur & poſſidetur.

Acta fuerunt hæc Ruræmundæ infra aream prænotatam, præſentibus diſcretis Viris

Chriſtiano Breydel Judice,

Joanne de Wynarden,

Conrado Godſcalci de Aſſel,

Henrico de Smyt &

Gerardo Godenhoy Scabinis in Swalmen Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis: de & ſuper quibus Litteras eorum tradiderunt Scabinales.

Præterea, ſiquidem anno, Indictione, menſe, die, Pontificatu, horâ & locis proximè dictis Donatores memorati & ipſorum quilibet Fratribus eiſdem conceſſerunt, ut ſupra, quandam ipſorum inſulam ſitam propè Oele juxta Moſam & in ipſa cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis, omneſque & ſingulos Pachtos & Cenſus ſibi debitos in loco *op der Schrouven*, dicto *den kleenen Swalmen*, necnon eorum Pachtos & Cenſus eis debitos in Dominio de *Herten* & de *Merhem*, prout in Litteris ſuper his confectis dixerunt contineri, præſentibus diſcretis Viris

Arnoldo de Oſen Judice,

Gerardo Breydel &

Gerardo Ghelenſoen Scabinis in Herten Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis, de quibus quidem ultimo dictis Litteras eorum prout moris eſt, dederunt Scabinales.

Eiſdem autem anno, Indictione, menſe, Pontificatu, locis quibus proximè ſupra, die verò trigeſimâ menſis ſupradicti horâ nonâ vel quaſi, Dominus Wernerus & Domina Berta prædicti dederunt, ut ſupra, Fratribus eiſdem Curtem ſuam dictam *ten Hamme* in Parochia de *Herckenboſch* in territorio de *Waſſenbergh* ſituatam, prout hucuſque ſita eſt, cum pertinentiis ſuis univerſis, & ut ad ipſos ſpectat, & pertinet, ſalvo jure cujuſcumque, præſentibus diſcretis Viris

Johannes dicto Bonte Judice,

Symone &

Rolando dictis de Herckenboſch Scabinis ibidem, Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis, de quibus Litteras ſuas dederunt Scabinales.

Et quia dicti Fundatores, ut ſupra præmittitur, promiſerunt bonâ fide juxta omnem eorum poſſibilitatem præfatum Monaſterium dotare in annuis redditibus ad minus uſque ad ſummam quingentorum florenorum auri boni & legalis ponderis, aſſeruerunt & dixerunt, quod ſi bona ſuperius expreſſata, ſeu valor eorundem, annuis in reditibus ſe ad dictam ſummam non extenderit juxta communem æſtimationem hodiernam, ex tunc dictam ſummam in aliis his addendo redditibus integrè & in toto realiter cum effectu ſupplere promiſerunt, ſub obligatione bonorum ſuorum omnium præſentium & futurorum, præſentibus Teſtibus ſupra proximè dictis.

Et pro præmiſſis omnibus & ſingulis in omnibus prout ſcripta ſunt tenendis, complendis & inviolabiliter obſervandis, renuntiaverunt Fundatores prælibati & ipſorum quilibet, ipſa tamen Domina Berta de voluntate & licentia dicti ſui Mariti, prout ſupra, omnibus & ſingulis exceptionibus, Privilegiis, defenſionibus, juribus, conſuetudinibus, vexationibus & Statutis, omnique Juris Canonici & Civilis auxilio eis vel eorum alicui in hoc facto competentibus vel competituris, quibus contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum, ipſi vel eorum Heredes ſeu in poſterum Succeſſores per ſe vel alium ſeu alios publicè vel occultè, de jure vel de facto, quovis ad hoc quæſito colore facere poſſent, dicere vel venire, aut ſe quomodolibet defendere vel tueri, & ſpecialiter juri dicenti: Generalem renunciationem, niſi expreſſa ſit vel præceſſerit ſpecialis, non valere. De quibus omnibus & ſingulis ſupradicti Fratres, nomine quo ſupra, petierunt ſibi fieri per me Notarium ſubſcriptum, unum, & plura ſi neceſſe fuerit, publica Inſtrumenta, quod & quæ ipſi Donatores eis fieri conceſſerunt, meliori modo & formâ, quibus fieri & dictari poſſunt & debent ad dictamen & conſilium cujuſlibet ſapientis, Sigilliſque eorum propriis, ipſorum videlicet Domini Werneri pro ſe & Uxore ſua, & Domini

ni Robini, in fidem & evidentiam clariorem omnium præmiſſorum in pendenti roborari.

DATUM & actum, anno, Indictione, menſe, diebus, horis, Pontificatu, locis & præſentibus teſtibus ſupra deſcriptis.

Paulò inferiùs ſic erat ſcriptnm & à latere formatum quoddam ſignum : *Locò Sigilli*.

ET EGO JOHANNES dictus Colgart de Gelria Clericus Colonienſis Diœceſis, publicus Imperiali Authoritate Notarius, promiſſioni, obligationi, pœnæ adjectioni, acceptationi, ſtipulationi, donationi & bonorum hujuſmodi aſſignationi, ac renunciationi memoratæ, omnibuſque Sigillis ſupra dictis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum teſtibus prænominatis interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ipſaque in notam recepi, & exinde hoc publicum Inſtrumentum in formam publicam redigendo de mandato dictorum Donatorum pluribus aliis negotiis præpeditus per alium ſcribi feci, & huic me ſubſcribens ſignum meum appoſui conſuetum, unà cùm præfatorum Donatorum Werneri & Robini appenſione Sigillorum, rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium omnium & ſingurum præmiſſnrum.

APPENDEBANT duo Sigilla ceræ viridi impreſſa & affixa duplici caudâ ex pergameno.

CAPUT CXIV.

JOANNES DE VERNEMBOURGH *Epiſcopus Ultrajectinus, Dordraci in Eccleſia B. Mariæ inſtitutum Collegium* XII. *Canonicorum cum Decano, per Albertum Bavarum Hollandiæ Comitem, confirmat anno* 1367.

Ex Hiſtoria Epiſcopat. Ultra,etc,

JOANNES, Dei gratiâ, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, univerſis Chriſti fidelibus ad perpetuam rei memoriam geſtæ cognoſcere veritatem.

CUM decorem Domûs Domini tantnperere, præ aliis ferentibus diligere tenemur, quanto Deus per applicationem Pontificalis Officii ampliùs Nos honorare diſpoſuit, libenter iis, quæ ad ampliandum Dominici nominis cultum, per piæ devotionis ſollicitudinem, intendunt, proviſionis commodum, & conſenſum benevolum impendere volumus, & tenemur.

CUM ergo dilectus nobis in Chriſto Nobilis & Magnificus Princeps *Albertus*, Bavariæ Dux, Comes Palatinus Rheni, Gubernatnr Hanroniæ, Comitatuum Hollandiæ & Zeelandiæ, & Dominus Friſiæ, à nobis duxerit humiliter poſtulandum, Eccleſiam Majorem Parochialem in Oppido Dordracenſi, in honnrem Beatæ Mariæ Virginis conſtructam, & dotatam, cum quatuor Curatis, & octo Vicariis perpetuis, in eadem Eccleſia beneficiatis, in Collegiatam Eccleſiam Canonicorum Regularium ſæcularium erigere dignaremur:

NOS verò, prædicti Domini *Alberti* Ducis, Comitis, & Gubernatoris Comitatuum, & Dominiorum prædictorum, juſtis precibus & poſtulationibus inclinati, prædictam Eccleſiam, in honorem beatiſſimæ Virginis glorioſè conſtructam & dotatam, noſtrâ Pontificali auctoritate, in Eccleſiam erigimus Collegiatam, dantes & concedentes prædictis Curatis & Vicariis, & eorum Succeſſoribus, de cetero jus eligendi aliquam idoneam perſonam Decanum eorum, & Capitulum faciendi, ceteraque Jura Collegialia habendi & exercendi, ſub iis modis & formis, quæ ſupcrerunt in eadem Eccleſia, cum quatuor Curatis prædictis, & octo Vicariis, duodecim Præbendæ Canonicales, quarum quatuor Presbyterales, quatuor Diaconales, & quatuor Subdiaconales exiſtent, & qui obtinent, reſpondebunt prædictam Eccleſiam in divinis Officiis diurnis, & nocturnis, ac horis ſolemniter decantandis officiare & deſervire.

DICTUM Collegium, & perſonas ipſius, ſub noſtra ſpeciali protectione recipimus, ut gaudeat omnibus & ſingulis libertatibus, quibus noſtræ Collegiatæ Eccleſiæ Trajectenſis Diœceſis, de Jure vel conſuetudine, gaudent, vel gaudere conſueverunt.

ET de criminibus eorum, per Decanum & Capitulum, in quantum jura & Conſuetudines permittunt, corrigantur.

ITEM quod Statuta honeſta & rationabilia, & Ordinationes hnneſtas, de communi conſenſu ordinare & ſtatuere, & laudabiles conſuetudines obſervare poterunt.

ITEM quòd Dominus *Wilhelmus de Lantſcroon*, Presbyter in Dordraco, quem in Decanum ipſius Collegii per præſentes præficimus, & præfectum confirmamus, ſic maneat, quamdiu vixerit in humanis, Decanus Eccleſiæ prædictæ; & poſt ejus deceſſum, Capitulum prædictum, & Canonici, in electione vocem habentes eligant, ut Jura volunt, unam perſonam idoneam in Decanum ex ſeipſis, per Nos, ad inſtar aliorum Decanorum dictæ noſtræ Civitatis Trajectenſis, confirmandum, qui curam animarum dicti Collegii gerat, qui dicto Collegio præſit, illos ad Capitulum & Chorum convocet, ceteraque Jura Decanalia, de conſuetudine vel Jure dictarum Eccleſiarum per Decanos fieri conſueta, exerceat, aut prior inter illos habeatur.

PRÆTEREA concedimus, in augmentum, & favorem cultûs Domini, præfatis Decano & Capitulo, ut cum facultas ſe obtulerit, & reditus

ditus dicti Collegii ſic creverint, quod quatuor Canonicos, de novo ſuſcipiendos, & ad arbitrium ipſius Decani in Ordinibus promovendos, eorum numero, jam per Nos approbato, & confirmato, ſimili privilegio gaudentes, valeant vel ſucceſſivè ſibi eligere, aſſumere & aſſociare.

Item quod Decanus, & Capitulum de Cura Parochiæ, de oblationibus, & aliis ſubventionibus, quæ ſolùm ad Inveſtitos prædictos pertinent, ſe aliqualiter non intromittant, ſed eos, ſecundùm antiquam conſuetudinem & ordinationem Eccleſiæ, in omnibus fideliter promoveant, & adjuvare, pro conſilio & auxilio, procurent.

Et quod ſemper unus Curatus ad minus in Eccleſia prædicta in perpetuum maneat, qui jure juriſdictioni & Domino Archidiacono ſubjectus ſit, & obediens in mandatis.

Item quod quilibet Canonicus, qui nunc eſt, ſit contentus de corpore, ſeu groſſo ſuæ Præbendæ, quod habuit ante erectionem dictæ Eccleſiæ Collegiatæ.

Et Decanus, qui pro tempore fuerit, de præſentiis, ſubventionibus, & accidentiis quibuſcumque, duplicem præſentiam de prædictis, ſine aliqua conditione, obtinebit, & habebit; ac omnia, & ſingula ſupradicta, & ordinata, &c. prout in Littera prædicta, Domini Ducis Sigillo ſigillata, cui hæc noſtra præſens Cedula eſt transfixa, pleniùs continetur.

Quibus auctoritatem, & conſenſum noſtrum pariter & aſſenſum impertimur, concedimus, & adhibemus, & Auctoritate noſtrâ ordinariâ approbamus, ratificamus, & in Dei nomine, ad perpetuam rei memoriam ſine aliqua conditione confirmamus harum noſtrarum teſtimonio Litterarum.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo, menſis Julii die vigeſimo, 1367.

Ex valerii Andreæ Bibliot. Belgica.

Dordracum, antiqua Hollandiæ Chronica à *Dorotho* ſive *Dureto* aut *Dorotheo* quodam, opibus potente, exordium nomenque cepiſſe narrant, quaſi dicas *Doroth-Drecht*, hoc eſt *Dureti forum*: nam *Drecht* Batavis antiquioribus forum eſt.

Ita Ioan. Leidenſis lib. 1. cap. 8. Chron. Hollandiæ: qui à Sothere Virgine primam Dordraci Eccleſiam fundatam memorat, cujus Junius quoque meminit: ego fabuloſum ſuſpicor.

In Sigillo Urbis ita legi ſolet: *Sigillum Oppidanorum in Dordrecht.* In Diplomate Henrici IV. Imp. *Thuredrecht*; ut inde improbanda non videatur opinio illorum, qui à *Trajiciendo*, quod linguâ vernaculâ *Doortrecken* dicimus, nomen Urbi datum eſſe volunt, ob commodiſſimos hinc & facillimos in Brabantiam, Zelandiam, vicinaque alia loca trajectus.

Quamvis nec eorum diſpliceat conjectura, qui *Dordrechtum* à *Dorsa* fluvio dictum volunt, cùm nominis hujus veſtigium, imò nomen ipſum hodieque retineat pagus vicinus *Dorſmonda*, quaſi dicas *Dorsæ os*, ut à *Rupela* Rupelmonda, à *Rura* Ruræmonda. Ceterùm *Dordracum* Hollandiæ Metropolis eſt, Urbs dives, potens, ac munita, anno demùm 1230. vallo lapideo circumducta: olim ad Meruam fl. in continenti ſita, quà Brabantiam attingebat; verùm diviſa à ducentis jam annis, divulſaque anno 1421. die S. Eliſabethæ ſacro, perrupto aggere, qui inter Dordracum & Gertrudiſbergam medius erat.

dVrdreChto InCVbVIt VIs atroX InCIta VentIs,
Vrbs qVà dIſſILVIt protInVs haVſta MarI.

Quâ inundatione ſubmerſos abſorptoſque pagos LXXII; hominum ultra centum millia, refert in Appendice ſua ad Guicciardinum Petrus Montanus, numeratque pagos pleroſque Marcus Zuerius in ſuo Hollandiæ Theatro pag. 109 Habent Dordracenſes jus ſtapulæ, id eſt merces exoticas, quæ per Leccam & Merewedam ſive Meruam eò devehuntur, ſtabulandi ac ſiſtendi, ex Privilegio Joannis I. Comitis Hollandiæ anno 1299. conceſſo, ab aliis poſtea non ſemel confirmato & ampliato.

Collegium Canonicorum XII. ibidem anno 1363. in primaria Eccleſia B. M. V. ſacra, in qua tum Altaria XL. erant, Alberto Bavaro adlaborante, inſtitutum fuit. Diſtat Dordracum Gaudâ quatuor, Ultrajecto ſeptem milliaribus.

CAPUT CXV.

Joannes de Bavaria *Electus Leodienſis Epiſcopus, nec non Epiſcopatûs Cameracenſis Commendatarius, Prioratum Corſendoncanum Canonicorum Regularium in Campinia, à Maria Brabantica Gelriæ Ducissa erectum approbat & confirmat anno* 1398.

Ex Hiſtoria Sylvæduc. Epiſcopatûs.

Joannes de Bavaria(1) Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Electus, Confirmatus Leodienſis, Commendatarius Eccleſiæ Cameracenſis à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Venerabili ac Religioſo Patri D. Joanni, Abbati noſtri Monaſterii B. Mariæ Averbodienſis Ordinis Præmonſtratenſis, noſtræ Diœceſis, ſalutem in eo qui omnium vera ſalus exiſtit.

Inter ſolicitudines varias, quibus aſſiduè noſter animus ex debito Pontificalis officii, cui licet immeriti præſidemus, undique circumſeptus exiſtit, illa potiſſimùm inſidet cordi noſtro, quod ſacra Religio nedùm noſtris temporibus obſervetur, ſed etiam magis augmentetur & creſcat.

Sane nuper pro parte Illuſtris Dominæ Mariæ de Brabantia Duciſſæ Gelriæ & Comitiſſæ Zutphaniæ, Filiæ claræ memoriæ Joannis Ducis, dum vixerit, Brabantiæ, Lotharingiæ, & Limborgiæ, Conſanguineæ noſtræ devotæ, di-

lectæ, nobis fuit ſuâ devotâ petitione monſtratum; quod ipſa devotionis zelo accenſa, & æternæ retributionis ſpe non ineleganter inducta, cupiens ſuæ & ſuorum Divorum Progenitorum animarum ſaluti providere, terrenaque in cæleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, infrà territorium patrimonii ſui paterni de *Turnhout* Cameracenſis Diœceſis, certas poſſeſſiones & bona plurima;

Utpote locum de (a) *Korſſendonck* cum ſilvis, pratis, campis, & aliis quibuſcumque ſuis ibidem attinentiis. Item tria vivaria ſita juxta locum dictum *Pryntbeeſter*. Item annuum & perpetuum redditum 45. ſcudatorum aureorum veterum monetæ Regis Franciæ, ſuper ſua prata ſita in ejus ſilvâ de *Grootenhoult*, ſub certis conditionibus litteratoriè ſpecificatis.

Interveniente etiam ad hoc rito conſenſu Illuſtris Dominæ Joannæ Duciſſæ Brabantiæ, ſuæ Sororis, noſtræque Amitæ plurimùm in Chriſto diligendæ, deputavit pie & donavit ad hanc ſalubrem intentionem per eandem præordinatam, ut in illo loco de *Korſſendonck*, ad laudem & honorem Beatæ & glorioſæ Virginis Mariæ, nec non Beatæ Agnetis Virginis & Martyris commendatæ, Monaſterium Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini conſtrueretur.

Et duodecim inibi Fratres, ſeu plures occurrentibus facultatibus, ſub uno Priore per eos eligendo inibi communiter viverent, & ſub Regula B. Auguſtini, Diſciplinaque Regulari Altiſſimo placatum præſtare poſſent famulatum.

Cujus ſalubris propoſiti prætextu, ut ſubjungebatur, nonnulli Sacerdotes, & alii Religionis & morum conſtantiâ plurimùm comprobati, ſperantes ſub dictis Ordine & Regulâ Altiſſimo debere famulari in eodem præſcripto loco de *Korſſendonck*, plura jam fecerunt congrua ædificia conſtrui, & ipſum inceperant locum jam incolere, tamquam illi qui firmam ſpem in Domino obtinebant, quod hujuſmodi dono, aliorumque Fidelium elargitione, idem locus in Monaſterium erigi deberet, & ſub Ordine antedicto feliciter augmentari.

Quamobrem pro parte dictæ noſtræ Illuſtris Conſanguineæ Nobis piè deſuper ſupplicantis, ut erectioni, fundationi, & conſtructioni dicti Monaſterii, & aliis circa hoc occurrere debentibus, Auctoritate dictæ noſtræ Commendæ Apoſtolicæ conſenſum noſtrum impartiri dignaremur, Vobis Domino Abbati per alias noſtras Litteras dedimus in mandatis, ut accedentes ubi propter hoc eſſet accedendum, tam de dictis loco & bonis, quàm ſitu eorum, & ipſorum valore, an ſcilicet ſufficere poſſent pro ſuſtentatione dictorum duodecim inibi in Fratres aſſumendorum, & ipſis miniſtrare debentium, informationem reciperetis diligentem.

Et quia, ut Nobis per veſtras patentes Litteras reſcripſiſtis, prætacta bona ſufficientia exiſtant ad hoc, quod præfertur, locuſque de *Korſſendonck* congruus ſit ad conſtruendum inibi Monaſterium antè tactum.

Et deindè verum ſit quod in hujus Monaſterii conſtructione & erectione Joannes Pauli Inveſtitus Parochialis Eccleſiæ de Turnhout, infrà cujus Parochiæ metas ipſum hujuſmodi Monaſterium conſtrui & erigi poſtulatur, ad hujuſcemodi talem conſtructionem, erectionem, fundationem, & dotationem, ſuum litteratorium adhibuerit conſenſum; prout hæc omnia in Litteris deſuper confectis latiùs exprimuntur, & expreſſâ comperimus veritate fulciri.

Hinc eſt quod Nos, qui præfatæ noſtræ Illuſtris Conſanguineæ hoc ſuum tam laudabile propoſitum multipliciter in Domino commendamus, quique diligentiùs attendimus bonarum eſſe mentium, pia vota Fidelium & illuſtrium perſonarum, maximè ea quæ ſalubribus operibus obſequuntur, & ad divini cultûs, Chriſtique Fidelium devotionis tendunt augmentationem, libenter amplecti, & favore proſequi gratioſo, hujuſmodi ſupplicationibus meritò inclinati, dictum Monaſterium in præfato loco de *Korſſendonck* erigendi, conſtruendi, ordinandi, fundandi, & dotandi;

Et ut dictum Monaſterium in titulum Monaſterii Regularis in honorem B. Mariæ & S. Agnetis ſub dicta dotatione in dicto loco erigatur; ut in eodem Fratres XII. & plures ſucceſſivis temporibus, ſuperceſcentibus ejuſdem facultatibus ſub uno Priore per ipſos Fratres juxta Regulam B. Auguſtini eligendo, ſub eadem Regulari diſciplinâ conſtituantur; quodque ipſum hujuſmodi Monaſterium de *Korſſendonck* per Vicarium noſtrum in Pontificalibus ultrò debitè cum omnibus ſuis Altaribus & Cœmiterio juxtà Canonica Inſtituta conſecretur & benedicatur;

Et ex tunc Prior & Fratres ejuſdem ſuſcepturi in eodem habitum, & profeſſionem facturi gaudeant, & pleno jure gaudere valeant omnibus & ſingulis eis conceſſis per dictum Inveſtitum de Turnhout pariter & indultis, & omnibus atque ſingulis in ea parte, ut præmittitur, ſuper præmiſſis aviſatis & ordinatis, & per dictam noſtram Illuſtrem Conſanguineam donatis, deputatis, & reſervatis, auctoritate dictæ noſtræ Commendæ Apoſtolicæ benigniter annuimus, laudamus, & ex noſtrâ certâ ſcientiâ ſupplentes omnem defectum, ſi quis fortè in his ſuperveniſſet, præſentium tenore confirmamus, jure noſtræ Eccleſiæ Cameracenſis, & aliis juribus Matricis Eccleſiæ dicti loci ſemper ſalvis.

Quocirca vobis Venerabili Abbati præſcripto, de cujus legalitate & induſtria plurimùm in Domino gerimus fiduciam ſpecialem, harum ſerie committimus & mandamus, quatenùs aſſumptis vobiſcum duabus vel tribus idoneis perſonis, dictum Ordinem ſub præfatâ Regulâ ritè profeſſis, & in Ordine Sacerdotali actu miniſtrantibus, ad dictum locum de *Korſſendonck* poſt ejuſdem conſecrationem accedentes, perſonis ibidem ſub dictis Ordine & Regulâ Altiſſimo famulari deſiderantibus, dum tamen aliàs in obedientiâ S. Rom. Eccleſiæ exiſtant, & ultrò per vos habiles ad hoc fuerint reperti, ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus, ha-

bitum dicti Ordinis, cum ſolemnitatibus ab eodem Ordine inſtitutis, tradatis, & in dicto hujuſmodi Monaſterio inſtituatis.

Et cum temporibus ad hoc congruis, ipſi ſic inſtituti & alii inſtituendi in ipſo Monaſterio facere velint profeſſionem, ipſam hujuſmodi profeſſionem juxta regularia inſtituta dicti Ordinis recipiatis, donec in eodem Monaſterio aliquis idoneus fuerit canonicè in Priorem per dictos Fratres electus.

Qui cum ſic electus fuerit, eâdem authoritate dictæ noſtræ Commendæ, eumdem pro hâc primâ vice dumtaxat confirmetis, & in ſæpè dicto Monaſterio in Priorem ipſius Monaſterii præficiatis, omnimodam adminiſtrationem tam ſpiritualium quam temporalium dicti Monaſterii ſibi committentes.

Et interim quò talis non fuerit in dicto Monaſterio in Priorem ritè conſtitutus, aliquem inibi ad hoc habilem & idoneum ad tempus præficiatis, qui curam habeat in omnibus loci antè dicti.

Nos etenim totum, & quidquid in eâ parte ſuper præmiſſis canonicè per vos factum fuerit, ratum in Domino habemus pariter atque gratum, harum teſtimonio Litterarum ſigillo noſtro ad cauſas, quo utimur in hac parte, ſigillatarum, & datarum anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo, menſis Maii die ſextâ. 1398.

Per Dominum Leodienſem, Commendatarium Cameracenſis Eccleſiæ ſuprâ dictum, præſentibus Officiali, Sigillifero, & M. Lamberto Gregorii, &c. Jo. de Weelde, Jo. de Vivario.

(1) Joannes de Bavaria, Filius Alberti Bavari Hannoniæ atque Hollandiæ Comitis, anno 1389. electus fuit in Epiſcopum Leodienſem. Accepit quoque titulum Adminiſtratoris Epiſcopatûs Cameracenſis, atque in parte illius Diœceſios, quæ Brabantiæ ſubeſt, juriſdictionem exercuit, eò quod Epiſcopus Cameraci ſedens, Clementi VII. Antipapæ adhæreret.

Sed Præſul iſte ne vel ullum altiorem Ordinem ſuſcepit: quin imò Epiſcopatum Leodienſem anno 1418. in manus Martini V. Pontificis repoſuit, & Uxorem duxit Eliſabetham de Gorlitz, Duciſſam atque heredem Luxemburgenſem.

(2) Corssendonck. Monaſterium eſt Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, Congregationis Lateranenſis, Capituli Windeſemenſis, unius milliaris ſpatio à Municipio Turnhautano, in loco peramœno ſitum. Hujus Fundatrix fuit Maria Joannis III. Brabantiæ Filia natu minima; quæ, Sororibus ſuis Joannâ Guilielmo Hannoniæ Comiti nuptâ, Margaretâ Ludovico Maleano Flandriæ Comiti conjugatâ, tandem ipſa Reinaldum III. Geldriæ Ducem Maritum accepit.

Porrò Reinaldo ſine liberis defuncto anno 1371, Maria Viduam Brabantiam rediit, ac pro portione hereditatis Municipium Turnhautanum cum vicinis aliquot Pagis accepit: quin & Turnhauti ſedem fixit, Arcemque illic extruxit. Et piis intenta operibus, Hoſpitale illic à Proavis fundatum opibus auxit, Begginagium dotavit, * Capitulum duodecim Canonicorum in Eccleſia S. Petri inſtituit; atque in nemore ſuo de Corſſendonck Conventum Canonicorum Regularium ædificavit anno 1393. *Vide Hiſtoriam Epiſcopat. Antverp.

Vide plura de hujus Prioratûs Fundatione, Priorum ſerie &c. in Hiſtoria Epiſcopatûs Sylvæducenſis Bruxellis edita anno 1721; item in Chronico Corſſendoncano Joannis Latomi, quod anno 1644. ampliatum ac notis illuſtratum Antverpiæ reimprimi curavit Joannes Hoybergius Prior Cœnobii memorati.

CAPUT CXVI.

(1) Eugenius IV. *Pontifex anno 1433. per Breve Apoſtolicum mittit Philippo Bono Burgundiæ ac Brabantiæ Duci, Hoſtiam miraculoſam, quæ modo aſſervatur Divione in Burgundia.*

Ex Gallia Chriſtiana Tom. II. Pag. 461. verſo.

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Singularis devotionis zelus, quem ad fidem Catholicam & Sacramentum Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti gerere te videmus, meritò nos inducit, ut ea tibi concedamus, quæ devotionem tuam, & aliorum Chriſti Fidelium augere valeant.

Tuis igitur in hac parte devotis ſupplicationibus annuentes, tibi (2) Hoſtiam quandam ſub imagine Salvatoris in throno ſedentis, mirabile Sacramentum Dominici Corporis, multis in locis à veſana cujuſdam feritate gladii ictibus perforatam, & ex eo ſanguine reſperſam in locis præfatis, quæ in Sacrario noſtro erat recondita, tuæ piæ devotioni concedimus & donamus, volentes & mandantes tibi, ut eam in aliqua Eccleſiarum, quas poſſides, aut in alio loco celebri cùm eo honore & reverentia recondas futuris temporibus venerandam, prout tanti Sacramenti majeſtas, & magnitudo requirit.

Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaſo ſub annulo noſtro ſecreto, diè xvii. menſis Septembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT

(1) Eugenius IV. Pont. Venetus, antea dictus Petrus de Condelmeriis, ex Ordine Cæleſtinorum aſſumptus Martino V. ſucceſſit anno 1431. Tempore calamitoſo rexit Eccleſiam, habens ſibi adverſum Baſileenſe Concilium, & Competitorem in Pontificatu Amedæum Ducem Sabaudiæ, aliàs dictum Felicem V. Obiit Eugenius anno 1447.

(2) Hostiam &c. De hoc Miraculoſo Pignore Divione in Burgundia per Philippum Bonum repoſito, vide ſupra pag. 508.

CAPUT CXVII.

EUGENIUS IV. *Pontifex in Eccleſia Collegiata S. Petri Lovanii inſtituit anno 1443. Capitulum ſecundæ Fundationis X. Canonicorum, pro duobus S. Theologiæ Profeſſoribus Ordinariis, totidem SS. Canonum, Legum Civilium, Medicinæ, nec non Ethices & Rhetorices Chriſtianæ è Facultate Artium.*

Ex Archivis Univerſ. Lovan.

EUGENIUS Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Dilectis Filiis Abbati Monaſterii B. Mariæ Middelburgenſis, Trajectenſis Diœceſis, & Præpoſito S. Petri Trajectenſis, ac Archidiacono Antwerpienſi Cameracenſis, Eccleſiarum, ſalutem & Apoſtolieam benedictionem.

DUM intra pectoris noſtri arcana revolvimus, & paternâ meditatione penſamus, quòd per Literarum ſtudia viri efficiuntur idonei, quorum doctrina ſalutaris Civitatem Dei lætificat, ignorantiæ nubila repelluntur, Divini Nominis Fideique cultus protenditur, juſtitia colitur, tam publica quàm privata res utiliter geritur, omniſque proſperitas humanæ conditionis augetur, meritò inducimur Curam Paſtoralem circa ea ſollicitiùs impendere, per quæ ſtudia hujuſmodi vigere & incrementum ſuſcipere valeant, ac venæ irrigui fontis ſcientiarum pocula, cum quibus illa haurientes, ignorantiæ profugatis tenebris, poſt acquiſitam notitiam Summi Opificis, in illius mandatorum via directi, per donum ſapientiæ ad veri luminis claritatem perveniant, jugiter ſcaturientes penuriâ rerum nullatenùs obturentur.

SANE ſicut pro parte dilectorum filiorum Univerſitatis Studii Oppidi Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, lieèt dicti Studii, quod in præfato Oppido felicis recordationis MARTINUS Papa Quintus Prædeceſſor noſter in omnibus, præterquam in Theologiæ, inſtituit primò, & deindè Nos, eodem Prædeceſſore, ſicut Altiſſimo placuit, de medio ſublato, Divinâ favente clementiâ, ad apicem Summi Apoſtolatûs aſſumpti, etiam in ipſa Theologiæ ibidem vigere & obſervari voluimus Facultatibus, plantatio nova exiſtat, illa tamen, Altiſſimo annuente, plurimùm numero Suppoſiterum pollet, & ejus Univerſitas ab ejus initio intelligentiæ ſplendore illuſtratos palmites produxit & enutrivit.

CUM autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, licèt præfatum Studium Suppoſitorum multitudine polleat, ex eo tamen, quòd quindecim, qui de Patronatu Brabantiæ pro tempore exiſtentis Ducis etiam tunc exiſtebant, in Collegiatis infra limites Ducatûs Brabantiæ conſiſtentibus Eccleſiis, Canonicatus & Præbendæ, pro remuneratione illorum, qui in ipſo Studio pro tempore legent & regent, ſub certis modis & formis deputati, etiamſi deputationes hujuſmodi ſortiri poſſent, ſicuti nondum in omnibus ſortitæ ſunt effectum plenum & debitum, pro illorum remuneratione non ſufficiunt, & dictum Studium, licèt locus amœniſſimus, copiâ rerum, & temperie aeris atque aliis neceſſariis commoditatibus refertus, ac ad recipiendum & ſuſtentandum generale Studium plurimùm aptus & idoneus exiſtat, demptis gabellis ſivè aſſiſiis ibidem ſolvi & recipi ſolitis, ac ex illis provenientibus emolumentis, quæ abſque licentia, voluntate, ſivè permiſſione præfati Ducis recipi nequeunt, tantis facultatibus in communi non abundat, de quibus in his indeficiens proviſio fieri valeat, ipſi Univerſitas Studii qui aliàs non habent, undè Magiſtris, Doctoribus, Licentiatis & aliis in dicto Studio pro tempore Legentibus & Regentibus, per quorum doctrinarum ſemina mortalibus omnibus ad benè beatèque vivendum via præbetur, & illi ad arcana mundi cognoſcenda introducuntur, congruè provideri poterit, multipliciter timeant, quòd ſui alumni tam copioſè tamque fructuoſè allecti, ob dotis & alimentorum, præfatis Magiſtris, Doctoribus, Leeentiatis & aliis Legentibus & Regentibus pro tempore neceſſario miniſtrandorum, defectum, aliquo turbinis flatu etiam ex quacumque levi cauſa prorumpente, aut parvo familiaris rei detrimento vel aliâ quâvis neceſſitate occurrente, tamquam famelici diſpergentur, & dictum Studium ob rerum carentiam ad nihilum penitùs redigetur.

PRO parte dilectorum filiorum Nobilis Viri PHILIPPI Burgundiæ & Brabantiæ Ducis, ac Burgi-Magiſtrorum, Scabinorum, Conſulum & Rectorum Oppidi, illiuſque & Studii prædictorum Univerſitatum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad profectum Orthodoxæ Fidei & ſalutem plurimorum neceſſitatibus & indigentiis Univerſitatis Studii hujuſmodi opportunè providere de Benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, in quorum manibus Univerſitas Studii hujuſmodi, omnibus & ſingulis aliis à præmiſſis proviſionibus pro Legentibus & Regentibus in dicto Studio per dictam Sedem & ejus auctoritate quomodolibet conſtutitis, ſpontè & liberè ceſſerunt, quique Ceſſionem hujuſmodi admiſimus, modum & formam deputationis ac verum annuum valorem, cum qualitatibus quindecim Canonicatuum & Præbendarum, nec non Eeclesiarum, in quibus Canonicatus & Præbendæ ipſi exiſtunt, nomina, acſi ſpecificè, ſingulariter, ac individualiter

ter expreſſa forent, præſentibus pro expreſſis habentes. Attendentes etiam quòd præfata Sedes, quæ omnium ſpiritualium rerum provida adminiſtra exiſtit, cujuſlibet commendabilis exercitii conſtantiſſima adjutrix eſſe debet, & cupientes dictum Studium, ut ex ipſo Eccleſiæ militanti & Reipublicæ commoditas, præſidium & decus aſſiduè præparentur, & adſint, tamquam firmis anchoris ſtabilitum, in proſperitatis portu abſque timore futuri periculi immobile permanere, ac Magiſtros, Doctores, Licentiatos, & alios, ad continuationem tam laudabilis & neceſſarii exercitii tantò ampliùs animari, quò ex hoc ibidem pro ſuis incumbentibus ſupportandis pro tempore oneribus ſibi liberaliter ſentiant provideri: hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta committimus & mandamus, quatenùs vos, vel duo aut unus veſtrum, ſi per ſummariam informationem ſuper his per vos recipiendam præmiſſa vera eſſe repereritis, pro directione feliciori, ſubſiſtentia & conſervatione præfati Studii, de (1) *Hakendovel*, cujus viginti quinque, de (2) *Holſbeke*, cujus decem & novem, de (3) *Cortbeke Over-loe*, cujus ſedecim, de (4) *Lintberis inferiori*, cujus triginta quatuor, de (5) *Knexel*, cujus etiam decem & novem marcarum argenti, nec non de (6) *Brecht*, cujus nonaginta, de (7) *Scelle*, cujus octuaginta, de (8) *Arbore* (*Boom*) cujus etiam octuaginta, & de (9) *Erps*, cujus centum Librarum Turonenſium parvarum fructus, redditus & proventus, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, Leodienſis prædictæ & Cameracenſis Diœceſis, Parochiales Eccleſias, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, Collegiatæ & Parochiali Eccleſiæ S. Petri præfati Oppidi, in qua præter illius Plebaniam, cui ejuſdem Parochianorum animarum cura imminet, decem & octo Canonicatus & Præbendæ, quorum quindecim de Patronatu dicti Ducis Brabantiæ exiſtentis pro tempore exiſtunt, & alii ad collationem & proviſionem dilectorum filiorum Decani & Capituli ipſius Eccleſiæ S. Petri Lovanienſis pertinent, fore noſcuntur, ultra illos pro quindecim, vel tot, ſicut ſingulis conſiderandis ſollicitè conſideratis vobis videbitur, inibi de novo creandis & inſtituendis Canonicatibus & Præbendis, qui per alios quàm in ipſo Studio Legentes & Regentes pro tempore obtineri nequibunt, Auctoritate noſtrâ in perpetuum uniatis, annectatis, & incorporetis.

Ita quòd ſimul vel ſucceſſivè cedentibus vel decedentibus ſingulis dictarum Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſive illas aliàs quomodolibet dimittentibus, liceat præfatis Univerſitati Studii per ſe vel alium vel alios corporalem poſſeſſionem ſingularum Parochialium Eccleſiarum, etiamſi ex quavis cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervatæ fuerint, juriumque & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propriâ liberè apprehendere, ejuſque fructus, redditus & proventus (reſervatis priùs & ante omnia per vos de eis pro ſingulis perpetuis Vicariis in ſingulis Parochialibus Eccleſiis prædictis, per locorum Ordinarios ad exercitium curæ animarum Parochianorum earumdem inſtituendis, ſingulis congruis portionibus, de quibus ipſi Vicarii ſuſtentari, Epiſcopalia Jura ſolvere, & alia eis incumbentia pro tempore onera ſupportare commodè poterunt) in uſus & utilitatem obtinentium pro tempore creandos & inſtituendos Canonicatus & Præbendas hujuſmodi, percipere, convertere & perpetuò retinere, Diœceſanorum locorum & cujuſlibet alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ.

Et inſuper ſi unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi per vos, ut præmittitur, vigore præſentium contigerit fieri, quamprimùm illæ per vos factæ fuerint, in ipſa Eccleſia S. Petri, ultra dictos decem & octo inibi exiſtentes, quindecim, vel tot, ſicut fructibus, redditibus & proventibus, qui ex omnibus Parochialibus Eccleſiis prædictis, præfatis reſervandis pro Vicariis portionibus defalcatis, reſultabunt, attentis, vobis videbitur, pro formatis in Theologia Baccalaureis, ſivè in illa aut Medicina, vel qui per triennium legerunt vel rexe-

(1) Hakendovel, Vicus Diœceſis Mechlinienſis, juxta Thenas: Jus Patonatûs habet Abbas Vlierbacenſis Ordinis S. Benedicti; Capitulum verò Canonicorum ſecundæ Fundationis S. Petri Lovanii habet notabiles decimas, cum onere competentiæ dandæ Paſtori.

(2) Holsbeeck, Vicus ejuſdem Diœceſis juxta Lovanium. Jus Patronatûs habet Præpoſitus S. Petri Lovanii, qui ibidem percipit majorem partem decimarum, minorem verò dictum Capitulum.

(3) Corbbeek-over Loo. Vicus inter Lovanium & Thenas habens Paſtorem Regularem ex Abbatia Parcenſi, quæ hodie omnem ferme illic decimam percipit. Habent tamen dicti Canonici bona quædam ibidem.

(4) Linter inferius, vulgo *Neder-Linter*, Vicus Diœceſis Mechlinienſis inter Thenas & Leeuwam. Ad Paſtoratum præſentat Abbatiſſa de Lintris, Ordinis Ciſtertienſis. Decimas percepit ibidem prædictum Capitulum, quas ab annis aliquot ceſſit Paſtori pro competentia.

(5) Knexel, Vicus Diœceſis Sylvæducenſis ſub Decanatu Eyndhovienſi. Decimas percepit ibidem præfatum Capitulum, ſed illæ à Fiſco Confœderatorum Belgii Ordinum nunc occupantur.

(6) Brecht. Vicus Diœceſis Antverpienſis ſub Decanatu Hoochſtratano. Jus Patronatûs habet Epiſcopus Antverpienſis. Collegium Atrebatenſe Lovanii recipit potiorem partem decimarum: minorem quoque partem habuit Capitulum Canonicorum ſecundæ Fundationis Lovanii; ſed ea pars nunc cedit ad competentiam Paſtoris.

(7) Scelle, Vicus Diœceſis Antverpienſis juxta Abbatiam S. Bernardi. Jus Patronatûs habet Capitulum Metropolitanum Mechlinienſe, & decimas dividit cum Canonicis ſecundæ Fundationis Lovanii.

(8) Arbore, vulgo *Boom*, Vicus notabilis Diœceſis Antverpienſis, ad Rupelam fluvium, è regione minoris Willebroeck & Canalis Bruxellenſis, loco amœno ſitus. Jus Patronatûs (quod olim erat penes Abbatem Lobienſem Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Leodienſi) nunc obtinet Vice-Comes de Fruges, uti Dominus de Cantecroy. Decimas hodieque percipit dictum Capitulum.

(9) Erps. Vicus Diœceſis Mechlinienſis, inter Bruxellam & Lovanium. Jus Patronatûs cum decimis habet Abbatiſſa Cortembergenſis Ordinis S. Benedicti in vicinia: aliam partem percipit præfatum Capitulum.

rexerunt poſt ſuſceptionem Magiſterii gradus in Artibus Magiſtris, ſive in utroque vel altero Jure Doctoribus, aut cum rigore examinis Licentiatis, in eodem Studio Legentibus pro tempore, eâdem auctoritate creetis in inſtituatis, ac pro ipſorum dote reſultantes fructus, redditus, & proventus prædictos, inter obtinentes pro tempore creandos & inſtituendos Canonicatus & Præbendas eoſdem æqualiter percipiendos, deputetis & aſſignetis: Illiſque pro decore, venuſtate, profectu, & utilitate dictæ Eccleſiæ S Petri, ſecundùm veſtræ diſcretionis arbitrium, onera adjiciatis & imponatis, nec non ſtatuatis, decernatis & ordinetis, quòd ex tunc perpetuis futuris temporibus in præſata Eccleſia S. Petri Canonicatuum & Præbendarum numerus, qui inibi uſque nunc fuit, tot, quot in ea dicto vigore creabitis & inſtituetis, Canonicatuum & Præbendarum numero ſit & cenſeatur adauctus: ac quòd ſingulis Canonicatibus & Præbendis creandis & inſtituendis hujuſmodi nullus ſacer ordo annexus eſſe, quòdque Magiſtri, Doctores, Licentiati, & Baccalaurei, in dicto Studio Legentes & Regentes, ac præfatos creandos & inſtituendos Canonicatus & Præbendas obtinentes pro tempore, cum reſultantibus ex Parochialibus Eccleſiis, ultra portiones hujuſmodi, atque aliis licitis modis acquirendis, præter & abſque hoc, quòd aliqui percipiant de decem & octo Canonicatuum & Præbendarum prædictorum fructibus, redditibus, & proventibus, contenti manere debeant: ac infra & extra præfatam Eccleſiam S. Petri cum habitu & religione, ac ſine illis incedere, nec non ſtallum in Choro, locumque & vocem in Capitulo habere, ac privilegiis, favoribus, libertatibus, immunitatibus & indultis quibuſlibet in omnibus & ſingulis pari modo abſque differentia quacumque uti, frui, gaudere poſſint & debeant, ſicuti perſonæ, præfatos decem & octo Canonicatus & Præbendas obtinentes pro tempore, ſolitæ fuerunt & exiſtunt, incedere & habere, ac uti, frui, & gaudere: ac quòd ad ſingulos creandos & inſtituendos Canonicatus & Præbendas primariâ vice, & exindè, Magiſtri, Doctores, Licentiati & Baccalaurei, ut præfertur, nec non ad tres ex decem & octo Canonicatibus & Præbendis, ad collationem & proviſionem Decani & Capituli pertinentes, hujuſmodi Canonicatus & Præbendas, & ad Plebaniam ipſius Eccleſiæ S. Petri perpetuis futuris temporibus, quoties illorum vacationes occurrerint ſolùm & dumtaxat, ac in Theologia Magiſter vel Formatus Baccalaureus in dicto Studio Legentes vel Regentes pro tempore, & nulli alii, per Burgimagiſtros Oppidi præſentari, & in Plebania, cujus viginti octo, ac tribus ex decem & octo Canonicatibus & Præbendis, quorum ſingulorum tredecim marcarum argenti, fructus, redditus & proventus, ſecundùm æſtimationem prædictam, valorem annuum, ut etiam aſſeritur, non excedunt, per Decanum & Capitulum Eccleſiæ S. Petri, in ſingulis quoque creandis & inſtituendis Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi per Abbatem Parcenſem, Leodienſis Diœceſis, vel Præpoſitum (*Monaſterii*) S. Gertrudis Oppidi prædicti per Præpoſitum gubernari ſoliti, dilectos Filios, ſivè eumdem Decanum, ad quem fuerit pro tempore habitus recurſus præſentandi, ut præfertur, totiens, quotiens inſtitui, ac in corporalem poſſeſſionem illius ſeu illorum, ad quem ſeu quos præſentabuntur pro tempore, juriumque & pertinentiarum ſuorum omnium induci, & inductum defendi, amotis ex illa ſeu illis illicitis detentoribus quibuſcumque, ac præſentandos ad Præbendas, in quibus inſtituentur, in dicta Eccleſia S. Petri in Canonicos & in fratres recipi, ſtallo eis in Choro, & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ, cum plenitudine Juris Canonici, aſſignatis, & ad Plebaniam hujuſmodi, ut eſt moris, admitti, illiſque de Plebaniæ ac trium ex decem & octo Canonicatibus & Præbendis, nec non creandorum & inſtituendorum Canonicatuum & Præbendarum, prout quemlibet eorum continget, fructibus, redditibus & proventibus, juribus & obventionibus univerſis, integrè reſponderi facere liberè ac licitè poſſint & debeant, abſque omni impedimento: Quòdque ſic præſentati & inſtituti pro tempore Plebanus & Canonici præbendati dictæ Eccleſiæ S. Petri ſolùm & dumtaxat cenſeantur & exiſtant, quamdiu in præfato Studio ſine intermiſſione legerint vel rexerint; ac quòd eorum ſingulis, impedimento non extante legitimo, in ipſo Studio legere vel regere ceſſantibus, ceſſantium legere vel regere eorumdem, niſi infra certum peremptorium competentem, per Abbatem, Præpoſitum, vel Decanum prædictos eis ad hoc adſignandum, terminum legere vel regere cum effectu reinceperint, & ſine fraude continuaverint, Plebania, Canonicatus, & Præbenda per ceſſationem hujuſmodi eo ipſo vacare cenſeatur ſivè cenſeantur, ac in eorum locis, quoties id evenire contigerit, alii modis & formis ſimilibus illicò ſubſtituantur & ſurrogentur.

Super quibus omnibus & ſingulis vobis & illis plenam & liberam tenore præſentium licentiam concedimus, & etiam facultatem.

Ceterum ut præmiſſa omnia & ſingula debito quantocyùs valeant demandari effectui, & per hoc fructus ſuccedat adoptatus, à ſingulis Rectoribus ſingularum Parochialium Eccleſiarum, ac perſonis obtinentibus ad præſens Plebaniam, & ſingulos ex tribus de decem & octo Canonicatibus & Præbendis præfatis, Plebaniæ & ſingulorum ex tribus Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi reſignationes, ſi eas ſimul vel ſucceſſivè in veſtris manibus ſpontè & liberè facere voluerint, auctoritate præſatâ hâc vice dumtaxat recipiatis & admittatis, eiſque per vos receptis & admiſſis, ſingulis Rectoribus & perſonis obtinentibus Plebaniam, ac tres Canonicatus & Præbendas hujuſmodi, ne propter reſignationes ipſas nimium diſpendium patiantur, ſuper fructibus, redditibus, & proventibus per eis reſignandorum Eccleſiarum & Plebaniæ, ac Canonicatuum & Præbendarum prædictorum, prout illas reſignaverint, ſingulas annuas penſiones, de quibus, ſecundùm

veſtræ

veſtræ diſcretionis arbitrium, ſe rationabiliter contentos reddiderint, eiſdem reſignantibus, quoad vixerint, vel procuratoribus ſuis ad hoc ſufficientia mandata habentibus, per Univerſitatem Studii hujuſmodi ſingulis annis in locis & terminis per vos ad hoc conſtituendis, ac ſub excommunicatione per vos in ſcriptis ferenda (quam ſinguli dictos creandos Canonicatus & Præbendas obtinentes pro tempore, ſi Univerſitas Studii præfati in ſolutione ſingularum penſionum hujuſmodi in eiſdem locis & terminis, vel infra triginta dies, ſingulos terminos ipſos immediatè ſequentes, hujuſmodi facienda defecerint, ſivè negligentes vel remiſſi fuerint, quoties hoc evenerit, ſententiam, à qua aliquis ex ipſis, donec de ſingulis penſionibus eis, quos illæ contingent, vel etiam ſuis procuratoribus, integrè ſatisfactum, aut cum altero eorum amicabiliter concordatum fuerit, ab alio quàm Romaoo Pontifice, præterquam in articulo mortis conſtitutus, abſolvi nequeat, lapſis ſingulis terminis eiſdem incurrat: & ſi, quod abſit, ipſi Univerſitas Studii, obtinentes creandos Canonicatus & Præbendas hujuſmodi, eamdem ſententiam per ſex menſes ex tunc immediatè ſequentes ſuſtinere permiſerint, ſingulæ incorporationes, annexiones, & uniones, de ſingulis Parochialibus Eccleſiis, cum quorum Rectoribus defectus ſolutionum commiſſi fuerint pro tempore, facto hujuſmodi diſſolutæ ſint, ac illorum Eccleſiæ Parochiales, nec non Plebania ac ſinguli ex reſignandis Canonicatibus & Præbendis prędictis per reſignationes eorum, qui illas reſignaverint, vacare cenſeantur eo ipſo) integrè faciendam eâdem auctoritate reſervetis, conſtituatis & aſſignetis, facientes ſingulis Rectoribus ac perſonis, Plebaniam & ſingulos Canonicatus & Præbendas reſignandos obtinentibus, prædictas ſingulas penſiones, prout eos contingent, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis per vos faciendarum formas, continentias & tenores integrè perſolvi; contradictores auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Non obſtantibus generalibus & ſpecialibus, per Nos & dictam Sedem, ac noſtrâ & ipſius Sedis vel quavis aliâ auctoritate, de Eccleſiaſticis Beneficiis factis, & inantea faciendis, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum, reſervationibus, atque aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus, nec non præfatæ Eccleſiæ S. Petri, juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis aliâ firmitate roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliqui Apoſtolicâ vel aliâ quavis Auctoritate in ipſa Eccleſia S. Petri in Canonicos ſint recepti, vel, ut recipiantur, inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis ejuſdem Eccleſiæ S. Petri ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Literas impetrârint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.

Quas quidem Literas, & per illas habitos proceſſus, ad Parochiales Eccleſias, & ex illarum fructibus, redditibus & proventibus creandos & inſtituendos, nec non tres ex decem & octo Canonicatibus & præbendis, Canonicatus & præbendas, ac Plebaniam prædictos volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum ſeu Beneficiorum aliorum præjudicium generari: Aut ſi venerabilibus Fratribus noſtris Leodienſi & Cameracenſi Epiſcopis, ac præfatis Decano & Capitulo, vel quibuſvis aliis, communiter vel diviſim, à dicta ſit Sede indultum, quòd ad receptionem vel proviſionem alicujus, aut præſtationem vel ſolutionem penſionis cujuſvis minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint; quodque de Canonicatibus & Præbendis præfatæ Eccleſiæ S. Petri, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum cullationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nolli valeat provideri per Literas Apoſtolicas, non facieotes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem: ac quibuſlibet Privilegiis, Indulgentiis & Literis Apoſtolicis, ſpecialibus vel generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter nnn inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis: Seu ſi præſentandi & inſtituendi pro tempore prædicti præſentes non fuerint ad præſtandum de obſervandis Statutis & Conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ S. Petri ſolita juramenta, dummodò in abſentiis ſuis per procuratores idoneos, & cùm ad Eccleſiam ipſam acceſſerint, corporaliter iſta præſtent.

Attente quoque provideatis, ne in aliqua reſignationum earumdem, ſi fiant ex parte alicujus reſignantium & Univerſitatis eorumdem, aliqua pravitas interveniat, ſivè etiam corruptela.

Nos enim ex nunc irrita & inania decernimus omnes & ſingulos proceſſus, quos haberi, ac ſententias, cenſuras & pœnas, quas ferri & promulgari, ac quicquid contra tenorem & effectum præſentium per Sedem eamdem ſivè aliàs per quemquam Apoſtolicâ vel aliâ quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Senis anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo 1443.
tertio, x. Kalendas Junii, Pontificatûs noſtri anno tertio-decimo.

CAPUT

Lovanii in Æde primaria S. Petro Apoſtolorum Principi ſacra à plurimis ſæculis fuit inſigne Capitulum XVIII Canonicorum, cum Præpoſito & Decano, ut ſupra dictum fuit ad Diploma ſeu Caput LXII. lib. I. Donat. Belgic. Ex Præbendis hiſce quindecim ſunt ad collationem Ducis Brabantiæ, & tres ad Collationem Magiſtratûs Lovanienſis.

Poriò Eugenius IV. Pont. conſultarus militati novellæ

Academiæ Lovanienſis, anno 1426. à Prædeceſſore ſuo Marnno V. erectæ (cujus Diploma ſupra exhibitum fuit Lib. I. Diplom Belgic. Cap. 107. & 108.) in eadem S. Petri Eccleſia inſtituit anno 1443 alterum Canonicorum Capitulum, è qualibet Facultate aſſumendorum qui Præbendis ſuis annexas haberent Lectiones ordinarias: initio quidem erant quindecim; ſed poſtmodum redacti fuère ad decem. Munus eorum eſt docere per ſex ſeptimanas annuè; eſtque hoc Capitulum quaſi Seminarium Doctorum pro qualibet Facultate.

CAPUT CXVIII.

Concordia inter Capitulum S. Petri Aycurienſis & Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi Lovanii inita anno 1456. ſuper tranſlatione præfati Capituli, quæ facta fuerat anno 1454. per Nicolaum V. Pontificem.

UNIVERSIS & ſingulis præſentes Litteras viſuris, lecturis & audituris, JOANNES DE LYSURA Decretorum Doctor, Præpoſitus Eccleſiæ B. Mariæ ad gradus Moguntinenſes, Sacrique Palatii Apoſtolici cauſarum Auditor, Judex & Commiſſarius executionis negotii infratacti, authoritate Apoſtolicâ ſpecialiter deputatus, aſſumptus pariter & electus, ſalutem in Domino, cum agnitione veritatis.

CUM ea, quæ ad honorem Dei omnipotentis, ejuſque ſacratiſſimæ Genitricis Mariæ Virginis, ac divini cultûs augmentum ſalubriter fiunt & ordinantur, deceat, imò potiùs expediat ſtudioſiùs ſcripturæ miniſterio commendare, ne poſt longævi temporis intervallum, hominum fragilitate eorumque memoriæ labilitate penſatis, in oblivionis atrio ſepeliantùr.

NUPER ſiquidem felicis recordationis NICOLAUS Papa V. (prout ſibi ex debito Paſtoralis incumbebat officii) circa Eccleſiarum quarumlibet ex alto ſibi commiſſarum, & perſonarum divinis inibi obſequiis deditarum ſtatum in melius proſperandum diligenter intendens, affectuque benevolo promovere deſiderans, quæ inibi ad Dei laudem, divinique cultûs propagationem proſpiceret redundare, ipſarum ſtatum Eccleſiarum alterando & immutando, prout locorum, rerum, perſonarum providè penſatis circumſtantiis, ut conſpexerit in Domino ſalubriter expedire;

AD Illuſtriſſimi quidem & Invictiſſimi Principis Domini, Domini PHILIPPI Divinâ favente clementiâ Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Ducis ſupplicationem, Collegium Eccleſiæ Loci de EYNCOURT, Leodienſis Diœceſis, ejuſdem Domini Ducis temporali Dominio ſubjecti, vocatis priùs Venerabilibus Dominis Decano & Capitulo ipſius Eccleſiæ Loci de EYNCOURT, & aliis qui forent evocandi, ac conſtito de aſſertis, & dummodo eorumdem Dominorum, ac aliorum quorum intereret, ad id expreſſus accederet aſſenſus, cum dote ſua & omnibus inſigniis Collegialibus, Privilegiis, præeminentiis, juribus, libertatibus & immunitatibus ipſi Eccleſiæ Loci de EYNCOURT quomodolibet conceſſis,

AD Eccleſiam Parochialem S. Jacobi Oppidi Lovanienſis dictæ Diœceſis (quod inſigne admodum & notabile exiſtit) transferri, ipſamque Eccleſiam Parochialem S. Jacobi in Collegiatam erigi, ac inſigniis Collegialibus hujuſmodi decorari, nec non dictos Dominos Decanum & Capitulum ipſius Eccleſiæ Loci de EYNCNURT, & Collegium hujuſmodi in ipſa Eccleſia S. Jacobi inſtitui mandavit;

AC voluit inſuper, quod ſi Tranſlationem & Erectionem hujuſmodi fieri contingeret, ut præſertur, utriuſque Eccleſiarum prædictarum Cura Parochianorum cum omnibus ſuis juribus ſolitis, ad ſingulos illarum Rectores, & eorum Succeſſores diviſim (prout hactenus conſuetum eſt) perpetuò pertineret, & per eos exerceretur, ac illarum onera conſueta ſupportarentur, & deſerviretur inibi laudabiliter in divinis; aliaſque ſtatuit, voluit & ordinavit, pront in Litteris Apoſtolicis deſuper confectis & expeditis, hæc & alia pleniùs continentur & habentur.

NOS igitur JOANNES DE LYSURA Præpoſitus, Judex & Commiſſarius antedictus, ſummo deſiderantes affectu, ut Tranſlatio & Erectio prædictæ ſuum ſortiantur effectum, gratum quidem ex hoc Deo, & acceptum impartiri credimus ſamulatum, dum Chriſti Fideles ad illa excitamus opera, quæ ſalutem conſpiciunt animarum, exinde profectò ipſis Dominis Decano & Capitulo ſ.ffragia provenirent quàm plurima, fidelium accreſceret devotio, Oppidum Lovanienſe decoraretur, & ſalus utique prodiret animarum, cultus inſuper divinus non modicum ſuſciperet incrementum, per quem non tam vivis ſalus quæritur, quàm mortuis celeſtis introitus aperitur, & beatorum in patria invaleſcit fruitio beatifica:

ET quia Venerabilis Vir Magiſter Joannes Stockelpot Artium Magiſter & Doctor in Medieinis, tanquam Rector ſive Curatus dictæ Eccleſiæ S. Jacobi ſua non parum putavit intereſſe, hinc c(t quod Nos ad hujuſmodi benevolum ab eodem obtinendum conſenſum, ac juxta dictarum Litterarum Apoſtolicarum formam & continentiam procedere volentes, nonnulla rationi juri & æquitati conſona, amicitiæ & tranquillitatis productiva appunctuamenta, ſivè capitula fecimus atque concepimus, prout in quadam papirea ſcedula, quam Notario publico infraſcripto præſentibus inſerendam ad manus tradidimus,

tradidimus, pleniùs continetur & habetur. Cujus quidem ſcedulæ tenor ſequitur ſub his verbis:

Primo quidem Magiſter Joannes Stockelpot Curatus S. Jacobi ſupra Bieſt, quamdiu ipſe fuerit Curatus ibidem, habebit primum locum in ſiniſtro latere Chori, & tempore Divinorum non intrabit Chorum ſine habitu.

Item habebit idem Magiſter Joannes dimittere ſummum Altare in Choro; loco illius igitur aſſumet ſibi Altare in novo Choro ibidem, videlicet Altare Beatæ Mariæ Virginis.

Item habebit levare idem Magiſter Joannes oblationes omnium ſuorum ſubditorum per totam Eccleſiam, demptis oblationibus fiendis in ſummo Altari; pro quibus aſſignabitur ſibi certa quota per Dominum Judicem Executorem negotii Tranſlationis hujuſmodi.

Item legata, quæ fient ipſi Curato, ſpectabunt & pertinebunt ad eundem Curatum.

Item Fabrica Eccleſiæ Sancti Jacobi habebit providere eidem Curato de luminaribus, & aliis more ſolito in Altari ſuo per eum jam electo in novo Choro, prout conſuevit & tenebatur providere ſibi in ſummo Altari.

Item idem Curatus reſervabit ſibi uſum ornamentorum jam exiſtentium ibidem.

Item in quatuor Feſtis ſolemnibus anni, nec non Patroni ejuſdem Eccleſiæ, videlicet Sancti Jacobi Apoſtoli, ac Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Circumciſionis & Epiphaniæ, ab octava hora uſque ad nonam, nullus habebit celebrare Miſſam in præfata Eccleſia, niſi ſaltem completo offertorio ipſius Curati, demptâ primâ Miſsâ: neque aliis diebus poterit quis celebrare in dicta Eccleſia abſque licentia petita & obtenta ab ipſo Curato; exceptis tamen Beneficiatis ibidem, & illis de Capitulo cum ſuis Capellanis tranſlatis ad ipſam Eccleſiam. Committitur tamen hoc diſcretioni Domini Commiſſarii tandem.

Item Dominicis diebus habebit Curatus, ſeu ejus Vice-gerens compleviſſe ſermonem ſuum tempore hyemali, videlicet à feſto Sancti Remigii uſque Paſcha, horâ octavâ vel circiter, alio verò tempore, ad medium horarum ſeptimæ & octavæ, & ſemper finito ſermone, habebit ad ſtatim facere pulſari, & continuò celebrare ſuam Miſſam.

Item in Miſſis celebrandis & oblationibus recipiendis in majori Altari per Curatum, ſervabit idem Curatus ordinem ad modum Curati Sancti Petri Lovanienſis.

Item ultra præmiſſa manebit idem Curatus in omnibus & ſingulis antiquis libertatibus & juribus dictæ Eccleſiæ, prout Prædeceſſores ſui fuerunt, dolo & fraude ſecluſis.

Nec debet idem Curatus ſubeſſe Decano aut Capitulo ibidem, nec eis ut ſuis ſuperioribus obedire, niſi aliàs fieret Capitularis ibidem.

Quæ quidem appunctamenta, ſive Capitula omnia & ſingula ſupratacta, ſic per Nos concepta, Nos Joannes Præpoſitus, Judex & Commiſſarius prælibatus, tanquam ritè & laudabiliter facta, rata & grata habentes, Authoritate Apoſtolicâ Nobis commiſſâ, & quâ in hac parte fungimur, approbamus, laudamus, ratificamus, atque emologamus per præſentes.

Volumus inſuper & decernimus, quod ſpectabiles Viri Burgimagiſtri pro tempore præfati Oppidi Lovanienſis, pro pacis & tranquillitatis ubertate fovenda, & ut partes hinc inde ab omnibus, quæ jurgiorum in præmiſſis ſeu turbationum poſſent occaſiones afferre, diſpendiis releventur;

Præsertim etiam, ut jura, Privilegia, juriſdictiones & libertates utriuſque Eccleſiarum prædictarum ſucceſſu temporis remaneant illibata, promittent fide mediâ, loco juramentorum præſtandorum, tam ſuo quàm Oppidi prædicti, & ejuſdem futurorum Rectorum, Magiſtratuum & Conſulum ſucceſſorum nominibus, omnia & ſingula in Litteris hujuſmodi ſupra deſcripta & contenta firmiter adimplere, & adimpleri facere, ac inviolabiliter obſervare; nec contra ea, ſeu aliquod præmiſſorum facere, dicere, vel venire, directè vel indirectè, quâvis occaſione, ratione, titulo, ſeu colore, dolo & fraude quibuſcumque in præmiſſis penitùs ſecluſis.

In cujus rei teſtimonium veritatis præmiſſorum, præſentes Litteras exinde fieri, & per Notarium Publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus, Sigillorumque noſtræ Præpoſituræ, quo ad præſens utimur, etiam pro corroboratione prædictorum, nec non dicti Oppidi, ad cauſas, per Burgimagiſtros, Scabinos, ac Conſules ejuſdem Oppidi, in eorundem juramentorum præſtationis ſignum, ac ad futuram rei memoriam voluimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Lovanii, in Domo Conſulatûs ejuſdem Oppidi, ſub an. à Nativitate Domini, milleſimo quadringenteſſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quartâ, die verò decimâ tertiâ menſis Novembris, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Caliſti, divinâ providentiâ Papæ tertii, anno ſecundo;

Præsentibus ibidem Venerabilibus Viris Magiſtris Balduino de Zieriçzee Decretorum Doctore, Decano Collegiatæ Oppidi de Zieriçzee, Petro Bote Scholaſtico Beati Petri Lovanienſis, Trajectenſis & Leodienſis Diœceſium, Eccleſiarum, & Joanne Lobbe in Decretis Licentiato, Advocato Oppidi Lovanienſis, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis;

Et me Joanne Boels, aliàs de Kempenere Clerico Cameracenſis Diœceſis, publico Apoſtolicâ & Imperiali authoritatibus Notario, qui præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic (ut præmittitur) per dictum Reverendum Patrem Dominum Joannem de Lyſura Præpoſitum, Judicem & Commiſſarium, ac coram eo fierent & agerentur, ordinarentur, appunctuarentur, laudarentur, & ratificarentur, unà cum Teſtibus prænominatis interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi;

Ideò præſentes Litteras manu alterius (me aliunde præpedito) fideliter ſcriptas exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi,

ſignoque & nomine meis ſolitis, unà cum ejuſdem Domini Præpoſiti, Judicis, & Commiſſarii, ac Oppidi Lovanienſis prædicti ad cauſas ſigillorum appenſione ſignavi, rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Confirmatio præfatæ Concordiæ per Oppidum Lovanienſe.

UNIVERSIS & ſingulis præſentes Litteras viſuris, lecturis & audituris, Nos Burgimagiſtri, Scabini & Conſules Oppidi Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

NOVERITIS, quod Litteras ſupraſcriptas vidimus, & intelleximus, ac ſuper appunctamentis & contentis in eiſdem Nos informavimus diligenter. Et quia per informationem hujuſmodi comperimus omnia & ſingula in eiſdem contenta & deſcripta fore & eſſe rationabilia, rationi & æquitati conſona;

EA propter, ea omnia & ſingula, ac quæ circa illa à dicto Reverendo Patre Domino Joanne de Lyſura Præpoſito, Judice & Commiſſario concepta, facta & appunctuata, ſive ordinata ſunt (prout in præſcriptis Litteris ſuprà continetur) rata, grata, firma & ſtabilia habentes, ratificavimus, approbavimus & confirmavimus, ac in Dei nomine ratificamus, approbamus, & confirmamus per præſentes;

PROMITTENTES tam noſtris quàm ſucceſſorum noſtrorum pro tempore ejuſdem Oppidi Lovanienſis Burgimagiſtrorum, Scabinorum & Conſulum nominibus, ea omnia & ſingula, futuris perpetuis temporibus, firmiter & inviolabiliter obſervare, fide noſtrâ mediâ, loco juramenti per Nos præſtiti.

IN cujus rei teſtimonium ſigillum ad cauſas dicti Oppidi Lovanienſis præſentibus duximus apponendum.

DATUM inſpectionis noſtræ anno Domini millesimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, menſis Novembris die decimâ tertiâ. 1456.

RAdulphus Vir Nobilis ejuſque Uxor Giſla. Canonicorum XII. Collegium anno 1036. fundaverunt in Aicuria, vulgò *Aincourt*, Vico Gallo-Brabantiæ, eamque Fundationem Diplomate ſuo (ſupra exhibito pag. 263.) confirmavit Reinardus, ſeu Reginardus, Leodienſium Epiſcopus, qui & Comitem Lovanienſem Advocatum conſtituit.

Juſto interim tempore elapſo, & necdum executioni mandatâ piorum voluntate Conjugum, Henricus Leodienſium Epiſcopus relictam hereditatem partitus eſt anno 1179; ita ut proventus ſex Præbendarum Abbatiæ S. Laurentii Ordinis S. Benedicti Leodii aſſignaretur, & reſtantes ſex Canonicatus manerent Collegio Aicurienſi, cujus Abbas præfatus Patronus & Præbendarum Collator deinceps foret.

Anno 1454. Nicolaus V. Pontifex præfatum VI. Canonicorum Collegium, ob bellorum ac temporum injurias Lovanium tranſtulit ad Parochialem S. Jacobi Eccleſiam. Vide Notas pag. 264.

CAPUT CXIX.

Abbas Generalis Ciſtertii Prioratum de Mariendonck *Ordinis Ciſtertienſis, prope Heuſdenum in Diœceſi Sylvæducenſi, ſubjicit Prioratui, nunc Abbatiæ, S. Salvatoris Antverpiæ anno* 1560.

Ex Hiſtoria Epiſcop. Sylvæduc. in qua vide plura. NOS Fr. LUDOVICUS DE BESSEY Abbas Ciſtercii in Cabilionenſi Diœceſi, S. T. Doctor, univerſi Ciſtercienſis Ordinis Caput ac Superior Generalis, &c. Dilecto Nobis in Chriſto Patri Domino Everardo Bacx Cœnobii noſtri S. Salvatoris in Antverpia Priori, paternam benedictionem.

CUM ad noſtras aures fide dignis teſtimoniis pervenerit, Monaſteria Ordinis noſtri in Hollandiâ, *Donka B. Mariæ*, & *Porta Cæli* propè Civitatem Harlemenſem, è Linea Morimundi Nobis innexa, tribus hinc annis omni viſitatione fuiſſe deſtituta; quamque periculoſum id ſit tepidis hiſce temporibus, ac graſſantium hæreſum pravitatibus, vobis conſiderandum manet.

QUAPROPTER cum chariſſimus Nobis in Chriſto Frater & Co-Abbas Monaſterii de *Veteri Campo* Archidiœceſis Colonienſis, Nos de tua Perſona, zelo, diſcretione & doctrina certum fecerit, unàque Jure Paternitatis tibi ſpecialiter incumbat, *Aulam B. Mariæ in Zirixzeâ*, *Bethleëm in Wateringiâ*, annuatim viſitare ac corrigenda corrigere; ut unà ad *Donkam B. Mariæ*, & *Portam Cæli*, Ordinis noſtri Monaſteria excurras, eaque quoad ſpiritualem & temporalem profectum juxta S. Patris noſtri Benedicti Regulam, ac Conſtitutiones & Sanctiones Capituli Generalis paternâ curâ ac ſolicitudine ocyùs ac ſingulis annis viſites, tibique morem gerant, commiſſione hâc abſolutâ & independenti, de plenaria noſtra (quâ fungimur) auctoritate jubemus.

UTQUE chartam viſitationum quoad illorum Cœnobiorum ſtatum, ac ſpirituale & temporale regimen illicò vel ad Abbatem Campenſem, vel ad Nos immediatè tranſmitti cures, volumus & mandamus; nullo dubio de cætero hæſitantes, quin hiſce viſis, pro Ordinis noſtri incremento, hanc noſtram commiſſionem lubentiſſimè executioni mandabis.

Hiſce Chariſſime Fili, vale cum tuis, ad tui tuorumque ſalutem; & manebo

R^{dæ} Paternitati Tuæ Addictiſſimus Confrater,

FR. LUDOVICUS ABBAS CISTERCII GENERALIS.

E Civitate Tridentinâ ipſis Kal. Junii anno 1560.

CAPUT

CAPUT CXX.

Pius IV. *Pontifex novum erigit Epiſcopatum in Urbe Brugenſi apud Flandros anno 1560, eumque conſtituit Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis; Eccleſiam Collegiatam S. Donatiani faciens Cathedralem, & Menſæ Epiſcopali annectens Præpoſituram dictæ Eccleſiæ, item Abbatiam Thoſanam (vulgo Doeſt) Ordinis Ciſtertienſis haud procul Brugis. Bullam Apoſtolicam executioni mandat Cardinalis Antonius Granvellanus primus Archiepiſcopus Mechlinienſis.*

Ex Archivis Epiſcopatus Brugenſis.

ANTONIUS PERRENOT miſeratione divinâ Sacræ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Granvellanus, Archiepiſcopus Mechlinienſis, Sereniſſimi ac potentiſſimi Principis & Domini noſtri Domini PHILIPPI Divinâ favente clementiâ Hiſpaniarum Regis Catholici &c. Rerum Statûs Conſiliarius, Judex & Executor ad infraſcripta, unà cum quibuſdam aliis infraſcriptis, noſtris in hac parte Collegis, cum illa clauſula, *Quantenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel per alium ſeu alios &c.* à Sancta Apoſtolica Sede ſpecialiter deputatus.

REVERENDIS Dominis, DD. Archiepiſcopo Trajectenſi, Epiſcopo Tornacenſi, Decano & Capitulo Tornacenſi, Archidiacono Brugenſi in Eccleſia Tornacenſi, necnon Dominis Præpoſito, Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis S. Donatiani Brugenſis, S. Bertini Audomarenſis Ordinis S. Benedicti, & de Thoſan, aliàs Doeſt, Ciſtertienſis Ordinis, olim Tornacenſis nunc verò Brugenſis Diœceſis Monaſteriorum Abbatibus, omnibuſque aliis & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ac illi vel illis ad quos præſens noſter Proceſſus pervenerit, quoſque infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, aut quâcumque præfulgeant dignitate, ſalutem in Domino & præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtriſque hujuſmodi, immò veriùs Apoſtolicis, firmiter obedire Mandatis.

LITTERAS Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii Divinâ providentiâ Papæ quarti, ejus verâ Bullâ plumbeâ cum filis ſericis rubri croceique colorum, more Romanæ Curiæ impendentibus, bullatas, ſanas ſiquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut in eis primâ facie apparebat, Nobis pro parte Reverendi Domini, D. PETRI CURTII, eâdem gratiâ moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis, ac aliorum quomodolibet intereſſe ſuper præmiſſis habentium, per honorabilem Virum Dominum ac Magiſtrum Joannem vanden Heetvelde ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis Canonicum, coram Notariis publicis & Teſtibus præſentatas, Nos cum ea, quâ decuit, reverentia recepiſſe, noveritis, hujuſmodi ſub tenore.

PIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officio, ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium noviter erectarum decori & venuſtati, ac illis præſidentium ſtatui & opportunæ ſubventioni, cum Divini Cultûs augmento & animarum Chriſti Fidelium ſalute valeat ſalubriter provideri: ac deſuper etiam ea quæ à Prædeceſſoribus noſtris conſultè geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio immutando diſponimus, prout locorum & temporum qualitas exigit, ac ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

CUM itaque, ſicut accepimus aliàs, poſtquam felicis recordationis Paulus Papa quartus Prædeceſſor noſter providè conſiderans eam partem inferioris Germaniæ, quæ Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hereditario jure etiam tunc ſubjecta erat, paucos habere Epiſcopos, nullum Metropolitanum qui eam regerent, uti illius amplitudo & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latèque diſſitorum Caſtrorum, Pagorumque ſuorum copia animarumque multitudo, varium item idioma, & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ab hæreticis conditio expoſtulabant; iiſque & aliis gravibus cauſis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis fidei Catholicæ ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias Civitates & Diœceſes à Rhemenſi & Colonienſi Provinciis; Ac Mechlinienſe & Brugenſe diverſaque alia Oppida inſignia hujuſmodi Regionis à ſua quodque Diœceſi & Provincia perpetuò ſegregaverat & diviſerat;

Nec non Mechlinienſe, Brugenſe & reliqua Oppida prædicta ſic diviſa in Civitates; Cameracenſem verò & Trajectenſem tunc Epiſcopales Sedes, ac olim S. Rumoldi Mechlinienſem in Metropolitanas, & S. Donatiani Brugenſem Collegiatam, ceteraſque alias Oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Eccleſias, in Cathedrales Eccleſias pro totidem Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui ſuæ cuique Eccleſiæ præeſſent. Nec non Mechlinienſi & Brugenſi Eccleſiis & Civitatibus prædictis certos tunc expreſſos districtus per Nuncium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos pro ſua Diœceſi cuique perpetuò conceſſerat, nec non Eccleſiæ Mechlinienſi prædictæ Eccleſiam Civitatem & Diœceſim Brugenſem hujuſmodi inter alias pro ſua Provincia adjunxerat:

Jus Nominationis Regiæ.

Præfato quoque Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonas idoneas, ac alias certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad Brugenſem & alias Eccleſias erectas, tam à primæva erectione hujuſmodi, quàm ex tunc deinceps, quotieſcumque illas vacare contingeret, per eundem Pontificem in Archiepiſcopos & Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandas, in perpetuum reſervaverat per quaſdam ſub plumbo; & deinde per alias ſuas in forma Brevis Litteras;

Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſino, ſuo ac Apoſtolicæ Sedis Nuntio in partibus illis, dederat in mandatis, ut perſonas idoneas qui dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſuâ deputaret;

Commiſſarii pro novis Epiſcopatibus.

Dilectus Filius noſter Antonius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, & quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuntius, dicto Prædeceſſore interea de medio ſublato, vigore ſeu prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poterant;

Factâ nihilominus diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes quod per diſmembrationes bonorum à Monaſteriis & Præpoſituris prædictis, ſi fierent, cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria Menſis prædictis pro dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpetuò gererent, potiùs eſſe unienda;

Ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium, diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & Juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis quæ per primò dictas Litteras ſtatuuntur; nec non conſtitutiones & aſſignationes dotium, & denique numerum Perſonarum ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum, ſtatum quoque & formam in prædictis Eccleſiis etiam per diſmembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas inſtitutiones, ac alias in univerſum accommodas rationes habendas cenſuerunt; ac ſuper majori illorum parte proceſſus & ſcripturas, ſeriò digeſtis rebus omnibus formandos curaverunt, prout in illis ac ſingulis Litteris prædictis ſeu Scripturis pleniùs continetur:

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet; quique nuper Monaſterium de Docſt Ciſtercienſis Ordinis, olim Tornacenſis, nunc verò Brugenſis Diœceſis, cum primum illud per ceſſum vel deceſſum moderni illius Abbatis, aut aliàs quovis modo vacare contingeret, Menſæ Epiſcopali Brugenſi ex tunc prout ex ea die & è contra perpetuò univimus, annexuimus & incorporavimus; attendentes, quod ſi priſcis temporibus, dum dicti populi ſenſim accreſcebant, de novis Eccleſiis Cathedralibus, optimiſque Præſulibus opportuno tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus Religio Chriſtiana paſſim laceratur, atque affligitur, haud ita violenter invaluiſſent: Unio Abbatiæ Thoſanæ.

Nunc autem, cum ad illa arcenda & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate fidei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia æquè opportuna remedia quam ſupradicta potuerit adhibere, ut ea juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium promptos & felices ſortiantur effectus, noſtri miniſterii partes præmiſſis adjicere, illaque omnibus, quibus poſſumus, rationibus juvare & promovere volentes, ac Menſæ Epiſcopalis Brugenſis & illi uniendorum Canonicatûs & Præbendæ, necnon applicandorum & aſſignandorum fructuum, reddituum, & proventuum, ac bonorum & aliorum infraſcriptorum, quorum valor annuus non eſt expreſſus, veros annuos valores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro ſalute dictorum populorum enixè proſequentis excitati,

Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, diviſionibus, limitationibus & diſtributionibus dictorum Subdelegatorum in prædictis proceſſibus ſpecificatis, tamquam in melius reformatis inhærendo, ac conceſſionem & aſſignationem per priores Litteras Prædeceſſoris hujuſmodi factas quoad infraſcripta immutando, omnia & ſingula Oppida, Caſtra, Pagos, Villas & loca infraſcripta, videlicet

Brugas, *Dam*, *Armuyen*, *Biervliet*, *Middelborgh*, *Sluys*, *Ardenborgh*, *Audenborgh*, *Oſtende*, *Ooſtborgh*, *Houcke*, *Munckere*, *Blanckenberghe*, *Lombaertſyde*, *Weſtende*, *Willckinskercke*, *Wiltzavenſſyde*, *Mariekercke*, *Steene*, *S. Catelyne*, *Santvoorde*, *Breedene*, *Klemskercke*, *Vliſſegem*, *Houthave*, Limites Epiſcopatûs.

Digitized by Google

Houtbave, Stalbille, Nieumunſter, Wenduyne, S. Pieter op deu dyck, Meerkercke, Koolkercke, S. Jans op den dyck, Uutkercke, Dudzeele, Terdoeſt, Ooſtkercke, Liſſewege, Weſtcapelle, Ramſcapelle, Heyſt, Cnocke, Stamperbouck, Lapſchure, Cadſaut, Wulphen, Nieuvliet, Tergrouwen, Nieukercke, Ormauſcapelle, Schoondycke, Gaterneſſe, Breskins, Coxie, S. Catelyne, S. Marguerite, S. Cruys, Heinckerwerve, Watervliet, S. Jans ten Aermen, Bentillecapelle, Leſtbyn, S. Lauwereyns, Capryeke, Eeckeloo, Lembeecke, Moerkercke, Brodſende, Maldeghem, Adeghem, S. Cruys, Male, S. Catelyne, Aſſeubrouck, Rabbauwenborgh, Syſſeele, Oclem, Beernem, Leſſinghe, Suaeskercke, Slyppe, S. Godelieve, Sevecote, Mannekiuſvere, Scoore, S. Peeters Capelle, Sande, Leke, Keyem, Beerſt, Vlaedſloo, Moere, Hanſaine, Cortemarck, Bovekercke, Wynendale, Capelle, Coeckelaere, Iehteghem, Eerneghem, Aertrycke, Seedelghem, Loppem, Oorſcamp, Ghiſtelle, Weſtkercke, Bekeghem, Roxem, Ettelghem, Jabbeke, Varſſenare, Serckeghem, Tilleghem, S. Michiels, Zarne, Hooghlede, Ghidts, Beveren, Hardoye, Coolſcamp, Lichtervelde, Zuevezeele, Heeghem, Putthem, Wynghene, Poucquet, Rouſſelaere, Rombeke, Houckene, Woeſtyne, Nieukercke, Rooſebeecke, S. Jooris, Teu Diſtelle, Meerberghe, Ruddervoorde, Waerdamme, Staen, Stadt, Caecteu,

In poſteriori deſignatione Subdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum Eccleſiis etiam Parochialibus, Monaſteriis, Collegiis Canonicorum, Capellis, Hoſpitalibus & Beneficiis, locis & perſonis, ac Officiis Eccleſiaſticis Sæcularibus & Regularibus, ac populis, & quibuſcumque aliis ſub eis comprehenſis præfatæ Eccleſiæ Brugenſi juxta deſignationem illi per prædictos Subdelegatos factam hujuſmodi, perpetuò concedimus & aſſignamus.

Unio Præpoſituræ S. Donatiani.

Et inſuper Præpoſituram Eccleſiæ Brugenſis prædictæ, quæ tempore illius Erectionis hujuſmodi dignitas inibi principalis erat, & cujus fructus, redditus & proventus mille ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, cum primum illam per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum aut quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem dilecti Filii moderni illius, (1) Præpoſiti, aut aliàs quovis modo ex cujuſcumque perſona, etiam apud Sedem Apoſtolicam, aut etiam in aliquo ex Menſibus in quibus vacantium beneficiorum diſpoſitio Nobis aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti per Conſtitutiones Apoſtolicas vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, ſeu Litteras alternativarum aut alia Privilegia & Indulta reſervata exiſtit ſeu fuerit, vacare contigerit, vel etiam ſi actu non vacet, & tanto tempore vacaverit, quod ejus Collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitimè devoluta, illaque diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel ex quavis cauſa etiam diſpoſitivè exprimenda, generaliter reſervata exiſtat, & ad illam conſueverit quis per electionem aſſumi, eique Cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ex nunc prout ex tunc & ècontra, ſupprimimus & extinguimus,

Archidiaconatus Brugenſis.

Nec non Archidiaconatum Brugenſem in Eccleſia Tornacenſi, quæ inibi dignitas, non tamen major poſt Pontificalem exiſtit, ſimiliter cùm primum ille per ceſſum vel deceſſum illam obtinentis etiam apud Sedem eamdem aut aliàs vacare contigerit, vel etiam ſi vacet, ac ſpecialiter vel generaliter reſervatus, curatus, & litigioſus exiſtat, ut præfertur, cum omnibus juribus, juriſdictionibus & pertinentiis ſuis ad prædictam Eccleſiam Brugenſem ſimiliter ex nunc prout ex tunc & è contra; ita quod Archidiaconus Brugenſis pro tempore exiſtens, poſt obitum prædicti moderni Archidiaconi, in eadem Eccleſia Brugenſi, prout olim in dicta Eccleſia Tornacenſi, reſidere, ac juriſdictionem per univerſam Diœceſim Brugenſem ad inſtar aliorum qui nunc ſunt in illâ parte ejuſdem Diœceſis, habere, illamque exercere debeat, transferimus;

Archi-Presbyteratus.

Ac in eadem Eccleſia Brugenſi unum Archipresbyteratum Civitatenſem pro uno Archipreſbytero Civitatenſi, qui curam Rectorum Parochialium Eccleſiarum Verbi Dei & Sacramentorum per Civitatem;

Pœnitentiaria.

Et unam Pœnitentiariam Diœceſanam nuncupandas dignitates inibi, non tamen majores poſt Pontificales, pro uno Pœnitentiario Diœceſano nuncupandis, qui curam Conſcientiarum populi per Diœceſim Brugenſem habeant, perpetuò erigimus & inſtituimus;

Unio bonorum Abbatiæ S. Bertini.

Nec non à Monaſterio Sancti Bertini Audomarenſis prædicti vel alterius Ordinis, ſeu Menſâ Abbatiali bona & proprietates ſita in diſtrictu Brugenſi, ad Monaſterium ſeu Menſam Abbatialem hujuſmodi legitimè pertinentia, quorum proventus annui unà cùm fructibus, redditibus & proventibus dicti Monaſterii de (2) Doeſt reſiduum trium millium Ducatorum pro dote dictæ Menſæ Epiſcopalis Brugenſis, ſupportatis oneribus, complere dicuntur, poſt ceſſum vel deceſſum moderni Abbatis ejuſdem Monaſterii Sancti Bertini, ſimiliter ex nunc prout ex tunc & è contra, perpetuò ſegregamus & dividimus;

Ac illa, nec non domum, omniaque & ſingula alia, proprietates, bona, jura, juriſdictiones, cenſus,

(1) Præpositus, ultimus fuit Claudius Carondelet, qui dignitatem hanc uſque ad annum obitûs ſui 1564. retinuit, ſepultus Brugis in Cathedrali.

(2) Doest. Intra limites Parochiæ de Liſſeweghen ſita fuit Abbatia, quondam florens & opulenta, dicta Thoſana, vulgo Doeſt: cujus hæc fuêre exordia. Erat illic Sacellum, in ſacris dependens ab Abbate Sancti Richarii Ordinis S. Benedicti, ab anno 1106. Prioratûs titulo inſignitum. Everardus de Oiſy Epiſcopus Tornacenſis, accedente emptione & donatione Gerembaldi Domini de Liſſewege. Sacellum hoc, anno 1175. convertit in Abbatiam Ordinis Ciſtertienſis, donavitque Religioſis Dunenſibus.

Cœnobium hoc par bella & turbas ſæculi XVI. devaſtatum, augendæ doti Epiſcopatûs Brugenſis anno 1561. deſtinatum fuit, & nunc eſſe deſiit. Refugium verò, quod Brugis poſſidebat, Religioſis Dunenſibus, ad novum à fundamentis Monaſterium excitandum, fuit attributum.

Digitized by Google

cenſus, fructus, redditus, proventus & emolumenta dictæ Præpoſituræ ſic ſuppreſſæ, etiam ex nunc prout ex tunc & è contra, eidem Menſæ Epiſcopali Brugenſi pro ejus dote, ita quod liceat Epiſcopo Brugenſi pro tempore exiſtenti illorum omnium corporalem poſſeſſionem per ſe vel alium ſeu alios propriâ authoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus & proventus in ſuos & dictæ Menſæ uſus & utilitatem convertere, ac de omnibus & ſingulis Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Beneficiis, & Officiis cum Cura, & ſine Cura, ad Collationem, Proviſionem, Præſentationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem præfati Præpoſiti tam conjunctim quàm diviſim pertinentibus liberè diſponere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, perpetuo applicamus & appropriamus.

Et ut Epiſcopus Brugenſis pro tempore exiſtens Eccleſiam ſuam perſonis eruditis & ad juriſdictionem inibi exercendam cæteraque munera obeunda idoneis debitè inſtructam jugiterque decoratam habeat, perpetuò ſtatuimus & ordinamus, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ Brugenſis, qui multi & pingues exiſtunt, & ad Collationem Præpoſiti forſan pertinent, decem quos primò per ceſſum vel deceſſum etiam apud Sedem præfatam, aut aliàs vacare contigerit, vel etiam ſi actu nunc vacent ac devoluti, affecti, Sacerdotales & litigioſi exiſtant, ut præfertur, ita perpetuò affecti remaneant, quod idem Epiſcopus unum & unam omnium primò vacaturos, tamquam Menſæ ſuæ Epiſcopali perpetuò unitos (& quos Nos ſimiliter ex nunc prout ex tunc & è contra ipſi Menſæ perpetuò unimus, annectimus & incorporamus) obtinere, illorumque ratione Capitularis eſſe, vocemque & auctoritatem etiam in Capitulo ſuper Decanum & Canonicos habere;

Præbenda Menſæ Epiſcopali unita.

Reliqui verò novem Canonicatus & Præbendæ prædicti, tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, ſeu in eis Licentiatis, ac tribus aliis Nobilibus ejuſdem Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia ſaltem gradu Licentiaturæ in famoſa quapiam Univerſitate Studii Generalis ſecundùm tenorem primò dictarum Litterarum promotis, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant;

Præbendæ Graduatorum & qualitates requiſitæ.

Quodque ad ſex priores tam nobiles quàm alii non nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint;

Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis, cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſcopo requiſiti fuerint, tam conjunctim quàm diviſim præſtare teneantur;

Ac unus Archidiaconus ad Archidiaconatum, & alius Archipresbyter ad Archipresbyteratum, nec non reliquus ex dictis Graduatis Pœnitentiarius ad Pœnitentiariam hujuſmodi ad nominationem dicti Epiſcopi aſſumi, & omnium primi poſt Epiſcopum vacaturos Canonicatus & Præbendas prædictos ſimili ordine conſequi debeant.

Ut autem de Viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis, ad ædificationem Eccleſiæ Dei, accuratiùs proſpiciatur, quod ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ hac primâ vice per prædictum Epiſcopum dumtaxat, & deinde quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum ſuperſtitum per eos conferantur, & in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris ſive momenti quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente, tunc iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat;

Graduati primâ vice aſſumendi ab Epiſcopo, deinceps eligendi.

Quodque poſthac ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ ſub nullis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, affectiooihus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non expectavis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, Indultis de providendo, commendando & aliàs diſponendo, primariis Precibus aut aliis gratiis præventivis, per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & ipſam Sedem Apoſtolicam vel ejus Legatos, etiam conſideratione ſeu contemplatione aut intuitu vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum aut aliorum Principum, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & ex quacumque cauſa quantumlibet urgente pro tempore factis & conceſſis comprehendantur; nec etiam tamquam vacantes apud Sedem Apoſtolicam prædictam aut ullâ aliâ ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem etiam causâ permutationis, etiam apud Sedem eamdem pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem aut Sedem hujuſmodi de illis provideri aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſæ omni tempore ſervari nullâque causâ infringi debeat;

Præbendæ Graduatorum nulli reſignationi aut alteri diſpoſitioni ſubjiciendæ.

Quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor ſeu etiam Licentiatus ſeniores, ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant viſitandi per univerſam Diœceſim Brugenſem prædictam, quoties ab Epiſcopo Brugenſi; cæteri verò Canonici Graduati prædicti, quandocumque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur. Ac ex reliquis ſenioribus Canonicis prædictis duo in Theologia & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad ſacros Ordines & admittendos ad Curas animarum, quâcumque authoritate illi proviſi fuerint, neminem niſi idoneum, ſeque perſonalem reſidentiam facturum medio juramento promittentem, admittendo.

Et quoniam ipſa hæreticorum ſtudia temporiſque malitia Viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutius abeſſe non patiuntur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi, per duos menſes abfuerint,

fuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & Capitulo cedant. Et omnes proventus ſingularum Præbendarum d.ctæ Eccleſiæ in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus, his ſolis qui divinis Officiis in Choro deſervierint, & inibi à principio uſque ad finem, exceprâ neceſſitatis causâ, permanſerint, miniſtrari debeant; nec quiſquam ullâ diſpenſatione, vel alio Privilegio Apoſtolico, quâcumque causâ impetrato vel conceſſo, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit.

Ceterum Eccleſiæ Civitatis ſub cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extra verò eam & in Diœceſi Brugenſi exiſtentes ſub ſuis Decanatibus ſeu Archipresbyteratibus aut aliis juriſdictionibus prout hactenus remaneant, vel meliori modo, arbitrio Epiſcopi diſtribui, ipſorumque Decanatuum ſeu Archipresbyteratuum Decani & Archipresbyteri, ſalvâ dicti Epiſcopi moderatione, emolumenta hactenus percipi ſolita percipere poſſint;

Diſtrictiùs inhibentes Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus cæteriſque locorum Ordinariis, nec non Conventibus, Superioribus, & Perſonis, illique vel illis ad quem ſeu quos Præpoſituræ, & Archidiaconatûs ac decem Canonicatuum & Præbendarum affectorum prædictorum collatio, proviſio, præſentatio & alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet, nec non quibuſcumque aliis cujuſcumque Dignitatis, Status, Ordinis & Conditionis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris aliiſque ſententiis, cenſuris & pœnis, nec non privationis omnium Dignitatum, Perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum, ac inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda, ne de illis ſi vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum effectus & executionem in aliquo quantumlibet modico impedire, aut moleſtiam vel injuriam quampiam irrogare quoquo modo præſumant.

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis omnino acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio Regularum de non tollendo jure quæſito, ac annali & triennali poſſeſſione, nec non Privilegiis omnibus quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri & plenariè gaudere; ac decem Canonicatus & decem Præbendæ affecti prædicti per quoſcumque, etiam prætextu Mandatorum de providendo, Nominationum, facultatum, etiam juxta Concordata prædicta, expectativarum & quarumcumque aliarum gratiarum quoquo modo acceptari non poſſe, & nihilominùs quaſcumque acceptationes, collationes, commendas, uniones etiam perpetuas & alias diſpoſitiones de eiſdem aut eorum aliquo, etiam per Nos & Sedem prædictam quomodolibet factas & faciendas nullius prorſus roboris vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe;

Ac conceſſiones, aſſignationes, diſmembrationem, ſeparationem, tranſlationem, erectionem, inſtitutionem, ſtatutum, ordinationem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, & cæterapræmiſſa, ac præſentes Litteras ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe & cenſeri, & ſub quibuſvis revocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus vel limitationibus, etiam unionum & ſuppreſſionum, applicationum etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros, tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad Summi Apoſtolatûs apicem, quàm aliàs quomodolibet ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, quocumque tempore fient, minimè includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis vigore, robore & efficacia perſiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa exiſtere, ſicque incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ fuiſſe, eſſe & fore, ac eaſdem præſentes Litteras nullo umquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut in jus vel controverſiam quâcumque ratione vel causâ vocari poſſe;

Sicque per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & Cardinales, in quavis cauſa & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi, & Epiſcopo Camerino, ac Dilecto Filio Archidiacono Eccleſiæ Brugenſis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis, & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Authoritate noſtrâ Epiſcopum Brugenſem & alios præfatos, conceſſione, aſſignatione, tranſlatione, erectione, unione, annexione, incorporatione & applicatione, ac Litteris & aliis in eis contentis prædictis pacificè gaudere, ac aliàs Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, non permittentes illos per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet & rebelles per Cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſi-

bus

bus cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis:

Non obſtantibus voluntate priori & aliis præmiſſis, & noſtris de valore tam in impetrationibus quàm aliis gratiis etiam motu ſimili factis exprimendo, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus, non tamen tribus Dietis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus, etiam reſervatoriis, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam revocatoriis, & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum & aliàs in contrarium quomodolibet editis & edendis, necnon Monaſteriorum & Ordinum ac Eccleſiarum & Collegiorum ac locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis & conſuetudinibus, nec non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, exſpectativis & aliis gratiis, etiam in Canonicos creationibus, aliis unionibus, etiam perpetuis, abſque conſenſu coadjutorum, deputationibus, nominationibus citra acceſſus & regreſſus facultatibus, mandatis, Litteris & conceſſionibus, quibuſcumque perſonis, cujuſcumque Dignitatis, Statûs, Gradûs, & Conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatûs honore fulgentibus, ac noſtris etiam antiquis & deſcriptis Familiaribus, continuis Commenſalibus ac Prælatis Domeſticis, nec non Romanæ Curiæ Officialibus, etiam Officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſa, conſideratione, intuitu vel reſpectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum & aliorum Principum, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis & decretis, etiam irritantibus, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam præſentibus derogantibus, etiam motu & ſcientiâ ſimilibus, & aliàs quomodocumque conceſſis: quas & quæ illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, eorumque omoium vim & effectum, quoad præmiſſa omnia, omnino ſuſpendimus, & in præmiſſis effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe, nequè debere, decernimus;

Nec non Privilegiis, Indultis & Litteris Apoſtolicis, illis & aliis quibuſvis, per quoſcumque Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem prædictam, etiam per viam Generalis Legis ac Statuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractûs, ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam præmiſſorum, & quorumcumque aliorum, ſeu motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter ac aliàs quomodocumque, qualitercumque & quotieſcumque conceſſis, confirmatis & etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis & innovandis;

Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis illorumque totis tenoribue ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quamvis talia & multa ſint quæ ſub clauſula implicitæ derogationis latiſſimè extendenda in ſupplicatione appoſita non intelligantur, aut aliàs comprehendantur, nihilominùs in genere & in ſpecie, ad effectum ſufficientis derogationis eorum, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque;

Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Dignitatibus ac Canonicatibus & Præbendis ipſarum Ecceleſiarum ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum: quas quidem Litteras & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad Præpoſituram & Archidiaconatum ac Canonicatus & Præbendas hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Dignitatum, ac Canonicatuum & Præbendarum vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari;

Aut ſi pro tempore exiſtenti Epiſcopo & dilectis Filiis Capitulo Brugenſi vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem Sede ſit indultum, aut in futurum indulgeri contigerit, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis, aſſignationis, ſuppreſſionis, extinctionis, tranſlationis, erectionis, inſtitutionis, ſegregationis, diviſionis, applicationis, appropriationis, Statuti, ordinationis, unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, Decreti, Mandati, ſuſpenſionis, derogatioois & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis

Dei

Dei & Beatnrum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, quinto Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. Erat ſignatum Cæſ. Glorierius, & ſuper plicam A. de Alexiis.

Post quarum quidem Litterarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem Nobis & per Nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte dicti Reverendi Domini Petri moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis, ac aliorum quomodolibet intereſſe habentium debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earumdem Litterarum & contentorum in eiſdem procedere dignaremur.

Nos igitur Antonius Archiepiſcopus Mechlinienſis, Judex & Executor præfatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam & rationi conſonam, volenteſque Litteras Apoſtolicas & in eiſdem contenta pro officii noſtri debito & exigentia debitæ executioni demandare, idcirco Authoritate Apoſtolicâ, quâ fungimur in hac parte, præfatas Litteras Apoſtolicas & in eis contenta quæcumque, nec non hunc noſtrum Proceſſum vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, communiter vel diviſim intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram & cujuſlibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volnmus per præſentes, voſque nihilominùs & veſtrum quemlibet tenore præſentium requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, communiter vel diviſim, ac vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem & requiſitionem præſentium vobis ſeu alteri veſtrum deſuper factas immediatè ſequentium (quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos dies duos vobis univerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus) eidem Reverendo Domino Petro moderno & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Brugenſi, ac aliis intereſſe habentibus quomodolibet in futurum, in præmiſſis omnibus & ſingulis in eiſdem Litteris contentis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciatis eundem modernum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Brugenſem, & alios ſupradictos quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, conceſſione, aſſignatione, ſuppreſſione, extinctione, tranſlatione, erectione, inſtitutione, ſegregatione, diviſione, applicatione, appropriatione, inhibitione, decreto, mandato, ſuſpenſione, derogatione, & aliis in præinſertis Litteris Apoſtolicis contentis, pacificè frui & gaudere; non permittentes eoſdem contra dictarum Litterarum Apoſtolicarum tenorem ſuper illis & in eis contentis à quoquam moleſtari, inquietari, vel perturbari, neque vos moleſtetis, inquietetis vel perturbetis, aut aliquis veſtrum moleſtet, inquietet, vel perturbet.

Quod ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, mandatiſque & monitionibus noſtris hujuſmodi, immò veriùs Apoſtolicis, non parueritis realiter & cum effectu,

Nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradictores quoſlibet & rebelles, ac impedientes præfatum Dominum modernum Epiſcopum Brugenſem, vel alios in præmiſſis omnibus & ſingulis intereſſe babentes, in aliquo ſuper præmiſſis, ipſumque impedientibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis vel conditionis exiſtant, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ſingulariter in ſingulos, prædictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſſâ, Excommunicationis; in Capitula verò Conventus & Collegia quæcumque in iis forſan delinquentia, Suſpenſionis à divinis, & in ipſorum delinquentium & rebellium Eccleſias, Monaſteria & Capellas Interdicti Eccleſiaſtici ſententias ferimus in his Scriptis, & etiam promulgamus;

Vobis verò Reverendiſſimis Dominis Archiepiſcopo & Epiſcopo præfatis duntaxat exceptis, quibus ob reverentiam veſtrarum Pontificalium Dignitatum deferimus in hac parte, ſi contra præmiſſa vel ipſorum aliquod feceritis, per vos vel ſubmiſſas perſonas, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, ex tunc prout ex nunc, & ex nunc pro ex tunc, canonicâ ſex dierum monitione præmiſſâ, ingreſſum Eccleſiæ interdicimus in his Scriptis:

Si verò hujuſmodi Interdictum per alios ſex dies præfatos immediatè ſequentes ſuſtinueritis, vos in his Scriptis, canonicâ monitione præmiſſâ, ſuſpendimus à Divinis;

Verum ſi præfatas Interdicti & Suſpenſionis ſententias per alios ſex dies, præfatos duodecim dies immediatè ſequentes, animo (quod abſit) ſuſtinueritis indurato, vos in his Scriptis, canonicâ monitione primiſâ, Excommunicationis ſententiâ, authoritate Apoſtolicâ ſupradictâ innodamus per præſentes.

Cæterum cum ad executionem præmiſſorum ulteriùs faciendam, nequeamus quoad præſens perſonaliter intereſſe, pluribus arduis præpediti negotiis: univerſis & ſingulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Scholaſticis, Theſaurariis, Cuſtodibus, tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus ſeu Loca-tenentibus eorumdem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Altariſtis, Presbyteris, Clericis, cæteriſque Viris Eccleſiaſticis, in quibuſcumque Dignitatibus, Gradibus vel Officiis conſtitutis, Notariiſque & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Civitatem & Diæceſim Brugenſem, ac

aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſuper executione dicti noſtri mandati, immò potiùs Apoſtolici, facienda, Authoritate Apoſtolicâ ſupradictâ, tenore præſentium plenariè committimus vices noſtras, donec eas ad Nos ſpecialiter & expreſsè duxerimus revocandas, quos Nos etiam & eorum quemlibet inſolidum, eiſdem authoritate & tenore præſentium requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, communiter vel diviſim, eiſque nihilominus, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in eos & eorum quemlibet, niſi fecerint quæ mandamus, ferimus: diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus infra ſex dies poſt præſentationem ſeu notificationem prædictarum Litterarum Apoſtolicarum & præſentis noſtri Proceſsûs, ac requiſitionem pro parte dicti moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis, ac aliorum intereſſe habentium, eis ſeu eorum alteri deſuper factas, immediatè ſequentes, quos dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio ac monitione canonica aſſignamus: ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec unus pro alio ſeu per alium ſe excuſet, ad vos omnes & ſingulos ſupradictos quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, & ad Ecclesias, perſonaſque & loca alia, de quibus, ac ubi, quando & quoties expediens fuerit, perſonaliter accedant ſeu accedat, & præfatas Litteras Apoſtolicas huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diviſim legant, intiment, inſinuent, & fideliter publicari procurent, ac eidem Domino moderno & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Brugenſi, vel aliis intereſſe habentibus, in præmiſſis omnibus & ſingulis, in dictis præinſertis Litteris contentis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eumdem modernum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Brugenſem, ac alios nunc & in futurum intereſſe habentes, conceſſione, aſſignatione, ſuppreſſione, extinctione, translatione, erectione, inſtitutione, ſegregatione, unione, annexione, incorporatione, inhibitione, decreto, mandato, ſuſpenſione, derogatione, & aliis in præinſertis Litteris Apoſtolicis contentis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eumdem modernum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Brugenſem, vel alios intereſſe habentes, de & ſuper præfatis Litteris & in eis contentis quibuſcumque à quoquam moleſtari, inquietari vel perturbari, aut quò minùs Litteræ Apoſtolicæ præinſertæ, ſeu in eis contenta quæcumque, debitæ executioni demandentur, per quoſcumque in quibuſcumque dignitatibus, gradibus, ordinibus, & conditionibus conſtitutos, aut ipſorum aliquem tacitè vel expreſsè, quovis quæſito colore vel ingenio, aut quovis prætextu, quâcumque etiam Pontificali vel aliâ fungentes authoritate, impediri; neque ipſos moleſtent, inquietent, vel perturbent aut impediant, aut aliquis eorum moleſtet; inquietet, perturbet ſeu impediat, ſeu moleſtari, inquietari vel turbari faciat, non obſtantibus omnibus quæ præfatus Summus Dominus noſter Papa in præinſertis Litteris Apoſtolicis voluit non obſtare:

Et ſi fortè præfati contradictores, rebelles, & impedientes, omneſque alii & ſinguli quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, præmiſſa adimplere, ac monitionibus & mandatis noſtris, imò veriùs Apoſtolicis, parere & obedire recuſarent, ſeu contumaciter differrent, ex tunc quoſcumque Dominos temporales cæteroſque Nobiles quoſcumque per Dominia & loca Sereniſſimo Domino noſtro Domino Philippo Regi Hiſpaniarum &c. Comiti Flandriæ &c. ſubjecta, juriſdictionem temporalem, & ordinariam quomodolibet exercentes, eorumque loca tenentes, & eorum quemlibet, tamquam religionis & fidei Chriſtianæ defenſores, ex parte præfati Domini noſtri Papæ requirimus & monemus, attentèque rogamus, quibus ipſi vel eorum quilibet poſtquam debitè fuerint requiſiti, ſeu eorum aliquis fuerit requiſitus, per ſe vel alium ſeu alios, ut viri Catholici in hac parte officii dextram extendentes, infra ſex dies poſt præſentationem ſeu notificationem prædictarum Litterarum Apoſtolicarum & præſentium requiſitionem eis ſeu eorum alteri deſuper factas immediatè ſequentes, contradictores & rebelles ac impedientes prædictos, cujuſcumque dignitatis exiſtant, etiamſi Pontificali præſulgeant dignitate, & eorum quemlibet in his Scriptis culpabiles, qui ſic Judicium & Cenſuram Eccleſiaſticam contempſerunt, per captionem & diſtractionem bonorum ſuorum mobilium & immobilium per eorum juriſdictionem conſiſtentium, & deinde per ipſarum perſonarum captionem & detractionem, & quemcumque alium modum, canonicè, prout eiſdem Dominis temporalibus & ipſorum Officiariis videbitur expedire, Authoritate noſtrâ, imò veriùs Apoſtolicâ, compellant etiam manu forti, abſque tamen gravi læſione corporum eorumdem, uſque ad integram omnium & ſingulorum in præſenti Proceſſu contentorum adimpletionem, & aliàs ipſos contradictores & rebelles, ac eorum quemlibet aſtringant ipſorum potentiâ brachii ſecularis, donec ad obedientiam Sanctæ Matris Eccleſiæ redierint, & Proceſſibus noſtris antedictis paruerint, beneficiumque abſolutionis à ſupradictis ſententiis, cenſuris & pænis meruerint obtinere; & generaliter omnia alia & ſingula Nobis in hac parte incumbentia, & à Nobis præmiſſa plenariè exequantur juxtà præſentis noſtri Proceſsûs vim, formam, continentiam, & tenorem; ità tamen quod dicti Subdelegati noſtri vel quicumque alii nihil in præjudicium dicti moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis vel quorumcumque aliorum intereſſe habentium attentare valeant quomodolibet vel obeſſe in præmiſſis, neque in Proceſſibus per Nos habitis aut ſententiis per Nos latis abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare.

In cæteris autem quæ in præjudicium præfati

fati moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Brugenſis aut aliorum intereſſe habentium vergere poſſent, præfatis Subdelegatis noſtris & quibuſcumque aliis poteſtatem omnimodam denegamus. Et ſi contingat Nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo Nobis poteſtatem omnimodam reſervamus, nolumus neque intendimus propterea Commiſſionem noſtram in aliquo revocare; niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam ac de verbo ad verbum in Litteris noſtris fecerimus mentionem. Præfatas quoque Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum in omnia & ſingula hujuſmodi negotium tangentia volumus penes dictum Dominum modernum Epiſcopum Brugenſem vel intereſſe habentes, & non per vos aut aliquem veſtrûm, ſeu quemcumque alium, ipſis invitis & contra ipſorum voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententiis, cenſuris & pænis, prout in his ſcriptis latæ ſunt, dictâ canonicâ monitione præmiſsâ, ipſo facto volumus ſubjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus & habere debentibus; petentium quidem ſumptibus & expenſis; abſolutionem verò omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerint ſive incurrerit quoquo modo, Nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras, ſive præſens publicum Inſtrumentum, Proceſſum noſtrum hujuſmodi in ſe continentes ſive continens, exinde fieri, & per Notarios publicos infraſcriptos ſubſcribi & publicari mandavimus; Sigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & Actum Bruxellæ, quondam Cameracenſis, nunc Mechlinienſis Diæceſis, in Ædibus ſolitæ noſtræ habitationis; ſub anno à Nativitate Domini mil-
1562. leſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione quintâ, die verò decimâ Menſis Septembris, Pontificatûs præfati Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pii Divinâ providentiâ Papæ quarti, anno tertio; præſentibus ibidem Reverendo Domino Maximiliano Morillonio Præpoſito Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Petri Arienſis, quondam Morinenſis, nunc Audomarenſis Diæceſis, & Magiſtris Deſiderio Seſtich Jurium Licentiato, Cancellariæ Brabantiæ Advocato, ac Stephano Gerardi Clerico Biſuntinenſis Diæceſis, noſtro Secretario, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Infra *habebatur*: Et ego Antonius Monachi Presbyter Brugenſis, publicus Apoſtolicâ Authoritate, & in Concilio Flandriæ admiſſus Notarius, quia dictarum Litterarum Apoſtolicarum præſentationi & receptioni, præſentiſque deſuper Proceſsûs petitioni & decreto, ſingulíſque aliis præmiſſis; dum ſic ut præmittitur per præfatum Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Cardinalem Archiepiſcopum Mechlinienſem Judicem & Executorem; ac coram eo fierent & agerentur, unà cum honorabili Viro Magiſtro Joanne de Langhe Regio Secretario Connotario meo, prænominatiſque Teſtibus præſens interfui, eaque omnia ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi: Ideo hoc præſens publicum Proceſsûs Inſtrumentum, in hoc præſenti Codice manu alterius fideliter ſcriptum, ſubſcripſi & publicavi, ſignoque & nomine meis ſolitis, unà cum præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis Archiepiſcopi Judicis & Executoris Sigilli appenſione, ſignavi in fidem præmiſſorum, rogatus & requiſitus.

A latere poſitum erat ſignum quoddam Notarii, & ſub ipſo ſigno ſic ſcriptum: Antho. Monachi. *Et paulò infrà*: Ego quoque Joannes de Langhe Clericus Morinenſis Diæceſis, Regius Secretarius, & Sacrâ Apoſtolicâ Authoritate Notarius publicus, quia præinſertarum Litterarum Apoſtolicarum præſentationi, receptioni, ac præſentis Proceſsûs decreto, cæteriſque præmiſſis; dum ſic fierent & agerentur, unà cum Venerabili Viro Domino Anthonio Monachi Canonico Brugenſi, meo in hac parte Connotario, ac Teſtibus ſupraſcriptis præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi: Ideo hoc præſens publicum Proceſsûs Inſtrumentum exinde confectum etiam manu & ſigno propriis ſubſcripſi & ſignavi rogatus & requiſitus.

Et *à latere appoſitum erat certum ſignum Notariale, & infrà hæc verba*: Quiſque ſuos patitur manes. *Et appenſum erat Sigillum præfati Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Archiepiſcopi Judicis & Executoris è cera rubea, & in duplici cordula ſericea ejuſdem coloris.*

EPISCOPI BRUGENSES.

Bruga, vulgo *Brugghe*, fortè à pontium frequentia, vel ponte potiùs ligneo, vulgo *Brughſtock*, qui (teſte Marchantio in Annalibus Flandriæ) tranſitum antiquitus pandebat commeantibus ab Audenburgo, Torhoutoque ad nundinas Rodenburgicas: Flandriæ Civitas ſita eſt à mari trium, à Gandavo ac Cortraco octo milliarium itinere, loco plano & amœniſſimo.

Ædes primaria Virgini Deiparæ ſacra ædificari cœpta eſt circa annum 800. à Liderico Harlebecano; eaque nunc dicitur S. Donatiani, ex quo Balduinus Ferreus, Comes Flandriæ, acceptum ab Ebbone Rhemenſi Antiſtite ſacrum Corpus S. Donatiani VII. Remorum Epiſcopi ibidem collocavit circa annum 842; juxta Tabulas ſupra editas pag. 22.

Arnulphus Magnus Comes Flandriæ, in eadem Capella ſeu Eccleſia conſtituit ac dotavit anno 961. duodecim Canonicos, quorum Caput eſſe voluit Præpoſitum, quem ſibi liberè ipſi poſſent eligere. (Vide Diploma Arnulphi ſupra editum pag. 43.) Acceſſerunt dein variæ Fundationes, ſignanter trium Præbendarum, quas anno 1194. fundavit ac dotavit Margareta Alſatia Flandriæ Comitiſſa, uti conſtat ex Diplomate ejus ſupra edito pag. 556; crevitque numerus ad viginti ſeptem majores, & quatuor minores Præbendas.

Robertus Jeroſolymitanus Comes Flandriæ Præpoſitum hujus Eccleſiæ creavit perpetuum Flandriæ Cancellarium anno 1089; atque Canonicos ſuos fecit Capellanos, per Tabulas ſupra à Miræo editas pag. 359. Quod

 ipſum

ipſum etiam Thomas Sabaudiæ Dux & Maria Conſtantinopolitana, Flandriæ Comites, anno 1241, ſuo confirmarunt Diplomate, ſupra exhibito pag. 421.

Hæc Præpoſiti dignitas (quam etiam anno 1183. Philippus Comes variarum juriſdictionum Privilegio decoraverat, uti videre eſt ſupra pag. 716.) unà cum dote Præpoſituræ nunc eſt annexa Epiſcopatui Brugenſi, quem anno 1559. Paulus IV. Papa inſtituit, petente Philippo II. Hiſpaniarum Rege Flandriæque Comite. Hinc nuncupatur Epiſcopus, perpetuus & Hereditarius Flandriæ Cancellarius.

Præter Præpoſituram, unita fuère novo huic Epiſcopatui per Bullam Pii IV. Pontificis jam relatam, bona omnia Abbatiæ Thoſanæ, vulgo *Doeſt*, Religioſorum Ciſtercienſium, haud procul Brugis, quæ jam tunc fermè deſierat; item bona omnia quam Abbatia S. Bertini Audomarenſis. Ordinis S. Benedicti, in Ditione Brugenſi poſſidabat; item Domus Epiſcopi Tornacenſis Brugis &c.

I. Petrus Curtius, vulgo *De Corte*, Brugenſis, S. T. Doctor & ad S. Petrum Lovanii Plebanus, ſenex & canus ad hanc Eccleſiam pervênit, conſecratus Mechliniæ 26 Decembris 1561. ab Archiepiſcopo Cardinale Granvellano, aſſiſtentibus Martino Cupero Epiſcopo Calcedonenſi ac Suffraganeo Cameracenſi, & Nicolao de Spira Abbate Grimbergenſi. Obiit Brugis 16. Octobris 1567. ætatis 76.

II. Remigius Drutius, natus in Volckerinckhove Caſtetenſis Territorii Vico, J. U. Licentiatus ac Profeſſor Lovanii, inde in Concilio Mechlinienſi Senator Eccleſiaſticus, ad S. Mariam Brugis Præpoſitus, ac primus Epiſcopus Leowardienſis in Friſia nominatus, tranſlatus fuit ad Epiſcopatum Brugenſem, & conſecratus Mechliniæ 13. Novembris 1569. per Maximilianum à Bergis Archiepiſcopum Cameracenſem, aſſiſtentibus Franciſco Sonnio Sylvæducenſi, & Cornelio Janſenio Gandenſi Epiſcopis. Vitâ functus eſt Brugis 12. Maii 1594.

III. Matthias Lambrecht, Franconatenſis ex Vico S. Laurentii, S. T. L. ex Pœnitentiario, Archipresbytero & Archidiacono ſucceſſivè, Epiſcopus inauguratus Lovanii 28 Julii 1596 per Mathiam Hovium Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Epiſcopis, Petro Simonis Iprenſi, & Franciſco Ribeira Ordinis Minorum Leyglinenſi in Hibernia. Obiit Brugis 1. Junii 1601. ætatis 63.

IV. Carolus Philippus de Rodoan. Berlegemius, J. U. L. primò Canonicus Cathedralis Virdunenſis in Lotharingia, inde Præpoſitus ad S. Waldetrudem Montibus, & ex Cantore Decanus Cathedralis Gandavenſis, inauguratus fuerat tertius Epiſcopus Middelburgenſis in Zelandia. Aloſti 8. Octobris 1600. per Mathiam Hovium Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Petro Damant Gandenſi, & Giſberto Maſio Sylvæducenſi Epiſcopis; atque unà factus fuerat Abbas Commendatarius Eynhamenſis Ordinis S. Benedicti juxta Aldenardam. Tranſlatus anno 1601. ad Cathedram Brugenſem, vivere deſiit 7. Julii 1616. in ſua Abbatia Eynhamenſi.

V. Antonius Triest, origine Gandavenſis, J. U. L. è Canonico & Archidiacono Gandavenſi Decanus Cathedralis Brugenſis, & Sereniſſ. Belgii Principibus à ſacris Oratorii, conſecratus fuit Brugis 9. Julii 1617. à Mathia Hovio Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Antonio de Hainin Iprenſi & Jacobo Boonen Gandenſi Epiſcopis. Tranſlatus ad Cathedram Gandavenſem anno 1622, ibidem obiit 28. Maii 1657. ætatis 80. Sacerdotii 55. Epiſcopatûs 40.

VI. Dionysius Christophori, Antverpienſis, S. T. L. Cathedralis Brugenſis Decanus, inauguratus Brugis 25. Maii 1623 à Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Antonio de Hainin Iprenſi, & Antonio Trieſt Gandavenſi Epiſcopis. Obiit Brugis 6. Auguſti 1629.

VII. Servatius Quinkerus, Brugenſis, S. T. L. Cathedralis Brugenſis Decanus, inauguratus Epiſcopus Brugis 16. Junii 1630. à Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Antonio Trieſt Gandenſi & Georgio Chamberlain Iprenſi Epiſcopis. Obiit Brugis 15. Martii 1639.

VIII. Nicolaus Haudion, de Guiberchies, J. U. L. Cathedralis Gandavenſis Canonicus, Decanus & Præpoſitus, conſecratus fuit Brugis anno 1642. à Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Antonio Trieſt Gandenſi, & Judoco Bouckaert Iprenſi Epiſcopis. Obiit 2. Septembris 1649.

IX. Carolus van den Bosch, Bruxellenſis J. U. L. Cathedralis Brugenſis Decanus, conſecratus Brugis 23. Julii 1651. per Antonium Trieſt Epiſcopum Gandavenſem, aſſiſtentibus Gaſpare Nemio Epiſcopo Antverpienſi, deſignato Archiepiſcopo Cameracenſi, & Jacobo de la Torre Archiepiſcopo Epheſino, & Apoſtolico per Fœderatas Belgii Provincias Vicario. Tranſlatus anno 1660. ad Cathedram Gandavenſem, in qua obiit 5. Aprilis 1665.

X. Robertus de Haynin, S. T. & J. U. L. Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Caſleti, conſecratus Brugis 22. Octobris 1662. per Andream Crueſen Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Carolo van den Boſch Gandenſi, & Eugenio Alberto d'Allamont Ruræmundenſi, Epiſcopis. Obiit 10. Decembris 1668.

XI. Franciscus de Baillincourt, Nivellenſis, J. U. Doctor in Academia Lovanienſi, ibique Præſes Collegii Winckeliani. inde Conſiliarius Eccleſiaſticus in Supremo Senatu Mechlinienſi, conſecratus Mechliniæ 28. Junii 1671. ab Archiepiſcopo Alphonſo de Berghes, aſſiſtentibus Mario Ambroſio Capello Antverpienſi, & Eugenio Alberto d'Allamont Gandenſi Epiſcopis. Obiit Brugis 3. Novembris 1681.

XII. Humbertus Guilielmus Comes de Precipiano et de Soye. Burgundio, S. T. D. Metropolitanæ Eccleſiæ Biſuntinæ Canonicus, Archidiaconus major, & Decanus, Abbas Bellæ Vallis in Comitatu Burgundiæ, ibique Senator Eccleſiaſticus in Suprema Curia, ac tandem eodem munere functus in Concilio Belgico Madriti, ſacro oleo inunctus fuit Bruxellis 21. Martii 1683. ab Alphonſo de Berghes Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Reginaldo Cools Ruræmundenſi, & Joanne Ferdinando de Beughem Antverpienſi Epiſcopis. Tranſlatus anno 1690. ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem, obiit 6. Junii 1711, ætatis 85.

XIII. Guilielmus Bassery Bruxellenſis, J. U. L. ac Profeſſor Decretorum in Academia Lovanienſi, Præſes Collegii S. Donatiani, & Diœceſis Sylvæducenſis Vicarius Apoſtolicus, conſecratus fuit Bruxellis die 7. Januarii 1691. ab Humberto Guilielmo de Precipiano Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Epiſcopis Antverpienſi ac Ruræmundenſi, ſupra nominatis. Obiit Brugis 18. Junii 1706. ætatis 64.

XIV. Henricus Josephus van Susteren Amſtelodamenſis, J. U. L. Metropolitanæ Eccleſiæ Mechlinienſis Canonicus & Scholaſticus, Vicarius Generalis Archiepiſcopi Humberti Guilielmi, conſecratus fuit Mechliniæ 25. Martii 1716. ab Archiepiſcopo Thoma Philippo de Alſatia, nunc S. R. E. Cardinale, aſſiſtentibus Ferdinando Maximiliano Comite de Berlo Epiſcopo Namurcenſi, & Ludovico Franciſco Roſſius de Liboy Epiſcopo Thermopolenſi Suffraganeo Leodienſi; hodieque feliciter præeſt ac prodeſt.

CAPUT

Google

CAPUT CXXI.

Pius IV. *Pontifex anno 1560. Sylvæducenſem in Brabantia Sedem Epiſcopalem erigit, Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeam; Eccleſiamque Collegiatam S. Joannis Evangeliſtæ ibidem deſignat Cathedralem, & pro dote Epiſcopi couſtituit Abbatiam Tongerloënſem Ordinis Præmonſtratenſis in Campinia.*

Ex Hiſtoria Epiſcopatûs Sylvæducenſis.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. De ſtatu omnium Eccleſiarum, præſertim Cathedralium inſignium noviter erectarum, proſperè & feliciter dirigendo attentiùs cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ illarum conſervationi, decori, ac venuſtati, ac præſertim & illis præſidentium commoditati, ac aliorum in eis Divinis Officiis vacantium opportunæ ſubventioni conſulatur.

Et interdum ea, quæ à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper bis conſultò geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio, immutamus, ac deſuper diſponimus; prout & temporum ac perſonarum & regionum qualitatibus diligenter conſideratis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Neceſſitas novorum Epiſcopatuum.

Cùm itaque (ſicut fide dignâ relatione accepimus) poſtquam felicis recordationis Paulus Papa Prædeceſſor noſter providè conſiderans, eam partem inferioris Germaniæ, quæ Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hereditario jure etiam tunc ſubjecta erat, paucos habere Epiſcopos, nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latèque diſſitorum Caſtrorum & Pagorum ſuorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expoſtulabant:

Hisque & aliis gravibus cauſſis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis fidei Catholicæ ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis, (de quorum numero tunc eramus) deliberatione maturâ, de eorum conſilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,

Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias, Civitates & Diœceſes à Remenſi & Colonienſi Provinciis, quibus tunc erant Metropolitano jure ſubjectæ; ac Mechlinienſe & Buſcoducenſe, ac diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia hujuſmodi regionis à ſua quæque Diœceſi & Provincia perpetuò ſegregaverat & diviſerat; necnon Mechlinienſe, & Buſcoducenſe & reliqua Oppida prædicta ſic diviſa in Civitates;

Erectio Archiepiſcopatuum.

Cameracensem & Trajectenſem tunc Epiſcopales Sedes, ac olim Collegiatam Sancti Rumoldi Mechlinienſem in Metropolitanas; & S. Joannis Buſcoducenſem, ceteraſque aliorum Oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Eccleſias in Cathedrales Eccleſias, pro totidem Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui ſuæ quiſque Eccleſiæ præeſſent; necnon Mechlinienſi & Buſcoducenſi Eccleſiis Civitatibuſque prædictis certos tunc expreſſos diſtrictus, per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum, limitandos, pro ſua cujuſque Diœceſi perpetuò conceſſerat, necnon Eccleſiæ Mechlinienſi prædictæ Eccleſiam, Civitatem & Diœceſim Buſcoducenſem hujuſmodi inter alias pro ſua Provincia adjunxerat.

Jus nominationis Regiæ.

Præfato quoque Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus qui pro tempore ipſius regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonas idoneas, & aliis certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad Buſcoducenſem & alias Eccleſias erectas prædictas, tam à primæva earum erectione hujuſmodi, quàm ex tunc deinceps, quotieſcumque illas vacare contigerit, per eumdem Pontificem in Archiepiſcopos & Epiſcopos, ad nominationem hujuſmodi ordinandos, in perpetuum reſervaverat, per quaſdam ſub plumbo, deinde per alias ſuas in forma Brevis Litteras, Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſinenſi, ſuo & Apoſtolicæ Sedis Nuntio in partibus illis, dederat in mandatis, ut perſonas idoneas quæ dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi vice ſuâ, deputaret.

Dilectus Filius noſter Antonius S. R. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, & quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuntius, dicto Prædeceſſore intereà de medio ſublato, prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi, ſubſtituerat, licet forſitan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poterant, factâ nihilominùs diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes quòd per diſmembrationes bonorum à Monaſteriis & Præpoſituris præfatis, ſi fierent, cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria & Præpoſituras Menſis Eccleſiarum

Afferit Pontifex eſſe melius reddere Abbatias commendatarias, quam bona diſmembrare.

rum prædictarum pro earum dote, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpetuò gererent, potiùs eſſe unienda; ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium, diviſioneſque ac diſtributiones Oppidorum & juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium, commodiores illis, quæ per primò dictas Litteras ſtatuuntur, nec non conſtitutiones & aſſignationes dotium;

Et denique numerum perſonarum ac dignitatum, & Præbendarum, beneficiorum & officiorum, ſtatum quoque & formam in prædictis Eccleſiis, etiam per hujuſmodi diſmembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas inſtitntiones & alias in univerſum accomodas rationes habendas cenſuerint, ac ſuper majori illorum parte Proceſſus & Scripturas, ſeriè digeſtis rebus omnibus, formandos curaverint; & inter alia dictæ Eccleſiæ Buſcoducenſi, & pro tempote exiſtenti Epiſcopo Buſcoducenſi

Urbes & Pagi Diœceſios.

Buscumducis, *Bommelia*, *Sevenbergen*, *Helmendt*, *Endovia*, *Henſden*, *Worcomium*, *Mens S. Gertrudis*, *Meghem*, *Raveſteyn*, *Oſſ*, Oppida: nec non *Roda S. Odæ*, *Oeſterwyck*, *Boxtel*, *Oirſchot*, *Oirle*, *Loon-op't-Sandt*, *Renſel*, *Duyſel*, *Knechſel*, *Veltbove*, *Eerſſel*, *Steenſſel*, *Ritboven*, *Demmelen*, *Poſtel*, *Bergheyck*; *Weſterboven*, *Berchem*, *Druynen*, *Waelewyck*, *Berckel*, *Enſchot*, *Tilborgh*, *Deſſchel*, *Goirle*, *Poppel*, *Baelen*, *Loemel*, *Mol*, *Samael*, *Oiſterloe*, *Oevel*, *Geel*, *Tongerloe cnm Cnra Paſterali annexâ & emnibus ſuis villis & manſionibus atque agris ſibi contignis*, *Weſterloe*, *Bomberge*, *Corſendonck*, *Arendonck*, *Berlicum*, *Roeſmale*, *Orten*, *Empel*, *S. Anneborgh*, *Alem*, *Vucht*, *Cromvoirt*, *Haren*, *Dungen*, **Geſtel*, *Gemundt*, *Schyndel*, *Hoeydecnk*, *Bruegel*, *Gerwen*, *Beeck*, *Aerle*, *Liesboudt*, *Nederwetten*, *Nuenen*, *Croy*, *Stiphout*, *Binderen*, *Soetbeeck*, *Mierloe*, *Aelſt*, *Geldrop*, *Soemeren*, *Waelre*, *Heeze*, *Leendt*, *Senne*; *Diſterberſſe*, *Opacht*, **Geſtel*, *Hilvarenbeeck*, *Dieſſen*, *Middelbeerſe*, *Weſterbeerſe*, *Woenſel*, *Leegemierde*, *Hnlſel*, *Caſteren*, *Veſſem*, *Stryp*, *Hoogomierde*, *Blaedel*, *Happaert*, *Wintelren*, **Geſtel*, *Zeelſt*, *Blaethem*, *Hoogheloon*, *Merefelt*, *Keſſel*, *Maeren*, *Lith*, *Littoyen*, *Oeyen*, *Macheren*, *Eſſche*; *Demen*, *Langel*, *Tiffelen*, *Haeren*, *Dorne*, *Loon*, *Derenberch*, *Hueſſelingen*, *Berchem*, *Herpen*, *Velp*, *Schayck*, *Geſſen*, *Heeſſche*, *Nnlant*, *Neſtelroy*, *Zeelandt*, *Heeſwyck*, *Uden*, *Boeckel*, *Dienther*, *Vechel*, *Erp*, *Gemert*, *Bakel*, *Doorne*, *Rixtel*, *Lieſel*, *Aſten*, *de Swaluwe*; *Druymelen*, *Steelhoven*, *Ramsdonck*, *Waesbeeck*; *s'Grevenmoer*, *Sprangh*, *Capelle*, *Beſoyen*, *Outheusden*, *Baerdwyck*, *Doeveren*, *Donck*, *Cuyck*, *Englen*, *Vliemen*, *Borkhoeven*, *Honsfoort*, *Beeck*, *Huyſen*, *Herpe*, *Hemert*, *Beern*, *Wercken*, *Werckendam*, *Sleewyck*, *Ghyſen*, *Ryſwyck*, *Neerael*, *Opael*, *Altenae*, *Veen*, *Driel*, *Almkerck*, *Broeck*, *Eeten*, *Wyck*, *Aelborgh*, *Meeuwe*, *Duſſen*, *Loveſteyn*, *Braeckel*, *Herwerden*, *Zuilichem*, *Poereyen*, **Aelſt*, *Nieuwaelen*, *Gameren*, *Heel*, *Brukem*, *Wel*, *Amelroy*, *Herwyck*, *Herwynen*, *Roſſem*, *Craendonck*, Villagia ſeu Pagos pro ſua Diæceſi deſignaverunt, prout in Proceſſibus & Scripturis, ac ſingulis Litteris prædictis pleniùs continetur.

*Geſtel & Aelſt propè Eyndhoviam.

*Propè Ooſterwyck.

*Vulgò S. Michiels Geſtel,

*Propè Bommeliam.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum ad minus valorem ſecundùm communem æſtimationem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret; & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quique nuper Monaſterium B. Mariæ Tongerloënſe, Præmonſtratenſis Ordinis, Buſcoducenſis Diœceſis, certo tunc expreſſo modo vacans, Menſæ Epiſcopali Buſcoducenſi, Authoritate Apoſtolicâ perpetuò univimus, annexuimus & incorporavimus;

Unio Abbatiæ Tongerloenſis Epiſcopatui Buſcoducenſi, de qua latiùs Cap. ſequenti.

Attendentes, quòd ſi priſcis temporibus, dum populi ejuſdem regionis ſenſim accreſcebant, de novis Eccleſiis Cathedralibus optimiſque Præſulibus opportunò tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus Religio Chriſtiana nunc paſſim laceratur atque affligitur, haud ita violenter invaluiſſent.

Ratio erectionis novorum Epiſcopatuum.

Nunc autem cùm ad illa arcenda & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate fidei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia quàm ſupradicta magis opportuna remedia potuerit adhibere, ut illa juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium, promptos & felices ſortiantur effectus, noſtri miniſterii partes adjicere præmiſſis, illaque omnibus, quibus poſſumus, rationibus juvare & promovere volentes, necnon Menſæ Epiſcopalis Buſcoducenſis ac decem Canonicatuum & Præbendarum; ac decimarum, infraſcriptorum fructuum, reddituum, ac proventuum veros annuos valores; præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes; continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, & pro ſalute dictorum populorum enixè proſequentis excitati,

Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, diviſionibus, limitationibus & diſtributionibus dictorum Subdelegatorum in prædictis Proceſſibus ſpecificatis, tamquam in melius reformatis, inhærendo, ac conceſſionem & aſſignationem per priores Litteras Prædeceſſoris noſtri hujuſmodi factas, quarum veriores tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quoad infraſcripta immutando, omnia & ſingula Oppida & Pagos & Villagia in poſteriori deſignatione Subdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum toto eorum diſtrictu ac univerſis eorum Caſtris, locis, Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, Parochialibus, Hoſpitalibus, Capellis, Officiis & perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus & regularibus, ac populis & quibuſcumque aliis ſub eis comprehenſis, præfatæ Eccleſiæ Buſcoducenſi, juxta deſignationem illi per præfatos Subdelegatos factam hujuſmodi, dictâ authoritate, tenore præſentium

tium, perpetuò concedimus & aſſignamus,

Augmentum dotis ex unione ... tium Paſtoratuum de Gilſen, Mariers, & Gerwen.

ET inſuper à Parochiis de Ghilſen & Maters aliàs *in de Haghe*, olim Leodienſis, nunc verò Antverpienſis Diœceſis, quarum Collatio ſeu alia diſpoſitio ad pro tempore exiſtentem Abbatiſſam Monaſterii de Thoren aſſeritur pertinere, ac à de Gerwen propè Helmondt ejuſdem vel alterius Diœceſis, Parochialibus Ecelcſiis, cùm primùm illss per ceſſum vel deceſſum modernorum illas obtinentium aut aliàs quovis modo & ex cujuſcumque perſona vacare contigerit, omnes & ſingolas decimas quæ in ſiligine ut primùm conſiſtunt;

Modò relinquantur competentia Paſtoribus.

ITA tamen quòd pro ſingulis Rectoribus ipſarum Parochialium Eccleſiarum viginti modii ſiliginis annuatim detrahanrur, & ipſis Rectoribus aſſignentur, cum quibus ipſi cum aliis emolumentis earumdem Eccleſiarum ſe honeſtè ſuſtentare poterunt, ex nunc prout ex tunc, & è contrà, authoritate & tenore prædictis perpetuò diſmembramus.

ET ut Epiſcopus Buſcodueenſis pro tempore exiſtens Eccleſiam ſuam Dignitatibus, Officiis & Perſonis Eccleſiaſticis Litterarum ſcientiâ præditis jugiter decoratam habeat, ac in dicta Diœceſi Buſcoducenſi uniformis juſtitiæ miniſtrandæ uſus exiſtat, in eadem Eccleſia Buſcoducenſi unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui poſt ceſſum vel deceſſum eorum qui nunc ſunt in illa parte Diœceſis Buſcoducenſis talem habeat juriſdictionem & adminiſtrationem, qualem hactenus habuit Archidiaconus Bruxellenſis in Diœceſi Cameracenſi, ſervando concordiam quam cum Epiſcopo hactenus ſervavit, & exinde cum Archiepiſcopo ſuo Mechlinienſi perpetuò ſervaturus eſt.

Archidiaconatus.

AC unum Archipresbyteratum Civirarenſem, pro uno Archipresbytero, qui curam habeat Rectorum Parochialium Eccleſiarum, & Sacramentorum & Verbi Dei in dicta Civitate Buſcoducenſi.

Archipresbyteratus.

ET unam Pœnitentiariam Diœceſanam nuncupandam, Dignitates inibi, pro uno Pœnitentiario Diœceſano nuncupando, qui curam conſcientiarum populi per uuiverſam Diœceſim Buſcoducenſem ſpecialiter habeant, quatenus ibidem hactenus erecti non ſint, etiam perpetuò erigimus & inſtituimus.

Pœnitentiaria.

PRÆTEREA ſtatuimus & ordinamus, quod ex triginta Canonicatibus & triginta Præbendis aut circirer dictæ Eccleſiæ Buſcoducenſis, decem quos primò per ceſſum vel deceſſum illos obtinentium, apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut aliàs vacare contigerit, vel etiamſi actu nunc vacent, & devoluti, affecti, Sacerdotales, vel litigioſi exiſtant, idem Epiſcopus unum & unam illorum primò vacaturos, tanquam Menſæ ſuæ Epiſcopali perpetuò unitos, (& quos nos ſimiliter ex nunc prout ex tunc, & è contra, dictâ Authoritate Apoſtolicâ ipſi Menſæ perpetuò unimus, annectimus & incorporamus) obtinere, illorumque ratione perſona Capitularis eſſe, vocemque & authoritatem etiam in Capitulo ſuper Decanum & Canonicos habere:

Præbenda Epiſcopali Menſæ unita.

RELIQUI verò novem Canonicatus & Præbendæ prædicti tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum ſeu in eis Licentiatis, ac tribus aliis Nobilibus ejuſdem Diœceſis, & in Jure Canonico vel Theologia Doctoratu aut gradu Licentiaturæ in eis in famoſa quapiam Univerſitate Studii Generalis, ſecundùm tenorem primò dictarum Litterarum promotis, quibus dicti decem Canonicatus & Præbendæ perpetuò affecti permaneant, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant;

Præbendæ Graduatorum, & qualitates requiſitæ.

QUODQUE ad ſex priores tam Nobiles quàm alii non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi nulli niſi Nobiles & graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint. Ac omnes & ſinguli, ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum, conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & religionis, cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſcopo prædicto requiſiti fuerint, tam conjunctim quàm diviſim, præſtare teneantur.

Officium Graduatorum.

AC unus Archidiaconus ad Archidiaconatum, & alius Archibresbyter ad Arcbipresbyteratum; nec non reliquus ex dictis Graduatis Pœnitentiarius ad Pœnitentiariam hujuſmodi, ad nominationem dicti Epiſcopi aſſumi, & omnium primi poſt Epiſcopum vacaturos Canonicatus & Præbendas prædictos ſimili ordine conſequi debeant.

UT autem de Viris ſpectabilis doctrinæ & probitatis, ad ædificationem Eccleſiæ Dei, accuratiùs proſpiciatur, quòd ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ hac primâ viee per præfatum Epiſcopum dumtaxat, & deinde quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduarorum prædictorum ſuperſtitum per eos conferantur, & in hujuſmodi electione ſuffragiom Epiſcopi non plus juris ſive momenti, quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente, tuncque iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat.

Graduati primâ vice eſſumantur ab Epiſcopo, deinceps electivi.

QUODQUE poſthac ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ, ſub nullis ſpecialibus vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non exſpectarivis, mandatis, facultatibus, Indulris de providendo, commendando ac aliàs diſponendo, primariis precibus aut aliis gratiis præventivis, per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem prædictam, vel ejus Legatos, etiam conſideratione, vel intuitu, aut ad inſtantiam Imperatoris, Regum, ac ejuſdem S. R. E. Cardinalium, & ex quacumque cauſſa quamtumlibet urgenti, pro tempore factis & conceſſis comprehendantur;

Præbendæ Graduatorum nulli reſignationi aut alteri diſpoſitioni ſubjiciantur.

NEC etiam tamquam vacantes apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut ullâ aliâ ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum

vacatione

vacatione per reſignationem, etiam ex cauſſa permutationis, apud Sedem prædictam pro tempore occurrentem, per Romanum Pontificem aut Sedem hujuſmodi, de illis provideri, aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit; ſed forma electionis præmiſſæ omni tempore ſervari, nullâque cauſâ infringi debeat.

Quodque unus ex novem Canonicis prædictis, Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor ſeu etiam Licentiatus, ſeniores ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant viſitandi per univerſam Diœceſim Buſcoducenſem prædictam ab Epiſcopo, ceteri verò Canonici Graduati prædicti, quandocumque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur.

Examinatores ſynodales.

Ac ex reliquis ſenioribus Canonicis prædictis duo in Theologia, ac unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono, curam habeant examinandi promovendos ad ſacros Ordines, & admittendos ad Curas animarum, quacumque auctoritate illi proviſi fuerint, neminem niſi idoneum, ſeque perſonalem reſidentiam facturum, medio juramento promittentem, admittendo.

Et quoniam impia hæreticorum ſtudia temporiſque malitia Viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutiùs abeſſe non patiuntur, quòd ſi Canonici Graduati prædicti ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & eidem Capitulo cedant.

Venia abſentiæ per bimeſtre tantùm.

Ac omnes proventus ſingularum Præbendarum dictæ Eccleſiæ in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus, his ſolis, qui Divinis Officiis in Choro deſervierint & inibi à principio uſque ad finem, neceſſitatis cauſâ exceptâ, permanſerint, miniſtrari debeat, nec quiſquam ullâ diſpenſatione vel alio Privilegio Apoſtolico quâcumque cauſâ impetrato vel conceſſo, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit.

Cæterum Eccleſiæ Civitatis ſub cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extra verò eam & in Diœceſi Buſcoducenſi hujuſmodi exiſtentes vel ſub ſuis Decanatibus, prout hactenus, remaneant, vel meliore modo, arbitrio Epiſcopi, diſtribui, ipſorumque Decanatuum Decani, ſalvâ dicti Epiſcopi moderatione, emolumenta hactenus percipi ſolita percipere poſſint.

Diſtributio Diœceſis in ſuos Decanatus ſequetur inferius.

Diſtrictiùs inhibentes Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, ceteriſque locorum Ordinariis, necnon Conventuum Superioribus & Perſonis, illique vel illis, ad quem ſeu quos decem Canonicatuum & Præbendarum affectorum prædictorum collatio, proviſio, & alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet; ac quibuſcumque aliis cujuſcumque conditionis, dignitatis, ſtatûs, & ordinis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicanis majoris, aliiſque ſententiis, cenſuris & pœnis, nec non privationis omnium dignitatum, & inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda, ne de decem Canonicatibus & Præbendis prædictis, ſi vacant, aut cùm vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum effectus & executionem in aliquo quantumcumque modico impedire, aut moleſtiam vel injuriam quampiam irrogare quoquo modo præſumant:

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis eiſdem Epiſcopo & Graduatis omninò acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio regularum de non tollendo jure quæſito, ac de annali & trienniali poſſeſſore, nec non privilegiis omnibus, quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, plenariè uti, potiri & gaudere;

Ac decem Canonicatus & decem Præbendæ affecti prædicti, per quoſcumque, etiam prætextu mandatorum de providendo, nominationum, facultatum, Indultorum, etiam juxta Concordata prædicta, exſpectativarum, & quarumcumque aliarum gratiarum quoquo modo acceptari non poſſe.

Annullatio proviſionum.

Et nihilominùs quaſcumque acceptationes, collationes, proviſiones, commendas, uniones, & aliàs diſpoſitiones de eiſdem aut eorum aliquo, etiam per Nos & Sedem prædictam quomodolibet factas & faciendas, nullius prorſus roboris vel momenti fore, nullumque per eos cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe, ac conceſſiones, aſſignationes, diviſiones, ac diſmembrationes, ſeparationem, erectionem, inſtitutionem, ſtatutum, ordinationem, unionem, applicationem, appropriationem, & cætera præmiſſa, ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe & cenſeri, ac ſub quibuſvis revocationibus vel limitationibus etiam unionum, & ſuppreſſionum, applicationum, appropriationum etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros, tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummi Apoſtolatûs apicem, quàm aliàs quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, quocumque tempore fient, minimè includi;

Sed illis non obſtantibus, in ſuis vigore & robore & efficacia perſiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa exiſtere; ſicque incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ fuiſſe & eſſe, ac ipſas præſentes nullo umquam tempore de ſurreptione vel obreptióne aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, aut in jus vel in controverſiam, quâcumque cauſâ vel ratione, vocari poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & prædictos S.R.E. Cardinales, in quavis cauſſa & inſtantia, ſublatâ eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; & ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris, Archie-

Statuuntur Executores Bullæ Apostolicæ. Archiepiſcopo Mechlinienſi & Epiſcopo Camerinenſi, ac dilecto Filio Decano Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Beckenſis, Buſcoducenſis Diœceſis, per Apoſtolica Scripta, Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, vel unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Buſcoducenſis, & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ Epiſcopum Buſcoducenſem & alios prædictos, conceſſione, aſſignatione, unione, annexione, incorporatione & applicatione, ac Litteris, & in eis contentis prædictis pacificè gaudere, ac Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari.

Non permittentes illos ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per Cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habeudis ſervatis Proceſſibus, Cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Non obſtante piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri voluntate, quâ cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices à Sede deputati prædicta extra Civitatem vel Diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edito, dummodo ultra tres dietas authoritate præſentium ad judicium non trahatur; aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus, etiam reſervatoriis, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam revocatoriis, & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, ac aliàs in contrarium quomodolibet editis & edendis,

Nec non Buſcoducenſis & aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorum Collegiorum prædictorum, ac ejuſdem Præmonſtratenſis & aliorum Ordinum, quorum Monaſteria hujuſmodi exiſtunt, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis, illis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem prædictam etiam per viam generalis Legis ac Statuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractûs ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam præmiſſorum & quorumcumque aliorum, ſeu Motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter, ac aliàs quomodocumque, qualitercumque & quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis & concedendis;

Nec non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus reſervationibus etiam mentalibus, exſpectativis & aliis gratiis, unionibus, annexionibus & incorporationibus perpetuis vel temporalibus, abſque conſenſu coadjutorum, deputationibus, nominationibus, citra acceſſus & regreſſus facultatibus, Litteris, conceſſionibus & Indultis, proviſionibus & aliis diſpoſitionibus, quibuſcumque perſonis, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, ordinis, gradûs & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatûs honore fungentibus, ac etiam noſtris antiquis & deſcriptis familiaribus, continuis Commenſalibus ac Prælatis domeſticis, nec non Romanæ Curiæ Officialibus, etiam Officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſa, ac etiam Imperatoris, Regum aut aliorum Principum contemplatione vel intuitu, ſeu in eorum vel Eccleſiarum, Monaſteriorum aut aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel etiam in nullius favorem, aut remunerationem laborum Nobis & Sedi Apoſtolicæ prædictæ impenſorum, aut in recompenſam jurium ceſſorum, aut aliàs quomodolibet, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, & cæteris atteſtationibus mentis noſtræ de illis non revocandis aut ſuſpendendis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel nominatim in ſpecie, de dictis Canonicatu & Præbenda conceſſis hactenus & in poſterum concedendis:

Quas & quæ, illorumque omnium vim & effectum quoad hoc omninò ſuſpendimus, & in dictis Canonicatibus & præbendis effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus, illiſque ac Statutis, Privilegiis, Indultis & Litteris ſupradictis, etiamſi de illis pro illorum ſufficienti derogatione, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque:

Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis, aſſignationis, diſmembrationis, erectionis, inſtitutionis, Statuti, ordinationis, unionis, annexionis, incorporationis, inhibitionis, mandati, ſuſpenſionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei Excommunicatio in eos qui ſe quoquo modo opponunt.

ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLX. V. Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. *Sic ſubſcriptum erat:* Fred. Card. Cæsius; *deinde ſic:* Cæsar Glorierius. A. de Alexiis. 1560

Sylva-Ducis, ſive *Buſcoducum*, Veteribus ſimpliciter *Buſcum*, vulgò *s Hertogenboſch*, Gallis *Bois-le-Duc*, quartum eſt Brabantiæ Membrum, magnæ ac potentis Ditionis, vulgò *Majoratûs* Caput. Situm eſt inter Brabantiæ, Hollandiæ ac Geldriæ limites, ſedecim Antverpiâ, decem Ultrajecto, novem Neomago, octo Bredâ milliaribus.

Eccleſia hujus Urbis primaria ac valde magnifica Divo Joanni Evangeliſtæ ſacra, anno 1366 ex Parochiali erecta fuit in Collegiatam XXX. Canonicorum cum Decano, qui primus fuit Adam de Mierde, ejuſdem Collegii Fundator. Eidem benefecit anno 1413. Joannes XXIII. Pontifex, incorporando Eccleſiam de Orthen, uti probat ejus Diploma ſupra exhibitum pag. 451. lib. 1. Donat. Belgic.

Eandem Eccleſiam in Cathedralem evexit Pius IV. Pont. Bullâ jam recenſitâ, novoque Epiſcopatui, quem Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeum creavit, univit opulentam Abbatiam B. M. de Tongerloa Ordinis Præmonſtratenſis in Campinia Brabantina.

Sed anno 1590. ſeparata fuit eadem Abbatia ab Epiſcopatu, datâ compenſatione plurimorum bonorum prope Sylvam-Ducis: prout latiùs videre eſt in Hiſtoria ejuſdem Epiſcopatûs Bruxellis edita anno 1721, ubi Tranſactiones aliaque Acta recenſentur.

Anno 1566. & ſequentibus, varias calamitates perpeſſa fuit Urbs Sylvæ-Ducenſis, tum per Sectarios, tum per Obſidiones. Priores ſiquidem facto impetu, in Cathedralem aliaſque Eccleſias irruerunt, quæcumque ſacratiſſima profanarunt, Eccleſiaſticos Urbe expulerunt, Magiſtratum Calvinianum ſibi conſtituerunt &c, duravitque tempeſtas hæc uſque ad annum 5579. quo Sylvæ-Ducenſes in gratiam Regis Catholici redierunt.

Tum vicibus iteratis tentârunt Batavi Sylvam-Ducis intercipere; ſignanter anno 1585 Duce Comite de Hohenlo; annis 1601. & 1603 Duce Mauritio Principe Naſſovio; ac demum anno 1629 Duce Frederico Henrico Principe Auriaco, quo Urbs in eorum poteſtatem venit die 14. Septembris.

Ex eo tempore omne publicum Catholicæ Religionis exercitium ibidem proſcriptum fuit, & Epiſcopus aliique Eccleſiaſtici Viri ad partes Catholicas recedere coacti ſunt. Hinc tandem hodiequè tantùm per Vicarios Apoſtolicos regitur Diœceſis Sylvæducenſis, licet aliqua ejus pars Regi Catholico ſubjecta remanſerit, atque in ipſa Urbe & Territorio Sylvæducenſi ſine comparasione plures ſint Catholici, quam alterius cujuſcumque Sectæ homines.

EPISCOPI SYLVÆDUCENSES.

I. Franciscus Sonnius, Sylvæducenſis, S. T. D. ac Profeſſor in Academia Lovanienſi, olim Canonicus Cathedralis Ultrajectinæ, Inquiſitor Hæreticæ Pravitatis, & pro Erectione XIV. novorum Epiſcopatuum Belgii Romam à Philippo II Hiſpaniarum Rege deputatus, conſecratus fuit primus Sylvæducenſium Epiſcopus anno 1562. Bruxellis à Cardinale Granvellano Archiepiſcopo Mechlinienſi. Tranſlatus fuit anno 1570. ad Cathedram Antverpienſem, ubi obiit 29 Junii 1576. ætatis 70. annorum. (Vide ſupra pag. 481.)

II. Laurentius Mettius, Gerardimontenſis, S. T. L. ex Plebano Decanus S. Gudulæ Bruxellis, & Conſervator Privilegiorum Academiæ Lovanienſis, conſecratus Bruxellis 23. Aprilis 1570. à Maximiliano à Bergis Archiepiſcopo Cameracenſi, aſſiſtentibus Franciſco Richardoto Atrebatenſi, & Franciſco Sonnio Antverpienſi, Epiſcopis. Obiit exul propter fidem, Namurci 18. Septembris 1680.

III. Clemens Crabeels, Lovanienſis, S. T. L. è Canonico & Archidiacono Decanus Cathedralis Gandenſis, conſecratus Tornaci 6. Januarii 1585. ab Epiſcopo Maximiliano Morillon, aſſiſtentibus Mathæo Moulart Atrebatenſi, & Joanne Sixio Audomarenſi, Epiſcopis. Obiit Sylvæ-Ducis 22. Octobris 1592.

IV. Gisbertus Masius, Bommelius Gelder, è Plebano Sylvæducenſi Epiſcopus conſecratus Bruxellis 7. Martii 1594. obiit Sylvæ-Ducis 11. Julii 1614.

Nicolaus Zoesius, Amersfortius, J. U. L. Canonicus & Officialis Tornacenſis & in Supremo Mechlinienſi Senatu Conſiliarius Eccleſiaſticus, conſecratus Sylvæ-Ducis 10 Maii 1615. à Mathia Hovio Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Joanne Maldero Antverpienſi, & Jacobo à Caſtro Ruræmundenſi, Epiſcopis. Fundavit Lovanii Collegium S. Willebrordi, & obiit Mechliniæ 22 Auguſti 1625. V.

Fr. Michael Ophovius, Sylvæducenſis, ex Ordine FF. Prædicatorum S. T. D. Miſſionum Hollandicarum Præfectus, conſecratus Antverpiæ 17. Septembris 1626. à Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Joanne Maldero Antverpienſi, & Antonio Trieſt Gandenſi, Epiſcopis. Anno 1629. Sylvam-Ducis Batavorum armis expugnatam deſerere cogitur, & moritur exul Liræ in Brabantia 4. Novembris 1637. ætat. 66. VI.

Fr. Josephus de Bergaigne, Antverpienſis, ex Ordine FF. Minorum, poſtremus Sylvæ-Ducenſium Epiſcopus, inauguratus Bruxellis 27. Octobris 1641. à Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, coadjuvantibus Antonio Trieſt Gandenſi, & Gaſpare Nemio Antverpienſi, Epiſcopis: ſed nunquam potuit reſidere. Unde tranſlatus eſt anno 1645. ad Archiepiſcopatum Cameracenſem, eodemque anno Legatus ad Congreſſum Pacis qui Monaſterii Weſtphalorum habebatur, obiit ibidem 21. Octobris 1647. ætat. 59. VII.

VICARII GENERALES ET APOSTOLICI SYLVÆ-DUCENSES.

I. Henricus van den Essmpoute, Sylvæducenſis, S. T. L. Canonicus Graduatus & Archidiaconus, in Vicarium Generalem à Capitulo Sylvæducenſi electus anno 1645. obiit circa annum 1657.

II. Judocus Houbraecken, Geldropius, S. T. L. ex Profeſſore Philoſophiæ Lovanii Canonicus Graduatus & Scholaſticus Antverpienſis, anno 1658. in Vicarium Generalem electus à quinque Canonicis Sylvæducenſibus, qui erant ſuperſtites. Difficultates per annos aliquot ſuſtinuit, eò quod Alexander VII. Pontifex jus deſignandi Vicarium ad Sedem Apoſtolicam pertinere aſſereret. Deinde ſuo muneri reſtitutus obiit 20. Maii anni 1681.

III. Eugenius Albertus d'Allamont, Epiſcopus Ruræmondenſis, anno 1665. ab Alexandro VII. Pont. conſtitutus fuit Vicarius Apoſtolicus Sylvæducenſis, uſque ad annum 1666, quo tranſiit ad Epiſcopatum Gandavenſem. (Vide ſupra pag. 401.)

Guilielmus Bassery, Bruxellenſis, J. U. L. & Profeſſor Lovanii, deſignatus Vicarius anno 1681, functus eſt eo munere uſque ad 1691. quo conſecratus fuit Epiſcopus Brugenſis, ubi obiit 18. Junii 1706. IV. (Vide ſupra pag. 914.)

Martinus Stetaert, Somerghemius, S. T. D. ac Profeſſor Lovanii, ad S. Petrum Decanus, Collegii Majoris Theologorum Præſes, ac Privilegiorum Almæ Univerſitatis Conſervator, fuit Vicarius ab anno 1691, uſque ad 1701. quo obiit 17 Aprilis, ætatis 53. V.

Petrus Govaerts Turnhautanus, J. U. Doctor ac Profeſſor Lovanii, Canonicus Cathedralis Brugenſis, & inde Conſiliarius Eccleſiaſticus in ſupremo Mechlinienſi Senatu, munus Vicarii Apoſtolici anno 1706. à Clemente XI. Pontifice obtinuit. VI.

Plura de Epiſcopis ac Vicariis Sylvæ-Ducenſibus, aliiſque Rebus ad hanc Diœceſim pertinentibus, ſuis Diplomatibus confirmata vide in Hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcopatûs Sylvæducenſis edita Bruxellis anno 1725.

Digitized by Google

CAPUT CXXII.

RUDOLPHUS II. *Imperator declarat ſe eſſe Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ B. Gertrudis Nivellis, ſibique Capellanum ſubſtituit anno 1584.*

Ex le Roy Gallo Brabantia.

RUDOLPHUS ſecundus &c. Honorabilibus, devotis, nobis dilectis N. Abbatiſſæ, ſeu Præpoſitæ, nec non Decano, Canonicis & Capitulo Eccleſiæ Sanctæ Gertrudis in Oppido Nivellenſi, cui, vel quibus jus inveſtiendi ad infraſcriptam Præbendam pertinet, Gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum.

HONORABILES, devoti, dilecti.

CUM ex antiqua & laudabili conſuetudine, ab Anteceſſoribus noſtris obſervata, & ad Nos uſque deducta, ex quadraginta duabus Præbendis iſtius Eccleſiæ Sanctæ Gertrudis una Imperialis dicta, ad Nos & quemlibet Romanorum Imperatorem & Regem, uti prædictæ Eccleſiæ Supremum Advocatum & Protectorem ſpectet;

ADEOQUE Nobis Jus competat, ad eam Præbendam Perſonam Nobis gratam & acceptam, pro Procuratore, ſeu Adminiſtratore & Receptore noſtro, nominandi & præſentandi; Voſque hujuſmodi nominationibus per Anteceſſores noſtros, Romanorum Imperatores & Reges quandoque factis, hactenus obedienter deferre conſueveritis:

Nos Anteceſſorum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes, ad memoratam Præbendam Imperialem, per obitum quondam Urbani Seharberger, Sereniſſimi Principis, Domini Philippi Regis Hiſpaniarum Catholici &c. Avunculi, Sororii & Fratris noſtri chariſſimi, dum viveret, Conſiliarii & Secretarii, ad præſens vacantem, fidelem nobis dilectum, Paulum à Winde, Organiſtam noſtrum Aulicum, pro Procuratore & Adminiſtratore noſtro, Vobis nominandum & præſentandum duximus, ac tenore præſentium Vobis nominamus & præſentamus, eique Jus noſtrum in Præbenda iſta Nobis competens, omni meliori viâ, modo & formâ, quâ id, pro Eccleſiæ illius Nivellenſis conſuetudine poſſumus & debemus, cedimus & elargimur.

ITA ut, durante vitâ noſtrâ, hujuſmodi Præbendâ, ejuſque Juribus & fructibus, uti Procurator & Adminiſtrator noſter, uti, frui, & gaudere liberè poſſit & debeat; omni contradictione pœnitùs ceſſante.

Vos adhortantes, & pro conſervatione Imperialis conſuetudinis & juris noſtri expreſsè requirentes, ut eundem Paulum à Winde, de hujuſmodi Præbenda Imperiali aut Regia inveſtire, & prout moris eſt, inſtituere velitis: cum plenitudine omnium Jurium ad eandem Præbendam pertinentium; ac fructuum perceptione, nec non redditibus & proventibus illius univerſis.

IN eo rem Nobis gratam, & omnimodam atque expreſſam voluntatem noſtram facturi; harum Teſtimonio Litterarum manu noſtrâ ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum.

DATUM in Arce noſtra Regia Pragæ, die primâ menſis Junii, anno Domini milleſimo 1584.
quingenteſimo octuageſimo quarto, Regnorum noſtrorum, Romani nono, Hungarici duodecimo, & Boëmici itidem nono.

Erat ſignatum: RUDOLPHUS.

Uti Imperator Nivellis Præbendam poſſidet, ita & Romæ, Coloniæ, Aquiſgrani, & pluribus aliis in locis Germaniæ. Vide ſuperiùs Notas noſtras pag. 533.

CAPUT CXXIII.

Juramentum præſtitum Lovanii à Sereniſſimis Belgarum Principibus ALBERTO & ISABELLA, *dum ibidem Brabantiæ Duces inaugurarentur, die 25. Novembris 1599.*

Ex Archivis Urbis Lovan.

NOS ALBERTUS & ELISABETH CLARA EUGENIA, Hiſpaniarum Infans, Dei gratiâ Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi & Gelriæ, Comites Haſpurgi, Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ, & Thirolis, Palatini Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchiones Sacri Imperii Romani, Domini Friſiæ, Salinarum & Mechliniæ, Civitatum Oppidorum & territorii Trajecti, Tranſiſulaniæ, & Groeninglæ;

Videlicet Ego Archidux tamquam Maritus & Legitimus Tutor præfatæ Sereniſſimæ Infantis, & Ego Infans tamquam Princeps proprietaria ſupra-nominatarum Provinciarum, ut ſatisfaciamus atque exequamur ea, quæ vigeſimâ primâ Auguſti anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi octavi, per Nos & ex noſtra parte promiſſa & jurata fuere ſingulis Ordinibus hujus Belgii inferioris, tunc Bruxellis exiſtentibus, & congregatis in majori Aula noſtri Palatii ibidem; juramus & promittimus, ad hæc Sacroſanct

croſancta Evangelia, quod erimus fideles Eccleſiæ noſtræ Sancti Petri Lovanienſis, ac aliis Eccleſiis Ducatûs noſtri Brabantiæ, & obſervabimus faciemuſque obſervari, Jura, Privilegia, Statuta, conſuetudines, poſſeſſiones & libertates dictarum Eccleſiarum & *Hominum ſpectantium ad Familiam Beati Petri Lovanienſis antedicti, prout Prædeceſſores noſtri Duces Ducatûs Brabantiæ, hactenus fecerunt. Sic Nos Deus adjuvet, & omnes Sancti ejus.

* Vulgò Peetermans.

Extractum ex Actis Eccleſiæ S. Petri Lovanii.

ANno Domini 1599. menſis Novembris die 24. ſub horam tertiam promeridianam, Reverendus Dominus Georgius ab Auſtria Præpoſitus Eccleſiæ S. Petri Lovanienſis, cum toto Capitulo & univerſo Clero Lovanienſi, ſubſequentibus Magnifico Domino Rectore Almæ Univerſitatis Lovanienſis cum Doctoribus & Licentiatis, præcedentibus multis Studioſis ad hoc electis tedas incenſas ferentibus, & poſt illos de Univerſitate Guldis Civium tedas ſimiliter habentibus, & Magiſtratu Lovanienſi comitantibus, obviam proceſſit Sereniſſimis Principibus Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Brabantiæ &c. Alberto & Isabellæ Claræ Eugeniæ Infanti Hiſpaniarum, Philippi II. Regis Catholici excellæ memoriæ Filiæ, Conjugibus, extra portam Bruxellenſem, uſque ad Monaſterium Terbanck; è cujus regione juxta viam publicam erectum erat Altare, ex quo Domina dicti Monaſterii deſumpſit Crucem argenteam magni Beginagii Lovanienſis, & tradidit prædicto Domino Præpoſito, cui aſtabant Eximius Dominus ac Magiſter noſter Cornelius Reineri Goudanus Decanus prętactæ Eccleſiæ S. Petri cum Domino Marco van Wouwere ſeniore Canonico: dictuſque Præpoſitus acceptam Crucem exoſculandam exhibuit præfatis Sereniſſimis Principibus, primò ſcilicet (hoc ita volente Archiduce) Infanti, deinde ipſi Archiduci, coram dicto Altari in genibus inclinatis.

Quo facto, totus Chorus cum reliquo Clero, Univerſitate & Magiſtrato, eo quo venerant ordine ſunt reverſi ad Eccleſiam S. Petri prædictam, ſubſequentibus Archiducibus cum ſuis Nobilibus. Qui cum ante dictam Eccleſiam de equis ſuis deſcendiſſent, equo Archiducis ex parte prætacti D. Præpoſiti manus eſt injecta, & pro ſuo ſibique debito juxta antiquam conſuetudinem retentus: ſed ſtatim relaxatus, cum ea declaratione, quod eundem equum D. Archiduci donaret; qui Archidux poſtea in remunerationem hujus donationis quædam vaſa argentea deaurata eidem D. Præpoſito dedit. Dictiſque Archiducibus Chorum S. Petri ingreſſis, & ad ſummum Altare conſtitutis, idem D. Præpoſitus, aſſiſtentibus ſibi prætactis Decano & ſeniore Canonico, ab iiſdem recepit Juramentum fidelitatis, quod præſtiterunt dictæ Eccleſiæ S. Petri, reliquiſque Eccleſiis Brabantiæ, ac Familiæ S. Petri.

Quo facto, Muſici dictorum Archiducum in Oxali conſtituti cecinerunt vocibus ac inſtrumentis Canticum jucunditatis *Te Deum Laudamus*, & illo finito abierunt ad hoſpitium ſuum præparatum in Collegio Vanden Dale.

Die ſequenti, Feſto ſcilicet Beatæ Catharinæ Virginis ac Martyris, comparuerunt dicti Archiduces in ſupradicta Eccleſia S. Petri ad ſummum Sacrum. Quibus proceſſionaliter obviam iverunt antedicti D. Præpoſitus, Decanus & Capitulum uſque ad gradus ante valvas Eccleſiæ prætactæ, venienteſque Archiduces D. Præpoſitus aquâ benedictâ aſperſit, & præcedentibus Decano & Capitulo in Chorum introduxit, ſubſequentibus Archiepiſcopo Mechlinienſi, Epiſcopis Antverpienſi & Buſcoducenſi, Abbatibus & Statibus Patriæ, Magiſtratuque Lovanienſi. Quod ſummum Sacrum celebravit D. Franciſcus de Vlierden Abbas Parcenſis, tamquam hereditarius & primarius Capellanus Ducum Brabantiæ.

In quo Sacro, ante decantatum Symbolum Fidei, habita eſt Oratio Latina nomine antedictæ Almæ Univerſitatis per Dominum ac Magiſtrum noſtrum Dominum Jacobum du Bay ſupratactæ Eccleſiæ Canonicum, ſtantem in dextro cornu Altaris, è regione ſuarum Celſitudinum, quibus Tabernaculum expanſum erat inter januam Chori & Repoſitorium Venerabilis Sacramenti. Et Sacro illo finito, dicti Archiduces unà cum Archiepiſcopo, Epiſcopis, Abbatibus, Statibus Patriæ, Magiſtratuque Lovanienſi aſcenderunt in Theatrum quod ante Domum Civicam extructum & ad longitudinem ejuſdem Domûs extenſum ac magnificè exornatum erat.

In quo per Audientiarium Verreycken lecti fuerunt Articuli *Jucundi Introitûs*, illiſque lectis Dominus Archiepiſcopus Mechlinienſis, ab iiſdem Archiducibus ut & tamquam Ducibus Brabantiæ, Juramentum de obſervandis Articulis prætactis recepit.

Quo facto omnes & ſinguli Principes Patriæ ac Magiſtratus quatuor Civitatum Capitalium reliquorumque minorum Oppidorum Brabantiæ promiſerunt dictis Archiducibus fidelitatem per exoſculationem manuum eorumdem, primò manûs Infantis, deinde Archiducis, recipientes & acceptantes eoſdem pro Ducibus Brabantiæ.

Deinde miſſa eſt pecunia tam aurea quàm argentea, & in Vulgus diſperſa, magnuſque tubarum ſonus eſt auditus, & ſic quiſque receſſit ad ſua.

CAPUT CXXIV.

Jacobus Boonen, IV. *Mechlinienſium Archiepiſcopus, Eccleſiam Parochialem B. Mariæ trans Diliam, Mechliniæ erigit in Collegiatam anno* 1643.

JAcobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis Venerabilibus Nobis in Chriſto dilectis Præpoſito, Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ ultrâ Diliam Civitatis Mechlinienſis ſalutem in Domino.

Sicut olim initam amicitiam & ſocietatem cum Juda, Jonatha & Symone fratribus Spartiatarum Principes ſcripſerunt in Tabulis Æreis, & exemplum Sermonum Numenii & Antipratris in ſegregatis populi libris, ut eſſet in memoriam Spartiatarum, itâ meritò his inſcribitur, & majori cum ratione, Fundatio Reverendi Domini de Briamont Canonici & Pœnitentiarii Eccleſiæ Metropolitanæ, Præpoſiti ſimul Eccleſiæ B. Virginis, & de illa optimè meriti:

Quam Nos authoritate noſtrâ ordinariâ juxta antiquiſſimum hujus Patriæ uſum & multis ſæculis obſervatum confirmavimus, & in Capitulum Collegiatum ereximus, eique Præpoſituram & Decanatum adjunximus, juxta conditiones, modificationes, & limitationes in Litteris deſuper confectis, contentas, & in contractu inter Capitulum Metropolitanum & ſubalternum inito & per Nos approbato, expreſſas, ut tanti beneficii memoria perennet in ſæcula.

Quod

Quod ut cum omni certitudini & juxta Fundatoris intentionem fiat, Mandamus illam Fundationem, erexionem & conditiones illi inſertas ſingulis annis cum Statutis coram dicto Capitulo & Clero reſpectivè perlegi quatuor diſtinctis temporibus, nimirum feriâ ſextâ poſt diem Cinerum, feriâ ſextâ poſt Aſcenſionem Domini, feriâ ſextâ antè Feſtum Nativitatis B. Mariæ, & feriâ ſextâ antè Feſtum Sancti Andreæ.

Monenter autem omnes & ſinguli ad quos ea res pertinet, ut eidem Fundationi, & erexioni, & conditionibus ſeſe conforment & adimpleant onera ibidem comprehenſa ac alia Fundatoris Teſtamento ordinata, nec non omnia & ſingula à Nobis præſcripta & imposterum præſcribenda in complementum voluntatis illius, de quo Nos ejus hæredes reddidêre certiores.

Datum anno M. D. C. XLIII. 1643.

Reverendus ac Ampliſſimus D. Diſmas de Briamont, Mechlinienſis, S. Th. L. Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis Canonicus Graduatus ac Pænitentiarius, Capituli Collegiatæ Eccleſiæ B. M. V. ultra Diliam Fundator primuſque Præpoſitus, obiit Mechliniæ 25. Junii 1652, ſepultus in Metropoli ad gradum majoris Aræ.

Sunt in hoc Capitulo, præter Præpoſitum, Decanus, iſque unà Paſtor Eccleſiæ, item decem Canonici; qui tamen (excepto unico, qui è Familia Fundatoris aſſumitur) ad Præbendam aſſumi non poſſunt, niſi per annos ut minùs duodecim Paſtoralia munia in Diœceſi Mechlinienſi obierint. Præpoſituræ & Præbendarum Patronatum voluit Fundator ſuæ Familiæ addicere.

CAPUT CXXV.

Clemens XI. *Pontifex Fundationem Capituli & Canonicorum Antverpiæ, in Eccleſia B. Mariæ, confirmat ac pro parte renovat anno* 1705.

Ex Archivis ejuſdem Capituli.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Officiali Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Antverpienſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Universali Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ regimini ſummâ diſpoſitione ejus, qui cunctis imperat, & noſtram humilitatem ad ſuas vices in terris gerendas eligere dignatus eſt, præſidentes, ad ea præcipuè Paſtoralis noſtræ ſollicitudinis curas dirigimus, per quæ Eccleſiarum omnium, præſertim Collegiatarum, quæ ad debitum Divini Cultûs honorem effloreſcunt, ſtabiliori ſtatui per opportuna & ad augendam in eis ſpiritualis amœnitatis fœcunditatem neceſſaria dignoſcuntur;

Quapropter ad hoc ut Eccleſiæ ipſæ magis atque magis indies, veluti horti concluſi æterno appareant Sponſo, illique pergratum perennis ſuavitatis exhibeant odorem, in eas Apoſtolicæ benignitatis non dedignamur diffundere theſauros, hilarique corde reddimus, quoties pia fidelium vota, noſtris enixa deſideriis, eorum terrena bona majori earumdem Eccleſiarum cultui exponunt.

Æquum igitur reputamus; & deſideria noſtra ad cultum ipſum dirigentes, & dexteram noſtræ liberalitatis ad eorumdem fidelium vota benignè extendentes, ut cultus ſuum ſortiatur incrementum, & vota ipſa eorum debito gaudeant adimplemento.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum modernorum Capituli & Canonicorum ſæcularis & Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Jacòbi Civitatis Antverpienſis petitio continebat, quod aliàs, videlicet de anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, bonæ memoriæ *Ambroſius Capello Epiſcopus*, dum vixit, *Antverpienſis*, cordi habens Divini cultûs augmentum, ad Dei Omnipotentis laudem & honorem Parochialem Eccleſiam Sancti Jacobi Civitatis Antverpienſis, ſtructurâ & ædificiis præclaram in ſæcularem & Collegiatam Eccleſiam, cum Capitulo, Choro, maſsâ Capitulari, archâ, Sigillo, de bonis merè Laïcalibus, aliiſque omnibus inſigniis Canonicalibus & Collegialibus, & in ea Decanatum, qui inibi dignitas principalis exiſteret, pro uno Presbytero, futuro in ea Decano, qui ad Decanatum hujuſmodi, dum illum pro tempore vacare contigiſſet, à Capitulo & Canonicis prædictis, de gremio tamen Capituli hujuſmodi deſumendus, canonicè eligi, & electio hujuſmodi per pro tempore exiſtentem Epiſcopum Antverpienſem confirmari deberet, quique ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ ac illius Capituli caput exiſteret, & tam in Choro, quàm in Capitulo, proceſſionibus, aliiſque actibus & functionibus Capitularibus dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, tam publicis quàm privatis, præëminentiam & præſidentiam haberet,

Nec non viginti duos Canonicatus, totidemque Præbendas à pietate non-nullorum fidelium illarum partium ex eorum patrimonialibus & merè laïcalibus bonis fundatos, pro viginti duobus Clericis ſeu Presbyteris, futuris in eadem Collegiata Eccleſia Canonicis, qui unà cum præfato Decano Capitulum prædictæ Eccleſiæ conſtituerent, quique dignitatem hujuſmodi pro tempore obtinentes apud dictam Collegiatam Eccleſiam perſonaliter reſidere, & in ea ſingulis diebus horas canonicas tam diurnas quàm nocturnas, aliaque Divina Officia collegialiter celebrare, & ſervatâ diſciplinâ Eccleſiaſticâ recitare, decantare, & pſallere, Diviniſque Officiis intereſſe, dictæque Eccleſiæ Collegiatæ laudabiliter inſervire, aliaque onera cis incumbentia ſupportare & adimplere reſpectivè deberent & tenerentur, erexit & inſtituit:

Ac pro illorum reſpectivè congrua & competenti dote, illoſque pro tempore obtinentium congrua ſuſtentatione, redditum annuum ab eorum Fundatoribus cuilibet ex Decanatu & Caonicatibus prædictis aſſignatum, & ad ſeptuaginta ducatos auri de camera, vel circa, pro quolibet annuatim aſcendentem cooceſſit, applicavit, & appropriavit:

Nec non jus Patronatûs & præſentandi ad eoſdem Canonicatus & Præbendas, dum quoties & quandocumque & quomodolibet pro tempore illos vacare contigiſſet, unicuique ex prædictis Fundatoribus pro eis, eorumque hæredibus & Succeſſoribus reſervavit, prout latiùs in inſtrumento Erectionis & Fundationum prædictarum pleniùs continetur.

Erectio Vice-Decanatûs.

Et ſubinde bonæ memoriæ *Joannes Ferdinandus* etiam, dum vixit, *Epiſcopus Antverpienſis*, præfati *Ambroſii Epiſcopi* Succeſſor, ad majorem Dei gloriam ac dictæ Collegiatæ Eccleſiæ decorem, Vice-Decanatum, qui in dicta Collegiata Eccleſia ſecunda dignitas exiſteret, pro uno Clerico ſeu Presbytero, etiam futuro in ea Vice-decano, de gremio præfati Capituli deſumendo, & ad illum occurrente pro tempore illius vacatione, à Capitulo & Canonicis prædictis eligendo, & per pro tempore exiſtentem Epiſcopum confirmando, aſſignatâ illi congruâ & competenti dote de bonis merè laïcalibus, pariter erexit & inſtituit.

Confirmatio præcedentium prærogativarum.

Cum autem, ſicuti eadem petitio ſubjuogebat, erectio & inſtitutio præfata in magnum dictæ Civitatis decus & ornamentum ceſſerit, dictaque Eccleſia ſic in Collegiatam erecta, in ſuis ſtructura & ædificiis ſumptuoſa & ampla, ac non ſolùm in toto Belgio, ſed in ipſa Europa celebris hoc ſuo felici ſtatu uſque modo pacificè gaviſa fuerit, proindèque illius Capitulum & Canonici præfati, ne de præfatæ Collegiatæ Eccleſiæ ſubſiſtentia perpetuis futuris temporibus quovis modo hæſitari contingat, pro perpetuo illius ſtabilimento Eccleſiam hujuſmodi de novo in ſæcularem & Inſignem Collegiatam Eccleſiam, & in ea, firmis tamen, ut antea, manentibus Decanatu, Vice-Decanatu, & Canonicatibus ac Præbendis, necnon Juribus Patronatûs ſupradictis,

Erectio Cantoratûs & octo aliorum Canonicatuum.

Cantoratum, qui inibi tertia dignitas exiſtat, & alios octo Canonicatus, totidemque Præbendas, per Nos & Sedem Apoſtolicam de novo erigi & inſtitui ſummoperè deſiderent, & ad hunc effectum nonnulli probi viri illarum partium redditum annuum tutum & ſecurum ducentorum & duodecim ducatorum ſimilium circiter cuilibet ex Cantoratu & octo Canonicatibus erigendis hujuſmodi, ac pro cujuſlibet illorum reſpectivè dote, illoſque pro tempore obtinentium congrua ſuſtentatione, ex eorum bonis merè laïcalibus aſſignare intendant.

Si igitur ipſa Eccleſia, ſic in Collegiatam erecta, iterum in ſæcularem & inſignem Collegiatam Eccleſiam, & in ea præter Decanatum, Vice-Decanatum, & viginti duos Caonicatus & Præbendas, jam ut præfertur erectos, Cantoratus & alii octo Canònicatus & Præbendæ hujuſmodi de novo perpetuò erigerentur & inſtituerentur, aliaque concederentur, & ordinarentur, ut infra; ex hoc profectò nedum Divinus cultus in dicta Eccleſia cum populi illius ſpirituali conſolatione maiora indies ſuſciperet incremeota, ſed ipſius Collegiatæ Eccleſiæ perpetuo ſtabilimento ſatis conſultum foret.

Quare pro parte Capituli & Canonicorum præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis io præmiſſis, ut infra, providere de Apoſtolica benignitate dignaremur.

Nos pium & ſalutare Capituli & Canonicorum præfatorum propoſitum & deſiderium hujuſmodi amplecti volentes, illiſque favere, ac cultum divinum in dicta Collegiata Eccleſia augere & ſpirituali animarum profectui, quem exinde ſperamus provenire, ſalubriter promovere iotendeotes, ipſiſque ſpecialem gratiam facere volentes, eoſque & eorum ſiogulos à quibuſvis excommunicationis, aliiſque cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, tam à jure, quàm ab homine quavis occaſione vel causâ latis, ſi quibuſvis quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicatiooibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Decretorum Concilii Tridentini Interpretom, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus verificato priùs coram te dicto Jure Patronatûs, ex fundatione vel dotatione hujuſmodi, ac vocatis, qui ad id fuerint evocandi, Collegiatam Eccleſiam prædictam, ſicut præfertur in Collegiatam erectam, io ſæcularem & Inſignem Collegiatam Eccleſiam cum Capitulo, Cboro, Menſa Capitulari, archa, burſa & Sigillo communibus, omnibuſque & ſiogulis aliis ſimilium Eccleſiarum Collegiatarum Ioſigoium ſignis, inſignibus, & prærogativis, eiſde jure, uſu, conſuetudioe, privilegio, aut aliàs quomodolibet competentibus, & in ea, firmis tamen ut antea remaoeotibus Decanatu, Vicedecanatu, & viginti duobus Canonicatibus & Præbendis ſupradictis, pro modernis illorum reſpectivè titularibus & poſſeſſoribus, ac ſalvo etiam & firmo remanente dicto Jure Patronatûs & præſentandi, ita ut illud idem Jus Patrooatûs & præſentandi ad viginti duos Canonicatus & Præbendas prædictos, quod illorum Fundatoribus ante præſentis gratiæ conceſſionem quomodolibet competebat & competere poterat, in futurum eis, & eorum cuilibet, eorumque reſpectivè hæredibus & Succeſſoribus, io omnibus & per omnia, & omninò & quoad omnia, plenè, liberè, & integraliter, abſque ulla prorſus differentia competat, & eis ſuffragetur, & ad eos ſpectet & pertineat, ac ſpectare & pertinere debeat,

Mandatum ad Officialem Antverpienſem.

Confirmatur erectio Cantoratûs.

Cantoratum, qui in dicta Eccleſia io Inſignem Collegiatam Eccleſiam erigenda, tertia dignitas

dignitas exiſtat, & ad quem occurrente pro tempore illius vacatione Clericus ſeu Presbyter, de gremio tamen præfati Capituli, deſumendus, à Capitulo & Canonicis prædictis eligi, & electio hujuſmodi per pro tempore exiſtentem Epiſcopum Antverpienſem confirmari debeat, pro uno Clerico ſeu Presbytero, futuro in ea Cantore, nec non alios octo Canonicatus, totidemque Præbendas, pro aliis octo Clericis ſeu Presbyteris idoneis, futuris in dicta Eccleſia in ſæcularem & Inſignem Collegiatam Eccleſiam, ut prædicitur, erigenda, Canonicis, in eis per Ordinarium loci, ad præſentationem tamen illorum Fundatorum, inſtituendis, qui cum Decano, Vicedecano & viginti duobus Canonicis ſupradictis ſimul Capitulum dictæ Eccleſiæ in Collegiatam Inſignem Eccleſiam erigendæ, conſtituant, & apud dictam Eccleſiam, in Collegiatam Inſignem Eccleſiam erigendam, perſonaliter reſidere, ac in ea ſingulis diebus horas canonicas, tam diurnas quam nocturnas, aliaque Divina Officia collegialiter celebrare, & cum debita mentis attentione, & ſervatâ diſciplinâ Eccleſiaſticâ recitare, decantare & pſallere, Diviniſque Officiis intereſſe, dictæque Eccleſiæ in Collegiatam Inſignem Eccleſiam erigendæ laudabiliter deſervire, aliaque onera eis incumbentia ſupportare & adimplere reſpectivè debeant & teneantur, quique omnibus & quibuſcumque Privilegiis, juribus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus & prærogativis, quibus cæteri viginti duo Canonici ſupradicti, & Decanatum & Vicedecanatum dignitates præfatas obtinentes, de jure, uſu, conſuetudine, quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudeot, pariformiter & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere poſſint & debeant Apoſtolicâ Authoritate.

Postquam tamen dictus redditus annuus ducentorum & duodecim ducatorum auri hujuſmodi cuilibet ex Cantoratu & octo Canonicatibus & Præbendis per præſentes erigendis hujuſmodi in tot proprietatibus & bonis ſtabilibus, tutis & ſecuris, ac ab omni & quocumque onere, cenſu, canone, hypotheca & fideicommiſſo prorſus liberis, aſſignatus fuerit, & non aliàs, ſine alicujus præjudicio perpetuò de novo erigas & inſtituas, illiſque ſic erectis & inſtitutis, pro cujuſlibet eorum congrua & competenti dote, illoſque pro tempore obtinentium ſuſtentatione, dictum redditum annuum ducentorum & duodecim ducatorum auri de Camera circiter ex dictis bonis laicalibus cuilibet ex Cantore & octo Canonicis hujuſmodi, pro Præbendis & diſtributionibus quotidianis Cantoratûs & octo Canonicatuum reſpectivè aſſignatum, poſtquam tamen ille eis & eorum cuilibet aſſignatus fuerit, aut aliàs juxta conventionem deſuper inter illos Fundatores & Capitulum præfatum forſan initam, dividendam & diſtribuendam.

Ita tamen, ut tam Cantor quam quilibet ex octo Canonicis prædictis ducentos & duodecim ducatos pares circiter annuatim pro quolibet percipiant, etiam perpetuò applices & appropries, liceatque futuris Cantori & octo Canonicis prædictis per præſentes erigendis, & cuilibet eorum dicti annui redditûs & illius bonorum & rerum quorumcumque eorum & Menſæ Capitularis nominibus corporalem, realem & actualem poſſeſſionem, per ſe, vel alium ſeu alios propriâ auctoritate, abſque ſpoliis ſeu attentatorum vitio, Diœceſani loci, vel eujuſvis alterius licentiâ deſuper minimè requiſitâ, apprehendere, & apprehenſam retinere.

Et inſuper Decano, Vicedecano, Cantori, omnibuſque Canonicis prædictis, ut ipſi de cetero juriſdictionem contentioſam privativè quoad cauſas civiles in prima inſtantia, & quoad criminales pro exceſſibus levibus commiſſis in Choro, Eccleſia, & functionibus Eccleſiaſticis, in quibus procedendum ſit extrajudicialiter, & in pœna levi privativè, Epiſcopo abſente, eo verò præſente, cumulativè & cum illius prælatione, in ſubditos & ſuppoſitos dictæ Eccleſiæ in Inſignem Colleg. Eccleſiam erectæ, exercere poſſint & valeant, concedas & indulgeas:

Nec non ut ipſi pro Eccleſiæ præfatæ in Collegiatam Inſignem erectæ, illiuſque Menſæ Capitulari, Sacriſtiæ, illorumque omnium rerum & bonorum, tam ſpiritualium quàm temporalium, proſpero & felici regimine, gubernio & directione, onerumque illis pro tempore incumbentium ſupportatione, divinorum officiorum, proceſſionum, funeralium, anniverſariorum & ſuffragiorum celebratione, diſtributionum quotidianarum & aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione & diviſione, pœnarum per abſentes, vel non aſſiſtentes, ſeu onera & munera eis & eorum cuilibet incumbentia ſubire negligentes, incurrendarum incurſu, ſingulorum pœnitentiis & abſentiis notandis, cæremoniis, ritibus in Eccleſia, Choro, Capitulo, Proceſſionibus, & aliis Actibus Capitularibus ſervandis, Officialibus & Miniſtris dictæ Eccleſiæ neceſſariis deputandis & amovendis, ſervitiis & miniſteriis per ipſos ſubeundis, ac eiſdem ſalariis & ſtipendiis præſtandis, ac quibuſcumque aliis rebus in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſariis & opportunis, quæcumque Statuta & ordinationes Capitulares, & decreta, licita tamen & honeſta, ac Sacris Canonibus & Decretis Concilii Tridentini ac Conſtitutionibus Apoſtolicis minimè contraria, & per Ordinarium loci priùs examinanda & approbanda, edere & edita, præviâ approbatione, præter declarandi, interpretandi, & ad meliorem formam redigendi & reformandi, ſeu alia de novo ex integro, ut prædicitur, eiſdem Sacris Canonibus, Decretis & Conſtitutionibus prædictis minimè adverſantia, &, ut prædicitur, examinanda & approbanda, concedas, & per eos, ad quos pro tempore ſpectabit, ſub pœnis in contrafacientes ſtatuendis, obſervari facere poſſint & valeant, plenam, liberam & omnimodam facultatem, poteſtatem & auctoritatem concedas & impartiaris.

Demùm prædictis Viris, qui ſupradictum redditum annuum ducentorum & duodecim ducatorum

Digitized by Google

Jus Patronatûs penes Fundatores Præbendarum.

catorum hujuſmodi pro fundatione ſeu dotatione dictorum octo Canonicatuum & Præbendarum aſſignabunt, eorumque reſpectivè hæredibus & Succeſſoribus in infinitum Jus Parronatûs & præſentandi perſonas idoneas ad dictos octo Canonicatus & Præbendas, per Ordinarium Loci in eis inſtituendas, quotieſcumque illos pro tempore per ceſſum, etiam in manibus noſtris, ſeu deceſſum, non tamen apud Sedem Apoſtolicam, Religionis ingreſſum, aut Profeſſionis emiſſionem, matrimonium contractum, habitûs & tonſuræ clericalium non delationem, reſignationem, ſeu juris ceſſionem, non publicationem, privationem, ſeu quamvis aliam amiſſionem, & alio quovis modo, & ex quorumcumque perſonis, etiam Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, vel cujuſvis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis etiam tunc viventis, Familiaribus & continuis Commenſalibus, aut aliàs quomodolibet & quovis modo affectionem inducentibus, vacare contigerit, dictâ Apoſtolicâ auctoritate etiam perpetuò reſerves, concedas & aſſignes; ac dictum Jus Patronatûs & præſentandi Laïcum exercere, & prædictis Viris Fundatoribus, & eorum cuilibet, eorumque reſpectivè heredibus & Succeſſoribus, non ex Privilegio Apoſtolico, ſed ex mera reali & actuali plena, inregra & omnimoda fundatione & perpetua dotatione merè Laïcalibus dumtaxat competere, nec illis ullo umquam tempore derogari poſſe, neque debere.

Excluduntur quæcumque oppoſitiones contra hujus Capituli erectionem.

Præsentes quoque etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, illis non conſenſerint, ad eaque vocati, & cauſæ propter quas illa fiant vel facta ſint coram Ordinario loci præfato, & tamquam dictæ Sedis Delegato, vel aliàs examinatæ, verificatæ & juſtificatæ non fuerint, ſeu aliàs ex alio quocumque capite, quantumvis juridico & legitimo, de ſubreptionis vel obreptionis ſeu nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari vel impugnari umquam poſſe, ſed ſemper & perpetuò validas, firmas, & efficaces fore & eſſe, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac omnibus ad quoſcumque ſpectat & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, nec ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe & fore, eiſdemque perpetuò ſuffragari; ſicque & non aliàs per quoſcumque Judices, etiam Camerx Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Iccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios judicari & definiri debere, irritum quoque & inane decernas, non obſtantibus quibuſvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Univerſalibus & Generalibus Conciliis editis vel edendis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & Oidinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque.

Statuta circa Decanatum.

Volumus autem quod deinceps, cùm dictum Decanatum pro tempore vacare contigerit, ad illum electus, antequam dicti Decanatûs poſſeſſionem adipiſcatur, electionem, ut prædicitur, faciendam hujuſmodi ſemper & quandocumque Sedi Apoſtolicæ præſentare, & proviſionem dicti Decanatûs à Sede prædicta impetrare, & jura Cameræ Apoſtolicæ & aliis propterea debita perſolvere teneatur.

Alioquin dictus Decanatus vacet eo ipſo, ita ut de illo per Sedem Apoſtolicam tum diſponi poſſit: & quidquid ſecus ſuper his à quocumque quâvis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit alterari, ex nunc irritum decernimus & inane.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Domini milleſimo ſeptingenteſimo quinto, ſexto Nonas Octobris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

1705. Vida Hiſtor. Epiſcop. Antverp. pag. 121.

SUPPLE-

SUPPLEMENTI,
SIVE
AUCTARII DIPLOMATICI
PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

Chlotharius *Francorum Rex approbat anno 660. commutationem variorum locorum initam per Venerabiles Viros, S. Mummolenum Epiſcopum Noviomenſem ac Tornacenſem, & S. Bertinum Abbatem de Sithiu, nunc Audomaropoli.*

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

CHLOTACHARIUS Rex Francorum Vir Inluſter. Dum & Nos Dominus in SolioParentum noſtrorum fecit ſedere, oportet Nobis ſalubriter peragere, ut ea in Dei nomine debeamus propenſare, ut id quæ ad profectum Eccleſiarum vel res Sanctorum ſalvandum pertinet, libenti animo debeamus præſtare, qualiter hoc in Dei nomine inlibata debeat permanere, & apud æternum Retributorem Nobis ex hoc ad mercedem poſſit pertinere, & Congregatio Deo canentes, pro Nobis Domini miſericordiam ſtudeant deprecare.

IGITUR Apoſtolicus Vir MUMMOLENUS Noviomenſis Urbis Epiſcopus, necnon & Venerabilis Vir BERTINUS Abba de Monaſterio *Sitdiu*, qui ponitur in Pago Tervuanenſe, à quorum amborum opere viſi fuerunt ædificare, & eſt in honore Sanctæ Mariæ Genitricis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, necnon & Sancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel ceterorum Domnorum Sanctorum conſtructus, ad præſentiam noſtram venientes, Clementiæ Regni noſtri detulerunt notitia, ut aliqua locella eorum congrua & opportuna, tam in Pago Conſtantino, quàm in Noviomaginſe, vel Cambracinſe, ſeu Vermandinſe, ubicumque congruum locum advertirent, inter ſe commutare deberent.

IDEO petierunt Nobis unanimiter ante dictus Domnus Mummolenus Epiſcopus, ſeu Venerandus Vir Bertinus Abba, ut eis licentiam tribuere deberemus, tam de parte Domno Mummolino Epiſcopo, vel Civitate Noviomenſe ipſius Pontificato, quàm & de parte ipſius Bertino Abbate, Monaſterii ſui *Sitdiu*, quandoquidem eis complacuerunt, & locum invenirent, licentiam noſtram habeant faciendum.

INVENERUNT inter ſe ambo locella aliqua his nominibus: Vallis, quem de parte Venerabili Viro EBERTRAMNO Abbate de Baſilica Sancti Quintini pro alia Villa cognominanti Tumninio, ſeu & Imbrago, & Inglindono, vel in Selerciaco, in iſta loca quinta denominata dedit Mummolinus Epiſcopus jam dicto Bertino Abbate. Similiter dedit Bertinus Abba memorato Domno Mummolino Abbati vel Epiſcopo portione ſua de Villa nuncupante Vauſune, in Pago Conſtantino ad integrum, quem de Illuſtri Viro AGULFO pro alia Villa Trancilliaco in concambio accepit, & alio locello qui vocatur Laudardiaca Villa, in Pago.... ad integrum.

ISTA omnia denominata quod Nos pro reverentia ipſius ſancti Loci, vel Bertino, ſeu Monaſterii ſui *Sithiu*, ut hoc in eiſmetipſis Mum-

molino Epiſcopo & Bertino Abbate, ſicut ſuperiùs diximus, integra noſtra Auctoritas plenius confirmare deberet. Cujus petitioni ita præſtitiſſe & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim ut ſicut conſtat de ipſas res ſuperiùs, quicquid dictum eſt, in ipſa loca cum omnia & ex omnibus totum & ad integrum, id eſt cum terris, domibus, mancipiis, farinariis, vineis, vel quicquid inter ſe commutaverunt, cultis & incultis, & hoc ad præſente tempote poſſedere vel dominare videntur, ita & inantea per noſtum Præceptum pleniùs inde confirmatum & ſupra ſcripti Domnus Mummolinus Epiſcopus & Bertinus Abba de ipſas res ſuperius nominatas, quicquid manu noſtrâ fuit delegatum vel firmatum, ſicut per eadem declaramus, hoc habeant, teneant, atque poſſideant, ſuiſque Succeſſoribus cum Dei & noſtra gratia derelinquant; vel quicquid exinde facere decreverint, liberam in omnibus habeant poteſtatem, & nulla inter ipſos lis & altercatio poſt temporibus ante Parentorum noſttorum Regibus maneat, niſi de parte Domno Mummolino Epiſcopo, quam & de Succeſſoribus ſuis Noviomagenſe Civitate nulla requiſitio nec remallatio fiat; & de parte Bertino Abbate vel ipſius Monaſterii *Sitdiu* ſeu Succeſſoribus ſuis non fiat: & nec Succeſſoris noſtri in curticellas ſupraſcriptas, nec quiſlibet, ut dictum eſt, judiciaria poteſtas ibidem ingredere non præſumat: niſi pro noſtta mercede abſque introitu judicum memoratus Abba vel Succeſſores ſui ibidem conſiſtentes ad parte ipſius Monaſterii valeant poſſidere, qualiter in illis delectetur ad ipſa ſancta Congregatione pro Nobis Domini miſericordiam jugiter deprecare.

Et ut hæc Præceptio firmior habeatur, & à vobis ſucceſſoribuſque veſtris per tempora in omnibus conſervetur; Nos & præcelſa Domna & Genitrix noſtra Balthechildis Regina ſignaculo manûs noſtræ noſcimur adfirmaſſe.

Actum ſub die Kal. Februarii, anno vi. Regni noſtri Criſciaco Palacio.

De SS. Bertino, & Mummolino, & de Origine ac Fundatione Cœnobii Sithienſis, quod nunc S. Bertini dicitur, in Urbe Audomaropolitana in Artheſia, vide Diploma à Miræo editum Codice Donat. Piarum, Cap. 3.

CAPUT II.

Theodericus *Francorum Rex, rogante S. Bertino Abbate, benefacit Monaſterio de Sithiu, quod nunc eſt Audomaropoli, anno 676.*

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

Theudericus Rex Francorum Vir Inluſter. Si aliquid ad loca Sanctorum pro adjuvamen Servorum Dei concedimus, hoc Nobis ad laudem vel æternæ rettibutionis pertinere confidimus.

Igitur cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quod Nos Venerabili Viro Bertino Abbati de Monaſterio *Sitdiu* tale beneficium conceſſimus, ut quod infra mero Attiniacenſe de fiſco noſtro comparatùm habebat, aut inantea ad comparandum invenire potuerit, præter illos manſos unde operas carrarias exeunt, hoc habeat conceſſum, & nullo redditu terræ, nec nullas functiones publicas eiſdem ob hoc exigere, nec requitere non debeatis.

Quapropter per hoc Præceptum ſpecialiùs decernimus ordinandum, quod in perpetuo volumus eſſe manſurum, ut neque vos, neque juniores ſeu ſucceſſotes veſtri, nec quiſlibet de judicaria poteſtate adcinctus, de ipſas terras quod infra mero Attiniacinſe infra ipſo fiſco noſtto memoratus Abba comparatum habet, aut deinceps ipſe vel Succeſſores ſui, aut pars ipſius Monaſterii comparare potuerint, præter illos manſos unde carpentas exeunt, nullos redditus terræ, nec nullas functiones eiſdem non requiratis, nec exactetis, niſi quidquid exinde ipſe Abba vel pars Monaſterii ſui *Sitdiu* aut Succeſſores ſui, vel quod fiſcus noſter percipere potuerit, ex noſtrn munere largitatis hoc habeat conceſſum atque indultum.

Et ut hæc Præceptio firmior habeatur, & per tempora meliùs conſervetur, manûs noſtræ ſubſcriptionibus eam decrevimus roborare.

Signum glorioſi Regis Theoderici.

Data ſub die x. Kal. Novembris, anno x. Regni noſtri, Compendio Palatio, in Dei nomine feliciter.

CAPUT

CAPUT III.

AMALFRIDUS *Vir Nobilis ſubmittit Curæ S. Bertini Abbatis Sithienſis Monaſterium utriuſque ſexûs à ſe conſtructum in Honulphi-curte, vulgo* Honnecourt, *in Picardia, ſub Diœceſi tamen Cameracenſi, Ordinis S. Benedicti, anno 677. Theodericus Francorum Rex eandem Fundationem confirmat.*

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

EGo in Dei Nomine AMALFRIDUS Illuſter Vir, conceſſi atque delegavi ad Monaſterium *Sitdiu*, ubi Venerabilis Vir Bertinus Abba præeſſe videtur, unà cum voluntate vel convenientia Filiæ meæ AURIANÆ, quæ ibidem Rectrix eſſe videtur, hoc eſt Monaſterium noſtrum, cujus vocabulum eſt Hunulfocurtis, in Pago Kambrincenſe, ſuper fluvio *Scald*, quem ego in proprietate noſtra in honore Sanctæ Mariæ, vel Sancti Petri, ſeu Sancti Martini, ſeu S. Pollinæ conſtruxi, ubi ipſa pretioſa gemma requieſcit in corpore. ..

ET ſupplicamus ipſos Frarres & Rectores Monaſterii, ut ipſum Monaſterium de Miſſa, de curſo, de luminaria, curam habere ſtudeant, & de hoſpitibus & peregrinis caritatem, ut mercedem habere debeant, & nomen noſtrum in libro vitæ recenſeant.

ACTUM Vermandis, quod fecit menſis Februarius dies VIII. in anno XII. Regni Domni noſtri Teuderici glorioſiſſimi Regis.

Nota P. Mabillon.

AMALFRIDI *Litteras ita claudit Folquinus, itemque Iperius in Chronico Bertinenſi, qui Iperius prima Inſtrumenti verba, quæ præfationis loco ſunt, refert in hunc modum.* Quantum intellectus ſensûs humani, *&c. Illa verò reſecuiſſe videtur Folquinus, quòd nihil ad hiſtoricam Diplomatis notitiam conferrent: at ſubſcriptiones omittere non debuit, quæ ſic habent.*

AMALFRIDUS hoc Teſtamentum à me factum relegi & ſubſ.
Ego Auriana Abbatiſſa conſentiens ſubſ.
Signum Adalfridi,
Vulfoaldus,
Nivario,
Angabertus,
Hildramnus,
Erchamfridus,
Signius,
Waraulfus Diaconus,
Vlitmarus,
Craſmarus,
Dudonus,
Bruno,
Ermenfridus,
Conſtantinus,
Giſlefridus,
Centenaſius,
Gerſridus,
Balſtrantus,
Bladardus rogatus hoc Teſtamentum ſcripſi & ſubſcripſi.

HUIC *Inſtrumento Folquinus confirmationem ejus à Theodorico Rege factam ſubjicit in hæc verba.*

VENIENS Venerabilis Vir BERTINUS Abba de Monaſterio Sithiu, quod eſt conſtructum in Pago Tarwaninſe, in honorem Sancti Petri, vel ceterorum Sanctorum, per conſenſu & voluntate Illuſtris Viri AMALFRIDI, & Matronæ ipſius CHILDEBERTANÆ, ſeu & Filia enrum AURIANA Abbatiſſa, Cariciaco Villa in Palatio noſtro, in noſtram venientes præſentiam, Clementiæ Regni noſtri intulerunt, eo quod ipſe Amalfridus & Matrona ſua Childebertana in honore Sanctæ Mariæ Genitricis Domini noſtri Jeſu-Chriſti, vel ſanctæ Pollinæ, in loco nuncupante Hunolfocurte, ſuper fluvio Scald viſi fuerunt ædificaſſe, &c.

DAT. Kalend. Apiil. anno XIV. Regni noſtri, Cariciaco Palatio.

Extractum ex Archivis Abbatiæ S. Sepulchri Cameraci.

NObilis Vir. AMALFRIDUS nomine, cum Conjuge ſuâ CHILDEBERTANA circa annum 670, Regnante Theoderico Francorum Rege, inſigne Monaſterium in ſua proprietate erexit atque dotavit, in loco vocato Hunulfi-curte, nunc vulgò *Hennecourt*, tertio lapide à Cameracu, ad Schaldim fluvium, haud procul ab Oppido S. Quintini in Veromanduis. Eccleſiam in honorem S. Petri Apoſtoli conſecravit B. Vindicianus Cameracenſium & Atrebatenſium Epiſcopus, aſſiſtentibus B. Lamberto Tungrenſi aliiſque non paucis Coëpiſcopis. .

Primò fuit Monaſterium duplex, Monachorum vel Clericorum & Sanctimonialium; illis præfuit ipſe Fundator Amalfridus; ipſis verò Auriana Fundatoris Filia. Sed poſt utriuſque obitum, S. Bertinus Abbas Sithienſis in Arıheſia, ejuſque Succeſſores Abbates, juxta voluntatem Fundatoris in Diplomatibus exhibitam, Monaſterii Hunecurtenſis regimen obtinuêre, eo privilegio, ut quemcumque vellent, eidem præponerent.

Hinc brevi factum eſt, ut amotis Monialibus, ſoli Monachi res divinas ibidem peragerent. Sed neque diu permanſit Eccleſia S. Petri Hunecurtenſis ſubjecta Eccleſiæ S. Bertini Audomarenſis: ſic enim ſcribit Joannes Iperius (Abbas Bertinianus circa annum 1380. ac celeberrimus Scriptor, in ſuo Chronico) quomodo Eccleſia de Honnecourt abalienata ſit, & ab obedientia noſtra receſſerit, Scripta noſtra non continent.

In hac Abbatia Hunecurtenſi permanet memoria S. Lietphardi Martyris, Anglorum Archiepiſcopi, nec non SS. Virginum Pollinæ & Valeriæ. Lietphardus tempore Dagoberti Regis in nemore Aridæ-Gamantiæ (vulgò *Arrouaiſe*) trucidatus atque Martyrio affectus eſt, ſepultus in Pago, cui nomen Trecau, & accedentibus miraculis, loco digniore collocatus Fulbertus Cameracenſis Epiſcopus ſacrum ejus Corpus Cameracum transferre ſtatuerat; ſed divinâ revelatione accepit, transferendum illud eſſe ad Eccleſiam S. Petri in Honnecourt; in qua diutiſſimè quievit, unà cum Corporibus SS. Virginum Pollinæ & Valeriæ (de quibus etiam agit Doctor Molanus in Natalibus SS. Belgii) donec anno 1557. tria hæc ſacra Pignora perierunt in expugnatione Oppidi S. Quintini, ad quod pro ſecuritate tranſlata fuerant.

Monaſterium hoc, jam ab annis ducentis, tum hoſtium

incurſu ac bellorum procellis (utpotè ſitum in confinio ditionum duorum potentiſſimorum Regum, Hiſpaniæ ac Franciæ) tum etiam Abbatum Commendatariorum incuriâ adeo uſque corruerat, ut nihil illic ferme reſtaret, præter parietes, qui tranſeuntium oculos feriebant. Bibliotheca tota perierat, redditus in alios uſus diſtracti, neque ſupererant niſi tres quatuorve Monachi ſine diſciplina viventes.

Hinc circa annum 1680. Jacobus Theodorus de Brias Archiepiſcopus Cameracenſis, Regiâ fultus authoritate, cœpit hanc Abbatiam in priſtinæ dignitatis formam reponere: aſſumpſitque è Monaſterio S. Sepulchri Cameraci D. Claudium de Hove, quem Priorem Hunecurtenſem deſignavit.

Hic electis vivis lapidibus non tantùm Regularis vitæ obſervantiam revocavit, ſed etiam Monaſterium à fundamentis extruxit, redditus recuperavit, expletoque per annos plurimos egregii Prioris officio, factus eſt anno 1697. Præpoſitus Eccleſiæ B. Mariæ de Capella Bruxellis, ubi obiit anno 1706.

Succeſſit ei D. Ludovicus Maronier itidem Monachus S. Sepulchri, eoque mortuo D. Petrus le Beche, ejuſdem Cœnubii, hodie ſuperſtes, qui diſciplinam Eccleſiaſticam non minùs diligenter fovet & auget: adſtipulante etiam Reverendo ac Ampliſſimo Domino Raimondo Ludovico de Valory, moderno illius loci Abbate Commendatario, nec non Canonico & Theſaurario Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Inſulis, qui Theſauros de ſua Abbatia perceptos deportavit generosè & ultrò in ſinum, in ornatum & commodum Cœnobii ſibi commendati.

Ceterum ab Abbatia Honnecurtenſi dependent, Præpoſitura de le Chella, ſita in Artheſia juxta Bapalmas, & Prioratus de Raye, ſitus in finibus Artheſiæ & Picardiæ, verſus Heſdinium.

CAPUT IV.

CLODOVÆUS II. *Francorum Rex S. Bertino Abbati de Sithiu concedit immunitatem à vectigalibus, circa annum* 680.

Ex Mabilion de Re Diplomatica.

CHLODOVEUS Rex Francorum, (Vir Inluſter.) Si illa beneficia quæ Parentes noſtri ad loca Sanctorum præſtiterunt vel conceſſerunt, pro noſtris oraculis confirmamus, & Regiam conſuetudinem exercemus, & Nobis ad laudem vel ſtabilitatem Regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus.

IGITUR Venerabilis Vir BERTINUS Abba de Monaſterio Sithiu, quod eſt in Pago Tarwanenſe, in honore Sanctæ Mariæ Genitricis Domini noſtri Jeſu-Chriſti, necnon & Sancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel ceterorum Domnorum Sanctorum conſtructum, ad noſtram accedens præſentiam, Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, eò quod Avus noſter CHLODOVIUS quondam Rex de omnes Curticellas vel Villas ipſius Monaſterii, quicquid præſenti tempore poſſidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum, vel collata populi, ſeu de comparato aut de qualibet adtracto in quibuſlibet Pagis atque Territoriis inibi erat additum vel collatum, integrâ emunitate Anteceſſore ſuo MUMMOLINO quando vel ad prædicto Monaſterio conceſſit, ut nullus Judex publicus ibidem ad audiendas cauſas, freta exigenda, fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas faciendo, nec homines ipſius Monaſterii, tam ingenuos, quàm & ſervientes ſuper terras ſuas commanentes diſtringendos, nec nullas redhibitiones requirendas, nec exactandas, nec judiciaria poteſtas ibidem ingredere quoquo tempore non deberet, niſi ſub emunitatis nomen omni tempore cum omnis fretis-conceſſis pars ipſius Monaſterii debeat poſſidere.

UNDE & Præceptionem Principum, ſeu Confirmationem Avunculorum noſtrorum CHLOTACHARII, & CHILDERICI, ſeu & Genitoris noſtri THEODERICI quondam Regis, qualiter hæc vel illa locella, quæ poſtea ipſe Bertinus Abba ad parte ipſius Monaſterii pro commutationis titulo vel ſtrumenta accipere.... accipere confirmaverunt, Nobis in præſente oſtendit relegendas: & ipſis beneficiis conceſſis de tempore uſque nunc aſſerit conſervatas, ſed pro firmitatis ſtudium petiit memoratus Abba Celſitudini noſtræ, ut hoc circa ipſum locum pro noſtra Auctoritate pleniùs confirmare deberemus.

CUJUS petitioni pro mercedis noſtræ munere vel reverentia ipſius ſancti loci ita præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite.

PRÆCIPIENTES enim, ut quicquid conſtat ſupra ſcribtos Avos noſtros CHLODOVIUS quondam Rex de ipſa emunitate, ſicut ſuperiùs eſt comprehenſum, præfato Mummolino, vel poſtea ipſe Avunculi noſtri Chlotacharius ſeu Childericus, ſeu & Genitor noſter Theodericus quondam Reges, juſtè & rationabiliter conſenſerunt vel confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum, ita & inantea per noſtro Præcepto pleniùs in Dei nomine confirmato, inſpectas ipſas Præceptiones ſupraſcribtorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſo Abbati Bertino, vel Succeſſoribus ſuis, aut ipſo Monaſterio Sithiu omni tempore ipſis beneficiis conceſſis in omnibus valeat eſſe conſervatum: & nullâ refragatione vel nullo impedimento à Judicibus publicis exinde quoque tempore habere non pertimeſcant: unde & ipſa Congregatio pro ſtabilitate Regni noſtri vel ſalute Patriæ Domini miſericordiam jugiter debeant exorare.

ET ut hæc Auctoritas firmior habeatur & in omnibus conſervetur, Nos & præcelſa Genitrice noſtra CHROTECHILDIS Regina manûs noſtræ ſignaculis ſubter eam decrevimus confirmare.

SIGNUM glorioſi CHLODOVEI Regis.

Signum præcelſæ Genitricis noſtræ CHRODECHILDIS Reginæ.

ACTUM ſub die 1. Kal Junias, anno I. Regni noſtri.

CAPUT

CAPUT V.

Childericus *Francorum Rex, petente Erkemboldo Abbate, immunitatem & alia Privilegia largitur Monaſterio de Sithiu in Artheſia, anno circiter* 700.

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

CHILPERICUS Rex Francorum (Vir Inluſter.) Si facta Parentorum noſtrorum, quod ad loca Sanctorum præſtiterunt vel conceſſerunt, per noſtris oraculis confirmamus, Regia conſuetudine hoc exercemus, & nobis ad laudem vel ſtabilitatem Regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus.

IGITUR Venerabilis Vir ERCHEMBODUS Abba de Monaſterio *Sitdiu*, qui eſt in Pago Teruannenſe, in honore Sanctæ Mariæ Genitricis Domini noſtri JESU CHRISTI, necnon & Sancti Petri & Pauli Apoſtolorum, vel ceterorum Domnorum Sanctorum conſtructus, ad noſtram accedens præſentiam, clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, quod Avus noſter CHLODOVEUS quondam Rex de omnibus Curtis vel Villis ipſius Monaſterii, quicquid eodem tempore poſſidebant, aut adhuc inantea ex munere Regum vel collata populi, ſeu de comparato, aut de qualibet adtracto in quibuſlibet Pagis atque Territoriis inibi eſt additum vel collatum, integra emunitate Anteceſſori ſuo Domno BERTINO, quondam ipſius Monaſterii Abbate, vel ad prædictum Monaſterium conceſſiſſet, ut nullus Judex publicus ibidem ad cauſas audiendas, aut freta exactanda, vel fidejuſſores tollendos, nec manſiones aut paratas faciendas, nec homines ipſius Monaſterii, tam ingenuos, quàm & ſervientes, qui ſuper terras ſuas commanent, diſtringendos, nec ullas redibitiones requirendas nec exactandas, judiciaria poteſtas ibidem ingredere quoquam tempore non deberet: niſi ſub emunitatis nomen omni tempore cum omnes fretas conceſſas pars ipſius Monaſterii perenniter deberet poſſidere.

UNDE & Præceptiones ipſius videlicet Principis Avi noſtri Chlodovei, & confirmationes præcelſorum Avunculorum noſtrorum CHLODOCHARII & THEODERICI, ſeu & Genitoris noſtri CHILDERICI, etiam & Conſobrinorum noſtrorum CHLODOVEI & CHILDEBERTI quondam Regum ſe ex hoc præ manibus habere affirmat, & quod ipſa beneficia conceſſa ab eo tempore uſque nunc videant eſſe conſervata: ſed pro integra firmitate petiit Celſitudinem noſtram memoratus Abbas, ut hoc circa ipſum locum pro noſtra auctoritate pleniùs confirmare deberemus.

CUJUS petitioni pro mercedis noſtræ augmentum, vel reverentia ipſius loci ita præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes enim præcipimus, ut quicquid conſtat ſupraſcribtum Avum noſtrum Chlodoveum quondam Regem de ipſa emunitate, ſicut ſuperiùs eſt comprehenſum, præfato Bertino, vel poſtea ipſi Avunculi noſtri Chlodocharius & Theodoricus, ſeu & Genitor noſter Childericus, etiam & Conſobrini noſtri Chlodoveus & Childebertus quondam Reges juſtè & rationabiliter quondam conceſſerunt & confirmaverunt, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum, ita & inantea per noſtro præcepto pleniùs in Dei nomine confirmare deberemus.

INSPECTAS ipſas Præceptiones ſupraſcribtorum Principum, ſicut per eaſdem declaratur, circa ipſum Abbatem Erkembodum vel Succeſſores ſuos, & ad ipſum Monaſterium *Sitdiu* omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe conſervata, & nulla refragatione, nec nullum impedimentum à Judicibus publicis exinde quoquam tempore habere non debeant: unde ipſa Congregatio pro ſtabilitate Regni noſtri, vel ſalute Patriæ Domini miſericordiam jugiter debeant exorare.

ET ut hæc auctoritas firmior babeatur, & in omnibus conſervetur, manus noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus roborare.

DATUM anno Regni noſtri III.

CAPUT VI.

Childericus II. *Francorum Rex benefacit Abbatiæ de Sithiu ſeu Bertinianæ, anno* 744.

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

HILDERICUS Rex Francorum, Viris Inluſtribus Gravionibus, atque omnibus agentibus, vel junioribus eorum, tam præſentibus quàm futuris, in quiſcumque accionibus Monaſterium *Sitbiu* habere videtur.

QUEM Divinâ pietas ſublimat ad Regnum, condecet facta conſervare Parentum, præcipuè quæ comdiis Eccleſiarum aut locis Sanctorum Regali Clementia pro æterna retributione probatur eſſe indultum, oportet conſervare in ævum.

IGITUR cognoſcat magnitudo ſeu & utilitas veſtra, quod Venerabilis Vir WAIMARUS Abbas de Monaſterio Sithiu, Clementiæ Regni

noſtri detulit in notitiam, quod Parens noſter Theodericus quondam Rex per ſuam Præceptionem ſuâ manu firmatam Anteceſſori ſuo Erkembodo Abbati, vel ad prædictum Monaſterium ſuum *Sithiu* tale beneficium conceſſiſſet, ut quod infra Fiſcum noſtrum, ubi & ubi, in quibuſcumquelibet Pagis aut Territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterat, vel quod boni homines Deum timentes, pro animabus eorum ad ſupraſcribtum Monaſterium dederunt; aut inantea dederint, hoc habuiſſet conceſſum: & quod de Fiſco noſtro comparatum habebat, aut inantea comparaſſet, præter illam terram unde opera carraria exeunt, hoc habuiſſet conceſſum, & nulla judiciaria poteſtas, nullos redditus terræ, nec nullas functiooes pubplicas eidem ob hoc exigere aut exactare, oec requirere non deberet.

Unde & ipſam Præceptionem ipſius jam dicti Parentis noſtri Theoderici quondam Regis ſe præ manibus ex boc habere adfirmat, & Nobis in præſenti eam oſtendit ad relegendum, & ipſa beneficia conceſſa de eo tempore uſque nunc aſſerit eſſe conſervata: ſod pro firmitatis ſtudium petiit Celſitudinem noſtram, ut hoc circa ipſum locum ſanctum per noſtris deberémus confirmare oraculis.

Quod Nos propter nomen Domini & reverentia ipſius ſancti loci ita præſtitiſſe, & in omnibus confirmaſſe cognoſcite.

Præcipientes enim præcipimus, ut quicquid conſtat ſupraſcribtum Parentem noſtrum Theodericum quondam Regem de ipſo beneficio, ſicut ſuperiùs eſt comprehenſum, præfato Erkembodo Abbati vel ſupraſcribto loco ſancto pro augmento mercedis ſuæ conceſſit, & de eo tempore uſque nunc recto tramite fuit conſervatum: ita & inantea inſpectis ipſis Præceptionibus prædicti Principis, ſicut per eaſdem declaratur, ita & inantea per noſtrum Præceptum pleniùs in Dei nomine ſit confirmatum, ſub eo ordine circa ipſum Waimarum Abbatem, vel ad ipſum Monaſterium ſuum *Sithiu*, omni tempore ipſa beneficia conceſſa in omnibus valeant eſſe confirmata, & nullam refragationem, nec nullum impedimentum à Judicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimeſcant: unde & ipſa Congregatio pro ſtabilitate Regni noſtri vel ſalute Patriæ Domini miſericordiam jugiter debeant exorare.

Et ut hæc Auctoritas firmior habeatur, vel per tempora in omnibus conſervetur, manûs noſtræ ſubſcribtionibus eam ſubter decrevimus adfirmare.

Signum glorioſi Regis Hilderici.

Datum quando fecit Aprilis dies xxiii. anno primo Regni noſtri, Criſciaco Palatio, in Dei nomioe feliciter. Amen.

CAPUT VII.

Ludovicus Pius *Imperator Caroli Magni Filius, benefacit Cameracenſi Eccleſiæ anno* 817.

Ex Hiſtoria Camerac. Charpentier.

IN nnmine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jesu Christi, Hludouvicus Divinâ ordinante Providentiâ Imperator Auguſtus. Cum petitionibus Servorum Dei juſtis &c. Proinde immunitates Avi videlicet noſtri, Regis Pipini, & Genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ præſtantiſſimi Imperatoris, in quibus continebatur inſertum, qualiter idem Genitor noſter & Anteceſſores Regis prædictam Sedem, quæ in honore eſt Dei Geoitricis Mariæ, ſemperque Virginis, ob amorem Dei, tranquillitatemque conſiſtentium Fratrum, ſub pleniſſimâ tuitione & immunitatis defenſione habuiſſent, &c. Per hoc Præceptum noſtræ Authoritatis coofirmamus, &c.

S. Hludouvici Seren. Imp.

Ego Durandus Diaconus ad vicem Helisacharii recognovi.

Data eſt xviii. Kal. Majas. anno Chriſt. propitio III. Domini Hludouvici piiſſimi Auguſti. Indictione ix.

Actum Aquiſgrani Regio Palatio, in Dei nomine. Amen.

CAPUT VIII.

Idem Ludovicus Pius *Imperator dat Privilegium Immunitatis Abbatiæ Bertinianæ anno* 830.

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jesu-Christi, Hludowicus divinâ ordinante providentiâ Imperator Auguſtus.

Cum locis Divino cultui mancipatis ob divinæ ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & Imperialem morem decenter implemus, & id oobis profuturum ad æternæ remunerationis præmia capeſſeoda veraciter credimus.

Incirco notum eſſe volumus omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia Monachi ex Monaſterio *Sithiu*, quod eſt ſitum in Pago Tarvawinſe, conſtructum in honore Sanctæ Dei Ge-

nitricis ſemperque Virginis Mariæ & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in quo Corpora Beatorum Confeſſorum Chriſti AUDOMARI & BERTINI requieſcunt; ubi etiam præſenti tempore Vir Venerabilis FRIDUGISUS auctore Deo Abba præeſt: obrulerunt obtutibus noſtris Auctoritatem immunitatis Domni & Genitoris noſtri Karoli, bonæ memoriæ Sereniſſimi Imperatoris, in qua continebatur inſertum, quod non ſolùm ipſe, verùm etiam & Anteceſſores ejus, priores Reges videlicet Francorum, prædictum Monaſterium ob amorem Dei, tranquillitatemque Fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione babuiſſent: ſed pro firmitatis ſtudio poſtulaverunt, ut non ſolùm Paternum ſeu Prædeceſſorum noſtrorum Regum morem ſequentes, hujuſcemodi noſtræ Auctoritatis Præceptum erga ipſum Monaſterium immunitatis atque tuitionis gratiâ fieri juberemus; ſed etiam percenſeremus, ut omnes Cellas & Villas ſeu ceteras poſſeſſiones prædicti Monaſterii Sanctæ Mariæ & Saocti Petri & Pauli, atque Beatorum Audomari & Bertini, quæ in quibuſlibet Pagis & Territoriis inſra ditionem Imperii noſtri conſtant, nullus ſuccedentium noſtrorum dividere, aut in alios uſus convertere præſumeret; & ut Familia ejuſdem Monaſterii nullis quibuſlibet hominibus foderum daret.

QUORUM petitionibus libenter adquievimus, & ita concedimus, atque per hunc Præceptum in omnibus confirmamus Et ideo Succeſſores noſtros admonemus, ut ſicut Nos prædicto Monaſterio Sanctæ Mariæ & Sancti Petri & Pauli atque Beatorum Chriſti Confeſſorum Audomari & Bertini conceſſimus, ita illi ratum & ſtabile permanere permittant; ut nullam diviſionem in Monaſteriis aut Cellis, vel Villis, ſeu ceteris poſſeſſionibus, in quibuſlibet Pagis aut Territoriis conſiſtant, faciant, aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant.

SED & hoc per hos Imperiales apices ſancimus atque decernimus, ut nullus Judex publicus, aut quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Monaſterii, quas moderno tempore in quibuſlibet Pagis & Territoriis infra ditionem Imperii noſtri juſtè & legaliter poſſidet, atque deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit Divina pietas augere, ad cauſas iudiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut foderum exigendum, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam ingenuos, quàm & ſervos diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitus exactare præſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuiſque Succeſſoribus res prædicti Monaſterii, vel ſicut in Præcepto Domni & Genitricis noſtri continetur, cum omnes fredos & bannos ſibi conceſſos ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere: quatenus ipſos Servos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro Nobis & Prole noſtra, vel etiam pro ſtabilitate totius Imperii noſtri à Deo nobis conceſſi atque conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet.

ET ut hæc Auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum HLUDOUVICI Sereniſſimi Imperatoris.

DURANDUS Diaconus, ad vicem FRIDUGISI recognovi & ſubſcripſi.

CAPUT IX.

Idem LUDOVICUS *Imperator, Caroli Magni Filius, benefacit Abbatiæ Bertinianæ anno* 836. *in gratiam Fratris ſui Hugonis, Bertinienſis & variorum aliorum locorum Abbatis.*

Ex Mabillon de Re Diplomatica.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris JESU-CHRISTI, HLUDOUVICUS Divinâ repropitiante clementiâ Imperator Auguſtus.

SI preces Fidelium noſtrorum devotè nobis famulantium ad optatum effectum ſolitæ benignitatis liberalitate pervenire concedimus, abundantiùs credimus oportere ſuggeſtiones dilectiſſimi Fratris noſtri HUGONIS Venerabilis Abbatis, quas omninò ratione plenas eſſe non dubitamus, digniſſimo honorificentiæ propriæ effectu perficere, eaſque præcipuè quæ manifeſto ſuæ devotionis fervore ad Divinum cultum propenſius exſequendum pertinere noſcuntur.

QUAPROPTER noverit omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque tam præſentium, quàm & futurorum induſtria, quia memoratus dilectus Frater noſter HUGO Sacri Palatii noſtri Archi Notarius, & Venerabilis Abba Monaſterii *Sithiu* ſiti in Pago Teruanninſi, conſtructi in honorem Beatæ ſemper Virginis Genitricis Domini noſtri JESU-CHRISTI Mariæ, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, in quo etiam Corpora Chriſti Confeſſorum Audomari atque Bertini tumulata noſcuntur, noſtræ innotuit Celſitudini, qualiter jam dudum tempore Prædeceſſoris ſui Fridugiſi Abbatis eidem Monaſterio noſtram feciſſemus Auctoritatem, per quam illud cum omnibus ad ſe pertinentibus morem Paternum avitumque ſequentes, ſub noſtra conſtitueremus defenſione, & mundeburdo,

Mundeburdo, atque immunitatis tuitione, necnon omnes Cellas & Villas, ſeu ceteras poſſeſſiones, quæ in quibuſlibet Pagis & Territoriis infraditionem Imperii noſtri conſiſtunt, ut nullus Succeſſorum noſtrorum divideret, aut in alios uſus converteret, utque Familia ejuſdem Monaſterii nullis quibuſlibet hominibus foderum daret, Imperiali Auctoritate decrevimus, petens ut eamdem noſtram Auctoritatem ſuo quoque nomine renovari juberemus.

Nos itaque ob amorem Divinum & reverentiam atque honorem eorumdem Sanctorum, necnon & monitionem ejuſdem Fratris noſtri, memoratam Auctoritatem noſtram circa eumdem locum Rectoreſque per tempora labentia ſibi ſuccedentes renovari cenſuimus, & ea quæ illic decreta fuerunt, præſenti etiam Auctoritate roborare.

Proinde hos noſtros Imperiales apices fieri juſſimus, per quos Succeſſores noſtros admonemus, ut ſicut Monaſterio prædicto Sanctæ Mariæ & Sancti Petri & Pauli atque Beatorum Chriſti Confeſſorum Audomari & Bertini conceſſimus: ita illi ratum & ſtabile permanere permittant, ut nullam diviſionem in Monaſteriis aut Cellis, vel Villis, ſeu ceteris poſſeſſionibus, in quibuſlibet Pagis & Territoriis conſiſtant, faciant, aut facere permittant, aut in alios uſus ipſas res retorqueant.

Sed & hoc per hos Imperiales apices ſancimus atque decernimus, ut nullus Judex publicus aut quiſlibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias aut loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Monaſterii, quas moderno tempore in quibuſlibet Pagis & Territoriis infra ditionem Imperii noſtri juſtè & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit Divina pietas augeri, ad cauſas judiciario more audiendas vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut foderum exigendum, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam ingenuos quàm & ſervos diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt penitùs exactare præſumat: ſed liceat memorato Abbati ſuiſque Succeſſoribus vel prædicti Monaſterii, ſicut in Præcepto Domni & Genitoris noſtri continetur, cum omnes fredos & bannos ſibi conceſſos ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere: quatenus ipſos Servos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro Nobis ac Prole noſtra, vel etiam pro ſtabilitatè totius Imperii noſtri à Deo Nobis conceſſi atque conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet.

Et ut hæc Auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa permanere, manu propriâ ſubter firmavimus & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Hludouvici Sereniſſimi Imperatoris.

Hirminmaris Notarius ad vicem Hugonis Abbatis recognovi & ſubſcripſi.

Data Id. Auguſti, anno xxii. Imperii Domni Hludouvici piiſſimi Auguſti, Indictione X.

Actum Aquiſgrani Palacio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

CAPUT X.

Carolus Calvus *Imperator & Rex Francorum recenſet atque confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Vedaſtinæ Atrebati, circa annum* 866.

Ex Archivis Abbatiæ MS.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratiâ Rex.

Si ea quæ Prædeceſſores noſtri Divinâ ordinante providentiâ præditi ac ſupernâ dignatione illuminati, nec non & Sanctæ Dei Eccleſiæ ſuorumque fidelium devotis amonitionibus ac precibus, pro ſtatu & utilitate Eccleſiarum ac ſervorum Dei ſtatuere decreverunt, noſtris confirmamus Edictis, atque ipſorum devotiſſimis conſentientes affectibus eadem pia munia Domino annuente exequimur; hæc Nobis procul dubio ad æternam beatitudinem & totius Regni Nobis à Deo commiſſi tutelam profuturum eſſe credimus, & retributorem Dominum exinde in poſterum habere confidimus.

Igitur notum ſit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris: quia catherva Monachorum ex Monaſterio quod vocatur Nobiliacus, ubi preciosus Confeſſor Chriſti Vedaſtus corpore quieſcit, humillimis precibus ibidem Deo militantium efflagitati ſunt, ut pro Dei Omnipotentis amore & futuro ejuſdem converſationis augmento, & ne aliquâ Suceſſorum ſuorum negligentiâ aut perverſitate ſive diminutione ordo in ea domeſticus futuris temporibus perturbaretur, quaſdam Villas ob multimodas neceſſitates præfatæ Monachorum Congregationi delegatas propter rei firmitatem & ipſius Sancti Patroni noſtri Vedaſti reverentiam Auctoritatis noſtræ Præceptum fieri juberemus, per quod tam ea quæ præ manibus habebant, quàm & ipſa quæ à noſtra Celſitudine humiliter expoſcebant, rata & ſtabilita deinceps permanere poſſent.

Nos verò petitionibus illorum, quia neceſſariæ rationabiles erant, aurem accommodantes veluti poſtulaverunt fieri abjudicavimus, atque has infraſcriptas Villas diverſis eorum neceſſitatibus profuturas ad eorum uſus & neceſſitates ſupplendas perpetuò deſervituras delegavimus.

Ad matriculam ſcilicet Maisbod Villam,

Bais,

Vide ſupra pag. 136. Bais, Senons, Herbod, Pomerias, Herlin-curtem & Inboni-curtem, manſos X. cum Longo-bragio, Maninium, Morſele, Sceldogotheim, Inventiacum, & in Dominica Curte manſum unum, & in Farneolo manſum unum.

Has Villas cum mancipiis & omnibus ad ſe pertinentibus, in uſum luminariorum, matriculariorum & ceteris quæ Eccleſiis in præfato Monaſterio poſitis neceſſaria fuerint, deputavimus cum omni cenſu de omnibus precariis Monaſterii, eo modo ut quidquid etiam ad medicinam opus fuerit, ex præfatis Villis ſuppleatur.

Ad neceſſaria verò Fratrum, victûs ſcilicet & potûs, has Villas delegavimus; medietatem videlicet vici qui vocatur Novavilla juxta Monaſterium ipſum ſitum, & tabernam unam; Filciacum, Villam Dominicam, Curtem Theuludum, Bigartium, Hetnam-Curtem & Bernevillam; in Pago Beluacenſi, Mediolanas, Puteas, Aquas & * Angilicurtem, manſum indominicatum & alios manſos XXIV. cum Eccleſia ac vineis & ceteris appendiciis, Vallis ſuper fluvium Sommam cum camba una & duobus molendinis, & manſis ad eoſdem pertinentibus, qui in Dominicatu noſtro fuerunt, Stagras, Salciacum, Armentarias, Maſt, Marcheim, Syrigohym.

* Vide ſupra pag. 150. & ſeq.

Has omnes cum precariis omnibus & ſuprascriptis Villis, poſt omnium vitæ deceſſum qui eas modo obtinent, cum univerſis harum Villarum pertinentiis & Familiis, cum Eccleſiis & ceteris omnibus, uſibus Fratrum æternaliter deſervituras cenſuimus; precariam Emmonis & Tagengarii ſimiliter roboravimus.

Ad Cameram verò præfatorum Fratrum has delegavimus: Villam Atheias, Salciacum, Liniacum, Campanias, & in Fontanido manſos III. & manſum unum in Lambras, & alterum in Hadis, ubi homo nomine Odo commanet, & tabernam unam, in vico Monaſterii cum univerſis appenditiis & Familiis & Eccleſiis & omnibus ad ſe pertinentibus rebus, eo modo ut ſilvæ & lignarii & volatitia, cum ovis quæ ex eiſdem Villis exeunt, Fratrum uſibus deſerviant, & ad Præpoſitum pertineant.

Reliqua verò omnia in uſus veſtimentorum & calceamentorum & reliquarum neceſſitatum deputentur. Immò verò omne ex omnibus Villis Fratrum uſibus deſervientibus, cum lana uſque ad ſummam CCCC. librarum ad Cameram venient. Si quid verò ſupra fuerit ex lana, non ex lino, in ordinatione Præpoſiti erit: nam linum omne volumus ut ad Cameram veniat.

Si autem ex his præfatis Villis quæ ad Cameram deputatæ ſunt, neceſſitas Fratrum ſuppleri non potuerit, ex his Villis quæ ad Præpoſituram pertinent ſupplebitur. Ad portam verò Bernaivillam, & in Anzinio manſum unum cum molendino, & in Anez manſos V. cum molendino, & decimam omnis Abbatiæ, quæ ut pleniter veniat, Rector ipſius Monaſterii vel qui ipſe juſſerit prævidebit. Ad Hoſpitale verò pauperum, in Daginivilla manſos VII. in Boneiamvillam & Lentſales manſos III. cum mancipiis utriuſque ſexûs in eiſdem manentibus, & quintam partem decimæ quæ ad portam venerit, & de omnibus lignariis omnium Villarum quæ ad Præpoſituram ſive ad Cameram pertinent, carrum decimum ad præfatum Hoſpitale detur. Ad domum vero infirmorum omne theloneum ex mercato deſtinavimus, quod æqualiter uſibus Fratrum infirmorum deſerviat, eritque in ordinatione & providentia ſolliciti Fratris, qui Cuſtos infirmorum eſt.

Has ergo Villas cum mancipiis & redditibus vel appenditiis omnibus ad ſe pertinentibus, Fratribus ipſius Congregationis eo modo, ſicuti ſupra taxatum eſt, Regali Auctoritate & indulgentiâ per hoc Præceptum Confirmationis noſtræ ſtabili jure concedimus, in perpetuum confirmamus, & mancipia, ſicut tempore Adalongi Abbatis ad præfatas Villas legaliter pertinuerunt, ita ubicumque ſint, abſque retractatione uſi obtineant.

Clausura verò Monaſterii & ædificia, tam ex ſupraſcriptis Villis, quàm ex omnibus rebus ad præfatum Cœnobium pertinentibus, ſicuti ſemper conſuetudo fuit, ita conſtruantur ac reſtaurentur ubicumque opus fuerit. Præcipientes Regiâ poteſtate, ut nemo Succeſſorum noſtrorum Regum vel Abbatum, quod noſtro roboratum eſt inviolabili Edicto, ſubtrahere vel minuere audeat, aut ad uſus ſuos retorqueat, vel alicui quidquam inde in beneficium tribuat. Sed neque ſervitia exactet neque peraveredos aut expenſas aut auſpiſium ſuſceptiones recipiat, aut ullas in aliqua re exactiones ſive manſionaticos inde exigat, præter conſuetudinarias operationes, quæ de ſæpedictis Villis in Monaſterii utilitatibus ab antiquo fuerant conſtitutæ; quibus nihil addere præſumant.

Suprascripta autem ad centum duodecim Monachorum numerum ordinantur, ex quo nihil cuiquam licebit ſubtrahere; augere verò, ſi fortè voluerit, multiplicatis & augmentatis ad uſum opibus accumulare Divini ſervitii cultores; qualiter in futuris temporibus Fratres in Cœnobio ſæpedicto Regulam Beati Benedicti ſervantes abſque perturbatione liberè Deo ſervire & pro nobis fideliter orare queant, nobiſque pro rata Confirmatione, & illis propriâ & ſanctâ obſervatione merces in perpetua recompenſetur beatitudine. Ad corroborandum etiam ampliùs quam ad fulciendum noſtræ Celſitudinis Præceptum, Privilegium Epiſcopale per-ſemel à cunctis Eccleſiæ Filiis æternaliter obſervandum fieri & confirmari decrevimus.

Et ut hæc Auctoritas, quam ob Dei amorem & animæ noſtræ remedium ſtatuimus atque firmavimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulſa perdurare valeat; manûs noſtræ confirmatione eam ſubter firmavimus & de anulo noſtro ſignari juſſimus.

Adalgarius Notarius, ad vicem Gunzelini recognovit.

Data III. Kal. Novemb. Indictione primâ, anno XXVII. Regnante Karolo glorioſiſſimo Rege.

Actum in Andrei-Villa Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

CAPUT XI.

JOANNES VIII. *Pontifex dat Privilegium libertatis, & confirmat poſſeſſiones à Carolo Calvo Imperatore conceſſas Eccleſiæ Abbatiali S. Vedaſti Atrebati, circa annum 876.*

Ex Archivis Abbatiæ MS.

JOHANNES Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Fratribus Monaſterii Beati Vedaſti, quod vocatur * *Nobiliacus* vel *Attrebas*, ubi ipſe Sanctus Vedaſtus Confeſſor Chriſti corpore quieſcit, in perpetuum.

* Vide ſupra pag. 47

SI utilitatibus Servorum Dei piè conſulimus, locaque Chriſto dicata Apoſtolicis fulcimus Sanctionibus, quò Divini Cultûs Servitores, inibi Deo vacantes, à turbinibus & variis tempeſtatum ſæcularium muniantur incurſibus, nihil hoc holocauſto gratius Redemptori noſtro credimus offerendum.

QUA de re luce clariùs patet omnibus Sanctæ Eccleſiæ Filiis, quia Kariſſimus Filius noſter * Carolus Rex adiens limina Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, honorificè à Nobis ſuſceptus, poſtquam ſolemniter vota Regia perſolviſſet, apud ſepulchrum Beati Petri die Nativitatis Domini, in Eccleſia ipſius B. Petri Apoſtolorum Principis dignitatem Imperialem per impoſitionem manuum noſtrarum adeptus eſt.

* Vide ejus Diplomata pag. 36. & 932.

DAHINC non minùs devotè quàm humiliter à nobis expetiit, ut Beati Petri Apoſtolorum Principis, ſimulque noſtri Apoſtolatûs Auctoritate decerneremus Privilegium Romanæ atque Apoſtolicæ Sedis aſtipulatione roboratum Fratribus jam dicti Monaſterii Confeſſoris Chriſti Vedaſti, per quod ſtabili jure, ac ſine perturbatione poſſideant Caſtrum, atque prædictum Monaſterium, & omne quod eis per ſuum Præceptum conceſſerat, ac Gallicanorum Epiſcoporum Decreto muniri fecerat.

HUJUS rei gratiâ, quia eumdem Auguſtum Divino contactum amore id feciſſe perſpeximus, gratanter ejus petitionibus præbuimus aſſenſum; decernentes Apoſtolicâ Auctoritate, ea quæ hic inſerta habentur, inconvulſa manere; ad Matriculam ſcilicet Eccleſiæ Maishod, Villam Bais, Senons, Herbodeiſternam, Pomerias, Herlincurtem, & Ibonicurtem, Manſos x. cum Longobragio, Maninium, Morſele & Sceldogotheim, Juventiacum, & in Dominica-curte manſum unum, & in Farreolo manſum unum.

AD neceſſaria verò Fratrum victûs ſcilicet & potûs, medietatem vici qui vocatur Novavilla & tabernam unam Filciacum, Dominicam-Curtem, Theuludum, Bigartium, Hetnamcurtem, Bernevillam, Mediolanas, Puteas, Aquas, * Angilicurtem, Vallis cum camba una & duobus molendinis, Stragas, Saltiacum, Atramentarias, Maſt, Marcheium, Syringenhem, Precariam Emmonis & Tagengarii.

* Vide ſupra pag. 150. & 156.

AD Cameram verò Fratrum Villas ſitas in Pago qui vocatur Batuas, quem circumfluit Renus bicornis fluvius, hiis nominibus; Rexnam, Vulfaram, unà cum Capella ibidem poſita, Rotheim manſos VI. Præterea etiam ultra Renum prælibatum fluvium manſos numero XXXVI. pariter cum ſilvis appendentibus: deinde in Pago Attrebatenſi Atheias, Saltiacum, Liniacum, Campanias, & in Fontanido manſos III. & in Lambras manſum unum, & alterum in Hadas, & tabernam unam, in Vico Monaſterii ad portam Berneiam Villam, & in Anzinio manſum unum cum molendino, & in Anez manſos V. cum molendino, & decimam omnis Abbatiæ.

AD Hoſpitale pauperum in Daginvilla manſos VII. & in Bonciam Villam & Lenſales manſos III. & quintam partem omnis decimæ:

AD domum verò infirmorum omne theloneum ex mercato; & has Villas quas pro remedio animæ ſuæ dedit vel reddidit Sancto Vedaſto, Trontellicurtem, Lilliacum, Lutoſum montem atque Tilgidum.

HAS ergò Villas cum omnibus appenditiis & redditibus & mancipiis, quemadmodum per Præcepti paginam ordinata ſunt atque tradita, per noſtri Apoſtolatûs Auctoritatem ſancimus, ut nulli mortalium liceat aliter ordinare, mutare vel aliud quid quoquo modo ex inde vel parum agere: præter quod à ſæpedicto Filio noſtro piiſſimo Auguſto conſtitutum, ſed hujuſmodi ordinatio in Abbatis arbitrio pendeat.

Qui ergo ea quæ Sancta atque Apoſtolica Sedes ſtabilivit pro nihilo duxerit, temerarioque auſu avariciæ, diabolicæq; cupiditatis inſtinctu, qualitercumque violare temptaverit, ſi ex toto vel in parte tranſgreſſor apparuerit, Petri Apoſtolorum Principis noſtrique Apoſtolatûs auctoritate anathematis nexibus ut fur & ſacrilegus aſtrictus, atque ab unitate Matris Eccleſiæ & participatione Corporis & Sanguinis Chriſti ſequeſtratus cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti & diabolo ejuſque atrociſſimis pompis in tremendo die magni examinis ſententiam dampnationis accipiat. Et qui hiis Apoſtolicis ſanctionibus ſincero amore obſervator extiterit, benedictionem & miſericordiam à Domino Jeſu Chriſto percipiat, & partem & ſocietatem cum eis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ Agni, à conſtitutione mundi. Amen.

DATA V. Kal. Januarii per manus Anaſtaſii Primiſcrinii, anno primo Imperii Karoli Sereniſſimi Imperatoris Auguſti, & poſt Conſulatum ejus anno primo, Indictione octavâ.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XII.

MACHARIUS *Comes cum Conjuge* GONDRADA *dotat Eccleſiam Cathedralem Cameracenſem anno* 885.

Ex Balderici Epiſc. Chron Camerac.

BENE poſſidet ille res in hòc ſæculo, qui de terrenis atque caducis comparat præmia ſempiterna.

QUAPROPTER Nos in Dei nomine MACHARIUS Comes, & Conjux mea GONDRADA, cogitantes de Dei amore, vel æterna bona retributione, pro animarum noſtrarum remedio, ſeu pro anima Domni ac Senioris noſtri JOHANNIS Cameracenſium Epiſcopi, aliquas res noſtras, quas ipſe ad hoc faciendum Nobis donare dignatus eſt, & quas illi Domnus Imperator LOTHARIUS, per ſuam miſericordiam, & per ſuum Præceptum in jus proprium dedit, quæ habentur in Pago Condroſtinſe, donamus atque transſundimus ad partem Eccleſiæ S. Dei Genitricis Mariæ, ubi jam dictus Venerabilis Pontifex Domnus Johannes præſidere videtur: hoc eſt in Vico *Hoio*, ſuper fluvium ejuſdem nominis *Hoio*, Eccleſiam in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, manſum Dominicatum cum caſtitiis, ad quem aſpiciunt de terra arabili bunnaria IV. de ſilva bunnaria CC. Sunt ibi molendini II.

In alio loco in Villa *Haidis*, manſum Dominicatum cum caſtitiis, & arboreto ſuper fluvium *Sclevum*, ad quem aſpiciunt de terra arabili bunnaria XXXIII, de prato bunnaria IX, de ſilva bunnaria C, Manſi ſerviles VI. Eſt ibi camba I.

IN alio loco in Villa *Bacilla*, manſum Dominicatum cum caſtitiis ſuper *Gorbia*, ad quem aſpiciunt de terra arabili bunnaria XLVII, de prato bunnaria III, de ſilva bunnaria L, manſi ſerviles IV: eſt ibi camba I.

IN alio loco in Villa *Halogis* ſuper fluvium *Pauleta*, manſos III. habentes de terra arabili bunnaria XXXV.

IN alio loco qui dicitur *Falmana*, in Villa *Grandicampo* manſum Dominicatum cum caſtitiis, ad quem aſpiciunt de terra arabili bunnaria XXX, de ſilva bunnaria CC, manſi ibidem deſervientes VIII.

ET in loco nuncupato *Glevo* eſt manſus I.

IN alio loco, in Villa *Harſanium*, ſuper fluvium *Wenna*, manſum Dominicatum habentem de terra arabili bunnaria XII, de prato bunnaria II, de ſilva bunnaria L.

QUÆ habetur in loco *Carcinio*, manſos ſerviles ibidem deſervientes abſos IV: unus ex illis eſt ſitus in loco *Carcinio*, alter verò in loco *Wadingo*, ſuper jam dictum fluvium.

QUÆ colligunt in ſumma manſi XXXI, & inter terram arabilem & prata ad Dominicatum pertinentia bunnaria CXL; & de ſilva bunnaria DC, & eo amplius, exceptis communiis quæ habentur iu loco nuncupato *Carcinio*, & quicquid ad prædicta loca aſpicit, cum omni integritate, & terras cultas & incultas, pervia, vua, diſcapia, prata, paſcua, ſilvas, communias, aquas, aquarumque decurſus, & mancipia utriuſque ſexûs, quorum CL. ſunt.

Eâ videlicet rationo hæc omnia ſuperiùs dicta ad partem ſuprà dictæ Sanctæ Dei Eccleſiæ Cameracenſis tradimus, ut dum Nos advixerimus, liceat Nobis uſu-fructuario excolere & poſſidere: & Infans, nomine *Achildis*, quàm ipſa Conjunx noſtra *Gundrada* de alio Viro peperit, necnon & Infantes qui de eadem ipſa Conjuge Nobis naſcituri ſunt, ſi ſuperſtites Nobis fuerint, ſimiliter habeant, dum advixerint, uſufructuario ad excolendum & poſſidendum.

ET ſic poſt noſtrum & noſtrorum Infantum de hac luce diſceſſum, hæc omnia cum omni integritate & emelioratione ad præfatam Sanctæ Dei genitricis Eccleſiam Cameracenſem revertantur.

SIMILITER & in compenſatione hujus meriti dedit Nobis idem Senior noſter *Johannes* Epiſcopus, per conſenſum ſupra Fidelium Clericorum Cameracenſium, & Laicorum, ex rebus Sanctæ Mariæ Cameracenſis Eccleſiæ, Villam quæ dicitur *Villare*, quæ eſt ſita in Pago *Hagnoënſe*, ſuper fluvium *Unctium*, ubi habet manſum Dominicatum, & de terra arabili ibi aſpiciente bunnaria CXII, de prato bunnaria IV, de ſilva per æſtimationem inter Villare & loco nuncupato *Harilegias* bunnaria C, & Eccleſiam unam.

In *Gentlinio* cum Eccleſiaſtico manſo habente de terra arabili bunnaria XII, & molendina II.

IN ipſo Villare cum manſis II. & cambis II. Manſos etenim qui ad ſupra dictum manſum Dominicatum deſerviunt veſtitos XII, & alios qui nuper veſtiti ſunt XII, qui nec adhuc integrum poſſunt ſolvere cenſum, abſos XVI. Manſuras etenim in ipſo Villare IX, quæ debent ſolvere ſolidos VI, & dicitur VIII, & ſunt abſi.......

In loco nuncupato *Grando-villare* inter manſuram & terram arabilem bunnaria III.

IN alio loco nuncupato *Munliaco* inter manſuram & terram arabilem bunnaria III.

QUÆ colligunt in ſumma manſi XLIV. & mancipia utriuſque ſexûs, quæ ad ipſum Villare aſpiciunt, ſeu quicquid ad prædictum locum cum omnibus appendiciis & integritatibus ſuis pertinet, terras cultas, & incultas, pervia, vua, diſcapia, prata, paſcua, ſilvas, aquas, aquarumque decurſus.

HÆC omnia nobis conceſſit Domnus Senior noſter *Johannes* Epiſcopus, eo videlicet tenore, ut, ſicut ſuperiùs diximus, dum advixerimus, utrum & quod dedimus, & quod accepimus, poteſta-

poteſtatem habeamus, nec non & ſupra dicta *Acbeldis*, ſeu & ceteri Infantes noſtri, qui de jam dicta Conjuge mea naſeituri ſunt, ſi ſuperſtites nobis fuerint, ſimiliter dum advixerint, poteſtatem habeant uſu-fructuario excolere & poſſidere: & pro ipſo uſu cenſuimus annis ſingulis ſolidos II, ut ipſos, dum advixerimus, exſolvere faciamus. Similiter & noſtri Infantes, dum advixerint, exſolvere faciant ad partem ſupradictæ Eccleſiæ Cameraeenſis, in Feſtivitate Purificationis Sanctæ Mariæ.

Et ſi de ipſo cenſu tardi aut negligentes apparuerimus, fidem exinde faciamus, & contra ſupradictam Sacroſanctam Dei Eecleſiam boc componamus, & de ipſis rebus vel mancipiis ullo modo poteſtatem non habeamus dandi, vel commutandi, aut alienandi, niſi ad ſalvandum & emeliorandum, dum advixerimus; & poſt noſtrum & noſtrorum Infantum de hàc luce diſceſſum, hæc omnia ſupra dicta cum omni integritate & emelioratione ad Sanctam Dei Eccleſiam Cameracenſem revertantur.

Si verò, quod futurum eſſe non credimus, aliquis de heredibus ac proheredibus noſtris contra hanc Donationem noſtram ſive Precariam venire, aut eam inquietare tentaverit, iram Dei Omnipotentis, & Sanctæ Trinitatis incurrat: & à liminibus Sanctæ Dei Eecleſiæ alienus exiſtat: & inſuper ad partem Fiſci auri lib. x, argenti pondo xxx. coactus exſolvat. Et hæc Donatio pariter cum Precaria firma & ſtabilis permâneat cum ſtipulatione ſubnixa.

Actum Cameraco Civitate, ante Altare S. Mariæ Id. April. anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo octuageſimo quinto, Indi- [illegible]
ctione vii. & anno xxxv. Regni Domni noſtri *Karoli* Regis, & in ſueceſſu Lotharii Regis V.

Ego Johannes Epiſeopus hanc Donationem relegi, & propriâ manu firmavi.

Signum Macharii & Uxoris ejus Gundradæ, qui hanc Donationem pariter cum Precaria fieri vel firmari rogaverunt.

Ego Ernaldus indignus Presbyter, & Manualis Notarius, hane donationem, jubente Domno Johanne Epiſeopo, ſcripſi.

CAPUT XIII.

Arnulphus *Rex Lotharingiæ benefacit eidem Eccleſiæ Cameracenſi anno* 894.

Ex Chronico Camerac. Balderici.

In nomine Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti, Arnulfus Divinâ gratiâ Rex. Cùm petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus; Divini cultûs amore faveinus, ſupernâ gratiâ Nos muniri non diffidimus.

Proinde noverit induſtria ſeu ſagacitas omnium Fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm & futurorum, quia Vir Venerabilis Dodilo Cameracenſis Urbis Epiſeopus, obtulit obtutibus noſtris immunitates beatæ memoriæ Anteceſſorum noſtrorum, Regis videlicet Pipini, ae Imperatorum Karoli Magni, ſeu Hludouvici, in quibus continebatur inſertum, qualiter prædicti Anteceſſores noſtri Reges denominatam Sedem, quæ eſt in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ſemperque Virginis, ob amorem Dei & tranquillitatem Fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima tuitione, & immunitatis defenſione habuiſſent.

Pro firmitate tamen rei poſtulavit Nos præfatus Epiſeopus Dodilo, ut eorundem Regum Auctoritates in amore Dei & reverentia Sanctæ Dei Genitrieis Mariæ, noſtrâ Auctoritate confirmaremus.

Quod ita, per interventum Venerabilis Epiſeopi noſtri Salomonis, libenter adquievimus, & ita in omnibus conceſſimus, atque per hoc Præceptum noſtræ auctoritatis roboravimus.

Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loea, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eecleſiæ, quas moderno tempore in quibuſlibet Pagis vel Territoriis infra ditionem Imperii noſtri, juſtè & legaliter memorata tenet vel poſſidet Eecleſia, vel ea quæ deinceps à Catholieis Viris eidem collatæ fuerint Eeeleſiæ, ad cauſas exigendas, aut freda, vel manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eeeleſiæ tam ingenuos quàm ſervos ſuper terram ipſius commanentes nequaquam diſtringendos, vel ullas redibitiones aut inlieitas oecaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſuprà memorata ſunt penitùs exigere præſumat.

Sed liceat memorato Præſuli, ſuiſque Succeſſoribus, res prædictæ Eccleſiæ, cum Cellulis, & rebus, vel hominibus ſibi legaliter ſubjectis, ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere Imperio, atque pro ſtabilitate noſtra, vel totius Imperii à Deo nobis collati, vel eonſervandi, unà cum Clero & populo ſibi ſubjecto liberè Dei miſericordiam exorare, & quicquid exinde Fiſcus noſter exigere poterat, in luminaribus ipſius Eccleſiæ coneinnanda perpetualiter conceſſimus ad habendum.

Prætérea conſtituimus, ne quis Dux, vel Comes, atque Viearius, ſeu quiſlibet ex judiciaria poteſtate, noſtram vel Anteceſſorum noſtrorum Regum Auctoritatem violare præſumat. Quod ſi fecerit, cauſis Regalibus ſit obnoxius, & inſuper ſolidis dc. culpabilis judicetur. Videlieet ut duæ partes in Archivum ipſius Eccleſiæ admittantur, & tertiam Fiſcus Regalis noſter reeipiat, ut nullus tale quid audere deinceps præſumat.

Quod ita & Nos per hanc noſtram Auctoritatem

tatem confirmamus, ut ſicut à beatæ memoriæ Anteceſſoribus noſtris prædictæ Eccleſiæ collatum atque firmatum eſt; ita & deinceps inviolabiliter conſervetur.

Et ut hæc noſtra Auctoritas à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, veriùs certiùſque credatur, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & annulo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domini (1) Arnulfi inviĉtiſſimi Regis.

Wichingus Cancellarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi.

Data VIII. Idus Junii anno Incarnationis Domini octingenteſimo nongeſimo quarto, Indictione XII. anno VII. Domni Arnulfi piiſſimi Regis. 894.

Actum Wormatiæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

(1) Arnulphus, Rex Lotharingiæ, de quo plura vide ſuperiùs pag. 42. & 143. & 250.

CAPUT XIV.

Carolus Magnus *Imperator varia Prædia attribuit dictæ Eccleſiæ Cameracenſi anno* 909.

Ex Chronico Cameracenſi Balderici Epiſc.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, (1) Karolus Divinâ propitiante clementiâ Rex Francorum, Vir Illuſtris. Quoties utilitatibus Eccleſiarum, & commodis Deo ſervientium rationabiliter providemus, hoc Nobis tam ad corporis quàm animæ ſalutem, quamque ad ſtabilitatem Regni totius Nobis à Deo collati & conſervandi provenire poſſe, per omnia confidimus.

Porrò autem noſſe volumus omnium fidelium noſtrorum ſtrenuitatem, tum præſentium, tum quoque futurorum, quòd Vir Venerabilis Stephanus Sanctæ Cameracenſis Eccleſiæ Præſul, noſtram adiens Magnificentiam, ſignificavit Nobis, Clericos jam dictæ Sedis ſuæ, habere quidem res ejuſdem Epiſcopii ſuo victui delegatas, ſuper quibus etiam Regale Præceptum, olim largiente (2) Zuentebolcho Rege, habuerant, ſed eadem Civitate deflagratâ, Præceptum quoque voracibus flammis abſumptum eſt.

Hujus ergo rei negotio, noſtræ Pietati ſupplicavit humiliter; quò prioris Edicti damnum noſtrâ inſtauraremus munificentiâ. Quod etiam facere pro Dei amore, ac Fratrum inibi Deo famulantium, libenti adquievimus mente, & ex rebus quas hactenus quoquo ordine, juſtè & legaliter poſſident, hanc eis Auctoritatem innovari pro tutamento juſſimus.

Præcipientes ergo edicimus, quatenus præfatæ Clerici Eccleſiæ, domos quidem proprias, quas habent in Civitate, quibuſque voluerint, in Congregatione tamen ejuſdem loci, hereditario duntaxat jure, ſive per venditionem & emptionem, ſeu per commutationem, aut planè per traditionem ſibi invicem liberè pro voto concedant.

Porrò Territorium Monaſterii quod fuit extra Urbem, pariter & Villas ſuis uſibus deputatas, ſcilicet (3) Pago quidem Cameracenſi, *Carneres*, *Lis*, *Venzenzias*, *Muntiniacum*, *Gualtercurt*, *Gundreceias*: Hainoënſi verò Comitatu, *Ommium*: Virmandenſi autem, *Toriniacum*: porro Sueſſonico, *Cariſiolum*, ſimul cum mancipiis utriuſque ſexûs, cum terris cultis & incultis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, cambis, ſilvis, & omnibus ad res Fratrum prædictas pertinentibus, modò & deinceps in perpetuum tam præſentes quàm & futuri ejus loci Succeſſores Clerici teneant atque poſſideant, habentes poteſtatem jure tantùm hereditario ex eis facere quicquid communi Decreto per unanimem conſenſum juſtè delegerint.

Sanè, ſi, quod minimè arbitramur, aliquis huic noſtro obvius Decreto, quidlibet, aut injuriam agere niſus fuerit, DC. ſolidis culpabilis judicetur; ita ut duæ horum partes ejuſdem loci Fratribus cedant, & tertiam Fiſcus recipiat Regis: & inſuper quod iniquè molitus eſt, evindicare nullatenus valeat, ut nemo jam tale quid uſurpare præſumat. Et ut hujus Edicti Auctoritas ineluctabilem perenniter obtineat vigorem, manu eam roboravimus propriâ; & annuli noſtri dignâ illuſtratione juſſimus condecorari.

Signum Karoli Regis Glorioſiſſimi.

Hugo Regiæ Dignitatis Notarius ad vicem Herivei Archiepiſcopi ſubnotavit.

Datum XIII. Kal Januarii, Indictione XIV. anno XIX. regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante XIV. largiore vero hereditate indeptâ I.

Actum in Villa *Cruztiaco*, in Dei nomine feliciter. Amen.

(1) Carolus Magnus. Imperator. Rex Franciæ, Germaniæ, Italiæ &c. cujus Stemma & res geſtas vide ſuperiùs ad pag 497.

(2) Zuentebolchus, aliàs *Zuentiboldus*, Arnulphi Imperatoris ac Regis Germaniæ & Lotharingiæ, Filius ex Concubina, fuit à Patre ſuo conſtitutus Rex Lotharingiæ. Vide plura de ipſo ſupra pag. 253. ejuſque Stemma pag. 692.

(3) Pago quidem Cameracenſi, *Carneres, Lis, Venzenzias, Muntiniacum Gualtercurt, Gundreceias*. Ex his locis Pagi, hoc eſt Agri ſeu Territorii Cameracenſis, duo ſua adhuc retinent nomina. Carnieres & Montiniacum, gallicè *Montigny*. quæ ſita ſunt quaſi in meditullio ipſius terræ Cameraceſii.

Lis. exiſtimatur eſſe Pagus quem nunc appellamus *Navelis*, ad diſtinctionem alterius dicti *Vinyli*. Diſtat Cameraco

raco hodiernis noſtris miliaribus quatuor, à Caſtello Cameraceſii uno. In Chartis Geographicis ſcribitur *Neuſvely*.

Venzenziæ, vel,ut originale hoc loco haber, Venzelzeiæ, ſeu Vendelgiæ, locus fuit ubi poſtea ædificatum eſt Oppidum, quod dicimus Caſtellum Cameraceſii, olim & Perona. & Caſtellum S. Mariæ nominatum. Remanſit tamen Ecclesia de Vendelgeias in ſuburbio.

Hinc cùm Gerardus I. Epiſcopus Cœnobio apud novum Caſtrum Sanctæ Mariæ, in honore Sancti Andreæ, nec non Philippi & Jacobi, & Sanctæ Martyris ac Virginis Dei Maxellendis, à ſe conſtructo, dotem aſſignaret, inter alia exprimit Eccleſiam de Vendelgeias; quam commutavi, inquit, cum Fratribus Sanctæ Mariæ, pro Alodio de *Fontanis*, Eccleſiam de Ferrarias &c. Vide ſupra pag. 55 & 56. Conradi Imperatoris Diploma anni 1033. & Gerardi Epiſcopi Litteras anni 1046.

In eorundem Litteris fit mentio *Gundreciarum*, videturque locus fuiſſe circa Oppidum Caſtelli Cameraceſil.

Gualtercurt, quod ſonat Gualteri-curtem, fortè eſt, quod in Literis Lietberti Epiſcopi, & in Litteris Apoſtolicis. Eugenii III. Alexandri III, & Lucii III. vocatur Altare ſive Eccleſia de *Wahiercurt*, ſeu etiam Villa & Allodium de *Wahiercurt*, ſemperque adjungitur Altari & Allodio de *Ribecourt*. quod diſtat à Cameraco duobus miliaribus, viâ quæ ducit Peronam.

CAPUT XV.

Henricus Auceps *Germanorum Rex dotat Cœnobium S. Maximini, Ordinis S. Benedicti, extra muros Urbis Trevirenſis anno* 930.

Ex MS.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, (1) Heinricus Divinâ favente gratiâ Rex.

Noverint omnes Fideles noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, quia Nos per interventum (2) Mahthildæ dilectæ Conjugis noſtræ ad Cœnobium (3) Sancti Maximini extra muros Treveris Civitatis conſtructum, quandam noſtri proprii juris Capellam & duos manſos, quos *Mertin* & *Scazcibo* poſſident ac perſolvunt, unà cum ſemetipſis omnibuſque rebus ad eandem Capellam & præfatos manſos ritè & rationabiliter pertinentibus, curtilibus etiam & ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis ac propriis paſcuis, ſilvis, viis & inviis, exitibus ac reditibus, quæſitis & inquirendis, ob æternæ felicitatis retributionem æternaliter in proprietatem donavimus.

Jussimus quoque hoc Præceptum inde conſcribi, quatenus præfatæ res, in loco qui dicitur (4) *Thioten-hof* ſitæ, ad Monachorum inibi Domino ſervientium victum & veſtitum perpetualiter conſiſtant.

Et ut hoc noſtræ Auctoritatis Præceptum firmiùs noſtris futuriſque temporibus habeatur, annulo noſtro ſubtus illuc inſigniri præcepimus.

Signum Domini Henrici, Sereniſſimi Regis.

Simon Notarius, ad vicem Hiltiberti Archi-Cappellani, recogn. *Et hic appendebat quondam Sigillum.*

Data II. Kal. Jul. anno verò Dominicæ Incarnationis D.CCCC.XXX. Indict. III. anno autem 930.
Sereniſſimi Regis Heinrici XI.

Actum (5) Aliti, in Dei nomine feliciter. Amen.

(1) Heinricus, cognomento *Auceps*, & primus hujus nominis Rex Germanorum. Hic cùm quæreretur aſſumendus in Regem, aucupio operam dare invenitur, undè *Auceps* nomine vocatur. Regnare cœpit anno 920. & obiit anno 935.

(2) Mahthildæ dilectæ Conjugis noſtræ, quæ erat Filia Ducis Saxoniæ.

(3) S. Maximini. Abbatia potens Benedictinorum apud Treviros, de qua vide ſupra pag. 124. 129. 130. &c.

(4) Thiotenhof, Romanis *Divio-durum*, nunc *Thionis-villa*. Germanis *Diedenhove*, Gallis *Thionville*, ad ſiniſtram Moſellæ ripam. Civitas Ducatûs Luxemburgenſis munita admodum, anno 1643. poſt acrem obſidionem, dominio Regis Galliæ ſubjecta fuit. Olim fuit Caroli Magni Palatium, qui ibidem anno 805. frequenti Nobilium & Principum concurſu Comitia habuit. Abeſt Luxemburgo quatuor milliaribus.

In Annalibus Trevirenſibus, quos PP. Brouwerus & Maſenius eleganter conſcripſerunt, ad annum 934. referuntur ſequentia: *Rex Henricus præclarum poſteris donum reliquit, Eccleſiam Theodonis-villæ cum Moſellæ portorio, cæteriſque vectigalibus ex Regali Fiſco petitis.* Sed hi Patres nullam jam citati Diplomatis, hactenus manuſcripti, habuerunt notitiam

(5) Aliti. Hunc locum alii Iſelburgum, alii Veſaliam ſuperiorem prope Treviros, alii Alechem prope Paderbornam autumant.

CAPUT XVI.

Ottho I. *Imperator Fulberto Cameracenſi Epiſcopo ejuſque Succeſſoribus confert anno* 947. *Abbatiam S. Gaugerici Cameraci, quæ nunc eſt Eccleſia Collegiata Canonicorum.*

Ex Chronico Camerac. Balderici Episc.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Otto, Divinâ propitiante Clementiâ Rex.

Noverint omnes Fideles noſtri, præſentes ſcilicet & futuri, qualiter pro Dei amore, & Sanctæ & Intemeratæ ſemper Virginis Mariæ, Genitricis ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec non & animæ noſtræ ſalute, interventu quoque Fidelium noſtrorum, ſcilicet Fridurici Archiepiſcopi, & dilecti Germani noſtri Brunonis, & Cuonradi Ducis, atque Herimanni Ducis, & ceterorum fidelium, concedimus à die præſente & hora Sanctæ Mariæ ad Sedem Cameracenſis

Eccleſiæ, cui Venerabilis Fulbertus Epiſcopus, Deo annuente, præſidere videtur, Abbatiam Sancti Gaugerici omnem ex integro, cum omnibus rebus & poſſeſſionibus domi extraque pertinentibus, ſicuti juris noſtri hactenus juſtè ac legaliter viſa eſt fuiſſe, conceſsâ pariter omni publicâ functione vel exactione, ad jam fatum ſancti Monaſterii locum pertinente.

Ut nullus Comes, vel quilibet rei publicæ Miniſter illic poteſtatem habeat, aut mallum tenendi vel bannum, vel freda exigendi, aut aliquam diſtrictionem faciendi, ſed per omnia ita ſub poteſtate ſint Epiſcopi, qui Deo præſtante per ſucceſſionem eidem præfuerit Eccleſiæ, deinceps & in perenni tempore, ſicuti uſque modò juris fuerunt poteſtatis noſtræ

Et ut hæc noſtræ Conceſſionis Auctoritas per ſuccedentium curricula temporum inviolabiliter firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propriâ noſtrâ ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione corroborari præcepimus.

Signum Domni Ottonis invictiſſimi Regis.

Bruno Cancellarius, ad vicem Rotberti Archi-Capellani, recognovi.

Data II. Kalendas Maii, anno Dominicæ
Incarnationis nongenteſimo quadrageſimo ſep- 947.
timo, Indictione VI. regnante pio Rege Ottone anno XIII.

Actum Aquiſgrani Palatii in Domino fæliciter. Amen.

Cameraci, præter Metropolitanum Canonicorum Collegium Deiparæ Virgini Sacrum, duo ſunt alia, nempe S. Gaugerici & S. Crucis.

S. Gaugericus, qui Sæculo VI præfuit Eccleſiæ Cameracenſi, hanc Baſilicam erexit in Montis vertice circa annum 594. in honorem SS Medardi & Lupi, dotavitque largiter pro centum Monachis, quibus Landonem Fratrem ſuum præfecit Abbatem.

Monaſterium hoc, ſæpius per incurſiones Barbarorum dirutum, tandem tranſiit ad ſtatum ſæcularem, factumque fuit Collegium XL. Canonicorum cum Præpoſito, Decano & Scholaſtico, qui anno 1540. in ipſam Urbem Cameracenſem migrarunt ad Parochialem Eccleſiam S. Vedaſti, quæ nunc S. Gaugerici nuncupatur: eo quòd Carolus V. Imperator, dirutâ veteri eorum Baſilicâ, arcem eo in loco contra Francorum incurſiones excitandam mandaſſet. Hodie tantùm reſtant viginti ſex Canonici, ſuppreſſis quatuor Præbendis, ad opus Fabricæ & Vicariorum, factâque unione unius ad Præpoſituram, alterius ad Decanatum.

CAPUT XVII.

Arnulphus Magnus, *Comes Flandriæ, idemque Rector, ſeu Abbas ſæcularis Monaſterii Blandinienſis juxta Gandavum, eidem varia beneficia largitur, anno 953.*

Ex Documentis Familiæ de Gandavo, Auth. Du Cheſne.

SI certum eſt, unumquemque fidelium, dum hac miſerâ & mortali fruitur vitâ, ſemper ad æternitatem futuræ beatitudinis oculum mentis erigere pro percipienda ſpe felicitatis perpetua, Eccleſiarum ac ſervorum Dei utilitatibus opem ferre debere; multò magis vigilandum & ſummopere procurandum eſt his, quibus à ſuperna Dei providentia loca Sanctorum ſunt commiſſa: ut quamdiu in hac plorationis valle conſiſtunt, ſemper de ſtatu & futura utilitate Eccleſiæ ſibi commiſſæ ſpeciali curâ & ſollicitâ mente pertractent, quatinus poſtpoſitis terrenarum rerum lucris, ita adplenè Servorum Dei neceſſitates de facultatibus & propriis rebus divinitus ſibi conceſſis, & ideo timentibus hominibus ad loca Sanctorum fidelia felici devotione collatis ordinare & diſponere procurent, ut abſque ulla occaſione pleniùs & attentiùs in Dei ſervicio & Abbatis ſui obſervantia eos certare ac ſtudere delectet, & illis, quando ad eorum ſuſtentationem res ſuas in eiſdem locis obtulerunt, perpetua merces & retributio pro ſuis oblationibus in futuro adcreſcat.

Igitur ego in Dei nomine Arnulfus Flandriæ Comes & Marchiſus, non meis meritis, ſed divinâ ſuffragante miſericordiâ, Monaſterii Apoſtolorum Principis quod vocatur *Blandinius*, à S. Amando in Vico Gandavo conſtructum, & in honore Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum, ubi modò requieſcunt Corpora SS. Confeſſorum Wandregiſili Abbatis, Ausberti Archiepiſcopi, Vulfranni Præſulis, & Beatiſſimæ Amalbergæ Virginis, Princeps & Rector, cogitans ac pertractans ſupernâ Dei inſpirante Clementiâ, qualiter ipſa Congregatio prædictorum Sanctorum abſque ulla neceſſitate vel inopia regularem normam tenere, & ſine prævaricatione pleniter tam meo quàm Succeſſorum meorum tempore obſervare potuiſſet, ſtatui & deliberavi ad eorum menſam medietatem Fiſci mei qui vocatur *Snellenghem* in Pago Flandrenſi ſiti, quem antea pro me & pro Uxore mea quæ vocatur Adala, atque pro Filio meo Balduino, & Filia mea Lietgardis nominata, & pro defunctis Balduino Genitore meo, & Elstrudis Genitrice mea, atque Hecberto Filio meo, ad jam dictum Monaſterium legaliter tradidi in tali tenore, ut quamdiu advixerim fructum uſuarium habuiſſem, & poſt exceſſum vitæ meæ, Cœnobitæ ad ſupradictum locum Deo militantes ad ſuorum menſam recepiſſent, modo * credo inſpirante Deo recognoſco me reum eſſe in factis, in verbis, in cogitationibus.

* Forte verè.

Propterea, ſicut jamdictas res donavi ad jam-

jamdictum Sanctum locum, in præſentem diem demittam illas ad eorum neceſſitatibus ac annuis ſtipendiis ſerviendas cupio, & præſens & deinceps cum omnibus appendiciis ſuis, terris, pratis, ſilvis, paſcuis, mancipiis (*his nominibus, Fulpertus, &c.*) & aliis ibi aſpicientibus, quorum nomina Deus ſcit, teneant, poſſideant, totis viribus concupiſco.

* Sambre. * Doucy Vide ſupra pag. 260.

Reddidi etiam in Pago *Hainau*, ſuper fluvio * Savo Villam quæ vocatur * Dulciaca, ubi aſpiciunt manſi L. cum appendiciis ſuis. Et in aliis locis reſtitui loco Sancto partim ex redditibus terræ quos Beatiſſimus Amandus impetravit à Regibus, & ob amorem Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli jure perpetuo tradidit in eodem Cœnobio degentibus, ſicut in eorum Carta Reſtitutionis meæ ſcriptum eſt, atque de omnibus jus per Præceptum de Seniori meo Ludovico feci firmari pro æterna remuneratione: quatinus ipſos Servos Dei, qui ibidem famulantur, pro Nobis & Conjuge Proleque noſtra, atque pro omnibus fidelibus noſtris exorare delectet.

Si quis verò de omnibus Succeſſoribus meis hæc meæ Donationis & Reſtitutionis beneficia, quæ reddidimus, auſu nefario calumniare vel deficere conatus fuerit, niſi citò reſipuerit, iram Dei Omnipotentis, omniumque Sanctorum incurrat offenſam.

Actum Blandinio Monaſterio, in Vico Gandavo, anno XVIII. Regnante Ludovico Glorioſiſſimo Rege, Indictione XI.

Datum VI. Idus Julii, anno ab Incarnatione Domini DCCCCLIII. in Dei nomine fe- 913.
liciter, amen.

Signum Arnulfi Marchiſi, qui hanc Traditionem fecit, & manu propriâ firmavit.

Signum Balduini Filii Arnulphi.

Signum Theoderici.

Adelardus Sacerdos & Monachus, jubente Domino Arnulfo ſcripſit & ſubſcripſit.

CAPUT XVIII.

Lotharius *Imperator confirmat anno 964. donationem Villæ de Theſla factam Monaſterio Blandinienſi à VVicmanno Comite; uti refert Miræus Cod. Donat. Piar. Cap. 35.*

Ex Du Cheſne in documentis Familiæ de Gandavo.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. (1) Lotharius supernâ diſponente providentiâ Rex.

Cùm magno munere miſericordiæ Chriſti Eccleſiæ multiplicentur gaudia, dignum conſtat ut ſollicitudine Regiæ Clementiæ Spiritu Dei incitante, ne quid in rebus ipſius Eccleſiæ impacatum maneat, novâ ſemper auctoritate roboretur. Idcirco notum eſſe volumus omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum induſtriæ, qualiter Venerabilis Abbas Womarus Blandinienſis Cœnobii noſtram adiit Serenitatem, rogans, ut more Anteceſſorum noſtrorum, Regum ſcilicet, rebus vel proprietatibus Monaſterii ſui infra Regni noſtri terminos conſtitutis, emunitatis vel defenſionis noſtræ bravium concederemus.

Quod quidem jam dudum Nos conſtat feciſſe. Sed quia poſtea quædam piâ fidelium largitione aucta videntur, jam Nobiliſſimus Comes (2) Wicmannus inſtinctu amoris Dei, & ob remedium animæ ſuæ, Conjugiſque ipſius, Filiæ ſcilicet Arnulfi Marchiſi, ibidem ſepultæ, illic perpetim contulit poſſidendam ſui juris Villam (3) *Theſla* vocatam, cum Eccleſia & omni integritate, cunctiſque ad eam pertinentibus: eadem ſub perpetua emunitatis noſtræ tuitione eſſe volumus; ita ut nullus noſter Comes aut Judex, aut Vicarius aut publicus Fiſci Exactor vel Advocatus, vel alius aliquis prænominatas res ingredi audeat ad ſredas exigendas, vel paratas faciendas, vel hominibus in præſcripto loco habitantibus diſtrictionem ingrediendi, vel aliud quid poteſtatis exercendi licentiam aut poteſtatem habeat, niſi Abbas, & Advocatus quem ipſe ſibi utilem & neceſſarium proſpexit. Omnium quoque exactiones teloneorum per diverſa Municipia, Oppida ſeu Caſtella, vel loca quælibet Regni noſtri, ex hominibus juris prædicti Monaſterii penitus indultas & remiſſas eſſe volumus atque ſancimus.

Quam videlicet immunitatis remiſſionem, ut noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ac futurorum univerſitas à nobis pleniſſimè ſtabilitam, ſuper ea hoc noſtræ Majeſtatis Præceptum fieri juſſimus, manuque propriâ eam ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domini Lotharii glorioſiſſimi Regis.

Gezo Cancellarius ad vicem Domni Adelrici Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit & ſubſcripſit.

Datum VIII Kal. Martii, regnante Domino Lothario anno X. Indictione VI.

Actum (4) Lucdunii.

(1) Lotharius, de quo vide plura ſuperiùs pag. 42. 184. 501. & 692.

(2) Wicmannus, primus novi Caſtri Gandenſis Comes, cujus Stemma & Succeſſores vide ſupra pag. 45.

(3) Thesla, vulgò *Deſſelbergh*, Vicus prope Gandavum.

(4) Lucdunii. Vide ſuprà pag. 37. in Notis.

CAPUT XIX.

ARNULPHUS II. *beneficia Abbatiæ Blandinienſi ab Avo ſuo Arnulpho conceſſa commemorat & auget anno* 972.

Ex Du Cheſne in documentis Familiæ Gandavianæ.

CUM plurima ſalutis remedia conſtent largâ Deificæ pietatis miſeratione proviſa, omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis in hac plorationis convalle ſpe ſupernæ beatitudinis ſuſpirantibus, id felix, & omni laudum præconio dignum inter divinâ probatur negocia commercium, quod valet quiſque fidelium perituris temporalium rerum facultatibus æternas cæleſtis Regni conquirere divitias. Auctor ſiquidem cæli & terræ JESUS CHRISTUS ad hujus ſanctæ negociationis ſtudium fideles in ſacro exhortans Evangelio, ſic ſalutari cunctis intonat voce: *Theſaurizate vobis theſauros in cælo.*

CUJUS ſalubri conſilio cùm parendum ſit, omnibus qui ſuæ vel ſuorum animabus utiliter conſultum eſſe cupiunt, multò magis vigilandum atque ſummoperè procurandum eſt his, quibus à ſuperna Dei providentia loca Sanctarum Eccleſiarum ſunt commiſſa, ut ſemper de ſtatu & futura utilitate earum ſpeciali curâ ac ſollicitâ mente pertractent, & de facultatibus atque rebus propriis divinitus ſibi conceſſis ita Servorum Dei neceſſitatibus ſubminiſtrent, quatinus perpetua merces, & retributio eis exindè in futuro accreſcat.

HÆC Ego ARNULFUS gratiâ Dei Marchiſus ſollicitâ mente pertractans, æterni flagrans amore præmii, cupienſque aliquantulam Beatitudinis portionem conſequi cum illis, qui terrena ſui patrimonia ad cæleſtes tranſtulerunt theſauros, hoc mihi ſalubre viſum eſt, ut ex bonis à ſummo omnium rerum Diſtributore clementer conceſſis, tam mihi quàm Prædeceſſoribus meis, aliquod ſalutis remedium procurarem.

IDEOQUE ad Monaſterium vocabulo BLANDINIUM, in primordiis ab Apoſtolico Patre Sanctiſſimo Pontifice AMANDO conſtructum, atque in honore Principis Apoſtolorum Beatiſſimi Petri & Doctoris gentium Pauli conſecratum, proceſſu verò temporis ab Avo meo ARNULFO excellentiori à fundamentis exſtructum ædificio, ut intuentium patet oculis, in quo Domnus Abbas Womarus non modico Regularium Collegio Monachorum induſtrius Paſtor præeſſe videtur.

Vide ſupra pag. 39.

AD hoc ergo Monaſterium pro remedio animæ meæ, Avique mei ARNULFI, atque Aviæ ADALÆ, defunctorum redemptione, ibique requieſcentium, & BALDUINI Patris mei jam ex hac luce ſubtracti, ſimulque MACHTILDIS Matris adviventis, dono Deo ac S. Petro cæleſtis Regni Clavigero res meas perpetuò.

Hoc eſt Fiſcum, *Harnes* dictum, ſitum in Pago *Scirbiu*, cum Eccleſia in honore S. Martini, & omnibus ad ſe pertinentibus, id eſt *Loyſon* cum Eccleſia in honore S. Vedaſti & omni integritate, & *Aldnais* cum Eccleſia in honore S. Amati & omni integritate.

ECCLESIAM quoque in *Wendinio* in honore S. Leodegarii, cum terra ad ſupradictum Fiſcum reſpiciente, & quicquid pars Fiſci ſperare videtur in circum adjacentibus villulis, ſcilicet in Novavilla, in Henninio, in Genella, in Lens, in Salon, in Salleia, in Huvil, in Florinio, in Lorgias, in Illegias.

NIHILOMINUS quoque in aliis quampluribus locis, quorum nomina nunc non habentur Nobis in noticia. Hæc igitur omnia à præſenti in futurum jugi ævo poſſidenda Ego ARNULFUS in jus & poteſtatem ipſius Monaſterii trado atque tranſcribo, & ipſis Dei Famulis regularis vitæ ſtudiis ſub Monachali habitu in eodem Chriſto famulantibus Cœnobio donata atque firmata eſſe volo, quatinus hæc abſque ullius refragatoris inquietudine vel contradictione habeant, teneant, poſſideant, propriis neceſſitatibus & ſtipendiis, quò liberiores ac expeditiores in exequendis valeant eſſe mandatis, ſecundùm Sancti Patris Benedicti Regulam ſibi traditis, atque pro me & meis Prædeceſſoribus devotiùs Domini miſericordiam implorent.

SI quis verò de omnibus Succeſſoribus meis heredibus aut proheredibus perverſus contradictor, ſeu extranea quælibet perſona, huic Traditionis meæ largitioni intuitu divinæ pietatis factæ & formatæ, iniquis refragationibus contraire voluerit, atque hanc auſu nefario temerare præſumpſerit, præſumptuoſa illius audacia nullum obtineat effectum, immò pro injuſta repetitione diſtringente Fiſco auri libras C. & argenti CCCC. coactus exſolvat.

PRÆTEREA quod repetit non evindicet, ſed præſens Donationis meæ Teſtamentum meâ Fideliumqoe roboratum aſtipulatione ſtabile & inconvulſum perenni ævo maneat.

ACTUM publicè in Cœnobio Blandinio II. Kal. Febr. Indict. XV. anno XVIIII. Regni inclyti Regis LOTHARII, & regiminis Domni Abbatis WOMARI XX.

Signum ARNULFI Marchiſi, qui hanc Traditionem fecit, & firmari petiit.

S. THEODERICI Comitis, qui hujus Traditionis prædictæ juſſu Marchiſi cooperator extitit.

S. ARNULFI, Bononienſis Comitis.
S. Ingelberti, Advocati.
S. Walberti,
S. Everwini,
S. Berfridi,
S. Tieſelini,

S. Rumoldi,
S. Odgrimini,
S. Odgodi,
S. Moringi,
S. Erkengeri,
S. Adawardi,
S. Richeri,
S. Lietardi.

Ego quoque Adalardus, etſi indignus Monachus, hæc cognovi & annotavi.

CAPUT XX.

ARNULPHUS II. *Marchio & Comes Flandriæ beneſacit Abbatiæ Blandinienſi juxta Gandavum anno 981.*

Ex Documentis Familiæ Ganda Villanæ Auth. D. Du Cheſne,

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, amen. Unius Dei ac Domini Nnſtri JESU CHRISTI ſit hujus deſcriptionis inviolabilis materies. Deus univerſitatis Conditor & Reformator, ab inicio ſeculi tantâ caritate ita conſuluit humanæ naturæ, ut quam ad imaginem ſuam fecerat, cæleſtis beatitudinis præmia conſequi faceret. Siquidem mortalis homo poſt ſuæ conditionis figmentum illicita appetendo ſe captivavit diabolo; unde pro præſumptionis dementia ſerviebat creaturæ potiùs quàm Creatori.

UNDE ne in idipſum tota rueret pnſteritas, conſuluit huic errori Deus Pater in Filii ſui Nativitate per uterum Virginis, & naturæ ſuæ humanitatem noſtram conſocians, Filios iræ fecit eſſe Filios miſericordiæ.

QUI inter homines ut homo converſans, plurima ſalutis remedia providit & inſtituit, omnibus tam præſentibus quàm futuris Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, quatinus pro perituris temporalium rerum facultatibus æternas cæleſtis Regni divitias conquirerent, ſic cunctis Euvangelicâ voce intonans, *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, &c.*

HÆC Nos conſiderantes, Ego ARNULFUS Filius THEODERICI Comitis, & ARNULFUS Filius HILDUVINI, pro anima Nepotis noſtri BALDUINI Filii EVERORDI quaſdam ſui juris poſſeſſiones in Taruanenſi Pago, videlicet *Rumingehem* & *Kermberg*, & in Flandris *Ukesham*, ad Monaſterium in Gandavo ſitum, in primordiis à Sancto Amando Pontifice conſtructum, & in honore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum, proceſſu verò temporis à glorioſo Marchiſo ARNULFO excellentiori à fundamentis ædificio reædificatum tradimus & donamus Deo & S. Petro & Sanctis eo loco quieſcentibus, ut Fratres inibi Deo ſervientes jugiter habeant & poſſideant cum omnibus ad prædictas poſſeſſiones pertinentibus in terra, in circumjacentibus culturis, ſilvis, paſcuis, pratis, cum omni integritate ſui, cum mancipiis hiis quorum nomina ſunt hæc: Ansfridus, Manno, Gerlef, Reingart, Gerordus, Thieda. Item Ansfridus, Rodbertus, Raduvardus, Duvinus, Duda, & alii XII. ſinguli ad IV. denarios in cenſu Kal. Octob. XII. in matrimonio, V. ſol. poſt obitum.

HANC Traditionem pro noſtro Nepote contigit nobis facere, quia Pater & Mater ejus jam ante eum vias univerſæ carnis ingreſſi hunc unicum orphanum reliquerunt. Cujus Traditinnis fidejuſſores ſunt, Dodolinus, Rodbertus, Eilbodo, Adelelmus, omni generationum ſucceſſioni ingenui & liberaliſſimi.

HÆC omnia à præſenti in futurum ſemper poſſidenda in jus & poteſtatem ipſius loci tradimus, atque tranſcribimus, etiam ipſis Dei Famulis Regularis vitæ ſtudiis ſub Monachili habitu in eodem Cœnobio Chriſto famulantibus dnnata atque firmata eſſe volumus.

QUATINUS hæc abſque ullius refragatoris inquietudine amodo & in ſempiternum poſſideant propriis neceſſitatibus & ſtipendiis: quò liberiores valeant eſſe in exequendis mandatis ſecundùm Regulam S. Benedicti ſibi traditis, & tam pro nobis quàm pro noſtris devotiùs Domini miſericordiam implorent.

SI quis verò de omnibus Succeſſoribus noſtris heredibus aut proheredibus perverſus contradictor, ſeu quælibet extranea perſona huic Traditinni iniquis refragationibus contraire voluerit, atque auſu temerario nephario præſumpſerit, Sanctæ Trinitatis & Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, Sanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sanctorum ibi quieſcentium, Wandregiſili, Ausberti, & Vulfranni, & Sanctæ Amalbergæ Virginis, iram & offenſinnem in hoc ſeculo incurrat, omniumque Sanctorum maledictionibus ſubjaceat, & in futuro habeat partem cum Juda & ſociis ejus, & quod repetit non evindicet: ſed præſens noſtræ Donationis Teſtamentum, Noſtrâ & Fidelium noſtrorum aſtipulatione roboratum ſtabile & inconvulſum permaneat.

ACTUM publicè in Blandinio Gandavi Territorii III. Non. Martii, anno Dominicæ Incarnationis D.CCCC. LXXXI. Indictinne IX. anno In- 981.
clyti Regis Lotharii XXVIII. & regiminis Domni Abbatis Widonis I.

Signum ARNULFI, & ARNULFI qui hanc Traditionem fecerunt.

S. ARNULFI junionis Inclyti Marchiſi.

S. THEODERICI Comitis.

Ego quoque Lanterus interfui & ſubſcripſi.

CAPUT

CAPUT XXI.

BALDUINUS *Marchio & Comes Flandriæ, donat Abbatiæ Blandinienſi Terram de* Avelghem, *juxta Aldenardam anno* 988.

Ex eodem Libro.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Cùm omnis mundanæ creationis materies ante ſecularia tempora in Deo Patre edita, & in ſapientiam Dei progenita, ſicque in æternitate ſpiritu oris ſui ſanctificata, ab uno principio & ſummo bono habent eſſe & non eſſe, neceſſarióque Beatitudini condita ſunt, ut ad unum principium & finem beatitudinis tendant.

DEUS enim ex Deo Deus humano generi, videlicet creaturæ ad imaginem & ſimilitudinem ſui formatæ, tantam contulit gloriam dignitatis, quatinus ſibi cederent omnia, dum cenſuit eum præeſſe omnibus, quibuſcum utilitate & ditione ſui præferendum ſuſtulerat ipſe Deus.

CUJUS ineffabilis Clementia gnara futurorum, dum melioris & potioris partis hominum voluit eſſe Angelorum, legem hujuſmodi conventionis interpoſuit, ut dum mundalium ditarentur ſolatio bonorum, liberiùs capeſſerent hereditatem cæleſtium præmiorum.

HINC, proh dolor! versâ vice iniquæ commutationis plures hominum ducti perfidià diaboli, adhærentes labenti ſeculo, & pro ſummo ducentes mundum & concupiſcentias ejus, dum contempſerunt Creatorem Deum, curvaverunt genua ante Baal.

SED tantæ fragilitati noſtræ compatiens Deus, & malens nos vivere potiùs quàm mori, dum ſtatuit non poſſe pervenire ad magna præmia niſi per magnos labores, conditionem noſtri laboris temptavit remedio ſuæ remunerationis, dum præcepit vendere quæ haberemus & dare pauperibus; ſicque eum ſequendo theſaurum noſtrum conderemus in cælis.

TERRENA ergo bona idcirco nobis condonavit, ut quanto temporis articulo hîc commanemus, nobis animæque noſtræ, & fidelium conſanguineorum noſtrorum utriuſque ſtatûs ſaluti ſuccurramus; affirmans hanc commutationem plenam eſſe felicitatis, ubi pro terrenis in hereditate perpetua acquiruntur bona Hieruſalem, & pro relictis ſecularibus pompis, in judicio ſecum ſedere, & judicare duodecim tribus Filiorum Iſraël.

HANC beatam Divini conſilii ammonitionem conſiderans Ego BALDUINUS Marchiſus cum Matre mea SUSANNA Regina, poſt exceſſum vitæ Patris mei ARNULPHI Marchiſi, tam pro anima ſua quàm pro noſtra, & tam pro Prædeceſſorum noſtrorum quàm poſterorum Conſanguineorum noſtrorum ſalute, quandam mei juris hereditatem *Avelghem* nomine jacentem in Pago Tornacenſe, cum omnibus ſibi circumcirca adjacentibus, in pratis, in ſilvis, in culturis, in paſcuis, Deo & S. Petro Cælorum Clavigero ad Monaſterium Gandavo *Blandinium* nomine contradidimus, quatinus Fratres eo loci commanentes, & ſub Regula S. Benedicti Deo ſervientes, pro remedio animarum noſtrarum, hereditario jure habeant, & abſque ullius refragatione poſſideant.

QUÆ poſſeſſio ita Nobis in hereditate contigit. Fuit quædam ODRIANA nomine ingenua, quæ hereditario jure ipſam poſſidebat poſſeſſionem. Hanc cùm quidam HELENARDUS in Conjugio ſibi ſociaſſet, poſt modicum tempus deprehenſus eſt Servus eſſe Proavi mei magni ARNULFI Marchiſi.

QUI libertatem deſiderans, prædictam poſſeſſionem cum Conjuge Marchiſo tradidit, reſervato ſibi uſufructuario. Quâ Pactione ſic ſtatutâ, ipſe Helenardus non poſt multum temporis ex hac vita deceſſit.

CUJUS relictam Viduam quidam Gotmarus, etiam ipſe Servus Marchiſi Proavi mei cum conſenſu ejus in Coojugio ſibi ſociavit. Qui etiam citiùs vitæ terminum faciens cum Conjuge, poſſeſſionem Marchiſo, ſicut legaliter tradita fuerat, dereliquerunt.

HANC noſtri juris poſſeſſionem Deo & S. Petro contradimus. Si quis autem, quod nullo modo evenire confidimus, aut cupimus, ſi Nos ipſi, quod abſit, aut ullus heredum aut proheredum noſtrorum, ſeu aliqua potens perſona hanc noſtræ Traditionis calumniare aut refragare voluerit donationem, ipſius præſumptuoſa audacia nullum obtineat effectum.

ET niſi reſipiſcens pœnituerit, iram Dei Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, & Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium cæleſtium Spirituum, & præcipuè SS. Apoſtolorum Petri & Pauli incurrat, & quod repetit non evindicet.

SED hæc noſtra Traditio noſtro fideliumque teſtimonio roborata, perenni ævo ſtabilis & inconvulſa permaneat, cum aſtipulatione ſubnixa.

Signum BALDUINI Marchiſi & SUSANNÆ Reginæ, qui hanc Traditionem fecerunt, & firmari petierunt.

S. FRAMARICI Travennenſis Epiſcopi.

S. THEODERICI Comitis.

S. Sigeri,

S. Gummari,

S. Bernardi,

S. Reingodi,

S. Aldewini Abbatis.

S. ARNULFI Comitis.

S. Werini,

S. Walradi,

S. Berfridi

S. Betſridi,
S. Ingelberti,
S. Wennetingi, Præpoſiti.
S. ARNOLDI, Comitis.
S. Odonis,
S Frumoldi,
S. Otgandi,
S. Gerardi,
S. Reineri, Sub-Præpoſiti.
S. BALDUINI, Comitis.
S. Rogeri,
S. Lamberti,
S. Richarii,
S. Egberti,
S. Waldberti, Advocati.
Item S. ARNULFI, Comitis.
S. Reimeri,
S. Deſiderii,
S. Aſſcherici,
S. Onekini,

ACTUM in Gandavo in Monte Blandinio, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVIII. 988. Indict. 1. die Kal Aptilis, anno Regiminis Adalwini Abbatis III.

Ego quoque Rodulfus Cancellarius, & omnium Monachorum ultimus interſui & ſubſcripſi.

CAPUT XXII.

ARNULPHUS II. *Comes Flandriæ Abbatiæ S. Petri ſeu Blandinienſi juxta Gandavum donat Villam Maternam* (*vulgò* Maetere) *cum Eccleſia, apud Aldenardam anno* 998.

Ex eodem Libro,

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen.

CÙM ſatis notæ traditioni teneatur hoc præſens ſeculum æternaliter non habere ſubſiſtere, nec vitam hominis perpetualiter in eo manere, honeſtam eam utilitatem Chriſtiana providit ſibi devotio, illuc unumquemque tendere, ubi futurus æternus foret cum Deo: atque cùm univerſis hoc ardnum iter difficile foret ſcandere, Salvator omnium bonis actibus illuc currendo facile ſtatuit perveniri eleëmoſynas facientibus, & pauperes Chriſti ſublevantibus, cùm maximè hiis qui terronis patrimoniis cæleſtes theſauros hereditarunt.

QUAPROPTER Ego in Dei nomine ARNULFUS gratiâ Dei Comes, unà cum Conjuge LIETGARDA, & Filio ADALBERTO conſequi cupiens portiunculam beatitudinis cum hiis, qui patrimoniis ſuis Domino legaliter traditis cæleſtem pervenerunt ad hereditatem, ſalubre hoc viſum eſt, ut ex bonis mihi à Deo clementer collatis, aliquam mihi providerem æternæ beatitudinis portionem.

IDCIRCO ad Monaſterium *Blandinium* vocabulo, à ſanctæ memoriæ Amando Patre in primitus conſtructum, & in honore Principis Apoſtolorum Petri, DoctoriſqueGentium Pauli conſecratum, proceſſu verò temporis ab ARNULPHO glorioſo Marchiſo nobiliori funditus reædificatum ædificio, pro remedio animarum noſtrarum, ad prædictum locum Deo Sanctoque Petro perpetuò poſſidendum contrado allodium meum, id eſt Eccleſiam in Villa *Materna*, cum omni integritate ad ipſam pertinente, in culturis, terris, mancipiis his nominibus dictis, Goſelino, Otberto, Odulfo, Lamberto, Stemaro, Udone, Riperto, Theoderico, Tictboldo, Gherberto, Thieſelino, Uthelrico, Gerluida, Benemuf, Adulwino, Baldrico, Litardo, Bertſuinda, Berengero, Adalwit, & reliquis omnibus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, cum omni poſteritate eorum, & quidquid ſperetur pars hujus Eccleſiæ.

HÆC omnia à præſenti in futurum jugi ævo poſſidenda ipſis ſamulis Dei Regularibus inſtitutis in eodem Cœnobio ſervientibus contrado: quatinus hæc abſque ullius refragatoris infeſtatione hereditariè poſſideant, quo expeditiores ſint in exequendis mandatis ſecundùm Regulam Sancti Benedicti ſibi traditis, atque pro me meiſque Prædeceſſoribus Domini devotiùs exorent clementiam.

SI quis autem de Succeſſoribus meis, heredibus, aut proheredibus, injurioſus contradictor, ſeu quælibet extranea perſona huic Traditioni meæ contraire voluerit, in primis Dei Omnipotentis & Sancti Petri, & Sanctiſſimæ Virginis Amalbergæ, cujus etiam cognoſcitur prædicta poſſeſſio extitiſſe, deinde omnium Sanctorum incurrat iram & offenſam, æternæque maledictioni ſubjaceat, ac tam iniqua præſumptio non obtineat effectum, ſed hæc nunc Traditio firma permaneat.

ACTUM publicè Verbi Incarnati anno DCCCCXCVIII. Indictione XII. ROBERTO Rege 998. regnante in Francia, Domno Abbate Rodboldo regente idem Cœnobium.

Signum ipſius ARNULFI, qui hanc Ttaditionem fecit, & firmari petiit.
S. BALDUINI Junioris Marchiſi.
S. ADALBERTI Comitis, Filii Arnulfi.
S. THEODERICI Comitis, Filii Arnulfi Comitis.
S. Balduini,
S. Huberti,
S. Walcheri,
S. Geldolfi & Filii ejus.
S. Walkeri,
S. Stephani,

S. Widonis,

S. Widonis,
Item Stephani,
Heregaudi,
Aſſerici,
Bernardi,
Goteri,
Gerardi,
Lietberti,
Item Lietberti,
Gonteri,
Ego quoque Wicardus Monachorum indigniſſimus vidi, & notavi.

CAPUT XXIII.

ROBERTUS I. *Bethuniæ Dominus, ibidem fundat ac dotat Canonicorum Collegium in Eccleſia S. Bartholomæi circa annum* 1000, *cui Succeſſores ejus Bethuniæ Domini & Atrebatenſes Advocati ampliùs benefecerunt.*

Ex Du Cheſne in documentis Familiæ de Bethune.

NOTUM ſit univerſis tam præſentibus quàm futuris, quòd (1) ROBERTUS Faiſceuls divino inflammatus ſpiritu, & ammonitione (2) HELUINI bonæ memoriæ Cameracenſis Epiſcopi, in honorem Dei & Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, Sanctique Bartholomei Apoſtoli, Eccleſiam hanc ædificavit: Epiſcopali verò benedictione manu prædicti Paſtoris eam dicavit.

HELUINUS autem Venerabilis Epiſcopus precibus ipſius annuens, Eccleſiam Sancti Bartholomei Apoſtoli, ſcilicet Altare cum tota alia parte, quam vulgus *Bogium* ſolet appellare, liberam ab omni redditione Perſonatûs fecit: eo tenore, ut ibi Clerici conſtituerentur.

ECCLESIÆ autem huic dedit Eccleſiam de *Locon* prædictus Robertus Epiſcopi ammonitione, ſcilicet Altare, & aliam partem quam dicimus vulgò *Bogium*, remotâ ſcilicet omni Perſonatûs recognitione.

ROBERTUS ſiquidem pro magno hoc habuit, quòd Eccleſiam de *Locon* Eccleſiæ Sancti Bartholomei dedit: quoniam in ſilva, quæ *Aſtonias* dicebatur, nutrimentum multiplicis generis erat animalium, quorum decimationes, & omnia quæ Eccleſiæ pertinent, obtinuit Eccleſia de *Locon* totâ vitâ Roberti Faiſceul. Dedit etiam carucam terræ apud *Nuet* ad quatuor hoſpites, & unam cambam. Et poſt hæc omnes hujus propoſiti violatores excommunicari fecit.

ROBERTO igitur mortuo, Robertus Filius ſuus in honorem ab omnibus receptus, Patris bonum perfecit votum. Sex Clericos namque in Eccleſia S. Bartholomei locavit, qui Hymnicas laudes referrent noctu diuque ſummo Paſtori. Sex manſos in hac Villa, in quibus ſua pararent neceſſaria, dedit ita liberè & poteſtativè, ut ipſe tenuerat. Molendinum Caſtri Bethunienſis, & illud de *Offlinghehem*, & terram de *Offlinghehem*. Apud *Sailli* terram, & prata. Apud *Goſnacum* molendina, terram cultam & incultam, ſilvam, prata, & quicquid Villæ pertinet.

POST hæc fecit venire Gerardum Cameracenſem Epiſcopum, & fecit excommunicari omnes illos, qui aliquid auferrent Eccleſiæ ex his quæ Pater ſuus dederat, & ipſe ſimiliter ei attribuerat, & violatores hujus Conſtitutionis tam in familiis, quàm in terris, vel in aliis Eccleſiæ adjacentiis. Et hoc idem fecit fieri mortuo Gerardo, ſuccedeote ſibi Ledberto, & præſente Drogone Teruanenſi Epiſcopo.

POST, communi conſilio, id eſt Heluini, Gerardi, Ledberti, Drogonis Teruanenſis, & Remorum Archi-Præſulis, cum Roberto Filio ſuo Romam ivit: per Dominum Papam Leonem, qui Beatum Remigium de terra levavit, cum toto Concilio tunc temporis Romæ habito, omnes anathematizari fecit, qui res hujus Eccleſiæ occuparent, vel Familiam ſuæ ditioni ſubderent, vel Eccleſiaſticis aliquo modo detrimentum inferrent.

BALDUINUS Frater Roberti Calvi tertiam partem de *Robot* dedit, terram cultam & incultam, ſilvam, prata, aquam, paſcua: pro quibus in Eccleſia duos Canonicos conſtituit, quibus duos manſos juxta Eccleſiam dedit.

SECUNDUS Gerardus dono Dei Epiſcopus ſtatum hujus Eccleſiæ conceſſit, & omnes violatores & tranſgreſſores excommunicari præcepit, & excommunicavit.

ROBERTUS verò Groſſus Pater Guillelmi tres Capellas de ſuo proprio conſtruxit, & redditus ad ipſas pertinentes tribuit. Unam videlicet in media Villa in honore Beati Nicolai, alteram extra Villam in honore Beatæ Mariæ Virginis, tertiam verò juxta Eccleſiam Sancti Bartholomei, in honore Beati Jacobi Apoſtoli, in qua ſepelivit Filium ſuum Robertum Fratrem Guillelmi.

PRO cujus anima ipſe dedit apud *Bruai* unum molendinum in platea quinque modiorum avenæ, & unius modii frumenti; & novemdecim ſolidorum: & in *Bethunia* unam cambam duorum modiorum cerviſiæ.

PRO molendino autem Robertus Ruſus Nepos ipſius æquipollens nobis recompenſavit: ſcilicet quinque modios avenæ, ex quibus Petrus Porcarius triginta mencaldatas annuatim ſolvit, Bolardus etiam totidem: & apud *Bruai* unum modium frumenti, & juxta portam *Del Carnier* novemdecim ſolidos, quos ſolvit Johannes de Reirelins.

*Eſt menſura Arthebat.

IN diebus autem Roberti Groſſi octo Canonici

nici ſano uſi conſilio, & communi aſſenſu & voluntate Advocati, nonam ſecerunt Præbendam parem aliis, quam dederunt cuidam Sacerdoti Venerabili Aſſoni Decano: inſtituentes ſub anathemate, quòd nulli unquam liceat dari eam, niſi Sacerdoti aſſiduo & commoranti in Eccleſia, qui defectus omnium abſentium præſens ſuppleat. Quod benè ni faciat, non longo tempore vivat.

Decimam verò Præbendam Robertus Rufus aſſenſu Canonicorum fecit de reditibus, quos Avus ſuus Capellæ Sancti Jacobi contulerat, & ex aliis, videlicet argento, frumento, & avena. Quæ omnia ipſe, & Mater ejus Clementia, & alii Viri Religioſi, & feminæ, pro animabus ſuis addiderunt. Videntes autem Canonici diverſos diverſa dare, ne beneficia eorum minuerentur timentes, ſtatuerunt eam eſſe aliis communem.

Undecimam verò idem Robertus de reditibus Sancti Nicolai, & gratuitis beneficiis ipſius Eccleſiæ, inſtituit: additâ decimatione nemoris Bethuniæ & Belimariſei. Inſuper & Galterus Canonicus partem Alodiorum ſuorum apud Burſam contulit, & Mainardus Presbyter vadimonia ſua quæ apud *Goſnai* poſſidebat aſſignavit.

Duodecimam verò Præbendam Rogerius Clericus de decima, quam apud *Anezin* quadraginta marcarum pignore ſibi obligaverat, inſtauravit. Canonici verò duos modios avenæ, quos Clementia ipſis dederat, adjecerunt.

Decimamtertiam verò idem Robertus, & Benedictus, & Adam, Fratres, inſtauraverunt. Robertus in principio in nemore dedit duos modios frumenti, & quadraginta nummatas, & octo panes, cum totidem caponibus, & unum modium de brais ad domum Simonis Salvage, & unum modium cerviſiæ ad domum Roberti Buccoriche, & decem ſolidos ad ruellas.

Benedictus autem dedit quadraginta marcas ad emendos reditus, & partem decimæ ad *Fouskieres*, quam emit viginti-unâ marcis, & unum modium avenæ apud *Eſtaires*, quod emit quinque marcis, & terram cultam de *Wendin*, & in *Bethunia* ſuum manſum cum tota ædificatione ſua. Adam verò Frater ejus dedit bonum Calicem, & Graduale, & Miſſale, & Antiphonarium, inſuper veſtimenta Sacerdotalia.

Decimamqartam verò Robertus de Foſſa de ſuis Allodiis fecit, quam Venerabilis Miles Johannes Seneſcalcus augmentavit.

Decimamquintam autem Robertus Rufus fecit. Ad cujus inſtaurationem dedit unâquâque hebdomadâ quatuor ſolidos, & unum obolum ad theloneum frumenti, & unum modium frumenti, & quadraginta capones, & quicquid rei recompenſatione dedit ſingulis annis decem ſolidos.

Decimamsextam verò Gerardus Sacerdos de Beuri volens inſtaurare, dedit ſeptuaginta marcas, & terram de *Bellomareſco*, quam ipſe tenebat ſub annuo cenſu duorum ſolidorum ab Advocato. Sæpedictus autem Robertus addidit viginti quatuor capones.

Ad decimamſeptimam inſtaurandam, Theobaldus Clericus de Beuri dedit quadraginta marcas.

Ad decimamoctavam inſtaurandam, prædictus Robertus dedit pro anima ſua, & Uxoris ſuæ, unâquâque hebdomadâ duos ſolidos ad theloneum ſuum, & decimationem mareſci Advocati.

Ad principium decimænonæ inſtaurandæ, Ebrardus Sacerdos de *Menreville* dedit quadraginta libras.

Ad vigeſimæ inſtaurationem dedit Petrus de Monte Sancti Eligii centum marcas de pagamento, quas ita aſſignavit: quadraginta ſuper decimam de *Lobies*, & ſexaginta ſuper tertiam partem decimæ Johannis de Beuri.

Vigesimamprimam inſtauravit Ilbertus de Carenchi, decem libras, & viginti quinque capones, cum uno modio cerviſiæ. Decem libras debet Dominus Advocatus, quæ ſic perſolvuntur: In Feſto Sancti Remigii quadraginta ſolidi apud *Bruai*, in Feſto Sancti Andreæ ſex libræ apud *le Venties*, in Natali quadraginta ſolidi apud *Bruai*.

Isti ſunt debitores caponum in Villa Bethuniæ: Robertus de Atrio duos capones, Caſnais textor duos capones, Johannes de Gand duos capones, Richeldis Li Aaſie duos capones, Heluidis Uxor Cuſtodis duos capones, Berta Neptis noſtri Præpoſiti duos capones, Stephanus de Porta duos capones, Ogiva Deriereluis duos capones, Bartholomæus Priſaulx & particeps ejus unum caponem, Uxor Sigeri Nigri unum caponem, Balduinus de Wendin unum caponem, pueri Johannis le Pel unum caponem, Walterus le Caviliers duos capones. Major de Werkin debet tres reliquos capones. Modium cerviſiæ debet manſio Pagani Filii Odonis, quæ eſt in foro.

CAPUT

(1) Robertus, Bethuniæ Dominus, & Advocatus Eccleſiæ Abbatialis S. Vedaſti in Urbe Atrebatenſi. Cujus Stemma & Succeſſores vide ſuprà paginâ 396.

(2) Heluinus, aliàs Erluinus, è Canonico & Archidiacono Cameracenſi Epiſcopus Cameracenſis & ſimul Atrebatenſis, de quo vide ſupra pag. 148.

Ceterùm Bethunia, Oppidum eſt Artheſiæ egregiè munitum, diſtans Acriâ quinque milliaribus. Eſt illic Collegium XXI. Canonicorum cum Præpoſito & Decano, S. Bartholomæo Apoſtolo ſacrum, cujus Præbendas principaliter fundârunt Domini Bethuniæ, accedentibus tamen plurimis aliorum Benefactorum largitionibus; uti liquet ex allegato Diplomate.

CAPUT XXIV.

EREMBOLDUS *donat Abbatiæ Blandinienſi juxta Gandavum, Terram de* Baerle, *anno* 1026.

Ex Otthelne in documentis Familiæ de Gandavo.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Cùm ſatis notæ traditioni teneatur hoc præſens ſeculum æternaliter non habere ſubſiſtere, nec vitam hominis perpetualiter in eo manere, honeſtam eam utilitatem Chriſtiana ſibi providit devotio, illuc unumquemque tendere, ubi æternus foret cum Deo. Atque cum univerſis hoc arduum iter difficile foret ſcandere, Salvator omnium bonis actibus illuc ſtatuit pervenire eleëmoſynas facientibus & pauperes Chriſti ſublevantibus, cùm maximè hiis qui terrenis patrimoniis cæleſtes theſauros hereditarunt.

QUAPROPTER Ego in Dei nomine EREMBOLDUS pro animabus Prædeceſſorum meorum, & ut ipſe æternæ beatitudinis portiunculam conſequi merear eum hiis, qui patrimoniis ſuis Domino legaliter traditis cæleſtem pervenerunt ad hereditatem, ad Monaſterium Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli à ſanctæ memoriæ Amando Patre inprimitus conſtructum & conſecratum in Territorio Gandenſi in Monte Blandinio, proceſſu verò temporis ab Arnulfo glorioſo Marchiſo nobiliori funditus reædificatum ædificio, ubi ad preſens Inclytus Confeſſor Wandregiſilus cum Venerandis Archi-Præſulibus Ausberto & Vulframno, ſimul cum Sacratiſſima Chriſti Virgine Amelberga requieſcit.

AD hunc ergo tantæ Nobilitatis locum dono & contrado Allodem mei juris, quicquid in Villa *Baerle* dicta, & quicquid in Flandris, & quicquid circa mare, & quicquid inibi jure hereditario poſſideo, cum Eccleſia, domibus, terris, ſilva, paſcuis, viridibus & ſalſis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque cum omni integritate. Ita tamen ut ipſe uſufructuario ad vitam meam omnia teneam.

ET poſt mortem meam Sanctus Petrus & Fratres memorati Cœnobii ea recipiant, teneant, poſſideant jure hereditario perpetuò.

SI quis autem de Succeſſoribus meis heredibus injurioſus contradictor, ſeu quælibet extranea perſona huic Traditioni meæ contraire voluerit, & infirmare quod multorum Fidelium firmatum eſt Teſtimonio, inprimis Sanctæ Trinitatis, & perpetuæ Virginis Mariæ, Beatique Petri Apoſtolorum Principis, deinde omnium Sanctorum iram incurrat & offenſam. Veniantque ſuper eum omnes maledictiones, quas Dominus per Moyſem Famulum ſuum ſuper populum Divinæ Legis prævaricatorem inferre intentavit.

ACTUM publicè Gandavi in Monte Blandinio, ſub die Kal. Novembr. qui eſt dies Venerationis omnium Sanctorum, anno videlicet Dominicæ Incarnationis MXXVI. Indictione IX. 1026.
ROBERTO Rege Regnum Francorum honeſtè moderante, & Rodbodo Abbate memoratum Cœnobium regente.

Signum ipſius EREMBOLDI, qui hanc Traditionem fecit, & firmari petiit.

S. BALDUINI glorioſi Marchiſi.

S. LAMBERTI Advocati, & Filii ejus FOLCARDI.

EGO quoque Embuuinus Monachorum ultimus vidi, & notavi.

CAPUT XXV.

GALTERUS, AGENTRUDIS, *aliique Viri Nobiles benefaciunt Clericis in Eccleſia S. Salvatoris in Harlebeka Deo ſervientibus ann.* 1042. 1044. 1046. *&* 1048.

Ex M S. Archivii Capituli Harlebæ.

NOTUM ſit omnibus Chriſtianis, quod Ego GALTERUS duobus Filiis meis Euſtachio videlicet & Lamberto pro anima Filii mei Boldewini duos bonarios meæ hereditatis in Villa nuncupata * *Baucario*, ad Altare S. Salvatoris ſitum in *Herlebecca*, eâ videlicet ratione tradiderim, ut cum omni reditu ſuo appendêret ibi ad utilitatem Fratrum.

* Nunc Bavinchove.

ACTUM eſt hoc publicè anno ab Incarnatione
1042. ne Domini M.XL.II. Rege Francorum Henrico, & Conſule Boldewino ejuſdem Regis Sororio.

Si quis vero hoc infringere temptaverit, niſi pœnituerit, anathema ſit. Huic ſiquidem Traditioni interſuerunt tam Laïci quam Clerici, quorum nomina hæc ſunt.......

Aliud Diploma.

PRÆSENTIBUS Filiis Eccleſiæ & futuris notificetur, quod Ego AGENTRUDIS, pro liberatione animæ meæ, cum conſenſu Amicorum meorum tradidi duos bonarios de hereditate mea in *Baucario* ad Altare prænominatum, cum omni donativo ſuo ad menſam Fratrum.

ACTUM eſt hoc publicè anno ab Incarnatione
ne Domini M. XL.IV. tempore prænominati Re- 1044.
gis & Comitis. Si quis autem huic Traditioni contra...

contraire voluerit, ſi non dignam pœnitentiam fecerit, cum Dathan & Abiron perditus ſit.

Hoc verò confirmatum eſt teſtimonio Clericorum & Laïcorum, quos ſubtus annotari feci...

III Diploma. NON ignorare volumus Eccleſiæ Fidelibus, quod Lambertus de Vivia pro anima Fratris ſui Rainfridi unum bonarium in Villa nominata *Mortſella* tradiderit Altari ſito in (1) *Herlebecca* in honore S. Bertulfi, eâ conditione ut cum omnibus appendititiis ſuis deſerviret Fratribus ibi manentibus.

ACTUM eſt hoc publicè anno ab Incarnatione Domini M. XL.VI. tempore prænominati Regis & Comitis. 1046. Si quis autem hanc Chartam in toto vel in parte frangere præſumpſerit, ſi non quod malè voluerat emendaverit, à conſortio Matris Eccleſiæ ſeparatus in æternum ſit. Hoc verò confirmatum eſt teſtimonio Clericorum & Laïcorum, quos ſubtus annotari feci......

TRADITIONE Anteceſſorum noſtrorum tenemus, quod quicumque Eccleſiam heredem fecerit de hereditate ſua, Litteris mandare fecerit præſentibus & futuris, quatenus & memoria fieret in bonis defuncti, & Eccleſia non pateretur dampnum per vim alicujus malevoli. IV. Diploma.

Quapropter Ego BERUINGIS cum conſenſu Amicorum meorum pro anima Mariti mei Wicardi in Villa dicta *Neſtrudis* tradidi duos bonarios ad Altare S. Salvatoris ſitum in Herlebecca: eâ videlicet ratione, ut cum omni reditu ſuo appenderet ibi ad utilitatem Fratrum.

ACTUM eſt hoc publicè anno ab Incarnatione Domini M. XLVIII. tempore prænominati 1048. Regis & Comitis. Si quis verò hoc infringere voluerit, niſi penituerit, anathema ſit. Huic ſiquidem Traditioni interfuerunt tam Laïci quam Clerici, quorum nomina hæc ſunt..... .

(1) HARLEBECA, Oppidum Flandriæ antiquiſſimum, ad Liſam Fluvium, Gandam inter & Cortracum, unico milliari Contraco diſſitum, ſub Diæceſi Tornacenſi. Fuit olim Patria, vel reſidentia Liderici, Engerani, aliorumque Flandriæ Præfectorum, qui Foreſtarii dicebantur, & quorum oſſa hodieque in crypta Eccleſiæ requieſcere creduntur.

Eſt illic in Eccleſia S. Salvatori ſacra, inſigne & opulentum XII. Canonicorum Collegium, cum Præpoſito & Decano, fundatum anno 1068. à Balduino Inſulano, Flandriæ Comite ejuſque Conjuge Adelaide, & confirmatum ab Alexandro II. Pontifice & à Baldnino & Ratbodo Epiſcopis Tornacenſibus ac Noviomenſibus, juxta Tabulas ſupra apud Miræum editas pag. 59. 60 61.

Ex hoc tamen Diplomate conſtat, jam ante fuiſſe in Harlebecca Congregationem Clericorum, divinas laudes canentium, multaque eis conceſſa fuiſſe donaria in honorem S. Bertulphi Epiſcopi, ibidem quieſcentis, de quo vide Molanum & Miræum in Libris de Sanctis Belgii ad diem 5. Febr. Quin imò eos Monachorum more, communi refectorio ac clauſtro uſos fuiſſe, demonſtrant rudera quæ hodiedum in Cœmiterio viſuntur.

CAPUT XXVI.

Diploma editum à Begginis Vilvordienſibus anno 1065, ex quo conſtat Begginas Belgicas non à Lamberto Beggio Sacerdote, ut quidam ſuſtinuerunt, ſed à Sancta Begga nomen & inſtitutum accepiſſe.

Ex Hiſtoria S. Beggæ per Abbat. à Ryckel. UNIVERSIS præſens Scriptum viſuris, Magiſtra, totuſque Conventus Beghinarum de Solatio Beatæ Mariæ juxta *Filford*, ſcire veritatem.

Univerſitati veſtræ tenore præſentium notum facimus, quod Curia noſtra tenetur pauperibus Beghinis in Curia noſtra reſidentibus duos modios ſiliginis in Natali Domini perpetuò ſolvendos & deliberandos.

QUAM ſiliginem illa quæcumque ſit, ad quam ſpecialis cura pauperum Beghinarum dignoſcitur pertinere, recipiet; & hoc ab illo qui vicem gerit in Curia in temporalibus, qui ſollerter inſtabit, donec prædictum debitum in prædicto tempore ab illo qui debet, ſit perſolutum: tali conditione mediante, quod prædicta quæcumque ſit, de conſilio Presbyterorum loci & Magiſtrarum principalium diſponet ſecundùm conſcientiam earum, prout meliùs ad uſum pauperum Beghinarum videbitur pertinere.

ITA tamen, quod Margareta Beghina noſtra dicta de *Walmerſele* quamdiu vixerit de prædictâ ſiligine recipiet uſumfructum, ipſâ verò ab hâc luce ſubtractâ, prædicta ſiligo integraliter ſtabit, ut dictum eſt, ad uſum pauperum Beghinarum, & deinceps nullus hominum in prædictis debitis quidquam victûs ſibi poterit vendicare.

IN cujus rei Teſtimonium & munimen præſentes Litteras ſigillo Curiæ noſtræ fecimus conſignari.

DATUM Anno Domini M. LXV. Menſe Decembri. 1065

JOannes Geldolphus à Ryckel Abbas S. Gertrudis Lovanii, Author Vitæ S. Beggæ, nihil omiſit, ut Diploma hoc authenticum demonſtraret. Et reverâ ſi ita eſt, noſtrates Begginæ nomen & Inſtitutum habent à S. Begga, non à Lamberto Beggio Sacerdote Leodienſi (ut aliqui volunt) cum Beggius hic ſit ad integrum ſæculum iſto Diplomate recentior; vixit enim anno 1170.

De S. Begga, Fundatrice Nobilis Collegii Canonicarum Andanenſium, ibidemque ſepultâ, vide ſupra pag. 216. 217. & 429.

De Vilvordia, olim Filfurdo, Oppido juxta Bruxellam, vide ſupra pag. 337.

CAPUT XXVII.

LIETBERTUS, *Vir Nobilis, benefacit anno* 1067. *Eccleſiæ Harlebacenſi, de qua ſupra Cap.* 25.

Ex MS. Archivii Capituli. IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum iri volumus Sanctæ Matris Eeeleſiæ Filiis tam futuris quàm præſentibus, quod quidam vir nomine LIETBERTUS pro anima Filii ſui Hugonis, conſenſu proximorum ſuorum duo de hereditate ſua bonaria in Vieo vocabulo *Bodecea* tradidiſſet ad Altare ſitum in honore rerum omnium Salvatoris, io Villa, eui nomen eſt *Herlebecca*, eâ videlieet conditione interpoſitâ, ut unoquoque anno ad prædictum Altare ad opus Fratrum illie Domino ſervientium à ſe ſuiſque Sueeeſſoribus x. denarii ſolverentur in eenſum, in Feſtivitate S. Bertulfi, Kalendis Februarii.

QUOD ſi nemo ex parentela vellet ſolvere cenſum, etiam uno anno, abſque ulla contradictione ſuorum ex integro veniret in manibus Fratrum.

ACTUMQUE eſt hoc, anno ab Incarnatione
1067. Domini milleno LXVII, regnante Fraoeorum Rege Philippo, & Baldewino Comite ejnſdem Regni glorioſo Patrono.

ET qui huic Traditioni vim inferre voluerit, niſi pœnituerit, iram Omnipotentis Dei incurrere poſſit. Ut autem hoe firmiùs ſtaret, fecit tam perſonalitate Clericorum, quàm cognitione Laicorum; quorum nomina ſubtus denotare non fuit pigrum & infructuoſum.

Signum Erleboldi Decani.
S. Cuſtodis Eeeleſiæ Alboldi.
S. Lamberti Seholaſtiei.
S. Hermanni Canoniei.
S. Amnlriei Scriptoris boni.
S. Lodewini Dei Servi.
S. Willelmi Organorum Magiſtri.
S. Rodulfi.
S. Walonis.
S. Athelæ Comitiſſæ.
S. Deſiderii Caſtellani.
S. Erpulfi.
S. Gevardi.
S. Erpoldi.
S. Goſewini.
S. Rotberti.
S. Herneſti.
S. Riewardi.
S. Litberti.

CAPUT XXVIII.

GREGORIUS VII. *Pontifex reſcribit ad Manaſſem Archiepiſcopum Remenſem anno* 1070, *ut compellat* Radbodum *Epiſcopum Noviomenſem ac Tornacenſem, ad reſtituendam Eccleſiam B. Mariæ Brugis juriſdictioni Epiſcopi Ultrajectenſis, à qua fuerat erepta.*

Ex Archivii MS. Eccleſiæ B. M. Brugis. GREGORIUS Epiſeopus Servus Servorum Dei, MANASSI Remenſi Archiepiſeopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CONFRATRIS noſtri Trajectenſis Epiſeopi Wilhelmi querelam de Brugenſi Eccleſia in Noviomenſi Epiſeopatu ſita, Litteris ipſius expoſitam aeeepimus, quam & ante Dominum & Prædeceſſorem noſtrum Papam Alexandrum depoſitam necdum competenti termino contigit definiri.

ASTRUIT autem Epiſeopus Trajectenſis, eamdem Eeeleſiam Traditione antiquâ Sedi ſuæ delegatam, dueentis fermè annis abſolutè & quietè ad uſus ſtipendiarios Canonieorum Trajectenſium detentam, donec *Raboth Noviomenſis Epiſcopus abſque ullo Canonieo judieio ſibi eam ſurripuit: & ut affirmant Legati (quòd gravius eſt & omninò illieitum) alteri euidam Clerieo vendidit.

*Id eſt Radbodus.

QUAPROPTER Suffraganeum tuum Noviomenſem Epiſcopum per te eonveniendum eſſe cenſuimus, & de tanta perverſitate (ſi ita eſſe eonſtiterit) ſeverè eſſe increpandum, ae ſubinde admonendum, imo etiam compellendum, ut Canonum Statuta ſequendo, Eeeleſiam Trajectenſem, quæ tanto tempore poſſedit, ſine expoliatione, ſine mora reinduat. Ac poſtea, ſi quid habet quod jure conqueratur, Synodali judieio diſceptare contendat.

QUOD ſi huic Authoritati noſtræ, vel monitis tuis obtemperare neglexerit, tamdiu Epiſeopali privetur offieio, quoad uſque eauſas Eeeleſiaſticas non potentiæ magnitudine, ſed juſtitiæ eenſurâ finiri oportere doeeatur.

HUJUS ergo negotii deciſionem per te ſtudioſè & impigrè volumus adimpleri, & Litteris judieium Nobis quantoeyùs poteris notificare.

DATUM Romæ III. Nonas Martii Indictione XIII.

CAPUT XXIX.

Elleboldus Ruber, *Vir Nobilis, fundat Collegium Canonicorum S. Crucis Cameraci anno* 1071.

Ex Hiſtoria Camerac. Charpentier.

EGo Elleboldus Ruber do in perpetuum in honore Sanctæ Crucis Palatium meum cum hereditate in Cameraco, & terras, alodia & manſa mea in Pago Cameratum & circa, XII. Miniſtris, qui Deo famulaturi aſſiduè preces fundent pro conſultu animæ meæ, Odonis Patris mei & Majorum meorum Viromandiæ Comitum.

Hæc approbarunt Fratres mei Odo, Farinus, Soiherus, Rufus, & Iſaac, Liotardus Sororis meæ Adæ Maritus; item Johannes, Amalricus, Hugo, & Balduinus, Nepotes mei.

Hæc autem ne ſevitiâ temporum pereant, æreâ laminâ incidi feci, & ſigillis noſtris roboravimus anno Chriſt. M. LXXI, Eccleſiam re- 1071.
gente D. Liberto Epiſcopo cognato meo.

HÆc Fundatio hodieque legitur æri inciſa, charactere Græcanico, ac plurimùm abbreviata: adjunctis inſignus, quæ quivis antiquitatis curioſus admiratur. Vide deſcriptionem apud Charpentier in Hiſtoria Cameracenſi Parte III. pag. 1015.

Hic Elbantius, ſeu Elleboldus Ruber, Vir Nobilis, vivere deſiit anno 1071, & ſepultus eſt in Odeo dictæ Eccleſiæ S. Crucis Cameraci, appoſito ſequenti Epitaphio.

Cy giſt Elbant le Rouge, Fondeur de cette Egliſe, qui trepaſſa l'an 1071.

In illa ſunt duodecim Canonici, quibus præeſt Theſaurarius, qui à Capitularibus eligitur.

CAPUT XXX.

Eggebertus, Folswendis *aliique Nobiles dotant Eccleſiam S. Salvatoris Harlebaci, tunc noviter Collegiatam Canonicorum, anno* 1072. *& ſeq.*

Ex MS. Archivis Capituli Harlebac.

LItteris eſt decretum mandare, quidquid in Eccleſia volumus eſſe ſtabile. Unde Ego Eggebertus ſcribere feci, quod cum Fratribus meis III. bonarios in Villa nomine *Wermarda* dedi pro anima Patris mei, Raingoti vocabulo, Altari ſito in *Herlebecca*, in honore Sancti Bertulfi, eâ conditione, ut cum omnibus appenditiis ſuis deſerviat Fratribus ibi manentibus.

Actum eſt hoc publicè anno ab Incarna-
1072. tione Domini M. LXXII. tempore Philippi Regis Comitiſque Rotberti. Si quis autem huic Traditioni contraire voluerit, ſi non dignam pœnitentiam fecerit, cum Dathan & Abiron perditus ſit. Hoc verò confirmatum eſt Teſtimonio Clericorum & Laïcorum, quos ſubtus annotari feci.

II. Diploma. QUia ſine Litteris nihil ſtabile fit in Eccleſiis, Ego Folswendis unà cum Filiis cæteriſque Amicis meis tradens pro anima Mariti mei, nomine Rodulfi, duos bonnarios in Villa videlicet *Lethis* nomine, Altari ſito in *Herlebecca*, in honore S. Bertulfi, eâ conditione ut cum omni donativo ſuo deſerviat Fratribus ibi Domino ſervientibus; notum feci Filiis Eccleſiæ præſentibus & futuris.

Actum eſt hoc publicè anno ab Incarna-
1078. tione Domini M. LXXVIII. tempore Philippi Regis Comitiſque Rotberti. Si quis verò huic Traditioni contradixerit, niſi pœnituerit, anathema ſit. Hoc verò confirmatum eſt Clericorum & Laïcorum Teſtimonio, quorum nomina hæc ſunt....

NOtum ſit Filiis Eccleſiæ nunc & in futu- III. Diploma.
rum, quod Ego Waltherus de Funa unà cum Uxore mea Emma tradidimus pro peccatis noſtris delendis in Villa quæ dicitur *S. Eligii*, quamdam particulam noſtræ hereditatis reddentem quotannis XIII. nummos, ad Altare S. Salvatoris quod eſt ſitum in *Herlebecca*, ad opus Fratrum ibidem Deo ſervientium.

Hoc autem factum eſt anno M. CXIX. ab 1119.
Incarnatione Domini.

Hanc Traditionem ſi quis infregerit, anathema ſit. Ut autem hoc donum ratum permaneat, Teſtium nomina ſubſcribantur.

S. Godeſcalci,
S. Theoderici,
S. Fromaldi,
S. Helmicini,
S. Liberti ſenis, & Liberti junioris.
S. Roberti Canis.
S. Roberti de Tileto.
S. Symonis Pugilis.
S. Thilcei, S. Ramari,
S. Wulfgeri,

SAcrarum Scripturarum Teſtimonio com- IV. Diploma.
pertum accepimus, Fidelium defunctorum eleëmoſynas jugiter pro ipſis interpellare Dominum. Hac ergo ſpe animati, Ego Wilhelmus de Funa unà cum Matre mea Emma pro anima Patris mei Walteri de peccatis liberanda tradimus III. bonarios noſtræ hereditatis

ditatis cum omnibus ſuis appenditiis in Villa, quæ appellatur *Bavinghova*, ad Altare omnium rerum Salvatoris, quod eſt ſitum *Harlebeccâ*, ad opus pauperum in Cœna Domini reficiendorum.

1120. Hoc quod actum anno M. C. XX. ab Incarnatione Domini, Karolo Comite Flandrenſium, & Lamberto Epiſcopo Tornacenſium.

HANC quoque Traditionem ſi quis infringere præſumpſerit, excommunicationi ſubjaceat. Signa Teſtium quorum ſupra, & præter hæc,

S. Alberti Canis & Onulfi Fratris ejus.
S. Willelmi Canis.
S. Lamberti & Euſtachii & Walteri Fratrum de Morſella.
S. Dominæ Avæ & Filii ſui Synagonis.
S. Willelmi Preconis.
S. Remelini Venatoris.
S. Walconis,
S Reineri de Vatina.
S. Evervini,
S. Olti.

CAPUT XXXI.

ROBERTUS FRISIUS *Comes Flandriæ, aliique dotant Collegium Canonicorum Harlebacenſe, anno 1075. & ſeq.*

Ex MS. Archivis Capit. Harlebac.

EGo ROTBERTUS Flandrigenarum Marchio, & Dominus de Silva, tam in denariis, quàm in victimis in terra, tam in culturis quàm in novis terris, immo etiam de Placitis meis redecimationem Præfecturæ Harlebeccenſis ad Altare S. Salvatoris, ſuique ipſius Beati Bertulfi Confeſſoris, in utenſilibus Eccleſiæ appendiciiſque illius tradidi.

1075. ACTUMQUE hoc ab Incarnatione Domini M. LXXV. regnante Rege Francorum Philippo.

Si quis autem hoc infregerit, niſi reſipuerit, anathema ſit.

Aliud Diploma.

PRo redimendis peccatis noſtris, & Anteceſſorum noſtrorum, Ego EUSTACHIUS unà cum Conjuge mea OLIGIA quandam partem hereditatis noſtræ tradidimus ad Altare in *Harlebecca*, in honore S. Salvatoris, Sanctique Bertulfi Confeſſoris, ad utilitatem Fratrum ibidem Domino ſervientium.

Eâ quidem ratione, ut quamdiu vixerimus, eorum quæ donavimus patrocinemur, & poſt obitum noſtrum Comes Regni: & XII. nummos inter Feſtivitatem S. Bertulfi, quotannis perſolvamus: Nobis autem mortuis, ad menſam Fratrum penitus perveniat. Domum Johannis cum VIII. bonariis. Domum Manechini cum II. bonariis. Domum Avæ cum uno. Domum Lamberti cum quarta parte bonarii.

PRÆTER hæc verò tria bonaria quæ poſſidet Bernulfus, eâ videlicet conditione ut quamdiu vixerit & Filii famulæ noſtræ quam in Conjugio habuit, VI. denarios in prædicta Feſtivitate perſolvant: illis verò mortuis, ad manus Fratrum ex toto quoque veniat.

WENEMARUM verò & Sorores ſuas unà cum infantibus ſuis, eâ ſcilicet lege, ut duos denarios pro capite in præfata Feſtivitate ſingulis annis perſolvant.

ACTUM eſt hoc anno ab Incarnatione Domini
1080. ni M. LXXX. regnante Philippo Rege Francorum, principante Rotberto Comite Friſone.

Si quis huic contradixerit Traditioni, & infringere voluerit, anathema ſit.

Signum Stephani de Cordis.
S. Folcardi de Iſenghem.
S. Saſwali de Torcoin.
S. Thietberti de Vorde.
S. Gummari de Sillengem.
S. Lamberti de Odengem.
S. Alwoldi de Iſenghem.
S. Aſgrici de Rugga.
S. Lamberti Caſtellani de Curtraeo.
S. Waltheri Fratris ejus.
S. Alberni de Wilesbeche.
S. Lietnothi, &
Lamberti de Wilesbeche.
S. Raingoti Caſtellani de Oldenardo.
S. Euſtachii de Uſa.
S. Sigewalonis de Warengem.
S. Cononis Militis.

EX Anteceſſorum noſtrorum conſuetudine tenere non inutile judicavimus, ut quicumque Eccleſiam alicujus ſuæ hereditatis heredem fecerit, Litteris mandare non negligat: quatenus & animæ pro qua attribuitur ſæpiùs fiat memoria, & nullum, malevolentiâ alicujus, dampnum patiatur Eccleſia. III. Diploma.

NOTUM ſit igitur cunctis Fidelibus Sanctæ Eccleſiæ, tam præſentibus quàm futuris, quod Ego SIGERUS DE HULA illud attendens, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleëmoſyna extinguit peccatum*, pro remedio animæ Uxoris meæ AZEKÆ, Harlebeccenſi Eccleſiæ quatuor bonarios in Villa quæ vocatur *Lirda* attribuo: ita tamen ut duæ partes reditûs communiter Fratribus deſerviant; tertia verò pars luminario ejuſdem Eccleſiæ appendat.

Hoc autem factum eſt pridie Idus Octobris,
anno ab Incarnatione Domini M. C. XI. Indictio- 1111.
ne V. regnante Rege Francorum Lothario; Comite Flandrorum Balduino Filio Rotberti Friſonis; Baldrico Epiſcopante.

UT autem ratum permaneat, factum eſt teſtimonio tam Laïcorum, quàm Clericorum, quorum nomina ſubnotare haud inutile eſt.

Si quis huic contradixerit Traditioni & infringere voluerit, anathema ſit.

Signum Folkini, Præpoſiti.

S. Leoderici Canonici.
S. Wilhelmi Canonici.
S. Litberti Canonici.
S. Alberti Canis.
S. Onulphi Fratris ejus.
S. Lamberti de Udengim.
S. Walteri de Warneſtun.
S. Jorami de Bellengim.
S. Norberti de Cortraco.
S. Thiſekini de Treſlingim.
S. Godeskalki de Treſleca.
S. Wilhelmi Preconis de Harlebecca.

CAPUT XXXII.

RADBODUS *Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis in Cathedrali ſua Tornacenſi fundat Præbendam anno* 1090, *donatque Altaria de Templemart & Alchi.*

Ex Archivis MS. Eccleſiæ Tornac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego RADBODUS, Dei gratiâ Noviomenſis ſeu Tornacenſis Epiſcopus, mecum retractans ſaluberrimum eſſe Eccleſiis benefacere, & earum beneficia ampliare, cogitavi in Eccleſia Sanctæ Mariæ Tornacenſis unum novum Canonicum creare, & pro ſalute meæ animæ aliorum Canonicorum conſortio aggregare; quod feci:

PRÆBENDAM enim quàm Decanus ejuſdem Eccleſiæ pro feodo ſui Decanatûs obtinebat, in manu Epiſcopi eſſe conſtitui liberam, ampliùs, ſicut alias ejuſdem Eccleſiæ Præbendas ab Epiſcopo Canonicè tribuendam. Hoc autem tam Fratrum quàm ipſius Decani conceſſione factum eſt; nam duo Altaria, ſcilicet *Templemard & Alci*, quæ Balduinus Parrochiarum Decanus & Amandus quidam ejus propinquus communiter obtinebant, ita Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tornacenſi perpetuò tenenda tradidi, ut unum eorum, ſcilicet *Alci*, liberum Decanis omnibus ejuſdem Eccleſiæ pro feodo cederet; alterum verò, ſcilicet *Templemard*, Epiſcopo ſumptus ſolvens ſicut antea, poſt Amandi obitum communioni Fratrum in perpetuum remaneret. Quod & ipſæ Perſonæ Balduinus ſcilicet & Amandus ideò conceſſerunt, quod Amandus de ea Præbenda eſt inveſtitus, & factus eſt inde primus Canonicus.

QUOD ut apud poſteros firmiſſimum permaneret, Teſtamento hujus Scripti & impreſſione mei Sigilli ſub anathemate confirmavi.

S. Walteri Archidiaconi.
S. Henrici Decani.
S. Herimanni Præpoſiti.
S. Sicheri Cantoris.
S. Odardi Scholaſtici.
S. Hellini,
Gonhardi,
Johannis,
Stephani,
Werinboldi,
Ilbodi Sacerdotum.
S. Petri, Otberti, Balduini, Letberti,
Gilberti, Tietberti, Henrici,
Item Henrici, Diaconorum.
S. Walcheri Cuſtodis, cum Teſtimonio Subdiaconorum.
Gildulphi, Lietduini, Tietberti,
Raineri, Walberti,
S. Balduini Decani.
S. Gonzelini, D.
S. Frederici, D.
S. Willelmi, D.
S. Fulcardi, D.
S. Lamberti, D.
S. Saleſridi, D.
S. Hunradi, D.
S. Berfridi, D.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis M.
XC. Indictione XIII. Regnante Rege Phi- 1090.
lippo anno XXXII. Domno RADBODO Epiſcopante anno XXIII.

S. Widonis Cancellarii.

CAPUT XXXIII.

Idem RADBODUS *Tornacenſis Epiſcopus concedit anno* 1094. *Privilegium Abbatiæ S. Martini Ordinis S. Benedicti Tornaci, ejuſque prima Exordia recenſet ac confirmat.*

Ex Archivis MS. Eccleſiæ Tornac.

IN nomine Patris, &c. Ego RADBODUS Noviomenſium & Tornacenſium Epiſcopus omnimodam ſalutem tam futuris quàm præſentibus.

NOVERIT caritas veſtra Fratres dilectiſſimi, Eccleſiam S. Martini modici, quæ in monte modico propè muros Urbis Tornacenſis ſita eſt, antiquitus Abbatiam fuiſſe; verùm Paganis in ipſam Civitatem irruentibus deſtructam, & in Laïcalem poſtmodum ditionem redactam ad nihilum penè deveniſſe. Adeò autem ejuſdem Eccleſiæ percrebuit deſolatio, ut nec ad plenum unius ſaltem Sacerdotis deſerviri poſſet officio. Congregatio ſiquidem illa hoſtili manu diſperſa eſt,

& abiit; familia ejuſdem Eccleſiæ interempta eſt & deperiit; terras ejus Laïcalis manus in Beneficio Anteceſſorum noſtrorum & Noſtra longo tempore habuit.

Anno verò Incarnationis Dominicæ M. XCII. Eccleſiæ illius rememorans pia Dei miſericordia Fratris Odonis & aliorum quatuor mentes ſpirituali cælitus inflammavit gratiâ, qui uno eodemque animo, cum ſe hujus ſeculi cænulentâ pertimeſcerent implicari voragine, elegerunt magis in præfata Eccleſia in paupertie Deo deſervire, quàm ad perditionem animarum ſuarum divitiis ſæcularibus abundare. Cum ergo hac ex cauſa Noſtram adiiſſent præſentiam, conſilio & aſſenſu *Radulphi* Advocati, qui tunc temporis eam jure poſſidebat hereditario, ſub Clericorum & Laïcorum Teſtimonio eandem eis cum adjacenti ſolummodo Atrio conceſſimus Eccleſiam, eâ ſcilicet conditione, ut eam liberè, utpotè Abbatiam, haberent, & inibi ſub Regula S. Auguſtini tamquam Regulares Canonici Deo deſervirent. Anno autem altero introitûs eorum, majori adbuc divinitus inſpirati ſunt deſiderio, utpotè qui jam bonorum allaborabant intereſſe Collegio: ut enim Deo deſervirent, quod arctius æſtimabant, ſpontè elegerunt, & divinæ ſe gratiæ devoventes, habitum S. Benedicti compunctè ſuſceperunt.

PERCEPTA itaquè infatigabili eorum perſeverantiâ, in eodem anno, Deo annuente, indigenarum eleëmoſynis adeo illa ſucerevit Eccleſia, ut ibi ſeptemdecim ſub ditione prædicta Odonis Abbatis, Monachi ſubſtituerentur, & ad ſerviendum Deo & Sancto Martino ſecundùm S. Benedicti Regulam ordinarentur.

VIDENTES autem circummanentes aliquantulam Fratrum devotionem, terrarum quas antiquitus Abbatia illa tenuerat, Nobis fecêre mentionem, quatenus eas recolligeremus, & uſibus Fratrum quibus deputatæ fuerant pro remiſſione peccatorum noſtrorum redderemus. Quorum benevolis petitionibus, licet difficillimum videretur, benevolè condeſcendentes, Advocatum Radulphum, quem eas tenere didicimus, benignè convenimus, & pro conſolatione animæ ſuæ, quid ei ſuper hoc faciendum foret, ex officio noſtro intentè ſuggeſſimus. S. Spiritus gratiâ inflammatum illico cor hominis benignè ad omnia reſpondit; terras illas S. Martini quas in ſuo poſſidebat dominio, liberè ut eas Eccleſiæ illi reſtitueremus reddidit, aliaſque omnes ejuſdem ditionis quas in vadimonio ſeu in Beneficio alii de illo habebant, quomodocumque, ſeu per redemptionem, ſeu per eorum qui eas tenebant eleëmoſynariam manumiſſionem ad Eccleſiam devenire poſſent, liberas votivè conceſſit.

NOVERIT ergo ætas & ſexus omnis, quos contigerit audire, terras omnes illas, quas antiquitus Eccleſia tenuit, prædictum Radulphum unà Nobiſcum Eccleſiæ S. Martini, quâcumque horâ, quoquo modo ab illis qui eas hactenus habuere liberari poterunt, S. Martino liberè conceſſiſſe, & in uſus Fratrum inibi degentium à modo & in perpetuum habendas liberè reddidiſſe. Ut verò hæc noſtra recognitio inconvulſa maneat in ſæculum, Cartæ huic parvitatis noſtræ impreſſimus ſigillum; ut ſi quis eam ſcienter à modo violaverit, niſi ad emendationem redierit, Dei & SS omnium, & poſtmodum Excommunicationis noſtræ inenodabile incurrat vinculum.

S. D. Radbodi Epiſcopi.
S. Baldrici Archidiaconi.
Petri Cantoris.
Ernulphi Presbyteri.
Roſcelini Presbyteri.
Maurini Presbyteri.
Segardi Diaconi.
Aloldi Diaconi.
Stephani Subdiaconi.
Hugonis Subdiaconi.
Deſiderii Subdiaconi.
Landrici Acoliti.
Odonis Acoliti.
Hugonis Caſtellani.
Hugonis Calmacenſis.
Helmandi Militis.
Sagnationis Militis.
Galteri Tornacenſis Archidiaconi.
Petri Decani.
Herimanni Præpoſiti.
Elberti Cantoris.
Stephani Presbyteri.
Hellini Presbyteri.
Joannis Presbyteri.
Lotberti Diaconi.
Bernuini Subdiaconi.
Ingebrandi Acoliti.
Erardi Caſtellani.
Radulphi Advocati.
Gonteri Militis. &c.

ACTUM Noviomi Incarnationis Dominicæ
anno M. XCIV, Indictione primâ, regnante Rege 1094.
Philippo anno XXXVI. Domino Radbodo Epiſcopante anno XXVI.

EGO Guido Cancellarius legi & ſubterfirmavi.

EX his collige, antè Nortmannorum furorem in eodem loco non vulgarem extitiſſe Abbatiam; & à S. Eligio Epiſcopo Tornacenſi in memoriam S. Martini fuiſſe conſtructam anno 682. & inibi Baldredum Abbatem primum conſtituiſſe.

Ex Miræo de Orig. Benedict. Sanctus Eligius Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, dentes duos Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi cum haberet, quos pio affectu, ex maxilla Beati Præſulis extraxerat, cum ſacrum ejus corpus à Lothario Galliæ Rege aureæ capſæ includendum accepiſſet, indignum judicans ſacratiſſimos hoſce dentes, diutiùs apud ſe, ſine honore publico, retinere, ſtatuit eos publicè in Baſilicis honorandos deponere. Cum itaque apud Tornacum Nerviorum, prædicationis Evangelicæ munus obiret, montem amœniſſimum reperit, in quo Sanctum Martinum olim oraſſe, mortuumque ad vitam revocaſſe, conſtanter Incolæ adfirmabant.

Ratus itaque optimam propoſiti ſui exequendi occaſionem ſibi oblatam, in dicto monte, Opidi mœnis nunc incluſo, Baſilicam & Monachorum Cellas exædificavit, eoque in loco alterum Beati Martini dentem (alterum enim Noviomenſi Eccleſiæ dedit,) quem hodieque Monachi piè adſervant, reliquit.

Deſtructum eſt autem hoc S. Martini Cœnobium à Normannis Belgicam vaſtantibus, anno 882, ſoloque æquatum, præter Sacellum quod inter ruinas, meritis haud

dubiò

dubiè Beatorum Præſulum, ſubſiſtens, pòſt inſtaurationi occaſionem dedit.

Anno namque Chriſti 1092. poſtquam Odo, ſummæ Vir eruditionis, Aurelius Tornacum à Collegio Canonicorum B. Virginis evocatus, Scholiſque præfectus annos quinque Rectoris munere laudatiſſimè functus fuiſſet, & ſanctioris vitæ genus cum Diſcipulis ſuis aliquot, amplecti jam ſtatuiſſet, Radbodi Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi rogatu, B. Martini Sacellum, apud muros Urbis inter rudera adhuc ſubſiſtens, comitante Clero, Populoque applaudente, poſtridie Kal. Maias (qui dies tunc Dominicus erat) cum Sociis poſſidendum accepit.

Vixit autem cum ſuis primùm juxta Regulam S. Auguſtini: at poſtmodum, Haimerici III. Abbatis Aquicincti conſilium ſecutus, S. Benedicti habitum atque Inſtitutum aſſumſit. Anno verò 1105. ab inſtauratione Monaſterii decimo quarto, dictus Odo Abbas, ad Epiſcopatum Cameracenſem raptus eſt; relictis in Monaſterio, à ſe nuper exſtructo, Monachis Benedictinis ampliùs octoginta, quibus abiens Segardum Virum optimum præfecit, qui annis viginti & uno, magna cum laude, præfuit.

Narrationem Hiſtoricam Reſtaurationis Abbatiæ S. Martini Tornaci fusè & eleganter deſcripſit Herimannus ejuſdem Cœnobii Abbas ab anno 1124. uſque ad 1136, quo munus Abbatiale depoſuit. Extat in Spicilegio Veterum Scriptorum, *Domni Lucæ Acherii*, è Congregatione S. Mauri Ord. S. Benedicti Tomo XII. pag. 358. uſque ad 487. Editionis anni 1675.

CAPUT XXXIV.

GALCHERUS *Cameracenſis Epiſcopus probat atque confirmat fundationem Abbatiæ Jettenſis, Religioſorum Præmonſtratenſium, juxta Bruxellam, quæ nunc etiam dicitur Diligemenſis, anno* 1095.

Ex Archivis Capituli Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego GALCHERUS gratiâ Dei Cameracenſis Epiſcopus, Cellam quæ ſita eſt in Villa quæ *Jetta* nuncupatur, ad laudem Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI, in honorem S. MARIÆ Virginis, octavâ decimâ Kalendas Octobris, Deo annuente, dedicavi, atriumque diviſum benedixi, & ab hujus Villæ Parochia Altare, quidem favente Perſonâ ex nomine *Sichero* ſeparavi, & ut ad nullum cujuſcumque hereditatis, præter Sedem Cameracenſis Eccleſiæ, reſpiceret, liberum confirmavi.

AD uſus autem Fratrum in hoc loco Deo famulantium, Beatique AUGUSTINI Regulam obſervantium exonigerando, *Honulphus de Vulvrethem*, homo liber ac timens Deum duodecim Allodii ſui jugera omninò libera tranſtulit, decimamque de *Melbroeck* Deo ſuæque Genetrici pro redemptione animæ ſuæ, animarumque Matris ſuæ *Annæ*, Conjugiſque ſuæ *Renewidis*, ac Filiorum ſuorum *Lamberti* & *Wiacis*, omninò liberam tradidit; & dimidiam partem illius decimæ, quam habebat in *Vulvrethem*, ſimiliter dedit.

HIC autem prædictus *Honulphus*, cum noſtræ Dedicationis officio præſens eſſe non potuit, quemdam ſervum ſuum ad me miſit, qui ſupra Sancta Sanctorum juravit, ſe Fratribus Eccleſiæ, quæ prædicta ſunt, dediſſe. Præſenteſque fuerunt quàm-plures Liberi homines, qui teſtati ſunt, ſe donum vidiſſe & audiſſe; præſenſque fuit quidam liber homo, nomine *Steypo*, qui ex parte illius Domini hujus beneficium renovavit, & Altari in mea præſentia legitimè adaptavit.

EGO verò, ne quilibet mandatorum Dei tranſgreſſor hoc Statutum violare præſumeret, neque Solemnitatem Dedicationis infringeret, Pontificali banno interdixi, omninò etiam corroborans, remotâ omnium Laïcorum poteſtate, Fratrum eſſe, Abbatem Liberè eligere, & Cameracenſium Pontificis Paſtoralem Curam attribuere & benedictionem exhibere.

Ad quod Teſtes introducti Idonei ſunt.

Signum Radulphi Archidiaconi.
Signum Alardi Archidiaconi.
Signum Bernardi Archidiaconi.
Signum Alberici Præpoſiti.
Signum Fulgentii Abbatis.* — * Affligemenſis.
Signum Albaldi Cappellani.
Signum Godfridi Clerici.
Signum Ancelli,
Signum Gerardi,
Signum Godefridi,

Signa Clericorum Bruxellæ.

Tudonis Decani,
Alberti Scholaſtici,
Langenradi,
Henrici.

Signa Laïcorum.

Steyponis,
Galteri Fratris ejus,
Alardi,
Godeſonis,
Amelardi,
Ingrani,
Mazelini,
Franconis Filii ejus,
Franconis, Menzonis.

Hoc autem eſt factum anno Dominicæ Incarnationis M. XCV. Indictione III. prædicti 1095.
quidem Pontificatûs anno primo.

WIchmans in Brabantia Mariana fol. 746. dicit S. Amandum in *Jetta* Canonicus Regulares poſuiſſe anno 606; quibus amotis ſucceſſerunt Præmonſtratenſes. Anno 1140. Iwanus Comes Aloſtanus poſt mortem Walthelmi primi Abbatis, Eccleſiam Liedekerckenſem cum appendiciis ſuis *Lombeke* & *Streythem* (quæ hactenus Walthelmo ſubfuerant) ad uſum Ninivenſium tranſtulit, Authoritate Epiſcopi Cameracenſis.

Hinc non parva difficultas inter utrumque hinc Cœnobium *Jettenſe* ac Ninivenſe exorta eſt, quam S. Bernardus Abbas Clarævallenſis demum compoſuit. De qua re etiamnum extant Litteræ ipſius S. Bernardi manu exaratæ, cum appendente ſigillo Abbatiæ Clarævallenſis: viſunturque in Archivis utriuſque Abbatiæ præfatæ.

Anno 1230. floruit Jenenſis Abbas Daniel, qui per obitum Domini temporalis de *Dieleghem* obtinuit præfatum Dominium. Ex quo tempore huic Cœnobio Dilighemii nomen adhæſit, quod antea Jettenſe dicebatur, à Pago Jeth, in quo primò fundatum fuerat.

CAPUT XXXV.

BALDERICUS *Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus donat Eccleſiæ ſuæ Cathedrali Altaria de* Eſpain, Hollain *&* Marcque, *anno* 1100.

Ex Archivis MS. Cathedr. Tornac.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Ego (1) BALDRICUS Dei gratiâ Tornacenſium atque Noviomenſium Epiſcopus, univerſis Catholicæ Fidei cultoribus cum Sanctis in æternum gaudere Cœleſtibus.

SACRA Nos, Fratres, edocent Eloquia, ut qui Paſtores dicimur, pro commiſſis ovibus non ſolùm corpus ſed & animam ponere debeamus. Horum itaque documentis, Sanctorum quoque Patrum dictis monemur & exemplis, ut Sanctam Matrem Eccleſiam pronâ mentis & corporis devotione veneremur, & ad honorem ipſius exaltandum Filios ejus prædicationis gratiâ excitare, & Nos ipſi de propriis facultatibus ſtudeamus opem impendere.

NOTUM ſit igitur præſentium, & futurorum Fidelium prudentiæ; quatuor Altaria, primum videlicet in Villa *Dons* noncupata, ſecundum in Villa(2) *Spethem* dictâ, tertium in Villa quæ dicitur(3) *Aulin*, quartum in Villa quæ appellatur(4) *Marcha*, quæ Alulfus Tornacenſis Eccleſiæ Canonicus ſub Perſonatu tenebat, conſilio & aſſenſu Lamberti Archidiaconi noſtrorumque Clericorum eidem Eccleſiæ Tornacenſi, petitione & aſſenſu ejuſdem Alulfi me liberè conceſſiſſe, ſalvis redditibus Epiſcopi & Miniſtrorum ejus: tali ſcilicet conditione quod ipſa Tornacenſis Eccleſia poſt deceſſum Alulfi prædicta Altaria teneat, & ſub perpetua libertate poſſideat.

CONSTITUIMUS etiam, & Pontificali Auctoritate, prece & rogatu ipſius Alulphi corroboravimus, ut poſt deceſſum ejus de redditibus ſupradictorum Altarium in eadem Eccleſia duo efficiantur & conſtituantur Canonici, qui cum ceteris Canonicis coæquales Præbendas habeant, & canonicè cum eiſdem Omnipotenti Deo ſerviant.

NE ergo temerariâ præſumptione hujuſmodi Conſtitutionem quis violare præſumat, ſub anathematis interdictione Privilegium hoc confirmavi, & Sigilli mei impreſſione corroboravi.

Signum Domini Baldrici Epiſcopi.
Signum Lamberti Archidiaconi.
Signum Petri Decani.
Signum Herimanni Præpoſiti.
Signum Balduini Cantoris.
Signum Goſuini Presbyteri.
Signum Henrici Decani.
Signum Hellini Presbyteri.
Signum Letberti Diaconi.
Signum Domni Sicheri.
Signum Goteri.
Signum Geldulfi.
Signum Letberti.
Signum Gonteri.
Signum Gualteri.
Signum Leduini.
Signum Guerici.
Signum Adæ.
Signum Erbaldi.
Signum Sicheri.

ACTUM Tornaci anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo, Indictione VIII, regnante Rege Philippo, Domno B. Epiſcopante, Roberto Marchiſo Flandriæ Principatum optinente.

Signum Guidonis Cancellarii.

(1) BALDERICUS, Præſul ſuo Ævo doctiſſimus ac celeberrimus, de quo vide ſupra pag. 80.

(2) SPETHEM, vulgò *Eſpain*, Parochia in Tornaceſio.

(3) AULAIN, vulgò *Hollain*, etiam Parochia in Tornaceſio.

(4) MARCHA, vulgò *Marcq en Bareul*, Parochia propè Inſulas, ſed Tornaceſii ditionis.

CAPUT XXXVI.

Idem BALDERICUS *Epiſcopus, amotis Sanctimonialibus, Clericos ſæculares in Eccleſia B. Mariæ Brugis reſtituit anno* 1101; *ſimulque recenſet Erectionem Collegii Canonicorum inibi factam anno* 1091 *per Prædeceſſorem ſuum* RADBODUM *Epiſcopum.*

Ex MS. Archivis B. M. Brugis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

EGO BALDERICUS, Dei gratiâ Tornacenſis ſeu Noviomenſis Epiſcopus, cognitum volo fieri univerſis S. Matris Eccleſiæ Fidalibus futuris & præſentibus, Anteceſſorem meum beatæ memoriæ Dominum RATBODUM Epiſcopum Eccleſiæ S. Mariæ Brugenſis, petitione & aſſenſu Bertulfi & Gummari, qui Altare illud ſub Perſonatu tenebant, libertatis Privilegium condonaſſe, & Canonicos inibi conſtituiſſe, atque prædictum Gummarum in Præpoſitum eis præfeciſſe.

NON multo verò poſt tempore contigit eumdem Gummarum Præpoſitum acceptâ licentiâ

io partes Lotharingiæ ſtudii cauſâ perrexiſſe, atque Privilegium illud in Eccleſia ſua ſub cuſtodia Bertulfi dimiſiſſe. Videns igitur idem Bertultus, Canonicos quos in primis rogaverat in eadem Eccleſia conſtitui, Canonicè forſitan non agere, intentionem quam priùs habebat mutavit, & ad Dominum noſtrum Ratbodum Epiſcopum veniens Privilegium retulit, dicens: ſe conſilio & aſſenſu Gummari Præpoſiti & Canonicorum illud referre; ipſos etiam omnes, ut Sanctimoniales in loco eorum ſtabiliret, obſecrare, quod & factum eſt.

Post aliquantum verò temporis Gummarus Præpoſitus rediens, & hæc omnia in præſentia Domini Epiſcopi ſe neſciſſe referens, Privilegium ſuum ſibi reddi, Canonicoſque iterum inibi petivit reſtitui. Cujus petitioni cum Dominus Epiſcopus abſque conſilio ſeu judicio Coëpiſcoporum nollet acquieſcere, contigit quadam inſequenti die Dominum Manaſſem Archiepiſcopum Remenſem Diæceſis Suffraganeos Coëpiſcopos Remis convocaſſe. Qui in præſentia Domini Archiepiſcopi convenientes, atque hac de cauſa cum Canonicis Remenſis Eccleſiæ judicantes, Domino noſtro Epiſcopo ſuper eadem ſciſcitanti tale dederunt reſponſum: Gummaro ſcilicet ſuum debere reddi Privilegium, quandoquidem Curam quàm ab Epiſcopo accepiſſet, eidem Epiſcopo præſens non reddidiſſet.

Hoc itaque accepto conſilio, Dominus Epiſcopus non longo poſt temporis intervallo, antequam Gummaro Privilegium illud redderetur, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Quo defuncto, annuente Dei miſericordiâ in Epiſcopum electus, Metropolitanam Sedem adiit, ibique Gummaro præſente & Privilegium ſuum reclamante, ex ſententia Domini Archiepiſcopi & ex meo Præcepto dies in Capitulo Tornacenſi coram Lamberto Archidiacono determinatus eſt. Quo in die Canonici, Abbates, necnon & cæteræ ejuſdem Eccleſiæ perſonæ, prout antea in Remenſi Eccleſia exquiſiverant, ſcilicet Privilegium confirmandum, plenario diffinivêre judicio. Pontificali igitur conſecratione ſuſceptâ, Me in Sancta Tornacenſi Eccleſia in Synodo prima præſidente, Gummaro quoque Privilegium ſuum ſibi reddi acclamante, conſonâ Clericorum noſtrorum voce, Lamberto Archidiacono aſſentiente, Privilegium ejus quod in prædicta tranſmutatione factum fuerat, ut præſens teſtatur Pagina, reſcribi atque noſtræ Authoritatis ſigno feci corroborari.

Hic incipit Privilegium erectionis Collegii Eccleſiæ B. Mariæ Brugis.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Ratbodus minimus omnium Epiſcoporum Noviomenſium ſeu Tornacenſium notum eſſe volo generationi omnium Fidelium, tam præſentibus, quàm eis qui ſuccedent impoſterum, Eccleſiæ Sanctæ Mariæ quæ Brugis eſt libertatis me hujuſmodi conceſſiſſe Privilegium.

Bertulfus ſiquidem & Gomarus, qui Altare illud ſub Perſonatu diu habuerant, per Gualterum tunc temporis Archidiaconum cæteroſque Clericos infatigabili me precum inſtantiâ interpellaverunt, quatenus Altare illud de manibus eorum liberè recipiendum, ab omni ſæculari exactione liberè abſolverem, & de redditibus ejuſdem Altaris, & aliis quæ ibi ob remiſſionem peccatorum ſuorum voverant, Canonicos ad ſerviendum inibi ordinarem. Quorum benevolę petitioni aurem benevolam accomodans, prædictum S. Mariæ Altare ſicut petierant liberè recepi. Canonicis inibi conſtituendis, canonicè Prælatum ſuum eligendi poteſtatem conceſſi, cui Epiſcopus Canonicorum curam commendaret ſpiritualem; providentiam quoque ſubſtantiæ temporalem. Et Prælatus ipſe ab Epiſcopo utramque ſuſcipiens Prælationem, in utroque Canonicam & debitam Epiſcopo exhiberet ſubjectionem. Ipſi quoque Prælato electo à Canonicis, & canonicè ab Epiſcopo ſubſtituto canonicè Præbendas diſponendi facultas permaneret; & unoquoque anno in Feſtivitate Sanctorum Apoſtolorum Symonis & Judæ quinque ſolidos Epiſcopo pro reſpectu Eccleſiæ ſolveret. Quia verò in dominio Epiſcopi prædicta manet Eccleſia, Confratrum noſtrorum conſilio altiùs quiddam ei ſubſcripſi. Malefactores ſcilicet Eccleſiæ illius canonicè excommunicandi eis, abſolvendique poteſtatem conceſſi. Eâ tamen conditione, ut ſi per Miniſtros Epiſcopi Excommunicatio confirmata fuerit, Epiſcopo & Miniſtris ejus emendatio ſolvatur Excommunicationis. Ut autem hoc hujus Conceſſionis Privilegium amodo non poſſit diſſolvi, Cartam hanc ſub Teſtimonio Sacerdotum & Clericorum Sigillo meo juſſi confirmari.

S. Domini Radbodi Epiſcopi.
S. Gualteri Archidiaconi.
S. Henrici Decani.
S. Gualteri Cuſtodis.
S. Hermanni Præpoſiti.
S. Sicheri Cantoris.
S. Letberti,
S. Odardi Scholaſtici.
S. Hermari Noviomenſis Decani.
S. Dudonis, Remenſis.
S. Lamberti.

Actum Tornaci IIII. Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis MXCI. Indictione quartâ-decimâ, regnante Rege Philippo anno XXXIII. Domino Ratbodo Epiſcopante anno XXIII.

Ego Guido Cancellarius ſubſcripſi.

Hoc igitur Privilegium, Venerabilis Ratbodi Epiſcopi Auctoritate confirmatum, Ego Baldericus Dei gratiâ id quod ſum, Sigilli mei impreſſione reconfirmo. Et ne quis hujus libertatis violator exiſtat, ſub nomine anathematis interdico.

S. Domini Balderici Epiſcopi.
S. Lamberti Archidiaconi.
S. Petri Decani.
S. Gonteri Præpoſiti.
S. Balduini Cantoris.
S. Letberti,
S. Guarmundi Scholaſtici.
S. Tachelini,
S. Berneri,
S. Deſiderii,
S. Radulfi,

S. Dodini

S. Dodini Brugenſis Decani.
S. Tancradi,
S. Bernardi.

Actum Tornaci pridiè Kal. Aprilis anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo III. primo, Indictione nonâ, Epiſcopante Domino Baldrico anno III.

Ego Guido Cancellarius ſubterfirmavi.

CAPUT XXXVII.

Paschalis II. *Pontifex, circa annum* 1102. *confirmat Conſtitutum Balderici Epiſcopi Tornacenſis ac Noviomenſis, de Eccleſia Collegiata B. Mariæ Brugis, de qua Cap. præcedenti.*

Ex Archivis MS. B. M. Brugis.

PASCHALIS Servus Servorum Dei, dilecto Filio Gummaro ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Officii noſtri Nos hortatur Auctoritas, pro Eccleſiarum ſtatu ſolicitos eſſe, & quæ rectè ſtatuta ſunt ſtabilire.

QUAM ob rem tuis precibus annuentes, Conceſſionem Fratris noſtri Baldrici Tornacenſis Epiſcopi, qui Parochiali Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæ apud Brugenſe Oppidum eſt, te petente conceſſit, Nos quoque præſentis Decreti Auctoritate firmamus. Stabilimus enim, ut illud Altare Beatæ Mariæ ab omni ſeculari exactione liberum conſervetur; Canonici illic conſtituti canonicè Prælatum ſuum eligendi poteſtatem habeant, cui Epiſcopus Canonicorum curam commendet ſpiritualem, providentiam quoque ſubſtantiæ temporalem; & Prælatus ipſe ab Epiſcopo utramque Prælationem ſuſcipiat, & in utroque Canonicam & debitam Epiſcopo exhibeat ſubjectionem. Ipſi quoque Prælato electo à Canonicis, & canonicè ab Epiſcopo conſtituto, canonicè Præbendas diſponendi facultas permaneat; & unoquoque anno in Feſtivitate Sanctorum Symonis & Judæ quinque ſolidos pro reſpectu Eccleſiæ ſolvat.

PORRÒ Fratres ipſi malefactores Eccleſiæ ipſius canonicè excommunicandi abſolvendique poteſtate utantur.

QUÆCUMQUE verò vel in præſenti eadem Eccleſia poſſidet, vel in futurum largiente Domino legaliter poſſidere contigerit, Fratribus illic Domino ſervientibus quieta ſemper & integra conſerventur.

UT autem hæc omnia perpetuâ ſtabilitate perſiſtant, Spiritûs Sancti judicio & Apoſtolicæ Auctoritatis Sanctione ſancimus.

DATUM Laterani VI. Idus April. Indictione XIII.

CAPUT XXXVIII.

Balduinus *Hamoniæ Comes, &* Ida *Mater ejus fundant Monaſterium S. Salvii, nunc Abbatiam Ordinis Cluniacenſis juxta Valencenas anno* 1103. *quod ſuo Diplomate declarat* Manasses *Archiepiſcopus Remenſis.*

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outreman.

BALDUINUS Comes, & Mater ejus IDA Eccleſiam S. Salvii jure hæreditario poſſidebant: quàm ab eis in beneficium Adelendis de Aldenarda tenebat, à qua eam Geraldus de Landaſt, & Uxor Comitiſſa, ab his etiam Almandus & Richildis Uxor ejus, necnon Gaterus eorum Filius tenuiſſe noſcuntur.

QUI enormitatem ſcelerum ſuorum abhorrentes, & ne diutius in ſtercore ſuo computreſcerent, ea plangere ſatagentes, ſupra memorati omnes in eamdem concurrentes voluntatem, pari voto, pariqne conſenſu divini timoris pariter & amoris reſpectu, à prædictæ Eccleſiæ injuſta poſſeſſione emancipaverunt, & ejus Inveſtituram in manus Domni Manaſſæ tunc temporis Cameracenſis Epiſcopi, ut eam S. Petro, & Monaſterio Cluniacenſi largiretur, depoſuerunt.

QUAM obviis manibus Domnus Manaſſes ſupradictus Epiſcopus ſuſcepit, & eam Monaſterio Cluniacenſi liberam, ſalvâ tamen in omnibus ſubjectione & obedientia Cameracenſis Eccleſiæ, cum omnibus ejuſdem pertinentibus, perpetuò tenendum conceſſit. Contulit præterea idem Manaſſes ad prædictam S. Salvii Eccleſiam Altare S. Gaugerici, & abſque perſonarum ſucceſſione, ſalvo jure Epiſcopali, æternaliter poſſidendum impertivit; eâ tantùm Religioſâ pactione interpoſitâ, ut inde quotannis ſub cenſu auri uncia, vel æquè valens pretium Eccleſiæ Cameracenſi uſibus Canonicorum in Feſtivitate Lucæ Evangeliſtæ perſolvatur.

PRÆFIXAS igitur Sanctiones Monaſterio Cluniacenſi tam de Eccleſia S. Salvii, quàm ad eamdem Eccleſiam de Altari S. Gaugerici factas, Ego Manaſſes, non meis meritis, ſed supernâ diſpenſante gratiâ Rhemorum Archiepiſcopus, ratas in perpetuum cuſtodiri volens, laudavi, atque Auctoritatis noſtræ Paginâ approbavi. Et ne in poſterum contradicentium cavil-

cavillationibus diſſolvatur, anathematis ſententiâ, idoneis etiam Teſtibus, cum noſtræ imaginis impreſſione roboravi.

S. Manaſſæ Sueſſionenſis Epiſcopi.
S. Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi.
S. Joannis Morinenſis Epiſcopi.
S. Gervaſii Archidiaconi.
S. Rudolfi Præpoſiti.

ACTUM Rhemis anno Incarnati Verbi mille- 1103
ſimo centeſimo tertio, Indictione x, regnante Francorum Rege Philippo anno xi, Archiepiſcopatûs Domni Manaſſæ ix.

FULCHARDUS Cancellarius recognovit, ſcripſit, & ſubſcripſit.

CAPUT XXXIX.

ODO *Cameracenſis Epiſcopus confirmat donationes factas Abbatiæ Jettenſi, nunc Diligemienſi, Ordinis Præmonſtratenſis, anno* 1106.

Ex MS. Archivis Capit. Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ODO Dei gratiâ Cameracenſium Epiſcopus pacem & ſalutem cunctis Chriſti Fidelibus.

NOTUM ſit omnibus Chriſti Fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod in diebus noſtris inſtinctu & hortatu noſtro atque *Walthelmi* Abbatis, *Everardus Rodulphus* Tornacenſis, ob Uxoris ſuæ *Helwidis* animæ memoriam, conceſſione & Traditione *Galteri* Filii ſui decem & octo terræ bonarios cum domiſtationibus ad ipſos pertinentibus, & cum prato trium partium jugerl, liberos ab omni Advocatia Eccleſiæ *Jettenſi* & *Walthelmo* Abbati atque Succeſſoribus ejus tradidit, abſque alicujus contradictione.

QUIDQUID autem juris habebant in hoc beneficio *Waltherus* Sacerdos, & Goda Vidua quædam Religioſa ſupradicta, Everardo Rodulfo coram Hominibus ſuis, antea tradiderant & exſeſtucaverant.

QUICUMQUE aliquid horum infringere præſumpſerit, maledictioni atque execrationi ſubjaceat. Pax igitur & benedictio conſervaturos contegat; diſſipatores verò ultio æterni ignis cum diabolo feriat. Et ut hoc ratum & inconvulſum permaneat, Paginam hanc ſubnotato teſtimonio Sigilli noſtri auctoritate armamus.

ACTUM Cameraci anno MCVI, Præſulatûs 1106.
noſtri anno primo.

CAPUT XL.

BURCHARDUS *Epiſcopus Ultrajectenſis donat Eccleſiæ S. Salvatoris ibidem jus Patronatûs & decimas terræ VVaſianæ in Flandria anno* 1108.

Ex Hiſtoria Ultraject.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, & in honorem omnium Sanctorum.

Cum opera miſericordiæ impenſa minimis Chriſti, Chriſtum reficiunt, ſperamus etiam illum honorari in illis, qui quolibet & humili loco teneantur apud homines, apud Deum probantur, meritis excelſi.

EGO ergo BURCHARDUS Divinâ miſericordiâ Epiſcopus contuli Sanctis ad Eccleſiam S. Salvatoris, quæ vetus dicitur, Eccleſias, de *Bockholt*, & Eccleſiam de * *Haveſche*, & Eccleſiam de *Axele*, & Capellam de *Hulſt*, cum omnibus appenditiis earum, decimis majoribus & minoribus, cultis & incultis, acquiſitis & acquirendis in perpetuum.

* Poto Aſnoie.

VOLENS & conſtituens, ut quod pro meis neceſſitatibus de theſauris Eccleſiæ mutuum accepi, priùs ad plenum reſtauretur; poſtea verò pertineat ad tectum reficiendum & ad luminaria, ut per merita Sanctorum mea tecta ſint peccata, & ipſi impetrent lucernam pedibus meis in die tenebrarum & caliginum.

DIMISI etiam ipſas Eccleſias liberas à circatu & ab omni Epiſcopali ſervitio; niſi fortè ſit opus in patria viſitatione, & præſentia Epiſcopi.

QUOD ut ratum maneat & ſtabile, fideles Teſtes in Traditione adhibui, Cartâ & Sigillo præcepi confirmari.

ACTUM publicè, anno ab Incarnatione Domini MCVIII. Indictione I. ſub Regno Henrici V. 1108.
ſub Sacerdotio Paſchalis Papæ, Burchardo in Trajecto Præſulatum agente, ſub præſentia & Teſtimonio iſtorum Clericorum, qui ſunt

Anſfridus,
Luthardus,
Engelbertus, Præpoſiti.
Lambertus,
Razo,
Adelardus,
Gerbertus,
Everwacrus,
Albero,
Theodor.
Ubio,

Wichardus,

Wichardus, Remfridus, Lebuinus,
Reynoldus, Otto, Franco, Gevehardus,
Canonici.
Laici verò, Wilhelmus Advocatus,
Wilhelmus Comes,
Godeſridus,
Giſelbertus.
Et hi liberi, Otto, Ialo, Giſelbertus.

WAſia, olim *Foreſtum Waſda*, à Ludovico Germaniæ Rege donata fuit anno 869. Theoderico Comiti, quem fuiſſe Avum Theoderici I. Hollandiæ Comitis, communis habet opinio. Vide Tabulas ſupra editas à Miræo Cod. Donat. Piar. pag. 33. Ita Waſia cum adjacentibus Officiis, vulgo *Vier Ambachten*, Bouchout, Aſſenede, Axel & Huilt, paruit Comitibus Hollandiæ uſque ad annum 1157, quo Philippus Alſatius Comes Flandriæ has terras Florentio Hollandiæ Comiti ereptas Flandricı juris fecit. Vide Meierum & Sanderum.

· In ſpiritualibus quoque paruerunt Ultrajectenſi Epiſcopo uſque ad annum 1559. uti ex hoc conſtat Diplomate, & ex ſupra dictis pag. 45. in Notis.

CAPUT XLI.

ODO *Epiſcopus Cameracenſis donat Abbatiæ de Cortembergbe, Monialium Ordinis S. Benedicti juxta Bruxellam, Altaria de Cortembergh, Noſſeghem & Quaederebbe*, *anno* 1110.

Ex Archivis Ms. Capit. Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti. ODO, Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, cunctis Chriſti Fidelibus ſalutem in Chriſto Jeſu.

NOVERINT tam futuri quàm præſentes; quia dum loca Parochiæ meæ perquirerem, quænam ſub Religione, quænam alio modo eſſent, inveni locum apud *Curtenberge*, Ducis GODEFRIDI aſſenſu & auxilio, necnon & Advocatorum *Arnulfi* & *Gualteri*, ſervitio Ancillarum Dei jam ex parte decoratum, quem precibus Archidiaconorum meorum & Fidelium, ampliare curavi;

IN eo ſcilicet, quod Altare illud à debitis annuatim obſoniis Epiſcopalibus liberum mei Auctoritate feci, & debita illa in uſus inibi Deo ac Sanctæ ejuſdem Genitrici Mariæ Sanctoque Amando famulantium perdonavi.

CONCESSI etiam Altare de * *Quatrebbe* & Altare de * *Nothengem* prædictæ Eccleſiæ, libera à Perſonis. Sic tamen, ut per ſingulos annos jura Epiſcopalia Epiſcopo & Miniſtris ejus ex eiſdem ſolvantur.

* Alias Quercpe. * Noſſeghem.

STATUI ſiquidem, ut Presbyteri horum & ſupradicti Altaris, de manu Epiſcopi Curam animarum accipiant; Capitula Archidiaconi & Decani obſervent; Abbatiſſa loci illius in Feſtivitate Lucæ Evangeliſtæ ad Synodum Cameracenſem veniat.

SI quis autem contra hoc noſtræ Inſtitutionis Privilegium venire tentaverit, fiat reus, & alienus à conſpectu Domini, donec reſipuerit.

ET ut hoc fixum maneat, ſubterſignatorum Teſtimonio corroboravi.

S. Domini Fulgentii Abbatis Affligimenſis.
S. Domini Giſleberti Ehamenſis Abbatis.
S. Radulfi eorumdem Altarium Archidiaconi.
S. Domini Gualtelmi Jettenſis Abbatis.
S. Domini Martini Bornehenſis Abbatis.
S. Evrardi Archidiaconi,
S. Gualberti Iſlenſis,
S. Bernardi, Gerardi, Mazelini, Canonicorum.
S. Oilardi, Alberti, Bruſſellenſium Clericorum.
S. Giſleberti,
S. Thiboldi Ronnacenſium.

ACTUM anno Incarnati Verbi MCX. Præſu- 1110.
latûs verò mei v. Indictione III. Epactâ XXVIII.

CAPUT XLII.

Idem ODO *Cameracenſis Epiſcopus varias Eccleſias liberas, aliaque beneficia concedit Abbatiæ Jettenſi ſeu Diligemenſi, Ord. Præmonſtr. anno* 1112.

Ex Archivis Ms. Capit. Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego ODO Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus.

CELLAM quæ ſita eſt in Villa, quæ *Jetta* nuncupatur, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti in honorem S. Mariæ Virginis, octavo Kal. Octobris Deo annuente dedicavi, atriumque aſſignatum benedixi, & ut ad nullium cujuſcumque hereditatis, præter Sedem Cameracenſis Eccleſiæ reſpiceret, liberam confirmavi. Et ſi pro alicujus culpa inbannitur terra, remotis omnibus inbannitis hæc cantet Eccleſia.

ET quia nos omnium domeſticorum in exaltatione S. Eccleſiæ promptiſſimorum bonæ voluntati congaudere debemus, decet nos etiam, ſi quid à nobis petierint, non abnuere, ut ſemper ad vitam proficiant, noſtro exemplo præeunte.

EGO itaque petitionem Galtelmi Abbatis Filii mei, quem propriis manibus conſecravi, non reprobandam æſtimavi, quærentis ut Pa-

rochialem Eccleſiam *Jettenſem* cum appendicio ſuo *Gansberen*, & *Moſengenſem* Eccleſiam atque *Humbecenſem* libertate donarem.

Quam petitionem bonam judicans, ideoque paternè exaudiens, prædictas Eccleſias ab omni exactione debitiſque obſoniis liberas facio, & in Eccleſia S. Mariæ *Jettenſi* Fratribus trado.

Deinde benignè concedo, ut ſuam Electionem liberè habeant in Abbate conſtituendo: Electus verò Cameracenſi Epiſcopo præſentetur, ut ab eo ſine ulla contradictione conſecretur.

Ipse quoque Abbas ad Synodum ire non cogatur, niſi ſigillatis Epiſcopi Litteris fuerit ammonitus.

Ad uſus autem Fratrum in hoc loco Deo famulantium, Beatique Auguſtini Regulam obſervantium *Onulphus de Wolverthem* homo liber ac timens Deum Fundator Eccleſiæ, ob redemptionem animæ ſuæ animarumque Matris ſuæ *Avæ*, Conjugiſque ſuæ *Remudis*, Parentumque ac Filiorum ſuorum *Wilhelmi*, *Waltheri*, *Lamberti*, *Sigeri*, *Godeſcalci*, *Euſtacii*, *Arnoldi*, nobiliſque Filiæ ſuæ *Avæ*, XIV. Allodii ſui bonarios, & Cambam cum appendiciis ſuis, quæ ſolvit ſingulis annis X. & VI. modios avenæ ad menſuram Bruxellenſem, & Allodium molendini in *Jeth*, & decimam quam habebat in *Wolverthem*, allodiumque decimæ de *Melbroeck*, Deo ſuæque Sanctæ Genetrici ſervientibus in ſupradicta Eccleſia tradidit.

Defuncto Filio ſuo *Lamberto* IX. terræ bonarios eidem dedit Eccleſiæ; pro anima Wilhelmi Filii ſui VI. terræ bonarios contulit; pro anima *Sigeri* dederunt Fratres ſui & Domina *Ava* Soror ipſorum IX. terræ bonarios & decimam totius Villæ, cum in IX. manipulis dividitur, duos manipulos & tertiam partem alneti ſuperaddiderunt.

Eustacius VI. ſolidos dedit in * *Rochem*, Domina *Ava* & Frater ejus, Allodium XII. bonariorum ſecus Villam quæ dicitur *Selleca* Eccleſiæ dederunt. • * Vulgo Roſſem, appendix de Wolverthem;

Nostræ verò Dedicationis officio interfuerunt duo liberi homines *Waltherus* & *Arnoldus* Filii Onulphi cum Sorore eorum Domina *Ava*, qui omnes donum prædictorum beneficiorum renovaverunt & Altari in mea præſentia legitimè attitulari fecerunt.

Ut autem hoc ratum omni tempore habeatur, atque à nullo præſumptore maligno violetur, quoſlibet diſſipatores horum beneficiorum à ſinu Matris Eccleſiæ ſegregatos publicè excommunicavi, niſi ad emendationem & ſatisfactionem venerint.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis MCXII. Præſulatûs noſtri anno VII, imperante Henrico V. 1112

Teſtes hujus Confirmationis ſunt hi.

Signum Joannis Archidiaconi.
Signum Ancelli Archidiaconi.
Signum Rodulfi Archidiaconi.
Signum Theodorici Archidiaconi.
Signum Everardi Archidiaconi.
Signum Erlebaldi Archidiaconi.
Signum Adæ Abbatis.
Signum Reneri Abbatis.
Signum Goffridi Abbatis.
Signum Ernaldi Abbatis.
Signum Maſtelini.
Livini, Capellanorum.
Signum Roberti Cantoris.
Gerardi.
Herevardi.

Ego Gerinbaldus legi & recognovi.

CAPUT XLIII.

Baldericus *Epiſcopus Tornacenſis Donationem Altaris de* Beveren *in VVaſia pro Eccleſia ſua acceptat anno* 1112; *aliaque conſtituit de Vicariis, & de Anniverſariis Canonicorum Tornacenſium.*

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Baldericus Dei gratiâ Noviomenſium atque Tornacenſium Epiſcopus, dilecto Fratri *Gotero* Tornacenſis Eccleſiæ Decano, ſibique ſucceſſuris Fratribus in perpetuum.

Quoniam pervigili Paternæ ſollicitudinis intentione ſubditorum neceſſitatibus Nos oportet ex debito ſubvenire, & ut in Domo Dei Eccleſiaſtici Ordinis dignitas perſeveret ac multiplicari debeat, ſinceræ diſcretionis oculo providere; ad id proſequendum ac confirmandum, totâ mentis inſtantiâ curam debemus efficaciter adhibere: debemus etiam benevolè Deo ſervientium petitionibus aurem inclinare, quatinus ſi quid boni petierint, incunctanter valeant impetrare.

Noverint ſiquidem præſentes & futuri, Te Frater Gotere Tornacenſis Eccleſiæ Decanum & Gonterum Præpoſitum cum cæteris Eccleſiæ Fratribus ad Nos veniſſe, & ut Altare de *Beverne*, quod in Gantia ipſe Gonterus ſub Perſonatu tenebat, eidem Eccleſiæ ac Fratribus in perpetuum concederemus, humiliter poſtulaſſe; tali tamen conditione, ut de redditibus ipſius Altaris ac Altarium de *Felines* & *Wendin* ac bonorum præſenti vel futurâ largitione, duo Presbyteri in eadem Eccleſia Vicarii ſubſtituantur, qui electione Capituli à Te vel Succeſſoribus tuis Decanis Vicariarum dona ſuſcipiant, nullique Vicarias illas niſi Sacerdotes umquam obtineant.

Nos verò tuam ac ipſius Gonteri Præpoſiti cæterorumque Fratrum petitionem ſuſcipiendam

dam perpendentes, Lamberti Archidiaconi, necnon Clericorum noſtrorum aſſenſu, pro Anniverſarii noſtri & ipſius Archidiaconi commemoratione ſupradictum Altare Sanctæ Mariæ Tornacenſis Fratribus in perpetuum conceſſimus, & Vicarios Sacerdotes inibi ſicut dictum eſt ſubſtituendos confirmavimus. Presbyter autem qui Altario deſervierit, Curam ab Epiſcopo vel ejus Miniſtris ſuſcipiat, & Synodalia jura ei perſolvat.

Præterea totius Capituli aſſenſu conceſſimus, ut quolibet Canonico mortis caſu decedente, per anni ſubſequentis ſpacium ſuâ vel Capituli providentiâ Præbendæ redditus ad defuncti remedium deliberentur; &, ſi quid debuerit, priùs perſolvatur; cætera animæ beneficio reſerventur.

Hæc autem prænominata Pontificali Auctoritate confirmavimus, & ſubſcriptorum Teſtimonio corroboravimus.

Signum Goteri Decani.
Signum Lamberti Archidiaconi.
Signum Gonteri Præpoſiti.
Signum Balduini Cantoris.
Signum Henrici Decani.
Signum Berneri Capellani.
Signum Radulfi,
Signum Gerrici,
Signum Letberti,
Signum Erbaldi,
Signum Guiberti,
Signum Gualteri,
Signum Movini.

Actum anno Dominicæ Incarnationis MCXII. Epiſcopante Domno Baldrico, Indi- 1112.
ctione V.

CAPUT XLIV.

Godebaldus *Epiſcopus Ultrajectenſis Eccleſiam B. Mariæ Brugis ſibi revendicat anno* 1116, *conſtituens Præpoſitum illius debere eligi è gremio Canonicorum Cathedralis Ultrajectinæ, eumdemque Præpoſitum jure ſuo conferre Præbendas in ſua Eccleſia vacantes.*

Ex MS. Archivis Eccl. B.M. Brugis.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, & Beatæ Dei Genitricis Mariæ. Notum ſit omnibus Fidelibus tam præſentibus quàm futuris: quia Præcepto Godebaldi Venerabilis Epiſcopi & communi conſilio Prioratûs ſui, Litardus Præpoſitus, Eccleſiam quæ eſt in * Siſcla cum ſuis appendiciis diu injuſtè & per ſubreptionem à ſuo Capite alienatam ad proprios uſus Fratrum requiſivit; quam annuente Deò, & manifeſtâ juſtitiâ atteſtante, ſub teſtimonio probabilium perſonarum in Tornacenſi Synodo priſtino honori ſuo reformari fecit.

* Ziſſecle, juxta Brugas.

Ut autem indiſſolubili pacis vinculo ſupradicta poſſeſſio ſanctæ Congregationi Beati Martini perpetuò ſtabiliretur, Eccleſia Sanctæ Mariæ in *Brugge*, quæ erat priùs in Siſſecla Matri ſuæ ſubjecta, communi aſſenſu Capituli Sancti Martini libertati eſt aſſignata & tradita; quam libertatem qualicumque ratione priùs confirmaverat Apoſtol ca Auctoritas.

Est autem hujus Traditionis talis conditio: Si quando Canonici ejuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ priventur ſuo Præpoſito, unus ex eis cum aſſenſu ſuorum Confratrum Trajectum veniens in Capitulo Sancti Martini, Præpoſitum ſibi dari orabit, quem Decanus & Fratres communiter ſucceſſione perpetuâ, omni reſpectu Epiſcopi & Majoris Præpoſiti excluſo, tamquam ſuper propria & ſpeciali poſſeſſione ſua providebunt, & illius electioni tradent.

Statutum eſt etiam in Capitulo, ut idem Frater Brugenſis, donec exſpectatione Præpoſiti ſui pendebit, communi providentiâ Fratrum procuretur. Tradito autem ſibi Præpoſito, ei tantùm adhæreat: etiam, ſi neceſſe fuerit, ſumptum in repatriando ſufficientem ab eodem ſuſcipiat.

Præterea ad majorem concordiæ unitatem viſum eſt Fratribus pium & honeſtum, ut quandocumque aliquis Fratrum illorum huc venerit, more Clauſtrali ſe habeat, Chorum frequentet, & obedientiam Decano tamquam ceteri ſervet.

Quia igitur ſic eſt unita & incorporata huic Eccleſiæ illa, quotieſcumque aliquis ex iſtis vel illis Fratribus obierit, utriuſque obitus utrique Congregationi denuntietur, ut trigeſimus dies depoſitionis ejus, Anniverſariis, Vigiliis, Orationibus, Pſalmis & Miſſis ſtatutis ritè celebretur.

Ut autem hæc rata & inconcuſſa maneant, communi aſſenſu Fratrum juſſa eſt hæc Carta conſcribi, & Sigilli ſui impreſſione firmari, ut ſi quis conetur eam diſſipare, anathemati perpetuæ damnationis ſubjaceat.

Tradita eſt anno Incarnationis Dominicæ 1116.
milleſimo centeſimo decimo ſexto, Indictione IX, anno II. Epiſcopatûs God.

Hujus rei Teſtes fuêre hi Trajectenſis Eccleſiæ,

Lidbertus Decanus,
Altetus,
Theodoricus Archidiaconus,
Littardus Præpoſitus,
Hugo,
Luzo,
Hardbert,

Blidgerus,

Blidgerus,
Clemarus,
Baldericus, & ceteri Fratres,
Rodbertus Tornacenſis Archidiaconus,
Bertulphus Brugenſis Præpoſitus,
Helias Decanus,
Lita,
Blitro,
Balduinus,
Corelo,
Ripertus,
Guaibertus,
Simoo, & ceteri Brugenſes.

Poſt diſceſſum alicujus Canonici S. Mariæ, Præpoſitus communi aſſenſu Fratrum alium Canonicum conſtituat.

S. Radulphi Sacerdotis & Canonici Sanctæ Mariæ.
Signum Sigebodi,
S. Erembaldi Cao.

CAPUT XLV.

CAROLUS BONUS *Comes Flandriæ confirmat anno* 1120. *jura atque poſſeſſiones Abbatiæ Blandinienſis Gandavi.*

Ex De Cheſne in documentis Familiæ de Gandavo.

KAROLUS (1) Dei gratiâ Comes Flandriæ, & Filius Regis Daciæ, univerſis Eccleſiæ Filiis tam præſeotibus quàm futuris in perpetuum. Cùm Divina providentia, in cujus manu ſunt omnium poteſtates & jura regnorum, poſt deceſſum inclyti Comitis BALDUINI ſcilicet oepotis mei, in Principatum Flandriæ me ſublimaſſet, Venerabilis & ut credimus dilectus Deo & hominibus Abbas Sancti Petri Gandenſis noſtram adiit præſentiam, humiliter petens, ut ad imitationem Prædeceſſorum noſtrorum, qui prædictæ Eccleſiæ de proprietate ſui juris plurima contulerunt; ad imitationem quoque Regum Franciæ, qui à Prædeceſſoribus meis Eccleſiæ collata anulo ſui Palacii ad confirmamentum inſigniri fecerunt: Nos quoque Eccleſiæ bona Sigilli noſtri Auctoritate confirmaremus.

CUJUS rationabili petitiooi refragari nec valentes nec volentes, decrevimus, & prohibemus, ne quis in rebus prælibati loci ſecularium ſive Clericorum ſive laïcorum manum mittat.

NON quilibet Princeps vim aliquam inferat, nullúſque judex publicus, nec quilibet ex judiciaria poteſtate io Eccleſias, aut loca, aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Cœnobii, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, vel fidejuſſores tolleodos, aut homines ejuſdem Monaſterii tam ingenuos quàm ſervos ſuper terram ipſius commorantes abſque Abbatis juſſu diſtringendos, vel ullas redibitiones aut illicitas occaſiones inquirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi valeat, vel ea quæ memorata ſunt ſuprà, penitus exigere præſumat; nec de ordinationibus Monaſterii ſui niſi ab eo rogatus ſecundùm Regulam Sancti Benedicti ſe quiſquam intromittat. Res autem quas confirmamus hæ ſunt.

IN primis, à portu Gandeoſi ſecus Scaldim fluvium uſque Scuringhem, & exinde in directum uſque in Legiam. In Pago circum Fiſcum regium Harnes dictum cum omnibus pertinentiis. In Bracbanto Carum terram cum Eccleſia, & Campinium cum omni integretate. In Pago Curtracenſe Beverna & Therſlinghem cum ſuis appendiciis. Holinium cum omnibus ad ſe pertioentibus. Aulinghem quoque cum ſuis pertinentiis, ſcilicet & Teſſe cum omni integritate. Decimam quoque de *Ooſtburg* tam de terra veteri quàm de nova, ſcilicet & brocarias io Teſtrep & Gerſta.

HÆC omnia, & ſiqus alia Eccleſia in Principatûs noſtri locis poſſidet, prædictæ Eccleſiæ Auctoritatis ooſtræ munimento coofirmamus; & ne quis in rebus prælibati loci vim aliquam vel injuriam inferat prohibemus.

Ut autem hoc ratum permaneat, præſentem Paginam in Teſtimonium Sigilli noſtri impreſſione ſigoari, & Teſtium nomina ſubſcribi fecimus.

Signum KAROLI Comitis.
S. Sigeri Caſtellani.
S. Balduini de Aloſt.
S. Gerardi Camerarii.
S. Razoois de Gavere.
S. Theoderici de Beverne.
S. Balduini de Hervin.
S. Goſuini de Novenkercke.
S. Reineri de Zuumaerde.
S. Everardi de Gant.
S. Arnoldi de Vvindeke.
S. Godefridi de Ultra-Legiam.

ACTUM Gandavi aono Domini MCXX. anno Principatûs ooſtri primo. 1120

(1) CAROLUS, cognomento *Bonus* Comes Flandriæ, occiſus Brugis anno 1127. de quo vide ſupra Miræum pag. 372. in Notis.

Recenſetur ibidem fragmentum hujus Diplomatis, quod hic integrum exhibemus ex Du Cheſnio in Documentis Familiæ Gandavillanæ.

CAPUT XLVI.

LAMBERTUS *Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis, Eccleſiam Collegiatam B. Mariæ Brugis reſtituit juriſdictioni Epiſcopi Ultrajectenſis, anno* 1122.

Ex MS. Archivis Eccl B. M. Brugis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego LAMBERTUS Tornacenſis ac Noviomenſis Eccleſiæ Dei gratiâ Epiſcopus, notum facio cunctis fidelibus Chriſti, tam præſentibus, quam futuris, Trajectenſem Eccleſiam diu ſpoliatam fuiſſe à legitima ſua poſſeſſione, quæ eſt in *Syſſeele*, & appendiciis ejus, per violcotiam quorumdam Brugenſium Clericorum, Bertulfi ſcilicet & Gummari Filii ejus, & per multos annos non potuiſſe cooſequi juſtitiam ſuam; licet tam *Ratbodum* quàm Baldericum Prædeceſſores meos ſæpè ſuper hujuſmodi injuria interpellaverit.

NOVISSIME verò in diebus noſtris Frater Litardus ſupradictæ Eccleſiæ Canooicus, ad Capitulum Brugis pro hujuſmodi negotio communi conſilio venit, qui Renifridum hujus injuriæ heredem ad audientiam Domini Cononis Romanæ Eccleſiæ Legati invitavit. Quod cum factum eſſet: poſtea idem Frater Litardus me Pariſiis convenit, & in audientia Domini Cononis Legati, & mei, ac totius Sacri Conventûs cauſam ſuam ſeriatim expoſuit. Ubi perceptâ veritate expoſitæ cauſæ, ipſe Dominus Legatus præſens in præſenti, proclamatorem cum cauſa ſua ſub certo die, ſcilicet termino Tornacenſis Synodi, commendavit; ubi & Remfridus invaſor & Litardus proclamator repræſentarentur, ut diſcuſsâ utriuſque causâ Synodali jure cuncta terminarentur.

CUM ergo ventum eſſet ad Synodum, in facie totius Tornacenſis Eccleſiæ acclamante juſtitiâ, cognitâ ibidem veritate, Remfridus judicio Canonico compulſus eſt recognoſcere & reddere quod diu violenter tam ipſe quàm Prædeceſſores ſui in uſus ſuos contraxerant, & emendare in facie Eccleſiæ quod ſub anathemate tantâ temeritate poſſederant.

HUJUS tam manifeſtæ & comprobatæ veritatis, Ego teſtis & aſſertor, ſub anathemate interdico, ne quis præſumat Eccleſiam Trajectenſem in prædicta poſſeſſione tamdiu afflictam ulteriùs contra jus ioquietare.

EGO verò timore Dei & Fraternâ charitate admonitus, hanc legem Præpoſito Sanctæ Mariæ in Brugis & Canooicis ſuis, de Capitulo Saocti Martini io Trajecto jure perpetuò coo- Vide ſupra pag. 961.
ceſſi, ut unum de Canonicis Sanctæ Mariæ in Brugis vel quemlibet alium idoneum reſponſalem habeant, & per eum Synodalia jura, vel quæcumque Canonica juſtitia exigit, tamquam per legitimam perſonam, peragant.

ACTA ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCXXII. Indictione quintâ decimâ, regnante Ludovico Rege Franciæ, Lamberto Noviomis pontificante, Caliſto Papâ univerſalem Eccleſiam ſub Chriſto regente.

HÆC ſunt oomina Teſtium, qui huic Actioni interfuere.

Signum Rodbodi Archidiaconi,
S. Gotheri Decani,
S. Walkeri Theſaurarii,
S. Theodorici Præpoſiti,
S. Tidberti Cantoris,
S. Henrici Decani,
S. Lidberti,
S. Gerici,
S. Walteri,
S. Hugonis,
S. Albrici Capellani,
S. Bernardi,
S. Nicolai,
S. Thancranni Decani,
S. Almalrici Decani,
S. Hunradi Decani,
S. Folcardi Decani,
S. Sigabodi,
S. Erambaldi,
S. Gotelonis,
S. Balduini,
S. Riperti.

EGO Hugo Cancellarius interfui & ſubſignavi.

CAPUT XLVII.

SIMON *Epiſcopus Tornacenſis in ſua Cathedrali inſtituit Præbendam & Officium Hoſpitalarii anno* 1126.

Ex MS. Archivis Eccl Tornacenſ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego SIMON Dei gratiâ Tornacenſis Eccleſiæ atque Noviomenſis humilis Miniſter electus, Filiis Canonicis Sanctæ Mariæ Tornacenſis tam præſentibus quàm ſucceſſuris in perpetuum.

BEATUS qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Domious. Quàm ob rem veſtris precibus, prout digoum eſt, cum debita caritate condeſcendentes, juxta deſiderium & petitionem cariſſimi Filii noſtri Goteri Decani, Præbendam ipſius Vobis veſtriſque

ſtriſque Succeſſoribus in perpetuum diſtribuendam ita concedimus: Ad arbitrium Capituli & Canonicorum Perſona idonea ac Sacerdotalis eligetur, quæ & debitum in Eccleſia officium convenienter exhibere, pauperum quoque & infirmorum, qui in Hoſpitali erunt, curam gerere poſſit. Quæ etiam, ſi aliquo tempore minus convenienter ſive negligenter, tam in ſervitio Eccleſiæ, quàm in Miniſterio pauperum ſe habuerit, quotieſcumque ita contigerit, ex ipſo veſtro arbitrio ſit eandem mutare, & aliam juxta præfixum tenorem ſubſtituere.

Sane in ipſa Præbenda talem Vobis diſtributionem, talem electionem, talemque mutationem in perpetuum concedimus; Nobis noſtriſque Succeſſoribus donum & inveſtituram reſervantes; ſcilicet, ut cum electa fuerit à Vobis talis Perſona, Nobis ſive noſtris Succeſſoribus præſentabitur, & abſque ulla exactione ſeu contradictione, per manum ſive per Litteras noſtras, ſi quandoque abſentes fuerimus, ſub præmiſſa diviſione inveſtietur.

Hoc ut firmum Vobis & inconvulſum in æternum permaneat, Sigilli noſtri impreſſione corroboramus, Divinâ & Epiſcopali Authoritate ſub anathemate confirmantes.

Actum eſt anno ab Incarnatione Domini MCXXVI. Indictione IV. 1126.

Signum Roberti Archidiaconi.
S. Goteri Decani.
S. Theodorici Præpoſiti &c.

Ego Hugo Cancellarius ſubſcripſi hæc.

CAPUT XLVIII.

Burchardus *Cameracenſis Epiſcopus, Monialibus Cortenbergenſibus Ordinis S. Benedicti concedit jus Patronatûs Eccleſiarum de* Hombeke & Leeſt, *juxta Mechliniam, anno* 1129.

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Anderlecæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Burchardus Divinâ miſeratione Cameracenſium Epiſcopus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Postulatione Cortenbergenſis Eccleſiæ, Abbatiſſæ & ejuſdem loci Congregationis ſibi commiſſæ, imò etiam Nos Paſtoralitatis curâ ad bene poſtulata cogente, præfatæ Eccleſiæ duo Altaria de *Hombeeck* ſcilicet & *Leeſt* ad uſus inibi Deo ſervientium libera & abſque Perſona concedimus: ita tamen ut de redditu Epiſcopali Nobis aut Miniſtris noſtris Abbatiſſa quotannis reſpondeat, & Presbyter ibi cantaturus de manu noſtra Curam accipiat, & Capitula Archidiaconi & Decani cuſtodiat.

Ut igitur hoc firmum & inconvulſum permaneat, ſub imaginis noſtræ impreſſione ſignavimus, & autenticarum Perſonarum noſtrarum teſtimonio corroboravimus.

S. Anſelli corundem Altarium Archidiaconi.
S. Erleboldi Præpoſiti & Archidiaconi.
Joaonis Archidiaconi.
Gerardi Archidiaconi.
Celardi Decani.
Roberti Cantoris.
S. Ethumenſii Abbatis.
S. Balduini Decani.
S. Giſleberti.
Rotberti Decani.
Riberti Sub-decani.

Actum anno Incarnati Verbi milleſimo 1129.
centeſimo vigeſimo-nono, Indictione ſeptimâ, Præſulatûs verò mei Burchardi anno XIII.

Ego Wenegaldus Cancellarius ſcripſi & recognovi.

CAPUT XLIX.

Capitulum S. Mariæ Cameracenſe concedit Canonicis S. Rumoldi Mechliniæ Altare de Mechlinia anno 1134. *Donationemque confirmat anno ſequenti* Lietardus *Epiſcopus.*

Fragmentum ex Actis S. Rumoldi.

ERLEBOLDUS Præpoſitus, Gerardus Decanus, & quando cum eis eſt, S. Mariæ Cameracenſe Capitulum, Venerabili Fratri ſuo Ranaldo, Machlinienſis Eccleſiæ Decano & Fratribus ſuis canonicè ſubſtitutis & ſubſtituendis in perpetuum. Altare de Machlinia cum appendiciis ſuis, exceptâ dote & capitalibus, Vobis cenſualiter concedimus; eo quidem tenore, ut in Feſtivitate Sancti Lucæ duæ marcæ, & in Palmis duæ marcæ Colonienſis ponderis, & argenti Cameracenſis, Cameraci Miniſtris noſtris, ſub teſtimonio à Fratribus veſtris, ſingulis annis perſolvantur, quod ſi dotem & familiam Altaris jure noſtro conquiſierimus, ea vobis cenſu convenienti aſſignabimus.

Actum Cameraci anno MCXXXIV. 1134.

Lietar-

LIETARDUS Cameracenſis Epiſcopus &c.

PETITIONI dilecti & Fidelis amici noſtri Raduardi, Machlinienſis Eccleſiæ Canonici atque Curiæ Imperialis Capellani, nec non Cameracenſis Eccleſiæ Fratrum, Altare prædictæ Machlinienſis Eccleſiæ, à Fratribus Cameracenſibus Sanctæ Mariæ, qui collatione liberalitatis illud poſſident, præfatæ Machlinienſis Eccleſiæ Fratribus, in cenſum quatuor marcarum quotannis perſolvendarum, jure perpetuo conceſſum, noſtrâ Auctoritate confirmamus, & irrefragabiliter, ſæpiùs memoratæ Machlinienſis Eccleſiæ Fratribus poſſidendum corroboramus. Nos verò ſæpè dictam Machlinienſem Eccleſiam, pro amore & veneratione amplectentes, eamdem ligandi ſolvendique poteſtatem, quâ nunc noſtra Cameracenſis Eccleſia in malefactores * ſe ſuos, ipſi concedimus.

* An nos ſuos [illegible]

UT autem hujus Traditionis conceſſio ſemper inconvulſa atque inviolata permaneat, per præſentem Paginam, appoſitâ Sigilli noſtri impreſſione confirmamus, datâ obſervatoribus pace, & prævaricatoribus maledictione.

ACTUM anno MCXXXV. 1135.

CAPUT L.

SIMON, *Sedium unitarum Tornacenſis atque Noviomenſis poſtremus Epiſcopus, conſtituit anno 1135, Canonicos Tornacenſes ad perſonalem reſidentiam ſub jure-jurando teneri.*

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen.

PROPHETA David per præſcientiam Divini Spiritûs intuens, quomodo fraterna cohabitatio ſtatum Eccleſiæ conſervat incolumem : quaſi de animi ratione & gaudio interiori prorumpit in Laudem : *Ecce*, inquiens, *quàm bonum & quàm jucundum habitare Fratres in unum.* Quod enim plerumque diſpoſitione Fratrum Eccleſia deſolatur, *Jheremias*, in eodem Spiritu conqueritur, dum, *ſedere ſolam Civitatem plenam populo, factam eſſe quaſi Viduam Dominam Gentium*, lamentatur.

SANE hæc deſolatio temporibus noſtris non vaſtitate hoſtili, ſed ambitione reprehenſibili videtur fieri : dum qui *quærunt quæ ſua ſunt non quæ Jheſu Chriſti*, alibi titulos Canonicorum ſuſcipiunt, & alibi manſiones ſibi conſtituunt.

CUJUS rei periculum Ego SIMON Dei gratiâ Tornacenſis Eccleſiæ Miniſter conſiderans ad noſtrum ſpectare officium, monitus prece Fratrum & Abbatum conſilio, illâ quâ fungor ordinante Domino Pontificis Auctoritate decerno, ut à die iſta & deinceps neminem in Canonicum Tornacenſis Eccleſia recipiat, niſi ſtabilitatem ejuſdem loci quamdiu Præbendam tenere voluerit, jure-jurando promittat. Quod ſi Tranſgreſſor hujus Privilegii poſtea ad commanendum aliàs migraverit, Præbendæ ſuæ abrenuntiaſſe judicetur, & aliquando redeunti ad eam nullus aditus aperiatur.

ILLUD etiam præcipimus tam præſentibus quàm futuris Eccleſiæ noſtræ Filiis, ut in Fraternitatem ſuam neminem admittant, niſi priùs juraverit in Conventu Fratrum, propter illud beneficium obtinendum nec per interpoſitam perſonam aliquid muneris eſſe datum vel promiſſum.

Hoc igitur remedium Conſtitutionis noſtræ, quo & præſentibus Fratribus ſuccurrere, & futuris cogitamus occurrere, ut ratum & illibatum apud præſentes & poſteros permaneat, Litteris annotavimus, Sigillo noſtro munivimus, tranſgreſſores perpetuo, niſi reſipuerint, anathemate dampnamus.

Signum Goteri Decani.
S. Theodorici Cuſtodis.
S. Hugonis Cancellarii.
S. Gualteri Cantoris.
S. Mainardi.
S. Gerrici.
S. Movini.
S. Letberti.
S. Balduini.
S. Heribrandi.
S. (1) Abſalonis Abbatis.
S. (2) Herimanni Abbatis.
S. (3) Ogeri Abbatis.
S. (4) Everardi Abbatis S. Bavonis.
S (5) Theodorici Abbatis S. Eligii.
S. Leonis Abbatis Lobienſis.

ACTUM in Tornacenſi Synodo anno ab Incarnatione Domini M.C.XXXV, IV. Idus Martii. 1135

(1) ABSALON. Abbas S. Amandi ſeu Elnonenſis, poſt obitum Epiſcopi Amonis poſtulatus primus Epiſcopus Tornacenſium, rebus nondum confectis obiit anno 1145.

(2) HERIMANNUS, Abbas Monaſterii Sancti Martini in Civitate Tornacenſi, ſuprà Capite trigeſimo tertio in Notis, paginâ 954. laudatus.

(3) OGERUS, Abbas S. Medardi, nunc S. Nicolai de Pratis Tornaci, de quo ſupra pag. 378.

(4) EVERARDUS, Abbas S. Bavonis, quæ olim erat Abbatia Benedictorum Gandavi, nunc mutata in Collegium Canonicorum ſecularium.

(5) THEODORICUS, Abbas S. Eligii Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Urbe Noviomenſi.

CAPUT LI.

INNOCENTIUS II. *Pontifex Diplomate miſſo ad Canonicum Hoſpitalarium Tornaci, confirmat poſſeſſiones Hoſpitalis ibidem, anno* 1138.

Ex MS. Archivis Ecclesiæ Tornac.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Gerardo Adminiſtratori Hoſpitalis Domûs Tornacenſis ejuſque Succeſſoribus in perpetuum.

APOSTOLICÆ Sedis clementiæ convenit defenſionibus pauperum tuitione propitiâ providere. Ea propter, dilecte in Domino Fili Gerarde, tuis deſideriis clementer annuimus, & Hoſpitalem Domum, quam ad ſervitium pauperum & Omnipotentis Dei gloriam adminiſtras atque gubernas, ſub Beati Petri & noſtra tutela ſuſcipimus, eamque præſentis Scripti paginâ communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæque bona idem venerabilis locus in præſentiarum legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis Domino propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. videlicet,

IN Urbe Tornacenſi Domum pauperum & aliam quamdam Domum, quæ ſingulis annis certos redditus ſolvunt, & inſuper molendinum unum.

IN Pago Tornacenſi, Altare de *Warconio* & Curtem unam, cum terris ad eam pertinentibus.

IN Pago Bracbatenſi Altare de *Velana* & tres Curtes, cum terris, ſilvis & pratis ad eas pertinentibus.

Vide ſupra pag. 961.

PRÆBENDAM quoque unam à Venerabili Fratre noſtro Symone Tornacenſi Epiſcopo vobis pro ſua devotione conceſſam; ut videlicet decedente Gotero Decano, eam Sacerdos à Capitulo electus accipiat, qui & Curæ pauperum ſollicitè ſerviat, & de ipſa Hoſpitali Domo nichil accipiat, ſed potiùs de Præbenda ſibi neceſſaria providebit, & ad Altare Sanctæ Mariæ Sacerdotis perſolvet officium.

QUI Sacerdos ſi, quod abſit, erga pauperes Chriſti negligentiùs ſe habuerit, & admonitus corrigi contempſerit; amoto eo, electione iterum Capituli alius ſubſtituetur utilior.

CUI etiam Sacerdoti, convocatis ſenioribus Civibus in veſtro Capitulo, de Laïcis Vir boni teſtimonii ſocius eligetur, ad diſpenſationem temporalium & curam diligentiſſimam pauperibus adhibendam.

DECERNIMUS ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Domum noſtram Hoſpitalem temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare: ſed omnia integra conſerventur uſibus pauperum omnimodis profutura. Si quis autem auſu temerario id attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, & excommunicationi ſubjaceat. Conſervantes autem habeant peccatorum ſuorum veniam, & eorumdem Apoſtolorum benedictionem & gratiam conſequantur. Amen. Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

DATUM Laterani per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, XVII. Kal. Maii, Indict. II. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XXXVIII. Ponti- 1138
ficatûs verò Domini Innocentii II. Papæ anno decimo.

CAPUT LII.

NICOLAUS *Cameracenſis Epiſcopus benefacit Abbatiæ Parcenſi Ordinis Præmonſtratenſis juxta Lovanium, anno* 1139.

Ex Hiſtoria Abbatiæ Parcenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, NICOLAUS Dei gratiâ Cameracenſium Epiſcopus, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Eccleſiarum commoditatibus officii noſtri debito providentes, quæ in Diœceſi noſtra Principum munificentiâ ſeu quorumlibet oblatione Fidelium, Eccleſiis conferuntur, Præſulatûs noſtri Auctoritate, prout æquum eſt, confirmare ſatagimus.

IGITUR notum fieri volumus, qualiter GODEFRIDUS Lotharingiæ Dux illuſtris & glorioſus, annuentibus Filiis ſuis, Godefrido videlicet atque Henrico, Allodium in proprii fageti loco, qui hereditas Domini nuncupabatur, prope Villam quam *Fosban* appellamus, Eccleſiæ Dei ſemperque Virginis Mariæ de Parcho Lovanienſi, Domino quoque Symoni Abbati, & Fratribus ejus, ad tenorem Præmonſtrati Ordinis illic degentibus, ſolo ſupremæ remunerationis intuitu liberè donaverit, eo quidem felicis intentionis reſpectu, quatenùs ad cœleſtia tendentibus, de ſuis facultatibus viaticum miniſtraret.

PRÆTEREA ſcire convenit, quod Walterus de

de Crainhem, Vir liberalis, inſpirante Divinâ gratiâ, terram de Morſlo cum veſtitu nemoris, collateralem vivario ſupra memorati loci, quæ à prædicto Duce, ad ipſum Walterum & poſteros ſuos derivabat, devotiſſimo ejuſdem Ducis aſſenſu, ibidem Deo militantibus pro ſalute animæ ſuæ contulerit.

Nos autem, ne in futurum controverſiæ vel inquietudinis adversùs prædictos pauperes Chriſti aliqua oriatur occaſio, ſecuros ab omnimoda exactione eos efficimus; atque ab omni decima tam agriculturæ, quàm nutricationis animalium emancipamus.

DECERNIMUS etiam, ut quidquid in præſens & deinceps, de circumjacenti ſilva, oblatione Fidelium, conceſſione Principum, ſeu aliis quibuſcumque juſtis modis, adipiſci poterunt, ſi ligonibus foſſoriis in arabile territorium redigere voluerint, nihilominùs eos ab omni decima novalium abſolvimus. Nec non cimiterium, quod noſtri juris eſſe liquet, in ſepulturam Fratrum & Sororum ibidem haberi concedimus.

UT autem hæc præfatæ Eccleſiæ illibata conſerventur, uſibus pauperum Chriſti profutura, datâ conſervatoribus pace, in prævaricatores, quoad reſipuerint, excommunicationis gladium extendimus.

S. Theodorici Archidiaconi,
S. Johannis,
Alardi,
Theodorici, Archidiaconorum.
S. Guidonis Præpoſiti,
S. Gerardi Decani & Archidiaconi,
Guidonis,
Walteri,
Guirenboldi,
Item Guirenboldi,
Hugonis,
Item Hugonis,
Bartholomei,
Euſtachii,
Herivardi,
Radulfi, Canonicorum.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo nono, Indi- 1139.
ctione primâ, Epactâ ſeptimâ, Præſulatûs Domini Nicolai ſecundo.

Ego Guirenboldus Cancellarius recenſui.

CAPUT LIII.

SIMON *Veromanduorum Comitis Filius, Sedium unitarum Tornacenſis ac Noviomenſis poſtremus Epiſcopus, recenſet atque confirmat Altaria Eccleſiæ Abbatiali S. Petri Gandavi Ordinis S. Benedicti olim conceſſa, anno* 1140.

Ex MS. Archivis Capit. Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti.

SIMON, Dei gratiâ Tornacenſium & Noviomenſium Epiſcopus, dilecto Filio SIGERO Abbati S. Petri in Blandinio, & Eccleſiæ ſuæ, cunctiſque Succeſſoribus ejus in eodem loco ſubſtituendis, pacem & ſalutem perpetuam.

AD hoc diſpenſatione divinâ ceteris præmoti ſumus in Eccleſia, ut ea, quæ in Diœceſis noſtræ Cœnobiis oneri ſunt Deo famulantibus, ope ſimul & induſtriâ relevemus; tam animæ noſtræ ſaluti conſulentes, quàm eorum paci & utilitati proſpicientes.

QUAPROPTER, Sigere cariſſime Fili, Abbas S. Petri Blandinienſis, tuæ inſtantiæ, tuorumque Fratrum rationabilibus precibus non inconvenienter flexi, Altaria Ecclefiarum, quæ in Tornacenſi Epiſcopio ſub Perſonatu nunc uſque veſtra tenuit Eccleſia, & à Perſonis & ab omni Perſonali ſucceſſione deinceps libera, Tibi atque Eccleſiæ tuæ, cunctiſque Succeſſoribus tuis conſtituimus in perpetuum poſſidenda.

Altare ſcilicet *B. Mariæ* cum appenditiis ſuis, Altare de *Ooſtburg* cum appenditiis ſuis, Altare de *Flordeſlo* cum appenditiis ſuis, Altare de *Eka*, Altare de *Ondeghem*, de *Aſſenede*, Altare de *Weſterhem*, Altare de *Lovendeghem*, Altare de *Bergina*, Altare de *Kenſeka*, Altare de *Calsforde*, Altare de *Oudeghem*, Altare de *Herlegem*, Altare de *Hondeghem*, Altare de *Altrive*, Altare de *Avelghem*, Altare de *Othegem*, Altare de *Boſſut*, Altare de *Holain*, Altare de *Ramelgys*, Altare de *Temſeka*, Altare de *Hanetieres*, Altare de *Merxem*, Altare de *Champhinio*, Altáre de *Carvin*.

EO quidem tenore hæc concedimus, ut Abbas S. Petri Blandinienſis Eccleſiæ omnium ſuorum Altarium ipſe, & Succeſſores ſui, & Eccleſia ſua ſit Perſona, Synodiſque Tornacenſibus interſit, & jura Pontificalia ſingulis annis perſolvat.

INSUPER inconvulsè confirmamus, ut Presbyteri ad eadem Altaria miniſtraturi priùs ab Abbate & ab Eccleſia ſua electi, deinceps Epiſcopo vel Archidiacono ſeu Decano præſententur, à quibus Curam animarum ſuſcipiant, neque Capitula Archidiaconi vel Decani ſui obſervare contradicant.

AD memoriam igitur noſtræ donationis & benevolentiæ, conceſſum eſt etiam ab Abbate & Fratribus Blandinienſis Eccleſiæ, ut me obeunte, obitûs mei dies in Kalendario annotetur, & Anniverſarium in eodem Cœnobio ſingulis annis ſolemniter celebretur.

Si quis ergo huic noſtro Decreto contravenire tentaverit, admonitus, ſi non reſipuerit, huoc Auctoritate Domini, omniumque Sanctorum, & noſtrâ, à corpore Sanctæ Matris Eccleſiæ ſequeſtramus. Et ne impoſterum aliquâ occaſione deleatur, noſtri Sigilli impreſſione ſubſignavimus.

Signum Abſalonis Abbatis S. Amandi.
Signum Gualteri Abbatis S. Martini Tornaceuſis.
Signum Gerardi Abbatis S. Nicolai de Prato.
Signum Giſelleni Abbatis S. Nicolai de Sylva.
Signum Theodorici Abbatis S. Eligii.
Signum Everardi Abbatis S. Bavonis Gandenſis.
Signum Goſwini Abbatis Truncinienſis.
Signum Rogeri Canonici.
Signum Segeri de ......
Signum Werici Decani Gandenſis.
Signum Ramneri Decani Brugenſis.

Actum ab Incarnatione Domini M. C. XL. Conc. I. Indict. 1140

Ego Hugo Cardinalis recenſui.

CAPUT LIV.

Nicolaus *Cameracenſis Epiſcopus recenſet atque confirmat Donationes factas Abbatiæ Jettenſi, ſeu Diligemienſi juxta Bruxellas, anno* 1145.

Ex iiſdem Archivis.

Nicolaus Divinâ miſeratione Cameracenſis Epiſcopus, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Debito charitatis affectu Eccleſiæ B. ac perpetuæ Virginis Dei Genitricis Mariæ de Jeth compatientes, temporalibus beneficiis augmentare ſtuduimus: illa omnia quæ Prædeceſſores noſtri cæterique Fideles pro ſalute animarum ſuarum eidem Eccleſiæ legitimis Donationibus contulerunt; petitione & dilectione Fratris *Walteri* ejuſdem Eccleſiæ Abbatis in hoc noſtro Privilegio renovare & confirmare curavimus.

Altare videlicet in *Jeth*, cum appendicio ſuo *Gansboren*, Altare *Heembecæ*, exceptis obſoniis quæ noſtri juris ſunt, Altare *Jmmechiæ*, Altare *Moſenchem*, quæ libera ſunt.

Ad arcendas igitur quorumlibet infeſtationes, prævaricatores quoad reſipuerint, excommunicationis nodo conligamus, & ſubſignato canonico Teſtimonio ſub Sigilli noſtri appoſitione hujus noſtri Decreti Paginam confirmamus.

Signum Theodorici Præpoſiti & Archidiaconi ejuſdem loci,
S. Johannis Archidiaconi,
S. Alardi Archidiaconi,
S. Evrardi Archidiaconi,
S. Gerardi Decani, & Archidiaconi,
S. Gualteri Cantoris,
S. Eremboldi,
Gualteri,
Gerardi, Sacerdotum.
S. Bartholomei,
Willelmi,
Radulphi,
Galteri, Levitarum.
S. Roberti,
Euſtacii,
Geroldi,
Adam, Sublevitarum.

Actum anno ab Incarnatione Domini MCXLV. Indictione IX. Præſulatûs Domini Nicolai IX. 1145

Ego Gumtimboldus Cancellarius ſcripſi & recognovi.

CAPUT LV.

Eugenius III. *Pontifex enumerat atque confirmat poſſeſſiones præfatæ Abbatiæ Jettenſis, anno* 1147.

Ex iiſdem Archivis.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Gualtero Abbati Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Jettenſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

Desiderium quod ad Religionis propoſitum animarumque ſalutem pertinere monſtratur, animo Nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impartiri ſuffragium.

Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, præfatam S. Mariæ Eccleſiam ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcepimus & præſentis ſcripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium,

Digitized by Google

deliom, ſeu aliis joſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Altare de *Jeth* cum Capella de *Gansborna*, Altare de *Heembeca*, Altare de *Leewa*, Capella de *Moſenghem*, Capella de *Himethea*, cum omnibus pertinentiis eorum; decimam de *Melbrouck*; tertiam partem dicimæ in *Vulvrethem* ex dono *Ornulphi* & Filiorum ejus; quinquaginta jugera terræ & ſex ſolidos in *Rochem*, moleodinum in *Jeth*, alnetum quod eſt juxta Eccleſiam, ex dono Euwani & Sororis ejus; tria jugera terræ ex dono Ducis *Godefridi*; pratum de *Heembeca*, plauſtrata lignorum de ſilva quæ *Zonia* dicitur ſingulis diebus; terram quam dederunt *Alardus* & *Reinerus*; ex dono *Godeſſonis* duo jugera terræ; tria jugera terræ, quæ dedit *Radulſus*.

Decernimus ergo, ut nulli omoino bominum liceat præfatam Eccleſiam temerare, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu qoibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omoia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnino profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Authoritate, Diœceſanique Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Domini noſtri Jeſu-Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit Pax Domioi noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſignavi.
Ego Albertus Oſtienſis Epiſcopus ſignavi.
Ego Odo Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aoreom.
Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Gregnrius Diaconus Cardinalis S. Angeli.
Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis.
H. Johannis & Pauli Signum.
Ego Gillebertus indignus Sacerdos.
Marci Signum.
Ego Iacintus Diaconus Cardioalis S. Mariæ in Coſmedino.

Datum Catalauni per manum Brizonis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis Cancellarii, IX. Kal. Novembris, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVII, Pon- 1147.
tificatûs verò Domini Eugenii Papæ III. anno III.

CAPUT LVI.

Nicolaus *Epiſcopus Cameracenſis confirmat anno* 1147. *Donationem Eccleſiarum de* Hockenzela, *de* Wavera *& de* Scella *factam Capitulo Mechlinienſi à Prædeceſſoribus ſuis.*

Ex iiſdem Archivis.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Nicolaus Divinâ miſeratione Cameracenſis Epiſcopus, tam futuris, quàm præſentibus, in perpetuum.

Ex Officio Paſtoralitatis inſtruimor, Eccleſiarum noſtrarum curam indeſinenter gerere, & earum paci ac utilitati, prout poſſumus, debitâ ſollicitudine providere.

Petitionem igitur Fidelium noſtrorum paternâ pietate admittentes, dilectis Filiis noſtris Mechlinienſis Eccleſiæ Canonicis, Altare de (1) *Hockenzelá* & Altare de (2) *Wavera*, Altare quoque de (3) *Scella*, quæ à Prædeceſſoribus noſtris eis canonicè collata ſunt, libera & imperſonata, ſalvis nimirum noſtris Miniſtrorumque noſtrorum debitis, perpetuo jure poſſidenda concedimus & aſſignamus.

Concedimus etiam eiſdem Fratribus, ut Altare Mechlinienſis Eccleſiæ, quod à Came- Vide pag. 964.
racenſis Eccleſiæ Canonicis ſub cenſu quatuor marcharum ſingulis annis perſolvendarum ſuſceperunt, perpetuâ pace & ſtabilitate poſſideant; ita tamen ut Matri Eccleſiæ Cameracenſi ſtatutis terminis de debito cenſu reſpondeant.

Ut igitur hæc rata & ioconvulſa perpetualiter permaneant, præſeotis Paginæ Scripto & Sigilli noſtri appoſitione confirmamus, & ſubſignato Teſtimonio corroboramus; datâ quoque conſervatoribus benedictione; prævaricatoribus, ut, quoad reſipiſcant, induantur confuſione.

S. Egerici (4) Cellenſis Eccleſiæ Abbatis.
S. Algotis Criſpinienſis Eccleſiæ Abbatis.
S. Gualteri, Raulphi Clerici, Canonicorum.

Actum Verbi Incarnati milleſimo centeſi- 1147.
mo quadrageſimo ſeptimo, Præſulatûs Domini Nicolai undecimo.

(1) Hockenzela, aliàs *Steen-Ockerſeel*, Pagus inter Lovanium & Bruxellas. hodieque ſub Patronatu Capituli Metropolitani Mechlinienſis. Alius Pagus vicinus, *Neer-Ockerſeel*, ſubeſt Patronatui Abbaôs S. Michaelis Antverpiæ.

(2) Wavera, alia dicitur vulgò *O. L. Vrouwe-Waever*, alia

alia S. *Catlyne-Waver*; utraque Parochia prope Mechliniam ſita hodieque ſubeſt Patronatui Archiepiſcopi Mechlinienſis, ratione unionis Præpoſituræ S. Rumoldi, quondam factæ ejus dignitati. Vide pag. 610.

(3) Schelle, Parochia Diœceſis Antverpienſis, prope Schaldim, ubi Patronatum gerit Capitulum Metropolitanum Mechlinienſe, quod decimas dividit cum Capitulo decem Canonicorum ſecundæ Fundationis in Eccleſia D. Petri Lovanii. Vide ſupra pag. 897.

(4) Cellensis, ſic olim vocabatur Abbatia Benedictinorum in Hannonia, quæ nunc Sancti Gisleni dicitur.

CAPUT LVII.

Fredericus I. *Imperator Advocatiam Abbatiæ Parcenſis Ordinis Præmonſtratenſis commendat Comiti ſeu Duci Lovanienſi atque Brabantiæ, anno 1154, variaque addit Privilegia.*

Ex Hiſtoria Abbatiæ Parcenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Fredericus Divinâ favente clementiâ Romanorum Rex Auguſtus.

Antecessorum noſtrorum tam Regum quàm Imperatorum veſtigia ſequentes, & eorum piam devotionem propenſiùs animadvertentes, Eccleſias Dei manu-tenere, & earum provectibus promovendis operam dare intendimus; quia hoc Nobis tam ad temporalis vitæ proſperitatem, quàm ad æternæ beatitudinis præmium profuturum ſperamus.

Omnium ergo præſentium & futurorum noverit induſtria, qualiter Nos Eccleſiæ Parchenſis utilitati providentes, Advocatiam quæ noſtri juris extitit, petitione Fratrum ibidem Deo famulantium, Godefrido Duci Lovaniæ ſuiſque Succeſſoribus Ducibus conceſſimus: eâ videlicet conditione, ut ipſi eam vice noſtri teneant, tueantur & defendant, & nulli eam inbeneficiare præſumant; quod ſi præſumpſerint, eadem Advocatia libera ad Regiam poteſtatem redeat; nec etiam alios uſus vel fructus, quàm vitam æternam, ſibi exinde profuturos ſperent.

Præterea Fratres ejuſdem Eccleſiæ in emendis & vendendis rebus ſuis, per regnum noſtrum tam in terra quàm in aqua, ab omni conductûs, Thelonei atque tranſitûs juſtitia, eos liberos eſſe decernimus.

Statuimus etiam, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum poſſidet, aut in futurum conceſſione Regum, largitione Pontificum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, eidem firma & illibata permaneant.

Sane uſus paſcuæ, aut aquæ quæ communis omnium eſt, ubicumque locorum eiſdem concedimus; quatenus ſine ulla difficultate, aut cohabitantium, aut poteſtatum contradictione, Authoritate Regiâ hæc eis pateant.

Et ut hæc rata & inconvulſa permaneant, præſentem Paginam conſcriptam Sigilli noſtri impreſſione communimus; Regiâ Auctoritate prohibentes, ut nulla magna vel parva perſona ei contraire præſumat. Quod ſi quis tentaverit, Regio banno ſubjaceat, & in compoſitione centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem Cameræ noſtræ, & alteram Eccleſiæ.

Testes quoque, in quorum præſentia hæc acta ſunt, ſubternotati fecimus, quorum nomina hæc ſunt.

Arnoldus Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus,
Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus,
Albertus Aquenſis Præpoſitus,
Henricus Dux Saxoniæ,
Theodoricus Comes de Cleva,
Henricus Comes de Teehelenburch,
Albertus Comes de Monte, &
Filius ejus Everardus,
Bernardus Comes de Horſt,
Henricus Comes de Arnesberga,
Sifridus Comes de Vianna,
Hermanus de Kuch,
Marcwardus de Gronback,
Gerardus de Grimberghen,
Arnoldus de Rotſelaer,
Gerardus de Hildebergha,
Daniel de Orten,
Henricus de Wiltſelaer. *Erat ſubſcriptum & ſignatum.*

Signum Domini Frederici Romanorum Regis Auguſtiſſimi.

Ego Eycolfus, Cancellarius, vice Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum Tremoniæ XV. Kal. Julii, anno Dominicæ Incarnationis MCLIIII. Indictione ſecundâ, regnante Domino Frederico Romanorum Rege glorioſo, anno verò Regni ejus tertio. 1154.

CAPUT

CAPUT LVIII.

GODEFRIDUS *Brabantiæ Dux confirmat anno* 1160 *Donationem ab Engelberto de Schotis factam Abbatiæ Villarienſi Ordinis Ciſtertienſis in Gallo-Brabantia, de bonis ſitis in Vico de* Schooten *prope Antverpiam, qui nunc eſt Prioratus ab iſta Abbatia dependens.*

Ex Butkens in Trophæis Brabant.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego GODEFRIDUS gratiâ Dei Dux Lotharingiæ, omnibus quæ juſta ſunt cuſtodientibus & diligentibus, pacem in perpetuum. Ad hoc Nos Divina bonitas in terreno Principatu & honore conſtituit, ut juſtitiæ ſerviamus, & præceptum charitatis in omnibus impleamus. Sic decet Nos hominibus imperare & eis præeſſe in terris, quatenus humilitatis & juſtitiæ merito beatorum numero ſociemur in celis. Hac itaque dictante juſtitiâ, ſi rectè ſapimus, ſi ſaluti noſtræ conſulimus, cauſas Eccleſiarum & utilitates præſentium, fideli diſcretione componimus, pacique & utilitati futurorum eâdem diligentiâ providemus.

ITAQUE ſatisfacientes neceſſitati præſentium, pacemque & quietem generationi quæ ventura eſt præparantes, hoc præſentis Paginæ teſtimonio notum facimus, præſentibus & futuris, quod Engelbertus de Schotis totum Allodium ſuum, quidquid in aquis, terris, ſilvis, pratis, paſcuis, Sehotis tenebat; omnem quoque familiam ſuam, quæ trans Lotharingia manebat, tribus tantùm puellis exceptis, quas idem Engelbertus Deo & Eccleſiæ de Schotis donare decreverat. De cetero omnes redditus ſuos & quidquid prorſus in præfato Allodio, jure hereditario poſſidebat, totum Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Villari, & Fratribus Deo ibi famulantibus, pro ſalute ſua & Prædeceſſorum ſuorum contulit: & ut illud Villarienſi Eccleſiæ conſervemus, in manu noſtra legitimâ donatione contradidit, & jam dictis Fratribus aſſignavit.

AUTHORITATE igitur & poteſtate Nobis à Deo traditâ præfatum Allodium ſicut diffinitum eſt, eidem Eccleſię in perpetuum confirmamus, ſub noſtra illud cuſtodia & protectione ſuſcipimus, auxilium & defenſionem in neceſſitate promittimus. Et ut hoc ratum & immobile apud poſteros habeatur, præſentem Paginam Sigilli noſtri impreſſione, cum aſſignatione Teſtium communimus; quorum iſta ſunt nomina.

Godefridus de Breda, &
Henricus Frater ejus,
Willelmus de Donglebert, &
Gerardus Frater ejus,
Gerardus de Marbais,
Balduinus Frater ejus, &
Paganus de Marbais,
Goſuinus de Haverech,
Henricus Magthoe,
Gerardus Tacon, firmianus.

ACTUM eſt hoc, Verbi Incarnati anno MCLX, coocurrente ſexto, Indictione nonâ. 1160

CAPUT LIX.

GERARDUS *Epiſcopus Tornacenſis donat Capitulo Harlebacenſi Altaria de* Molenbeecke, Engelmunſter, Coolſcamp, *&* Moortſele, *anno* 1165.

Ex Archivis MS. Capit. Harlebac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Ego GERARDUS Dei gratiâ Tornacenſium Epiſcopus, tam futuris, quàm præſentibus in perpetuum.

CURA & ſollicitudo Paſtoralis ad hoc eſt Domino providente Nobis commiſſa, ut omnibus & præſertim Eccleſiaſticis Viris & locis Divino cultui mancipatis utiliter intendamus, & pro facultate rerum noſtrarum eleëmoſynas non ſolùm largiri ſtudeamus, verùm etiam miſericordiæ & pietatis intuitu collata ab aliis, ne pravorum hominum incurſu perturbentur ſive auſerantur, providere ſatagamus.

EA propter, Fili in Domino dilecte Roberte, Harlebeccenſis Eccleſiæ Venerabilis Præpoſite, veſtris & Canonicorum veſtrorum juſtis petitionibus acquieſcens, Altare de *Molenbecca*, & Altare de *Ingelmonſtra*, & Altare de *Morcella*, ob remedium animæ meæ & Prædeceſſorum meorum Sanctæ Tornacenſis Eccleſiæ Pontificum (hac pactiooe interpoſitâ, quod tertia pars Præpoſito cederet, duæ verò reliquæ partes ad communem omnium Canonicorum uſum diſtribuantur) vobis in perpetuum canonicè poſſidendum contradidimus.

NIHILOMINUS etiam Altare de *Coleſcamp* Vobis & Succeſſoribus veſtris perpetuè tenendum canonicè dedimus, hoc ſimiliter interveniente pacto, quod ex arbitrio Præpoſiti, & ipſius Capituli conſilio, Sacerdos in Cuſtodem Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ cligatur, & quidquid de prædicto Altari de *Coleſcamp* provenerit, ad uſum ipſius certiſſimè aſſignabitur: cujus erit officium res Eccleſiæ fideliter cuſtodire, & in eadem Eccleſia omni tempore anni de nocte dormire.

Ne quis verò hoc beneficium de *Coleſcamp* ad alios uſus retorquere præſumat, Epiſcopali Auctoritate, & ſub anathematis interminatione prohibemus.

Hujus noſtræ Confirmationis donum, ut firmum & inconvulſum permaneat, Sigilli noſtri impreſſione confirmavimus, & eorum qui interfuerunt aſſertione ſubnotatâ corroboravimus.

S. Geraldi Epiſcopi,
S. Walteri Decani,
S. Everardi,
S. Deſiderii, Archidiaconorum.
S. Libberti Præpoſiti,
S. Libberti Cantoris,
S. Symonis,
S. Amolrici Presbyterorum.
S. Reneri,
S. Herbrandi,
S. Wiberti,
S. Lamberti,
S. Thomæ,
S. Walteri,
S. Oliveri,
S. Henrici, Item
S. Henrici,
S. Theodorici,
S. Danihelis,
S. Walteri,
S. Abſalonis,
S. Symonis,
S. Gilleberti,
S. Wenemari,
S. Joannis, Canonicorum.
S. Everardi Curtracenſis Decani,
S. Rolini Perſonæ de Warenghem,
S. Arnulfi Perſonæ de Ingondeghem,
S. Helbodonis Perſonæ de Roſebecca.

ACTUM Tornaci anno M. C. LXV. 1165

CAPUT LX.

PHILIPPUS ALSATIUS *Comes Flandriæ dat Monachis S. Bavonis Gandavi decimas Ardernburgi & Inſulæ Cadſandiæ, anno* 1167.

Ex Documentis Familiæ de Gandavo Auth. Du Cheſne.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit tam præſentibus quàm futuris, quòd ergo PHILIPPUS Flandrorum Comes, Theodorici & Sibyllæ Filius, ſuggeſtione & inſtinctu quorumdam ad hoc perductus, imò ſeductus, ut quandam partem decimæ de *Catzand*, ſcilicet de nova terra, meo juri aſcriberem; huic meæ intentioni obviavit & contradixit Betto Abbas Eccleſiæ S. Bavonis, qui me ad viam juſtitiæ & veritatis reduxit, & fidelium & illuſtrium Virorum relatione, ac Comitis Balduini, Roberti & Clementiæ Filii, Privilegii Teſtificatione.

Ego igitur prorſus ab incœpto injuſtæ intentionis pedem retrahens, & paci & ſaluti Sanctæ Eccleſiæ conſulere cupiens, Privilegio meo Privilegium Comitis Balduini confirmo & corroboro, Eccleſiæque Sancti Bavonis totam decimam de (1) *Rodenborch*, de *Vulpa* & (2) *Caſſandt*, tam de *Morlant* quàm de *Werplant*, tam de nova quàm de antiqua terra, ab omni meo ſive Poſterorum meorum jure liberè & abſolutè poſſidendam contrado.

AD excluſionem falſi, & confirmationem veri, nominibus Teſtium meum confirmo Privilegium.

HANC etiam Donationem Philippi Filii mei, quia aſſenſu meo, & in præſentia mea facta eſt, Ego Theodoricus Flandrorum Comes Sigilli mei impreſſione confirmo.

S. Deſiderii Præpoſiti Inſulenſis,
S. Roberti Præpoſiti Harlebeccenſis,
S. Hakarti Brugenſis Decani,
S. Gerulfi Canonici,
S. Walteri Capellani,
S. Lamberti Notarii,
S. Fulkardi,
S. Willelmi,
S. Rogerii Gandenſis Caſtellani,
S. Euſtachii Camerarii.

ACTUM Brugis in domo Comitis, anno Domini MCLXVII. 1167

(1) RODENBORG, nunc vulgo Ardemburg. Oppidum eſt Flandriæ, ſub Diœceſi Brugenſi, nunc Hollandis ſubditum ab anno 1604. Fuit illic olim Capitulum XVI Canonicorum cum Decano, erectum anno 1294. à Joanne de Waſonia Epiſcopo Tornacenſi, & à Waltero Abbate S. Bavonis Gandavi, cujus Succeſſores fuêre ejuſdem Capituli Patroni, ac Præbendarum collatores. Diplomata Fundationis ſupra exhibuimus pag. 877.

(2) CADSANT, fertilis Inſula Flandriæ verſus Zelandiam. Erat illic quondam Præpoſitura Benedictinorum dependens ab Abbatia S. Bavonis Gandavi; quâ in Collegium Canonicorum ſæcularium immutatâ an. 1537. bona Cadzandiæ Præbendis eorumdem Canonicorum acceſsêre.

Sed poſtmodum redactâ hac Inſulâ in poteſtatem Batavorum, fuerunt hæc bona Fiſco eorum addicta; donec circa annum 1698. Ampliſſ. D. DOMINICUS SNELLAERTS Antverpienſis J.U.L. quondam Primus in Artibus ac Philoſophiæ Profeſſor Lovanii, inde Cathedralis Eccleſiæ Gandavenſis Canonicus, ſuſcepto ad Status Hollandiæ itinere, demonſtratoque jure Capituli ſui, eadem bona ac decimas locupletiſſimas, jam olim perditas, & poſſeſſas ab aliis, reſtitui curavit, cum magna quidem ad res Capituli temporales acceſſione, ſed cum majori ſui nominis gloria apud Ordines Confœderatos, ubi *Juriſprudentiæ Oraculum* & *Hiſtoriæ Prodigium* appellabatur.

Juvat quoque hic meminiſſe ſummi beneficii, quod ab hoc Viro Ampliſſimo recepit Academia Lovanienſis, dum is tranſlatus à Capitulo Cathedrali Gandavenſi ad Antverpienſe, ibique electus Canonicus Graduatus, Bibliothecam ſuam ampliſſimam ac curioſiſſimam, die 3. Martii 1720. moriens, eidem Academiæ, ut publici juris fieret, legavit.

CAPUT LXI.

Gualterus *Epiſcopus Tornacenſis è* XXX. *Præbendis Eccleſiæ ſuæ Cathedralis conſtituit* XL, *anno* 1170.

Ex MS. Archivii Eccl Tornacenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Ego Gualterus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus tam modernis quàm poſteris in perpetuum, amen.

Sicut ex Evangelio didicimus: *Videns Dominus quia meſſis multa, operarii verò pauci, deſignavit & alios* LXX, *mittens eos in meſſem ſuam. Quoniam autem*, ut alibi legitur, *omnis Diſcipulus perfectus eſt, ſi ſit ſicut Magiſter ejus*; Nos exemplo illius ſummi Magiſtri doceri perpendimus & ammoneri: ut cum Eccleſia noſtra nimis paucos Canonicos habeat ſervitio ſuo deputatos, plures ei juxta poſſeſſionum ejus exigentiam ſtudeamus aſſignare; quatinus ubi Divino munere multiplicata ſunt ſtipendia, pariter quoque Divinæ Laudis ibidem multiplicentur obſequia, & ne tam ſublimis Eccleſiæ dignitas penuriâ deſervientium ei deprimatur indignâ.

Qoam ob rem Reverendi Domni ac Patris Alexandri, Dei gratiâ Summi Pontificis, Apoſtolico præmuniti mandato, conſentiente quoque Capitulo noſtro, inſuper juxta tenorem Litterarum Domni Papæ, commonicato prudentum ac religioſorum Virorum Diœceſis noſtræ conſilio, Pontificali Auctoritate decernimus, ut in Eccleſia Tornacenſi nobis à Deo commiſſa de XXX. Præbendis fiant XL, ſalvâ beneficiorum integritate eis, quorum ante deceſſum Magiſtri G. de Rumelgis facta fuit inſtitutio.

Ait ipſius autem G. Præbendâ vacante, noſtræ diſpenſationis executionem incipientes, loco unius duos Canonicos, videlicet G. de Scorna & Gonterum ſubſtituimus, quibus beneficium jam dictæ Præbendæ ad præſens æqualiter dividendum aſſignamus; ſed ex integro tam Capituli quam Refectorii participes permanebunt.

Proinde ſecundâ vacante Præbendâ, ſimiliter omninò faciendum immutabili Sanctione ſtatuimus, ſcilicet ut ex ejus dimidiato beneficio duo formentur Canonici, Capitulo ac Refectorio integrè communicantes.

Tertio vero decedenti Canonico nullus ſuccedet Canonicus: immò fructus illius Præbendæ præconſtitutis quatuor Canonicis æqualiter diſtribuentur.

Porro ſimili modo quartâ vacante, duo: quintâ, duo procreabuntur Canonici: Beneficium ſextæ proprium non habebit Canonicum, ſed præmiſſis quatuor dividetur.

Hac ergò viâ noſtræ Conſtitutionis ordo procedet, quouſque tricenarius Canonicorum noſtrorum numerus ad quadragenarium pervenerit.

Signum Gualteri Tornacenſis Epiſcopi.
S. Letberti Decani.
S. Letberti Cancellarii.
S. Symonis.
S. Amulrici, Presbyterorum.
S. Gualteri Nigri,
S. Thomæ,
S Raineri, Diaconorum.
S. Oliveri,
S Goſſuini,
S. Lamberti,
S. Magiſtri Gilleberti, Subdiaconorum.

Actum Incarnationis Salvatoris noſtri anno M. C. LXX. 1170.

CAPUT LXII.

Alexander III. *Pontifex inſtitutionem* XL. *Canonicorum in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi factam à Gualtero Epiſcopo, approbat anno* 1170.

Ex iiſdem Archivis MS.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Tornacenſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Significatum eſt nobis & ex parte tua monſtratum, qood commiſſa Tibi Eccleſia paucos Clericos ejus obſequio habeat deputatos, cum tamen magnâ poſſeſſionum copiâ gaudere dicatur. Quoniam igitur indignum eſt tuam celebrem Eccleſiam copiam Clericorum ſibi deſervientium non habere: Fraternitati tuæ ſignificatione præſentium Auctoritate Apoſtolicâ indulgemus, ut cum conſilio diſcretorum & religioſorum Virorum Diœceſis tuæ de XXX. Præbendis XL. inſtituere poſſis; dummodo Eccleſiæ præſcriptæ poſſeſſiones ad hoc ita ſofficientes exiſtant, quod Eccleſiæ tuæ Canonici alias Præbendas quærere non cogantur: ſed de ipſius Eccleſiæ beneficio honeſtam poſſint ſuſtentationem habere.

Dat. Verul. II. Idus Martii.

CAPUT LXIII.

ARNOLDUS *Archiepiſcopus Trevirenſis concedit Abbatiæ S. Trudonis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Leodienſi immunitatem à Teloneo anno* 1177.

Ex Theſauro Anecdotorum Tom. I.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego ARNOLDUS Dei gratiâ Trevirenſis Archiepiſcopus, ſicut de jure vel cenſu Eccleſiæ Nobis commiſſæ, nequid pereat, ſolliciti ſumus; ita nimirum ne quid juri accidat non æquè acceptum, ſummopere cavere debemus.

NOTUM igitur facimus præſentibus & futuris, quòd thelonearius Karodonenſis cum Eccleſiam Beati Trudonis de jure ſuo gravare vellet, & theloneum quod numquam ſolvere conſueverat ab ipſa exigeret, petitione dilecti Filii noſtri Cuonradi Abbatis S. Maximini, qui de eadem Eccleſia aſſumtus eſt, veritatem diligenter exquiſivimus: & quod de ſingula navi ſirtonem tantùm Colonienſium denariorum eadem Eccleſia de jure ſolvere debeat comperimus. Quod ne apud poſteros quæſtionis locum obtineret, coram Præpoſito majoris Eccleſiæ, omnibuſque Fratribus datâ ſententiâ & confirmatâ, errorem decidimus, & prædictam Eccleſiam jure ſuo ſicut prædictum eſt in perpetuum gaudere conceſſimus.

SI quis igitur huic veritati contradicere, & theloneum aliud quam ſupradictum eſt, id eſt ſirtonem de unaquaque navi exigere, vel accipere præſumſerit, cum de gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ ſegregamus, donec reſipiſcat & eidem Eccleſiæ ſatisfaciat.

HUJUS rei Teſtes ſunt:
Conradus Abbas Sancti Maximini,
Rodulfus Præpoſitus majoris Eccleſiæ,
Johannes Decanus ejuſdem Eccleſiæ,
Folmarus Archidiaconus,
Wecelo Cantor,
Fridericus Cuſtos,
Theodericus de Marceto. Laici,
Willelmus de Helveſtein,
Theodericus de Sarburg,
Raineius de Palatio, & quàm plures alii.

ACTA ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCLXXVII. regnante Frederico glorioſo 1177
Romanorum Imperatore.

DE S. Trudone ejuſque Abbatia vide plura ſuperiùs p. 61. 63. 835. &c. ſimulque nota, ex Traditione facta Epiſcopis Metenſibus in Lotharingia ab ipſomet S. Trudone de juriſdictione ſpirituali in hanc Abbatiam & Oppidum adjacens, eoſdem Epiſcopos Metenſes jus illud ſibi retinuiſſe uſque ad annum 1227.

Tunc Hugo Petrapontius Leodienſis Epiſcopus conventionem iniit cum Epiſcopo Metenſi, tranſlatiſque in ejus dominium locis variis quæ Urbi Metenſi erant viciniora, acquiſivit Eccleſiæ ſuæ Abbatias, Trudonenſem in Hasbania, & Walciodorenſem atque Haſterienſem in Namurceſio. Hinc hodieque Princeps Leodienſis pro medietate conſtituit Magiſtratum Trudonenſem; alteram ſtatuit Abbas.

CAPUT LXIV.

WILHELMUS *Archiepiſcopus Remenſis concedit Capitulo S. Pharaïldis Gandavi regimen Scholarum totius Oppidi Gandavenſis, ejuſque Suburbii, anno* 1179.

Ex Archivis Capit. S. Pharaïld.

WILLELMUS Dei gratiâ Remorum Archiepiſcopus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilecto Filio ſuo Simoni Gandenſi Notario ſalutem.

KARISSIMUS in Chriſto Filius noſter Philippus Flandriæ & Viromandiæ illuſtris Comes ſuâ Nobis inſinuatione monſtravit, quod olim quaſi à primo Eccleſiæ Sanctæ Pharaïldis fundamento, quæ eſt in Gandenſi Oppido ſita & ſpecialis eſt Capella Flandriæ Comitis, Scholæ prædicti Oppidi aſſignatæ fuerunt uni Canonicorum; ut nullus in eodem Oppido ſine illius aſſenſu, cui à Comite Scholæ aſſignatæ fuerunt, Scholas regere & gubernare præſumeret.

POSTMODUM autem infortunio miſerabili, præfato Oppido penitus igne conſumpto, etiam dictâ Eccleſiâ in pulverem & in cinerem redactâ, cum Privilegia ejuſdem Eccleſiæ tam de Scholis prælibatis, quàm de eleemoſynis ſibi collatis, fuiſſent in combuſtione, & cibus ignis, multitudo civium propter arridentem ſibi divitiarum abundantiam & arces domorum cum turribus æquipollere videbantur, ultimum modum ſuperbiens Domino ſuo rebellis, contumax, & inſolens facta eſt, ut non ſolum in regimine Scholarum transferendo, verùm etiam in aliis pleriſque juriſdictionem ſibi & dominium Comitis uſurparet.

CUM autem ad tempora prænominati hujus Excellentis Comitis, Deo & hominibus amabilis, ventum eſſet, ſuperbis in facie reſtitit, & fortia quæque confundens, ſuperborum atque ſublimium colla propriâ virtute calcavit, & Eccleſiam Sanctæ Pharaïldis Scholis atque aliis poſſeſſionibus dotavit & ditavit.

Nos

Nos verò devotionem ipſius attendentes & favorem rationabilem approbantes, tibi dilecte Fili Symon, Scholas ab eodem Comite collatas confirmamus; ſtatuentes & ſub incominatione Anathematis inhibentes, ne quis ſine aſſenſu tuó & licentia, in toto Gandenſi Oppido, vel Oppidi Suburbio Scholas regere præſumat.

Datum Remis, per manum Alexandri Cancellarii noſtri, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVIIII. 1179.

CAPUT LXV.

Alexander II. *Pontifex confirmat Abbatiæ Parcenſi Eccleſias de* Celle, Libbeka, *&* Rode, *anno* 1179.

Ex Archivis Abbatiæ Parcenſis.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Philippo Abbati S. Mariæ in Parcho, ejuſque Fratribus tam præſentibus quam futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam.

Cum ſimus ad curam & regimen univerſalis Eccleſiæ (licet immeriti) providentiâ ſupernæ diſpoſitionis aſſumpti, ſi quando poſtulantur à nobis, quæ ad Eccleſiarum tuitionem pertinent, petentium deſideriis clementer decet Nos condeſcendere, & eorum vota affectu proſequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum locum, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Parchum Lovanienſem cum appenditiis ſuis, molendinis & terris circumjacentibus.

Eccleſiam de *Cella*, cum dote ſua, & decimis majoribus & minoribus.

Eccleſiam de *Libbeka*, cum dote ſua & decimis ſuis.......

Eccleſiam de *Rode*, cum dote ſua, & medietatem decimationis ejuſdem Villæ majoris ac minoris. Terram de *Veldunck*.... Terram de *Cella* cum jure ſuo: & quicquid quadragenariâ poſſeſſione quietè poſſidetis.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Cum autem generale Interdictum fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce, Divina Officia celebrare.

Liceat quoque vobis, Clericos & Laïcos è ſæculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos ſine contradictione retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem liceat de Clauſtro diſcedere, niſi obtentu arctioris Religionis; diſcedentem verò abſque communi Litterarum cautione, nullus audeat retinere.

Caballum quem Archidiaconus pro Abbatis Inſtitutione, in ſtabulo ſuo Simoniacè requirit, dari & exigi prohibemus.

Præterea novas & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis Perſonis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ejuſdem loci, omnino liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint (niſi fortè excommunicati ſint vel interdicti,) nullus obſiſtat: ſalvâ tamen juſtitiâ Parochialium Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Obeunte verò Te, nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſuperſtitionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur: niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundùm Dei timorem & Beati Auguſtini Regulam, providerint eligendum.

Decrevimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: ſalvâ tamen Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularìſve Perſona, noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco debita ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus.
Ego Theodinus Portuenſis S. Rufinæ Epiſcopus.
Ego Gratianus Diaconus Sanctorum Coſmæ & Damiani.
Ego Matheus S. M. novæ Diac. Card.

DATUM Sigy per manum Alberti S. Romanæ Eccleſiæ Presbyt. Cardin. & Cancell. IV. Idus Septembris, Indict. XII. Incarnat. Domin. anno M. C. LXXIX, Pontif. verò Dom. Alex. Papæ III. anno XX. 1179

CAPUT LXVI.

ROGERIUS *Epiſcopus Cameracenſis confirmat Donationem Juris Patronatûs Eccleſiæ de* Campenhout *factam à Burchardo ſuo Prædeceſſore Monialibus de* Cortembergh *anno* 1180.

Ex Archivis MS. Eccl. Anderlecht.

IN nomine Domini. ROGERUS Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Ex autentico ſcripto Venerabilis memoriæ Domini *Burchardi* Cameracenſis Epiſcopi Nobis innotuit, quod Eccleſia de *Campenhaut* Sanctimonialibus de Curtenberga ab eodem canonicè donata fuerit, & confirmata.

UNDE quum de rationis conſideratione, & officii noſtri adminiſtratione Anteceſſorum noſtrorum factis & ſcriptis Canonicis aſſentire tenemur, prædictam Donationem Eccleſiæ de *Campenhot*, quæ eſt dimidia Eccleſia, noſtrâ quoque Auctoritate confirmamus, & ſubſcriptorum atteſtatione, cum Sigilli noſtri appoſitione, ſalvo noſtro & officialium noſtrorum jure, corroboramus.

Signum Anſelli de Tongre,
Walteri Decani de Bavai,
Herberti Capellani,
Rogeri,
Nicolai, Clericorum noſtrorum.
Signum Arnulfi Perſonæ,
Robini Decani de Bella,
Walteri Decani de Cirvia,
Fuleardi Subdecani de Antwerpia,
Magiſtri Wilhelmi de Maſlinis.

ACTUM anno Domini MCLXXX. 1180.

CAPUT LXVII.

ALEXANDER III. *Pontifex Epiſcopo Tornacenſi inhibet circa annum* 1180. *ne aliquem inſtituat Canonicum donec Præbendæ ſemi-plenæ reintegrentur.*

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri EVERARDO Epiſcopo, & dilectis Filiis Decano & Capitulo Tornacenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

AUDIVIMUS & audientes non potuimus non mirari, quòd cùm bonæ memoriæ GUALTERO Prædeceſſori tuo, Frater Epiſcope, duxerimus indulgendum, ut de ſingulis tribus Præbendis quæ in Eccleſia veſtra fuerant conſtitutæ, quatuor faceret: tu contra noſtram indulgentiam veniens numerum ipſum tranſgrederis, & quaſdam Præbendas occaſione Scripti noſtri dimidiare minimè dubitaſti.

QUONIAM igitur nec decet Te, nec Nos poſſumus ſuſtinere, ut abutaris conceſſione à Nobis indultâ: per Apoſtolica Vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus tu Frater Epiſcope in diviſione Præbendarum ipſarum non niſi juxta tenorem Scripti noſtri procedas; nec de cætero in præſcripta Eccleſia Canonicum ordines, niſi priùs dimidiatas Præbendas juxta tenorem noſtræ Conceſſionis reintegres, & præcipuè Præbendam dilecti Filii noſtri G. Archidiaconi Laudunenſis Concanonici veſtri, quæ ſicut quædam aliæ dicitur dimidiata fuiſſe: nec Vos Filii Canonici, donec dimidiatæ Præbendæ juxta Mandatum noſtrum redintegrentur, quemlibet in Canonicum recipere præſumatis.

SI verò contra Præceptum noſtrum veneritis, grave Nobis admodum & moleſtum exiſtet: nec præſumptionem veſtram relinquere poterimus incorrectam, cum non liceat Vobis vel cuilibet alii tranſgredi Romani Pontificis Inſtituta.

DATA Venetiæ in Rivo-Alto, VIII. Kal. Septembris.

CAPUT

CAPUT LXVIII.

Lucius III. *Pontifex recenſet poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Brugis, eaſque Privilegio Apoſtolico confirmat anno* 1184.

Ex MS. Archivis Eccl B M. Brugis.

LUcius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Gilberto Præpoſito Sanctæ Mariæ Brugenſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor poſtulat æquitatis, & ordo exigit rationis: præſertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat & veritas non relinquit.

Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam veſtram in qua divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ Prædeceſſoris noſtri, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus.

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quęcumq; bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Eccleſiam de *Siſela* cum decimis & aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de *Oedelem* cum decimis & aliis pertinentiis ſuis; Cenſus quos homines veſtri Vobis annuatim exſolvunt; Conceſſionem quoque bonæ memoriæ Balderici quondam Noviomenſis Epiſcopi, quam Parochiali Eccleſiæ veſtræ Sanctæ Mariæ quæ apud Brugenſe Oppidum ſita eſt fecit, felicis memoriæ Prædeceſſorum noſtrorum Paſchalis & Alexandri Papæ veſtigiis inhærentes, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus; ſcilicet ut Altare Beatæ Mariæ juxta quod Prædeceſſor noſter decrevit, ab omni exactione ſit liberum.

Canonici illic conſtituti eligendi Præpoſitum ſuum Canonicam habeant & liberam poteſtatem, in Canonibus videlicet expreſſam, qualem etiam Canonici habuiſſe noſcuntur, nunc de propria Eccleſia, nunc de aliena Præpoſitum eligentes. Cui quidem Epiſcopus Canonicorum ſpiritualem curam & providentiam ſubſtantiæ temporalis aſſignet. Ipſe verò ab Epiſcopo utramque Prælationem accipiat, & pro utraque ei reverentiam canonicam & ſubjectionem impendat.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſsâ voce divina officia celebrare.

Sepulturam præterea Eccleſiæ veſtræ liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obſiſtat: ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Ad hæc libertates & immunitates, ac rationabiles conſuetudines in Eccleſia veſtra hactenus obſervatas ratas habemus, eaſque futuris ſancimus temporibus permanere.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, ac in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

S. Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus,

S. Ego Theodinus Portuenſis Sanctæ Ruffinæ Epiſcopus,

S. Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus,

S. Ego Petrus Presbyter Cardinalis Titulo Sanctæ Suſannæ,

S. Ego Vincianus Titulo S. Stephani in Celio Monte Presbyter Cardinalis,

S. Ego Laborans Presbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tyberim, Titulo Calixti,

S. Ego Iſandus Presbyter Cardinalis Titulo Baſilicæ XII. Apoſtolorum,

S. Ego Jacobus Diaconus Sanctæ Mariæ in Coſmedino,

S. Ego Gratianus Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis,

S. Ego Bobo Diaconus Cardinalis S. Angeli,

S. Ego Soffredus Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis,

S. Ego Albinus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ novæ.

Datum Veruli per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, IV. nonas Maii, Indictione II. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXIV, Pontificatûs 1184.
verò Domini Lucii Papæ III. anno III.

PLerique Scriptores Rerum Brugenſium circa Originem Eccleſiæ Collegiatæ B Mariæ, & inſtitutionem Collegii Canonicorum ibidem mirum in modum hallucinati ſunt, eò quod ipſis adminiſtrata non fuerint Inſtrumenta jam primò in lucem edita, è quibus veritatem hiſtoricam eruerent.

Conſtat itaque ex Reſcripto Gregorii VII. Pontificis dato anno 1070. & edito pag. 949. Eccleſiam B Mariæ, quæ tunc erat in Ziſſeela apud Brugas, jam à ducentis annis ante depoſitas ibidem querelas, pertinuiſſe & poſſeſſam fuiſſe à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Ultrajectenſis. Quin-imo in vita S. Willebrordi primi Ultrajectenſium Archiepiſcopi legitur, ſub ejus juriſdictione fuiſſe *Brugas Caſtrum*; ejuſque Succeſſor Sanctus Bonifacius in Patronum ſecundarium dictæ Eccleſiæ aſſumptus fuit. Unde confici videtur, alterutrum eorum annunciando Evangelicam Fidem circa Brugas Caſtrum, eamdem Eccleſiam ædificaſſe.

Poſtmodum verò Epiſcopi Tornacenſes ac Noviomenſes, utpote Brugis viciniores, Eccleſiam B Mariæ juri ſuo aſſeruerant, invitis ac ſæpius reclamantibus Epiſcopis Ultrajectinis. Quin etiam anno 1091. Ratbodus Epiſcopus Canonicorum Collegium ibidem inſtituit, rogante Bertulpho Præpoſito Eccleſiæ S. Donatiani, qui Eccleſiam B. Mariæ ſub Perſonatu tenebat. Vide Diploma Fundationis pag 956.

Paulò poſt, idem Bertulphus rediens ad Radbodum Epiſcopum reſtitui Privilegium Erectionis, petiitque fraudulenter ſubſtitui Sanctimoniales: ſed illæ admodum exiguo tempore illic remanſerunt. Etenim Gomarus primus S. Mariæ Præpoſitus electus anno 1094. ſimul ac ex itinere rediens intellexiſſet, in ſua abſentia, amotis Canonicis, introductas fuiſſe Moniales, mox de injuria conqueſtus apud Baldericum Tornacenſem Epiſcopum Radbodi Succeſſorem, obtinuit ſuum ſibi reddi Privilegium, Canonicoſque reſtitui. Patet ex dictis pag. 955. & ex Bulla Paſſchalis II Papæ, qui ea quæ Baldericus inſtituerat, confirmavit anno 1102. Vide pag. 957.

Ultrajectenſes autem Epiſcopi poſt longos plurium annorum labores in proſequenda hujus Eccleſiæ reſtitutione, non obſtantibus oppoſitionibus Præſulum Tornacenſium, tandem pro ſe obtinuerunt ſolemnem ſententiam in Synodo Tornacenſi; uti refert Godebaldus Epiſcopus in Diplomate dato 1116 (ſupra pag. 961.) quo conſtituit, Præpoſitum illius Eccleſiæ debere eligi è gremio Canonicorum Cathedralis Ultrajectinæ; atque unà cedit eidem Præpoſito jus conferendi Præbendas, aliaſque prærogativas, retentâ ſolum aliquâ recognitione pecuniariâ, quæ uſque in hodiernum diem quotannis ſolvitur Capitulo Ultrajectino.

Jus Epiſcopi Ultrajectini recognovit, ſuoque Diplomate aſſeruit anno 1122. Lambertus Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis, (vide pag. 963.) omniaque Privilegia ejuſdem Capituli confirmavit anno 1186. Lucius III. Pontifex, in Diplomate jam exhibito.

Cæterum ſuccedente tempore rediit hæc Eccleſia cum tota Urbe Brugenſi ad juriſdictionem Epiſcopi Tornacenſis, uſque ad annum 1559, quo proprius Brugenſibus Epiſcopus datus fuit.

Sunt illic duodecim Canonici cum Præpoſito, qui hodie eſt Ampliſſ. D. Dominicus de Monget, quique unà cum R. D. Nicolao Roberto Maertens J. U. L. ejuſdem Eccleſiæ Canonico & Secretario hæc documenta collegit & tradidit.

CAPUT LXIX.

Capitulum Eccleſiæ B. Mariæ Cameracenſis donat Jus Patronatûs Eccleſiæ S. Petri in Anderlecht, *Capitulo Canonicorum ibidem, anno* 1185.

Ex MS. Archivis Capit Anderlecht.

IN nomine Domini. JOANNES Dei gratiâ Beatæ Mariæ Cameracenſis Eccleſiæ Præpoſitus, & univerſum ejuſdem Eccleſiæ Capitulum, tam modernis, quàm poſteris in perpetuum.

VIVACIS monumento Paginæ, & temporis aboletur ſenium, & rei ſolemniter geſtæ perpetuatur memoria; ut in tranquillitatis gremio contra caſum foveatur quemlibet, & quieſcat.

EA propter præſenti committimus memoriæ, quod in publicam prodierit notitiam; videlicet, quod Nos *pauperis & honeſti Capituli* Eccleſiæ Beati Petri de *Anderlecht* unanimi miſericordiâ miſerati pauperiem, eidem, ut ex noſtro habens beneficio unde creſcat, in Divinis alacriùs excitetur laudibus, Altare ejuſdem loci, quod ad Nos ſpectare dignoſcitur, Perſonatum cum omnibus decimationibus tam majoribus quàm minutis, unà cum mancipiis, terriſque cultis & excolendis, nec non & pratis, reliquis quoque poſſeſſionibus, quæ inibi ad noſtrum Perſonatum pertinent, ſub annua penſione XL. librarum Cameracenſis monetæ, pro motu temporis, quæ publicè curret, unanimi contulimus conſenſu, tranquillâ pace perpetuò poſſidenda.

STATUTUM eſt etiam, quod ex dictis XL. libris XX. libras nobis quotannis in Natali Domini, reliquæ verò viginti in Pentecoſte integrè perſolventur; ita tamen quod nobis per ipſius ſumptus, ne pro eis colligendis laborare compellamur, jugiter afferentur.

PAROCHIALEM verò Sacerdotem eiſdem Canonicis poſſe eligere permiſimus; nobis tamen priuſquam inſtituatur, præſentandum; ut per Nos Curam recepturus animarum Domino Epiſcopo præſentetur.

CETERUM quoties præſcriptæ Canonici Eccleſiæ noſtro indiguerint auxilio, Nos eis ex affluenti miſericordia benignè tenemur adeſſe, eorumque ſubire laborem, ſuis quidem ſumptibus & expenſis.

DECRETUM etiam eſt ex noſtro & ejuſdem Capituli conſilio, quod ſi quo modo redditus ipſius Altaris ſupra ſummam nobis ad cenſus excreverint, quidquid ſuperabundaverit, in uſus Fratrum ibidem reſidentium ac Deo jugiter famulantium, quia dignus eſt operarius cibo ſuo, cedat, æquâ lance diſpenſandum.

HANC igitur piæ pactionis, dignæque inſtitutionis Paginam inconvulſam manere volentes, eam noſtri appenſione Sigilli & ſufficienti Teſtium ſubſcriptione duximus communiri.

Signum Joannis Præpoſiti.

Signum Fulconis, Sigeri, Waltheri Presbyterorum.

Signum

Signum Helgoti, Stephani, Nicolai, Levitarum.

Signum Hugonis, Baldrici, Joannis, Sublevitarum.

Actum anno Domini Incarnati milleſimo centeſimo, octuageſimo quinto, Præſulatûs verò Domini Joannis tertio. 1185

Ego Waltherus Cancellarius ſubſcripſi, & publicè recognovi.

CAPUT LXX.

Rogerius *De VVavriu Cameracenſis Epiſcopus Donationes varias à VValthero De Aa, Viro Nobili, in favorem Capituli Anderlechtenſis juxta Bruxellam factas, confirmat anno* 1185.

Ex Archivis Ms. Capit. Anderlecht.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Rogerus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, modernis & poſtris in perpetuum.

In hoc fervor Pontificalis dignitatis opus Divini laboris peragit, ut Sponſa Chriſti Eccleſia præter illa quæ extrinſecus ſunt, intus devotionis ſaluberrimæ laudibus honoretur.

Inde eſt, quod communicato conſilio cum Capitulo de *Anderlech* & cum Waltero ejuſdem Eccleſiæ fideli Patrono ipſam Eccleſiam ſic ordinando diſponimus, & diſponendo confirmamus, ut decima Parochiæ ad Præbendas pertinens, unde quiſque Canonicorum præfati loci hactenus ſequeſtratam accepit portionem per agros diſtinctam, amodo ipſis Canonicis ibidem Deo ſervientibus in cotidiani victûs uſum perpetuò diſtribuatur.

Præfatæ quoque diſtributioni addimus decimam Villæ quæ dicitur *Hungerſvelt* cum cenſu; quæ omnia dedit prædictus Walterus de Aa, eâ conditione, ut ibi horæ Dominæ noſtræ B. Mariæ ſemper cantentur ſolempniter.

Item Walterus tribuit etiam ipſis Canonicis molendinum apud *Papshem*, ut horæ diei nunc ſimul, more Parochiali ſcilicet, ordinatè & canonicè dicerentur, prout Regularis conſuetudo habet & Canonica obſervantia.

Addidit ipſe Walterus iſti eleëmoſynæ apud *Pollar* XII. ſolidos Valencinenſis monetæ, & totidem capones; appoſito pacto, ut Canonici preces dicant ad ſingulas horas privatis diebus.

Emit eis præterea curtem ut ædificent Clauſtrum, octo etiam bonnaria terræ apud *Anderlech*, & decem bonnaria apud *Dilbecca*: & quidquid terræ vel cenſûs commune habent, & omnia legata de re immobili ad hereditatem ſpectantia, prænominatæ diſtributioni Pontificali Authoritate confirmando aſſignamus.

Ut autem hæc rata & inconcuſſa permaneant, datâ benedictione ſervantibus, cauterium anathematis tranſgreſſoribus inſligimus, impreſſione Sigilli noſtri & perſonarum annotatione præſentem Conſtitutionem roborantes.

S. Walteri Archidiaconi,

S. Walteri Presbyter,

S. Egidii de Gondelcort,

S. Fratris Mathæi & Balduini de Carenchi Clericorum noſtrorum.

Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo octogeſimo quinto. 1185.

CAPUT LXXI.

Godefridus III. *Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux Abbatiam Jettenſem, ſeu Diligemenſem Ordinis Præmonſtratenſis in protectionem ſuſcipit, circa annum* 1185.

Ex iiſdem Archivis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Ego Godefridus Dux Lotharingiæ; quia Nos qui in ſæculo, & ſecundùm ſeculum vivimus, tanto minùs quæ Dei ſunt cogitare poſſumus, quantò magis ad ſæculi negotia effuſi ſumus, volumus quibuſdam Chriſti pauperibus, ſcilicet Jettenſis Eccleſiæ Fratribus, parumper miſericordiæ impendere, ut quod à Nobis in his quæ Dei ſunt minus agitur, ipſorum orationibus adjuvetur.

Notum ſit ergo omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod ſicut benignitate Patris & Avi mei Eccleſiis abundantioribus, & ob hoc minùs indigentibus, videlicet Haffliginienſi & Parchenſi in eleëmoſynam collatum eſt, ut ſi quid erga homines ſuos de ſeodo à manu ipſorum deſcendente acquirere poſſent, Allodium ſimul haberent; ſic nihilominus ob ſalutem animæ meæ & Prædeceſſorum meorum in Abbatiam Jettenſem Abbati Hildebrando & Succeſſoribus ſuis in perpetuum conferri & inviolabiliter liberè ac integrè, Ego & Uxor mea Margareta & Mater mea Lutgardis conceſſimus, ita ut poſtquam prænominata Eccleſia feoda acquiſiſſet, ſine tractatione & contradictione, & alicujus pretii exactione à me, & poſt me, à Succeſſoribus meis Allodium acciperet.

Præte-

Præterea quia pauperibus Eccleſiis multa violentia injuſtè frequenter infertur, & ab omnibus ferè rapina magis quàm juſtitia diligitur, prædictam Eccleſiam in noſtra protectione & tutela ſuſcepimus. Et veraciter & conſtanter promiſimus, ut ſi quis aliquid quod ipſorum eſt calumpniari & ante judicium vim inferre voluerit, quamdiu Abbas & Fratres juſtitiam offerunt & ad judicium debitum venire volunt, ullam injuriam Eccleſiæ inferri nullo modo patiamur.

Specialiter tamen ea quæ ob Avo & Patre meo deſcenderunt, & ad uſum Fratrum legitimè collata ſunt, videlicet plauſtratum lignorum ſingulis diebus in Zonia, pratum quoddam in *Heembeca*, ſed & quicquid juris Dominus *Leonius* & Filius ſuus in Parochia Jettenſi in paſcuis, in terris, & Villæ totius parte tertiâ Advocatiæ habuit, & ab ipſo & Filio ſuo Iwanus Miles quidam, in eadem Eccleſia poſtea converſus in feodo tenuit, in noſtra protectione ſuſcepimus, & Donationem Domini Leonii & Filii ſui, quæ legitimè facta eſt, confirmamus.

Ut autem hæc rata & inconvulſa permaneant, Scripto in memoriam noſtrorum transfundi, & Sigilli noſtri atteſtatione & Teſtium ſubſcriptione confirmari fecimus. Hi enim Teſtes aderant,

Alardus de Birbeck,
Arnoldus Stroiſele,
Henricus Hagene,
Gerelmus,
Daniel de Hiſche,
Michaël,
Simon.

CAPUT LXXII.

Wilhelmus, *dictus* ad Albas manus, *Archiepiſcopus Remenſis, & S. R. E. Cardinalis, decimam de* Lovendeghem *concedit Capitulo S. Pharaildis Gandavi, anno* 1190.

Ex Archivis præfati Capituli

Willelmus Dei gratiâ Remenſis Archi-epiſcopus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, In Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra quod Nos decimam de *Lovendeghem* dilectis Filiis noſtris Canonicis S. Pharaildis in Gandavo in pace poſſidendam & quietè concedimus, ſicut in Scripto Domini Papæ continetur auctentico.

Nichilominus ſecundùm ejuſdem Scripti tenorem ſepulturam Eccleſiæ eorumdem Canonicorum liberam eis concedimus & quietam; ſalvo tamen jure Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur inibi ſepelienda.

Hæc autem omnia, ſicut in Litteris Domini Papæ continetur auctenticis, ut rata permaneant & illibata, præſentis Scripti Paginâ communimus, & Sigilli noſtri Auctoritate confirmamus: ſtatuentes & ſub intominatione anathematis firmiter inhibentes, ne quis hanc noſtræ Confirmationis Paginam audeat infringere aut ei temere contraire: ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ Sedis Auctoritate.

Actum anno Verbi Incarnati M. C. XC. 1190.

Datum per manum Lambini Cancellarii noſtri.

CAPUT LXXIII.

Balduinus *Flandriæ & Hannoniæ Comes in Capella ſua Valencenis Capitulum Canonicorum in honorem B. Mariæ Virginis inſtituit anno* 1192; *eandemque Parentis ſui Fundationem poſtmodum confirmat Comes* Balduinus.

Ex Hiſtoria Valencenenſi P. Outreman.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Si pacta hominum &c.

Ea propter Ego Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, Marchio Namurcenſis, omnibus tam futuris quàm præſentibus notum facio, quod conſentientibus Margaretha illuſtri Comitiſſa Uxore meâ, & Balduino Filio meo &c. ex totali decima quam apud *Riu* poſſidebam in Capella mea conſtituta quatuor Præbendas inſtitui, quarum duas duobus Clericis, videlicet Magiſtro Petro de Valencenis, & P. Clerico Eccleſiæ Cameracenſis conceſſi; alias verò duas duobus dignis Sacerdotibus aſſignandas.

Quintam inſuper Præbendam præmiſſis quatuor aggregatam Magiſtro Nicolao Capellano meo in decima de Kierinain aſſignavi.

S. Gregorii Decani Condatenſis,
S. Arnulphi Capellani S. Nicolai,
S. Magiſtri Petri de Valencenis,
S. Ludovici Notarii,
S. Durandi Presbyteri,
S. Gilleni Clerici,

S. Euſta-

S. Euſtachii de Berghes,
S. Henrici de Virué,
S. Goſcelli de Onaing,
S. Stephani de Artre,
S. Balduini de Britues,
S. Galteri Filii ſui,
S. Amandi Rufi,
S. Heluini Majoris.

1192. Actum anno Verbi Incarnati MCXCII, Cæleſtino Papa præſidente, Henrico imperaote, Philippo regnante, Willelmo Remenſi Eccleſiæ, Joanne Cameracenſi præſidentibus, Anno Dominationis meæ in Hayn. XXII. in Namurc. IV. in Flandria II.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit, quod Balduinus Comes Hayn. Marchio primus Namurc. Balduini Comitis & Aelidis Comitiſſæ Filius, qui ex parte ejuſdem Matris ſuæ, & Henrici Avunculi ſui Namurcen. & Lucelebor. Comitis Namurcum jure hæreditario adeptus fuit, unde factus fuit Marchio, & Princeps Imperii, Uxorem habuit Nobiliſſimam Margaretam Theodorici Comitis Flandriæ Filiam, Philippi illuſtris ac potentiſſimi Comitis Flandriæ & Viromandiæ Sororem. De qua Filios habuit Balduinum, Philippum, Henricum, Milites egregios; & Filias, quarum una fuit Elizabeth glorioſiſſima Francorum Regina, Philippo illuſtri Francorum Regi deſponſata. Philippo quippe Flandriæ & Viromandiæ Comite defuncto, Balduinus Comes Hayn. & Marchio Namurcenſis Flandriam per aliquot annos cum Margaretha Uxore ſua jure hæreditario poſſedit. Defunctâ autem Margarethâ, & Brugis ſepultâ, Balduinus eorum Filius in Comitatu Flandriæ ſucceſſit, & vivente ſæpedicto Patre ſuo Balduino in Comitatu Hayn. & Marchia Namurcenſi dominante, Flandriæ Principatum potenter tenuit.

Sæpedictus autem Balduinus Comes Hayn. Marchio Namurc. in Capella ſua, quam Valencenis in honore Dei Genitricis conſtruxit, Canonicos inſtituit, & eis bona perpetuò poſſidenda aſſignavit. Sed cum pauci eſſent numero, ipſe Comes numerum quinque de ſuis bonis ordinavit. Teſtes,

Dominus Balduinus Camberon,
D. Hugo S. Gilleni Abbas,
Willelmus Frater ipſius Comitis,
Nicholaus de Barbentione,
Euſtachius de Lens,
Gilbertus Montenſis Præpoſitus,
Sewardus des Marlis.

Actum in Feſtivitate Sanctæ Luciæ, anno Dominicæ Incarnationis MCXCV. 1195.

Ego Balduinus Flandriæ, & Hayn. Comes &c. Attendens devotionem, quam piæ memoriæ Pater meus Illuſtris Hayn. Comes & Marchio Namurci primus habuit circa fundationem Eccleſiæ ab ipſo fundatæ in Curia ſua de Valencenis, in honore Beatæ & glorioſæ Genitricis Dei Mariæ &c. Scholas ergo ibidem inſtitui, & Præbendam, quæ dignitati Scholarum adjuncta erit in perpetuum, de ſegetibus meis apud Kierinaing &c. Scholas itaque cum Præbenda Magiſtro Gontero Clerico meo liberaliter & benignè contuli.

Actum apud Albam Marlam, anno Dominicæ Incarnationis MCXCVI. V. Idus Auguſti. 1196.

CAPUT LXXIV.

Stephanus *Tornacenſis Epiſcopus decernit Scholaſticum & Hoſpitalarium Eccleſiæ ſuæ debere à Canonicis eligi, eorumque officia ordinat anno* 1197.

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

Stephanus Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, & Arnulphus Decanus, cum reliquo ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, in perpetuum.

Constitutionis noſtræ Privilegium quod Legem foraneitatis Canonicis inſtituendis imponit, licet omnes videatur concipere Præbendas, ad duas tamen propoſito noſtro & mente exceptas, videlicet quæ ſunt pauperum Hoſpitali & Scholarum officio deputatæ, Auctoritate præſentium planè profitemur minimè pertinere: cum dubium non ſit, eas & privilegiatas exigere perſonas, & ab aliarum lege Præbendarum in pluribus diſcrepare.

Aliæ quippè & ad donationem pertinent Epiſcopi, & in eis decedentes Anniverſarii jus noſcuntur habere: in iſtis Capitulum & donationem vendicat, & à jure Anniverſarii eſſe conſtat excluſas.

Præterea talis ad officium Magiſterii Scholarum debet eligi Perſona, quæ jugem teneatur facere cum ſtationariis manſionem; niſi merâ Capituli licentiâ, alienarum precum Auctoritate minimè extortâ, quandoque moderato tempore abſuerit, quæ idonea ſit, & probatâ honeſtate morum & perfectâ ſcientiâ Litterarum. Inſtitutus autem, niſi infirmitate aut majore ætate excuſetur, de Divina Pagina & de majoribus ſaltem facultatibus aliquid legat; & quem in ſui partem laboris vocaverit, ut aſſiduè ſub ſe præſit in Scholis, litteratum & honeſtum moribus eligat, cui providere teneatur: & ſic totum Scholarum proventum licitè ſuos in uſus convertat. Alioquin ab eo cui Scholarum regimen ſine participatione ut diximus laboris commiſerit,

rit, juxta Conſtitutionem Lateranenſis Concilii nihil omnino exigat.

Quod ſi ſecus egerit, nec ad commonitionem Capituli citò correxerit, eo penitus tam Scholarum officio quàm Præbendâ ipsâ deſtituto alius liberè loco ejus, qui hoc ſufficienter, ſicut ſupra dictum eſt, velit & poſſit explere, à Capitulo ordinetur: nihilominus quod ſi ſine licentia Capituli, quam diximus, ultra viginti dies abſuerit, totius beneficii ſimiliter habeatur extorris, & pro eo perſona idonea ſimiliter ſubrogetur.

Hæc omnia in ſua inſtitutione, priuſquam aliquid de Præbendæ aut Scholarum fructibus accipiat, priuſquam ſtallum in Choro ſeu locum in Capitulo aſſignatum habeat, juramento corporaliter præſtito ſe firmiter obſervaturum firmare tenetur.

Ad procurationem quoque Hoſpitalis, talis debet perſona aſſumi, quæ cum ſtationariis manſionem fixam habeat & Sacerdocii ordine fungatur, ac debitum in Eccleſia competenter officium exhibeat, infirmorumque ac pauperum curam convenienter & officioſè gerat: quæ ſi aliquo in tempore minùs convenienter ſeu negligenter tam in ſervitio Eccleſiæ quàm in miniſterio pauperum ſe fortè habuerit, quotieſcumque ita contigerit, ex ipſius Capituli arbitrio ſit eandem mutare & aliam juxta præſixam tenorem ſubſtituere. Et cum ſic à Capitulo electa fuerit aut mutata, Epiſcopo qui fuerit pro tempore debet præſentari & abſque ulla exactione ſeu contradictione per manum ejus aut per Litteras, ſi fortè abſens fuerit, ſub præmiſſo tenore debet inveſtiri.

Et hæc ſimiliter in ſua inſtitutione, priuſquam locum in Capitulo aut ſtallum in Choro aſſignatum habeat, proprio debet juramento ſe firmiter obſervaturum firmare.

Signum Domini Stephani Tornacenſis Epiſcopi,
Signum Arnulſi Decani,
Goſſuini Archidiaconi,
Theoderici Flandrenſis Archidiaconi,
Theodorici Præpoſiti,
Joannis Cantoris,
Henrici Hoſpitalis,
Gonteri quondam Chriſtianorum Decani,
Magiſtri Winomari, Presbyterorum.
Signum Willelmi de Bocarmes,
Magiſtri Theodori de Aldenardo,
Stephani Aurelianenſis, Diaconorum.
Signum Joannis Laudunenſis,
Walteri de Jabeca,
Joannis de Montibus,
Simonis de Oberth,
Balduini de Waſia,
Goſſuini de Salines,
Goſſelini de Holar,
Walteri de Atrio,
Hugonis de Popiola,
Mathæi de S. Piato,
Walteri de S. Amando, Subdiaconorum.

Actum anno Incarnati Verbi M. C. XCVII. regnante glorioſiſſimo Rege Philippo ſecundo. 1197.

CAPUT LXXV.

Idem Stephanus *Tornacenſis Epiſcopus in Aula ſua fundat Capellam Epiſcopalem ſub invocatione S. Vincentii, anno* 1198.

Ex Archivis MS Tornacenſibus.

Stephanus Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, omnibus Dei Fidelibus in perpetuum.

Sacris Auctoritatibus Patrum docemur, & certâ fide credimus ac tenemus, quod animæ Fidelium defunctorum, qui in confeſſione S. Trinitatis deceſſerunt, & Eccleſiæ orationibus commendantur Deo & oblationi Dominici Corporis, requiem conſequuntur æternam. Nos autem qui Divinâ potentiâ, non meritis noſtris, in eminentiori gradu poſiti ſumus, quod aliis prædicamus verbo, probare debemus exemplo.

Eapropter notum fieri volumus tam futuris quàm præſentibus; quod memores conditionis noſtræ, & de Domini miſericordia ſperantes, aſſenſu Capituli noſtri inſtituimus perpetuam Capellaniam in Oratorio Sancti Vincentii, quod eſt Epiſcopalis Capella, & quod multis laboribus & expenſis gratioſè ædificavimus, & in eadem liberum introitum, quem Tornacenſis Epiſcopus antea non potuerat habere, in majorem Eccleſiam non ſine multa contradictione Laïcorum, Auctoritate Domini Regis obtinuimus: Qui tamquam proprius ipſius Oratorii Capellanus ſingulis diebus Miſſam celebret in eo pro animabus Epiſcoporum Tornacenſium, & aliorum defunctorum, & pro vivente Epiſcopo propriam in eadem Miſſa dicat Collectam.

Et quia dignus eſt operarius mercede ſuâ, aſſignavimus prædicto Capellano Menſam Epiſcopalem; ut in ea victum idoneum cotidie percipiat & honeſtum; ſive præſens ſive abſens fuerit Epiſcopus. Aſſignavimus etiam ei, & conceſſimus ſeptem libras Flandrenſis monetæ ſingulis annis perſolvendas à Monaſterio Sancti Bertini, pro cenſu quem annuatim debet Epiſcopo infra viginti dies Dominicæ Nativitatis pro Eccleſia *Lichtervelde*, quem multo labore & ſumptu de manu Laïca retraximus, cooperante & laborante nobiſcum Abbate Sancti Bertini.

Præterea quoſdam redditus quos emimus apud *Markain*, videlicet quinque hauſtos frumenti, duas raſerias avenæ, quatuor capones, & viginti & octo denarios præfato Capellano aſſignavi-

aſſignavimus in perpetuum.

Et quia nolumus quod occaſione iſtius Capellaniæ Mater noſtra Eccleſia Beatæ Mariæ ſive Fratres noſtri Canonici ipſius poſſint in aliquo de nobis conqueri, prohibemus, ne abſente extra Civitatem Epiſcopo prædictus Capellanus Parochianos Tornacenſium Eccleſiarum admittat vel oblationes eorum recipiat: obeunte verò Gilione, cui primo Capellaniam conceſſimus, Epiſcopus qui tunc temporis fuerit, alium quem voluerit idoneum loco ejus ſubſtituet.

Statutum eſt etiam hoc, tam noſtrâ quàm totius Capituli Auctoritate, & ſub anathemate concluſum ac firmatum eſt, ne præſens noſtra & Capituli Conſtitutio ab aliquo, ſive ab aliquibus mutetur.

Quod ut firmum & ſtabile permaneat, Nos Sigillo noſtro, & Capitulum Sigillo ſuo, fecimus confirmari.

Signum Domini Stephani Tornacenſis Epiſcopi.
Signum Arnulphi Decani.
Signum Goſſuini Archidiaconi.
Signum Theodorici Præpoſiti.
Signum Johannis Cantoris.
S. Henrici Hoſpitalarii.
Gonteri quondam Chriſtianorum Decani, Magiſtri Guinemari, Presbyterorum.
Signum Joannis Laudunenſis.
Magiſtri Theodori Aldenardenſis.
Stephani Aurelianenſis.
Willelmi de Bocarmes, Diaconorum.
S. Joannis de Montibus.
Simonis de Oberth.
Balduini de Waſia.
Galteri de Atrio.
Mathæi de S. Piato.
Hugonis de Popiola, Subdiaconorum.

Actum anno Dominicæ Incarnationis millesimo centeſimo nonageſimo octavo. 1198

CAPUT LXXVI.

Innocentius III. *Pontifex dat Privilegium Canonicis Tornacenſibus anno 1198, quo non poſſint cogi ſtare juri, niſi coram Epiſcopo vel Decano ſuo.*

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Canonicis & Clericis Tornacenſis Eccleſiæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, ne coram alio judice trahamini niſi per appellationem in cauſam, quamdiu ſub examine Venerabilis Fratris noſtri Stephani Epiſcopi Tornacenſis, vel dilectorum Filiorum Decani & Capituli noſtri ſtare juri volueritis, præterquam de noſtro vel Legati noſtri mandato, Auctoritate Vobis præſentium indulgemus.

Liceat quoque vobis cum generale Interdictum terræ fuerit, excluſis interdictis & excommunicatis, clauſis januis, non pulſatis campanis, & ſuppreſſâ voce Divina Officia celebrare.

Nulli ergo omnino hominum fas ſit, hanc indulgentiam infringere vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, IV. Idus Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT LXXVII.

Gerardus *Cancellarius Flandriæ Donationem decimæ de* Wevelghem *à Balduino de Rouſlo in favorem Capituli Harlebacenſis confirmat anno* 1201.

Ex Archivis MS. Capituli Harlebac.

Ego Gerardus Brugenſium, Inſulenſis & Sancti Audomari Præpoſitus & Flandriæ Cancellarius, & Willelmus Sancti Audomari Caſtellanus, & Gerardus Inſulenſis Caſtellanus, omnibus notum fieri volumus tam præſentibus quàm futuris, quod Dominus noſter Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, arrepto peregrinationis ſuæ itinere Hieroſolymam profecturus, Litteris nobis præſentibus mandavit, quod ſi Balduinus de Rouſlo per conſenſum Uxoris ſuæ decimam quam habebat apud *Wevelghem* in manus noſtras ad opus Eccleſiæ & Canonicorum de *Harlebecca* reſignare vellet: Nos ipſius hoc propoſitum adimplere mus.

Igitur præfatus Balduinus de Rouſlo cum Uxore ſua Badelega coram nobis veniens prædictam decimam liberè & abſolutè, pro ſalute animæ ſuæ & Uxoris ſuæ & Parentum ſuorum, ſicut eam tenuerat, ad opus prædictæ Eccleſiæ &

& Canonicorum in manibus noſtris reſignavit.

Hoc itaque facto & recognito ab hominibus Domini Comitis, per ſubmonitionem noſtram, quod nec ipſe nec Uxor ſua nec quiſquam Succeſſorum nec heredum ſuorum in Decimam prædictam aliquid juris haberent inpoſterum, nec clamare poſſent aut deberent, nos cum Danieli Præpoſito Harlebecenſi liberaliter dedimus ad opus Eccleſiæ & Canonicorum in perpetuum poſſidendam.

Ut autem hoc ratum & inconvulſum permaneat, præſens Scriptum tam Teſtium ſubſcriptionibus quàm Sigillorum noſtrorum Annotationibus voluimus roborari,

S. Willelmi Atrebatenſis Advocati Domini Betuniæ & Teneramundæ,
S. Raſonis de Gavere,
S. Willelmi Patrui Domini Comitis,
S. Balduini de Pratis,
S. Ægidii de Odegem,
S. Jacobi de Lichtervelde,
S. Lamberti de Coiengem,
S. Rogeri de Curtraco,
S. Rogeri de Moſchre,
S. Sigeri de Moſchre,
S. Rolini de Houte,
S. Willelmi Gimale,
S. Vivini,
S. Danielis de Ruſlede,
S. Walteri de Harlebecca,
S. Euſtachii de Bevere,
S. Danielis de Deuthegem,
S. Wivini Clerici,
S. Hugonis Notarii,
S. Willelmi Magni.

Actum anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, apud Curtracum. 1202.

CAPUT LXXVIII.

Innocentius III. *Pontifex ſupprimit Præpoſituram in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi, anno 1205. ſuique Mandati Executores conſtituit Abbates S. Amandi, Phalempinienſem, & S. Nicolai de Pratis.*

Archiven

JOANNES Sancti Amandi in Peula, Joannes de Palempin & Nivellus S. Nicolai de Pratis Tornacenſis Abbates, univerſis Chriſti Fidelibus tam futuris quàm præſentibus, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, in perpetuum.

Noverit univerſitas veſtra Nos recepiſſe mandatum Apoſtolicum in hæc verba:

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Sancti Amandi in Peula, de Palempin & Sancti Nicolai de Pratis Abbatibus Tornacenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte Tornacenſis Eccleſiæ noſtris eſt auribus intimatum, quod cum Præpoſitura ejuſdem Eccleſiæ non dignitas ſit, ſed tantùm officium ad hoc ſpecialiter inſtitutum ut Præpoſitus ipſius Eccleſiæ reditus ab injuſtis detentoribus extorqueret, & inter homines ejuſdem Eccleſiæ, ſi diſcordarent, ad invicem exhiberet quod juris ordo dictaret: Theodericus nunc ipſius Eccleſiæ Præpoſitus tum ægritudine tum ætate à longis retrò laborans temporibus, Præpoſituræ recipit emolumentum, ejuſdem onus ſuſtinere contemnens; quod etiam ſanus & abſens multoties facere conſuevit: unde cum Eccleſia ipſa diutius indè ſuſtinuerit & adhuc ſuſtineat detrimentum, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, ne in futurum gravetur conſimili detrimento, humiliter poſtulavit à Nobis, ut cum Præpoſituram ipſam vacare contigerit, annuos eis liceat Præpoſitos ordinare.

Quia ergo Nobis non conſtitit de præmiſſis, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ad ipſam Eccleſiam pariter accedentes & inquiſitâ diligentiùs veritate, de conſenſu Capituli & prudentum conſilio, appellatione poſtpoſitâ, ſtatuatis quod ad honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ fuerit ſtatuendum, facientes quod ſtatueritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Quod ſi non omnibus hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, tertio Idus Februarii, Pontificatûs noſtri anno VII.

Hujus ergo auctoritate mandati acceſſimus ad Eccleſiam Tornacenſem, & ſuper detrimento quod dicebatur Eccleſia ſuſtinere per eorum incuriam qui perpetui in ea Præpoſiti fuerant ordinati, tam ab ipſis Canonicis ſub juramento quo erant adſtricti Eccleſiæ, tam ab aliis prout meliùs potuimus inquirentes, & ſi Præpoſituram officium ipſi Canonici reputarent; ex eorum aſſertione didicimus, Præpoſituram non dignitatem ſed officium reputari, cum Præpoſitus in Electionibus vel in aliis nulla prærogativâ gaudeat dignitatis.

Intelligentes ergo Præpoſitorum perpetuas inſtitutiones inutiles eſſe Eccleſiæ & damnoſas, & quod per negligentiam Theoderici Præpoſiti, Eccleſia non modicum receperit detrimentum; ea propter de prudentum virorum conſilio, & voluntate Domini Goſſuini Epiſcopi & Capituli Tornacenſis ſtatuimus Auctoritate Apoſtolicâ, ut poſt obitum Theoderici Præpoſiti, annuatim in jam dicta Eccleſia Præpoſiti inſtituantur, competenti ſecundùm arbitrium Capituli ſtipendio aſſignato eis qui ad hoc officium erunt deputati.

Ut autem hæc noſtra Conſtitutio facta pro utilitate Eccleſiæ firma ſemper maneat & ſtabilis, Sigillorum noſtrorum munimine eam fecimus confirmari, ferentes in eos excommunicationis ſententiam qui contra eam venire præſumpſerint & infringere attemptarint.

Actum Tornaei anno Dominicæ Incarnationis MCCV. menſe Novembri.

CAPUT LXXIX.

HENRICUS I. *Dux Lothariniæ inferioris benefacit* 1205. *Monaſterio Cortembergenſi Ordinis S. Benedicti.*

Ex MS. Archivis Capit. Anderlecht.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus hoc Scriptum videntibus tam futuris quàm præſentibus ſalutem.

SCIATIS, quod quidam Burgenſis de Lovanio Bellinus Auſer viii bunnaria Allodii Eccleſiæ de *Curtenberge* & Monialibus ibidem deſervientibus vendidit, & ad noſtram in Lovanio perſonam acceſſit; venditionis titulum verò, quem fecerat prædictis Monialibus in præſentia noſtra ac noſtrorum hominum qui aderant, quorum nomina ſubſcripta ſunt, etiam publicè recognovit.

ALLODIUM, ut moris fuit, in noſtram manum reportavit, & eum debita effeſtucavit ſolempnitate.

NOS ergo diligentes locum prædictum, in favorem, quem geſſimus erga ipſum, & utilitatem ejus, quam plurimùm affectantes, per manum noſtram prædictum Allodium ſupradictæ contulimus Eccleſiæ, quietè, pacificè & integerrimè poſſidendum; ipſi amoto cujuſlibet contradictionis & fatigationis obſtaclo.

ET ut impoſterum hoc factum noſtrum, & quod coram nobis factum eſt, ſtabilem obtineat firmitatem, præſentem Paginam Sigilli noſtri appoſitione juſſimus communiri & firmiter roborari: ſimiliter & appenſione Sigilli Kameræ noſtræ Methildis Duciſſæ; nam duplex, ut aliàs dicitur, funiculus difficiliùs rumpitur.

ET ut præſens Scriptum plenâ gaudeat & debitâ confirmatione, Teſtes qui interfuerunt huic facto ſubſcribi fecimus.

INTERFUERUNT dilectus noſter,
Frater Ducis Wilhelmus.
Godefridus de Schothen
Theodericus de Amſolis.
Arnoldus de Winſmale.
Robertus de Thenis.
Lambertus Wicelinus.
Lambertus Bruſens.
Henricus Præpoſitus.
Ballo Scholaſticus.
Arnoldus de Wichmale.
Arnoldus Colvere.

ANNO Dominicæ Incarnationis M. CC. V. 1205.
ACTA ſunt hæc ſolempniter Lovanii.

CAPUT LXXX.

GOSWINUS *Epiſcopus Tornacenſis teſtatur Decimam de* Templeuve *ad ſuam Eccleſiam Cathedralem pertinere, anno* 1209.

Ex Archivis Tornacenſibus.

GOSSUINUS Dei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis univerſis præſentem paginam inſpecturis in perpetuum.

CUM grandis coram Nobis controverſia ageretur ſuper cuſtodia Decimæ de *Templeuve*, inter Eccleſiam Tornacenſem & cæteros comparticipes ex una parte, & Ægidium Militem de Gueugnies ex altera, qui decimum octavum vas ejuſdem Decimæ de facto noſcitur percipere, eodem Ægidio aſſerente quod in grangia cuſtodem ſpeciali quodam jure deberet ponere; Eccleſiâ autem in contrarium aſſerente, cuique partium pro virili portione jus integrum in dictę Decimę cuſtodia competere, & ſi quando aliter factum eſt, per violentiam, & uſurpationem factum eſſe.

SUPER prædictis partium intentione fundatâ, lis coram Nobis eſt conteſtata. Auditis autem Teſtibus & publicatis partium atteſtationibus, & die aſſignatâ ad dicendum in Teſtes & Teſtium dicta; videns Ægidius Eccleſiam ſufficienter probaſſe intentionem ſuam, & maximè per Teſtimonia partis adverſæ, contumaciter à Nobis receſſit, & propter contumaciam excommunicatus diu in excommunicatione pertinaciter manſit.

TANDEM Domino ipſum viſitante rediit ad cor ſuum, & accedens ad Nos & ad Eccleſiam Tornacenſem, ipſi Eccleſiæ & aliis participibus in præſentia noſtra & aliorum proborum virorum tam Clericorum quàm Laïcorum jus ſuum recognovit: videlicet quod ipſe nullâ ſpecialitate in dicta Decima gauderet, ejuſque participum in cuſtodia inter grangiam & in aliis pertinentibus ad Decimam conſenſus requirendus eſſet.

IN hujus rei memoriam præſentem paginam conſcribi, & Sigilli noſtri appenſione fecimus roborari.

ACTUM Tornaci anno Dominicæ Incarna- 1209.
tionis M. CC. IX, menſe Octobri, Conſecrationis noſtræ anno VI.

 CAPUT

CAPUT LXXXI.

Capella B. Mariæ Virginis Bruxellæ, in qua jam dudum fuerat Præpoſitura Benedictinorum ab Abbatia S. Sepulchri Cameracenſi dependens, erigitur in Eccleſiam Parochialem;

anno 1210.

Ex Archivis MS. Præpoſituræ de Capella.

SIGERUS Cameracenſis Archidiaconus in Brabantia, ROBERTUS Dei gratiâ Abbas Haſſigenienſis, Magiſter BALDUINUS Scholaſticus Lovanienſis; omnibus præſentem Paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum.

AD tollendum materiam jurgiorum quæ facilè de rebus exiguis in magnam diſcordiam ſuſcitantur, neceſſaria valdè ſunt monumenta ſcriptorum, quæ dum rerum geſtarum exhibent veritatem, litigandi malitiam ſive cauſam excludunt.

PROPTEREA volumus teſtimonio Scripti hujus omnibus notum eſſe: cùm Eccleſia S. Sepulchri Cameracenſis Capellam quamdam haberet in Oppido Bruxellenſi, jus autem Parochiale in circummanentibus & vicinis eidem Capellæ ad Eccleſiam S. Gudilæ pertineret, utrique Eccleſiæ viſum fuit ut Parochialis Eccleſia fieret de Capella eadem, ad tollenda pericula vel defectus qui ex nimis remota Parochiali Eccleſia, vel quandoque proveniùnt aut poterant provenire.

UT autem hoc ad commodum utriuſque Eccleſiæ melius ordinari valeret, in nos utraque Eccleſia compromiſit firmiter, Canonici quidem fide interpoſitâ, Abbas verò ſub pœna centum marcarum promittens ordinationi, quam ſuper hoc faceremus, parêre.

Nos autem præhabitâ deliberatione ſolerti, rerumque circonſtantiis diligenter inſpectis, pro pace & commodo utriuſque Eccleſiæ ordinavimus in hanc formam. Eccleſia B. Mariæ pleno jure habebit omnia Parochialia, videlicet ſepulturam, baptiſterium ...... & ſuperiori Eccleſiæ perſolvet quindecim libras Lovanienſis monetæ ſingulis annis: quinque ad Natale, quinque ad Paſcha, quinque ad feſtum B. Joannis. Termini autem Eccleſiæ B. Mariæ ſicut antiquitus limitati erant permanebunt.

DE Domo hoſpitalis B. Joannis, Canonici D. Gudilæ de ſepulturis Fratrum & Sororum & infirmorum oblationes habebunt. Nemo ſibi in eodem hoſpitali eligere poterit ſepulturam; ſi verò aliquis ex prædicta Parochia ſibi elegerit ſepulturam ad Eccleſiam B. Gudilæ, vel è converſo, Sacerdos funus ſuum proſequetur, & ibi Miſſam celebret & oblationes percipiat illâ tantùm die quâ ſepelitur defunctus.

DE Capella B. Petri ſic ordinatum eſt, ut omnino ſubjecta ſit Eccleſiæ B. Mariæ, & eundem cenſum quem perſolvit Eccleſiæ B. Gudilæ, perſolvet Eccleſiæ B. Mariæ.

Prædicta ſumma quindecim librarum perſolvetur de univerſis proventibus prædictæ Eccleſiæ ad Altare ſpectantibus, in quibus Presbyter habebit partem, exceptis confeſſionibus & viſitationibus quas ſpecialiter Sacerdos retinebit.

Deductis verò quindecim libris, de reſidua ſumma Sacerdos tertiam partem, Procurator Abbatis & Eccleſiæ duas partes recipiet.

PRÆTEREA ſi acciderit terram vel Oppidum interdicto ſupponi & interdictum tantummodo per menſem duraverit, nihil ob hæc minuetur de ſumma Canonicis perſolvenda; ſi autem ampliùs duraverit, pro rata temporis fiat ſubtractio, videlicet pro ſingulis menſibus ſingulæ libræ; ſi autem per annum duraverit, duodecim libræ ſubtrahantur, & tres tantùm perſolvantur; nam illæ tres libræ æſtimantur pro confeſſionibus & viſitationibus & baptiſteriis, in quibus non obeſt interdictum.

DE reverentia quæ debetur Eccleſiæ B. Gudilæ in die Palmarum, omnes Parochiani dictæ Eccleſiæ conveniant ad majorem Eccleſiam, nec aliqui alibi benedicantur rami palmarum: & in majoribus ſolemnitatibus Sacerdos dictæ Eccleſiæ poſtquam celebraverit, ad magnam Miſſam ad majorem Eccleſiam accedat.

OMNES Parochiani dictæ Eccleſiæ ad Synodum in majori Eccleſia conveniant, nec Synodus in prædicta Eccleſia celebrabitur.

Item ſi acciderit aliquem Parochianorum dictæ Eccleſiæ pro exceſſu ſuo à Canonicis majoris Eccleſiæ excommunicandum, Sacerdos ibidem miniſtrans ad exequendam ſententiam eis obtemperabit.

PRÆTEREA ſi contigerit Sacerdotem decedere, Abbas S. Sepulchri idoneum Sacerdotem Canonicis majoris Eccleſiæ præſentabit, quem ipſi ad ſuſcipiendam Curam animarum Epiſcopo præſentabunt, nec ipſi præſentatum ab Abbate poterunt recuſare.

ITEM in Eccleſia majori oleum ad Paſcha ſumatur.

UT autem Ordinatio prænotata ſtare poſſit in poſterum, tantoque firmiùs obſervetur quanto fuit ſolemniùs declarata, eam noſtrorum impreſſionibus Sigillorum fecimus conſignari.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis mil- 1210.
leſimo ducenteſimo decimo, menſe Decembri.

CAPUT

CAPUT LXXXII.

HENRICUS I. *Brabantiæ Dux fundat anno* 1216. *Prioratum Monialium Ciſtercienſium, dictum* Ter-Banck, *juxta Lovanium.*

Ex Brabantia Mariana Wichmans

EGo HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotoringiæ tam poſteris quàm moderois, in perpetuum.

QUÆ temporis diuturnitatem expectant, ad commodum temporale, & maximè ad animarum ſalutem ſpectantia, providâ expedit ordinari diſcretione.

CùM igitur ad honorem Dei, & glorioſæ Genitricis ejuſdem, de conſilio & adſtipulatione Goſuini Domini de Heverla, nec non & Burgenſium Lovanienſium, ad opus Leproſorum ſecus Lovanium, Domum Religioni mancipatam conſtruxerimus; ipſam Domum, Fratres & Sorores ibidem Deo io membris humiliter & devotè famulantes, nec oon & reliquas Perſonas eidem Domui adtinentes, poſſeſſiones quoque ejuſdem, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub noſtra noſtrorumque Succeſſorum ſuſcipimus protectione &c.

ACTUM anno Verbi Incarnati milleſimo du- 1216.
centeſimo ſexto decimo, menſe Julio.

CAPUT LXXXIII.

Idem Dux benefacit eidem Prioratui ac Leproſario de Ter-Banck *à ſe fundato, anno* 1217.

Ex eodem Libro.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotoringiæ, univerſis hoc Scriptum inſpecturis, in Domino ſalntem.

UT res quæ providè geruntur inter præſeotes, à futuris cognoſcantur, & ſic perpetuæ firmitatis robur accipiant, Scripto ſolent commendari, & ita poſteris cognoſcenda tranſmitti.

NOTUM ſit igitur univerſis, quòd Nos Divinæ remunerationis iotuitu, duodecim bonaria ſilvæ noſtræ de *Weneſenſele*, quæ Nos jure proprietatis contiogebat, in ea parte, in qua eadem ſilva Allodio de *Berthem* immediatè eſt contermina, Leproſis de *Bancho*, pro noſtra Anteceſſorum & Succeſſorum ſalute, eo jure quo ea poſſedimus, poſſidenda liberè contulimus & abſolutè: ita videlicet quòd nullus omninò quidquam juris in dictis XII. bonariis ſilvæ, præter eoſdem Leproſos, obtineat.

ISTAM autem Donationem fecimus anno
Dominicæ Incarnationis M. CC. XVII. II. Idus 1217.
Maii, eâ videlicet die, quâ primum lapidem fundamentorum Eccleſiæ de Baocho ſubpoſuimus.

UT autem hæc donatio rata permaneat, præſens Scriptum eiſdem Leproſis Sigillo noſtro roborandum conceſſimus in Teſtimonium.

CAPUT LXXXIV.

JOANNA *Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa benefacit Eccleſiæ Collegiatæ S. Pharaïldis anno* 1219, *eamque Capellam ſuam nominat. Eamdem Uxoris ſuæ Donationem dein confirmat* Comes FERNANDUS *anno* 1228.

Ex Archivis Capit. S. Pharaild

EGo JOHANNA Flandriæ & Hanoniæ Comitiſſa notum eſſe volo tam præſentibus quàm futoris;

QUOD cum Decanus & Canonici S. Pharaïldis in Gandavo Capellam habeant precioſam, ornamenta videlicet ad Altare ſpectantia; eos cum magna fecimus inſtantia rogari, ut Capellam illam, quia tunc nullam habebam, michi devotè concederent. Ipſi autem benignè precibus meis aſſentientes dictam michi Capellam contulerunt.

Ego verò in recompenſatione bonæ voluntatis ſuæ quam michi in hoc pleniùs oſtenderunt, eiſdem Decano & Canonicis, & pro ſalute animæ meæ & Anteceſſorum meorum & deinceps Succeſſorum, liberaliter & benignè contuli ſexagiota bonaria *Waſtinæ* jacentia ante *Scleidinga* inter *Merienpat* & *Waſtinam* Abbatis S. Bavonis, ita quod de proventibus qui de dicta Waſtina provenient cotidianæ fient inpoſterum in Eccleſia prædicta diſtributiones Canonicis in eadem Eccleſia in præſentia ſua ſervientibus.

ET ſcieodum quod ſi aliqui hoſpites venirent manere ſuper Waſtinam illam, Ego ſuper eos hoſpites haberem altam juſtitiam, & exercitium meum, & talliam meam, niſi per voluntatem meam remanerent. Totum aliud dominium ipſis Decano & Canonicis remanebit.

PRÆTE-

Præterea ſciendum quod Decanus & Canonici præfatæ Eccleſiæ facient ſingulis annis anniverſarium bonæ memoriæ Domini & Patris mei B. Imperatoris Conſtantinopolitani Comitis Flandriæ & Hannoniæ & Dominæ M. Matris meæ, & ſimiliter Domini & Mariti mei Fernandi Comitis Flandriæ & Hannoniæ, & meum, quando per voluntatem Dei viam univerſæ carnis ingreſſi fuerimus.

Ut autem hoc factum meum in poſterum firmum & ſtabile permaneat, præfatæ Eccleſiæ præſentem contuli Paginam Sigilli mei appenſione munitam.

Datum Curtraci, anno Dominicæ Incar-
1219. nationis M. CC. XIX, menſe Januario.

Fernandus Flandriæ & Hannoniæ Comes univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra quod Nos donationem illam ſexaginta boneriorum waſtinæ jacentium in Parochia de *Evergbem* apud *Sleidinghe*, quam kariſſima Uxor noſtra Johanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa fecit Eccleſiæ Sanctæ Pharahildis in Gandavo, approbamus & ratam habemus, & firmam præſentium Teſtimonio.

Datum Gandavi anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, feriâ ſextâ poſt ..... 1228.

CAPUT LXXXV.

Hugo *de Petra-ponte Epiſcopus Leodienſis confirmat fundationem Domûs de Juncis Equitum Theutonicorum, vulgò dictam* Alde-Bieſen, *propè Trajectum-Moſæ, anno* 1220.

Ex Hiſtoria Leodienſi P. Fiſen.

Hugo Divinâ concedente miſericordiâ Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus, univerſis Eccleſiæ Sanctæ Filiis, &c.

Notum igitur eſſe volumus omnibus Chriſti Fidelibus tam futuris, quàm præſentibus, quòd Mechtildis Abbatiſſa de *Bilſen* cum univerſitate ejuſdem Eccleſiæ Capituli, unà cum Arnoldo Comite de Los, Capellam, quæ dicitur ad *Juncos*, Hoſpitali Domûs Teutonicorum in partibus tranſmarinis in ſubſidium Deo ibidem militantium, ac infirmorum, quorum in ea cura geritur, cum omnibus ſuis pertinentiis jure perpetuo donaverunt; noſtrum ſuper hoc, ſicut juſtum erat, requirentes aſſenſum.

Nos autem eorum petitioni libenter annuentes, & ut prædicta donatio firma & inconvulſa omni permaneat ævo, præſentem Paginam exinde conſcriptam, & Sigilli noſtri, Abbatiſſæ quoque, ac præfati Comitis muniminc roboratam tradidimus, eorum factum in hoc per omnia roborantes. Teſtes hujus rei ſunt

- D. Siſridus Moguntinus Archiepiſcopus,
- D. Enguelbertus Archiepiſcopus Colonienſis,
- D. Theodorus Trevir. Archiepiſcopus,
- D. Conradus Met. Epiſcopus & Imperialis Aulæ Cancellarius,
- D. Ekkebertus Babenbergenſis Epiſc.
- Henricus Dux Brabantiæ,
- Ludovicus Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ,
- Ludovicus Lantgravius Thuringiæ,
- Gerardus Comes de Ara,
- Henricus Comes de Seina, &c.

Acta verò ſunt hæc anno Dominicæ Incar-
nationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo. 1220.

Origo Ordinis Theuton.

Ordo Teutonicus, olim *Hoſpitalis S. Mariæ in Jeruſalem* dictus, exortus eſt in Sancta illa Civitate, quam ſub initio Sæculi XI. à Chriſtianis adhuc inhabitatam cum Viri Teutones frequenter inviſerent, permotus fuit honeſtus quidam Urbis Incola, genere Germanus, ut in uſum Hoſpitum popularium Xenodochium de ſuis facultatibus extrueret, Oratoriumque B. Virgini Deiparæ ſacrum adjiceret.

Ad illud confluentibus indigenis, multi ex eis ſæculo renunciantes, ſe ſuaque Deo & hoſpitum infirmorum curationi devoverunt. His ſucceſſu temporum diverſi Nobilis atque Equeſtris proſapiæ Viri acceſſerunt; qui tandem numero aucti Regulam inſtitutaque *Fratrum Militiæ templi* aſſumſerunt, & paulò pòſt occaſione obſidionis Acconitanæ (quæ Civitas aliàs *Ptolemais* dicebatur, quamque Sprengerus craſſa *ἀνοησία* Anconam Italiæ, Urbem ad Adriaticum mare ſitam putavit) Ordinis ſui confirmationem à Cæleſtino III. Papa, intercedente Henrico VI. Imperatore ejuſque Fratre Friderico Sueviæ Duce, anno 1192. obtinuerunt, & adoptatâ in Advocatam B. Virgine Mariâ, teſſeræ loco *crucem nigram in campo argenteo* acceperunt; cui deinceps Johannes Rex Hieroſolymitanus, *auream* ſuperinduxit; Fridericus autem II. Imperator *aquilam nigram Imperii in campo aureo*, medio & honoratiore crucis loco imponendam, addidit: denique Ludovicus IX. Rex Galliæ à Bello Sacro redux, crucis aureæ extremitates *quatuor liliis* auxit atque ornavit. Primus Ordinis Magiſter *Henricus Walpodius* fuiſſe memoratur.

Tranſierunt hi Equites, quos à Symbolo modò dicto *Crucigeros* nominabant, è Palæſtina, in qua annis aliquot ſtrenuè rem Chriſtianam curaverant, in Germaniam, Magiſtro *Hermanno de Salza*, circa annum 1229. exciti à Conrado Maſſoviæ Duce, ut ſibi, à Pruſſis gentilibus afflicto, ſuppetias ferrent. Ab eo autem in præmium navatæ fortiter operæ Culmenſem diſtrictum, & quicquid terræ eſt inter Viſtulam, Mocram & Dreventiam flumina, acceperunt. Cumque ſequenti temporum tractu *Pruſſiam & Livoniam* ampliſſimas Provincias armis victoriiſque ſuis emenſi eſſent, & cum Enſiferorum Equitum in Livonia Ordine ſeſe conjunxiſſent, Palæſtinam autem intereà Saraceni pulſis Chriſtianis occupaſſent, iſtis in oris ſedem fixerunt, opibuſque ac potentiâ creverunt.

Verùm enim verò rebus ſic proſperè atque ex voto ſibi ſuccedentibus elati, inſolentiùs ſe gerere, ſociorum ac vicinorum terras appetere, ſubditos intolerabili dominatu premere, tributiſque vexara cœperunt. Unde factum, ut utrorumque, vicinorum nempe & ſubditorum,

rum, odium infeſtaſque manus in ſe concitarent, atque à Polonis inprimis malè multarentur. Cruentum profectò ac funeſtum Ordini accidit prœlium ad Dannebergam, in Pruſſia anno 1410 Equites inter & Polonos commiſſum, quo quinquaginta millia Crucigerorum, cum ipſo Magiſtro Ulrico à Jungingen cæſa, prætereà quatuordecim millia capta fuiſſe referuntur.

Attritis iſtâ clade Ordinis viribus, prima ab Uladiſlao Jagellone fundamenta Pruſſiæ Polonis acquirendæ jacta ſunt; quæ poſtea corroboravit Caſimirus IV Rex, & Magiſtrum Ordinemque in fidem ac clientelam ſuam recepit. Demum perfecit Sigiſmundus, quo regnante Crucigerorum Ordo in Pruſſia planè ſublatus: *Alberto* verò *Marchioni Brandenburgico*, tum ſupremo ejus Magiſtro, titulus Ducis, ac reliqua *Pruſſia* quæ nondum ad Polonos deſciverant, lege beneficiariâ conceſſa ſunt.

Sed nec lentiore gradu in Livonia ad ima decurrit Teutonici Ordinis fortuna ac dominium, itâ ut eâdem fermè tempeſtate, occaſione diſſidii inter *Gulielmum Fürſtenbergium*, Livoniæ Provincialem Magiſtrum, & Gulielmum Archiepiſcopum Rigenſem orti, periret, & Livonia à Sigiſmundo Auguſto Regno Poloniæ conjungeretur; Magiſter verò Provincialis *Gotthardus Kettlerus*, qui Furſtenbergio Succeſſerat, *Curlandiâ & Semigalliâ*, nec non Ducis axiomate ad poſteros tranſmittendo inveſtiretur. Hòc modo meliore ditionum parte exutus Ordo Teutonicus, ad tenuem conditionem atque ad illa ſola bona, quæ per Imperium hinc inde ſparſa ſunt, redactus eſt.

Illa verò tanquam è naufragio collegit *Waltherus à Cromberg*, quem *Dietericus à Cleen*, Magiſtri Ordinis in Germania officio illâ tempeſtate functus, ſibi Succeſſorem ſuffragantibus Commendatoribus anno 1516. adoptavit, & Imperator Carolus V in literis inveſtitoriis titulo *Adminiſtratoris Summi Magiſterii in Boruſſia* auxit: unde *quintus poſt trigeſimum Magiſter Ordinis Teutonici* numeratur.

Idem Magiſter Ord. Theutonici eſt Princeps S. R. Imperii, ſedemque habet hodie Mergenthemii, quæ Civitas eſt Franconiæ

Dividitur Ordo io duodecim Ballivias, vulgò *Landt-Commanderyen*; Alſaticam, Auſtriacam, Tyrolenſem, Confluentinam, Franconicam, Juncetanam ſive Alde-Bieſſenſem, Weſtphalicam & Lotharingicam, omnes merè Catholicas; item Haſſiacam, Thuringicam & Saxonicam, quæ à Lutheranis poſſidentur, & Ultrajectinam, quæ ſubeſt Fœderatis Ordinibus Belgii, hodieque à Calviniſtis ſeu Reformatis poſſidetur, & quaſi avulſa eſt ab Ordine Theutonico.

Ballivia Juncetana, ſeu *Alde-Bieſſen*, de qua in hoc Diplomate, hodie Archi-Commendatorem habet Eminentiſſimum D Damianum Hugonem Comitem de Schonborn, S. R. E. Cardinalem ab anno 1715. atque Epiſcopum Spirenſem ab anno 1719.

Cononet ſub ſe duodecim Præfecturas, vulgò *Commanderyen*, quæ ſunt. 1. Jonge-Bieſſen, Trajecti ad Moſam, 2. Gemertana, propè Sylvam-Ducis, 3. Rebſdorf in Ducatu Juliacenſi, 4. Bernesheim propè Trudonopolim, 5. Bieſſen, Coloniæ Agrippinæ, 6. Beckevoordt propè Dieſtemium in Brabantia, 7 Grutrode in Campinia Leodienſi, 8. Fura S Petri in Ducatu Limburgenſi, 9. S. Ægidii Aquiſgrani, 10. Ordingen ſive *Ordenge* propè Trudonopolim, 11. Rameſdorp propè Bonnam in Electoratu Colonienſi, & 12. S Andreæ, quæ eſt Parochia Leodii, cujus Paſtor vocem quidem habet activam in Comitiis Ordinis, ſed non paſſivam.

Domus Pitſemburgica Mechliniæ ejuſdem Ordinis hodieque florens, ſubeſt Balliviæ Confluentinæ; uti & ſuberat Domus Luxemburgenſis, ſed anno 1674 Ludovicus XIV. Galliæ Rex bona illius tranſtulit & applicuit fundando Ordini S. Lazari in Gallia. De qua ſupra pag. 739.

Ballivia Ultrajectina, olim habuit duodecim Præfecturas, videlicet Middelburgenſem, Leidenſem, Dierenſem, Otmarſenſem, Catwicenſem, Maeſlandienſem, Doesburgenſem, Rhenenſem, Schoonhovienſem, Schalunenſem, Burenſem & Neſſenſem in Friſia, de quibus nihil hodie ſupereſt.

CAPUT LXXXVI.

HENRICUS I. *Brabantiæ Dux confirmat ea quæ Archiepiſcopus Remenſis viſitando Bruxellenſem Eccleſiam S. Gudulæ geſſerat, anno* 1220.

Ex Bolkenſ. in Troph. Brabant.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, tam futuris quàm præſentibus præſentes Litteras inſpecturis, in Domino ſalutem.

NOVERITIS, quod cùm Venerabilis Pater WILHELMUS Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, per Remenſem Provinciam officium viſitationis exercens, ad Eccleſiam S. Gudulæ in Bruſſella perveniſſet, ibi de prudentum conſilio, præſentibus Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, nec non de voluntate noſtra, qui in eadem Eccleſia Jus Patronatûs habemus, ordinavit & ſtatuit, quod Canonici qui decenter in eadem Eccleſia inſtituentur, ſi abſentes ſint & foranei, medietatem tantummodo ſuarum in abſentia percipient Præbendarum, &c.

Nos autem hanc Conſtitutionem ratam habentes & firmam, &c.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis M.CC. XX. menſe Octobri. 1220.

CAPUT LXXXVII.

HONORIUS III. *Pontifex Capitulum S. Donatiani Brugis, quod nunc eſt Cathedrale, exinnit à juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis, anno* 1225.

Ex Archivis MS Eccl. Tornacenſ.

HONORIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Decano, Cantori & P. Canonico S. Audomari Morinenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

DILECTI Filii Decanus & Capitulum Eccleſiæ Sancti Donatiani Brugenſis tranſmiſſâ Nobis petitione monſtrarunt, quod omnibus eis à Sede Apoſtolica ſit indultum, ut ſi quando Clerici jugiter ſervientes in Eccleſia ipſa deliquerint, correctionem recipiant infra Clauſtrum, niſi forſan uſque adeo fuerint graves eorum exceſſus, quod meritò debeant ad Sedem Apoſtolicam laborare.

NUPER Venerabilis Frater noſter Torna-

ee:ſis Epiſcopus loci Diocefanus duos eorum Concanonicos delinquentes, qui juxta indulgentiarum ipſarum tenorem correctionem intra eorum Clauſtrum ſuſcipere ſunt parati, citavit apud Tornacenſem Eccleſiam corrigendos, in derogationem indulgentiarum ipſarum & eorumdem Decani & Capituli præjudicium & gravamen; propter quod ipſi ad noſtram audientiam appellarunt. Quare Nobis ex parte dictorum Decani & Capituli fuit humiliter ſupplicatum, ut ſi quid forſao in eorum præjudicium poſt hujuſmodi appellationem eſſet temerè attemptatum, in ſtatum debitum revocari, & eundem Epiſcopum ab eorum ſuper hoc gravamine deſiſtere faceremus:

Qoocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum quidquid contra tenorem indulgentiarum ipſarum temerè inveneritis attemptatum, audiatis ſi quid fuerit quæſtionis, & appellatiooe remotâ fine canonico decidatis; facientes quod decreveritis Auctoritate noſtrâ firmiter obſervari; alioquin negotium ad eundem Epiſcopum remittatis, appellantes in expenſis legitimis condempnantes.

Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Datum Signio IX. Kal. Auguſti, Pontifica-
1225. tûs noſtri anno VIII. M. CC. XXV.

Universis præſentes Litteras inſpecturis Ph. Decanus & P. Waſſelini Canonici S. Audomari, Judices à Sede Apoſtolica delegati ſalutem in Domino.

Cum inter Venerabilem Patrem Walterum Epiſcopum Tornacenſem ex una parte, & Decanum & Capitulum Beati Donatiani Brugenſis ex altera, ſuper procuratione coram Nobis fuiſſet aliquamdiu quæſtio ventilata, & de juriſdictione noſtra inter partes fuiſſet altercatum, tandem pro bono pacis partes ſub pœna centum librarum in Nos tanquam arbitros compromiſerunt. Ita quod Dominus Epiſcopus, R. Archidiaconus, & Magiſter G. Canonici Tornacenſes promiſerunt, quod bonâ fide Capitulum Tornacenſe ad hoc inducerent, quod Ordinationi noſtræ conſentirent.

Et ſuper hoc habito juratorum bonorum conſilio ſic ordinavimus: quod quotieſcumque dictus Epiſcopus Brugis fuerit in ſollempnitate Beati Donatiani, & ad Eccleſiam Beati Donatiani acceſſerit, ſi commodè poſſit & velit, ſicut ſollempnitas exigit, ſalvis Eccleſiæ oblationibus ſuis, Divinum officium celebrabit. Ita tamen quod Dominus Epiſcopus præſentibus, ſicut alibi conſuevit, de dictis oblationibus poterit erogare. Decanos etiam & Capitulum in Refectorio Eccleſiæ Epiſcopum cum Sociis ſuis & Familia ſua, etiamſi non contingat ipſum celebrare, horâ Refectorii honorificè procurabunt. Et ſi in veſpere Brugis moram fecerit, pro expenſis ſerotinis ei quadraginta ſolidos miniſtrabunt, & in oullo alio die in anno ad procurationem ei tenebuntur, præterquam in primo Adventu ſuo jocundo, ſicut hactenus eſt conſuetum; & per hoc controverſiæ ſuper procuratione & ſaiſgitionibus & ſententiis latis & dampnis illatis coram nobis habitæ ſunt ſopitæ.

Condictum eſt etiam, quod ſi Dominus Epiſcopus, quod abſit, Capitulum Tornacenſe ad conſenſum hujus pacis nnn poſſit inducere; prædicti Decanus & Capitulum Brugenſe ad præſcriptam Ordinationem noſtram non tenebuntur, niſi velint.

In hujus rei memoriam & teſtimoninm, Sigillum Domini Epiſcopi & Sigillum Eccleſiæ Beati Donatiani in Brugis cum Sigillis noſtris fecimus Litteris hiis apponi.

Actum apud Sanctum Audomarum anno
Domini M. CC. XXV. Dominicâ poſt Feſtum B. 1225
Petri ad Vincula.

CAPUT LXXXVIII.

Henricus I. *Dux Brabantiæ ac Lotharingiæ inferioris decimas de* Hombeka *donat Monialibus de* Cortembergh, *anno* 1226.

Ex Archivis Ms. Capit. Anderlecht.

Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, univerſis hoc Scriptum videntibus ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum controverſia verteretur inter Abbatiſſam & Conventum de Cortenberga ex unâ parte, & *Walterum Portarium* & quoſdam alios Fratres Domûs Teutonicorum ex alia, ſuper hoc videlicet, quod dicti Fratres nitebantur emere quaſdam decimas in Parochia de *Hombeca*, quæ dignoſcitur ad Eccleſiam de Cortenberga pertincre: eædem partes in noſtra cnmparuerunt præſentia, & dicti Fratres ex conſenſu & voluntate Magiſtri ſui, quidquid juris dicebant ſe habere & videbantur in illis decimis, in manus noſtras ad opus Eccleſiæ Cortenbergenſis repottarunt.

Has verò prædictas decimas, cum ad Nos jure feodi pertinerent, in manus dictæ Abbatiſſæ ad opus Eccleſiæ Cortenbergenſis reportavimus, & eidem Eccleſiæ in eleemoſynam liberè & abſolutè contulimus.

Testès de Gemblaco, de Fliderbeca, & de Bona-ſpe Abbates.

Decanus, Plebanus, Joannes Notarius, Magiſter Ægidius, Canonici Bruxellenſes.

Ludovicus Advocatus de Levedale,
G. Ammannus Bruxellenſis,
Willelmus de Lombeca,
R. de Filfordis, Milites, & multi alii, tam Clerici, quàm Laïci.

Actum apud Furam anno Domini milleſimo 1226
dücenteſimo vigeſimo ſexto, menſe Aprili.

CAPUT

CAPUT LXXXIX.

Idem HENRICUS I. *Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ Jettenſi ſeu Diligemenſi, Ordinis Præmonſtratenſis, anno* 1227.

Ex iiſdem Archivis MS.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, univerſis ad quos præſens Scriptum pervenerit, in perpetuum.

NOTUM eſſe volumus, quod Nos piâ intentione defenſionibus Eccleſiarum, quę in noſtro Dominio ſunt, intendentes, cum cæteris bonis Eccleſiæ *Jettenſis* etiam bonarium terræ juxta ſtratam Regiam, quæ ducit versùs *Strombecam*, quod *Walterus* Miles de *Wamblinis* eidem Eccleſiæ, cum angulo quodam terræ non longè abhinc terram aliam ipſius Eccleſiæ attingente, in eleëmoſynam per manum & conſenſum noſtrum contulit perpetuò liberè poſſidendum; & alnetum dictæ Abbatiæ contiguum quod priùs longo tempore tenuit & poſſedit; ſalices quoque cum paſturis ibidem adjacentibus, uſque ad viam quæ ducit versùs *Strombecam*, & paludem ſitam ante Abbatiam, quæ vocatur *Harincbruc*, quæ & eis ad placitum includere, & ut placet utile ſibi facere, conceſſimus liberè,

PRÆTEREA molendinum, & bonarium terræ in Parochia de *Laken*, quæ Godinus de Nivella gener *Berneri de Cuckelberga* quondam Burgenſis de Bruxella ſimiliter in eleëmoſynam cum Filio ſuo Gerardo eidem contulit Eccleſiæ, cum cenſu cujuſdam Curtis in eadem Parochia.

INSUPER & decimam quamdam ab *Iwaino Rufo de Bodengem* emptam, quæ eſt in Parochia de *Jeth*, ſub noſtra & heredum noſtrorum protectione ſecura & libera ad opus ipſius Eccleſiæ volumus in perpetuum permanere.

SI qui etiam advenæ, peregrini, orphani, ſive etiam ſervi ad jus noſtrum ſpectantes, ſi in præfata Eccleſia aliqua ſub cuſtode depoſuerint, vel in eleëmoſynam contulerint, ſive etiam ſine teſtamento obierint, omnia ſæpedictæ Eccleſiæ conceſſimus poſſidenda.

QUICUMQUE ergo Eccleſiam præfatam in his aut aliis bonis ejus, quæ in terra noſtra ſunt, perturbare præſumpſerit, noſtram, quæ illi allata fuerit injuria, reputamus.

HÆC autem ut impoſterum à memoria non decidant, Sigilli noſtri appoſitione fecimus confirmari.

ACTUM apud Bruxellam in Eccleſia S. Johannis Baptiſtæ, anno Domini M. CC. XVII. Teſtibus Viris venerabilibus 1227

Sigero Abbate,
Waltero Priore,
Gerardo Præpoſito,
Sigero Notario,
I. Decano Ten.
Walthero de Wanblinis,
Deſiderio de Helrode, Militibus, & aliis multis.

CAPUT XC.

JOANNES DE BRIENNE, *Dominus de* Neder-Linter, *hujus loci decimam dat Abbatiæ B. Mariæ de Lintris, Virginum Ordinis Ciſtertienſis juxta Thenas, anno* 1234.

Ex Archivis MS. Parochiæ de Neder-Linter.

JOANNES Miles Dominus de *Nederlintre* univerſis & ſingulis hanc paginam inſpecturis ſalutem in vero ſalutari.

QUI providè contrahunt, ad hoc ſcripto tradunt, ut non minùs poſterorum quàm præſentium memoriæ commendentur.

SCIANT igitur tam præſentes quàm futuri, quod Ego Joannes habitâ deliberatione competenti cum amicis meis, de conſilio virorum prudentium, & Matris meæ conſenſu & voluntate, Decimam totius Parochiæ de *Nederlintre*, tam majorem quam minorem, ſicut eam hucuſque tenui, Domui & Conventui Vallis Virginum, pro quadringentis & triginta libris Lovanienſibus titulo pignoris obligavi: additâ tali conditione, quod prædictam decimam liberare non potero de Feſto omnium Sanctorum proximo venturo infra annum; & ſic primo anno devoluto, eam liberare potero in Feſto Omnium Sanctorum, de anno in annum, & non aliter. Fructus quoque, quos de ſæpedicta Decima percipient, quamdiu pecunia prædicta non fuerit perſoluta, prædicto Conventui Vallis Virginum contuli in eleëmoſynam.

FIET autem ſæpedictæ Decimæ redemptio, cum denariis Lovanienſibus, valoris cujus nunc ſunt, ſive æſtimationis eorumdem. Eſt autem valor denariorum Lovanienſium nunc temporis talis, quod pro Marca albi argenti dantur triginta tres ſolidi Lovanienſes.

ET ut Contractus iſte rationabiliter factus,

 de

doconſilio Virorum prudentum, ratum permaneat & inconcuſſum, præſentem Paginam, Domini Arnoldi de Weyſemale & Domini Arnoldi de Dieſte Sigillis, & meo, præfatæ Domui ſive Conventui contuli roboratam.

ACTA ſunt hæc, anno Domini milleſimo du- 1234
centeſimo triceſimo quarto, menſe Februario.

CAPUT XCI.

HENRICUS *Dux Brabantiæ ac Lotharingiæ conſenſum præbet præfatæ Donationi anno* 1234.

Ex iiſdem Archivis MS.

IN nomine Sanctæ ac Individuæ Trinitatis. HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus quos præſentes Litteras videre contigerit, ſcire veritatem.

NOVERINT tam præſentes quàm futuri, quod de noſtro eſt conſenſu & voluntate, & Henrici Filii noſtri majoris, quod Vir Nobilis, Johannes Briene, obligavit Decimas ſuas magnas & minutas de *Nederlintere*, quas à Nobis tenet in feodum, in Clauſtro Sanctimonialium de Valle Virginum, pro trecentis & triginta libris Lovan. denariorum, ad valorem triginta tantùm ſolidorum pro marca albi argenti, dum perſolvent.

ADDITA tali conditione, quod prædictas decimas liberare non poterit, de Feſto Omnium Sanctorum proximo venturo infra annum. Et ſic primo anno devoluto, poterit liberare de Feſto Omnium Sanctorum, de anno in annum, & non aliter. Fructus quoque quos percipient de decimis, quamdiu pecunia prædicta non fuerit perſoluta, prædictis Dominabus contulit in eleëmoſynam.

ET ut hoc ratum teneatur & firmum, præſentem Cartam Sigillo noſtro & Henrici Filii noſtri majoris fecimus roborari, & Teſtium nominibus conſcribi. Teſtes

Godefridus de Lovanio, Filius Ducis.
G. de Parueis.
Arnoldus de Dieſt.
Arnoldus de Weſemale.
W. de Grintberges.
Arnoldus de Rochelar.
Go. de Gochenhove.
W. Clutinc.
H. de Attenhoven.
W. de Hacht, & multi alii.

ACTUM & datum anno Domini M.CC.XXXIV. 1234
apud Lovanium, feriâ ſecundâ infra Paſchâ Domini.

CAPUT XCII.

JOANNES DE APPIA *Epiſcopus Leodienſis, donationem Decimæ de* Neder-linter *in favorem Abbatiæ Lintrenſis Ordinis Ciſtercienſis confirmat anno* 1236.

Ex iiſdem Archivis, MS.

JOHANNES Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſens Scriptum intuentibus ſalutem in vero ſalutari.

DEBENT ea quæ præcedentium ſtatuit auctoritas tantâ ratione firmari; Ne ſequentium oblivione, immutari valeant aut deleri. Ea-propter notum facimus tam præſentibus quàm futuris, quod Johannes Briene, Vir Nobilis, omnem decimam, majorem videlicet & minorem de(1) *Nederlintre*, cum omni integritate, & Jus Patronatûs Eccleſiæ, quæ idem Vir Nobilis à Duce Brabantiæ in feodo poſſidebat, ad opus Abbatiſſæ & Conventûs(2) Vallis Virginum, Ciſtercienſis Ordinis, in manus ejuſdem Ducis primò & poſtea in noſtras reportavit: & quicquid Juris in eadem decima & in Patronatu dictæ Eccleſiæ habebat, de aſſenſu & voluntate prænominati Ducis omnino renunciavit.

NOS verò Divinæ miſerationis reſpectu memoratis Sororibus Vallis Virginum, prædictam decimam, cum omnibus appendiciis ſuis, & Jure Patronatûs, ſicut ad noſtrum pertinet officium, contulimus, & eas in corporalem poſſeſſionem indoximus.

ET ne aliquis de cetero, ſuper hoc ipſas moleſtare poſſit, præſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam, confirmantes eis omnia prædicta præſentium Auctoritate.

DATUM anno Domini M. CC. XXXVI, menſe 1236
Januario.

(1) NEDERLINTRE. Duo ſunt vici ſibi contigui in Brabantia ac Diſtricto Thenenſi, quorum unus *Op-linter*, ſive *Lintra ſuperior*, alter verò *Neder-linter* ſeu *inferior Lintra* cognominatur.

(2) VALLIS VIRGINUM. Abbatia Monialium Ciſtercienſium ſub Diœceſi Mechlinienſi, & ſub directione ſpirituali Abbatis Villarienſis, ſita eſt in Lintra ſuperiore. Fundamenta accepit anno 1215 à *Bartholomæo de Vleeſchhouwere*, divite ac pio Cive Thenenſi, qui præterea fundavit binas Abbatias ejuſdem Inſtituti, nempe Vallem Floridam juxta Lovanium, & Nazarethanam juxta Liram; ac in poſtrema diem extremum obiit anno 1260. Vide plura in Brabantia Mariana Wichmans lib. 3. Cap. 19, & in Hiſtoria Epiſcopatûs Antverpienſis.

Digitized by Google

CAPUT XCIII.

Idem JOANNES *de Brienne, de quo Cap. 91, renovat ſuam Donationem anno 1236. probante Henrico Brabantiæ Duce.*

Ex iiſdem Archivis. MS.

JOHANNES Vir Nobilis, dictus (1) Briene, Dominus de *Nederlintre*, univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſens Scriptum intuentibus æternam in Domino ſalutem.

UNIVERSITATI veſtræ notum eſſe volumus, quod Nos Virorum prudentum conſilio, de conſenſu Matris noſtræ & amicorum noſtrorum totam Decimam de *Nederlintre* tam minutam quàm groſſam, quam à Domino Duce Brabantiæ in feodo tenebamus, cum omnibus appenditiis ſuis & Jure Patronatûs ipſius Ecclesiæ coram Duce & Hominibus ſuis conſtituti in manus ipſius liberè & abſolutè ad opus Abbatiſſæ & Conventûs Vallis Virginum Ciſtercienſis Ordinis reportavimus, & per judicium hominum ipſius effeſtucavimus. Ita quod nichil juris Nobis vel heredibus noſtris & poſteris in præfata Decima reſervavimus, excepto tantùm uſufructu medietatis prædictæ Decimæ, quem Mater noſtra quoad vixerit obtinebit: quâ defunctâ, decima totalis prænominato Conventui cum omni integritate, ſicut eam tenebamus, remanebit; quam idem Dominus Dux prædicto Conventui in Allodium & eleëmoſynam integraliter, ſicut in Scripto ipſius continetur, contulit perpetuò poſſidendam.

JUDICATUM eſt inſuper coram Domino Duce ab Hominibus ſuis, quod Mater noſtra, ratione uſufructuarii medietatis Decimæ tempore vitæ ſuæ percepti, nulli Eccleſiæ vel heredi vel cuiquam homini quicquid juris poterit aſſignare: nec quiſquam heredum ipſius jus aliquod in eadem Decima de cetero poterit reclamare.

ET in hujus rei Teſtimonium, & ut factum hoc ab omnibus conſervetur illæſum, præſentem Paginam Sigillo noſtro appenſo confirmamus. Teſtes

Dominus Dux Lotharingiæ Comes de Gelre.
Arnoldus Dominus de Diſt.
G. Frater ſuus.
Arnoldus Dominus de Weſemale.
Arnoldus Dapifer de Rochelar.
H. de Attenhoven.
R. de Tbunen.
Karle de Arſcot.
Magiſter Daniël.
Magiſter W. de Liere.
Gerelmus Scriptor, & alii quàm plures.

DATUM onno Domini M. CC. XXXVI, menſe 1236.
Maio.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, omnibus præſens Scriptum intuentibus ſcire veritatem.

NOTUM ſit univerſis, quod Vir Nobilis ac Fidelis noſter JOHANNES de Briene totam decimam de *Nederlintre*, tam minutam quàm groſſam, quàm à Nobis in feodo tenebat, cum omnibus appendiciis ſuis & Jure Patronatûs coram Nobis & Hominibus noſtris conſtitutus, in manus noſtras liberè & abſolutè ad opus Abbatiſſæ & Conventûs Vallis Virginum Ciſtercienſis Ordinis reportavit & per judicium hominum noſtrorum effeſtucavit. Ita quod nichil juris ſibi vel ſuis heredibus & poſteris in præfata Decima reſervavit, excepto tantùm uſufructu medietatis prædictæ Decimæ: quem Mater ſua, cujùs conſenſus huic facto interfuit, quoad vixerit obtinebit. Quâ defunctâ, Decima totalis prænominato Conventui cum omni integritate ſicut eam dictus Johannes tenebat, remanebit.

Judicatum eſt inſuper coram Nobis ab Hominibus noſtris, quod Mater ſæpedicti Johannis, ratione uſus fructuarii medietatis Decimæ tempore vitæ ſuæ percepti, nulli Eccleſiæ vel beredi vel cuiquam homini quicquam juris poterit aſſignare, nec quiſquam heredum ipſius jus aliquod in eadem Decima de cetero poterit reclamare.

NOS igitur Divinæ retributionis obtentu prænominatam Decimam & Jus Patronatûs ipſius Eccleſiæ integraliter in Allodium & eleëmoſynam ſæpedicto Conventui Vallis Virginum contulimus perpetuò poſſidendam. Teſtes,

Dominus Comes de Gelre.
Dominus Arnoldus de Diſte.
G. Frater ſuus.
Arnoldus Dominus de Weſemale.
Arnoldus Dapiſer de Rotchelar.
H. de Attenhoven.
R. de Thunen.
Carlo de Arſehot.
Magiſter W. de Liere.
Magiſter Daniël.
Gerelmus Scriptor & alii quàm plures.

DATUM apud Wiſwilre, anno Domini M. 1236.
CC. XXXVI. in Vigilia Aſcenſionis Domini.

CAPUT

(1) JOANNES DE BRIENNE, ex perilluſtri apud Gallos Familia oriundus fuit, quæ notabiles in Belgio noſtro poſſeſſiones habuit.

Alphonſus de Brienne. Comes Augii in Normannia, vulgo *Eu*, fuit S. Ludovici Galliæ Regis Camerarius, obiitque Cruce ſignatus Tuneti in Africa anno 1270

Joannes de Brienne, electus fuit Rex Jeroſolymitanus anno 1209. & Balduino de Courtenay Imperatore Conſtantinopolitano adhuc minorenni Imperium illud rexit, coronamque accepit Conſtantinopoli in Eccleſia S. Sophiæ anno 1229. Obiit anno 1237

Joannes de Brienne, Filius prædicti Regis, fuit Buticularius Regni Galliæ ab anno 1258. uſque ad 1296. quo obiit. Vide plura in Hiſtoria Genealogica Regum & Miniſtrorum Galliæ, Authore P. Anſelmo Ordinis S. Auguſtini, Pariſiis edita anno 1712.

CAPUT XCIV.

Capitulum Anderlechtenſe cedit Jus Patronatûs Eccleſiæ de Santberghe *Abbatiſſæ Bellíprati Ordinis Ciſtercienſis propè Gerardi-montem, anno* 1238.

Ex Archivis MS. Capituli Anderlecht.

UNIVERSIS Chriſti Fidelibus, quibus præſentes Litteras vidêre contigerit, Abbatiſſa & Conventus de Bello-prato in perpetuum.

QUUM memoriam rerum geſtarum conſervant tenaciùs indicia Litterarum, notum facimus univerſis Scripti præſentis indicio, quod Decanus & Capitulum Anderlechtenſis Eccleſiæ conceſſerint Nobis ad firmam perpetuam Eccleſiam ſuam de *Santberga*, ſingulis annis pro decem libris Pariſienſis monetæ, de quibus unam medietatem infra Octavam Aſcenſionis Domini perſolvere tenemur eiſdem.

St verò præfatæ pecuniæ ſtatutis iis terminis à Nobis non fuerit perſolutæ, tenemur ex tunc ex condicto prædictis Decano & Capitulo de die in diem, in quinque ſolidis Pariſienſibus nomine pœnæ, quo-uſque plenariam de ſupradictis decem libris faciamus ſolutionem.

DEBEMUS autem perſonam idoneam eligere, & electam eidem Decano & Capitulo præſentare, & ipſi Decanus & Capitulum perſonam, ſi fuerit idonea, Domino Epiſcopo Cameracenſi præſentare tenentur eamdem.

DATUM anno Domini M.CC.XXXVIII. Dominicâ poſt Aſcenſionem Domini. 1238.

CAPUT XCV.

THOMAS *à Sabaudia Maritus* JOANNÆ *Comitiſſæ & heredis Flandriæ, transfert in Epiſcopum Tornacenſem Jus Patronatûs quod habebat in Eccleſiam S. VValburgis Brugis, anno* 1239.

Ex Archivis MS Tornacenſibus.

THOMAS Flandriæ & Hanoniæ Comes, & JOANNA Comitiſſa Uxor ejuſdem, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra, quod Nos Venerabili Patri Waltero Epiſcopo Tornacenſi concedimus, quod faciat Parochiam in Capellania noſtra Sanctæ Walburgis in Brugis, & collatio ipſius pertineat ad eundem, & ad ſuos Succeſſores, & ordinet de prædicta Parochia, prout animarum ſaluti videbitur expedire.

IN cujus collationis recompenſationem conceſſit Nobis idem Dominus Tornacenſis collationem unius Capellaniæ ſitæ in Eccleſia Sancti Salvatoris, in qua dictus Epiſcopus eſt Patronus.

IN cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum munimine roboratas contulimus eidem Domino Epiſcopo Tornacenſi.

ACTUM Ipris anno Domini M. CC. XXX. IX. Dominicâ ante Feſtum Beatæ Mariæ Magdalenæ. 1239.

CAPUT XCVI.

WALTHERUS *de Marviſio Epiſcopus Tornacenſis, notabilem portionem è Decimis novalibus cedit Capitulo ſuo Tornacenſi anno* 1240, *ceſſionemque confirmat* INNOCENTIUS IV. *Pontifex.*

Ex iiſdem Archivis MS.

INNOCENTIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Decano & Capitulo Tornacenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Apoſtolica Sedes piis votis, & honeſtis petentium deſideriis favorem benevolum impertiri.

CUM igitur ſicut Nobis exponere curaviſtis, Venerabilis Frater noſter Epiſcopus Tornacenſis tertiam partem decimarum quorumdam novalium exiſtentium extra limites Parochialium Eccleſiarum Diœceſis Tornacenſis ad eum ſpectantem, (1) Vobis, ut in Eccleſia veſtra cultus ampliaretur divinus, piâ & providâ deliberatione donavit, prout in Litteris inde confectis dicitur pleniùs contineri: Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, donationem hujuſmodi, ſicut providè facta eſt, & in alicujus præjudicium non redundat, ratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolicâ confirma-

De Decimis novalibus Waſia-diſſerit Waneſ. conſ. Can. 79 ubi de Controverſia Epiſcopi cum Capitulo Torn.

confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni III. Kal. Julii.

(1) Vobis ut in Ecclesia vestra cultus ampliaretur Divinus. Fragmentum Cartæ hic ſubjungere expedit.

Ex Chartulario Tornac. " Walterus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus univerſis præſentes Litteras inſpecturis in perpetuum. Sponſam noſtram Tornacenſem Eccleſiam ornari miſericordiæ operibus cupientes: ut ad Sedem Diœceſis confluentibus hoſpitalitatem valeat exhibere, & ut habeat quod conferat indigenti, optamus ei de rore cæli & de pinguedine terræ habundantiam: levam ei ponentes ſub capite, quoniam ſumus dexteram amplexari. Cum igitur..... innumera circa Nos Eccleſiæ beneficia Tornacenſis recolentes, quæ ab ætate tenera Nos erudiens gradatimque extollens, ad Pontificalem vocavit apicem, gratâ volentes viciſſitudine reſpondere.,, &c.

,, Datum anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XL. 1240
,, menſe Julio.,,

Audivi & vidi de illo Venerabili & Deo digno Magiſtro Waltero de Marvis, Tornacenſi Epiſcopo, quod vix unquam ocioſus, dum domi ſedens viveret, apparebat: aut enim meditabatur, aut legebat, aut confeſſionibus audiendis incumbebat: aut cauſis diſcernendis intentus, lites hominum dirimebat. Horum ſi aliquid exercere tæderet, propriis manibus laborabat. Thomas Cantiprat. lib. 2. cap. 19. Boni Univerſalis.

CAPUT XCVII.

Waltherus de Marviſio, Epiſcopus Tornacenſis, in Eccleſia Collegiata S. Pharaïldis Gandavi, nunc ad S. Nicolaum tranſlata, dignitatem Præpoſituræ reſtaurat anno 1244.

Ex MS. Archivii Capit. S. Pharaïldis.

Waltherus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Cum ad officium noſtrum pertineat Eccleſiarum jura diſcernere & Eccleſias ordinare, Nos pro utilitate Eccleſiæ S. Pharahildis Gandenſis in noſtra Diœceſi conſtitutæ, & neceſſitate ejuſdem Eccleſiæ penſatâ, de conſenſu Decani & Capituli ejuſdem loci & de conſilio bonorum Virorum ita duximus ordinandum:

Videlicet, quod de cetero ſit Præpoſitura in Eccleſia S. Pharahildis Gandenſis, & ad Capitulum Præpoſiti electio pertinebit. Electione verò factâ, Decanus & Capitulum Nobis electum ſuum præſentabunt, confirmandum vel infirmandum, ſecundùm Canonicas Sanctiones: qui poſtquam fuerit confirmatus, curam recipiet à Nobis, & faciet reſidentiam in Eccleſia memorata, & ſi non fuerit Sacerdos, infra annum tenebitur promoveri.

Et ſciendum, quod vivente vel exiſtente iſto Decano non tenebitur aliquis Præpoſitus ad reſidentiam in prædicta Eccleſia faciendam, niſi quantum alii Canonici tenentur, cum redditus Præpoſituræ non ſufficiant reſidenti; & nichilominus conferet Præbendas.

Post deceſſum verò vel ceſſionem Henrici Decani, qui modo præeſt in Eccleſia ſæpedicta, Cura quam habebat Decanus, ad ipſum Præpoſitum, quicumque fuerit pro tempore, transferetur, & nichilominus remanebit Decanatus; ad quem duodecim libræ cum Præbenda ſimplici pertinebunt. Omnes verò ceteri redditus ad præſens Decanatui annexi, cum redditibus de *Sleydinghe* de novo Præpoſituræ adjunctis, ad Præpoſituram in perpetuum pertinebunt.

Hoc etiam adjecto, quod poſt mortem vel ceſſionem Decani prædicti, Præpoſitus veniet ad Synodum in communibus Eccleſiæ expenſis. Si verò pro negotiis propriis vel Præpoſituræ eum oporteat laborare, in propriis ſumptibus laborabit. Sed ſi pro negotiis Eccleſiæ communibus à Capitulo monitus fuerit vel vocatus, & hoc Capitulo videatur communiter expedire, per ſe vel per alium, communibus Eccleſiæ expenſis moderatis & honeſtis, negotia procurabit.

In cujus rei memoriam præſentes Litteras Sigilli noſtri & Sigilli dicti Capituli appenſionibus duximus roborandas.

Actum anno Domini milleſimo duceteſimo quadrageſimo quarto, feriâ ſextâ poſt Cineres. 1244

CAPUT XCVIII.

In Harlebecana Canonicorum apud Flandros Eccleſia, præter Præpoſituram dignitas Decanalis erigitur anno 1246.

Ex MS. Archivio Capituli Harlebec.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Quoniam ea quæ providè & ſalubriter in Eccleſiis ſtatuuntur, ne per vetuſtatem depereant vel negligantur, Teſtimonio Litterarum & perpetuo debent committi firmamento;

Inde eſt quod Ego Walterus Harlebecenſis Eccleſiæ Præpoſitus, totumque ejuſdem loci Capitulum, notum facimus omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod cum intelleximus, quòd bonæ recordationis Daniel & Godefridus Præpoſiti Harlebecenſes & Canonici qui

tunc erant in eadem Eccleſia, ad honorem Dei & ſubſidium Eccleſiæ ejuſdem, in ea Decanum procreaſſent & inſtituiſſent, & Canonici de ſuis redditibus duas partes fructuum Perſonatûs Eccleſiæ de Molenbecca eidem Decanatui perpetuò aſſignaſſent & contuliſſent, incidit menti noſtræ, quatenus ea quæ minùs perfecta erant ad perfectum perduceremus, & quæ corrigenda videbantur, ſtudio circumſpectiore emendaremus.

Igitur adhibito conſilio nobiſcum prudentium virorum, ſtatuimus ut Decanus de prædictis fructibus ſex libras Flandrenſium ſingulis annis ad communes diſtributiones Canonicorum perſolvat; & ipſe in cotidianis diſtributionibus, ubi Canonici duodecim denarios modò percipiunt, ibi ipſe octodecim denarios percipiet, & ubi Canonici duos ſolidos modò percipiunt, ibi ipſe tres ſolidos percipiet. In Kalendis verò menſium ubi Canonici duos ſolidos modò percipiunt, ibi ipſe duos ſolidos & ſex denarios percipiet. In Feſtis verò Bertulphi, (1) Carnis-privii, Trinitatis, Guduwaldi & Dedicationis, ubi Canonici duos ſolidos modò percipiunt, ibi ipſe quatuor ſolidos tantummodo percipiet. In his quoque Proceſſionibus, in majori Letania, tribus diebus ante Aſcenſionem Domini, in die Aſcenſionis, & feriâ quartâ infra Pentecoſten, ubi Canonici ſingulis dictis diebus duos ſolidos modò percipiunt, ibi ipſe ſex denarios plus recipiet, ultra id quod ſupra dictum eſt.

Sciendum, quod, ſi receptiones Capitulorum ſeu Proceſſionum, vel cotidianæ diſtributinnes de conſilio communis Capituli augmentur, nihil plus quàm ſupradictum eſt recipiet ratione Decanatûs: & ſciendum, quod Decanus tres libras piperis & quinque libras ceræ plus quàm ſimplex Canonicus recipiet.

Præterea ſtatuimus, ut electus in Decanum, ſi non fuerit Sacerdos, debet juramentum præſtare quod ipſe infra anoum promovebitur in Sacerdotem: quod ſi neglexerit, Canonici fructus Decanatûs occupabunt, donec promotus fuerit, & in proprios uſus dictos fructus convertent.

Debet quoque juramentum præſtare, quod ipſe reſidens erit in Eccleſia. Primum verò locum & primam vocem in Capitulo poſt Præpoſitum debet habere, & exceſſus Canonicorum, Capellanorum & Clericorum ipſe & Capitulum debent inſimul corrigere; nec de rebus Eccleſiæ ſine Capitulo aliquid poteſt diſponere vel ordinare. Negotia verò Eccleſiæ in Capitulo debet proponere & quid ſuper his ſit agendum Capitulo, conſulere. Et causâ honeſtatis, cùm per chorum tranſierit, vel in Capitulum venerit, tam Clerici quàm Canonici debent ei aſſurgere, abſente Præpoſito & præſente. Nullos communes redditus debet tenere vel recipere in ipſam Eccleſiam ſub cenſu vel obedientia, niſi redditus ad ipſum propriè pertinentes, vel aliqui Canonici ei proprios redditus commiſerint recipiendos.

Et ut hæc rata & inconvulſa in perpetuum permaneant, præſentem Paginam appenſione Sigillorum noſtrorum duximus roborandam.

Datum anno Domini M. CC. XLVI. menſe 1246.
Octobri.

Hoc Statutum Capituli confirmavit anno 1446 Eugenius IV. Pontifex, deſignato Executore & Commiſſario Apoſtolico Dionyſio Grieten Decretorum Doctore Archidiacono & Officiali Cathedralis Noviomenſis. *Ita habent Archivia MS. Capituli Harlebacenſis.*

(1) Carnis-privium, id eſt, Dies Cinerum.

CAPUT XCIX.

Arnoldus de Zellaer *Scholaſticus Eccleſiæ S. Rumoldi Mechliniæ, fundat illic duodecim Capellanos anno 1250, qui hodieque vocantur Canonici Zellarienſes.*

Ex MS. Archivis Capit. Mechlinienſ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Arnoldus de Zellaer Scholaſticus Mechlinienſis ſanus & incolumis, ac mentis meæ compos, ſpem fiduciamqne in Jesum Christum habens, nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſolâ ſpe æternæ retributionis, quædam Beneficia in laudem & honorem Beatæ & Glorioſæ Virginis Mariæ de poſſeſſionibus meis & redditibus inſtituere decrevi. Lego ergo & in primis aſſigno XXX. lib. Lovan. quas Viri Venerabiles Abbas & Conventus de *Fliderbeke* de voluntate & adunatione mea ſolvere tenentur Abbati Loci S. Bernardi Ciſtercienſis Ordinis, Teſtamenti mei Executori, ad opus Capellanorum quibus duxero aſſignandas, pro bonis quæ tenent de me ſub annua penſione & perpetua, in Villis videlicet (a) *Orbeka*, (b) *Grimda*, (c) *Betſche*, & in loco, qui dicitur (d) *Malayla* propè Lovanium; ſicuti in hac Littera ſuper hoc confecta pleniùs continetur.

(a) Opbeke (b) Grimde. (c) Bets. (d) Malaye vicus in Pago Halge.

Et XVII. lib. Lovan. quas Abbas & Conventus de *Grimberge* eodem modo tenentur ſolvere prænominato Abbati de Loco S. Bernardi, pro bonis, quæ tenent à me ſub annua & perpetua penſione in Villis videlicet *Beygheem*, *Hombeka*, & *Eppegeem*; ſicuti in Littera eorum lucidè declaratur.

Et XVI. lib. Lovan. quas Abbatiſſa & Conventus Vallis Roſarum ſimili modo tenentur ſolvere apud prædictum Abbatem Loci S. Bernardi, pro bonis quæ tenent de me ad firmam perpetuam, in Villis videlicet (e) *Zaventhem*, (f) *Meldebruck*, (g) *Hockenzela*, & in (h) *Berga*, ſicuti

(e) Saventhem (f) Melſbroeck (g) Steenockenſeel. (h) Bergh.

Google

ſicuti in Littera eorum ſuper hoc facta videbitur pleniùs contineri.

Et xxvii. lib. Lovan. quas Abbas & Conventus Loci S. Bernardi eodem modo tenentur ſolvere ad opus Capellanorum, quibus duxero aſſignandas, pro bonis quæ tenent de me ſub annua & perpetua penſione.

* Hever apud Mechliniam.

Insuper & omnia bona quæ habeo in * *Hevera*, cum omnibus pertinentiis ſuis xii. Capellanis deſerviant in honore Sanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, pro beneficiis perpetuis in Eccleſia B. Rumoldi in Mechlinia, recepturi de prædictis redditibus ſingulis pariter & univerſis unuſquiſque æquam inter ſe portionem.

Quod Capellanus Beatæ Mariæ in novo opere amplius habebit aliis Capellanis de prædictis redditibus xxx. ſol. Lovan. ad lampadem ante Altare B. Mariæ in novo opere; quæ lumina Beneficiatus jugiter tam die quàm nocte præſtabit ibidem. Expenſas autem hujus lampadis procurabit Capellanus dicti novi operis cum tanta diligentia, ut lumine numquam careat, & ſi quidem ſuper eaſdem expenſas ſuper eſſe contigerit, hoc dictus Capellanus conſervet in uſus ornamentorum & Altaris ſui meliorationem.

Nullus autem ex prædictis Capellanis intromittet ſe de prædictis redditibus colligendis; ſed Abbas Loci S. Bernardi, ſine judicio quem ad hoc duxerit deputandum, prædictos redditus univerſaliter colliget, & recipiet, & eoſdem ſingulis annis prædictis Capellanis in tribus terminis anni per tres partes diſtribuet; videlicet infra quindenam Nativitatis Domini primam partem, infra quindenam Paſchæ ſecundam, & tertiam in Feſto Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ.

Si verò apud Abbatem Loci S. Bernardi ſine judicio inde oportuerit expenſas facere pro dictis redditibus conſervandis & colligendis, has expenſas modeſtè factas in communi Capellanorum utilitate fieri neceſſarias, recipiet de prædictis redditibus in communi.

Capellani autem qui prædicta beneficia deſervient, quod Horis Canonicis tamquam Canonici intereſſe tenebuntur, & niſi reſidentes Machliniæ iſta Beneficia perſonaliter deſervierint, nihil omnino de redditibus ad ea aſſignatis percipient vel habebunt.

Capellanus verò B. Mariæ in novo opere, qui prædictis xii. connumeratus eſt, Miſſam quâlibet die tenebiter celebrare.

Ut autem hæc omnia & ſingula prædicta robur perpetuum habeant, & ut ab aliquo impoſtore irritari non valeant vel infringi, Ego Sigillo meo proprio unà cum Sigillis Venerabilis Domini *B. Epiſcopi quondam Lauſanenſis, & Abbatis Loci S. Bernardi Teſtamenti mei Executoris præſentem Paginam duxi roborandam.

* Id eſt B. Bonifacius.

Actum anno Domini m cc. l. 1250

CAPUT C.

Godefridus *de Lovanio transfert Cœnobium Monialium Minoris Bigardiæ Ordinis Benedicti in Parochiam Leeuwenſem S. Petri juxta Bruxellam, anno* 1251.

Ex Chartulario Præpoſiti de Capella Bruxellis.

Universis præſentes Litteras viſuris, Godefridus de Lovanio Miles, Patruus Ducis Brabantiæ, & Maria ejus Uxor ſalutem in Domino.

Notum facimus univerſis, quod cum ad preces & petitiones noſtras, Viri Religioſi Abbas & Conventus S. Sepulchri Cameracenſis in hoc conſenſerint, quod Nos Domum quamdam Religioſarum mulierum, quæ ſita erat in loco, qui dicitur *Veronberghe* juxta * Linniacum transferremus & fundaremus infrà fines Parochiæ de *Lewes*, in qua dicti Abbas & Conventus Jus habent Patronatûs, & Nos eiſdem promiſimus & adhuc promittimus, quod ſi ipſi Abbas & Conventus ob hoc dampnum aliquod incurrerint vel incurrant, vel ob hoc eos inpoſterum incurrere contigerit, quod dictæ Religioſæ quæ ibi ad præſens ſunt, vel erunt pro tempore, reſtituent dictis Abbati & Conventui qui nunc ſunt in Eccleſia S. Sepulchri vel erunt inpoſterum, quicquid ordinatum fuerit per viros providos & honeſtos, G. Scholaſticum Cameracenſem, Magiſtrum Petrum de Belvaco Canonicum Cameracenſem, & Dominum Gerardum de Bouſies Monachum S. Sepulchri Cameraci, Præpoſitum de Capella in Bruxella.

* Lennick;

Quod ſi fortè contingeret, quod dictæ Religioſæ Ordinationi à dictis Perſonis factæ non parêrent, ... Nos promiſimus, & adhuc promittimus ſub pœna centum Marcarum argenti, quod quicquid ædificatum eſſet per dictas Religioſas infra dictam Parochiam de *Lewes*, propriis ſumptibus noſtris faceremus demoliri. Quàm pœnam dictis Abbati & Conventui ſolvere tenemur, & ad prædicta inpoſterum obſervanda Nos & heredes noſtros ſub prædicta pœna per præſentes Litteras obligamus, quas dictis Abbati & Conventui contulimus noſtris Sigillis ſigillatas.

Actum & datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, menſe Junio. 1251

CAPUT CI.

Begginagium Anderlechtenſe fundatur anno 1252. *à* WILLELMO *Decano Anderlechtenſi.*

Ex Archivis MS. Capituli Anderlecht.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, Anderleehtenſis Eccleſiæ Capitulum cognoſcere veritatem.

NOVERINT univerſi, quod cum WILLELMUS G. Decanus noſter medietatem fondi, in quo quondam manſionem habuit, ſiti videlicet juxta atrium ex una parte, & ex parte altera juxta rivum, humili Conventui Begginarum de *Anderlecht* condigno pretio vendidiſſet, idem Decanus poſtea ſaluti animæ ſuæ intendens, reliquam medietatem fundi prædicti dictis Begginis liberè in eleëmoſynam contulit pariter & legavit, reſignationem coram nobis faciens ſimul & coram Tribunariis Eccleſiæ noſtræ, ſcilicet Mauritio de Peda, Thoma .... Waltero de Curegem, Anſelmo de Peda, Arnoldo de Relegem, totius juris quod in dicto fundo totali habuit, ad opus Begginarum tam præſentium quàm futurarum dignè ac obedienter viventium.

UNDE ſciendum eſt, quod dictæ Begginæ dictum fundum cum omni integritate ſua ritè adeptæ ſint, ſub annuo cenſu duorum denariorum annuatim Capitulo noſtro ſolvendorum, remotâ omni quæ poterit eis ſuper iſto irrogari calumniâ, in perpetuum poſſidendum. Nec prætermittendum, quod domos in dicto fundo fundatas, rationabili commercio acquiſierint.

INTERFUERUNT autem huic collationi ſive legationi,

Magiſter Renerus de Bruxella,
Joannes Filius Mauritii de Peda,
Goſwinus de Paepſem, & alii quàm-plures tam Clerici quàm Laïci.

UT ergo jam dictis fides plenariè exhibeatur ab omnibus, præſentem Paginam Sigilli Capituli noſtri munimine dignum duximus communire.

ACTUM anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, menſe Junio. 1252.

CAPUT CII.

HUGO *ex Ordine FF. Prædicatorum S. R. E. Cardinalis bona & perſonas Begginarum Bruxellenſium Protectione Apoſtolicâ munit anno* 1254.

Ex Historia S. Begg. per Rikelium.

FRATER HUGO miſeratione Divinâ tituli S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilectis in Chriſto, Proviſori & univerſitati Begginarum de Vinea juxta Bruxellam Cameracenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

VIRTUTUM operibus inſiſtentes favore proſequi benigno debemus, ac ipſorum ſupplicationibus, quantum cum honeſtate poſſumus, exauditionis gratiam exhibere.

EA propter, dilectæ in Chriſto, veſtris devotis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo ſub communi vita degitis, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, & quæ juſtis modis in poſterum poteritis adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus.

SPECIALITER autem terras, poſſeſſiones, reditus, & alia bona mobilia & immobilia, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis Auctoritate quâ fungimur, confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

NULLI ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contravenire.

SI quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Dei Omnipotentis, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

DATUM Treviri VI. Idus Julii, Pontificatûs Domni Innocentii Papæ IV. undecimo.

DE S. Begg. & de Begginarum Origine plurima dicta ſunt ſuperius pag. 215. 216 429 & 948. memoratu digna.

Begginagium Bruxellenſe, cui nomen *Vinea*, olim extra fundatum ſub Parochia de Molenbeka, nunc intra mœnia Urbis hujus ſitum eſt, loci amœnitate & amplitudine ſpectabile. Initia habuit ante annum 1200; regitur per Curatum & quatuor Magiſtras, datuſque fuit Protector Abbas S. Bernardi ad Schaldim anno 1274. Nongentas aliquando Begginas illic ſimul habitaſſe conſtat, ab annis non ita multis

Eſt & Bruxellæ Begginagium minus fundatum ab annis circiter ſexaginta à R. P. Vernimmen. Winocibergenſi S. T. L. Oratorii Presbytero

Begginagium autem Anderlechtenſe, de quo in Diplomate præcedenti, hodie verſum eſt in Hoſpitale decrepitarum mulierum, quæ nomen Begginarum retinent, ſed non habitum.

Digitized by Google

CAPUT CIII.

GERARDUS & HUGO DE GANDAVO *Viri Nobiles dotant Abbatiam de* Biloka, *dictam Portum B. M. V. Monialium Ciſtercienſium Gandavi anno* 1254.

Ex Du Cheſne in Hiſtoria Familiæ Gandav.

EGo GERARDUS DE GANDAVO Miles, Avunculus Caſtellani Gandenſis, & ELIZABETH Uxor mea,

NOTUM facimus omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quòd quicquid juris & ſi quid juris habuimus in Parochiis de *Wevelſwale* & de *Poldre* & de *Coudekerke* & de *Bouchoute*, in nova decima tam in terris cultis quàm incultis, de quibus inter Nos & Moniales de Portu B. Mariæ Gandavi contentio ſæpiùs habebatur, reſignavimus penitus ad opus Monialium prædictarum, & ad opus Hoſpitalis earum, quam à Domino HUGONE Caſtellano Gandenſi hactenus in feodum tenebamus, jacentem in via Eccleſiæ de *Bouchoute* uſque ad domum Walteri Vaders, & indè per viam quæ tranſit uſque ad domum Hyſonis Batet Kintz, & indè per viam quæ tranſit uſque ad domum Willelmi Filii Lamberti, & indè verſus orientem per viam quæ tranſit uſque ad *Biervliet*, & à domo Henrici Wallaveus verſus occidentem uſque ad fines decimarum Beati Petri Gandenſis, & uſque ad *Awekins polre*.

ET cognoſcimus Nos in dicta decima nihil juris habere. Et Nos dictam guarandire debemus Monialibus memoratis, & ad id faciendum noſtros obligamus in perpetuum Succeſſores.

IN hujus rei Teſtimonium præſentes Litteras ſcribi fecimus, & Sigillorum noſtrorum appenſionibus roborari.

1254. DATUM anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, menſe Septembri.

EGO HUGO Caſtellanus Gandenſis & Dominus de Hoſdain.

NOTUM facio omnibus præſentes Litteras inſpecturis, quòd dilectus Avunculus noſter Dominus GERARDUS DE GANDAVO Miles, Uxore ſuâ Dominâ ELIZABET præſente & manum apponente per Advocatum, quandam partem novæ Decimæ tam de terris cultis quàm non cultis, quàm de me tenebat in ſeudum, de qua Decima inter eum & Moniales de Portu B. Mariæ Gandavi contentio ſæpiùs habebatur, in præſentia mea & Hominum meorum, ſi quid juris & quicquid juris habebat in Decima memorata in manus meas ad opus Monialium prædictarum liberè reſignavit, & eandem werpivit.

QUÆ videlicet Decima jàcet in Parochiis de *Wevelſwale* & de *Poldere* & de *Coudekerke*, uſque ad domum Walteri Vaders, &c. judicantibus Hominibus meis, quòd ejuſdem Decimæ werpitio legitimè facta fuit, & quòd eam conferre poſſem cuicumque vellem in perpetuum & liberè & pacificè poſſidendam.

EGO pro ſalute animæ meæ & pro animabus Anteceſſorum & Succeſſorum meorum præfatam Decimam in manus meas per judicium eorumdem Hominum meorum legitimè reſignatam, & à jure feudali penitùs abſolutam, præfatis Monialibus & Hoſpitali earum in eleëmoſynam confero in perpetuum liberè & pacificè poſſidendam.

ET Ego dictis Mónialibus ſine meo ponendo dictam Decimam ſemper debeo garandire.

IN cujus rei robur & Teſtimonium præſentes Litteras ſcribi feci, & Sigilli mei appenſione ſignari.

ACTUM anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, menſe Januario. 1254.

CATHARINA UTENHOVIA, Fœminam Nobili loco nata, & FULCO ejus Frater, Eccleſiæ Inſulenſis Canonicus, incorruptæ converſationis Vir, Cives Gandenſes, anno 1201. juxta Prædicatores Noſocomium hoc, ad pauperum ſolatia, & ægrorum, præcipuè hujus Urbis, receptaculum, inchoaverunt atque fundaverunt, partim propriis, partim etiam Hoſpitalis veruſti bonis, quod in Parœcia S. Nicolai ſitum, vulgo *Wittecx* vocabatur, ac incendio, aliiſque caſibus collapſum, ſuis opibus ſe reſtaurare non poterat.

Domum itaque ipſa ſuam, cum iis quæ adhærebant, quam juxta D. Michaelis Eccleſiam poſſidebat, in pium hunc uſum contulit. Quod Chriſtianæ liberalitatis exemplum cùm plures, collatâ etiam aliquâ ſuarum facultatum portione ſequerentur, ac illud ab omnibus paſſim approbari Inſtitutum videret Epiſcopus Tornacenſis, idem Ferdinando ac Joannæ ejus Conjugi, Flandriæ Hannoniæque tum Principibus, commendavit.

Qui, ejuſdem inſtinctu, videntes locum huic propoſito juxta D. Michaelis minùs idoneum, omnem illum tractum extra cupam uſque ad Turris-portam, quæ vulgo Leproſorum vocabatur, Urbi adjacentem, ac *Biloka* nominatum, Hoſpitali conſtituendo donaverunt.

Sacellum itaque iſtic ac Noſocomium, aliaque multa, quæ in hanc rem neceſſaria videbantur ædificia, Fundatorum opibus curâque & auſpiciis piorum illorum Principum, conſtructa ſunt.

Prior verò illa domus, quæ juxta D. Michaelis erat, uſui Fratrum Prædicatorum eſt applicata, atque anno 1226. facta tranſlatio ſupellectilis & ægrorum à D. Michaelis ad Bilokam, ſive Portum B. Mariæ, ubi eadem Catharina & Fulco ejus Frater Cœnobium Monialium Ordinis Ciſtercienſis, antedicto opitulante Epiſcopo, ædificârunt, non ſine multis immunitatibus ac Privilegiis.

Biennio poſt, F. Robertus Abbas Clarævallenſis Abbati de Bodelo ſcripſit, ut, cum opus eſſet, è Monaſterio Novi Boſci tot in hoc Bilocanum Moniales induceret, quot expedire judicaret, & eaſdem ſuo regimini ſubjiceret. Igitur Vigiliâ Aſſumptionis B. Mariæ anno inſequente primum iſthic celebrari cœpit officium, omniaque ejuſdem Noſocomii bona Abbatiæ Monialium & diſpenſationi earumdem relicta ſunt. Verùm cum paulò poſt non pauci quererentur, non æquam fieri eorumdem bonorum diſpenſationem, ac plura, quàm par eſſet, adjungi impendique Monaſterio, ſubtrahi verò Hoſpitali, ad inſtantiam Principis, ac multorum Civium Gandavenſium, anno 1237. facta eſt per Epiſcopum Tornacenſem, Abbatem Claræ-vallenſem, & S. Bavonis & alios bonorum diviſio, conſtitutumque ut cum tam paucis Monialibus ac Sororibus, quàm decenter fieri poſſet, ſecundùm Ordinem Ciſtercienſem ſeptem Horarum Canonicarum ibidem officium fieret,

CAPUT CIV.

JOANNES *Miles de Dam dotat anno* 1254. *Abbatiam de* Ooſt-Eecklo, *Virginum Ordinis Ciſtercienſis, quæ nunc eſt Gandavi.*

Ex eodem Libro.

UNIVERSALIS Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, JOANNES Miles DE DAM æternam in Domino ſalutem.

NOVERIT univerſitas veſtra, quòd Pater meus bonæ memoriæ THEODORICUS Miles DE GANDAVO dedit liberâ voluntate ante annos viginti vel ampliùs Eccleſiæ de (1) *Eeclo* pro remedio animæ ſuæ fauleonem unum accipiendum annuatim perpetuò in Circumciſione Domini, de redditibus ſuis apud Novamburch juxta * Haſnede. * Aſſenede.

EGO autem JOANNES Filius ejus donationem iſtam ratam habens, & dictæ Eccleſiæ firmam & ſtabilem permanere volens, præſentes Litteras ſcribi feci, & Sigilli mei appenſione confirmavi.

ACTUM anno Domini M. CC. LIV. infra Octavam Epiphaniæ Domini. 1254.

(1) OOST-EECKLOO, nomen eſt Abbatiæ Monialium Ordinis Ciſtercienſis quæ ante annum 1200. fundata fuit in Vico de Aelſchoet, ad Orientem Oppidi Eclonienſis (unde nomen obtinuit) tribus circiter Gandavo milliaribus. Huic Abbatiæ circa annum 1228. inſigniter benefecerunt Joanna & Margareta Comitiſſæ Flandriæ, uti & anno 1254. Joannes de Damme Vir Nobilis, hoc Diplomate.

Supervenientibus autem tumultibus Belgicis ſæculo XVI. & graſſante hæreticorum rabie, funditus everſum fuit hoc Monaſterium, unde Religioſæ circa annum 1585. ſibi in Urbe Gandavenſi Domicilium novum compararunt in loco dicto de *Poſterna* qui olim Ludovici Maleani, aliorumque Flandriæ Comitum fuit habitaculum. Vivunt illic hodie, ſub cura ſpirituali Abbatis Bodeloenſis.

CAPUT CV.

ARNOLDUS *de Zellaer Scholaſticus Mechlinienſis, auget anno* 1255. *dotem XII. Capellanorum, quos Mechliniæ fundaverat, ſupra Cap.* 95.

Ex MS. Archivis Capit. Mechlinienſ.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, quibus præſens Scriptum videre contigerit, ARNOLDUS DE ZELLAER Scholaſticus Machlinienſis ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium, & Salvator.

PRÆSENTIUM Teſtimonio Litterarum notum facio tam præſentibus quàm futuris, quod Ego pro animæ meæ ſalute, ſanus & mentis meæ compos, ad redditus duodecim Beneficiorum, quæ in Eccleſia B. Rumoldi Martyris in Machlinia inſtitui, ſuperaddo nunc & aſſigno quaſdam meas poſſeſſiones & redditus ſubnotatos; videlicet duodecim ſextarios ſiliginis ad menſuram Machlinienſem, quos Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus Vallis Liliorum perſolvent in perpetuum apud Machliniam inter Feſtum B. Martini & Purificationem B. Mariæ annuatim, de Decima mea in *Hombeka*, quam prædictus Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus cum cenſu & terra quam in eadem Villa tenui receperunt à me ad perpetuam firmam pro duodecim ſextariis prænotatis.

ASSIGNO etiam ad eadem beneficia omnia bona mea quæ habeo in *Werda* & in *Helewita* cum omnibus pertinentibus eorumdem.

ITEM aſſigno ad prædicta decimam quam habeo in *Eppeghem* quam teneo à Bordino de Cobbenboſch jure hereditario pro VI. denariis Lovanienſibus.

INSUPER addo prædictis beneficiis bona quæ habeo in *Zempſa*, circiter ſeptem bonaria tam terræ quàm prata, cum cenſu & pertinentiis eorumdem, & circiter quinque bonaria terræ quam habeo in *Heſſena* cum omnibus pertinentibus ſuis, & quartam garbam quam recipio ibidem in Agro qui dicitur *Broth*.

ASSIGNO ad prædicta bona annuum cenſum quem habeo in Parochia Villæ Machlinienſis, circiter XI. libras, X. ſolidos Lovanienſes, cum triginta & octo capponibus recipiendos annuatim de hereditate ſubnotata; videlicet de hereditate quæ fuit Henrici de Buis viginti duos ſolidos Lovanienſes & quatuor cappones; Joannis Fabri triginta unum ſolidos & duos cappones; de hereditate Gutryna XX. ſolidos & duos cappones; Wilhelmi de Gavegha & Joannis de Humbeka XX. ſolidos; item prædictus Wilhelmus ſolvit unum den. & Franco unum; item de hereditate Rudolphi Pelliparii XV. ſolidos Lovanienſes & duos cappones; Walteri de Lupna XII. ſolidos & duos cappones; Bartholomæi VIII. ſolidos; de hereditate quæ fuit Gerardi Plnpert XIV. ſolidos & quatuor cappones; Henrici Roſtra IX. ſolidos & duos cappones; Henrici Fabri XVIII. ſolidos & duos cappones; item de hereditate Amegardæ XV. ſolidos; Idæ Wenciæ XVII. ſolidos; Magiſtri Ballennii Belſvaert IV. ſolidos & duos cappones; Arnoldi de Lupna VI. ſolidos; Abbatis & Conventûs Loci S. Bernardi

nardi x. ſolidos; Margarethæ Cockmæ x. ſolidos; item de hereditate Abbatiſſæ & Conventûs Vallis Roſarum vi. ſolidos; & heredum Alardi Longi vii. ſolidos & obulum; item de hereditate Wilhelmi Leepetoris xiv. ſolidos & duos cappones; Rumoldi de Hobriga xviii. ſolidos & iv. cappones; Joannis de Dieſt iv. ſolidos & duos cappones; item de hereditate Arnoldi de Grimberge xxvii. ſolidos, tres ſolidos, duos cappones. Sed Capellani prædictorum bonorum dabunt annuatim de dictis xxv. ſolidis, duodecim ſolidos Lovanienſes ad anniverſarium Magiſtri Nicolai.

Aſſignationem prædicti censûs facio dictis Capellanis cum omni jure & quibuſcumque pertinentiis ad eundem cenſum ſpectantibus.

Item aſſigno ad prædicta Beneficia tres libras & iv. ſolidos Lovanienſes, quos Viri Religioſi Abbas & Conventus de * *Jeth* tenentur ſolvere annuatim apud Machliniam de bonis quæ tenent à me ſub annua & perpetua penſione, ſicut in Littera eorum ſuper hoc confecta pleniùs continetur.

* Alias Dilegem.

Assigno & ad eadem Beneficia quatuor modios frumenti, quos Prior & Monachi de *Wavria* tenentur ſolvere de bonis quæ compararunt cum pecunia mea, ſicut in Littera eorum ſuper hoc facta pleniùs atteſtatur.

Capellani qui prædicta xii. Beneficia deſervient, prædicta bona & redditus memoratos poſt diſceſſum meum integraliter percipient, & æquâ inter ſe divident portione: tali interim adjecto onere, quod quicumque ex ipſis ſive ex ſuis Succeſſoribus Sacerdotes extiterint, tenebuntur poſt diſceſſum meum in novo opere Miſſam in qualibet quindena ad minus unâ vice perpetuò celebrare.

Ab hac lege excipientur D. Adam de Eppegem, nunc Capellanus dicti novi operis, & ſui Succeſſores, qui ſicut in alia Littera præordinatum à me, quotidiè tenebuntur in loco prædicto Miſſam celebrare.

Excipiuntur & ab onere prædicto D. Walterus de Suys & ſui Succeſſores, pro eo quod officium Capellani in Domo debilium Beginaſii Mechlinienſis perpetuò gerere tenebuntur.

Prædicti verò Capellani, cenſum, quem eiſdem aſſignavi in Parochia de Machlinia, videlicet circiter undecim libras x. ſolidos & viii. den. cum xxviii. capponibus firmatis, Magiſtro Michaëli, ſi poſt me vixerit, annis ſingulis, temporibus vitæ ſuæ de voluntate & ordinatione mea eo tempore & in illa ſumma quibus ipſi recipient, dare tenebuntur; & ipſe D. Michaël ſe nequaquam intromittet de dicto cenſu à debitoribus recipiendo ſeu colligendo; ſed Capellani dictum cenſum recipient, & prout eundem recipient, de manibus ſuis eundem refundent. Proventus autem qui ex prædicto cenſu ratione dominii provenient, ſicut ſunt emptiones, venditiones hereditatum, acquiſitiones, & hujuſmodi, ſpectabunt ad dictos Capellanos; quoniam dominium de cenſu prædicto & ſuis pertinentibus pertinebit ad eoſdem; nec ipſe D. Michaël quidquam de hujuſmodi per ſe, ſeu per aliam perſonam, exigere poterit vel debebit: & poſtquam deceſſerit, Capellani hunc cenſum ſicut præordinatum eſt inter ſe divident & habebunt.

Insuper aſſigno ad lumen Altaris prædicti novi operis xxx. ſolidos Lovanienſes recipiendos annuatim de hereditate quæ ſuit Magiſtri Henrici de .... ſitum *in de Beſſerſtraete*.

Proviſionem dicti luminis faciet Capellanus prædicti novi operis quotidie, prout meliùs & decentiùs poterit, de dictis triginta ſolidis ad omnes Miſſas in dicto loco perpetuò celebrandas. Quod ſi negligenter fecerit, ad demonſtrationem Decani & Capituli Machlinienſis ad hoc debebit induci, ut miniſtrationem ejuſdem luminis fideliter compleat & diligenter.

Ut autem omnia & ſingula præmiſſa ſemper ſint firma & ab aliquo infringi nequeant in futuro, Ego Sigillo meo proprio unà cum Sigillo Capituli Machlinienſis & Abbatis Loci Sancti Bernardi Teſtamenti mei Executoris præſentem Paginam duxi roborandam.

Actum anno Domini noſtri M. CC. LV. menſe Septembri. 1255.

CAPUT CVI.

Alexander IV. *Pontifex Canonicis Regularibus Frigidi Montis Bruxellæ indulget anno 1257. ut in Eccleſia S. Gudulæ Bruxellis poſſint Præbendam obtinere.*

Ex Archivis MS. Capituli Anderlecht.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii Frigidi Montis de Bruxella Ordinis Sancti Auguſtini Cameracenſis Dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane petitio veſtra Nobis exhibita continebat, quod dilectus Filius noſter P. Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis tunc in partibus Alamanniæ Apoſtolicæ Sedis Legatus ob tenuitatem reddituum Monaſterii veſtri præfati, Auctoritate ſuæ Legationis Vobis per ſuas conceſſit Litteras, ut in S. Gudulæ de Bruxella Cameracenſis Dioceſis unam Præbendam, ſi Nobilis Vir Dux Brabantiæ Patronus ipſius

Eccleſiæ, ac Decanus & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, ad collationem quorum & præſentationem ſpectant Præbendæ ipſius Eccleſiæ, ipſam Vobis conferre voluerint, licitè recipere ac retinere liberè valeatis, & in eadem Præbenda per aliquem de veſtris Canonicis facere deſerviri.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Cardinali providè factum eſt, ratum & gratum habentes, dummodò ad id Diœceſani accedat aſſenſus, id Apoſtolicâ Auctoritate confirmamus, & præſentis Scripti Patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani xv. Februarii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CVII.

Capitulum S. Mariæ Antverpienſe, conſentiente Goberto *de Peruwez Præpoſito ſuo, decernit anno* 1257, *ſupprimendam Præpoſituram ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque loco ſubſtituendum Decanum.*

Ex Archivo MS Cathed. Eccleſiæ Antverp.

Universis præſentes Litteras inſpecturis, Capitulum B. Mariæ in Antverpia Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & noſcere veritatem.

Noveritis, quod Nos anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, feriâ ſecundâ poſt Feſtum Omnium Sanctorum, die ad hoc deſignatâ, & vocatis qui fuerant evocandi, in Capitulo noſtro conſtituti, de Decano in Eccleſia noſtra de novo creando Statutum fecimus, & juravimus obſervandum, cujus tenor talis eſt: 1257.

Cum Præpoſiti Eccleſiæ noſtræ prædictæ, qui pro tempore fuerunt, ſemper habuerint Curam animarum Canonicorum, Capellanorum & Clericorum ipſius Eccleſiæ, & ipſi Præpoſiti quoad Curam & Officium ſuum in veritate ſint Decani, & propter hoc de jure debeant eſſe Sacerdotes, ſicut quandoque fuerunt, & continuè in eadem reſidere, ſicut quandoque fecerunt; quidam Præpoſiti tamen occaſionem non reſidendi trahentes à nomine, videlicet quia Præpoſiti ſunt vocati, reſidere contradixerunt in ipſa Eccleſia. Propter quorum abſentiam & defectum dicta Eccleſia in ſpiritualibus & temporalibus graviter eſt collapſa, & quotidiè magis ac magis corruit in defectum.

Statuimus, quatenus poſt deceſſum vel ceſſionem Præpoſiti, qui nunc eſt, nomen Præpoſiti commutetur in nomen Decani, & quod deinceps in dicta Eccleſia non ſit Præpoſitus, ſed Decanus tantùm, qui habeat penitus eandem juriſdictionem, quam habuit hactenus & habet Præpoſitus memoratus, & ad idem teneatur omnino, ad quod ſui Prædeceſſores Præpoſiti tenebantur. Ita quidem, quod ipſe Decanus duplicem Præbendam habeat, unam ſicut Canonicus, reliquam verò, videlicet viceſimam, quam nunc tenet Præpoſitus, habeat ratione Decanatûs.

Et quia reditus Præbendarum dictæ Eccleſiæ noſtræ tenues ſunt & exiles, per *Sectionem ipſarum de novo factam ibidem, & fere omnes proventus ipſius Eccleſiæ noſtræ ſub periculo fluviorum & maris ſunt conſtituti, reditus & proventus ad ipſam Præpoſituram nunc ſpectantes (cum nullæ ad præſens tempus quotidianæ diſtributiones ad Horas Canonicas ſint in eadem Eccleſia) poſt deceſſum vel ceſſionem Præpoſiti, qui nunc eſt, in perpetuum cedant ad quotidianas diſtributiones, in eadem Eccleſia ad Horas Canonicas diſtribuendi.

* Vide ſupra pag. 580. & 581.

Ipse verò Decanus ſtatim poſt electionem ſuam ſolenniter & expreſsè jurabit bonâ fide, quod infra annum ſe faciet promoveri in Sacerdotem, ſi non fuerit Sacerdos, & quod in ipſa Eccleſia continuè, ſicut Canonici hebdomadarii ipſius Eccleſiæ, reſidebit, & quod nihil percipiet de Præbenda vel fructibus Decanatûs, niſi reſidens fuerit & Sacerdos.

Quod ſi aliquid iſtorum non fuerit, vel facere recuſaverit, ſtatim vacet Decanatus ipſo facto, & alii per noſtrum Capitulum, ad quod ſpectat collatio, conferatur. Quod ſi infra ſex menſes alii non contulerimus ipſum Decanatum, Superior eundem conferendi habeat poteſtatem.

In cujus rei teſtimonium præſens Statutum Sigillo Eccleſiæ noſtræ prædictæ duximus roborandum.

Actum & datum anno & die prædictis.

Universis præſentes Litteras viſuris, Gobertus de Perweis Præpoſitus Eccleſiæ Antverpienſis ſalutem in Domino. Conſenſus Præpoſiti.

Noverit univerſitas veſtra, quod Nos utilitatem Eccleſiæ noſtræ in hoc attendentes, tenore præſentium conſentimus, quod Statutum editum à Capitulo Eccleſiæ noſtræ prædictæ, ſuper creatione Decani in eadem Eccleſia, & quotidianarum diſtributionum, poſt deceſſum ſeu ceſſionem noſtram robur obtineat perpetuæ firmitatis, juxta continentiam Litterarum ſuper dicto Statuto ab ipſo Capitulo confectarum.

In cujus rei teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, feriâ tertiâ poſt Omnium Sanctorum. 1257.

CAPUT

CAPUT CVIII.

Nicolaus *Cameracenſis Epiſcopus confirmat anno* 1258. *fundationem factam ab* Arnoldo de Zellaer *Mechlinienſi Scholaſtico, de qua ſupra Cap.* 99. *&* 105.

Ex Archivis MS. Capit. Mechlinienſ.

Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus univerſis præſens Scriptum viſuris ſalutem & cognoſcere veritatem.

Noverint univerſi, quod Arnoldus de Zellaer Scholaſticus, ſicut Nobis expoſuit idem Scholaſticus, attendens quod nihil morte certius, nihil incertius horâ mortis, de poſſeſſionibus ſuis & redditibus ad cum titulo juſtæ acquiſitionis pertinentibus, quædam bona ad laudem & gloriam Beatæ & glorioſæ Virginis Mariæ in Eccleſia B. Rumoldi inſtituiſſe dicitur in hæc verba:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Ego Arnoldus &c. *ut ſupra.*

Nos ergo ipſius Arnoldi Scholaſtici bonæ voluntati facilem adhibuimus conſenſum, & pietatis operibus congaudentes, piam dicti Scholaſtici inſtitutionem & ordinationem Beneficiorum hujuſmodi quantum in Nobis eſt laudamus & approbamus, & ut ipſa ab aliquo irritari non valeant vel refringi, Auctoritate ordinariâ confirmamus, & in hujus rei Teſtimonium & monimen perpetuum, Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini M. CC. LVIII, Sabbato ante Feſtum B. Barnabæ Apoſtoli. 1258.

CAPUT CIX.

Idem Nicolaus *Epiſcopus conſentit anno* 1260. *ut in locum Præpoſiti deinceps ſit Decanus in Eccleſia Beatæ Mariæ Antverpiæ, nunc Cathedrali.*

Ex Archivis MS. Capituli Antverp.

Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis tam præſentibus quàm futuris, præſentes Litteras viſuris & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam.

Litteras dilectorum in Chriſto Filiorum Præpoſiti totiuſque Capituli Eccleſiæ B. Mariæ in Antverpia noſtræ Diœceſis, non abolitas, non cancellatas, non in aliqua ſui parte vitiatas, ſed proprio ejuſdem Capituli Sigillo ſigillatas, ſuper creatione vel Statuto Decani in Eccleſia eadem, recepimus in hæc verba:

Universis præſentes Litteras inſpecturis Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Antverpia, &c. *ut ſupra capite* 107.

Nos autem Litteris ipſis auditis diligenter & inſpectis, attendentes in Statuto edito in eiſdem Cultûs Divini augmentum, animarum ſalutem, & Eccleſiæ Antverpienſis prædictæ utilitatem & profectum, habito ſuper hoc proborum & Juriſperitorum conſilio diligenti, Statutum prædictum ſuper creatione Decani in Eccleſia ſupradicta, prout ritè factum eſt, & in Litteris dicti Capituli Eccleſiæ Antverpienſis continetur, approbamus, & Auctoritate Pontificali confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium præſentes Litteras ad ſupplicationem & inſtantiam Præpoſiti, totiuſque Capituli Eccleſiæ Antverpienſis ſupradictæ, quorum Litteras & preces ſuper hoc recepimus ſpeciales, Sigillo noſtro duximus roborandas.

Actum & datum anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, Dominicâ poſt Feſtum Beati Bartholomæi, menſe Auguſto. 1260.

CAPUT

Decretum iſtud Capitulare de ſupprimenda Præpoſitura & creando Decano in Eccleſia Antverpienſi, poſt Nicolaum Cameracenſem Epiſcopum, ſuis Diplomatibus firmarunt duo Pontifices Romani, Alexander IV. anno Pontificatûs ſui ſeptimo, & Urbanus IV. anno Pontificatûs ſui primo.

Similiter in Cathedrali Tornacenſi ſuppreſſam fuiſſe anno 1205. Præpoſituram, ſupra memoravimus. Diplomate edito pag. 984. E contra in Eccleſia Collegiata S. Pharaildis Gandavi reſtaurata fuit dignitas Præpoſituræ anno 1244. per Diploma Walteri Epiſcopi Tornacenſis, quod vide ſupra pag. 995. item dignitas Decanalis anno 1246. in Eccleſia Harlebacenſi apud Cortracum: vide pag. 995.

CAPUT CX.

Conventio inter Abbatiam Cortenbergenſem Monialium Benedictinarum juxta Bruxellam, & Præpoſituram Vallis Liliorum Monialium Præmonſtratenſium tuncjuxta Mechliniam, ſuper decimis Parochiæ de Hombeke, *anno* 1265.

Ex MS. Archivis Anſer lechtenſ.

UNIVERSIS præſentes Literas inſpecturis, G. permiſſione Divinâ Abbas Grimbergenſis, Magiſter B. De Echove Decanus Machlinienſis, J. dictus Canis Cantor & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, & Willelmus Decanus Chriſtianitatis Bruxellenſis ſalutem in omnium Salvatore.

AB humana faciliûs elabuntur memoria, quæ nec Scripto nec voce Teſtium æternantur.

AD notitiam ergo ſingulorum volumus pervenire, quod cum diſcordiæ diverſæ pluries motæ eſſent inter Venerabiles Religioſas Domicellas, Abbatiſſam & Moniales de *Cortenberghe*, Ordinis S. Benedicti Cameracenſis Diœceſis ex parte una, & Præpoſitum, Prioriſſam & Conventum Vallis Liliorum Præmonſtratenſis Ordinis prædictæ Diœceſis ex altera, tandem dictæ partes pro bono pacis in Nos compromiſerunt ſub certa pœna in compromiſſo ſuper hoc confecto contenta, firmiter compromittentes, quod quidquid Nos, inquiſitâ veritate ſuper cauſis motis inter partes prædictas amicabili compoſitione ſtatueremus, ſeu ordinaremus, inviolabiliter obſervarent.

Nos igitur auditis quæ partes proponere voluerunt, & inquiſitâ veritate ſuper omnibus, de conſilio peritorum in hunc modum duximus ſtatuendum ſeu ordinandum.

QUOD prædicti, Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus in Parrochia de *Hombeka*, in qua dicta Domina Abbatiſſa Jus obtinet Patronatûs, liberè poterunt & valeant commorari; & quod omnes, tam ex Patronatu dictæ Dominæ Abbatiſſæ quàm aliunde venientes, apud ipſos ſepulturam ex devotione eligentes, ad ſepulturam recipere valeant, cum oblationibus, candelis & aliis obventionibus quibuſque, Presbyteri Parochialis de *Hombeka*, & Perſonæ jure in omnibus & per omnia ſemper ſalvo.

ITA tamen, quod in die Beati Lucæ Evangeliſtę ſolidos Lovanienſes nomine recognitionis & jure Patronatûs; prædicti Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus Vallis Liliorum prædictæ Dominæ Abbatiſſæ & Conventui de *Cortenberghe* in perpetuum ſolvere tenebuntur.

FAMILIA verò dictorum Præpoſiti, Prioriſſæ & Conventûs in Matrimonio exiſtens, ad Eccleſiam de *Hombeka*, prout alii Parochiani, ad Eccleſiam venire tenebitur, & ibidem Eccleſiaſtica recipere Sacramenta.

ALIA verò Familia ſoluta, in Monaſterio Vallis Liliorum ſua Sacramenta recipiet, ſi ei hoc liceat ex Privilegio Papali, & hoc fuerit in conſimilibus Monaſteriis obſervatum.

ET Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus gaudebunt libertate eis conceſſâ ex Privilegiis Pontificum Romanorum, ſalvo in omnibus jure Dominæ Abbatiſſæ & Conventûs de *Cortenberghe* antedicti.

NEC dicti Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus decimas poſſidere nec tenere poterunt in futurum in Parochia de *Hombeka*, in qua dicta Domina Abbatiſſa & Conventus jus obtinent Patronatûs, ſeu aliàs, ubi ſimiliter obtinent jus Patronatûs.

ET ſi prædictis Præpoſito, Prioriſſæ & Conventui decimam in eleëmoſynam conferri contigerit in ipſius Abbatiſſa Perſonatu, ſeu Perſonatibus, vel alio modo accepti fuerint ipſas decimas, ipſas tenere non poſſunt, ſed eas Abbatiſſæ & Conventui de *Cortenberghe* vendere tenebuntur ad dictum duorum proborum virorum, quorum unus ex parte ipſius Abbatiſſæ & Conventûs, & alter ex parte Præpoſiti, Prioriſſæ & Conventûs prædictorum eligetur, qui de pretio & valore decimarum earumdem diſcernere tenebuntur.

STATUIMUS etiam & ordinamus, quod prædicta Domina Abbatiſſa & Conventus de *Cortenberghe* decimam quam Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus prædicti tenent in *Hombeka* ad firmam perpetuam à Viris diſcretis XII. Capellanis Eccleſiæ Machlinienſis à Viro venerabili Domino Arnulpho de Zellaer quondam Scholaſtico Mechlinienſi inſtitutis in eâdem Eccleſia, ab ipſis Præpoſito, Prioriſſa & Conventu ad firmam perpetuam teneant & poſſideant. Vide ſupra pag. 997.

TALI adjectâ conditione, quod prædicta Domina Abbatiſſa & Conventus de *Cortenberghe* de præmiſſa decima quatuor ſolidos Lovanienſes annui Censûs in die B. Lucæ Evangeliſtæ, & XII. ſextaria ſiliginis bonæ & laudabilis, & etiam VIII. ſextaria avenæ bonæ & laudabilis ad menſuram Machlinienſem in feſto B. Martini hyemalis in perpetuum ſingulis annis in Monaſterio Vallis Liliorum in expenſis & cuſtibus ipſius Abbatiſſæ & Conventûs de *Cortenberghe* ipſi Præpoſito, Prioriſſæ & Conventui ſine difficultate qualibet ſolvere tenebuntur, & perſolvent.

ET dicta Domina Abbatiſſa & Conventus in aliis quæ dicti Præpoſitus, Prioriſſa & Conventus tenent à dictis Capellanis, in terris, cenſu & caponibus, ſeu aliis redditibus quibuſcumque, jus aliquod de cetero ſibi non poterunt vendicare, nec ipſos Præpoſitum, Prioriſſam & Conventum prædictos moleſtare ſuper his in aliquo.

SI verò Abbatiſſam & Conventum de *Cortenberghe*,

tenberghe, ſeu Præpoſitum Prioriſſam & Conventum prædictos moleſtari contingeret ſuper dicta decima à Capellanis prædictis, dictæ moleſtationi & vexationi in communibus expenſis, fraude omni poſtpoſitâ, dictis Capellanis reſiſtere tenebuntur.

PRÆMISSA omnia, ſub pœna in compromiſſo conſenſu arbitrali ſententiâ ſtatuimus & ordinamus, de conſenſu partium inviolabiliter ac in perpetuum obſervanda. Et ne ſuper præmiſſis poſſit in poſterum dubitari, præſenti arbitrali Sententiæ Sigilla noſtra appoſuimus in Teſtimonium & munimen.

ACTUM & datum anno Domini M. CC. LXV. 1265.
Dominicâ ante Magdalenam &c.

CAPUT CXI.

JOANNES *Angianus Epiſcopus Tornacenſis, confirmat anno* 1270. *fundationem factam à Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa in favorem Beginagii Brugenſis.*

Ex MS. Archivis Capit. Tornac.

JOHANNES Dei Gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, quòd placet Nobis, quod Illuſtris Domina MARGUARITA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa in loco Beghinarum de Vinea Brugenſi, cum oblationibus ibi ad manum provenientibus Sacerdotis, redditus tot aſſignet, quòd inde fieri poſſit adhuc unum Beneficium Parochiale, undè valeat competenter provideri uni Presbytero inſtituendo ibidem, qui Curatus exiſtat, cum illo qui nunc eſt inibi inſtitutus; quodque præſentatio utrorumque, & illius ſimiliter Beneficii quod primò in eodem loco fundari contigerit, poſt hæc duo, pertineat in perpetuum ad ipſam Comitiſſam & ad hæredes ſeu Succeſſores ejuſdem Comitis Flandriæ. Capellaniæ verò collatio, quæ deſervitur in Eccleſia Sancti Salvatoris Brugenſis per Dominum Nicholaum de Hoſdain, de cætero ad Nos ſpectet & ad Succeſſores noſtros Epiſcopos Tornacenſes.

SI verò aliqua alia Beneficia in dicto loco deindè fundari contigerit à quocumque, collatio eorumdem ſpectabit in ſolidum ad Nos & ad Succeſſores noſtros Epiſcopos Tornacenſes.

ET Nos Marguarita Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa prædicta, omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis expreſsè & ex certa ſcientia pro Nobis & Cariſſimo Filio noſtro Guidone Comite Flandriæ, cujus vices ad præſens per omnia gerimus, conſentimus: promittentes pro Nobis & eodem Filio noſtro & aliis Succeſſoribus ſeu Heredibus noſtris Flandriæ Comitatum præter Nos in poſterum obtenturis, ea omnia & ſingula firmiter obſervare.

ET in horum Teſtimonium & munimen Sigillum noſtrum appendi fecimus cum Sigillo Venerabilis Patris Dei gratiâ Epiſcopi Tornacenſis prædicti.

DATUM anno Domini M. CC. LXX, menſe 1270.
Januario.

Confenſus Capituli Tornacenſis.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Tornacenſis ſalutem in Domino.

NOVERITIS quod Nos hiis omnibus & ſingulis quæ continentur in Litteris in quibus præſentes ſunt annexæ, & quæ Sigillis Johannis Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopi & Marguaritæ eâdem gratiâ Flandrenſis Comitiſſæ ſunt ſigillatæ, ad preces dictorum Epiſcopi & Comitiſſæ, noſtrum impertimur aſſenſum.

IN cujus rei Teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum Capituli Eccleſiæ Beatæ Mariæ Tornacenſis duximus apponendum.

DATUM anno Domini M. CC. LXX, feriâ ſextâ 1270.
ante Vincentium.

CAPUT CXII.

* Vide ejus Epitaphium ſupra pag. 107.

ALEYDIS* *Duciſſa Brabantiæ, fundatrix Monaſterii de* Auderghem *Monialium Ordinis S. Dominici juxta Bruxellam, eidem donat Decimas Vici de* Eckeren *propè Antverpiam, anno* 1270.

Ex Notitia Marchionatûs S. R. I. authore Barone le Roy.

NOS ALEYDIS Dei gratiâ Duciſſa Brabantiæ & Lotharingiæ, &c.

NOTUM facimus, quod perſonæ Nobiles chariſſima Conſanguinea noſtra Domina * Felicitas Domina de *Hoboke*, & Henricus ejus Filius, tertiam partem Villæ de *Eeckere* à Joanne Dei gratiâ Duce Brabantiæ & Lotharingiæ chariſſimo Filio noſtro tenent in feudum, & tam ab ipſo quàm magnæ memoriæ chariſſimo Domino & Marito noſtro Henrico quondam Duce Brabantiæ & Lotharingiæ, in quatuordecim annis & amplius tenuerunt & habuerunt in feudum.

* Vide p. 769.

NOTUM etiam fieri volumus univerſis, quod dicta Domina, & ejus Filius prædictus, in noſtra præſentia & prædicti Filii noſtri, Ducis Brabantiæ, ac aliorum Virorum Nobilium, videlicet Domini Henrici de Lovanio, Domini Bertoldi de Machlinia, Domini Henrici de Bauterſem,

ſem, nec non Virorum Religioſorum Fratris Egidii Prioris Lovanienſis, & Fratris Nicolai Lectoris Trajectenſis, Ordinis Prædicatorum.

Jus Patronatûs Eccleſiæ dictæ Villæ de *Eeckere*, quod quidem ad eos in ſolidum pertinebat, Perſonis Religioſis Prioriſſæ & Conventui Vallis Duciſſæ contulerunt, jure perpetuo poſſidendum.

1270 DATUM anno Domini M CC. LXX. menſe Novembri, feriâ tertiâ poſt Octavam omnium Sanctorum.

JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.

NOVERIT univerſitas veſtra, quod Perſonæ Nobiles Domina Felicitas Domina de *Hoboke*, & Henricus ejus Filius, tertiam partem Villæ de *Eeckere*, cum Dominio & juribus ac aliis ad dictam partem ſpectantibus, à Nobis in feudum habent, &c.

1270 DATUM anno Domini M. CC. LXX. menſe Novembri, feriâ tertiâ poſt Octavam omnium Sanctorum.

ALEYDIS, dicta de Perweys, Domina de *Hoboke* &c.

CUM chariſſima Mater mea bonæ memoriæ Domina *Felicitas de* * *Triangulo* dicta, Domina de Perweys & de Caſtro-Portienſi &c. Decimas novalium quarundam terrarum ſuarum, ſcilicet in Pagis de *Eeckeren* Leodienſis, & *Hoboke* Cameracenſis Dioceſis, Perſonis Religioſis Prioriſſæ & Conventui Vallis-Duciſſæ apud *Oudergem*, ſecundùm Regulam B. Dominici viventibus, divinæ pietatis intuitu in eleëmoſinam purè & abſolutè contulerit &c.

* Aliàs Traiſnel.

IN quarum rerum Teſtimonium, Illuſtris Viri Domini Johannis Dei gratiâ Ducis Brabantiæ, Lotharingiæ & Limburgi, noſtris Litteris præſentibus Sigillum, cum Sigillo noſtro poſtulavimus & fecimus apponi. Et Nos Dux Brabantiæ ad petitionem chariſſimæ Conſanguineæ noſtræ Domicellæ Aleydis prædictæ, noſtrum, cum Sigillo ſuo, appoſuimus Sigillum.

DATUM anno Domini, M. CC. XC. Dominicâ quâ Cantatur *Jubilate*. 1290

CAPUT CXIII.

JOANNES I. *Brabantiæ Dux Begginagium Bruxellenſe, cui nomen* Vinea, *in Protectionem ſuſcipit, eique præſcribi curat Statuta anno* 1271; *quæ Petrus Epiſcopus Cameracenſis anno* 1323. *probavit.*

Ex Hiſtoria S. Beggæ per Rikelium.

UNIVERSIS præſentes Litteras viſuris, Petrus miſeratione Divinâ Cameracenſis Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

NOVERITIS Nos Litteras ſub Sigillo Illuſtris Principis Domini Ducis Brabantiæ non cancellatas, non abolitas tenuiſſe, & inſpexiſſe, formam, quæ ſequitur, continentes.

IN Nomine Patris & Filii & Spiritus S. Ordinatum eſt, & ſtatutum in Curia Begginarum de *Vinea* propè Bruxellam, mediante conſilio & providentiâ diſcretorum & Religioſorum, & à tempore M. Reineri bonæ memoriæ, primi Fundatoris ejuſdem Curiæ, hucuſque productum & obſervatum; quod quidem Begginæ commorantes inibi tenent, & tenere ſtabiliter tenentur & debent unanimiter, quamdiu durabit ſocietas & Conventus earum.

IN primis igitur ordinatum eſt & ſtatutum per communem aſſenſum, quod quatuor tantùm & non plures Magiſtræ ſint ibi capitales ſive magnæ, providæ, ſapientes & diſcretæ, quæ ſupra omnes alias Begginas totius Curiæ ſint, atque unus Curatus Presbyter ſive Inveſtitus: nec non quatuor Tutores ſive Procuratores, aut plures, ſi neceſſe eſt: quorum omnium concordi pariter conſilio cuncta Curiæ negotia fiant & agantur agenda, & de omnibus ipſius Curiæ rebus opportunè diſponatur.

ITEM Capitula teneantur, quemadmodum ea Magiſter Reinerus Fundator Curiæ ſupradictæ ſtatuerat & ordinaverat, temporibus quoque Domini Goſſuini piæ memoriæ Succeſſoris ejus tenebantur.

ITEM ad illas domos, quas aliquæ puellæ de ſuis propriis bonis ædificari faciunt ibidem, ipſæ ædificatrices non magis obtineant vel ſibi proprietatis adſcribant, quàm uſumfructum, & poſt earum diſceſſum hujuſmodi domus ad honorem Dei remaneant, & ſub titulo Charitatis, ad opus ſcilicet aliarum pauperum Begginarum, proprias ſibi domos ædificare non valentium, nec eas habentium, talibus præſtandæ ad inhabitandum eas, prout Magiſtratui ipſius Curiæ videbitur expedire. Nec in hujuſmodi domibus in fundo Curiæ ſic ædificatis, aliquis conſanguineus proximus, vel hæres defunctarum quicquam proprietatis, proximitatis vel hæreditatis adſeribere ſibi poterit, vel debebit deinceps petere quocumque modo vel reclamare.

VERUM-tamen rationi conſonum eſſe videtur & pietati, ut ſi aliqua puella ſæcularis conſanguinea hujus defunctæ vel amica ſæculum relinquere, & ad ſocietatem ipſius Curiæ vel Conventûs ſe transferre voluerit, & benè & laudabiliter vivere, vel etiam tranſtulit; hujuſmodi puellæ fiat gratia de inhabitatione hujuſmodi domorum: eâ tamen conditione; quod hæc arbitrio & conſcientiæ Magiſtratûs Curiæ relinquantur.

ITEM nulla vidua ibidem recipiatur, niſi faciat domum inibi de propria ſua ſorte, vel ſuis bonis ædificare, dum tamen eidem ſuppetant facultates: quæ ſcilicet domus poſt mortem hujuſmodi

juſmodi viduæ ſimiliter remaneat ad honorem Dei, & de eadem diſponatur, & fiat, quemadmodum de aliis domibus eſt prædictum.

Sunt præterea bona Curiæ, quæ vocantur bona Infirmariæ, ſive communia bona: de iis ſolvatur Capellanis Curiæ id, quod cuilibet de ſuo competit miniſterio, vel fuerit proviſum. De iis bonis ſolvantur debita Infirmariæ, ſi forſitan alicui fuerit obligata. De his etiam neceſſitates Curiæ fiant, in Clauſuris ſcilicet vel ſepibus Curiæ faciendis vel reficiendis, in foſſarum reparationibus ac pontium ſive viarum, vel quarumlibet rerum aliarum, utilium & neceſſariarum, quibus univerſitas communiter indiget evidenter. De his etiam bonis provideatur pauperibus, famuli Curiæ remunerentur & ancillæ, juxta conſilium Curati, Magiſtrarum magnarum, & Tutorum prædictorum.

Item unà tantùm conſtituatur puella ſive Magiſtra, quæ ſe intromittat de Infirmaria, & curam gerat de his, quæ exiſtunt in illa; quæ tamen puella ſive Magiſtra nequaquam poterit ſive debebit aliquam rem magnam incipere, quicquam diſtribuere, aut de quoquam diſponere per ſe, ſine conſilio Magiſtratûs ſuperioris.

Item in priſtina domo, in qua panis Curiæ coqui ſolet, unus tantum conſtituatur, famulus, aut una ancilla, qui vel quæ curam gerat de domo illa. Huic famulo, vel huic puellæ committantur & afferantur omnes denarii, ad hanc deputati domum; ita tamen, quod de ipſis denariis nihil faciant vel diſtribuant, innovent vel immutent ſine conſilio & mandato Magiſtratûs.

Sunt etiam ibidem alia bona, quæ dicuntur bona Ecclesiæ: de iis bonis provideatur Eccleſiæ, in ornamentis Altaris, hoſtiis, utenſibilibus, luminaribus, prout congruit, tegmine, feneſtris, oſtiis, & aliis Eccleſiæ neceſſariis penes conſilium Magiſtratûs. Et hujus bona ſunt eleëmoſynæ ſcilicet, quæ apportantur, cenſus, reditus, terræ, prata, & alia bona, quæ perpetualiter Eccleſiæ legantur, & eidem expreſsè deputantur: & de hujuſmodi bonis omnibus nihil penitus fiat; innovetur, agatur vel immutetur, niſi adſuerit omnium prædictorum Inveſtiti, quatuor, Magiſtrarum & Procuratorum conſilium pariter & aſſenſus, & propter totius Curiæ profectum ac utilitatem: nec de bonis Cuſtos Eccleſiæ per ſe aliquatenus ſe intromittat ſine mandato Magiſtr. antedicti.

Cum itaque hujuſmodi ordinatio & Statuta, decentia, ſalubria, & honeſta eſſe videantur, & Omnipotentis Dei gratiâ accepta, pluribuſque in futurum profutura, Nos Joannes Dei gratiâ Lotharingiæ Dux & Brabantiæ ad ea omnia & ſingula conſenſum noſtrum adhibentes, & aſſenſum, eademque laudantes & approbantes eiſdem auxilium noſtrum impertiri promittimus, & favorem fideliter tenendis & cuſtodiendis eiſdem Begginis prædictæ Curiæ de *Vinea*, ipſarum Curtem cum omnibus bonis ſuis: res quoque & bona prædictarum Begginarum undique per terram noſtram, & dominium ſub noſtra recipiendas protectione, noſtroque conductu præſentium Teſtimonio Litterarum, Sigillo noſtro ſigillatarum.

Datum apud Bruxellam, Dominicâ poſt Aſcenſionem Domini noſtri. Anno ejuſdem M. CC. LXXI. 1271.

Quibus Litteris & contentis in iiſdem viſis, & diligenter conſideratis, quia vidimus ipſa contenta eſſe ſalubria & honeſta, ipſas Litteras & contenta in eiſdem laudamus, approbamus, & Auctoritate noſtrâ ordinariâ confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum Cameraci, in Vigilia B. Matthiæ Apoſtoli. Anno Domini M. CCC. XXIII. 1323.

CAPUT CXIV.

Abbas Sancti Cornelii ad Indum Ordinis S. Benedicti juxta Aquiſgranum Abbati & Conventui Jettenſi Ordinis Præmonſtratenſis juxta Bruxellam vendit bona ſita in Parochia de Neerheembeke, *anno* 1272.

Ex Archivis MS. Capituli Anderlecht.

Universis præſentes Litteras inſpecturis, Reynardus Divinâ permiſſione Abbas Monaſterii S. Cornelii Indenſis Ordinis S. Benedicti Colonienſis Diœceſis, totuſq; ejuſdem Loci Conventus ſalutem in Domino ſempiternam.

Universitati veſtræ volumus eſſe notum, quod Nos jam dudum mole debitorum oppreſſi & diverſis creditoribus in magnis pecuniarum ſummis obligati neceſſe habuimus Villas noſtras videlicet *Berghem*, *Aouſſem*, *Caſteneboit*, *Greffenie*, *Lankaelaer*, *Glendorp* Colonienſis Diœceſis & Villam noſtram de *Mortiers* Leodienſis Diœceſis cum ipſarum Villarum appenditiis noſtris creditoribus tradere titulo hypothecæ ſeu pignoris obligatas conditionibus appoſitis & conventionibus factis, per quas & ſecundùm quas dictæ Villæ cum earum appenditiis in manibus ipſorum creditorum non ſine maximo & dampnoſo perpetuæ amiſſionis ipſarum periculo diutius ullo modo poterant remanere. Ejuſmodi etiam neceſſitate compulſi majorem partem bonorum quæ habebamus in Villis & Territoriis de *Ronaco*. *Horembieke S. Cornelii*, *Bracle*, *Acrinia*, *Woudeck* & *Elſele* cum appenditiis & pertinentiis dictarum Villarum ad vitas aliorum vendidimus. Reliquam verò partem pro penſionibus

ſionibus venditis ad tempus obligamus emptoribus traditâ poſſeſſione naturali. Cumque tempore præcedeote æris alieni & etiam uſurarum voragine moleſtiſſimâ detineremur oppreſſi, & bona mobilia penes Nos, unde tantis oppreſſionibus obviare poſſemus, vel Nos ab eis liberare, inveniri non poſſent, nec niſi per diſtractionem aliquorum bonorum noſtrorum immobilium & jurium, ab hujuſmodi videremus Nos poſſe gravaminibus & oneribus relevari, ut etiam imminentia preveniremus Monaſterii noſtri pericula graviora, non invenientes alium competentiorem modum evadendi gravamina prænorata, Villas ſequentes, videlicet *Ronacum Horembiecke S. Cornelii*, *Bracle*, *Atriniam Woudeke* & *Eſcbeille* omneſque pertinentias earumdem Villarum ac omne dominium directum & utile & omne jus nobis & Eeeleſiæ noſtræ in dictis Villis & in earum Territoriis, pertinentiis ac appendentiis eompetens, & omnia quæ in eis habebamus & quæ habere debebamus ſeu habere poteramus, ex quacumque eauſa vel quoeumque modo, & quæ noſtri juris erant & eſſe poterant, ſunt & eſſe poſſunt in omnibus terris arabilibus, pratis, aquis, paſcuis, ſilvis, nemoribus, paludibus, rejectis & aliis rebus nominatis & non nominatis, ac ſi eſſent propriis ſpecificatæ nominibus, & omnes juſtieias, juſtitiarias rationes, ratiocinia, homagia, relevia & omnia alia jura nobis & Eceleſiæ noſtræ in præmiſſis Villis, Territoriis, pertinentiis ac appendititiis competentia oeceſſe habuimus vendere, vendidimus & vendimus, tradidimus vel quaſi tradidimus, tradimus vel quaſi tradimus ceſſimus & conceſſimus, eedimus & coneedimus Illuſtri Viro Guidoni Comiti Flandriæ ad opus ſui & Suceeſſorum ſuorum Comitum Flandriæ pro vero & juſto pretio, videlieet pro quatuor millibus librarum, & quinquaginta libris Flandrenſis monetæ quod pretium ab eodem Comite in pecunia numerata recepimus & in Monaſterii noſtri relevamen, remedium, utilitatem refudimus, & profectum, videlicet in redemptionem & liberationem ſupradictarum Villarum noſtrarum de *Berghem*, de *Aouſſem*, de *Caſtenebout*, de *Greſſenie*, de *Lankelar*, de *Glendorp* & de *Mortiers* ac appenditiarum ipſarum, quæ nobis & Monaſterio noſtro plurimum fructuoſæ ſunt & vicinæ, ac in ſolutionem debitorum noſtrorum, in quibus ſub graviſſimis uſurarum moleſtiis eramus obligati & dictum pretium nobis & Monaſterio noſtro ampliùs profuiſſe & prodeſſe confitemur cognoſcimus & juramus, quàm præfata bona ſeu præſatæ Villæ profuiſſent aut proficere potuiſſent, ſi vendita vel venditæ non fuiſſent: præſertim eum dictæ Villæ venditæ, quæ Diœceſis Cameraeenſis exiſtunt, eſſent à nobis & Monaſterio noſtro valde remotæ & ab emptoribus penſionum & partis ipſarum Villarum ad tempus vel ad vitas tenerentur, fructuſque perciperentur earumdem & infra diſtrictum plurium Nobilium & potentum adverſus Nos de juriſdictione temporali ineeſſanter conteudentium, & jura & bona noſtra turbantium, ſituata; nec nobis eſſent ad manum, nec commodè gaudere poſſemus de eiſdem.

In ipſis etiam requirendis & procurandis magna nobis tam laborum quàm ſumptuum incumberet difficultas. Omnibuſque penſatis eadem bona inter eetera Monaſterii noſtri minùs erant nobis fructuoſa.

Ad hæc omnia ſervitia quæ nobis & Eeeleſiæ noſtræ ſub prætextu vel ratione dominii Principatûs, honoris aut dignitatis ſeu Patronatûs vel prælaturæ ex jure vel ex more à quibuſlibet Perſonis, Univerſitatibus, corporibus vel Collegiis debebantur debentur & deberi poterunt quæeumque & etiam ſi qua ſunt inter hæc, quæ gratis accipi opportet ſive dari, nec non & omnia alia & ſingula infra metas ſubſcriptas, videlicet Tornacum, Gandavum, Bruxellam, & Montes in Hannonia nobis aut Monaſterio noſtro jure, conſuetudine, vel alio quoquo modo competentia dicto Comiti ad opus ſui & Sueeeſſorum ſuorum Comitum Flandriæ omnino cedimus & eum prædicta Univerſitate in eum ad opus ſui & Sueceſſorum ſuorum Comitum Flandriæ transferimus, & tranſlata eſſe & tranſiſſe confitemur: nihil in prædictis Villis, Territoriis, pertinentiis & appenditiis infra dictas metas nobis juris retinentes.

Confitemur etiam quod licet bona prædicta ritè fuerint ſubhaſtata, non tamen invenimus emptorem qui plus vel tantum offerret nomine pretii quod reeipimus à dicto Comite pro pretio bonorum prædictorum.

Ceterum ut præmiſſa acta & conventa ſolempniùs firmarentur & firmiùs per omnia perſeverent Nos R. Abbas & Conventus Yndenſis Johannem de Bruxella Clericum noſtrum Procuratorem noſtrum ad partes tranſmiſimus antedictas, dantes eidem Procuratori noſtro poteſtatem, auctoritatem & mandatum ſpeciale, Ego R. Abbas pro me & Nos Conventus Yndenſis de Abbatis noſtri prædicti voluntate & mandato ſpeeiali & nomine noſtri Monaſterii jurandi in animas noſtras & quilibet noſtrum in ſuam, quod ſupradicta bona noſtri erant Allodii & proprii juris noſtri, & tam liberæ conditionis quod de ipſis, vel pro ipſis nulli hominum in aliquo exactionis ſervitio vel in aliqua prorſus angaria ſeu perangaria tenebantur. Et etiam poteſtatem plenariam eadem bona pro nobis & viee omnium noſtrum werpiendi & evidenter effeſtueandi.

Qui utique Johannes ſecundùm ſibi datam, ut dictum eſt, poteſtatem, vocatis & præſentibus omnibus quorum propter hoc fuerat præſentia requirenda, & qui de talibus judieare conſueverant & debebant, per dictam werpitionem & effeſtucationem & per eorumdem judieatorum ſicut opportuit documentum & judicium de præfatis bonis Nos quidem exhæredavit ac dictus Comes pro ſe & ſuis Succeſſoribus Comitibus Flandriæ ritè & per documentum & judicium dictorum judieatorum de eiſdem bonis adheredatus extitit, & in ipſorum bonorum va-

cuam

cuam poſſeſſionem & ſolempnem inveſtituram cum legitima & integra juris adbibitione inductus & miſſus.

Quia verò tantam gerimus erga dictum Comitem benevolentiam in hoc facto, quod ſi quid in his omnibus eſſet à dicto Procuratore minus factum, ſuplere vellemus & volumus per Nos ipſos ad cumulum perfectionis & conſummationis totius negotii ſupradicti. Nos R. Abbas & totus Conventus Yndenſis in noſtro Yndenſi Capitulo reſidentes & propter hoc ſpecialiter congregati prædicti Comitis Procuratore ad omnia tangentia, præcedentia & ſequentia legitimè & ſufficienter ordinato præſente, Ego quidem R. Abbas Yndenſis per me ipſum, & Nos Conventus Indenſis per Procuratores noſtros & ſindicos ſive Economos Monaſterii noſtri videlicet Petrum Decanum noſtrum Yndenſem & Magiſtrum Jobannem de Bruxella Clericum legitimè pro nobis ad hoc de Abbatis noſtri licentia conſtitutos, tactis Sanctorum reliquiis & Evangeliis Sacroſanctis juramentum præſtitimus corporale, & præſtamus jurantes in animas noſtras, quod de cauſis & de emolumentis contractuum prædictorum ita ſit & fuerit ſicut ſuperius eſt expreſſum.

In eodem quoque Capitulo & eodem die tam per vivam vocem, quàm per abdicationem manuum corporalem, ſemel ſecundo ac tertio, ritè & ſecundùm morem noſtrum ac Patriæ conſuetudinem werpivimus & effeſtucavimus omnia bona à nobis vendita ſupradicta, eadem cum omnibus juribus & pertinentiis eorum in manus Procuratoris dicti Comitis, nomine & ad opus dicti Comitis & Succeſſorum ſuorum Comitum Flandriæ totaliter reportantes, jure perpetuo ab eodem Comite & ejus Succeſſoribus Comitibus Flandriæ pacificè poſſidenda, nec in eiſdem bonis ſeu eorum pertinentiis, aut infra prædictas metas nobis aut Succeſſoribus noſtris quidquam aliquâ retinuimus ratione.

In ipſo nihilominus adjecimus & adjicimus ſacramento, quod hos contractus, & omnia & ſingula ſupradicta inviolabiliter tenebimus, & adimplere fideliter ſatagemus, & quod contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum nunquam per Nos aut per alium veniemus, aut aliquid attemptabimus nllo modo, nec artem aut ingenium quæremus per Nos aut per alium, quo minus dictus Comes & ejus Succeſſores Flandriæ Comites de bonis gaudeant memoratis.

Quinimmo prædicto Comiti & Procuratori dicti Comitis nomine ipſius Comitis & Succeſſorum ſuorum prædictorum legitimè ſtipulanti ſub fide & juramento prædictis permiſimus & permittimus habere licitè dicta bona, & quod ſuper eiſdem bonis & eorum pertinentiis adverſùs quoſcumque homines perpetuam eis exbibebimus garandiam in noſtris propriis ſumptibus & expenſis.

Si autem per Nos vel per alium in futurum reclamemus vel vindicemus bona prædicta, aut jus in eiſdem bonis, vel contra prædictam venditionem veniamus ullo modo: ſi etiam ex officio cujuſcumque ſuperioris irritaretur vel revocaretur dicta venditio ſive ad inſtantiam vel denunciationem noſtram, ſive motu proprio ipſius ſuperioris, vel quocumque alio modo, Nos dicto Comiti vel ejus Succeſſori Comiti Flandriæ octies mille libras Flandrenſium ſolvere & reddere tenebimur, & juramento interpoſito promiſimus & promittimus ſolvere & reddere, priuſquam dictus Comes vel ejus Succeſſor Comes Flandriæ à poſſeſſione dictorum bonorum ejiciatur vel eam deſerat, fructibus ab ipſo Comite vel ejus Succeſſoribus prædictis uſque ad tempus ſolutionis dictarum octies mille librarum perceptis, in eiſdem octies mille libris minimè computandis. Concedentes, quod ſi ad eam cauſam deveniremus, quod abſit, quod dictas octies mille libras ſecundùm hujuſmodi noſtram obligationem ſolvere teneamur, dictus Comes vel ejus Succeſſores Comites Flandriæ tam fructus prædictos, quàm ſummam excedentem pretium conventum habeant & ſibi retineant nomine ſui intereſſe. Confitemur etenim multum intereſſe etiam ſingulariter dicti Comitis & ejus Succeſſorum Comitum Flandriæ habere licitè dicta bona.

Ad majorem autem ſecuritatem pro præmiſſis omnibus & ſingulis diligentiùs implendis, roborandis & tenendis, dicto Comiti & ejus Succeſſoribus prædictis Nos & Succeſſores noſtros, & Monaſterium noſtrum, & omnia bona ipſius Monaſterii obligamus, etiam eatenus, quod niſi præmiſſa firmiter fuerint obſervata ac totaliter adimpleta, ipſi de bonis noſtris ubicumque fuerint, per ſe vel per alium tantum capiant vel capi faciant ſuâ auctoritate, invocato etiam ſi voluerint brachio ſeculari, quamdiu per ſimplex dictum ſuum ſuper præmiſſis fuerit eis plenariè ſatisfactum: nec captionem hujuſmodi in noſtram fieri reputabimus vel reputare poterimus injuriam vel offenſam.

Confitemur itaque quod præmiſſa omnia ritè ſecundùm jus & morem noſtrum ac conſuetudinem terræ facta ſunt & auctoritate & conſenſu majorum noſtrorum interveniente ſuper omnibus & ſingulis bis quæ ſuperiùs continentur, & quantum ad ea omnia & ſingula Nos R. Abbas & Conventus Yndenſis Monaſterii ſub juramento noſtro prædicto & per idem juramentum renuntiamus ſpecialiter & expreſſe exceptioni rei non venditæ, pretii non ſoluti, aut pecuniæ non numeratæ ſeu non ſolutæ, beneficio reſtitutionis in integrum, ac omni beneficio quod Eccleſiis competit contra alienatores rerum ſuarum, & ei quod dici poſſet de facto Nos deceptos ſeu læſos eſſe, ſeu Monaſterium noſtrum deceptum ſive læſum ultra dimidium juſti pretii vel alias, aut confeſſiones noſtras prædictas eſſe falſas, & omni juri per quod in ipſum Comitem vel ejus Succeſſores prædictos transferri poſſet onus probandi quod prædictum preſium in utilitatem noſtri Monaſterii ſit converſum, exceptioni doli mali, vis, metus in factum, Conſtitutioni de duabus dictis, omni Statuto & conſuetudini, omnibus Privilegiis à Papa vel Imperatore aut quovis alio Prælato vel Principe conceſſis & concedendis, omnibus Litteris, juſtitiam

juſtitiam vel gratiam continentibus, in quacumque forma impetratis vel impetrandis à Sede Apoſtolica vel Legatis ejus, vel quocumque alio Eccleſiaſtico vel ſeculari Prælato, Principe vel Judice.

Promittentes ſub eodem juramento quod ſi adverſus præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum aliqua talia Privilegia ſeu tales Litteræ emanaverint in futurum vel jam emanârunt, quod Nos eis non utemur, etiamſi relaxationem contineant juramenti; quinimmo ex nunc renuntiamus eiſdem & omnino ea caſſa & irrita volumus haberi. Renuntiantes etiam quantum ad præmiſſa omnia & ſingula omni auxilio facti & Juris Canonici & Civilis, & omnibus exceptionibus, defenſionibus & ſubterfugiis, per quas contra præmiſſa vel aliqua præmiſſorum venire poſſemus vel ea modo quolibet per Nos vel per alium impedire. Renuntiamus etiam ſpecialiter & expreſſe juri dicenti generalem renuntiationem non valere.

Ut igitur contractus prædictus & ea quæ ad ipſum pertinent, vel gratia ipſius adjecta ſunt, ut ſuperius conſcripta ſunt & conventa ſtabilitatem in perpetuum obtineant inconcuſſam, nec aliqua poſſint inpoſterum calumpnia vel oblivione diſſolvi, Nos R. Abbas & Conventus Yndenſis ſuper his omnibus præſentem Cartam concordi voluimus & fecimus unanimitate conſcribi & eam Sigillorum noſtrorum appenſione munitam præfato Comiti Flandriæ in inviolabile porreximus & dedimus Teſtimonium præmiſſorum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo, menſe Decembri. 1280.

CAPUT CXV.

Joannes I. *Brabantiæ Dux benefacit Equitibus Ordinis Theutonici Domûs. Confluentinæ in Germania, ſimulque Domui ſeu Commendariæ de* Pitzemburgh *Mechliniæ à Confluentina dependenti, annis* 1280. *& ſeqq.*

Ex Notitia Marchionatûs S. R. I. auctore Barone Le Roy.

Joannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem & cognoſcere veritatem:

Notum vobis facimus quod Nos ob remedium animæ noſtræ & Anteceſſorum noſtrorum liberamus, quitamus, & quitos clamamus, in perpetuum Fratres Domûs Teutonicorum in Allemania, ab omnibus exactionibus, winagiis ſeu theloniis, & ab omnibus juribus quæ ab ipſis Fratribus hactenus percepimus ſeu percipere conſuevimus de quibuſlibet navibus & vinis ipſorum Fratrum In Antverpia.

Volentes quod dicti Fratres & ipſorum Nuntii in aqua Antverpienſi liberum habeant tranſitum eundi & redeundi.

1280. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo, Sabbato poſt Aſſumptionem.

Nos Joannes Dei gratiâ Dux Brabantiæ, & Lotharingiæ.

Universis præſentes Litteras viſuris & audituris volumus eſſe notum, quod Nos hereditatem cum omnibus appenditiis ſuis & pertinentiis ſitum in Caſtro Antverpienſi, quæ hereditas quondam fuit Gerardi de Anderſtat Militis, & quam erga heredes dicti Gerardi emimus, Viris Religioſis Commendatori & Fratribus Domûs Sanctæ Mariæ Teutonicorum in Confluentia legitimè vendidimus, de qua hereditate ex parte dictorum Religioſorum nobis ad plenum eſt ſatisfactum, promittentes dictos Religioſos de dicta hereditate contra quoſcumque defendere & guarandire, præſentium Teſtimonio Litterarum Sigilli noſtri munimine ſigillatarum.

Datum & actum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto, in craſtino Pentecoſtes. 1284.

Universis præſentes Litteras viſuris. Nos Joannes Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ.

Notum facimus quod Nos.... Honorabilibus Viris ac Religioſis nobis in Chriſto dilectis Commendatori & Fratribus Domûs Teutonicorum de Conflnentia, conceſſimus & concedimus, ut ipſi muros Caſtri Antverpienſis, pront à latere poſſeſſionum & hereditatis eorum ibidem ſe extendunt, valeant licitè retinere & debitè, ſalvo tamen quod per eorum ædificia quæ etiam licitè ſuper dictos muros conſtruere & conſtrui facere poſſunt, tuitio & defenſio Caſtri non ſit aliquatenus occupata, ſed prompta & parata pateat, & inveniatur prout neceſſitas requiſierit quoties fuerit oportunum:

In cujus rei Teſtimoninm Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, die Sabbati ante Lætare Jeruſalem. 1297.

CAPUT

CAPUT CXVI.

MARTINUS IV. *Pontifex conſtituit Conſervatorem bonorum Monaſterii Cortembergenſis Monialium Ordinis S. Benedicti Affligemienſem ejuſdem Ordinis Abbatem*, *anno* 1284.

Ex MS. Archivis Anderlechtenſ.

MARTINUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilecto Filio Abbati de Affligemo, Ordinis Sancti Benedicti, Cameracenſis Dioceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

SUA nobis dilectæ in Chriſto Filiæ Abbatiſſa & Conventus Monaſterii de *Cortenberghe* Ordinis S. Benedicti, petitione monſtrarunt, quod non-nullæ Eccleſiaſticæ Perſonæ, tam Religioſæ quàm ſeculares, etiam in Perſonatibus & dignitatibus conſtitutæ, nec non Comites, Barones, Milites & alii Laïci Cameracenſis & Leodienſis Civitatum & Dioceſium, Caſtra, Villas, terras, domos, poſſeſſiones, prata, paſcua & nonnulla alia bona immobilia, quæ ab eodem Monaſterio in feudum vel ſub cenſu annuo ſeu redditu tenent, quandoque locis religioſis, Eccleſiis, Eccleſiaſticis quoque perſonis, interdum vero potentibus atque Laïcis, vendere vel donare, & ad perpetuum cenſum concedere, ac de ipſis alios infeudare, & alios eadem alienare, nec non hujuſmodi Caſtris, Villis, terris, poſſeſſionibus aliiſque bonis prædictis novas ſervitutes imponere, de facto, cum de jure nequiverint, abſque ipſarum Abbatiſſæ & Conventûs aſſenſu legitimo, temeritate propriâ præſumpſerunt.

SICQUE illi prætextu conceſſionis, infeudationis & alienationis hujuſmodi in Caſtris, Villis, terris & aliis ſupradictis bonis quodammodo jus dominii ſibi vendicare contendunt, dum per ipſos illa in alios, & per illos ſæpè in Perſonam tertiam, & deinceps ipſis Abbatiſsâ & Conventu non requiſitis nec conſentientibus ſunt tranſlata.

UNDE cum ex hoc Monaſterium prædictum non modicam ſuſtinuerit læſionem, dictæ Abbatiſſa & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc indempnitati ipſius Monaſterii paternâ ſollicitudine curaremus.

Nos itaque prædictarum Abbatiſſæ & Conventûs precibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, & infeudationes ſeu alia præmiſſa quæ ab iiſdem Religioſis, Clericis, Comitibus, Baronibus & Laïcis ſunt contra juſtitiam attemptata, ea in irritum revocare, & ne ab eis ſimilia de cetero attemptentur Authoritate noſtrâ firmiter inhibere, procures; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

PROVISO ne in terras dictorum Comitum & Baronum excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale.

TESTES autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratiâ, odio vel timore ſubſtraxerint, cenſurâ, ſimili appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

DATUM apud Urbem veterem Nonis Martii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CXVII.

JOANNES II. *Brabantiæ Dux Begginas Bruxellenſes ſuâ protectione donat*, *iiſque benefacit anno* 1303.

Ex Hiſtoria S. Beggæ per Rijckelium.

NOS JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, &c.

NOTUM facimus omnibus has inſpecturis tam præſentibus quàm futuris, quod pro refrigerio animæ noſtræ & Parentum ſeu Progenitorum noſtrorum, ſuſcepimus in tutelam & noſtram cuſtodiam Begghinas Curiæ Bruxellenſis, tam præſentes quàm futuras, earumque bona; promittimuſque noſtro & Succeſſorum ac hæredum noſtrorum nomine, Nos liberas eas à ſervitute ſolvendi legitima dari ſolita ſervaturos: nec exacturos unquam ab eis gabellas aut taillias, neque permiſſuros Nos eſſe; ut ab eis tale quid exigatur; ſed tam ipſas, quàm quæcunque ad eas pertinere noſcuntur, eximimus & excipimus ab omni gravamine; rogamuſque Poſteros noſtros, ut quantùm Nos amant, tantùm etiam ſtudeant indemnes eas ſervare, nec unquam illis onus aut vectigal aliquod precarium imponant aut imponi faciant.

IN cujus rei fidem præſentes has conſcribi curavimus, & ut undecunque fides & robur eis ſuum maneat, Sigillo noſtro ſignavimus.

ACTUM anno à Nativitate Domini M.CCC.III. 1303.
Sabbatho ante Cineralia.

CAPUT

CAPUT CXVIII.

vide pag. 10. in Notis.

GERARDUS *Abbas Eynhamenſis jura & prædia quæ aliquando in* * Deurne *prope Antverpiam viciniſque in locis poſſidebat, tranſcribit in Abbatem & Conventum S. Michaëlis Antverpiæ anno* 1308.

Ex Notitia Marchionatûs S. R. I. authore Baronele Roy.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, GERARDUS Dei patientiâ Abbas, & eorundem Monaſterii Eyhamenſis Ordinis Sancti Benedicti Cameracenſis Diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

NOVERINT univerſi, Nos ex urgenti neceſſitate ſolutionis debitorum noſtrorum vendidiſſe, effeſtucaſſe, tradidiſſe, ac perpetuò quitaviſſe, de conſenſu Virorum Venerabilium Vicariorum in ſpiritualibus & temporalibus Venerandi in Chriſto Patris ac Domini Domini P. Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopi in remotis agentis, omnia & ſingula bona noſtra, jura, juriſdictiones, & minores juſtitias quocumque nomine cenſeantur, quæ habebamus vel habere potuimus, & Nobis ſeu noſtro Monaſterio competiverunt aut competere potuerunt, in Parochiis de *Deurne*, de *Borsbeeck*, de *Weſele*, de *Wynegem*, de *Wommelgem*, & de *Mercxem*, decima quæ de *Godtſenhoven* vulgariter nominatur, & bona quæ in *Deurne* deûr. H. Eechove dumtaxat exceptis, Religioſis Viris Abbati & Conventui Monaſterii S. Michaëlis Antverpienſis Præmonſtratenſis Ordinis, pro certa parte ab eiſdem Abbate & Conventu in numerata pecunia plenariè perſoluta, & in ſolutionem noſtrorum debitorum totaliter converſa, prout hæc, & alia in noſtris Litteris, noſtris Sigillis & Dominorum Vicariorum Sigillo ſigillatis, dictiſque Religioſis à nobis traditis pleniùs continentur.

QUÆ quidem bona promiſimus & promittimus ipſis Viris Religioſis ab omni onere, ſervitio, calumpnia, penſionibus annuis, & quâlibet aliâ impeditione libera declarare & purgare, & ſpecialiter de receptione canum venaticorum Excellentiæ Principis I. Dei gratiâ Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Ducis, quam in Hova noſtra apud *Eeckhove* præfata perpetuo aſſignamus: eandem Hovam ad hoc ſpecialiter onerantes & obligantes.

IN cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum, ſupplicantes inſuper Dominum Ducem, quatenus omnia & ſingula præmiſſa, approbare, laudare, warandare, & quantum in ipſo eſt ratificare dignetur. Et ob hoc ſuum Sigillum noſtris Litteris præſentibus apponere.

ET Nos JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, ad ſupplicationem Abbatis & Conventûs Monaſterii Eyhamenſis prædicti præmiſſa omnia & ſingula quæ in Nobis ſunt, laudamus, approbamus & ratificamus, & dicto Abbati & Conventui Monaſterii S. Michaëlis Antverpienſis legitimè warandare promittimus.

ET ob hoc Sigillum noſtrum & in teſtimonium omnium præmiſſorum Litteris præſentibus duximus apponendum;

DATUM anno M. CCC. VIII. die Diviſionis Apoſtolorum. 1308.

CAPUT CXIX.

HENRICUS *Romanorum Imperator Monaſterium Bello-Montanum pro Monialibus Ordinis S. Dominici Valencenis, fundat ac dotat anno* 1311.

Ex Hiſtoria Valencenſ. P. Outreman.

HENRICUS Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus ad quos præſentes pervenerint, gratiam ſuam, & omne bonum.

DUDUM ob remedium animæ noſtræ, ac Progenitorum noſtrorum quidquid jure habebamus, & habere poteramus in manſione, ſive Domo ſita in Parochia S. Nicolai Oppidi Valenchen. in Hannonia, & pertinentiis ſeu propriſiâ ipſius; quam videlicet manſionem Balduinus de Aveſnes Dominus de Bellomonte, claræ recordationis Avus noſter, & Felicitas Uxor ejus Avia noſtra acquiſierunt, & tenuerunt toto tempore vitæ ſuæ; & poſtmodum Domina Beatrix Comitiſſa Luxembur. prædictorum Filia, Mater noſtra kariſſima uſque ad hæc tempora tenuit hæreditario jure, conceſſimus, donavimus, ac ceſſimus pro Nobis, noſtriſque hæredibus, & Succeſſoribus dictæ Matris noſtræ, ad hoc finaliter, ut in dicta manſione, in qua nativitatis originem ſumpſimus, noſtro dictæque Matris noſtræ nomine Monaſterium Sororum Ordinis Prædicatorum fundaretur, & in laudem divini nominis conſtitueretur.

ASSIGNANTES & deputantes in dotationem dicti Monaſterii redditus ducentarum librarum nigrorum Turonen. vel æquivalentis monetæ,

recipiendos

recipiendos annis ſingulis ſuper ſylvas noſtras dictas de *Raimes*, & de *Vicogne*, deductis omnibus ſumptibus & expenſis; quæ ſylvæ pertinebant hæreditariè quondam bonæ memoriæ Margaretæ Flandren. & Hanonien. Comitiſſæ Aviæ Matris noſtræ &c.

DATUM Mediolani III. Non. Martii Indict. IX. Anno Dom. M. CCC. XI. Regni anno tertio. 1311.

CAPUT CXX.

ROBERTUS *de Bethunia Comes Flandriæ Curam Begginagii Gandenſis committit FF. Prædicatoribus ibidem anno* 1312.

Ex Belgio Dominicano.

CONSILIARII Concilii Domini Archiducis Auſtriæ, Comitis Flandriæ, ordinati in Flandria, NOTUM facimus omnibus, quod vidimus, & viſitavimus certas Litteras in parcameno quondam digniſſimæ memoriæ Domini Roberti Comitis Flandriæ, ſigillatas Sigillo ſuo, & contra-ſigillatas in ſimplici cauda, & cera viridi, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur:

Robertus Comes Flandriæ Religioſo & boneſto viro, in Deo bono amico noſtro, Priori FF. Prædicatorum Gandenſium, & omnibus Prioribus, qui futuris temporibus ibi erunt, ſalutem.

CUM cuſtodiam & tutelam Begginaſii S. Eliſabeth Gandavi, quæ ab antiquis temporibus, ut communiter ſcitur, ad Nos pertinet, commiſerimus Fideli noſtro Ivoni de Vaernewyck Equiti, ſciant omnes ſemper voluntatem & intentionem noſtram eſſe: quia dictus Eques impeditus & occupatus eſt negotiis & officiis noſtris, ſicut apparet: quod Vos, & qui erunt futuris temporibus ſecundùm conſuetudinem Prædeceſſorum noſtrorum, & Prædeceſſorum veſtrorum, Priores Gandenſes Ordinis veſtri, poſſitis per Vos facere magnam Magiſtram in dicto Begginaſio, & ſtabilire, ponere, & deponere, toties quoties opus erit.

ET quod Vos poſſitis ſtatuere Capellanos ſecundùm conſuetudinem, & uſum, & deponere, dum locus & juſtitia exigent.

ET quod Vos poſſitis audire rationes & computus illarum poſſeſſionum & bonorum ſingulis annis, diſſolutiones & inſolentias corrigere in dicto Begginaſio, &c.

SCRIPTUM Cortraci Dominicâ poſt Feſtum S. Dioniſii anno M. CCC. XII. 1312.

IN cujus Teſtimonium Sigillum Concilii Flandriæ his præſentibus fecimus apponi.

DATUM Gandavi die undecimâ Januarii anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo. 1507.

CAPUT CXXI.

JOANNES II.* *Brabantiæ Dux Supremum Brabantiæ Concilium inſtituit anno* 1312, *in Cortenberga, qui Vicus Bruxellam inter & Lovanium ſitus eſt.*

* Suprà Pag. 446. male Joannes III.

Ex Hiſtoria Concilii Brabantica.

IN nomine Sacro-Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritûs Sancti, à cujus invocatione bonum ducitur exordium, optimuſque conſequitur finis.

Nos JOANNES Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi, invocantes auxilium Patris, Filii & Spiritûs Sancti, ſpectantes ac deſiderantes, cùm Deceſſorum noſtrorum, Noſtram, Hæredum & Succeſſorum noſtrorum ſalutem; tum publicam utilitatem & commodum totius regionis, ſubditorumque noſtrorum, inopum æquè ac divitum, ut eis perquam optimè proſpiciamus, præſertim propter quamplura & fida officia, quæ illi Majoribus noſtris, Nobiſque præſtitêre, & præſtituros deinceps confidimus, maturâ habitâ deliberatione, iis bonâ fide donavimus & donamus pro Nobis & Poſteris noſtris in perpetuum, omnia & ſingula capita, qualia infrà deſcripta.

Ac Primùm quidem, quod Nos, aut Hæredes, aut Succeſſores noſtri, nullas unquam oblationes, ſubſidia, indictiones, aut exactiones populo irrogabimus, niſi occaſione & causâ Equeſtris militiæ, Conjugii, aut Captivitatis: eaſque indictiones tam moderatè imperabimus, ut nemo iis lædatur, aut prægravetur.

CUM Subditis noſtris univerſis, lege & judicio agemus, iiſque divitibus juxta ac pauperibus, jus ex æquo dicemus, ſecundùm archetypum Codicillorum ea de re conſcriptorum, qui Codicilli diligenter examinabuntur: Et ſi quid in iis deprehendetur, emendationem quod requirere videbitur, aut Subditis nimis grave, aut durum, id conſilio Virorum bonorum, corumque ad hoc deligendorum, emendabitur, & moderatiùs temperabitur.

PORRÒ inſuper Nos, hæredes & Succeſſores noſtri, omnibus & ſingulis Urbibus, immunitates, libertates, ac jura ſua, quibus hactenus fruuntur, integra & ſalva ſervabimus, ſubditiſque noſtris juxta cujuſque Civitatis jura, juſtitiam adminiſtrabimus, neque permittemus ea ullo

ullo pacto convelli, infringi, aut labefactari.

Suffragante conſilio Patriæ, legemus ex Equeſtri ordine quaternos maximè commodos, frugi, & in publica commoda intentos, & ex plebeio ordine, nimirum ex Lovanienſibus ternos, ex Bruxellenſibus totidem, ex Antverpienſibus, Buſcoducenſibus, Thenenſibus & Leeuenſibus ſingulos.

Atque hi delecti tertiâ qualibet hebdomadâ, Cortebergæ Conventum agent, cum imperio & auctoritate, quam pro Nobis Poſteriſvè noſtris illis impertimur: ut audiant & cognoſcant, num in rebus Patriæ jam memoratis, aut iis, quæ impoſterum accidere poterunt, aliquis defectus, aut vitium irrepſerit, illudque pro ſumma poteſtate, quam noſtro Succeſſorumque noſtrorum nomine illis concedimus, emendent, ac corrigant, aliaque omnia ſtatuant & decernant, quæ in rem communem uſui fore arbitrabuntur.

Quæ omnia & ſingula rata ac firma eſſe volumus in perpetuum: neque Nos, aut Succeſſores noſtri, adversùs ea unquam, quocumque pacto faciemus, aut quicquam moliemur.

Porrò, ſi eveniat aliquem è ſelectis fato concedere, aut ad id munus haud parem, aut idoneum eſſe, ſubſtituetur in ejus locum quem dixerit Cœtus Cortebergenſis.

Delegendi Equites, aliique de meliore nota homines, tactis Sacris Evangeliis, Deo Diviſque Teſtibus jurabunt, ſe Nobis Poſteriſve noſtris, ac ſubditis univerſis, divitibus juxta & pauperibus, optimè conſulturos, operamque ſedulò daturos, ut illis conſtent jura ſua, juſque ex æquo dicatur.

Quæcumque Delegati Cortebergenſes ſtatuent, aut decernent, rata erunt: & Nos, Succeſſores noſtri, aut quivis alius, ſi eorum Placita infregerit, aut iis obſtiterit; placet & volumus pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, ut juſtitium ſit, neque obſequium ullum Nobis præſtetur, donec ejuſmodi Placitis ſit obtemperatum.

Quæ omnia & ſingula ſpondemus bonâ fide, & juramus manû ſacro Codici impoſitâ, pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, rata ac fixa habituros, & haberi curaturos, neque adversùs ea quidquam ullo pacto, ſive dolo, aſtu, calliditate, aut aliâ quâcumque machinatione, per Nos Poſteroſvè noſtros commiſſuros.

Atque ad majorem eorum ſecuritatem perpetuumque munimen, rogamus & mandamus omnibus Baronibus, Equitibus, aliiſque qui ſub noſtra ditione clientelæ jure prædia poſſident: Oppidanis item Civitatum, cùm majorum, tùm minorum jubemus, per fidem & obſequium, quo nobis obſtricti ſunt, ut omnia & ſingula jam memorata, interpoſito Sacramento, diſtrictè ſervent; quemadmodum Nos ſupra promiſimus ea ſarta tecta in perpetuum ipſis ipſorumque poſteris & ſucceſſoribus ſervaturos.

Cæterùm rogamus & edicimus omnibus præſentibus & futuris, ſi contingat Nos, Heredes, aut Succeſſores noſtros Capita memorata penitùs aut ex parte abrogare, aut ab iis deflectere, ut Nobis, heredibus & Succeſſoribus noſtris, nullis obſequii, aut obedientiæ legibus teneantur, nevè auxilio juvent, donec cuncta in integrum fuerint reſtituta. Si vero aliquis è Baronibus, Equitibus, aliiſque beneficiariâ lege nobis mancipatis, vel etiam ex Oppidanis præſentibus & ſecuturis, has Sanctiones infregerit, aut infringere molitus fuerit, pro Nobis, Heredibus, Succeſſoribuſque noſtris, perfidum eum & inteſtabilem pronuntiamus, ac ab omnibus honoribus dignitatibuſque publicis excludimus.

Quæ univerſa ac ſingula capita Sigillis ſuis rata fecerunt Dux ipſe Joannes, Comites Juliaci & Loſſenſis: Equites triginta quinque, Proceres alii viginti tres: & Legati Civitatum hoc ordine, Lovanii, Bruxellæ, Antverpiæ, Boſchi, Thenarum, Leviæ, Nivellæ, Geldoniæ, Genapiæ, Lyræ, Herendalſti, Turnohoudæ, Hannuti, Vilvordiæ, Furæ, Iſchæ, Merchteniæ, & Capellæ, quorum ſingula nomina in ipſis Tabulis exprimuntur.

Sequuntur in Miræo, ſuprà Lib. 1. Donat. Belgicarum cap. 138. nomina Procerum Brabantiæ, qui prædictis Comitiis Cortembergenſibus habitis die 1. Octobris 1312 interfuerunt, eaſque ſuis Sigillis firmarunt.

Eædem Tabulæ exhibentur in Libro Edictorum Brabantiæ tomo 1. pag. 122, ſed idiomate Flandrico, uti reverâ conſcriptæ fuerunt.

Porro Concilium Brabantiæ, quod antea Principum Perſonam de loco in locum ſequebatur, fixum Bruxellis eſſe voluit Carolus Audax Burgundiæ Dux, Diplomate dato anno 1477.

Cumque olim ex incerto & ſæpius variato Senatorum numero conſtaret, nunc regulariter ſunt, præter Cancellarium, Conſiliarii quindecim, Conſiliarius Fiſcalis, Procurator Regius, Secretarii ſex, & duo Graphiarii.

Seriem Cancellariorum exhibuerunt Hubertus Loyens Moſætrajectinus, hujus Concilii Secretarius, in Tractatu de Concilio Brabantiæ Bruxellis edito anno 1667. & D. Joannes Baptiſta Chriſtyn, ejuſdem Concilii Cancellarius, ſcribens ad Conſuetudines Urbis Bruxellenſis; Nos eandem ex utroque Authore contextam referimus.

CANCELLARII BRABANTIÆ.

I. Rogerius van Leefdael Toparcha de Oirſchot & Parcke, Cancellarius anno 1386. ſub Duce Brabantiæ Joanne III. *Ita P. Diveus.*

II. Joannes van Loen Toparcha de Agimont, Walhain & Gheet, Cancellarius anno 1372 ſub Duce Wenceſlao. *Ita Chartularium Edictorum Brabantiæ tom. 1. fol.* 134. ubi ante reliquos Senatores Concilii Brabantiæ nominatur.

III. Petrus de Camdonck J. U. D, anno 1407. ſub Duce Antonio

IV. Joannes de Bont J. U. D. Canonicus & Cantor Eccleſiæ S. Gudulæ Bruxellis, nec non Canonicus & Theſaurarius in Eccleſia Cameracenſi, & Archidiaconus Famennæ in Eccleſia Leodienſi; anno 1429 in ſolemnibus Ordinum Brabantiæ Comitiis. Lovanii habitis, ſpontè ſeſe munere Cancellarii abdicavit. Obiit Bruxellis anno 1453. fundato ibidem Hoſpitali in honorem XII. Apoſtolorum, pro fovendis XII decrepitis ſenibus.

V. Joannes Giſlenius, natus Sarti, in Gallo-Brabantia, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ S. Lamberti, & Præpoſitus ad S. Dionyſium apud Eburones, à Duce Philippo Bono, renuntiatus eſt Cancellarius anno 1419. & obiit 1443.

Goswi-

Digitized by Google

VI. Goswinus de Ryt, Antverpienſis, Cancellarius ab anno 1445. uſque ad 1462, quo mortuus eſt.

VII. Joannes L'Orfebura, antea Præſes Concilii Luxemburgenſis, morte ſubitaneâ oppreſſus fuit anno 1465.

VIII. Joannas de Groote, nominatur Cancellarius Brabantiæ anno 1467. à Chriſtinæo in ſua Serie Cancellariorum, ubi aſſerit Geldolphum vander Noot, qui ſequitur, & tantùm ſucceſſiſſe anno 1477.

IX. Geldolphus vander Noot Bruxellenſis, Eques Auratus, Senator Concilii Brabantiæ ab anno 1449, tum Cancellarius uſque ad 1481, quo munus illud depoſuit. Obiit anno 1491, ætatis 78.

X. Joannes de la Bouverie, Eques, Toparcha de Bierbeeck, Waevere &c. Authore Chriſtinæo factus eſt Cancellarius anno 1481. ſed nihil de morte ejus notatur.

XI. Carolus de Groote, Eques, creatus Cancellarius anno 1483, paulò pôſt obiit.

XII. Joannes de Houthem, Eques Auratus, Toparcha de Houthem, Oirberghe, Villenaecken, Hullenbergh, &c. fit Cancellarius anno 1485, vitâ functus anno 1498.

XIII. Gonardus Raes, Toparcha de Paemele & de Leetberghe, juxta Chriſtinæum Cancellarius anno 1498, obiit anno ſequente.

XIV. Guilielmus de Straeto, Eques, Dominus de Maleve, Orbays &c. Cancellarius ab anno 1499. uſque ad obitum anno 1503.

XV. Ludovicus Roelants, J. U. Doctor in Academia Lovanienſi, Toparcha de Wilſel & Putte, juxta Chriſtinæum Cancellarius deſignatus anno 1503, obiit 1504.

XVI. Joannes van der Vorst, Eques Auratus, Toparcha de Loonbeeck, Cancellarius deſignatus anno 1504, obiit anno 1508. ætatis 48.

XVII. Joannes Sylvagius, vulgo Sauvage, Eques Auratus, Dominus d'Eſcambeke, Bierbeke &c. antea Præſes Concilii Flandriæ, fit Cancellarius Brabantiæ anno 1509, inde Magnus Burgundiæ Cancellarius anno 1514, obiit in Hiſpania anno 1518.

XVIII. Hieronymus vander Noot, Bruxellenſis, Eques Auratus, Toparcha de Luteaux, Cancellarius ab anno 1514, uſque ad annum 1531, quo munus propter infirmam valetudinem depoſuit. Vitâ functus anno 1540, ætatis 77.

XIX. Adolphus vander Noot, Bruxellenſis, Eques Auratus, Toparcha de Dognies, è Senatore Brabantiæ Cancellarius anno 1531, tum ſupremæ Curiæ Clientelaris Brabantiæ Vicarius anno 1540, poſt triennium obiit.

XX. Engelbertus van Dale, Mechlinienſis, Dominus de Wildre & Leefdael, antea in ſupremo ibidem Senatu Conſiliarius, Cancellarius ab anno 1540, uſque ad 1557. quo mortuus eſt.

XXI. Joannes Schyf, Antverpienſis, J. U. D. Toparcha de Rhodio S. Agathæ, Cancellarius ab anno 1557. & Regius aliquando in Angliam Legatus, ſua in Rempublicam merita fœdavit turpiter, dum anno 1577 Bruxellenſium partes (tunc temporis Imperium Regis Catholici detrectantium) ſectatus fuit. Hinc à munere ſuo depoſitus, obiit anno 1581.

*Placcaerten van Brabant. Extat in Libro * Edictorum Brabantiæ, tomo 1. pag. 255. Decretum Regium editum in Abbatia Lintrenſi Ordinis Ciſtercienſis juxta Thenas, die 19. Julii 1578. de mandato Joannis Auſtriaci tunc Belgium gubernantis, quo Concilium & Cancellaria Brabantiæ ſtabilitur in Urbe Lovanienſi, revocatâ omni juriſdictione illius Concilii, quod Bruxellæ reſidebat, factâque prohibitione ſub pœna rebellionis, ne quis iſti Concilio adhæreret.

Tunc quoque novus Cancellarius inſtitutus fuit Desiderius Sixagius, de quo infra, novique Conſiliarii. Martinus Antonius Del-Rio, Philippus Verteels J. U. D. Guilielmus van Candrieſſche, Gregorius Ayala, & Goswinus Barzon Fiſci Patronus.

Theodorus à Liesvelt anno 1581. in locum Schyffii eligitur Cancellarius à Statibus Patriæ contra Regem rebellantibus, favore Guilielmi Principis Auriaci, à quo Legatus ad Regem Galliæ anno 1584. miſſus fuit. *Ita P. Fam. Strada in Hiſtoria Bellorum Flandriæ, Decade 2. Lib. 5.*

Desiderius Saxagius, vulgo t Sestich, Eques, è Conſiliario Senatûs Brabantiæ, Cancellarius ab anno 1578, uſque ad 1585. quo obiit. XXII.

Nicolaus Damant, Eques Auratus, Vice-Comes Bruxellenſis, Toparcha d'Ottignies, Bauwel, Olmen &c. antea Præſes Concilii Provincialis Flandriæ, obiit anno 1616. XXIII.

Petrus Peckius, Eques, Toparcha de Boeckhout, Borsbeke, Filius Petri J. U. Doctoris in Academia Lovanienſi celeberrimi, antea Senator Concilii ſupremi Mechliniæ, & Sanctioris Bruxellæ, Legatus quoque Archiducum ad Henricum IV. Galliæ Regem, & ad Fœderatos Belgii Ordines, deviæ anno 1625. XXIV.

Ferdinandus de Boisschot, Eques Ordinis Militaris S. Jacobi, Comes d'Erps, Baro de Saventhem, Noſſeghem, Sterrebeka &c. Sanctioris Concilii Senator, atque Legatus ad Henricum IV. Galliæ, & Jacobum I. Angliæ Reges, fuit Cancellarius ab anno 1626, uſque ad 1649, quo obiit. XXV.

Franciscus de Kinschot, Bruxellenſis, Eques Ordinis Militaris S. Jacobi, Toparcha de Rivieren, Jette, Ganshorn &c. è Senatore ſupremi Concilii Belgici in Hiſpania factus Cancellarius anno 1653, vivere deſiit anno ſequenti, ætatis 74. XXVI.

Robertus Asseliers, Antverpienſis, Conſiliarius ante Conciliorum Brabantiæ & ſupremi Madritenſis, hocce munus obiit ab anno 1654, uſque ad 1661, quo mortuus eſt, ætatis 85. XXVII.

Philippus Guilielmus de Steenhuyse, Baro de Poederle, Toparcha de Flers, Mourbeecke &c. Cancellarius anno 1661 obiit 1668. XXVIII.

Simon de Fierlant, antea Sanctioris Concilii Senator, obiit anno 1686. XXIX.

Joannes Antonius Locquet, antea Præſes ſupremi Concilii Mechlinienſis, mortuus eſt anno 1687. XXX.

Joannes Baptista Christyn, Mechlinienſis, Baro de Meerbeeck, Sanctioris Concilii Senator, atque Legatus ad Congreſſum Pacis Noviomagenſis, obiit Cancellarius anno 1690, Libris editis clariſſimus. XXXI.

Guilielmus Philippus Marchio d'Herzelles, antea ſupremi Senatûs Mechliniæ Præſes, vivere deſiit anno 1698. XXXII.

Guilielmus Albertus de Grysperre, Baro de Goyck, Præſes dicti Concilii Mechlinienſis, Cancellarii munere ſumma omnium laude fungitur ab anno 1698. XXXIII.

CAPUT CXXII.

Exemplum juramenti præſtiti anno 1314. à FREDERICO III. *Cæſare, quo patet Imperatores eſſe Canonicos Eccleſiæ Colonienſis.*

Ex MS. Colonienſi. NOs FRIDERICUS Divinâ favente clementiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & hujus Eccleſiæ Colonienſis Canonicus, promittimus atque vovemus bonâ fide, quod ex nunc & in antea gratioſi erimus, & devoti Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ perdilectæ, cujus poſſeſſiones, jura & privilegia, à quibuſcunque Prædeceſſoribus noſtris Divis Imperatoribus & Regibus Romanorum ipſi Eccleſiæ & Perſonis ipſius indulta, in noſtram ſuſcipimus protectionem & tuitionem, liberalitate merâ commendata.

SIC Nos Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia per Nos corporaliter tacta.

IN Metropolitana Colonienſi Baſilica quinquaginta ſunt Canonici, quorum XXV. Capitulares ſunt, reliqui Domicellarii, ſeu juniores, in illorum vota aliquando ſucceſſuri. Nemo ad hoc Collegium, niſi illuſtriſſimo ſanguine ortus, & octo Proavorum illuſtri ſtemmate demonſtrato, adlegitur; exceptis octo Presbyteris Canonicis, qui ob doctrinæ eminentiam aſſumuntur inter Capitulares. Iidem habent Privilegium celebrandi Sacrum in ſummo Altari cum mitra, ſandaliis & dalmatica, conceſſum ſibi ab Eugenio III. Pontifice.

Iiſdem Canonicis ſummi Templi accenſentur Romanus Pontifex, & Romanorum Imperator, qui ibidem ſedes primas obtinent, jure-jurando ſeſe illi Eccleſiæ obſtringunt, & quiſque ſuos ibidem Vicarios retinent.

Quin & plurimi Imperatores, dum Coloniæ inaugurarentur, aut aliàs eò venirent, perſonaliter in poſſeſſiones Canonicatûs admiſſi fuêre: prout clarè patet ex Formula Frederici III. Imperatoris hoc Cap. recitatâ. Vide etiam quæ ſupra dicta ſunt pag. 533. & 919.

CAPUT CXXIII.

JOANNES III. *Brabantiæ Dux inauguratur in Oppido Lovanienſi, & ſignat Pacta-Conventa, anno* 1314.

Ex Hiſtoria Ducum Brabantiæ per H. Loyens.

NOs JOANNES Dei gratiâ Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Dux, univerſis & ſingulis, qui has Litteras viſuri aut lecturi, manifeſtum facimus.

QUANDÒ attentè expendimus, diligenterque circumſpicimus conditionem ſtatûs noſtri, comperimus gravi ære alieno Nos obſtrictos eſſe, eique diſſolvendo haud pares, ſine ope conſilioque Urbium & Cœnobiorum Ducatûs noſtri Brabantiæ: Quâ fine, cùm ab iiſdem inita ſit ratio, quâ honori noſtro cum minimo Reipublicæ incommodo conſuluerunt; Idcircò auctoritate & voluntate chari & dilecti Domini Ludovici, Regis Francorum Filii, Comitis Nivernii, aliorumque Aſſeſſorum noſtrorum, pro Nobis & Poſteris noſtris ſtatuimus capita, qualia infrà deſcripta, quæ valere volumus in perpetuum.

AC primùm quidem ſancimus, ſi contingat alicui ex ſubditis Ducatûs noſtri Brabantiæ vim inferri, aut fortunas ejus diſtrahi, ob debita noſtra, Succeſſorumque noſtrorum, ut ea exolvantur ex bonis noſtris promptioribus.

NUSQUAM in Brabantia nummum aut cudemus, aut ſignabimus, niſi in Urbibus liberis, ipſiſque conſulris, eique nummo pretium ex ſententia earundem Urbium præſcribemus.

OPPIDIS, Monaſteriis, ac univerſæ ditioni firmamus & ratas habemus ejuſmodi Litteras, Tabulas, ac Chirographa, qualia à Nobis, aut à Majoribus noſtris conſignata habent, dummodò non ſint reſciſſa, aut vis & auctoritas iis abrogata, aut aliqua in parte vitiata.

SI Urbes, Monaſteria, aut ditio noſtra Brabantiæ, datis prædibus, creditoribus noſtris, aut Succeſſorum noſtrorum caverint, aut ſuâ fide pecuniam numeraverint, decernimus, ut eam recipiant ex proventibus noſtris expeditioribus.

NEMINI in poſterum plures Præfecturas aut Proprætura in ævum, aut temporarias, mandabimus.

VECTIGAL, quod penditur pro inſtaurandis viis, alioſùm inſumi prohibebimus. Spondemus inſuper bonâ fide, omnia & ſingula capita, quæ hoc ſcripto continentur, rata atque intemerata ſine ulla infractione in perpetuum ſervare pro Nobis & Poſteris, Urbibus, Cœnobiis & univerſæ ditioni noſtræ, propter præclara eorum merita, enixam operam, fidem, ac ſtudium ad Nos juvandum, quæ memori animo agnoſcimus, renuntiamuſque prætereà omnibus prærogativis, Privilegiis, beneficio reſtitutionis, aliiſque ſubſidiis tùm ſacris, tùm profanis, quæ hiſce Statutis ullo pacto fraudi eſſe poſſent.

IN cujus rei perpetuam certitudinem dedimus obſidem fidem, haſque Litteras Sigillo noſtro obſignavimus, eaſque Sigillis ſuis ſimiliter conſignârunt Comites & Dynaſtæ,

Gerardus Comes Juliacenſis,
Arnoldus Comes Loſſenſis,
Reinaldus Dominus Falcoburgenſis & Monjoye,
Florentius Bertholdus Dominus Mechliniæ,
Gerardus D. Dieſthæ, Præfectus Arcis Antverpienſis,
Arnoldus D. Weſemaliæ, Ducatûs Brabantiæ Mareſcallus,
Philippus à Liedekercke D. Bredæ, Equites, & alii.

DATUM anno Domini M. CCC. XIV. die Veneris poſt Octavas Petri & Pauli. 1314.

CAPUT CXXIV.

ADOLPHUS DE MARCA *Epiſcopus Leodienſis vendit Dominium Mechlinienſe* LUDOVICO *Flandriæ ac Nivernii Comiti, anno* 1333.

Ex Baluſio in Vitis Paparum Avenionenſium Tom. 2. paginâ 349.

UNIVERSIS & ſingulis præſentes Litteras viſuris & audituris LUDOVICUS Flandriæ, Nivernenſis ac Regiteſtenſis Comes, ſalutem in Domino ſinceram.

LITTERAS à Reverendo in Chriſto Patre ac Domino noſtro, Domino ADOLPHO Dei gratiâ Leodienſi Epiſcopo ejuſque Venerabili Capitulo Eccleſiæ Leodienſis, ſuper alienatione & tranſlatione Oppidi Mechlinienſis, Cameracenſis Diœceſis, & pertinentiarum ejuſdem, in Nos & Succeſſores noſtros Comites Flandriæ, factas pro certa pecuniæ ſumma, Nos recepiſſe & habere noveritis in hæc verba:

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, ADOLPHUS Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus totumque Capitulum majoris Eccleſiæ Leodienſis, ſalutem in Domino ſinceram cum notitia veritatis.

NOVERITIS quod Nos conſiderantes, quod Oppidum noſtrum Mechlinienſe, cum ſuis pertinentiis & juribus univerſis, Cameracenſis Diœceſis, extra noſtram poteſtatem & diſtrictum, in medio quaſi Brabantiæ ſituatum, taliter aliorum Principum & Dominorum temporalium juriſdictionibus, territoriis, & diſtrictibus incluſum ſit & conſtrictum, quod ad illud Nobis & noſtris, præcipuè temporibus guerrarum, quæ, proh dolor, in partibus illis frequenter inſurgunt, ſecurus non patet aditus nec egreſſus, quodque dicto Oppido & habitatoribus ipſius debitè præeſſe eorumque ſervitiis & ſubſidiis, Nobis & Eccleſiæ noſtræ debitis, liberè gaudere non valuimus nec valemus, prout nec noſtri Prædeceſſores, bonæ memoriæ, poterant temporibus retroactis,

UNDE gravia damna & dira pericula Nobis & noſtris ſæpius emerſerunt, quodque tam propter præmiſſa, quàm propter nonnullas graves & indebitas rebelliones hominum & habitatorum prædictorum, contra Nos & Prædeceſſores noſtros motas, dictum Oppidum, cum dictis ſuis juribus & pertinentiis, Nobis & Eccleſiæ noſtræ quaſi ſterile ſemper fuerit & infructuoſum.

ET ob hoc præmiſſis & quàm pluribus aliis, quæ Nos movere poterant & debebant, poſſunt & debent, in conſiderationem ſollicitam deductis, diligenti tractatu non tantùm ſemel, ſed pluries inter Nos, propter hoc in Capitulo noſtro congregatos, præhabito, providâque deliberatione præmiſſâ, ut Eccleſiæ noſtræ Leodienſis meliora & utiliora proſpiceremus, Nobili & potenti Principi, Nobis in Chriſto dilecto, Domino Ludovico Flandriæ, Nivernenſi, ac Regiteſtenſi Comiti, Oppidum noſtrum Machlinienſe prædictum, cum appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis ſuis univerſis, nec non cum omni diſtrictu, honore, poteſtate, mero mixto imperio, omnimoda juriſdictione, feodis, homagiis, gardiis, fructibus, redditibus, obveotionibus, exitibus, emolumentis, & aliis juribus quibuſcumque, vendidimus, tradidimus, & deliberavimus, vendimus, tradimus, & deliberamus, pro certo & competenti pretio,

VIDELICET pro centum millibus librarum Turonenſium nigrorum, groſſo Turonenſi pro ſedecim denariis Turonenſibus computato, de quo Nobis eſt congruè ſatisfactum, & quod in Eccleſiæ noſtræ Leodienſis utilitatem jam convertimus & profectum; ipſumque Oppidum cum dictis appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis, necnon & omne dominium, diſtrictum, honorem, poteſtatem, merum mixtum imperium, omnimodam juriſdictionem, feoda, homagia, gardia, redditus, obventiones, exitus, emolumenta, & omnia alia quæ Nobis & Eccleſiæ noſtræ Leodienſi competunt, ſeu competere poſſunt quoquomodo, conjunctim vel diviſim in ipſo Oppido, ejus appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis, in ipſum Comitem per ſe & Succeſſores ſuos Comites Flandriæ, perpetuò poſſidendum & tenendum tranſtulimus irrevocabiliter & transferimus per præſentes ſub modis & forma qui ſequuntur.

VIDELICET quod dictum Oppidum cum appendiciis, acceſſoriis & pertinentiis, honore, diſtrictu, poteſtate, & aliis, ut prædictum eſt, univerſis, unà cum Geralmont & Bornehem, cum eorum appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis, quæ idem Comes & ſui Prædeceſſores à Nobis in feodo tenuerunt & tenent, per dictum Comitem & ſuos Succeſſores prædictos, à Nobis Epiſcopo & Succeſſoribus noſtris Epiſcopis Leodienſibus, de cetero in & ſub uno feodo & homagio tenebuntur;

ITA quod ab ipſo Comitatu, ratione terræ Imperii, nullis umquam temporibus alienari valeant, nec in alium quemlibet, quàm in Comitem Flandriæ transferri: hoc excepto, quod Bornehem, cum pertinentiis ſuis, ab ipſo Comite ulterius in feodum dari, vel jam datum teneri valeat & eſſe retrofeodum noſtrum & Eccleſiæ noſtræ prædictæ, conventione qualibet hactenus in contrarium habitâ non obſtante.

ET ut ipſum feodum dicti Oppidi Machlinienſis, cum Geralmont & Bornehem, ſic unitum perpetuis temporibus cum dicto Comitatu Flandriæ, ut prædictum eſt, firmiùs & fortiùs conjungatur & uniatur, volumus & conſentimus, quod Comes Flandriæ, qui nunc eſt, &

ejus Succeſſores Comites Flandriæ, qui erunt pro tempore, dato quod ipſorum aliquem vel aliquos abſque herede maſculo vel oullo ptorſus herede ex propria carne relicto, futuris temporibus decedere contingeret & ingredi viam univerſæ carnis; præfatum feodum ipſius Oppidi cum Geralmont & Bornehem ſic unitum, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, uſibus, legibus, juribus, vel Statutis Civitatis vel Diœceſis Leodienſis vel aliarum partium quarumcumque contrarium forſan innuentibus, ſtatuentibus, vel tenentibus, ad illum qui in dicto Comitatu, Comiti præmortuo legitimè ſuccedet, liberè tranſmittant.

Eт tenebuntur tam dictus Comes qui nunc eſt, quàm ejus Succeſſores Comites Flandriæ, dictum feodum à Nobis Epiſcopo & Succeſſoribus noſtris Epiſcopis Leodienſibus relevare & aliàs de eo facere quæ boni & legales vaſſalli Dominis ſuis facere tenentur.

Non tamen intendimus per inhabitam ſeparationem prædicti Oppidi à prædicto Comitatu, ſeu unionem ipſius ad prædictum Comitatum, ipſum Oppidum conjungere feodo vel retrofeodo, quod Nos vel ipſe tenemus ab Imperio, à Rege Franciæ, vel Alemaniæ.

Nec etiam eſt inteotionis noſtræ, quod ab ipſo Comite vel ejus Succeſſoribus pro relevio vel ratione relevii quidquam exigatur vel ſolvatur.

Eт debemus Nos & Succeſſores noſtri dictum feodum ſic unitum cum Geralmont & Bornehem, cum juribus & pertinentiis ſuis, ut eſt dictum, univerſis, ipſi Comiti & ejus Succeſſoribus Comitibus Flandriæ prædictis erga quoſcumque, ut bonus Dominus feodi, defendere & garandizare.

Eт quamvis intentionis noſtræ non exiſtat, quod virtute tranſlationis univerſalis dicti Oppidi Machlinienſis cum juribus & pertinentiis ſuis, de quo ſuperiùs mentio habetur, transferatur in ipſum Comitem & ejus Succeſſores prædictos jus conferendi, providendi, ſeu diſponendi de Abbatia ſecnlari ſeu Præpoſitura dicti Oppidi & juribus ejuſdem, de qua nulli poteſt niſi Canonicis provideri, tamen per eam in dictum Comitem & præfatos ejus Succeſſores omnia quæ in ipſo Oppido, ejus appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis ad Nos, alterum noſtrum, ſeu Eccleſiam Leodienſem communiter vel diviſim ſpectant vel ſpectare poſſunt quoquomodo, ſic univerſaliter transferre volumus & intendimus, quod præter ſuperiùs expreſſa, nihil penitus retinemus in eiſdem, conſtituentes ipſum Comitem traditione præſenti omnium & ſingulorum prædictorum, quæ ibidem habuimus & habere potuimus, ſub modis & forma ſuperiùs expreſſis, ex nunc verum & legitimum juris & facti poſſeſſorem.

Eт promittimus bonâ fide quòd Nos & Succeſſores noſtri præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter tenebimus & obſervabimus, & quod contra ea ullis unquam temporibus non faciemus nec veniemus per Nos vel per alium, tacitè vel expreſsè, qualibet arte, cavillatione, vel ingenio, directè vel indirectè, Nos & bona noſtra ac Eccleſiæ noſtræ Leodienſis ubilibet exiſteotia, præſentia & futura, tenore præſentium ad hoc efficaciter obligantes;

Renuntiantes in hoc facto exceptioni doli mali, vis, metûs, circumventionis, rei non ſic geſtæ, exceptioni non numeratæ pecuniæ, non traditæ, non ſolutæ, in utilitatem Eccleſiæ non converſæ, ſolemnitatis & formæ, quæ in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum neceſſariæ ſunt aut requiruntur de conſuetudine vel de jure, non obſervatis Authenticis: *Hoc jus porrectum legi jubemus*, Capitulo *Sine exceptione*, Conſtitutioni *Hoc conſultiſſimo*, reſtitutioni in integrum, privilegio crucis ſumptæ & ſumendæ, ac omnibus aliis privilegiis, gratiis, & indulgentiis ſub quacunque forma verborum nobis vel Eccleſiæ noſtræ à Romanis Pontificibus aut Prælatis aliis, ſeu ab Imperatoribus, Regibus, aut aliis quibuſcunque Principibus impetratis, datis, vel conceſſis, ſeu in poſterum impetrandis, dandis, vel concedendis, & quòd eis contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum uti non poterimus, etiamſi gratis concederentur vel darentur, ac omnibus aliis exceptionibus juris & facti, omnibus cavillationibus, ſubterfugiis, conſuetudinibus, legibus, uſibus, cautelis, & ſtatutis per quæ præmiſſa ſeu eorundem effectus in toto vel in parte impediri poſſent quomodolibet vel tardari, juri dicenti generalem renunciationem non valere, ac omnibus aliis quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ Leodienſi prodeſſe poſſent quomodolibet in hac parte & ipſi Comiti ſeu ejus Succeſſoribus aliquatenus obeſſe.

Eт ad majorem ſecuritatem omninm & ſingulorum præmiſſorum, ſupplicamus Reverendo in Chriſto Patri ac Domino, Domino Walleramo Dei gratiâ Colonienſi Archiepiſcopo, quatinus præmiſſa omnia & ſingula, quæ ad tam evidentem utilitatem & profectum noſtræ Leodienſis Eccleſiæ, cum multa deliberatione & maturo conſilio, facta ſunt & proviſa, laudare velit & approbare, ac ſuâ Auctoritate Metropolitanâ confirmare, Decretum ſuum ſuper iis interponendo, & defectum, ſi quis ſit, eadem Auctoritate ſupplendo.

In quorum omnium Teſtimonium & munimen Sigilla noſtra præſentibus Litteris ſunt appenſa. Datum & actum in Capitulo noſtro prædicto, vigeſimâ octavâ die menſis * anno Domini milleſimo tricenteſimo trigeſimo tertio.

* Julii

Hinc eſt quod Nos Ludovicus Comes prædictus Oppidum Machlinienſe prædictum ſub modis & forma ſuperiùs expreſſis, Nobis venditum eſſe recognoſcentes, ipſum cum *Geralmont* & *Bornehem* unitum & conjunctum, ut præmittitur, ab eodem Domino Epiſcopo & ejus Succeſſoribus Epiſcopis Leodienſibus, qui pro tempore fuerint ſucceſſivè, in feodum relevare ſibique homagium ac alia de ipſo feodo facere, quæ Dominis ſuis boni vaſſalli facere tenentur, & à Comitatu Flandriæ dictum feodum ſic unitum non alienare vel disjungere, nec in alium vel in alios,

alios, quam in Nos & Succeſſores noſtros Comites Flandriæ transferre, ceteraque omnia & ſingula ſuperiùs in dictis Litteris expreſſa, in quantum Nos tangunt & tangere poſſunt quoquo modo, facere, tenere, adimplere, & inviolabiliter obſervare, pro Nobis ac noſtris Succeſſoribus prædictis promittimus bonâ fide, Nos & ipſos Succeſſores noſtraque & cujuſlibet eorum bona omnia & ſingula, mobilia & immobilia, tam præſentia quàm futura, ubicunque ſuerint, ad hæc ſpecialiter & efficaciter obligando.

Renuntiantes in hoc facto exceptioni doli mali, vis, metûs, circumventionis, læſionis, deceptionis, rei aliter geſtæ quam ſcriptæ, quibuſcumquo privilegiis, beneficiis, gratiis, indulgentiis à Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, aut quibuſcumque Principibus ac Prælatis, & aliis ſub quacumque forma verborum impetratis, datis, conceſſis, impetrandis, dandis & concedendis, omnibus cavillationibus, ſubterſugiis ac cautelis, & generaliter ceteris auxiliis & remediis, tam juris quàm facti, quæ nobis & Succeſſoribus noſtris prædictis, prodeſſe, præſatiſque Dominis Epiſcopo & Capitulo ſive ſuturis Succeſſoribus Epiſcopis Leodienſibus aut Eccleſiæ Leodienſi obeſſe poſſent in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum, & per quas ea vel eorum aliqua impediri valeant aut in aliquo retardari; ita quod valeat hujuſmodi renuntiatio generalis, quemadmodum ſpecialis fieret & expreſſa.

In quorum omnium teſtimonium & munimen, Nos Ludovicus Comes prædictus, pro Nobis & noſtris Succeſſoribus, præſentes Litteras eidem Domino Epiſcopo & Capitulo contulimus, Sigillo noſtro majori, quo utimur, & uti conſuevimus, ſigillatas.

Datum anno Domini milleſimo tricenteſimo triceſimo tertio. 1333

CAPUT CXXV.

Ludovicus *Comes Flandriæ teſtatur in præmiſſa venditione Oppidi Mechlinienſis, reſervatam fuiſſe Epiſcopis Leodienſibus Præpoſituram ſive Abbatiam S. Rumoldi Mechliniæ, anno* 1333.

Ex Vita S. Rumoldi in Actis SS.

Nos Ludovicus Flandriæ, Nivernenſis & Regiteſtenſis Comes, notum facimus univerſis, quod licet Reverendus in Chriſto Pater ac Dominus noſter & Conſanguineus cariſſimus, Dominus Adulphus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus & ejus Venerabile Capitulum Eccleſiæ Leodienſis, Oppidum Machlinienſe cum omnibus ſuis pertinentiis in Nos & noſtros Succeſſores Comites Flandriæ titulo venditionis & emptionis, ſub certis modis & formis, prout in Litteris ſuper hoc confectis pleniùs eſt expreſſum, interveniente tractatu univerſaliter tranſtuliſſe noſcantur;

Collationem tamen & diſpoſitionem Præpoſituræ ſeu Abbatiæ ſæcularis Beati Rumoldi Machlinienſis, cum ſuis attinentiis, eidem Domino Epiſcopo & ejus Succeſſoribus Epiſcopis & Eccleſiæ Leodienſi recognoſcimus eſſe perpetuis temporibus reſervatas, & in contractu hujus venditionis & emptionis exceptas; prout in Litteris venditionis prædictæ pleniùs & non aliter continetur.

In quorum teſtimonium his Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Datum apud Tenerimundam anno milleſimo tricenteſimo triceſimo tertio, die XXI. menſis Octobris. 1333

CAPUT CXXVI.

Abbatia de Groenenbriele, *Monialium Ordinis Sancti Auguſtini è Congregatione S. Victoris, fundatur Gandavi à* Simone *Mirabellio, dicto de* Haele *anno* 1359.

Extat gallicè in Genealogia Domus à Gandavo per Du-Chesne.

Nos Joannes de Villain, Eques, Dominus de Sancto Joanne de Steene, & Advocatus Tamiſiæ, & Margareta Briseteste Uxor noſtra, omnibus notum facimus, Nos bene ac legaliter vendidiſſe Reverendis ac Religioſis Patribus S. Petri & S. Bavonis Abbatibus Gandavi, de conſenſu præpotentis Domini noſtri Comitis Flandriæ, & Vice-Comitis Gandavenſis, domum noſtram dictam *Van den Briele* Gandavi, cum clauſura, foſſato & prato eam circumcingente, XXXII. libris & X. ſolidis Pariſienſibus & LIV. caponibus annuatim aut circiter, plus vel minus, cum omnibus inde dependentibus;

Videlicet, ad fundandum Clauſtrum Nonnarum pro anima Domini Simonis van Hale, qui eum in finem legavit de bonis ſuis; & Nos met-ipſos exheredavimus coram Ballivo & Hominibus præfati Vice-Comitis, ſecundùm conſuetudinem, legem, & uſum Patriæ, & ſicuti

ſicuti fieri conſuevit in Curia Vice-Comitis, ad utilitatem Monaſterii ſupra-dicti.

Et profitemur Nobis eſſe ritè ſolutum ac ſatis-factum. Et quitamus ex nunc totum jus noſtrum ſuper eâdem domo, clauſura & prato, pro Nobis, Heredibus ac Succeſſoribus noſtris: & Nos nunquam contra ituros aut venturos, neque permiſſuros ut ab aliis contraveniatur, promittimus.

Signanter Nos Margareta ſupradicta renunciamus in futurum omni juri * uſuſfructûs vidualis, & cæteris omnibus juribus, quæ poſſemus habere in prædictis bonis; neque unquam per Nos taeitè aut publicè his contravenietur. Promittentes interpoſitâ fide noſtrâ, & renunciantes omnibus juribus, quæ Nos movere poſſent ad contraveniendum huic Conventioni, aut nocendum prædictæ Eccleſiæ.

* Douaire.

In cujus Teſtimonium veritatis has Litteras propriis noſtris Sigillis appendentibus ſigillavimus.

Datum Gandavi die XIX Auguſti anni milleſimi trecenteſimi, quinquageſimi noni. 1359.

CAPUT CXXVII.

Joanna *Brabantiæ Duciſſa, dein nupta Wenceſlao Joannis Bohemiæ Regis Filio ac Duci Luxemburgenſi, concedit locum ad ædificandum Prioratum Rubeæ-Vallis, Canonicorum Regularium in Sylva Sonia propè Bruxellas, anno* 1370

Ex Sanderi Brabant. illuſtrata Tom. I.

Joanna Dei gratiâ Luxemb. Lothr. Brabant. ac Lymb. Duciſſa, Sacrique Imperii Marchio,

Notum facimus univerſis, quòd cùm Viri in Chriſto devoti, Dominus Ægidius Oliveri Presbyter & Walterus dictus vander Molen Laïcus, deſiderantes gratum Creatori omnium exbibere puro corde famulatum, conſiderantesque mundum, & ejus ornatum, nec non converſationes hominum adeo fore labiles, & ad vana gaudia, ſeu opera malitioſa inclinatas, quòd propoſitum ſuæ mentis, converſationes ſæculi & hominum habendo, minimè adimplere poſſent; eremum unico conſenſu petierint, ac in eadem videlicet in loco qui dicitur *Benede-den-Clabotsborre* in nemore noſtro de Zonia,) domos habitationis & cellulas bonis ſuis propriis ædificaverint, Dominum Wilhelmum Danielis de Boondale Presbyterum ſecum in ſocium aſſumendo, Miſſas, ut audivimus, & alia pia & divina opera inibi celebrando & faciendo.

Nos igitur tam pium opus per præfatos viros inceptum perire nolentes, ſed potiùs cum intimo deſiderio augmentare, & ad ſtatum debitum, in laudem & gloriam noſtri Salvatoris aſſiduè deducere cupientes, promittimus pro Nobis, noſtris Heredibus & Succeſſoribus, præfatis Presbyteris & Laïco bonâ fide, quod numquam temporibus affuturis eoſdem à dicto loco amovebimus, vel eum locum in alios qualeſcumque immutabimus, niſi in illos dumtaxat, quos præfati viri ſibi aſſumere velint, Noſtri ſeu Succeſſorum noſtrorum ex conſenſu; & iis mortuis numquam, niſi in homines devotos ac juſtos Presbyteros Clericos vel Laïcos, non vagos, Omnipotenti cum devotione ſervire volentes permittemus immutari.

Ad quos præfatas domos & locum modo præſcripto volumus irrevocabiliter temporibus perpetuis remanere, harum Teſtimonio Litterarum, Sigillo noſtro ſigillatarum, datarum Bruxellæ menſis Martii die primâ, anno Domini M. CCC. LXVI. ſecundùm ſtylum Diœceſis Cameracenſis. 1366.

CAPUT CXXVIII.

Wenceslaus & Joanna *Brabantiæ & Luxemburgi Duces, coactis Cortembergæ Comitiis Ordinum Brabantiæ, anno* 1372. *varias leges edunt. Has ſuis Sigillis firmârunt Brabantiæ Proceres, quorum ſola nomina retulit Miræus pag.* 324.

Ex Hiſtoria Ducum Brabantiæ per H. Loyens,

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Wenceslaus Bohemus, Dei gratiâ Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Dux, ac S. Imperii Marchio, tanquam Maritus & Tutor legitimus dilectæ Conſortis noſtræ:

Et Nos Joanna eâdem benignitate Duciſſa & Marchioniſſa Ducatuum & Marchionatûs memoratorum, ſeu heres legitima Ducatuum Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi & Marchionatûs jam memorati:

Omnibus præſentibus & in poſterùm futuris notum facimus. Quoniam Majores noſtri (quorum

(quorum pia apud Deum ſit recordatio) ob ſalutem animarum, tùm ſuarum, tùm Poſterorum ſuorum, attentè perpendentes evidens commodum atque utilitatem, cùm ſuam Heredumque ſuorum, tùm ſubjectorum ſuorum univerſim præſentium & futurorum, utque eos tuerentur & protegerent, ſicuti quemlibet bonum Principem decet, ne adversùs jus & æquum habeantur tractenturvè: Univerſis Brabantiæ ſubjectis egenis juxta & locupletibus, impertiverunt & donarunt Tabulas Cortebergenſes & Gallicas per ſcriptum Inſtrumentum, quibus unvierſa Ditio Brabantiæ ejuſque incolæ magno decore, quiete & quæſtu olim floruerunt, quod Majoribus noſtris, Nobiſque ſæpenumerò magno uſui fuit, ac deinceps fore confidimus.

Quapropter, ut memoratæ Tabulæ iis inviolatæ ac illibatæ ſerventur; Nos ſponte noſtrâ, ac conſultò Ditionis noſtræ incolis concedimus & donamus, Noſtro, Heredûm, & Poſterorum noſtrorum nomine, ut memoratæ Tabulæ Cortebergenſes & Gallicæ, cum omnibus juribus, Privilegiis & immunitatibus, in iiſdem comprehenſis & deſcriptis, in priſtinum ſtatum revocentur, ac deinceps jugiter ſerventur.

Mandamus & præcipimus omnibus Baronibus, Viris Equeſtris dignitatis, Municipibuſque Ditionis noſtræ Brabantiæ, ſuper fide, jurejurando ac debitione in iiſdem Tabulis comprehenſis, ut eaſdem invicem obſervent, curentvè fortiter & magno animo juxta formulam earundem Tabularum obſervari.

Et quoniam volumus eas fixas & ſtabiles perennare, abſque ullâ infractione, aut imminutione, donamus & concedimus, noſtræ Ditionis Brabantiæ ſubjectis, Noſtro, Heredûm & Succeſſorum noſtrorum nomine in perpetuum, ejuſmodi Capita, qualia proximè ſubjecta ſunt.

Ac primùm quidem volumus & ſeriò mandamus, ut omnes, qui in Concilio Cortebergenſi publicam rem gerunt & moderantur, aut deinceps in idem Concilium coöptabuntur, univerſa Tabularum Cortebergenſium Statuta integrè & inviolatè ſervent, & ſervari curent. Et quo id ſecuriùs & abſque obice perficiant, Noſtro, Heredûm & Succeſſorum noſtrorum nomine, omnes & ſingulos, cum ſuis Familiis, in fidem & tutelam noſtram, Poſterorumque noſtrorum recipimus. Et ſi quid ipſis mali eveniret, vel in ipſorum perſonis, vel bonis, noſtro id erit periculo; atque bonâ fide, & ſine dilatione reſtituemus, eâque ſeveritate vindicabimus, ut terroris incutiendi ſtudio, illuſtre pœnæ ſtatuatur exemplum. Si verò quis hujus noxæ reus, profugus eſſet, ei ſolum patrium interdictum volumus; neque tolerabimus eum in noſtra Provincia, donec noxam eluerit, mulctamque ſibi irrogatam dependerit. Præter hæc, ſi contingat Nos, aut quemlibet alium, aliquem è Senatoribus Cortebergenſibus arceſſere judicio, cum eo agetur ſecundùm jura ſui fori.

Omnibus & ſingulis Ditionis noſtræ municipibus, pauperibus juxtà ac divitibus, juris experiundi causâ Concilium Cortebergenſe adituris, aut eò à Concilio accerſitis, impertimur Noſtro & Poſterorum noſtrorum nomine, liberum tutumque commeatum: nimirùm triduò ante vadimonium; toto tempore, quo Conventus agetur; ac triduò poſtquam is ſolutus erit, idque ab omni crimine, quo Nobis, aut alii cuiquam erunt obnoxii; excepto capitali, aut promiſſo ſiſtendi ſe coram Scabinis Urbium primariarum, aut aliarum Terræ noſtræ Brabantiæ. Et ſi quis eos offenderit, aut offendi curaverit, ob Teſtimonii dictionem, aut quamcumque aliam rem coram Concilio Cortebergenſi agitatam, id flagitium, exempli ſtatuendi gratiâ, ex Legum ſeveritate ulciſcemur, ut alii ad ſimile audendum deterreantur. Profugos verò eam ob cauſam, perpetuò mulctamus exilio, quouſque irrogatam pœnam luerint.

Promittimus Noſtro, Heredûm & Succeſſorum nomine, quod omnes, quos Nos, aut Poſteri noſtri in Concilium noſtrum Brabantiæ in futurum aſcribemus: pariter & omnes, qui majoris momenti munera obibunt, veluti Droſſardi, Quæſtoris Brabantiæ, Prætoris Lovanii, Ammanni Bruxellæ, Baillivi Gallo-Brabantiæ, Marck-Gravii Antverpiæ, Schulteti Silvæ-Ducis, Majoris Thenis, Leviæ, & Vilvordiæ, Schulteti Lyræ, Herendaliæ, Baillivi Geldoniæ, Hanuti, Majoris Halæ, Quæſtores Urbium noſtrarum; inſuper omnes, qui modò in memorato Concilio munere funguntur, præter ſuetum jusjurandum, quo ſe Nobis obſtringent, inſuper, Deo Teſte, jurabunt, ſe Tabulas Cortebergenſes & Gallicas, abſque dolo malo, ſartas tectas ſervaturos.

Et ſi contingat, aſciſcendos in noſtrum aut Succeſſorum noſtrorum Concilium, aut provectos ad Præfecturas jam memoratas, per oſcitantiam, Sacramentum non dicere; promittimus Noſtro & Poſterorum noſtrorum nomine, eos adacturos, ut jusjurandum præſtent, coram Nobis, aut ſaltem duobus è Concilio Cortebergenſi, ſimul ac Nos, aut Succeſſores noſtri à Concilio interpellati erimus. Qui verò recuſabit Sacramentum dicere, illum Nos Poſterique noſtri à limine omnis Magiſtratûs ac poteſtatis arcebimus, nec ad ullum munus publicum in Brabantia aſſumemus, donec jurejurando ſe obſtrinxerit.

Neminem deinceps Juridicum in Brabantia creabimus, aut in Ordinem Conſiliariorum Urbium coöptabimus, aut muneribus publicis præficiemus, niſi priùs tentatum ſecundùm Regionis jura, quique perſolverit mulctam ſibi irrogatam, ſi quàm incurriſſe deprehendatur, atque damnum alteri illatum reſarciverit: neque Urbes aut Municipia eum ad aliquod munus publicum admittent.

Spondemus Noſtro & Succeſſorum noſtrorum nomine, neminem unquàm in Concilium Cortebergenſe allecturos, aut ad publica munera provecturos, qui Concilium aliquo incommodo afficere poſſet. Verùm qui in numerum Conſiliariorum adſcriptus erit, munus obire debebit, Sacramentum dicere, & jus adminiſtrare, juxtà argumentum Tabularum Cortebergenſium, niſi juſta & ſontica cauſa illum munere fungi præpediret.

Quamvis

Quamvis Tabulis Cortebergenſibus præſcriptum ſit, quod ità lecti, vel legendi, teneantur ſingulis tribus hebdomadis Cortebergæ convenire: nihilominùs, ob magnum incommodum, quod ſubjectis noſtris, jure contendentibus, oboriri poteſt; conceſſimus & concedimus Noſtro, Heredum, ac Succeſſorum noſtrorum nomine, ut Concilio Cortebergenſi Senatum cogere, dieſque juridicos agere liceat, alio loco, intra Brabantiæ fines, quem commodiorem arbitrabitur.

Quæcumque Concilium Cortebergenſe popoſcerit à Juridicis, aut Præfectis Brabantiæ, in cauſis ad dictum Concilium pertinentibus, ea præſtabunt. Si defugiant, pro contumacibus cenſebuntur; ac talibus quales Tabulæ Cortebergenſes exſcribunt.

Si Civitas Antverpienſis, quæ Sorori noſtræ dilectæ, Fratrique Flandrenſi doti dicta eſt, abnuat mittere duos ad Concilium Cortebergenſe, quemadmodum Tabulæ præſcribunt: aut Soror noſtra, Fraterve intercedant, quo minùs id fiat; volumus & aſſentimur Noſtro, Hæredum & Succeſſorum nomine, ut è Marchionatu noſtro, alii duo ſublegantur, nimirùm ex Lira & Herendalio ſinguli.

Omnes & ſinguli, qui poſthac eligentur in numerum Conſiliariorum Urbium noſtrarum, Municipiorumque Brabantiæ, cum Nobis Sacramentum dicent, jurabunt ſe Tabulas jam memoratas, firmas atque fixas habituros, nec adverſus eas quicquam ullo pacto molituros, aut ſuaſuros.

Quæ omnia Capita, promiſſa, obligationes, & confirmationes, Nos Dux & Duciſſa, compotes animi & ſenſuum noſtrorum, reque vocatâ in deliberationem Conſanguineorum noſtrorum, atque Jurati Concilii noſtri, fide Noſtrâ, Hæredum & Succeſſorum noſtrorum recipimus, juramuſque tactis Evangeliis pro utilitate, honore & commodo noſtro, Ditionis & ſubjectorum universè, imò pro allevamento animarum Deceſſorum noſtrorum, ſalute animarum noſtrarum, atque Succeſſorum noſtrorum, ratas habituros & haberi curaturos in perpetuum, ſine ullâ infractione, ſolertiâ, aſtu, fraudevè, quibus ſupradicta jura, Tabulæ, immunitates, pacta, ac promiſſa infringi, labefactari, aut obliterari poſſent.

An hæc promiſimus & juravimus, promittimus & juramus, Nos poſtero tempore nunquam requiſituros, neque requiri permiſſuros à Sanctiſſimo Patre Pontifice Summo, Romano Imperatore, Regibus, aut quoquam Præſule, aut Principe, ſolutionem ab his promiſſis, ac juramento quod præſtitimus. Quippe fatemur & agnoſcimus palàm, hæc omnia ſponte noſtrâ, non coactè, aſſenſu noſtro & ſcientiâ, nec non collatis ſuffragiis Conſanguineorum noſtrorum, Conciliique noſtri Jurati, confecta eſſe ob noſtrum, ac univerſæ Ditionis noſtræ commodum.

Jubemus, adeòque etiam interdicimus Concilio noſtro præſenti & futuro, ſuper fide, obſequio & jurejurando, quo Nobis, Hæredibus ac Succeſſoribus noſtris obſtricti ſunt, aut deinceps obſtringentur, ne adverſus jura, Tabulas, Privilegia & Capita jam memorata, aliquid committant, aut committi permittant ullo pacto. Injungimus etiam & mandamus, Baronibus, Equitibus, ac Dynaſtis, nec non Municipibus Civitatum & Provinciæ noſtræ Brabantiæ, ut & ipſi memorata jura, Tabulas, immunitates, promiſſa atque Capita pro viribus tueantur adverſus reluctantes & refractarios; & quicquid per eos actum erit, Nobis, Poſteriſque noſtris Auctoribus actum cenſeri volumus; neque ea de cauſa quemquam mulctandum promittimus.

Si verò Nos, Hæredes, Poſteroſque noſtros adverſus hæc Pacta, confirmationes & promiſſa, aut Tabulas aliquid committere contingeret, ſpondemus & juramus admiſſum ſarcire & abolere, ſub pœna abſolutionis à fide, obedientia, atque obſequio, quo ſubjecti Nobis ſunt devincti, quemadmodum Tabulæ Cortebergenſes complectuntur.

Propterea Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros firmiter obligamus, quin etiam ejuramus univerſim & ſpeciatim omnia & quæcumque jura, quæ Nobis, ac Succeſſoribus noſtris adversùs prædicta uſui eſſe, aut prodeſſe, quibuſvè ea labefactari, enervari, aut everti poſſent: neque tuebimur Nos exceptione temporum, perſonarum, aut Urbium, omni dolo procul amoto; imò nec adducere poterimus, biſce in Litteris plus, minuſvè perſcriptum eſſe, quàm à Nobis ſit indultum.

Renuntiamus quoque & diſcedimus ab omni jure prærogativæ, adepto, aut adipiſcendo à Sanctiſſimo Patre Summo Pontifice, Romanorum Imperatore, aut alio quocumque Principe, vel Antiſtite, ac generatim omnibus & quibuſcumque juribus, quibus jura memorata, Tabulæ, immunitates, Capita & promiſſa infringi, aut imminui poſſent, nominatim juri præſcribenti, generalem renuntiationem nullius eſſe momenti.

In quorum Teſtimonium ac firmitudinem, Nos Dux & Duciſſa, Sigillum noſtrum hiſce Litteris appendi juſſimus; rogavimuſque & rogamus dilectos Conſanguineos noſtros & amicos; ſimiliter Conſiliarios Concilii Cortebergenſis, Barones & Equites, Cives & Municipes Provinciæ noſtræ Brabantiæ, ut ipſi has Litteras pro majori firmitate, Sigillis ſuis conſignent, atque ità ad arctiorem obſervantiam memoratorum jurium, ſeſe mutuò ſtrictiùs devinciant. Eorum nomina vide ſupra pag. 314.

Datum ipſo D. Lamberti Feſto, anno Domini M. CCC. LXXII. 1372.

CAPUT

CAPUT CXXIX.

GERARDUS DE DAINVILLE *Cameracenſis Epiſcopus, confirmat Fundationem Prioratûs Canonicorum Regularium Rubeæ Vallis, in Sylva-Zoniæ; anno* 1373.

Ex Sanderi Brabantia illuſtrata Tom. 1.

GERARDUS Dei gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, dilecto Nobis in Chriſto Domino *Joanni Sarclaez* utriuſque Juris Profeſſori, Canonico & Archidiacono Hanonienſi in Eccleſia noſtra Cameracenſi, ſalutem in Domino.

AD illa quæ ad ampliandum Divinum Cultum pertinent, libenti animo intendentes, Vobis, de cujus induſtria & circumſpectione in Domino gerimus fiduciam pleniorem, tenore præſentium committimus, diligenter de loco qui dicitur *Roode-cluſe*, & de Capella ac Cœmeterio ibidem conſtructis, & aliis omnibus ibidem, & de amortizatione loci, de reditibuſque ad locum pertinentibus, nec non & pio propoſito honeſtorum Virorum Dominorum Wilhelmi Daniëlis, Henrici de Angulo & Henrici Wiſſe, & aliorum ibidem degentium; habitum, Ordinem ſeu Regulam B. Auguſtini aſſumere cupientium.

QUIBUS factis: ſi vobis viſum fuerit expedire, Auctoritate noſtrâ ipſos ad dictam Regulam profitendum admittatis, & ſecundùm ritum Ordinis S. Auguſtini veſtiatis, & omnia alia faciatis, quæ in præmiſſis requiruntur, & quæ Nos faceremus ſeu facere poſſemus ſi præſentes intereſſemus: vices noſtras vobis quoad hoc committentes. Salvo hoc, quod locum Perſonis non oneretis ultra facultates ad dictum locum ſpectantes.

DATUM Cameraci ſub noſtro Sigillo, anno
1373. Domini M. CCC. LXXIII. die ſeptimâ Januarii.

UNIVERSIS ad quos præſentes pervenerint, *Joannes Sarclaes* utriuſque Juris Profeſſor, Canonicus & Archidiaconus Hanon. in Eccleſia Cameracenſi, Commiſſarius & Executor ad infrà ſcripta ex parte Reverendi in Chriſto Patris ac D. Domini G. Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopi ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino ſempiternam. Litteras dicti. R. Patris noviſtis Nos recepiſſe, formam quæ ſequitur continentes:

GERARDUS Dei gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, dilecto Nobis in Chriſto D. *Joanni Sarclaes* &c. *ut jam ſupra. Et ſequitur:*

Virtute & prætextu quarum Litterarum, & etiam de Mandato ipſius Rev. Patris prædicti oretenus Nobis facto, perſonaliter acceſſimus ad locum dictum *Roode-cluſe* prænominatum, & ibidem adjuncto nobis Notario publico, videlicet Domino Francone de Lombeke Presbytero, Informationem recepimus diligenter, ſuper contentis in Litteris ſupra dictis: videlicet de Eccleſia ſeu Capella ac Cœmeterio ibidem conſtructis ac conſecratis, ac aliis ædificiis competentibus & ad obſervationem Religionis aptis, nec non de reditibus, fructibus, & proventibus annuis ad dictum locum pertinentibus, & ſufficienter aequiſitis, & amortizatione per Illuſtrem Dominam, Dominam Joannam Duciſſam Luxemburg. Lotaring. Limburg. & Brabant. Dominam dicti Loci factâ: prout per Litteras ſuas apertas apparebat.

ET quia dictum locum reperimus ſufficienter dotatum & fundatum ad retentionem ædificiorum ibidem conſtructorum ac ſuſtentationem novem Perſonarum Religioſarum, in victu ac veſtitu, ac aliis neceſſariis, videlicet libris, calicibus, ornamentis Eccleſiaſticis, honeſtorum Virorum Dominorum, ſcilicet Wilhelmi Daniëlis, Henrici de Angulo, Henrici de Wiſſe Presbyterorum, & aliorum ibidem degentium, eorum pio & ſancto propoſito conſentientes: Authoritate dicti Reverendi Patris Nobis commiſsâ; die ad hoc aſſignatâ, videlicet XVIII. die menſis Januarii, dictum locum ereximus & ordinavimus in Prioratum.

ET quia prædicta Eccleſia ſeu Capella in honore S. Pauli Apoſtoli eſt conſecrata, & locus totus ſitus eſt in nemore, dicto *Zonia*: decrevimus quod dictus locus amodò Prioratus Sancti Pauli de Zonia nuncupetur. Quibus peractis, de conditione præfatorum Presbyterorum & aliorum ibidem degentium diligenter inquiſivimus, quos honeſtæ & ſanctæ converſationis reperimus, & ſummâ affectione deſiderantes ad Religionem & Regulam ac Ordinem B. Auguſtini convolare.

QUAPROPTER ipſos, ſcilicet Dominos Wilhelmum Daniëlis, Henricum de Angulo & Henricum Wiſſe Presbyteros prædictos, ac Walterum de Dielbeke eorum Familiarem, habitum Religionis prædictæ aſſumere cupientes, exuimus veſtes ſæculares, & eos induimus habitum Religionis, adhibitis ſolemnitatibus in talibus adhiberi conſuetis.

PRIUS etiam oſtendimus iiſdem, ad quæ & qualia Religioſi obligantur, & vota quæ in Religioſis requiruntur; quæ omnia libenti animo ſe impleturos & obſervaturos aſſeruerunt, Domino concedente. Et ſic Miſſam ſolemnem incœpimus ibidem.

ET poſt Offertorium venerunt præfati Domini, Wilhelmus Daniëlis, Henricus de Angulo, Henricus de Wiſſe Presbyteri, & Walterus Familiaris Converſus, & ſingulariter cum

magna devotione & prompto deſiderio cordis facientes Profeſſionem ſolemnem ſuper Altare majus in hunc modum, & primò dictus Dominus Wilhelmus:

" Ego Frater Wilhelmus facio Profeſſionem ,, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, ,, ac Domino noſtro Cameracenſi Epiſcopo, & ,, futuro Priori, ſecundùm Regulam & Ordi- ,, nem B. Auguſtini. ,, Et ſimiliter alii jam dicti fecerunt. Peracto igitur Miſſæ officio, prædictis Fratribus expoſuimus: qualiter neceſſarium eſſet ibidem fore & eſſe Priorem qui ipſos & Locum haberet regere & gubernare & iiſdem in ſpiritualibus & temporalibus præeſſe.

Qui conſiderantes quod omnes ipſi erant præſentes qui ad electionem Prioris adeſſe deberent: de conſilio & licentia noſtris, Auctoritate dicti Reverendi Patris Spiritûs Sancti gratiam cœperunt cantando Hymnum *Veni Creator Spiritus* &c. humiliter invocare.

Quo cantato: ſubitò concordi & unanimi voto dicti Fratres, videlicet Henricus de Angulo & Henricus de Wiſſe, Fratrem Wilhelmum Danielis in Priorem ſuum & dicti Loci elegerunt & eum ante magnum Altare deduxerunt, *Te Deum Laudamus* altâ voce decantando & campanam ſuam pulſando; & poſtmodùm populo ibidem præſenti ſuam electionem notificarunt, adhibitis ſolemnitatibus in talibus adhibendis, ac dein electionem ſuam ipſi Fratri Wilhelmo ibidem præſenti, præſentaverunt, requirentes eum cum inſtantia, quatenus electioni hujuſmodi de ſe factæ conſenſum ſuum præſtaret.

Qui plurimùm renuit, ſed tandem confiſus de adjutorio Divino, & exhortatione proborum Virorum circumſtantium, electioni de ſe factæ conſenſit: & hæc acta fuerunt in Choro Capellæ ejuſdem, menſis Januarii die XVIII, anno Domini ſupradicto, præſentibus ibidem Religioſis & circumſpectis Viris, Dominis videlicet Fratribus Wilhelmo de Bergis, Parochialis Eccleſiæ de Watermael & dicti loci Curato, Francone de Rusbroec & Joanne Hilleman Canonicis Regularibus Monaſterii de Viridi Valle ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, Theodorico de Gouda Curato de Aſſele, Joanne de Pintenake, Waltero de Spordonc, Henrico de Rumene, Preſbyteris, Nicolao Forts, publico Imperiali Auctoritate & Curiæ Cameracenſis Notario, Joanne dicto Primé, Joanne dicto Witte, Joanne de Horeubeke, & Joanne Motte Clericis, & pluribus aliis Teſtibus fide dignis, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

CAPUT CXXX.

WENCESLAUS & JOANNA *Duces Brabantiæ, varia concedunt Privilegia Oppidanis ſuis Lovanienſibus anno* 1373; *atque inter cætera, Jus conſtituendi Magiſtratum ejuſdem Oppidi.*

Ex Archivis Oppidi Lovanienſis hactenus inedita.

WENCESLAUS Bohemus Dei gratiâ Dux & JOANNA eâdem gratiâ Duciſſa Lucemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgi, & Marchiones Sacri Imperii, notum facimus omnibus jam exiſtentibus & poſtmodum futuris, quod Nos, propter magnam dilectionem & bonum favorem quem gerimus ergà dilectum noſtrum Oppidum & bonos fideles Homines Lovanienſes, & propter multiplex obſequium quod ipſi & ipſorum Prædeceſſores Nobis & Prædeceſſoribus noſtris Ducibus Brabantiæ ſæpe cum fidelitate & magno favore fecerunt multis temporibus (quapropter magnam ipſis gratiam habemus:) conſiderantes etiam magnum onus & gravamen in quo prædictum noſtrum Oppidum nunc exiſtit, & ad illud juvandum, reſtituendum, adducendum & ponendum in bonum ſtatum, in pacem, quietem & commercium, dedimus & damus pro Nobis, Heredibus noſtris & Succeſſoribus Ducibus in Brabantia, prædicto Oppido noſtro & bonis Hominibus & eorum Succeſſoribus, de bono & maturo conſilio Jurati noſtri Conſilii, & ad inſtantiam bonorum noſtrorum Hominum qui Receſſus in Cortenberga cuſtodiendos habent, & Prælatorum, Baronum, Militum, Oppidorum & Municipiorum Brabantiæ in communi, Puncta & Articulos, & quodlibet in particulari hic ſequentia, ad ſervandum, habendum & utendum in perpetuum: videlicet

I. Primò quod Nos, Heredes noſtri & Succeſſores Oppidum noſtrum & bonos Homines Lovanienſes prædictos, divites & pauperes, impoſterum tenebimus & tractabimus ſecundùm jus & judicium, ſicut Oppidum noſtrum & boni Homines Lovanienſes practicaverunt & tradiderunt.

II. Et confirmamus prædicto noſtro Oppido omnes ipſius receſſus, privilegia, conſuetudines, uſus, & traditiones, ſicut ipſum illa habet ſigillata, practicata & tradita, in omnibus punctis.

III. Item quod boni Homines noſtri Oppidi Lovanienſis jure ſuo levabunt, imponent, habebunt, augebunt & diminuent impoſitiones ſuas, idque prout ipſis videbitur, mediante eâdem ſummâ pecuniæ annuè Nobis ſolvendâ, ad quam eam nuper reduxerat dilectus Dominus & Pater noſter, cui Deus miſereatur, ſicuti Litteræ loquuntur quæ deſuper factæ ſunt, per viginti annos ſucceſſivè, ſecundùm tempus quo dilectus noſter Dominus & Pater ipſis eas dederat & reduxerat per ſuas prædictas Litteras.

ITEM

IV. ITEM quod boni Homines qui Oppidum noſtrum nunc regunt aut poſtea recturi ſunt, taxas, gravamina & onera ponere, recipere & facere poterunt ad maximum commodum & utilitatem Oppidi noſtri prædicti, ſicuti ipſis commodum videbitur.

V. ITEM quod Nos ſemper de anno in annum in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ ponemus & faciemus, ponere & facere debebimus in Oppido noſtro Lovanienſi ſeptem Scabinos ex bonis noſtris Hominibus *Natis* (1) *Patriciis* Lovanienſibus, & nullos alios, ſapientiſſimos & diſcretiſſimos, quos ſciemus & hos de anno in annum mutabimus, ſicut Oppidum noſtrum jus habet.

VI. ITEM quod boni Homines Oppidi noſtri Lovanienſis inter ſe ponent & facient in Vigilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli novemdecim Juratos ex bonis Hominibus Natis Patriciis Oppidi noſtri Lovanienſis in conſilium Oppidi noſtri, & ſex Gildecanos ad Gildam regendam, quicumque eſſe poſſunt ſecundùm jus Oppidi noſtri, ſapientiſſimos, honeſtiſſimos & optimos quos ſcient & qui poterunt inveniri.

VII. ET illos eligent cum talibus Ordinantiis quales ipſi facient & ordinabunt ad eligendum de anno in annum in perpetuum talem in modum, ut nullus ipſorum in hoc habeat præferentiam, jus, dominium, proprietatem, unus eorum præ alio: & talem Ordinantiam, qualem boni Homines noſtri Lovanienſes deſuper facient ad eligendum de anno in annum bos novemdecim Juratos & ſex Gildecanos inter bonos Homines Natos Patricios Lovanienſes, promittimus Nos ipſis confirmare, firmam & perpetuam ſervare in perpetuum, & ipſis talem firmitatem Litterarum deſuper dare & facere, ad ipſorum requiſitionem, ut Ordinantia in perpetuum obſervari debeat, abſque eo quod ab ullo frangatur, & abſque dolo malo.

VIII. ET qui eligent has electiones, & ad hoc de anno in annum ordinabuntur, quod illi omnibus annis, & quilibet ipſorum in particulari, publicè coram bonis Hominibus in communi qui volent ad hoc venire, in Domo Civica jurabunt ſuper Sanctis, & ſuper Sanctis Evangeliis, quod ſtatim eligent pro novemdecim Juratis & ſex Gildecanis ex bonis Hominibus natis Patriciis Lovanienſibus, optimos, honeſtiſſimos, ſapientiſſimos quos ſcient, ad regendam Urbem per Juratos, & ad regendam Gildam per Gildecanos, & ad ipſis ſervandum jus, abſque eo quod ullam partialitatem ferant, divitibus & pauperibus æqualiter.

IX. ET hi novemdecim Jurati ſic electi de anno in annum præſtabunt juramentum, ſicut ſupra ſcriptum eſt, & ſub eodem juramento ulteriùs eligent duos Burgimagiſtros inter ipſos, & duos Juratos ex bonis Hominibus de communitate, & omnes reliquos Officiales magnos & parvos ad Oppidum noſtrum pertinentes, optimos, honeſtiſſimos & utiliſſimos quos ſcient in Oppido noſtro præſcripto, quicumque poſſint eſſe.

X. ET ſimiliter ſex Decani ſic electi ulteriùs eligent ſub juramento prædicto duos Decanos, ut cum ipſis ſint illo anno, ex bonis Hominibus de communitate, & duos Decanos Scutiferos ex Patriciis natis ſupradictis, & omnes alios Officiales ad Gildam pertinentes, optimos, honeſtiſſimos & diſcretiſſimos quos ſcient vel invenient ad illas cauſas.

ET in caſu quo aliquis rogaret vel rogari faceret, ut ipſe vel ipſius amicus eligeretur in certa electione, vel etiam ut eſſet in tali Officio, & in caſu quo hoc inveniri poſſet per legitimam veritatem, vel probari, quod ille debebit mulctam viginti ſolidorum antiquorum groſſorum Turonenſium, quorum medietas ſolvatur Nobis, & medietas Oppido noſtro: & inſuper in iſto Officio non poterit eſſe ſine diſpenſatione. XI.

SED neque Nos neque Oppidum noſtrum poterimus diſpenſare cum ipſo aut ei remittere ullum in modum. XII.

INSOPER ſi quis alicui aliqua dona daret aut promiſſa faceret, & qui dona vel promiſſa acceptaret, eſſet manifeſtè perjurus, ſine fide & honore, neque unquam in ullum Statum aut Officium venire poſſet, ubi oporteret eſſe Homines bonos, neque ullius ampliùs ſuffragii aut ſententiæ jus haberet. XIII.

ITEM quod neque Tabernarius neque Nummularius unquam erit in regimine Gildæ, & omnes Decani qui jurabunt jus Gildæ, illi jurabunt in ſuo juramento, quod illo anno neque ex Taberna, neque ex Menſa Nummulariorum Lovanii quidquam lucri vel damni ullo modo percipient. XIV.

ET quia volumus quod omnia hæc Puncta & quodlibet in particulari dilecto noſtro Oppido & Hominibus, qui jam exiſtunt & poſtmodum futuri ſunt, firma & perpetua obſerventur à Nobis, noſtris Heredibus & Succeſſoribus in perpetuum, ideo ſub juramento & fide promiſimus & promittimus, quod ex nunc deinceps omnia hæc Puncta quæ ſupra ſcripta ſunt & quodlibet in particulari ipſis tenebimus & teneri faciemus Nos & Heredes noſtri, ipſis & eorum Poſteris firma & perpetua, abſque eo quod frangantur, neque quæremus neque alios quærere faciemus à noſtra parte, neque ullum quærere permittemus ullam apparentiam, occaſionem aut prætextum per quem hæc Puncta vel ullum illorum quæ ipſis dedimus & quæ ipſis ordinavimus rumpere, aut ſcindere poſſemus, aut per alios permittere rumpi aut ſcindi: & renunciamus & dimittimus pro Nobis, Heredibus noſtris & Succeſſoribus, omnes illas cauſas in communi, vel quamlibet in particulari de facto & de jure, & omne auxilium Eccleſiaſticum vel ſeculare quod Nobis aut ulli alteri commodum facere poſſet & prædicto Oppido noſtro & bonis Hominibus incommodum facere poſſet.

IN fidem & firmitatem omnium prædictorum Nos Dux & Duciſſa prædicti appendi juſſimus Sigilla noſtra hiſce Litteris, rogamuſque inſuper & requirimus, ad majorem ſecuritatem deſuper præſtandam Oppido noſtro & bonis Hominibus Lovanienſibus, dilectum noſtrum & fidelem Conſiliarium Dominum Theodoricum de Hoirne Dominum de Parweys & Duffle & de

Gele, Dominum Joannem van Polanen Dominum de Lecke & Bredâ, Dominum Reynardum Dominum de Schoonvorſt, Dominum Joannem Dominum de Boechoet Burchgravium de Bruxellis, Dominum Gerardum Dominum de Bautershem, Dominum Joannem Dominum de Witham, Dominum Gerardum Dominum de Vorſelaer Burchgravium de Geldoniâ, Dominum Joannem Van Aa Dominum de Gruythuyſe & de Grimbergis, Dominum Bernardum Dominum de Borgneval, Dominum Joannem Godêfridum Militem OEconomum noſtrum, & Godefridum vanden Torne Scutarium Receptorem Brabantiæ, ut ipſi ſua Sigilla cum noſtris appendere velint hiſce Litteris, tanquam Teſtes punctorum, conditionum promiſſorum.

Et Nos Theodoricus de Hoirne Dominus de Parweys, Duffle & Gele,
Joannes van Polanen Dominus de Lecke & de Breda,
Reynardus Dominus de Schoonvorſt,
Joannes Dominus de Boechoet Burchgravius de Bruxellis,
Gerardus Dominus de Bautershem,
Joannes Dominus de Wittham,
Gerardus Dominus de Vorſlaer Burchgravius de Geldonia,
Joannes van Aa Dominus de Gruythuſe & de Grimbergis,
Bernardus Dominus de Borngevael,
Joannes Godefridus Miles OEconomus,
Godefridus vanden Torne Scutarius Receptor Brabantiæ,

Attentâ requiſitione & mandato dilecti noſtri Domini & Dominæ prædictorum, cum ipſorum Sigillis Sigilla noſtra appendi fecimus hiſce Litteris in notitiam & teſtimonium omnium ſupraſcriptorum.

Et Nos Dux & Duciſſa prædicti non volumus, etſi hiſce Litteris unum Sigillum vel plura, eorum qui ſupra nominati ſunt, deeſſent vel abrumperentur, ut propterea hæ Litteræ virtutem ſuam perdant aut minoris valoris exiſtant: 1373.
ſed volumus ut maneant & ſint in omni ſuo pleno vigore & robore, quaſi in integrum & plenè eſſent obſignatæ.

Actum erat Bruxellis die S. Georgii anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio.

Origo Patriciorum Lovan. (1) De Origine ſeptem Familiarum Patriciarum Lovanienſium, ſic ait Juſtus Lipſius in Deſcriptione Lovanii lib. 2. cap. 3.

" Aiunt Baſtinum quemdam olim fuiſſe (tempus aliter „ non deſignant) corpore & animo validum, qui ſeptem „ Filias habuit, & eas totidem Viris elocavit; ſed cum „ lege, quoniam ipſe virilis ſexûs liberos non haberet, „ hæ Nobilitatis ſuæ jus tenerent, & diffunderent, atque „ ex iis nati tales cenſerentur. Sive res fuit, ſive inventiuncula eſt, non tamen abſona à vero & more. „

Hactenus J. Lipſius: quod ipſum fuſiùs & apertiùs exponunt Archiva dictæ Civitatis Lovanienſis, in hæc verba:

In den jaere 815. was Hertoghe van Brabant Lodowyck *de Goedertierene, Sone van* Carel *den Grooten, die oock was Keyſer ende Koninck van Vranckryck, den welcken Hertoghe* Lodewyck *binnen der Stadt Loven ſtelde als Grave Heer* Baſtyn, *by toename* de Grooie, *een vroom Ridder van Edele afkomſte, die getrouwt hadde des Graven Dochter van Vlaenderen, daer aen hy eenen Sone wan genaemt* Volckart, *ende ſeven Dochteren genoemt* Plectrudis, Elpadis, Betra, Hildegarde, Eringaert, Judith, *ende* Swave. *Welcken voorſchreven* Volckaert *des voorſchreven Graven Sone anno 909. Biſſchop van Luyck wert; ſoo dat des voorſchreven mannelycke hoor, ende toenaeme nu vergaen was, midts ſynen Sone was geeſtelyck geworden, ende gekoſen tot het Biſdom van Luyck. Den voorſchreven Grave dit aenmerckende, ende ſiende dat te Loven vele treffelycke Edelmans waeren, heeft gedocht ſyne ſeven Dochteren daer aen te allieren, om alſoo ſyn Geſlachte, ende af-komſte te vermenighvuldigen ende te vermeerderen; ende dien-volghende heeft ſyne voorſchreve ſeven Dochters geallieert aen Edelmans van Loven ghelyck hier volght, te weten* Plectrudis *aen Heer* Eberwyn Utenliminghen *Riddere,* Elpadis *aen Heer* Rynaert van Calſtren *Riddere,* Betra *aen Heer* Meys van Redinghen *Riddere,* Eringaert *aen Heer* Berwyn Verruſalem, Judith *aen* Salomon Gielis, Swave *aen Heer* Vranck van Rode *Riddere. Welcke voorſz. ſeven ſyne Schoon-Sonen, by Heer* Baſtyn *als Grave van Loven, met conſent van den Hertoghe van Brabant, ſynen over-Heere, ende Prince, met vele ſchoone eerlycke Privilegien heeft begiſt; ende onder andere, dat ſy altyts nu d'een nu d'andere ſouden weſen vander Stads Loven Regimente, met alle hunne naerkomelinghen ende geallieerde, ſulcks dat iemant vande voorſchreve Geſlachten niet weſende, ende geallieert zynde aen eene Dochtere vande voorſchreve ſeven Geſlachten, oft van hunne naerkomelingen, zynder Kinderen oock ſullen gehouden ende gereputeert worden, door alliantie, vande voorſchreve af-komſte ende Geſlachte &c.*

CAPUT CXXXI.

Idem Wenceslaus *&* Joanna *motus Lovanienſium componunt, & formam præſcribunt eligendi Magiſtratuin Lovanienſem anno* 1378.

Ex iiſdem Archivis Lovanienſ. M.S.

Wenceslaus Bohemus Dei gratiâ Dux, & Joanna eâdem gratiâ Duciſſa Luccemburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, & Marchiones Sacri Imperii, notum facimus omnibus præſentibus & futuris has Litteras viſuris & legi audituris, quod cùm diſſenſio, diſcordia & commotio orta eſſent inter noſtros bonos Homines Tribuum Patritiarum Oppidi noſtri Lovanienſis, qui extra Oppidum ſeceſſerant ea una parte, & bonos noſtros homines de Tribubus Fratrum de Gilda & Opificum, qui in prædicto noſtro Oppido remanſerant ex altera parte; quam diſſenſionem, diſcordiam & commotionem Nos cum bona deliberatione & conſilio boni noſtri Conſilii noſtrorum Baronum, Equitum, & bonorum noſtrorum Oppidorum Brabantiæ communiter inter noſtros bonos Homines prænominatos ſtitimus, reconciliavimus & finivimus, mediantibus certis Punctis & Articulis hìc infra deſcriptis, quæ

Oppido

Oppido noſtro præfato, & omnibus noſtris charis incolis & bonis Hominibus ibidem, præſentibus & futuris, donavimus, conſenſimus & conceſſimus pro Nobis, noſtris Heredibus & Succeſſoribus Ducibus Brabantiæ in perpetuum.

I. Imprimis quod nunc & impoſterum ſingulis annis faciemus & ponemus ſeptem noſtros Scabinos Lovanienſes, ſcilicet quatuor ex bonis noſtris Hominibus Patritiis Lovanienſibus, & tres ex bonis noſtris Hominibus Fratrum de Gilda & Opificum.

II. Et volumus, ut Villicus noſter Lovanienſis ſemper conferat cum communibus Fratribus de Gilda ſupraſcripti Oppidi noſtri, ſuper perſonis ad Nos deferendis, ex quibus noſtros ſupraſcriptos ſeptem Scabinos ſingulis annis faciemus & conſtituemus.

III. Item ut noſtrum bonum Oppidum Lovanienſe & omnes noſtri boni Homines ibidem conſtituantur, ſint & maneant in bono ſtatu & in bono regimine; conceſſimus eis & dedimus, quod ex viginti & uno Juratis de Conſilio prædicti Oppidi noſtri nunc & impoſterum ſingulis annis erunt undecim Jurati ex bonis noſtris Hominibus Patritiis Lovanienſibus, & decem Jurati ex bonis noſtris Hominibus Opificum.

IV. Et quod hi eligentur & conſtituentur hunc in modum: ſcilicet quod communes Fratres de Gilda prædicti noſtri Oppidi, qui indies Gildâ co-utuntur, nec ſunt de Patritiis Lovanienſibus, ſingulis annis eligent prædictos undecim Juratos ex bonis noſtris Hominibus Patriciis, pluralitate votorum prædictorum Fratrum de Gilda, qui præſentes erunt quando fiet electio.

V. Ulteriùs omnia Opificia Oppidi noſtri Lovanienſis ita conjungentur, ut decem Opificia nominentur; & hæc decem Opificia habebunt ſingulis annis in Conſilio noſtro decem Juratos, ſcilicet quodque Opificium unum Juratum, ut ſint in Senatu Oppidi noſtri cum prædictis undecim Juratis Patriciis, ſic ut quodlibet Opificium ſuum Juratum eligat pluralitate votorum bonorum Hominum ejuſdem Opificii, qui præſentes erunt dum fiet electio.

VI. Et dum prædicti viginti & unus Jurati Conſilii Oppidi noſtri eo modo erunt electi & conſtituti, tum undecim Patricii ſingulis annis eligent pluralitate votorum Burgimagiſtrum ex decem Juratis Opificiorum.

VII. Et ſimiliter prædicti decem Jurati Opificiorum eligent ſingulis annis Burgimagiſtrum ex undecim Juratis Patriciorum.

VIII. Et tunc ulteriùs ſimul inter ſe facient omnes electiones ad ſe pertinentes, partim ex Patriciis partim ex Opificibus.

IX. Item eis conceſſimus & dedimus, quod octo Decani Gildæ prædicti Oppidi noſtri modò & impoſterum ſingulis annis erunt & fient, partim ex bonis noſtris Hominibus Patriciis, partim ex bonis noſtris Hominibus Fratribus de Gilda, qui non ſunt Patricii Lovanienſes.

X. Et quod hi eligentur & fient in hunc modum: ſcilicet quod communes Fratres de Gilda prædicti Oppidi noſtri, qui indies Gildâ co-utuntur, & non ſunt Patricii Lovanienſes, annuè eligent quatuor Decanos ex bonis noſtris Hominibus Patriciis Lovanienſibus, votorum pluralitate, eorum qui præſentes erunt dum fiet electio.

Et quod noſtri boni Homines communium Opificum eligent pluralitate votorum alios quatuor Decanos ex Fratribus de Gilda, qui non ſunt de Patricii Lovanienſes, in quantum præſentes erunt dum electio fiet. XI.

Et cum prædicti octo Decani Gildæ taliter erunt electi & conſtituti, tum ulteriùs facient omnes aliàs electiones ad ſe ſpectantes, partim ex Patritiatu & partim ex Fratribus de Gilda. XII.

Et Decani Gildæ qui Gildam regent uno anno, poterunt rurſus ad hoc eligi & aſſumi alio anno, ita ut ſit tantùm unus annus intermedius inter eorum deceſſum & acceſſum; prout hoc obſervatur in Scabinis & Juratis. XIII.

Item quia intendimus & volumus ut omnia communia bona Oppidi noſtri Lovanienſis recipiantur, convertantur, & expendantur in majus Oppidi noſtri commodum & utilitatem: hinc eſt quod eis conceſſimus & dedimus, quod nunc & impoſterum ſingulis annis duo ex noſtris bonis Hominibus Fratrum de Gilda, qui indies Gildâ co-utuntur, nec ſunt de Patritiatu Lovanienſi; & duo ex bonis noſtris Hominibus Opificiorum Lovanienſium ſint Receptores, ut omnia bona Oppidi noſtri prædicti exigant, recipiant, & exponant in Oppidi noſtri debita, & ad majus Oppidi noſtri commodum & utilitatem; & quod hi quatuor Receptores non poterunt eſſe in ullo alio regimine vel officio prædicti noſtri Oppidi, quamdiu Receptores erunt. Et quod ſingulis annis duo ex ipſis decedent, ſcilicet unus ex Fratribus de Gilda & unus ex Opificiis, & iterum duo alii ponentur in eorum locum, ita ut ſinguli duo ſemper duobus annis continuentur. XIV.

Et hi prædicti Receptores annuè eligentur & conſtituentur in hunc modum: ſcilicet, quod communes Fratres de Gilda Oppidi, qui indies Gildâ co-utuntur, nec ſunt de Patritiatu Lovanienſi, ſemper eligent prædictos Receptores ex Fratribus de Gilda cum pluralitate votorum, illorum qui præſentes erunt dum aliæ fient electiones: & boni Homines communium Opificiorum inter ſe eligent prædictos Receptores ex Opificiis, cum pluralitate votorum, eorum qui præſentes erunt. XV.

Et hi prædicti quatuor Receptores reddent apertis januis debitam rationem ſingulis trimeſtribus omnium quæ receperunt & expenderunt ex omnibus bonis noſtri Oppidi, coram ordinario Conſilio noſtri Oppidi & coram bonis Hominibus extraordinarii Conſilii & coram bonis Hominibus Opificiorum qui præſentes eſſe voluerint. XVI.

Et omnes boni Homines qui prædictas electiones facient, ſive Jurati, ſive Decani de Gildâ & Receptores Oppidi, & boni Homines qui eligentur ut ſint in prædicto regimine & officiis, debebunt omnes eſſe nati in Brabantia, legitimi thori, & Cives Lovanienſes; & quicumque ad hoc eligetur, illud ſine detrectatione aſſumere debebit. XVII.

Et

XVIII. Et hoc etiam taliter, quod omnes boni Homines qui prædictas electiones facient, tenebuntur inſuper præſtare ſuum juramentum publicè ſuper Sacroſancta, quod ſemper eligent optimos, utiliſſimos, juſtiſſimos & capaciſſimos quos ſcient.

XIX. Et quod omnes boni Homines prædictorum Fratrum de Gilda & Opificiorum poſtero die poſt Feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ ante prandium, dum campana Conſilii ſonatur, ſingulis annis venient & congregabuntur in noſtra prædicta Domo Civica ad prædictas electiones faciendas; & ſi quis eò non venerit exiſtens in Oppido incurret mulctam quinque ſolidorum groſſorum, quorum medietas Domino, altera medietas Oppido cedet.

XX. Item cùm omnes prædictos noſtros bonos Homines ſuper omnibus prædictis diſſenſionibus, diſcordiis & commotionibus ſedaverimus, univerimus & reconciliaverimus cum conſilio boni noſtri Conſilii noſtrorum Baronum, Militum, & bonorum noſtrorum Oppidorum; hinc eſt quod eis condonavimus omnem rixam & diſcordiam, & quidquid occaſione prædictæ commotionis tam intra quàm extra Oppidum noſtrum accidit uſque in præſentem diem, omnia eis remittentes in perpetuum.

XXI. Item ut omnes noſtri prædicti boni Homines in quiete & bona pace ſint & manere poſſint inter ſeſe, volumus & conſentimus, ut bona cuſtodia & vigilia in prædicto Oppido noſtro Lovanienſi ponatur & ordinetur cum conſilio Oppidi noſtri & conſilio Juratorum ex Opificiis & Opificum conjunctim, pluralitate votorum; & prædicta cuſtodia & vigilia augeatur & minuatur, prout ipſis expedire videbitur, ad Oppidum noſtrum præſervandum ab omni inordinatione, & noſtros bonos Homines Oppidi noſtri in pace & tranquillitate conſervandos.

XXII. Et dum prædicta vigilia eo modo poſita & ordinata erit, tunc ea deferetur ad Villicum noſtrum Lovanienſem, ut ea vigilia meliùs obſervetur, & contravenientes qualibet vice corrigantur.

XXIII. Et quod portæ interiores Oppidi noſtri manebunt apertæ, prout nunc ſunt, ut noſtri boni Homines in communi ibidem meliùs manere poſſint in tranquillitate, quiete, & pace.

XXIV. Et ſi quis ad prædictam vigiliam poſitus non comparuerit, vel ad vigiliam non poſitus, de nocte plateas obierit, is eam incurret mulctam, quæ deſuper ordinabitur.

XXV. Et volumus atque mandamus, ut mediantibus his Punctis præſcriptis bona pax & concordia ſit & maneat in perpetuum inter omnes noſtros bonos Homines Lovanienſes, Patricios, Fratres de Gilda, & Opifices, qui ſunt intra & extra Oppidum noſtrum Lovanienſe, ut conjunctim poſſint intendere oneribus Oppidi noſtri, ad majus commodum & utilitatem, ad auferendum immenſum damnum fœnoris, quod Oppidum noſtrum debet: ad quod libenter ipſos auxilio & conſilio juvare volumus ſecundùm ipſorum ſtatum & poſſibilitatem.

XXVI. Et quod his mediantibus omnes noſtri boni Homines Patricii Lovanienſes, qui jam foris ſunt, Lovanium intrare poſſint, & ibidem poſſint manere pacificè & quietè: excepto quod illi, qui Oppido noſtro debent, illud reſtituent & ſolvent, & quod Oppidum debitores ſuos & eorum bona arreſtare & perſequi poſſit & valeat viâ juris intra & extra Oppidum, donec debitum ipſi reſtitutum ſit.

Et ut ſecuritas prædictæ Pacis & reconcilia- XXVII.
tionis in perpetuum firma & ſtabilis maneat, & omnes noſtri boni Homines prædicti Oppidi noſtri in pace ſint & quiete, volumus, ut omnes noſtri boni Homines Patricii Lovanienſes, qui nunc foris ſunt, ex una parte, & omnes noſtri boni Homines Fratres de Gilda & Opifices, qui intra præſcriptum noſtrum Oppidum ſunt, ex altera parte, jurent ſuper Sacroſancta publicè, quòd prædictam Pacem & reconciliationem legaliter & plenariè in perpetuum tenebunt & obſervabunt, neque unquam contravenient, nec ullo modo contra facient. Et ſi quis ex noſtris bonis Hominibus ex una vel altera parte contra prædictam Pacem & reconciliationem umquam quid attentaret vel ullo modo contrairet (quod Deus avertat) id corrigi curabimus & puniri ſecundùm Dignitatem noſtram & jus Oppidi noſtri Lovanienſis, ſine diſſimulatione.

In quorum omnium prædictorum teſtimonium & firmitatem Nos Dux & Duciſſa prædicti Sigillum noſtrum hiſce Litteris appendi juſſimus: & rogamus fideles noſtros Conſiliarios, Joannem Dominum Rotſelariæ, Dominum Joannem Dominum de Boecbout, Dominum Joannem de Aa Dominum de Gruythuyſe & Grimberge Droſſardum noſtrum Brabantiæ, Dominum Joannem Dominum de Borgeval, Dominum Joannem de Luccembourg Præpoſitum noſtrum Lovanienſem, Renerum Hollandt Receptorem noſtrum Brabantiæ, & Dominum Joannem de Grave Decanum de Beke, & bonos noſtros Homines Scabinos & Senatores noſtrorum bonorum Oppidorum Bruxellæ, Sylvæducis, Thenarum, Leeuwæ, Lieræ & Vilvordiæ, ut in teſtimonium prædictorum Sigilla ſua hiſce Litteris appendere velint.

Et Nos Joannes Dominus Rotſelariæ Droſſardus Hæreditarius Brabantiæ, Joannes Dominus de Boecbout Vice-Comes Bruxellenſis, Joannes de Aa Dominus de Gruythuyſe & Grimbergæ Droſſardus Brabantiæ, Joannes Dominus de Borgeval, Joannes de Luccembourg Præpoſitus Lovanienſis, Renerus Hollandt Receptor Brabantiæ, & Joannes de Grave Decanus de Beke, noſtra Sigilla; & Nos Scabini & Senatus prædictorum Oppidorum Sigilla prædictorum Oppidorum cum Sigillis carorum noſtrorum & clementium Domini ac Dominę Ducis & Duciſſæ prædictorum, ad eorum beneplacitum & inſtantiam, Litteris his appendimus in teſtimonium veritatis præſcriptorum.

Et Nos Dux & Duciſſa ſupraſcripti non volumus, etſi hiſce Litteris unum aut plura Sigilla, eorum qui ſupraſcripti ſunt, deeſſent aut frangerentur, ut propterea hæ Litteræ minoris ſint valoris, ſed ut maneant & ſint in pleno ſuo robore & vigore, ac ſi omnia Sigilla integra illis forent appenſa & plenariè eſſent ſigillatæ.

Hoc actum fuit anno Domini M.CCC.LXXVIII. 1378.
die XVI. menſis Septembris.

ADdimus Formulam Juramenti, quod præſtare tenentur promovendi ad Magiſtratum Lovanienſem.

Ego N. N. per & ſuper Sancta Evangelia promitto ac juro, me pro Conſulatu, vel officio Jurato, nec bona ulla, nec pecuniam, nec munus, nec obſequium, nec beneficium dediſſe, promiſiſſe, obtuliſſe, aut dari, promitti, vel offerri meo nomine curaſſe: inſuper nec precibus ſollicitaſſe, aut ſollicitatorem interpoſuiſſe; nec mutuum dediſſe, vel dari feciſſe, quoquo modo, ſive per me, ſive per alium quemquam. Quod ſi ſecus egerim, prævaricator & infamis cenſear, nec unquam ad Senatum, aut miniſterium, aut ullam juriſdictionem, ullumve regimen cujuſquam Urbis, Oppidi, vel Pagi pateat mihi aditus. Similiter quoque me non accepturum, ſive per meipſum ſive per alium, ullum munus, aut oblationem honorariam, ſive in pecunia, ſive in bonis, pro collatione cujuſquam officii vel miniſterii mihi competente: nec permiſſurum ut ulla mihi fiat ejuſmodi promiſſio eo intuitu.

Altera Formula ſuccinctior eſt hæc.

Juro me nec pro ſtatu iſto aſſequendo, nec ejus intuitu, quidquam cuiquam, ſive in pecunia, ſive in alia quacumque re obtuliſſe, promiſiſſe, aut dediſſe, nec item offerri, promitti, aut dari curaſſe, vel curaturum aut daturum, directè vel indirectè, aut quovis alio modo: ſalvo dumtaxat eo, quod pro expeditione erogari conſuevit.

Occaſione hujus Juramenti, à Parochis Lovanienſibus exquiſitum fuit Judicium trium Facultatum, Theologiæ, Juris Canonici & Civilis, in dicta Univerſitate Lovanienſi ſuper caſu ſequente:

Utrùm liceat ambire Magiſtratum, aut officium, ſollicitando ſuffragia Collatorum, promiſſis ſympoſiis, pecuniis, muneribus, per ſe vel ſuos? Rurſus: Utrum liceat munera, ſympoſia, pecunias, aut ſimile quidpiam accipere, per ſe vel ſuos, aut ſinere ut promittantur ſibi, in eum finem, ut ad officium quodcunque ſuæ collationis aliquem ſuo ſuffragio quis promoveat; & ſimul tamen liceat iſta juramenta reſpectivè præſtare?

Et reſponſum ad omnia: Non licere, ob rationes latiùs deductas in Reſolutione, quam retulit Clariſſ. D. Van Eſpen J. U. Doctor in ſuo Libro Juris Eccleſiaſtici, ad calcem Tomi II.

CAPUT CXXXII.

GUILIELMUS DE NORMANNIS *Epiſcopus Anconitanus atque Adminiſtrator Tornacenſis Theſaurum Sacroſancti Cruoris Brugis in Eccleſia S. Baſilii à ſe viſitatum fuiſſe teſtatur anno* 1388. *in præſentia plurimorum Epiſcoporum, Abbatum & Nobilium.*

Ex Archivis Brugenſis eccleſiæ.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus (1) GUILIELMUS Dei gratiâ Epiſcopus Anconitanus, Domini noſtri Papæ Theſaurarius, & Adminiſtrator Eccleſiæ Tornacenſis, ſalutem in Domino, & cum agnitione veritatis devotè Deo promere in unitate fidei per JESUM CHRISTUM gratiarum actiones.

QUOD vidimus oculis noſtris, quod proſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt, annunciamus vobis; ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & Filio ejus JESU CHRISTO. Deviantibus olim Patribus, & cuncto humano genere in profundum malorum accubato, apparuit Filius Dei, ut opera diſſolveret diaboli; apparuit & charitas Dei: quoniam dilexit Nos, & miſit Filium ſuum, propitiationem pro peccatis noſtris.

QUI intemeratæ Virginis Mariæ humilitatem reſpiciens, in ſacris ipſius viſceribus dignatus humanari, ut Nos à morte tolleret: Eccleſiam Sacroſanctam Sponſam ſuam prædeſtinando, ne in preſſuris, quas paſſura erat, deficeret, ſuo pretioſiſſimo Corpore & Sanguine charitate inenarrabili decoravit, & fundavit ſupra firmam petram Chriſtum incommutabiliter ſtabiliendo.

ISTIUS tam ſaluberrimi Sacramenti, dignis & à Deo præordinatis temporibus, memoriam cunctis ſeculis laude dignam reliquit, cùm devotionem & humilitatem famulæ ſuæ Patriæ Flandriæ, ex qua multi Sancti Viri originem contraxerunt, acceptando, pretioſiſſimum Sanguinem ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti de Jeruſalem apportari piè & miſericorditer diſpoſuit, & in dicta Patria Flandriæ, Brugis, videlicet in Eccleſia Sancti Baſilii collocari, futuris temporibus conſervandum ordinavit: ut nunquam dicta Flandriæ Patria, ſic dotata inſolito munere, ab unitate Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ (quæ cunctorum Mater eſt fidelium) recederet, nec à vero Vicario JESU CHRISTI deviaret.

DE hoc pretioſiſſimo Sanguine, teſte Bullâ Apoſtolicâ, quam tenuimus, & legimus, longo tempore viſum eſt Miraculum, quod poſitus in phiala cryſtallina, durus quaſi maſſa Sanguinis congelata permanſit ſic, præterquam Feriâ ſextâ. Sed ſemper in Feria ſexta à manè uſque poſt nonam, videlicet horam Paſſionis & mortis Dominicæ, à fine uſque ad finem phialæ perſpicuè & liquidiſſimè fluxit.

VERÙM peccatis exigentibus, multis jam annis evolutis, digni non ſunt inventi homines, qui tam ſaluberrimum miraculum cernere meruiſſent.

HIS autem à Deo præviſis temporibus apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri præveniens nos, oſtendens in ſeculis ſupervenientibus abundantes divitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos: ut ille digniſſimus ac pretioſiſſimus Sanguis non dicimus mutaretur, ſed Spiritus Omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis evidentiam; quod in inſtanti ſatis modico, rubicundior ſolito, & quàm ſtatim ante fuerat, videri ſe dignatus eſt,

 guttæque

guttæque Sanguinis recentiſſimæ & à maſſa ſeparatæ locis in pluribus clariſſimè intueri, & nos tenentes ipſam phialam indignis manibus dictas guttas vidimus, ac ceteris circumſtantibus luculenter oſtendimus ad videndum.

Cum quanta verò devotione & reverentia hoc viderint, ſingultus & ſuſpiria, abundantiaque piarum lacrymarum indicabant. Hæc ut piè credendum eſt, Redemptionem quæ eſt in CHRISTO JESU per fidem in Sanguine ipſius propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentationem Dei ad oſtenſionem juſtitiæ ejus in hoc tempore demonſtrarunt, die videlicet Mercurii, penultimâ menſis Aprilis, anno inferiùs annotando.

Mutato ſiquidem ſuperiore vaſe cryſtallino ordinatum fuit, per fideles & devotos Burgimagiſtros, Scabinos, & Conſules, Villam Brugenſem tunc regentes, Vas aliud micans & clarum etiam cryſtallinum, auro puro circumligatum, lapidibus exornatum pretioſis.

In quo quidem Vaſe novo, die Inventionis S. Crucis, tertiâ videlicet Maii immediatè ſequenti, quâ die juxta morem, & ſolito ſolemnis fuit proceſſio, devotiſſimè celebrata, ipſum pretioſiſſimum Redemptoris Sanguinem in jam dicta phiala interiori reconditum, quæ per Nos ab extra mundata, appoſitâ circa os phialæ ſindone recentiori, nunquam tamen aperta, ſed continuè clauſa manſit: Aſtantibus Reverendis Patribus Simone Morinenſi, Bertoldo Lindinenſi Epiſcopis; & Gerardo Claræ vallis, Joanne de Dunis, Joanne de Thoſan Ordinis Ciſtertienſis Monaſteriorum Abbatibus; Sigero Præpoſito S. Donatiani Brugenſis; ac Nobili & potenti Viro Domino Guilielmo de Namurco Gubernatore Flandriæ; Burgimagiſtris, Scabinis, ac Conſulibus dictæ Villæ Brugenſis, Nobiliumque multitudine copioſâ: de dicto antiquiore Vaſe, ad ipſum novum, in ipſa phiala ſemper manentem tranſtulimus, licet immeriti, & recondimus; hominum ſexûs utriuſque multiplicatis & iteratis millibus, hoc ſumma cum veneratione cernentibus.

Quid igitur retribuendum Domino pro omnibus quæ retribuit Nobis? Altiſſimo rerum omnium conditori, qui omnipotentiam ſuam, parcendo maximè & miſerando manifeſtat, magnificè gratias agimus.

Et ut cuncti qui non abnuent, provocentur ad ſalutem, ipſius Redemptoris noſtri exemplo, qui omnes homines ſalvos fieri deſiderat, Sanctorumque Romanorum Pontificum inſequentes veſtigia, de theſauro miſericordiæ JESU CHRISTI Nobis in executione Pontificalis dignitatis credito, Auctoritate ordinariâ omnibus Chriſti-fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui cauſâ devotionis ad Eccleſiam & locum præfatos in Feſto Inventionis Sanctæ Crucis, vel infra quindenam, Feſtum ipſum immediatè ſequentem, Villam circumeundo, ac in die Veneris majoris hebdomadæ ad ipſam Eccleſiam acceſſerint, annuatim quadraginta dies; ſingulis verò aliis diebus Veneris Eccleſiam viſitantibus, viginti dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

In quorum omnium fidem & teſtimonium has præſentes Litteras, noſtro Sigillo, quo in dicto officio Theſaurariatûs ſolemus uti, ſigillatas conceſſimus.

Actum in prædicta Villa Brugenſi Tornacenſis Diœceſis, anno Domini M.CCC.LXXXVIII, die tertiâ menſis Maii ſupradicti, Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Urbani Papæ Sexti anno undecimo.

(1) GUILIELMUS ADMINISTRATOR ECCLESIÆ TORNACENSIS. Hunc Epiſcopum in Annalibus ſuis omittunt paſſim omnes, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam Epiſcopatûs Tornacenſis conſcripsère; à quibus circa hæc tempora tantùm nominantur Epiſcopi ſequentes.

PHILIPPUS DE ARBOSIO, Burgundio, ex Epiſcopo Noviomenſi Tornacenſis, qui obiit anno 1376.

PETRUS DE AUXEIO, S. T. Doctor, è Canonico Tornacenſi Epiſcopus ab anno 1378, uſque ad annum 1389, quo obiit.

LUDOVICUS DE LA TRIMOUILLE, Epiſcopus ab anno 1389. vel 1390, uſque ad obitum anno 1410.

Sed non mirum: ſuberat enim Tornacum Regi Galliæ, qui totis viribus tuebatur partes CLEMENTIS VII. Pontificis Avenione ſedentis, contra URBANUM VI. Papam, qui Romæ morabatur: dum Comes Flandriæ, Dux Brabantiæ, aliique Reges & Principes URBANO adhærebant, & in ditionibus ſibi ſubjectis, ſignanter in tota Brabantia, Gandavi, Brugis & alibi, obedientiam CLEMENTI præſtare renuebant.

Proinde anno 1377. poſt obitum Philippi de Arboſio, Urbanus VI. Papa Epiſcopatum ejus contulit PILEO DE PRATA, Archiepiſcopo Ravennatenſi, ſuo in Belgium Legato, quem etiam paulò poſt creavit S. R. E. Cardinalem. Extant eâ de re Litteræ Urbani VI. Pontificis ad eumdem Pileum, apud Baluzium in Vitis Paparum Avenionenſium Tom. 2. fol. 815. & 818. & Tom. 1. fol. 1360. Videtur autem Pileus renunciaſſe poſtmodum huic nominationi.

JOANNES VAN WEST, Tornacenſis Eccleſiæ Decanus, Urbani VI. Pontificis partes ſecutus, ab eodem Pontifice datus fuit Epiſcopus Gandavenſibus ac Brugenſibus (forte tantùm Titularis ſeu Suffraganeus) qui in illis partibus res ſacras perageret. Ita refert Meyerus in Annalibus Flandriæ ad annum 1380. Fuit proinde à Tornacenſi Capitulo dignitate ſuâ Decanali privatus. Obiit anno 1384. ſepultus in Eccleſia Abbatiali Monialium de Waeſmunſter juxta Teneramundam.

GUILIELMUS DE NORMANNIS, Romanus, ex Ordine S. Benedicti Monachus Sublacenſis, ab Urbano VI. Pontifice Epiſcopus Anconitanus & Theſaurarius Generalis conſtitutus anno 1386. paulò poſt miſſus eſt in Belgium Legatus ad Comitem Flandriæ, ibique titulum geſſit Adminiſtratoris Epiſcopatûs Tornacenſis; uti conſtat ex hoc Diplomate, item ex Chronico Belgico Ægidii de Roia. Anno 1405. ab Epiſcopatu Anconitano tranſiit ad Tudertinum, ubi è vivis exemptus eſt anno 1408.

CAPUT

CAPUT CXXXIII.

Clemens VII. *Anti-Papa Avenione ſedens, in favorem Decani & Canonicorum Tornacenſium ſibi adhærentium contra Urbanum* VI. *Pont. Romæ ſedentem, permittit anno* 1390, *ut abſentes percipiant fructus ſuorum Beneficiorum in Flandria aliiſque partibus, quæ Urbano* VI. *adhærebant.*

Ex Archivis MS Tornacen.

CLEMENS Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

SINCERÆ devotionis affectus, quem dilecti Filii Decanus & Capitulum Eccleſiæ Tornacenſis ad Nos & Romanam gerunt Eccleſiam, promeretur, ut eis illa quæ ſibi & Eccleſiæ prædictæ opportuna perſpicimus, favorabiliter concedamus.

Nos ergo volentes eoſdem Decanum & Capitulum præmiſſorum intuitu, nec non & conſideratione chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Regis Francorum Illuſtris, Nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, proſequi favorabiliter in hac parte, hujuſmodi dicti Regis ac eorumdem Decani & Capituli ſupplicationibus inclinati, præfatis Decano & Capitulo Authoritate præſentium indulgemus, ut ipſi Decanus & ſingulares ejuſdem Capituli, & alia beneficia in dicta Eccleſia obtinentes, ac etiam quæ habitum ipſius in ea deferre tenentur perſonæ, quamdiu in ipſa Eccleſia perſonaliter illos reſidere contigerit, fructus, reditus & proventus omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura, etiamſi Perſonatus vel officia fuerint, quæ in Tornacenſi Diœceſi obtinent & eos in futurum obtinere contigerit, cum ea integritate, quotidianis diſtributionibus Eccleſiarum in quibus illa forſan fuerint dumtaxat exceptis, percipere valeant, cum qua illos perciperent ſi in eiſdem Eccleſiis aut Beneficiis perſonaliter reſiderent; & ad reſidendum interim in eiſdem minimè tenerentur, nec ad id à quoquam inviti valeant coarctari; non obſtantibus ſi Decanus & Perſonæ prædicti primam in eiſdem non fecerint reſidentiam perſonaliter conſuetam, & felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, per quem conceſſiones hujuſmodi fieri ſine præfinitione temporis prohibentur, & aliis quibuſque Conſtitutionibus Apoſtolicis ac Provincialibus & Synodalibus Statutis & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus hujuſmodi Beneficia forſan fuerint, contrariis, juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quacumque firmitate aliâ roboratis; etiamſi Decanus & Perſonæ prædicti de illis ſervandis & non impetrandis Litteris Apoſtolicis contra ea, & ipſis Litteris non utendo, etiam ab alio vel aliis impetratis ſeu quoquo modo conceſſis, per ſe vel procuratores ſuos præſtiteriot hactenus, vel eos præſtare contigerit juramentum; ſeu ſi Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Tornacenſi & quibuſvis aliis à Sede Apoſtolica ſit conceſſum, vel inpoſterum contingat concedi, quod Canonicos & Perſonas Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis Tornacenſis etiam in Dignitatibus, Perſonatibus vel officiis conſtitutas per ſubſtractionem proventuum ſuorum Eccleſiaſticorum vel aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; aut ſi præfato Epiſcopo & dilectis Filiis Capituli dictarum Eccleſiarum à prædicta ſit Sede indultum vel in poſterum indulgeri contingat, quod Canonicis & Perſonis earumdem Eccleſiarum, etiam in Dignitatibus, Perſonatibus vel officiis conſtitutis non reſidentibus in eiſdem, vel qui ejuſmodi primam reſidentiam non fecerint perſonaliter, fructus, reditus & proventus Beneficiorum ſuorum dictarum Eccleſiarum miniſtrare minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet privilegiis, indolgentiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus & ſpecialibus, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis: proviſo quod Beneficia hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, & animarum Cura in eis quibus illa imminet nullatenus negligatur, ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de Beneficiorum ipſorum proventibus neceſſaria congruè miniſtrent, exerceantur & deſerviantur inibi laudabiliter in diurnis.

NULLI ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis &c.

DATUM Avignione II. Calend. Februarii Pontificatûs noſtri anno duodecimo.

CAPUT CXXXIII.

Sententia FLORENTII à WEVELINCHOVEN *Epiſcopi Ultrajectenſis lata anno* 1392. (*intervenientibus ſex aliis Epiſcopis*) *in quemdam Fratrem* Jacobum de Juliaco; *eò quod ſuppoſitis falſis Litteris Ordinationis Epiſcopalis aſſumptus in Suffraganeum Ultrajectenſem, integro decennio Sacramenta Ordinis & Confirmationis contuliſſet, aliaque munia Epiſcopalia obiiſſet.*

Ex Batavia ſacra.

IN Dei nomine Amen. FLORENTIUS DE WEVELINCHOVEN Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Trajectenſis, nec non eâdem gratiâ Fratres (1) Arnoldus Epiſcopus Capitoliadenſis, (2) Wenemarus Epiſcopus Symbolienſis, (3) Hubertus Epiſcopus Yppuſenſis, (4) Bertoldus Epiſcopus Lindenienſis, (5) Andreas Epiſcopus Myſcohienſis, & (6) Jacobus Epiſcopus Sareptenſis, Conjudices in negotio infraſcripto.

PRÆSIDENTE rationis imperio in animo judicantis, ſedet in examine veritatis pro Tribunali juſtitia, & quaſi Rex in ſolio, judicii rectitudo, de cujus ore procedit gladius bis acutus, cujus etiam aſpectu terribili propriæ voluntatis diſſipatur arbitrium, noxius appetitus abſque perſonarum delectu ſub juris regula limitatur. Hic enim fuit æterni prudentia Judicis, de cujus vultu recta judicia pendent, ut judices conſtituerentur in orbe, qui juſtitiam diligant, Filios hominum judicent, & pro modo culpæ feriant delinquentes.

SANE cunctis inauditam ſæculis ſcelerum immanitatem tuam, qui caput es ſcandali, & petra offenſionis, non ſine grandi cordis mœſtitia attendentes, & tuam infauſtiſſimam temeritatis audaciam, quæ nimirum cælum perturbat, & terram tremere facit, crebris ſuſpirioſiſque anguſtiis recenſentes, cogimur, ut contrà te ad debitam, quam meruiſti, animadverſionis vindictam, exigente juſtitiâ, procedamus.

CHRISTI igitur nomine invocato pro Tribunali, & Deum ſolum præ oculis habentes, communicato Nobis virorum prudentium & juriſperitorum conſilio plurimorum, quia Nobis per tuam confeſſionem & aliàs evidenter & legitimè conſtat, quod tu Literas Apoſtolicas falſaſti, & titulum Pontificalis apicis temerariè & fallaciter uſurpare, & tibi aſſcribere, & perquam plurimis hominibus Ordines minores & majores conferre, Chriſmata conficere, Eccleſias, Capellas, & Altaria conſecrare & reconciliare, in frontibus confirmare, cæteraque Pontifici duntaxat incumbentia exercere, ſub falſo & per te confictо Epiſcopali titulo in Trevirenſi, Moguntinenſi, Argentina, & Trajectenſi Diœceſibus, aliiſque locis per decem annorum curricula, & ultra, quumque Epiſcopus non eſſes, nec ſis de facto, in tuæ & multarum grave periculum animarum, totius Catholicæ & univerſalis Eccleſiæ contemptum frontosè & damnabiliter præſumpſiſti:

LICET etiam per diutina ſatis tempora Nos Florentius Epiſcopus Trajectenſis antè dictus tibi ſpatium pœnitendi in carceris noſtri cuſtodia, reſervato dudum piæ elementiæ motu, duxerimus indulgendum, quatenus etiam Altiſſimum, quem tam graviter tuis neſandis reatibus offendiſti, placare ſtuderes, & ipſius miſericordiam devotis crebriſque precibus lacrimoſis aſſequi poſſes, tu tamen neſciens ad cor reverti, & pœnitentiæ agere dignos fructus, quamvis diutius exſpectatos, indurato corde & obſtinato animo tempora pœnitudinis, tibi per Nos miſericorditer, ut antefertur, indulta (quod dolenter referimus) uſque in tempus præſens in tuæ ſalutis diſpendium parvi pendere nullatenus horruiſti.

IDCIRCO Nos Florentius, aliique Coëpiſcopi ſuperiùs nominati, propter & ad actum præſentem convocati ſpecialiter & præſentaliter congregati, ſecundùm ea quæ vidimus, audivimus, & cognovimus, cognoſcimus atque ſcimus, te ad eundem legitimè citatum ab omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus, & Officio Sacerdotali, tanquam Literarum Apoſtolicarum falſarium, Sacramentorum Eccleſiaſticorum abuſorem, & hoſtem, animarum fidelium vaſtatorem, ac Sacrorum Canonum tranſgreſſorem perpetuò degradamus, deponimus, & privamus, teque actualiter degradandum, & demum degradatum, Curiæ ſæculari relinquendum & legitimè citrà mortis periculum puniendum fore, in his ſcriptis finaliter condemnamus.

CAPUT

(1) ARNOLDUS, erat Suffraganeus Argentinenſis Epiſcopi

(2) WENEMARUS, ex Ordine FF. Minorum, Suffraganeus Monaſterienſis.

(3) HUBERTUS SCHENCK, ex Ordine FF. Prædicatorum, Suffraganeus Ultrajectenſis, obiit anno 1408.

(4) BERTOLDUS, erat Suffraganeus Epiſcopi Cameracenſis.

(5) ANDREAS, Suffraganeus Archiepiſcopi & Electoris Moguntini.

(6) JACOBUS, Suffraganeus Epiſcopi Tornacenſis.

CAPUT CXXXIV.

Maria Brabantica *Reinaldi III. Gelriæ Ducis Vidua, fundat Capitulum XII. Canonicorum Turnhauti in Campinia, anno* 1398.

Ex Hiſtoria Epiſc. Antverpienſis.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis, MARIA DE BRABANTIA Dei gratiâ Duciſſa Gelriæ, Comitiſſa Zutphaniæ, Franco Mariſcalci Perſona Perſonatûs, & Joannes Pauli, Rector Parochialis Eccleſiæ S. Petri in *Turnhout*, Cameracenſis Diœceſis, æternam in Domino ſalutem.

CUPIENTES ut dicta Eccleſia Parochialis, quæ infra dominium Patrimonii noſtræ Dominæ Mariæ ſituatur, in Collegium erigatur, ...

IN quorum omnium teſtimonium & munimen, Nos Domina Maria, Franco Perſona, & Joannes Pauli Rector antedicti, præſentes Litteras noſtrorum appenſione Sigillorum duximus roborandas.

DATUM & actum apud Caſtrum noſtræ Mariæ de Turnhout, anno à Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo, menſe Julio. 1398.

CAPUT CXXXV.

JOANNES DE BAVARIA, *Epiſcopus Leodienſis, & Adminiſtrator Epiſcopatûs Cameracenſis, anno* 1409. *Collegium Canonicorum ab Eccleſia S. Urſmari Lobiis transfert ad Eccleſiam B. Mariæ Oppidi Binchienſis in Hannonia, petente Fratre ſuo* GUILIELMO *Hannoniæ Hollandiæque Comite.*

Ex Hiſtoria Abbat. Lobienſis.

JOANNES DE BAVARIA, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Electus Leodienſis, Adminiſtrator Eccleſiæ Cameracenſis à Sancta Sede Apoſtolica deputatus, ad perpetuam rei memoriam, dilectiſſimis Nobis in Chriſto Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti Urſmari Lobienſis, Cameracenſis Diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam.

JUSTIS ſupplicum votis, quæ à rationis tramire non diſcedunt, ſed quibus Eccleſiaſticarum ſperatur tranquillitas Perſonarum, ac Religionis & divini cultûs augmentum, decet Nos meritò faciliorem præbere aſſenſum.

SANE Nobis nuper pro parte Illuſtris & Magnifici Principis Domini Guillelmi Ducis, Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, Germani noſtri cariſſimi expoſito: quod in dicta veſtra Eccleſia Sancti Urſmari Lobienſis erant decem & ſeptem Præbendæ, pro Canonicis ejuſdem veſtri Collegii, inter quos unus Decanus exiſtit, & tamen in ipſa Eccleſia pauci ex eis hactenus reſidere curarunt, maximè propter inconvenientiam dicti loci, in quo plerique reſidentes ibidem diverſas moleſtias paſſi ſunt, quas veriſimiliter alibi non paterentur, cum dictus locus de noſtra Patria Leodienſi exiſtens, in extremitate ipſius Patriæ ſituatus exiſtat ſub eadem Diœceſi Cameracenſi, quodque etiam bona ipſius Eccleſiæ veſtræ Lobienſis ad dotem & proprietatem ejuſdem ſpectantia, paucis exceptis in ipſa Cameracenſi Diœceſi, extra noſtram Patriam, & in Comitatu Hannonienſi ſituata exiſtant; quibus vos in alio loco reſidentiam faciendo, ad majus veſtrum commodum gaudere poſſetis, dictuſque locus noviſſimis temporibus guerrarum & incendiorum diſturbio penitus ſit deſolatus, & habitaculis vobis aptis totaliter viduatus.

ET ob hoc, per eundem Principem aſſerentem quod Oppidum de Binchio ejuſdem Cameracenſis Diœceſis dicto loco ſatis vicinum exiſtit, in quo Parochialis Eccleſia ipſius Oppidi etiam apta exiſtit pro Collegio veſtro, & Eccleſia veſtra Lobienſi, cum omni ejus dote, proprietate & perſonis, nec non Reliquiis, præſertim Sanctorum Corporibus majori devotione, dante Domino venerandis, & aliis inſigniis univerſis, quæ in præſentiarum tenetis & poſſidetis, ad ipſam Parochialem Eccleſiam transferendo, ubi plures ex vobis ad reſidentiam venire, & tam proprietas & facultas bonorum dicti veſtri Collegii, quam divinus cultus non modicum ex hoc augeri ſperantur; Nobis humiliter ſupplicato, quatenus de vobis, & veſtro Collegio, eandem, ad quam, ſicut aſſeritur, Venerabilis Abbas Monaſterii Lobienſis Ordinis Sancti Benedicti dictarum Præbendarum ordinarius Collator, ac vos & veſtrum Capitulum, necnon Rector dictæ Parochialis Eccleſiæ in Binchio parati eſtis dare conſenſum pariter & aſſenſum, Translationem facere dignaremur.

NOS cupientes in præmiſſis votis ejuſdem Principis ad protectionem & tuitionem favorabilem perſonarum & bonorum veſtrorum piè ſolliciti & intenti, ac ad hujuſmodi Tranſlationem ſingularem devotionem habentes, pro divini cultûs augmento, rationabiliter annuere & com-

complacere, dilectis Nobis in Chriſto Magiſtro Jacobo Stretlaer Advocato, & Joanni Scrinee Sententiario Curiæ noſtræ Leodienſis, de quorum ſagacitate & ioduſtria fuimus ſpecialiter confiſi, dedimus per noſtras Litteras in mandatis; quatenus ipſi de & ſuper præmiſſis Nobis expoſitis, ac ſingulis cauſis, tam utilitatis, quàm neceſſitatis, propter quas dictam Tranſlationem fieri expediret, ſe diligenter informarent ſummariè, & de plano, & hujuſmodi informationem Nobis, quàm citò poſſent, reportarent aut referrent, ut exinde poſſemus in præmiſſis facere quidquid expediens foret, & quod ad noſtrum pertinet officium Paſtorale.

Qui ſiquidem noſtri Commiſſarii poſtmodum de & ſuper præmiſſis informatione receptâ per depoſitiones aliquorum Teſtium ſuper hoc receptorum, juratorum, & examinatorum, Nobis tandem ea quæ ſuper præmiſſis inquiſiverunt fideliter retulerunt. Hinc eſt quod Nos pio zelo ducti, tam ad tranquillitatem hujuſmodi perſonarum veſtrarum, & veſtri Collegii, ac divini cultûs augmentum cordialiter aſpirantes, & ejuſdem Principis Germani noſtri cariſſimi pia vota ad fructum deſiderati effectûs perducere volentes, præhabitis ſuper his deliberatione providâ, & conſilio maturo, dictam Tranſlationem decrevimus faciendam, Voſque Decanum & Capitulum, & veſtrum Collegium prædictum, cum ſingulis Vicariis etiam ad Altaria beneficiatis in Eccleſia Sancti Urſmari, ac etiam omni dote & proprietate, fructibuſque, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis ad Vos, & ipſum Collegium veſtrum, atque Vicarios, & Altaria prædicta ſpectantibus, & ſpectare debitis, etiam cum Sanctorum Corporibus & aliis Sacris Reliquiis, dante Domino, majori devotione venerandis, cæteriſque bonis rebus, franciſiis & libertatibus, quæ impræſentiarum tenetis & poſſidetis, de ipſa Eccleſia Sancti Urſmari Lobienſis (in qua Curam Parochialem, ſicut antiquitus conſuetum fuit, remanere volumus, cum Sacerdote Curato ejuſdem) ad Parochialem Eccleſiam Oppidi de Binchio ejuſdem Cameracenſis Diœceſis transferimus per præſentes; dictum veſtrum Collegium, de cætero, in ipſa Parochiali Eccleſia de Binchio, quam in Collegiatam erigimus, tueri ſtatuentes, & tam Vicariis, quàm Altaribus hujuſmodi per Vicarios & Altariſtas Rectores eorumdem in dicta Eccleſia de Binchio deſerviri volumus, in Altaribus aliis conſtructis in eadem, & aliàs prout veſtra provida circumſpectio de locis hujuſmodi deſervituris, duxerit ordinandum; jure collationis ipſarum Præbendarum dicto Domino Abbati, & ſuis Succeſſoribus, ac etiam jure Parochialis Curæ ejuſdem Eccleſiæ Oppidi prædicti in Collegiatam erectæ Sacerdoti ibidem Curato, & ſuis ſucceſſoribus ſemper ſalvis.

In quorum Teſtimonium præſentes Litteras fieri, & Sigilli noſtri fecimus appenſione muniri.

Datum anno à Nativitate Domini M.CCCC.IX. 1409.
menſis Martii die XIX.

CAPUT CXXXVI.

Joannes XXIII. *Pontifex, prædictam tranſlationem Capituli & Reliquiarum ad Oppidum Binchienſe, confirmat anno* 1410.

Ex eodem Libro.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti Urſmari Villæ de Binchio, Cameracenſis Diœceſis, ac univerſis & ſingulis utriuſque ſexûs tam Laïcalibus quàm Eccleſiaſticis Perſonis, Sæcularibus & Regularibus in eadem Villa impræſentiarum commorantibus, & in futurum pro tempore moraturis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Divina diſponente clementiâ, cujus inſcrutabili providentiâ ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in Apoſtolicæ Sedis ſpecula, licet immeriti, conſtituti, ad ea libenter aciem noſtræ conſideratinnis extendimus, quæ divini cultûs augmentum, & debitam venerationem Sanctorum reſpicere dignoſcuntur.

Hodie ſiquidem pro parte dilecti Filii Nobilis Viri Guillelmi Comitis Hannoniæ, atque veſtra, Filii Decane & Capitulum, Nobis expoſito: quod olim Eccleſia Sancti Urſmari de Binchio Cameracenſis Diœceſis, quæ in campeſtri loco, ac Villa Lubienſi dictæ Diœceſis conſiſtebat; eoquod Villa ipſa ejuſque domus & habitationes, propter ſæviſſimas guerras, quæ in partibus illis tunc viguerant, combuſtæ fuerant, & ex certis aliis legitimis cauſis, tunc expreſſis, de dicto loco ad Villam de Binchio prædictæ Diœceſis bene munitam, de conſenſu omnium quorum intererat, Auctoritate ordinariâ tranſlata fuerat, ac Nobis ſupplicato: ut hujuſmodi Tranſlationi robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere dignaremur:

Nos Tranſlationem ipſam, ac omnia inde ſecuta Authoritate Apoſtolicâ, per noſtras Litteras confirmavimus, prout in iiſdem Litteris pleniùs continetur.

Cum autem, ſicut petitio ejuſdem Comitis, atque veſtra Filii Decane & Capitulum exhibita Nobis etiam ſubjungebat, tempore Tranſlationis prædictæ quædam, videlicet prædicti Sancti Urſmari & Sancti Ermini Confeſſorum & Pootificum, Reliquiæ in dicta Eccleſia Villæ Lobienſis olim reconditæ, ad eandem Eccleſiam Villæ de Binchio tranſlatæ fueriot, ibique venerabiliter conſerventur; pro parte præfati Comitis, atque veſtra Filii Decane & Capitulum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum: ut ad laudem

&

& gloriam præfatorum Sanctorum, diem Tranſlationis Reliquiarum hujuſmodi in dicta Villa de Binchio celebrari mandare dignaremur.

Nos igitur attendentes, pro ſummæ devotionis ſtudio à Chriſti Fidelibus, quod eos in terris convenit venerari, quos Omnipotens Dominus perpetuæ coronâ gloriæ in cælo magnificare dignatur; & quo ſolennius fideles ipſi Sanctorum colunt memoriam, eò digniùs eorum patrocinium promerentur; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, univerſitatem veſtram hortamur in Domino, per Apoſtolica vobis Scripta mandantes: quatenus diem Tranſlationis Sanctarum Reliquiarum hujuſmodi perpetuis futuris temporibus, congruâ veneratione ſolemniter celebretis; ut pio interventu ipſorum Sanctorum hìc ab imminentibus periculis poſſitis erui, & in futurum ſalutis præmia conſequi ſempiterna.

Volumus etiam quod quotieſcunque die Dominicâ Feſtum Tranſlationis hujuſmodi celebrari contigerit, eâdem alioquin die Dominicâ diem Feſtum immediate ſequente ob reverentiam prædictorum Sanctorum ſolennis proceſſio fiat apud Eccleſiam de Binchio ſupradictam.

Datum Bononiæ, ſecundo Nonas Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT CXXXVIII.

Martinus V. *Pontifex Menſæ Capitulari Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ ad Aulam Comitis Valencenis, unit Parochialem Eccleſiam S. Gaugerici ibidem, anno* 1419.

Ex MS. Archivis iſtius Capituli.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Decano Eccleſiæ Cameracenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dispositione Divinâ gregì Dominico licet immeriti præſidentes votis gerimus, ut tenemur, quod per ſolertia noſtræ circumſpectionis auſpicia Divinus cultus decoretur ubique, nec non Eccleſiæ, illarumque Perſonæ, quibus congruæ facultates non reſpondent, prout earum ſingulis expedire conſpicimus, ſuper ſuis ingruentibus relevandis incommodis proviſionis accommodæ ſuſcipiant incrementa.

Sane pro parte dilectorum Filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ B. Mariæ ad Aulam Comitis Oppidi Valencenenſis, Cameracenſis Diœceſis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod fructus, redditus & proventus Menſæ Capitularis Eccleſiæ prædictæ, cujus dilectus Filius Nobilis Vir Joannes Dux Brabantiæ ratione ſui Comitatûs Hannoniæ Patronus exiſtit, adeo tenues ſunt & exiles, quod ſingulis ratione Menſæ ejuſdem, imminentibus pro tempore detractis oneribus, cujuſlibet ipſius Eccleſiæ Canonicalis Præbendæ, quatum decem & ſeptem ſunt numero, fructus, redditus, & proventus etiam cum quotidianis diſtributionibus illas obtinentibus & in dicta Eccleſia intereſſentibus, pro tempore obvenire ſolitis, ultra triginta quinque libras turoneñs. parvorum ſecundùm communem æſtimationem non valeant annuatim: de quibus Decanus ipſe ac ſingulæ ex hujuſmodi Capitulo Perſonæ dictas Præbendas obtinentes, prout eos contingunt, pro tempore ſuſtentari, eiſque incumbentia onera ſupportare nequeunt condecenter. Et ſua eadem petitio ſubjungebat, ſi Parochialis Eccleſia S. Gaugerici dicti Oppidi, cujus ejus vacationis tempore, collatio & proviſio ad dictos Decanum & Capitulum de antiqua & approbata ac hactenus pacificè obſervata conſuetudine pertinere noſcuntur, eidem Menſæ perpetuò incorporaretur pariter & uniretur, id etiam cum ejuſdem in dicta Eccleſia B. Mariæ cultûs incremento præfatis Decano & Capitulo cederet multipliceter profuturum.

Quare pro parte Ducis & Decani & Capituli præfatorum, aſſerentium quod Parochialis Eccleſiæ centum & ſexaginta, nec non Menſæ hujuſmodi mille librarum turonen. ſimilium fructus, redditus & proventus ſecundùm æſtimationem prædictam valorem annuum non excedunt, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut ſuper his dictis Decano, Capitulo & Menſæ opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus evocatis qui fuerint evocandi, ſi ita eſſe inveneris, Parochialem Eccleſiam præfatam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Menſæ Auctoritate Apoſtolicâ in perpetuum incorpores, unias, & annectas; ita quod cedente vel decedente Rectore dictæ Parochialis Eccleſiæ qui nunc eſt, vel illam aliàs quomodolibet dimittente, liceat Decano & Capitulo præfatis per ſe vel alium ſeu alios corporalem Parochialis Eccleſiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propriâ liberè apprehendere; nec non hujuſmodi illius fructus, redditus & proventus in ſuos ac dictarum Menſæ & Parochialis Eccleſiæ uſus perpetuò convertere pariter & retinere, Diœceſani loci & alterius cujuſcumque ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ: reſervatâ tamen ſuper hujuſmodi fructibus, redditibus & proventibus ipſius Parochialis Eccleſiæ pro perpetuo Vicario in illa pro tempore inſtituendo portione congruâ, de qua idem Vicarius poſſit commudè

modè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, aliaque ſibi incumbentia onera ſupportare; non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Statutis & conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ B. Mariæ, juramento, Confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis aliâ firmitate roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum.

Quas quidem Litteras & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcumque inde ſecuta, ad Parochialem Eccleſiam dictam volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Beneficiorum præjudicium generari; & quibuſlibet Privilegiis, Indulgentiis ac Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Florentiæ XII. Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CXXXIX.

Idem Martinus V. Pontifex anno 1419. dat Privilegium Epiſcopo Tornacenſi, quo Capella S. Vincentii, olim per Stephanum Epiſcopum fundata in Aula Epiſcopali (Tabulis ſupra cap. 75. editis) cadere non poſſit ſub gratia expectativa.

Ex MS. Archivis Tornac.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Humilibus ſupplicum votis, per quæ præſertim nedum paci Perſonarum conſulitur, ſed etiam Beneficiorum Eccleſiaſticorum procuratur utilitas, rationabiliter inclinari Nos convenit, eaque proſequi proviſionis operâ congruente.

Sane pro parte Venerabilis Fratris noſtri Johannis Epiſcopi Tornacenſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Rector Capellæ Domûs ſuæ Epiſcopalis Tornacenſis pro tempore exiſtens ex ſpeciali quadam ordinatione in ipſius Capellæ fundatione adjecta victum cotidianum de Domo prædicta percipiat, & propterea quodammodo ipſius Epiſcopi familiaris videatur exiſtere, eique ſingulis diebus Miſſam in dicta Capella celebrare, & aliàs pro animabus Tornacenſium Epiſcoporum & aliorum fidelium defunctorum orare, nec non pro vivente Epiſcopo Tornacenſi propriam in hujuſmodi Miſſa collectam recitare teneatur; tamen frequenter evenit, quod nonnulli, autoritate Litterarum Sedis Apoſtolicæ Beneficia Eccleſiaſtica expectantes, eidem Epiſcopo penitus ignoti dictam Capellam cum vacat ſub obtentu Litterarum Apoſtolicarum acceptant, & de illa ſibi faciunt provideri, eamque acceptationum & proviſionum hujuſmodi prætextu ſibi vendicare nituntur; unde plerumque inter Epiſcopum & expectantes hujuſmodi gravia diſſenſiones & jurgia exorta, dictaque Capella nonnumquam debitis obſequiis non mediocriter defraudata fuerit.

Quare pro parte dicti Johannis Epiſcopi fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ſibi & ſuis Succeſſoribus expediat in eorum Domo Epiſcopali fidas ac notas haberi Perſonas, providere ſibi & Succeſſoribus ſuis ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur cupientes diſſenſionibus & jurgiis hujuſmodi remediis opportunis occurrere, ac Johannem Epiſcopum & eoſdem Succeſſores ſuos favorabiliter proſequi volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Autoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus atque decernimus, quod aliquæ dictæ Sedis vel Legatorum ejus expectativæ Litteræ per quaſcunque Perſonas ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis conferendis eiſdem ad ipſius Epiſcopi collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus, ſub quavis forma vel conceptione verborum hactenus impetratæ vel impoſterum impetrandæ, ad dictam Capellam nullatenus ſe extendant; nec per ipſas Litteras ſeu earum vigore de eadem Capella qualitercunque vacante poſſit alicui (niſi forſitan ipſa Capella tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio ad Sedem prædictam juxta Lateranenſis Statuta Concilii legitimè devoluta exiſtat) quomodolibet provideri; ipſeque Johannes Epiſcopus, ſeu ejus Succeſſores præfati, aliquem ad dictam Capellam recipere minimè teneatur, nec ad id à quoquam quomodolibet valeat coarctari. Nos enim proceſſus & ſententias, quos ſeu quas propterea in contrarium haberi ſive promulgari contigerit, irritos decernimus exiſtere pariter & inanes, nec non etiam ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quâvis Autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Nulli ergo hominum liceat hanc Paginam noſtrorum Statuti, Ordinationis, voluntatis & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ III. Idus Julii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT

CAPUT CXL.

PHILIPPUS BONUS Burgundiæ ac Brabantiæ Dux, Præpoſito Montis Frigidi Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini cedit jus Patronatûs in quaſdam Eccleſias Ducatûs Limburgenſis anno 1460.

Ex MS. Archivis Capit. Anderlecht.

PHILIPPUS Dei gratiâ Dux Borgundiæ, Lotharingiæ, &c. DUCALIS noſtræ celſitudinis magnificentia mentem noſtram excitat & inducit, ut ad ea, per quæ Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumque Perſonarum quarumlibet, præſertim titulo Dignitatis præditarum, nobis ſubjectarum (ne cum omnis temporalium rerum tenuitas urgeat, earum vileſceret decentia ſtatûs) opportunitatibus & commodis conſulitur, ac eorum honor ac decentiâ procurantur, operoſis ſtudiis & remediis, non immeritò noſtræ ſollicitudinis partes impendamus.

SANE per Nos intellecto, quod Præpoſiturâ Monaſterii Sancti Jacobi in Frigido Monte in Oppido noſtro Bruxellenſi Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Cameracenſis Diœceſis per Præpoſitum ſoliti gubernari, noſtro Ducali Palatio vicina & contigua, quæ Dignitas magni nominis & principalis inibi adeò tenuis & exigua exiſtit, quod ipſius Monaſterii Præpoſitus, qui prout veridicâ relatione percepimus, vix duodecim coronas aureas, ultra communem diſtributionem aliis ipſius Monaſterii Religioſis annis ſingulis dari ſolitam, percipit;

QUONQUE præterea, ſi aliunde ſibi non foret aut eſſet proviſum, onera incumbentia ſupportare, ac ipſam Præpoſituram regere, illique præeſſe, nec ſtatum ſuum ſecundùm ipſius decentiam ducere minimè valeret, ut deberet, in ipſius Monaſterii vilipendium & dicti Præpoſiti pro tempore ſcandalum non modicum & contemptum.

CUM autem, ſicut Nobis Venerabilis Religioſus Vir Dominus Ægidius Strael, dicti Monaſterii modernus Præpoſirus ſuâ petitione monſtravit, ſi Menſæ dictæ ſuæ Præpoſituræ, S. Petri in Gallopia, & Sanctorum Petri & Pauli in Tennen, regione Brabantiæ, & de Cſarrat in Gallica Patria, Parochiales Eccleſiæ Provinciæ Limburgicæ, nec non Sancti Pancratii de *Serle* Perſonatus, cum ſuis appendiciis Terræ *Valkenborgh*, Ducatuum & Dominiorum noſtrorum, ad Nos pleno Jure Patronatûs ſpectantes & pertinentes, perpetuò incorporarentur & unirentur & adnecterentur, ipſe Præpoſitus pro tempore exiſtens, incumbentia ſibi onera ſupportare ſtatumque ſuum decentiùs, & eo meliùs ducere poſſet & valeret, cultuſque etiam Divinus in dicta Eccleſia ſive Monaſterio peramplum ſuſcipere poſſet augmentum.

QUARE pro parte dicti Domini Ægidii Præpoſiti Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictas Parochiales Eccleſias & Perſonatum, quamprimum eum vel eas, aut earum alterutrum conjunctim aut diviſim vacare per ceſſus vel deceſſus, aut ceſſum vel deceſſum, vel aliàs quomodocumque vel qualitercumque vacare contigerit; cum plenitudine Juris Canonici, & omnibus juribus & pertinentiis ſuis dictæ Menſæ Præpoſituræ in perpetuum unire, adnectere & incorporare de benignitate noſtra dignaremur.

Nos igitur, prælibati Domini Ægidii Strael Præpoſiti moderni, qui prout intelligimus de Nobili genere procreatus, & Conſiliarius noſter Juratus exiſtit, precibus favorabiliter annuentes ad honorem Dei, ejuſque Genitricis Mariæ, vivificæ Sanctæ Crucis, ad quam in dictó Monaſterio populus ſingularem gerit devotionem, Beatique Jacobi Majoris Apoſtoli & Patroni dicti Monaſterii, totiuſque Cœleſtis Hierarchiæ, Divinique cultûs augmentum, proque noſtræ chariſſimæ Duciſſæ dilectiſſimique Filii noſtri Caroli de Borgundia Comitis de *Charlois*, noſtrorumque Prædeceſſorum, Heredum & Succeſſorum, animarum remedio & ſalute;

DICTAS tres videlicet de *Gallopia*, de *Tennen* & de *Cſarat* Parochiales Eccleſias, ac Perſonatum de *Serle* cum pertinentiis ſuis, & quamlibet earum conjunctim ac diviſim, ad Nos pleno Jure Patronatûs, ut præmittitur, ſpectantes & pertinentes, ac ſpectantem & pertinentem, cujuſcumque annui valoris exiſtant, aut quævis earum exiſtat, vacantes vel in poſterum vacaturas, aut aliquam earum vacantem aut vacaturam, aut dum vacare contigerit, ex noſtra pura & mera liberalitate cum omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis, Menſæ Præpoſituræ dicti noſtri Monaſterii de Frigido Monte, pro ſupportatione onerum & decentia ſtatûs ipſius Monaſterii pro tempore Præpoſiti, Divinique cultûs augmento, pro Nobis, Heredibus & Succeſſoribus noſtris Ducibus & Dominis dictorum Brabantiæ & Limburgiæ Ducatuum & Dominii de *Valkenborg*, in perpetuum incorporamus & adnectimus & unimus.

ET ex nunc prout ex tunc, & pro tunc prout ex nunc, moderno & pro tempore dicti Monaſterii Præpoſito de dictis Parochialibus Eccleſiis, & earum qualibet, ac de Perſonatu cum ſuis appendentiis, tam conjunctim quam diviſim, providemus, ipſumque Dominum modernum & pro tempore Præpoſitum inveſtimus, præſentium per tenorem; ita & taliter quod cedentibus vel decedentibus dictarum Parochialium Eccleſiarum & Perſonatûs, ac ipſarum appenditiarum Rectoribus, aut earum altero ceden-

Digitized by Google

te vel decedente, ipſaſque Eccleſias Parochiales & Perſonatum & appenditias ejuſdem, aut aliquam ipſarum dimittentibus vel dimittente, tam conjunctim quam diviſim lubeat & liceat, aut lubebit & licebit præfato moderno, aut pro tempore prædicti Monaſterii Præpoſito, per ſe vel Procuratorem ſeu Procuratores ſuos, idoneum vel idoneos, corporalem, realem & actualem poſſeſſionem ipſarum Parochialium Eccleſiarum ac & Perſonatûs de *Serle* & ejuſdem appenditiarum, juriumque & pertinentiarum earumdem propriâ auctoritate liberè & impunè, hujuſmodi noſtrarum Litterarum vigore & prætextu, apprehendere, & perpetuò habere, regere, & poſſidere, tenere & retinere; ac hujuſmodi illarumque & quarumlibet earumdem Parochialium Eccleſiarum & Perſonatûs de *Serle* cum ſuis appenditiis, fructus, reditus & proventus in ſuos & dictæ Menſæ ſuæ Præpoſituræ uſus & utilitatem commodumque, Noſtri, Succeſſorumque noſtrorum, & Hæredum prædictorum ſuper hoc licentiâ minimè requiſitâ, aut abſque alterius expectatione ulterioris mandati à Nobis vel Succeſſoribus & Heredibus noſtris deſuper habendi vel obtinendi.

Volumus autem quod in ſingulis Parochialibus, Perſonatu & appenditiis prædictis, & qualibet earumdem per prædictum pro tempore Præpoſitum aliquis ſui Ordinis inſtituatur Vicarius perpetuus. Et cuilibet eorumdem perpetuorum Vicariorum ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus ipſarum Parochialium Eccleſiarum, ac & Perſonatûs de *Serle*, congrua portio reſervetur; ex quibus ipſe Vicarius vivere & ſe commodè ſuſtentare, corporalia jura ſolvere, & alia incumbentia onera valeat congruè ſupportare; proviſo ac attento, quod divinus cultus in ipſis Parochialibus Eccleſiis, vel earum aliqua, vel Perſonatu de *Serle*, cum ipſis appenditiis non diminuatur aut ſupprimatur: ſed inibi bene & laudabiliter conſervetur & continuetur.

Quo-circa præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis, etiam viris Eccleſiaſticis, quâcumque auctoritate fulgentibus, nec non Officiariis & aliis ſubditis noſtris Brabantiæ, Limborgiæ & Valkenbourg, & aliis quibuſcumque quorum intereſt, aut intereſſe poterit in futurum, quatenus prælibatum Præpoſitum, aut ipſius legitimum Procuratorem, cum & quoties vigore præſentium deſuper requiſiti fuerint, aut alter eorum fuerit requiſitus, ad dictarum Parochialium Eccleſiarum & quarumlibet earumdem, & Perſonatûs de *Serle* cum ipſorum appenditiis, dum eas aut aliquam earumdem ſimul vel ſucceſſivè vacare contigerit, ut præfertur, hujuſmodi noſtrarum Litterarum vigore, abſque alicujus ulterioris expectatione mandati, indilatè, & ſine quacumque contradictione, in corporalem, realem, actualem poſſeſſionem inducant, & inductum defendant & manuteneant, ipſque, vel dicto ejus legitimo Procuratori de ipſarum Eccleſiarum, & cujuſlibet earumdem, ac & Perſonatûs de *Serle* cum ejus appenditiis, fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis plenariè & integrè faciant reſpondere: ac quilibet eorum inducat, inductum defendat, manuteneat, & quantum in eis ac eorum altero eſt, aut erit, reſpondere faciat temporibus congruis & opportunis.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Datum in dicta Urbe Bruxellenſi, menſis Martii die ultimâ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo. 1460.

CAPUT CXLI.

Paulus II. *Pontifex Parochialem Eccleſiam S. Gaugerici Valencenis unit Capitulo B. M. ad Aulam Comitis (nunc in dicta Eccleſia S. Gaugerici reſidenti) anno 1467. cum jure conſtituendi Vicarium amovibilem.*

Ex MS. Archivis Capituli.

Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Decano Eccleſiæ B. Mariæ Condatenſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Romanum decet Pontificem votis illis gratum præſtare aſſenſum, per quæ Eccleſiaſticarum perſonarum commoditatibus valeat ſalubriter provideri. Dudum ſiquidem felicis recordationis *Martino Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum Filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ B. Mariæ ad Aulam Comitis Oppidi Valencenenſis, Cameracenſis Diœceſis, expoſito, quod fructus, redditus & proventus Menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ, cujus Dux Brabantiæ ratione Comitatûs Hannoniæ Patronus exiſtebat, adeo tenues erant & exiles, quod ſingulis ratione Menſæ ejuſdem imminentibus pro tempore detractis oneribus cujuſlibet ipſius Eccleſiæ Canonicalis Præbendæ, quæ decem & ſeptem numero exiſtebant, fructus, redditus & proventus, etiam cum quotidianis diſtributionibus illas obtinentibus & in dicta Eccleſia Divinis intereſſentibus, pro tempore obvenire ſolitis, ultrà triginta quinque libras turon. parvorum, ſecundùm communem æſtimationem non valebant annuatim; de quibus Decanus ipſe ac ſingulares ex hujuſmodi Capitulo Perſonæ dictas Præbendas obtinentes, prout eos contingebant pro tempore, ſuſtentari, eiſque incumbentia onera ſupportare nequibant condecenter.

* Vide ſupra pag. 1035.

Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ſi Parochialis Eccleſia S. Gaugerici dicti Oppidi, cujus collatio & proviſio ad dictos Decanum &

& Capitulum de antiqua & approbata ac hactenus pacificè obſervata conſuetudine pertinere dignoſcebantur, eidem Menſæ perpetuò incorporaretur pariter & uniretur, ad id etiam cum incremento Divini cultûs in dictâ Eccleſia B. Mariæ præfatis Decano & Capitulo cederet multipliciter profuturum. Præfatus Martinus Prædeceſſor, ipſorum Decani & Capituli aſſerentium quod Parochialis Eccleſiæ centum & ſexaginta, ac Menſæ hujuſmodi mille librarum ſimilium, ſecundùm æſtimationem prædictam, valorem annuum, fructus, redditus & proventus non excedebant; in ea parte ſupplicationibus inclinatus, dilecto Filio Decano Eccleſiæ Cameracenſis, ejus proprio nomine non expreſſo, per ſuas Litteras dedit in mandatis, ut ſi, vocatis qui fuiſſent evocandi, ita eſſe inveniret, Parochialem Eccleſiam præfatam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Menſæ Auctoritate Apoſtolicâ in perpetuum incorporaret, annecteret & uniret; ita quod cedente vel decedente Rectore dictæ Parochialis Eccleſiæ qui tunc erat, vel illam quomodolibet dimittente, liceret Decano & Capitulo præfatis per ſe vel alium ſeu alios corporalem Parochialis Eccleſiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propriâ liberè apprehendere, illiuſque fructus, redditus & proventus hujuſmodi in ſuos ac dictarum Menſæ ac Parochialis Eccleſiæ uſus perpetuò convertere pariter & retinere; reſervatâ tamen ſuper hujuſmodi fructibus, redditibus & proventibus ipſius Parochialis Eccleſiæ pro perpetuo Vicario in illa pro tempore inſtituendo portione congruâ; de qua idem Vicarius poſſit commodè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, aliaque ſibi incumbentia onera ſupportare, prout in iiſdem Litteris pleniùs continetur.

Et deinde, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dictorum Decani & Capituli petitio continebat, quondam Joannes tunc Decanus ipſius Eccleſiæ Cameracenſis in humanis agens, ad ipſarum Litterarum executionem procedens, illarum formâ ſervatâ Parochialem Eccleſiam prædictam eidem Menſæ, reſervatâ medietate omnium & ſingulorum fructuum, proventuum, & emolumentorum in dicta Parochiali Eccleſia provenientium pro ipſius Vicarii ſuſtentatione & jurium Epiſcopalium ac aliorum onerum ſupportatione perpetuò univit, annexuit, & incorporavit. Poſtmodum verò ſuccedente tempore, cum unio, annexio & incorporatio hujuſmodi ſortitæ fuiſſent effectum, ortâ inter ipſos Decanum & Capitulum ac perpetuum Vicarium dictæ Parochialis Eccleſiæ tunc exiſtentem ſuper hujuſmodi portione & illius occaſione materiâ quæſtionis, tandem poſt multos ſumptus & labores, partes ipſæ certum inter ſe ſuper hujuſmodi portione tractatum fecerunt, qui poſtea per bonæ memoriæ Nicolaum titulo Sanctæ Crucis in Hyeruſalem Presbyterum Cardinalem, tunc in partibus Franciæ Sedis Apoſtolicæ Legatum, & deinde per ſanctæ memoriæ Eugenium Papam quartum etiam Prædeceſſorem noſtrum extitit confirmatus.

Cum autem eadem petitio ſubjungebat, ſi Vicarius ipſe ad nutum Decani & Capituli prædictorum revocabilis foret, profectò quæſtionis materia ne amplius oriretur omnino ſublata eſſet: quare pro parte dictorum Decani & Capituli aſſerentium quod ipſi ab antiquo tres partes oblationum & minutarum decimarum in dicta Parochiali Eccleſia & metis ejus provenientium Jure Patronatûs percipere conſueverunt, aliâ quartâ parte Rectori ſeu Vicario ejuſdem reſervatâ, & quod ipſa Parochialis Eccleſia monocularis eorumdem Decani & Capituli fore cenſetur; nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis quod cedente vel decedente moderno Vicario dictæ Parochialis Eccleſiæ, poſſint illam per Vicarium amovibilem de gremio ipſius Eccleſiæ B. Mariæ, vel aliunde per eos eligendum, facere gubernari, aliis oneribus dictæ Parochiali Eccleſiæ ſeu illius Rectori pro tempore Incumbentibus Decano & Capitulo hujuſmodi reſervatis, concedere aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: .

Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus vocatis Vicario prædicto & aliis qui fuerint evocandi, de præmiſſis Nobis expoſitis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtrâ te diligenter informes; & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris, Decano & Capitulo prædictis, quod cedente vel decedente moderno dictæ Parochialis Eccleſiæ Vicario, vel illam aliàs quomodolibet dimittente, liceat eis dictæ Eccleſiæ Parochiali per Presbyterum idoneum ad hoc de gremio dictæ Eccleſiæ B. Mariæ vel aliunde aſſumendum, & pro eorum nutu removendum deſerviri facere; ita tamen quod ipſi Decanus & Capitulum eidem Vicario de fructibus Parochialis Eccleſiæ hujuſmodi ad vitæ ſubſidium neceſſaria miniſtrare debeant & teneantur, ſingulis aliis oneribus pro tempore incumbentibus eiſdem Decano & Capitulo reſervatis, concedere auctoritate noſtrâ procures; non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrariis quibuſcumque: proviſo, quod dicta Parochialis Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum Cura in ea nullatenus negligatur, ſed illius congruè ſupportentur onera conſueta.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadrin- 1467.
genteſimo ſexageſimo ſeptimo, decimo nono Kal. Febr. Pontificatûs noſtri anno quarto.

Balduinus, cognomento Magnanimus, Hannoniæ Comes anno 1192. in Aula ſua Valencenis inſtituere cœperat Collegium quinque Canonicorum (juxta Tabulas ſupra relatas pag. 980.) ſed morte præventus pium hoc propoſitum perficere haud potuerat.

Filius ejus Balduinus, Comes Hannoniæ & dein Conſtantinopolitanus Imperator, fundationem auxit: & deinceps fuerunt Præbendæ ſeptemdecim cum Decanatu.

Anno 1269. Canonici ex Capella Aulæ Comitis ad Parochialem Eccleſiam S. Gangerici migrârunt, cujus Pa-

tronatum à Priore & Monachis S. Salvii obtinuerant; eandemque Eccleſiam Menſæ ſuæ Capitulari uniri petierunt anno 1467. hoc Diplomate. item ſupra pag. 1035. Ex qua unione magna dein exorta fuerunt litigia.

Anno 1428. ad antiquam ſuam Cappellam regreſſi ſunt: ſed rurſus ab anno 1649. peragunt officia ſua in dicta Eccleſia S. Gangerici.

CAPUT CXLII.

Alia Bulla ejuſdem PAULI II. *Pontificis data anno* 1470. *ejuſdem argumenti ut præcedens.*

Ex iiſdem Archivis MS.

PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Decano & Capitulo Eccleſiæ Beatæ Mariæ ad Aulam Comitis Vallencenenſis, Cameracenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

EXIGIT veſtræ devotionis & ſinceritatis affectus, quo erga Deum & Romanam Eccleſiam ſplendere dignoſcimini, ut petitionibus veſtris, illis præſertim per quæ veſtris & Eccleſiæ veſtræ Beatæ Mariæ ad Aulam Comitis Valencenenſis, Cameracenſis Diœceſis, neceſſitatibus providetur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

DUDUM ſiquidem felicis recordationis Martino Papæ V. Prædeceſſori noſtro pro parte veſtra expoſito, quod fructus, redditus & proventus Menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ veſtræ adeò tenues erant & exiles, quod ſingulis ratione Menſæ ejuſdem, imminentibus pro tempore detractis oneribus, cujuſlibet Eccleſiæ ipſius Canonicalis Præbendæ, quæ decem & ſeptem numero exiſtebant, fructus, redditus & proveotus, etiam cum quotidianis diſtributionibus, illas obtinentibus & in dictâ Eccleſiâ divinis intereſſentibus pro tempore obvenire ſolitis, ultra triginta quinque libras Turonen. parvorum ſecundùm communem æſtimationem non valerent annuatim; de quibus Decanus ipſe ac ſingulares ex hujuſmodi Capitulo perſonæ dictas Præbendas obtinentes, prout contingebat eos pro tempore, ſuſtentari, eiſque incumbentia onera ſupportare nequibant condecenter; quodque ſi Parochialis Eccleſia Sancti Gaugerici etiam Valencenenſis, cujus collatio & proviſio ad Vos de antiqua & approbata ac hactenus pacificè obſervata conſuetudine pertinere dignoſcebantur, eidem Menſæ perpetuò incorporaretur, id etiam cum incremento divini cultûs cederet multipliciter profuturum. Præfatus Martinus Prædeceſſor veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinatus, dilecto Filio Decano Eccleſiæ Cameracenſis, ejus proprio nomine non expreſſo, per ſuas Litteras dedit in mandatis, ut ſi vocatis qui forent evocandi ita eſſe inveniret, Parochialem Eccleſiam præfatam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Menſæ Auctoritate Apoſtolicâ in perpetuum incorporaret, annecteret & uniret; ita quod cedente vel decedente Rectore dictæ Parochialis Eccleſiæ qui tunc erat, vel illam aliàs quomodolibet dimittente, liceret vobis per vos vel alium ſeu alios corporalem Parochialis Eccleſiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propriâ liberè apprehendere, illiuſque fructus, redditus & proventus hujuſmodi in veſtros ac dictarum Menſæ & Parochialis Eccleſiæ uſus perpetuò convertere pariter & retinere; reſervatâ tamen ſuper hujuſmodi fructibus, redditibus & proventibus ipſius Parochialis Eccleſiæ pro perpetuo Vicario in illa pro tempore inſtituendo portione congruâ, de qua idem Vicarius poſſet commodè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſolvere, aliaque ſibi incumbentia onera ſupportare:

ET deinde etiam pro parte veſtra Nobis expoſito, quod quondam Joannes tunc Decanus ipſius Eccleſiæ Cameracenſis in humanis agens ad ipſarum Litterarum executionem procedens, illarum formâ ſervatâ, Parochialem Eccleſiam prædictam eidem Menſæ, reſervatâ medietate omnium & ſingulorum fructuum, reddituum, proventuum & emolumentorum in dicta Parochiali Eccleſia proventurorum pro ipſius Vicarii ſuſtentatione & jurium Epiſcopalium ac aliorum onerum ſupportatione, perpetuò univerat, annexuerat & incorporaverat:

CONSEQUENTER verò ſuccedente tempore, cum unio, annexio & incorporatio hujuſmodi ſortitæ fuiſſent effectum, ortâ inter vos ac perpetuum Vicarium dictæ Parochialis Eccleſiæ tunc exiſtentem ſuper hujuſmodi portione & illius occaſione materiâ quæſtionis, tandem inter vos & Vicarium prædictum ſuper hujuſmodi portione feceratis tractatum, qui poſtea per bonæ memoriæ Nicolaum Titulo Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem tunc in partibus Franciæ Sedis Apoſtolicæ Legatum, & ſucceſſivè per ſanctæ memoriæ Eugenium Papam quartum etiam Prædeceſſorem noſtrum confirmatus extiterat; ac ſubjuncto, quod ſi Vicarius ipſe ad nutum veſtrum revocabilis foret, profectò quæſtionis materia omnino eſſet ſublata; & pro parte veſtra, qui ut aſſerebatis ab antiquo tres partes oblationum & minutarum decimarum in dicta Parochiali Eccleſia & metis ejus provenientium jure Patronatûs percipere conſueviſtis, aliâ quartâ parte Rectori ſeu Vicario ejuſdem reſervatâ; Nobis humiliter ſupplicato, ut Vobis quod cedente vel decedente tunc Vicario dictæ Parochialis Eccleſiæ poſſetis per Vicarium amovibilem de gremio ipſius Eccleſiæ veſtræ vel aliunde per vos eligendum facere gubernari, concedere, aliàſque in præmiſſis opportunè providere dignaremur.

NOS, qui de præmiſſis certam notitiam non habebamus, veſtris hujuſmodi ſupplicationibus

inclinati

inclinati, Decano Eccleſiæ Beatæ Matiæ Condatenſis dictæ Diœceſis, ejus proprio nomine non expreſſo, pet alias noſtras Litteras dedimus in mandatis, ut vocatis Vicario prædicto & aliis qui forent evocandi, de præmiſſis Nobis expoſitis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtrâ ſe diligenter informaret; & ſi pet informationem hujuſmodi ita eſſe reperiret, vobis, quod cedente vel decedente tunc dictæ Parochialis Eccleſiæ Vicario, vel illam aliàs quomodolibet dimittente, liceret vobis dictæ Patochiali Eccleſiæ per Presbyterum idoneum ad hoc de gremio Eccleſiæ veſtræ prædictæ, vel aliunde aſſumendum, & pro veſtro nutu removendum deſerviri facere, dictâ auctoritate concederet, prout in ſingulis Litteris prædictis pleniùs continetur.

Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quondam Thomas de Gaugeriis ipſius Eccleſiæ Condatenſis Decanus tunc in humanis agens, ad ipſarum Litterarum noſtrarum executionem procedens, illarum formâ ſervatâ, vobis quod cedente vel decedente tunc dictæ Parochialis Eccleſiæ Vicario, vel illam aliàs quomodolibet dimittente, liceret vobis dictæ Parochiali Eccleſiæ per Presbyterum idoneum ad hoc aſſumendum & removendum ut præſertut deſerviri facere, & vos eidem Presbytero de fructibus Parochialis Eccleſiæ hujuſmodi ad ſubſidium neceſſaria miniſtrare deberetis & teneremini, auctoritate prædictâ conceſſerit; prout in quodam publico Inſtrumento ſigillato ipſius Thomæ de Gaugeriis pleniùs dicitur contineri.

Cum itaque hodie dilectus Filius Guillelmus de Sanctis, nuper ipſius Parochialis Eccleſiæ Vicarius perpetuus, dictam Parochialem Eccleſiam quam tunc obtinebat per dilectum Filium Joannem Coutelier Clericum Tornacenſis Diœceſis Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte & liberè reſignaverit, Noſque reſignationem ipſam duxerimus admittendam, nulluſque de illa præter Nos hac vice diſponere potuerit ſive poſſit, pro eo quod Nos dudum omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura & ſine Cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari.

Nos indemnitatibus ejuſdem Eccleſiæ occurrere cupientes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolicâ Authoritate vobis concedimus, quod ſingulæ Apoſtolicæ Litteræ hujuſmodi, & proceſſus habiti per eaſdem, nec non unio, annexio & incorporatio prædictæ, ac quæcumque inde ſecuta à data præſentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac ſi in eiſdem Litteris; quod etiamſi Patochialis Eccleſia per ceſſum vel deceſſum hujuſmodi apud Sedem eandem vacaret, expreſſum vel conceſſum extitiſſet; & inſuper ut faciliùs onera prædicta ſupportare, valeatis, de alicujus ſubventiouis auxilio vobis providere volentes; quod liceat vobis dictæ Parochiali Eccleſiæ per Presbyterum idoneum ad hoc de gremio Eccleſiæ veſtræ hujuſmodi vel aliunde aſſumendum, ac pro veſtro nutu & renutu removendum, deinceps deſerviri facere; ita quod vos dicto Presbytero de fructibus Parochialis Eccleſiæ hujuſmodi pro vitæ ſubſidio neceſſaria miniſtrare debeatis & teneamini; ſingulis aliis oneribus pro tempore eidem Parochiali Eccleſiæ incumbentibus vobis reſervatis; Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus pariter & indulgemus: proviſo, quod dicta Parochialis Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis & animarum Cura nullatenus negligatur, ſed illius congruè ſupportentur onera antedicta.

Nulli ergò hominum liceat hanc Paginam noſtræ voluntatis, conceſſionis & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringen- 1470.
teſimo ſeptuageſimo, octavo kal. Decembris Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

CAPUT CXLIII.

Prodigioſa Probatio Particulæ ligni S. Crucis, quæ Brugis in Eccleſia Collegiata Beatæ Mariæ Virginis aſſervatur, anno 1474. facta.

Ex Archivis Eccl. B.M. Brugis.

1474.

IN Nomine Domini. Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno ejuſdem M. CCCC. LXXIV. Indictione ſeptimâ, die verò Sabbati, menſis Aprilis XXIII. antè prandium, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Sixti Divinâ favente clementiâ Papæ IV. anno tertio; dum in Capitulari loco Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Oppidi Brugenſis, Tornacenſis Diœceſis, Venerabiles & magnarum ſcientiarum Viri Domini & Magiſtri, Euſtachius à Laude Prædicatorum, Joannes de Ghiſtella Minorum Ordinis; Joannes de Hoya S. Donatiani Curatus S. Theolo-

Digitized by Google

giæ Profeſſores; Joannes de Pratis Canonicus dictæ Eccleſiæ, Decanus Chriſtianitatis Brug. Tornacenſis Diœceſis, Commiſſarii, nuper inſtantiâ honorabilium Virorum M.Pauli van Outervelt, dudum Illuſtr. Principis inclytæ memoriæ D.Philippi Burgundiæ &c. Ducis, Flandriæ &c. Comitis, Conſiliarii, Pauli Lavezuene, & aliorum præfatæ Eccleſiæ B.Mariæ Oppidi Brug. Magiſtrorum Fabricæ, ſuper bona & diligenti informatione de nonnulla ligni parte, tanquam de vero Ligno S. Crucis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* exiſtente, quam ipſi Magiſtri Fabricæ in dicta Eccleſia ſub fideli cuſtodia obſervant ſtudioſè reconditam; per eoſdem vivæ vocis oraculo Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Ferrici de Clunya Epiſcopi Tornacenſis fienda ſpecialiter deputati, de & ſuper informatione ligni prædicti in Oppidis Brugenſi, & Middelburgenſi partium Flandriæ diligenter facta ad invicem gratioſè conferrent: memores modi examinationis, ſive probæ de ligno quod habetur, & cum magna devotione, tanquam foret de vero ligno Dominicæ Crucis, in dicto Oppido de Middelburgh colitur & veneratur, per quoſdam Fratres Ordinis Minorum aſſertos Conventuales Conventûs Urbis Jeroſolymitanæ, inſtante Viro nobili D. Petro Bladelin Milite Domino temporali & Fundatore ipſius loci de Middelburgh, in ſua Collegiata ſimul & Parochiali Eccleſia loci prædicti de Middelburgh, ut in principali informatione ipſorum Dominorum Commiſſariorum latiùs habetur & continetur, palàm pluribus fide dignis teſtibus, per ignem & aquam experimentatum, concluſerunt & terminarunt concorditer, ad conſimilem modum examinationis ſive probæ fore & eſſe procedendum.

Unde & ad invicem ſacramentaliter reconciliati, ipſis ſolis quatuor prædictis Dominis Commiſſariis unà mecum Notario publico ſubſcripto, in dicto loco Capitulari ſecretè incluſis, magnam congeriem carbonum, qui ibidem ad hoc incenſum, & alia neceſſaria cultûs Divini, in copia habebantur, diligenter igne incendebamus.

Quibus incenſis & candidè ignitis, præmemorati Domini Doctores & Commiſſarii unam mediocrem partem Ligni de qua ſuprà fit mentio, & quod in ipſa Eccleſia B. Mariæ Brugenſis Epiſcopali præcepto conſervabatur, acceperunt, & cum magnis timore, & reverentia, & humilitate, in medio carbonum ſic ignitorum, atque ferventium poſuerunt & aliis carbonibus ferventibus atque ardentibus ſtudioſè cooperuerunt, & ſic ad ſpatium mediæ horæ tenuerunt, adeò & in tantum quod dicta pars ligni tanquam fuiſſet unus de dictis carbonibus incenſis ſive ignitis, exarſit & ardebat.

Quo facto ipſam petiam Ligni prædicti diligenter & devotè à dicto igne extractam, in quodam argenteo vaſe aquâ benedictâ pleno immiſerunt, quod continuò ad ima fundi deſcendit, & aqua ipſa benedicta per immiſſionem ipſius Ligni indilatè efferbuit, & facta eſt ad tempus quaſi bulliens, & in altum ſonoroſè ſcaturiens.

Quibus ſic peractis præmemorati Domini Doctores Commiſſarii per manus alterius eorumdem cum ſimilibus, quibus ſuprà, reverentia, devotione & humilitate juſſerunt ipſam petiam Ligni de dicto vaſe extrahi, & ſuper alba & munda ſindone illicò ad hoc, ſuper quodam byſſo directorio, extenſo, & explicato nudè poni fecerunt: quod mox in priſtinum ſuum ſtatum, formam, figuram, & colorem redactum & reſtitutum.

Aquam verò prædictam juſſerunt ipſi Domini Doctores Commiſſarii in piſcinam prædictæ Eccleſiæ fundi; & dictas ambas petias ligni in ſuis priſtinis locis (utinam ut decet) recludi & ſervari.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis præmemorati Magiſtri Fabricæ pro ſeipſis, & aliis quibus intereſſe poterit in futurum, petierunt ſibi à me Notario publico ſubſcripto fieri atque tradi unum, vel plura publica Inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc ſub anno, Indictione, die, menſe & Pontificatu, loco, Dominis & Commiſſariis præſcriptis præſentibus.

CAPUT CXLIV.

Decanus & Capitulum B. Mariæ Antverpienſe, præter ſuam Eccleſiam primariam, quatuor alias recipiunt Eccleſias Parochiales S. Georgii, S. VValburgis, S. Jacobi, & S. Andreæ, anno 1477. & ſequentibus.

Ex Antverpia P. Scribani.

NOs Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Antverpienſis, ad ſupplicationem & inſtantiam Burgimagiſtrorum & Legiſlatorum, nec non Communitatis Oppidi Antverpienſis, & aliis certis ex cauſſis & reſpectibus moti, conceſſimus, quantum in nobis eſt, & de jure poſſumus, quòd in Eccleſia Parochiali S. Georgii dicti Oppidi, quæ etiam Filia ipſius Eccleſiæ B. Mariæ exiſtit, erigatur fons baptiſmalis pro infantibus ipſius Parochiæ S. Georgii baptiſandis.

S. Georgii.

Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, xv. Maii, Pontificatûs Sixti VI. anno VI. 1477.

NOs Decanus & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Oppidi Antverpienſis, Cameracenſis Diœceſis, ad ſupplicationem & inſtantiam Burgimagiſtrorum, & Legiſlatorum, & Communitatis incolarum, Parochiæ Caſtri Oppidi prædicti, aliiſque certis cauſſis & reſpectibus

S. Walburgis.

ctibus moti, conſentimus, quantum in nobis eſt & de jure poſſumus, quod in Parochia Eccleſiæ S. Walburgis Caſtri dicti Oppidi, quæ Filia ipſius Eccleſiæ B. Mariæ exiſtit, erigatur fons baptiſmalis pro infantibus Parochiæ dictæ Eccleſiæ Caſtri baptizandis, quodque conſtituatur ibi Cœmeterium pro funeribus ipſius Parochiæ ſepeliendis, niſi alibi ſuam elegerint ſepulturam.

1478. ACTUM anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, 1. Martii.

CONSENTIENTES quantum in nobis eſt, & de jure poſſumus, quòd hujuſmodi Capella

S. Jacobi S. Jacobi, quæ infra limites ipſius Eccleſiæ noſtræ B. Mariæ, quæ etiam Parochialis & Matrix Eccleſia eſt, conſiſtit, in Parochialem Eccleſiam, aliàs tamen canonicè præhabentem ad hoc poteſtatem cum inſigniis Parochialibus, ut puta fonte Baptiſmali, Extremâ Unctione, & ceteris Sacramentalibus, juxta confinia per nos & præfatos ſupplicantes conſignata & concordata, erigatur.

ANNO milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo III. Julii, Sixti IV. anno VII. 1477.

DECANUS & Capitulum Eccleſiæ B. Mariæ S. Andreæ
Antverpienſis, cupientes Divini cultûs augmentum, & votis & deſideriis Illuſtriſſimæ Dominæ Margaritæ Auſtriacæ, necnon Civium & incolarum Oppidi Antverpienſis, ſatisfacere; conſenſerunt quantum in ipſis fuit, erigi novam Eccleſiam Parochialem ſub invocatione S. Andreæ, die XXIX. Maii, anno M. D. XXIX. 1529.

CAPUT CXLV.

HENRICUS A BERGIS *Cameracenſis Epiſcopus Capitulum Canonicorum ab Eccleſia S. Gaugerici in* Haeltert* *transfert Aloſtum ad Eccleſiam S. Martini, anno* 1495.

* Vide ſupra pag. 811.

Ex Archivis MS. Capituli Aloſt.

1495.

IN nomine Domini amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Indictione XIII, die verò Dominicâ vigeſimâ menſis Decembris, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Alexandri Divinâ providentiâ Papæ Sexti, anno tertio, in mei Notarii publici & Teſtium infraſcriptorum præſentia conſtitutus Reverendus in Chriſto Pater Dominus D. HENRICUS Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Cameracenſis, adſtantibus ſibi Nobilibus & generoſis Viris Dominis Petro de Lannoy Domino temporali de Treſnoy Ballivo Oppidi & Territorii Aloſtenſis, Cameracenſis Diœceſis, & Chriſtophoro de Baronne Magiſtro Hoſpitii Illuſtriſſimi Domini noſtri Philippi Archiducis Auſtriæ, Burgundiæ & Brabantiæ Ducis, Comitis Flandriæ &c. ejuſdem Domini Archiducis Conſiliariis Camerariis ſeu Chambellanis, vocatiſque ad ſe propter infraſcripta Legiſlatoribus & Conſulibus dicti Oppidi Aloſtenſis, idem Reverendiſſimus ibidem publicè dixit, expoſuit, &c.....

Conſiderans Capitulum ſeu Collegium Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis S. Gaugerici Haeltherenſis dictæ Cameracenſis Diœceſis, quod per ſuos Progenitores* ibidem erectum, fundatum & dotatum exiſtit, in rure & loco minùs tuto ſituari; adeo quod Canonici ejuſdem Eccleſiæ ibidem reſidentiam facientes, tempore guerrarum, quæ ſuperioribus etiam proximis annis in patriis iſtis (proh dolor) viguerunt, tam pro ſuorum corporum quam bonorum ſuorum tuitione protectione ac cuſtodia, ad Oppidum Aloſtenſe prædictum, locum quidem firmum tutum ac munitum, fugam capere, & ſe transferre coacti fuêre, prout veriſimiliter cogentur, ſi ſimiles guerras in eiſdem partibus in poſterum inſurgere contigerit; cupienſque propterea ac etiam certis aliis ex cauſis ipſum ad hoc juſtè & piè moventibus, ſecuritati & commoditati Canonicorum & aliorum ſuppoſitorum dictæ Eccleſiæ providêre & conſulere, ut hìc ipſi deinceps convenientiùs & quietiùs Altiſſimo famulari & Divina Officia, ad quæ obligaotur, perſolvere, abſentes quoque Canonici ad perſonalem reſidentiam allici poſſent & valerent, ipſum Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Epiſcopum Cameracenſem pluries rogari ſcivit & admonitum fecit, ut jam dictum Collegium Haltro cum ſuis inſigniis, ex cauſis prætactis, ac ut per illos dictum Oppidum Aloſtenſe etiam aliquaotulum decoraretur, ad Eccleſiam Sancti Martini Parochialem dicti Oppidi Aloſtenſis ſuâ Ordinariâ & Pontificali Autoritate transferret.

Hæc ſunt intelligenda de Philippo Archiduce.

Cujus ſiquidem Domini Archiducis requiſitioni & deſiderio ipſe Dominus Epiſcopus Cameracenſis, ut aſſeruit, ſatis facere volens, ad prætactam tranſlationem ritè & debitè faciendam, jure tamen cujuſlibet in eadem tranſlatione quodlibet intereſſe habentis, ac ſuo proprio in omnibus ſemper ſalvo, ad prætactum Oppidum (ut ſubjunxit) declinaverit; Legiſlatores verò præfati ibidem præſentes, præmiſſis auditis, præfato Domino Cameracenſi cum debita reverentia gratias habentes, ſe ad ſingula concorditer ageoda & tractanda quantum in eis eſſet & ad eos etiam ſpectaret, paratos obtulerunt.

ACTA fuerunt hæc in Domo ſeu Hoſpitio Reverendiſſimi Domini Cameracenſis, tunc ſito juxta Cœmeterium dictæ Eccleſiæ Parochialis Aloſtenſis, horâ quaſi octavâ antè meridiem anni & diei præſcripti.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT CXLVI.

PHILIPPUS PULCHER *Burgundiæ Dux & Rex Hiſpaniæ, Conſilium Supremum Mechliniæ conſtituit anno* 1503.

Tranſlatum e Gallico Idiomate è libro Statut. Mechlin.

PHILIPPUS Dei gratiâ Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Luxemburgi, & Gelriæ, Comes Flandriæ, Habsburgi, Tyrolis, Arteſiæ, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Lantgravius Alſatiæ, Marchio Burgaviæ, & S. R. I. Hollandiæ, Zelandiæ, Ferrettæ, Kiburgi, Namurci, & Zutphaniæ, Dominus Friſiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portenaviæ, Salinarum & Mechliniæ, omnibus has præſentes Litteras viſuris, ſalutem.

QUONIAM bonitate & providentiâ Divinâ, quâ omnia reguntur ac gubernantur, conſtituti & ordinati ſunt Principes ad regimen & gubernationem Principatuum ac Dominiorum, ad hoc ſingulariter, ut per eos nomine Dei Creatoris noſtri, terræ & ſubditi gubernentur ac dirigantur in bona unione, concordia, & laudabili politia: quod fieri nequit, niſi juſtitiâ bene ordinatâ ac regulatâ, quæ eſt Reipublicæ anima.

QUA in re ſemper optavimus & exoptamus omni munere noſtro fungi, ad bonum & honorem noſtrum, atque ad bonum terrarum noſtrarum, ac ſubditorum:

ET quoniam ante hac, noſtrum Supremum Conſilium conſueverit ſequi Prædeceſſores noſtros, & Nos, ad quod ſemper pertinuit cognitio & jus judicandi per appellationem de cauſis plurium noſtrarum terrarum, & in prima inſtantia de cauſis dependentibus à noſtra Supremitate & Auctoritate, quarum cognitio ad Nos pertinet:

ET cum quotidie longè major cauſarum multitudo illuc affluat & ſuperveniat quàm unquam antea: adeoque ſi mandaremus prædicto Supremo Conſilio ut ſequatur Nos, qui intra longum tempus, uti veroſimile eſt, deinceps haud diu erimus in eodem loco, Juſtitia prædicti noſtri Supremi Coofilü ac ſubditi noſtri, qui illo egent aut indigebunt, tam pro expeditione ſuarum litium, quàm pro Decretis Judicialibus, magnopere retardarentur, & damnum paterentur;

QUIN imo impoſſibile foret eaſdem lites æquè commodè ac fideliter audiri, examinari, ac decidi, neque Regiſtra æqualiter videri dum opus fuerit, neque juſtitiam fieri æquè bonam ac brevem, quàm ſi ordinaremus dictum noſtrum Supremum Conſilium fixum in aliquo loco, ad quem ſubditi noſtri commodum haberent refugium atque recurſum pro cauſis ſupra dictis, non recurrendo ad Nos:

NOTUM facimus, Nos conſideratis rebus ante dictis, & præhabito conſilio ac deliberatione quorumdam de noſtro Sanguine, nec non dilecti & fidelis ooſtri Equitis & Cancellarii Domini de Maigny, aliorumque Conſiliariorum noſtrorum, mandaſſe, inſtituiſſe, ac conſtituiſſe, prout mandamus, inſtituimus, & conſtituimus prædictum noſtrum Supremum Conſilium fixum & ſtabile, formâ, & modo qui ſequitur.

AC primo mandamus ut illud Supremum Conſilium maneat, atque reſideat in Urbe noſtra Mechlinienſi, quamdiu Nobis placebit, præter quatuor Magiſtros Libellorum noſtræ Curiæ, à Nobis deſignandos; qui Nos ſequentur, cum prædicto noſtro Cancellario, Epiſcopo Atrebatenſi, Majori Præpoſito Ultrajectenſi, & Magiſtro Gerardo de Plaine.

IN eodem Supremo Conſilio erunt ultra prædictos Magiſtros Libellorum, qui Nos ſequentur uti dictum eſt, quatuordecim Conſiliarii, videlicet quinque Eccleſiaſtici, & novem Laïci, & unus Præſes, qui præſidebit in abſentia dicti noſtri Cancellarii: & iidem Magiſtri Libellorum habebunt ingreſſum ad idem Conſilium quandocumque ipſis placuerit, & abſente prædicto Præſide præſidebit primus Conſiliarius Laïcus.

HABEBITUR dictum Conſilium, tam pro litium diſcuſſionibus, quàm pro aliis negotiis in Domo Civica Mechlinienſi, ubi Parlamentum haberi conſueverat. Et à Feſto Sancti Michaëlis uſque ad Paſcha convenient diebus non Feſtivis ab hora octava uſque ad undecimam: & à Paſchate uſque ad Feſtum Sancti Michaëlis ab hora ſeptima uſque ad decimam: & à meridie per totum annum ab hora tertia uſque ad quintam: & inchoäbitur quotidie Miſſa horâ ſeptimâ vel octavâ ſecundùm diſtinctionem ante dictam.

ET habebunt dicti Conſiliarii cognitionem & jus judicaodi de quibuſcumque cauſis & negotiis, de quibus Supremum noſtrum Conſilium ante præſentem Ordinationem cognoſcere conſuevit, tam in prima inſtantia quàm per appellationem; ſalvo, quod poſſimus evocare ad Nos noſtrumque Conſilium quod apud Nos manet, quaſcumque cauſas, prout libuerit & circumſtantiæ requirent.

ITEM expedient quolibet die Martis & Veneris à meridie omnes Libellos & proviſiones juſtitiæ, prout in Cancellaria, dum Mechliniæ haberetur, ordinatum erat, & non ultra; videlicet Edicta in caſu appellationis, Edicta criminalia, Reſtitutionis in integrum, & quaſcumque proviſiones juſtitiæ. Sed expedire non poterunt neque ſigillare remiſſiones aut gratias pro delictis aut criminibus, ſalvos conductus pro reis aut hoſtibus

Digitized by Google

ſtibus, nec dare veniam communicandi cum ipſis, nec revocationem ab exilio ad tempus vel in perpetuum; prorogationem in debitis, Litteras cauſſarum interdictorias, conceſſiones & confirmationes Privilegiorum, cæteraque omnia, quæ in funiculo ſerieo & cera viridi expediuntur; neque etiam ullas evocationes: ſed ſolummodo expedire poterunt ea quæ concernunt adminiſtrationem juſtitiæ. Hæc autem jam ſupra reſervata expedientur coram Nobis & prædicto noſtro Cancellario, ſub majori & ſanctiori Sigillo.

Atque pro ſigillandis prædictis mandatis, item ſententiis, aliiſque proviſionibus, quæ à dicto majori Conſilio expedientur circa lites ibidem intentandas, fieri mandavimus Sigillum, cujus cuſtodiam habebit is, quem prædictus Cancellarius conſtituerit: qui quovis die Mercurii & Sabbati manè tenebitur iſta mandata proviſioneſque ſigillare. Atque ubi difficultatem invenerit, conſulet deſuper, ac terminabit in Camera Conſilii. Jus autem Sigilli exigetur atque ſervabitur per Commiſſarium Audieotiarii, & Inſpectoris, * dum præſentes non fuerint.

* Vulgo Controlleur.

Et quandocumque prædictus Cancellarius fuerit in ea Urbe, in qua erit Conſilium, dictum Sigillum ceſſabit, & convocabitur habebiturque Conſilium, tam in cauſis litium quàm aliis, in ejus ædibus, prout ante conſuetum eſt.

Poterunt autem expedire dictas Litteras ac proviſiones juſtitiæ, Secretarii omnes qui ibidem erunt, ſecundùm Libellos ipſis à prædicto Præſide tradendos ac diſtribuendos, & non aliter. Et manebunt Secretarii prout jam ſunt: & ordinarii annotabuntur; terminis recurrentibus in* Regiſtro expenſarum Aulicarum, cùm apud Nos fuerint, donec à Nobis Aulæ noſtræ ſtatum renovantibus aliter ſtatuetur.

* Vulgo Eſcroie.

Item Tabulæ publicæ dirigentur per Graphiarios, qui ibidem ſunt, modo conſueto; neque poteruot dicti Conſiliarii, Magiſtri Libellorum, Procurator Generalis, Graphiarii, & Secretarii acceptare ab ullo officium neque penſionem, ſub pœna privationis ab Officio & punitionis arbitrariæ.

Procurator Generalis, ejuſque ſubſtitutus manebunt uti hodie ſunt.

Huisiarii manebunt prout ſunt, donec aliter fuerit ordinatum; eruntque coram Nobis & prædicto Conſilio prout per prædictum Cancellarium noſtrum fuerit ordinatum.

Qui manebunt Mechliniæ, ſolutionem accipient ex Regiſtro unius ex prædictis Graphiariorum; quibus verò mandatum fuerit ſequi prædictum noſtrum Cancellarium, notabuntur in * Commeotario ſeu Albo ordinario Curiæ noſtræ.

* Vulgo Eſcrois.

Stipendia Secretariorum, Procuratorum & Advocatorum regulabuntur juxta Conſtitutionem deſuper faciendam per ipſos dicti Conſilii Aſſeſſores; & donec ab ipſis aliter ordinatum fuerit, retinebitur taxa, durante Parlamento Mechliniæ ordinata.

Omnes prædicti Conſilii Aſſeſſores gaudebunt eâdem præeminentiâ ac prærogativâ in omnibus noſtris terris atque dominiis, quâ gaudent alii ſupradicti Magiſtri Libellorum ordinarii, perinde ac ſi Commentario Curiæ noſtræ inſcripti forent: eos enim Miniſtrorum noſtrorum domeſticorum loco habemus ac reputamus. Poterunt quoque præfati Conſiliarii gerere Titulum Magiſtrorum Libellorum Curiæ noſtræ, uti & quatuor alii ſupra dicti; eritque unum & idem Collegium.

In quorum fidem, præſentibus Sigillum noſtrum apponi fecimus.

Datum in Urbe noſtra Bruxellenſi, die XXII. 1503
Januarii, anno ſalutis M. D. III.

In plica habebatur: De Mandato Archiducis, Nos, Comes Naſſoviæ primus Cubicularius; Princeps Chimaci, Domini de Ville, de Sempy, du Fay, de Veire, Dominus Jeronymus Lauwerin, Supremus Ærarii Præfectus, & alii præſentes.

Et erat Signatum. Haneton.

Mechlinia non ſolùm Sede Archiepiſcopali, cujus inſtitutionem ſupra retulimus pag. 610, verùm etiam Supremo Conſilio honoratur.

Inſtituit illud primò Carolus Burgundiæ Dux, cognomento Audax, per Litteras datas Theonis-Villæ in Ducatu Luxemburgenſi, Menſe Decembri 1473; illudque voluit conſtare è XXXV. Perſonis, videlicet ipſo Principe tanquam Supremo Judice, Cancellario Principis, Supremo Præſide, duobus aliis Præſidibus, quatuor Equitibus, ſex Magiſtris Libellorum, octo Conſiliariis Eccleſiaſticis, & duodecim Laicis, aliiſque pluribus Officiariis ſubalternis. Quin & plurima condidit Statuta, juxta quæ ſupremum illud Conſilium ſeſſiones ſuas tenere atque ſententias ferre teneretur: quæ Gallico Idiomate edita fuerunt Bruxellis anno 1721.

Verùm quia Conſilium illud paſſim Perſonam Principis ſequebatur, indeque multa incommoda ſequebantur, Philippus Archidux Auſtriæ, Burgundiæque Dux, cognomento Pulcher, dein etiam Rex Hiſpaniæ, die 22. Januarii 1503. Litteris Bruxellæ datis conſtituit, ut pars prædicti Conſilii Mechliniæ fixa reſideret, alia verò pars Perſonam Principis ſequeretur: atque ex hac diviſione exortum fuit Conſilium Sanctius ſeu Privatum. Literas illas ex Libro ſupradicto Statutorum Curiæ Mechlinienſis è Gallico Idiomate in Latinum tranſlatas in præcitato Diplomate retulimus.

Anno 1531. die 26. Octobris Carolus V. Imp. varias Leges atque Statuta pro eodem Conſilio Mechlinienſi edidit, uti & Margareta Auſtriaca Belgii Gubernatrix anno 1529: quæ omnia gallicè edita vide in Libro citato.

PRÆSIDES SUPREMI CONSILII MECHLINIENSIS.

I. Joannes Patri, vulgo Paatars, anno 1504.

II. Judocus Laurentii, anno 1521.

III. Nicolaus Everardi, Middelburgenſis, Zelandus J. U. Doctor in Academia Lovanienſi, ſcriptis & eruditione clarus, Senator Mechlinienſis Conſilii, dein Præſes Conſilii Hollandiæ, demum Præſes Senatûs Mechlinienſis creatur anno 1528. Obiit anno 1532.

IV. Lambertus de Briarde, Dunkercanus, Eques, antea Conſiliorum Mechliniæ & Sanctioris Bruxellæ Senator, tum Præſes ab anno 1532, uſque ad 1557. quo obiit.

V. Everardus Nicolai, Nicolai ſupra nominati Filius, J. U. Doctor, è Senatore hujus Conſilii & Sanctioris Bruxellæ, creatus Præſes Conſilii Friſiæ, inde Præſes Mechlinienſis, obiit anno 1561.

VI. JOANNES DE BAROIS, Eques Auratus, Toparcha de Waeterſdyck, antea Conſiliarius in Senatu Hollandico, præſidere & vivere deſiit anno 1584.

VII. JOANNES VANDER BURCH. Eques. è Senatore Mechlinienſi factus Senator Conſilii Sanctioris, hinc Præſes Conſilii Mechlinienſis, uſque ad annum 1592, quo declaratus eſt Præſes præfati Sanctioris Conſilii. Obiit anno 1597.

VIII. IGRANUS VAN ACHELEN, Sylvæducenſis, Eques Auratus, primùm Præſes Conſilii Leovardienſis in Friſia, dein Sanctioris Conſilii Senator, tum Præſes Mechliniæ, obiit anno 1604.

IX. JACOBUS LIEBAERT è Senatore Mechlinienſi, Præſes Conſilii Flandriæ, inde Mechlinienſis ab anno 1605, uſque ad obitum anno 1622.

X. RAINUTIUS DE FRANCE. Toparcha de Noielles, Bron &c. cum fuiſſet Præſes Conſilii Arteſiæ, deſignatur 30. Auguſti 1622. Præſes Mechliniæ, moriturque anno 1628.

XI. ZEGERUS COULEZ, Eques, antea Præſes Conſilii Namurcenſis. fit Præſes Mechlinienſis 18. Octobris 1628, atque poſt decennium è vivis exceſſit.

XII. HENRICUS DE VICQ, Eques Auratus, Dominus de Meuleveli, Franconatûs Brugenſis primùm Conſul. tum Sanctioris Conſilii Senator, Legatus in Galliam, inde ad Conſilium Statûs Madritenſe evocatus, tandem Magno Mechlinienſi Præſes datus 27. Martii 1638 Obiit anno 1651.

XIII. ANTONIUS L'HERMITE, Conſiliarius Mechlinienſis & Sanctioris, demum prioris Conſilii Præſes creatus 25. Decembris 1651: poſt annos decem mortuus eſt.

ADRIANUS DE FRANCE, præfati Rainutii Filius, Do- XIV.
minus de Noielles, è Præſide Artheſiæ creatus Mechlinienſis Conſilii Præſes, fato functus eſt anno 1668.

JUANNES ANTONIUS LOCQUET, Bruxellenſis. Vice- XV.
Comes de Hombeeck, Dominus de Impele, &c. factus Præſes 28. Octobris 1669, & Cancellarius Brabantiæ anno 1687.

ANDREAS DEL MARMOL, Conſiliarius Supremi Madri- XVI.
tenſis Conſilii, inde Præſes Senatûs Mechlinienſis anno 1687. poſt triennium obiit.

GUILIELMUS PHILIPPUS MARCHIO DE HERZELLES, XVII.
16. Junii 1690. nominatus fuit Præſes bujus Conſilii, & anno ſequente Cancellarius Brabantiæ.

GUILIELMUS ALBERTUS DE GRISPERE. Baro de XVIII.
Goyck, per plures annos Conſiliarius Supremi Conſilii coram Rege Carolo II deſignatus Præſes 5. Maii 1691, & Brabantiæ Cancellarius anno 1698.

HIACYNTHUS MARIA DE BROECKHOVEN, ex Baroni- XIX.
bus de Bergheyck. ex Conſiliario Supremi Conſilii, ibidem Præſes à 9. Novembris 1699, uſque ad obitum 28. Septembris 1707.

JOANNES STALINS, Senatûs Flandriæ. dein Mechli- XX.
nienſis Conſiliarius, tandem hic Præſes à die 12. Decembris 1707. uſque ad obitum 22. Julii 1714.

CHRISTOPHORUS ERNESTUS DE BAILLET, Senatûs XXI.
Luxemburgenſis, dein Mechlinienſis Conſiliarius. hic deſignatus fuit Præſes ab Auguſtiſſimo Cæſare CAROLO VI. Poſſeſſionem adiit 26. Auguſti 1716.

CAPUT CXLVII.

JULIUS II. *Pontifex Abbatiam S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi, quæ nunc eſt Eccleſia Cathedralis, eximit à juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis anno* 1507.

Ex MS. Archivis Eccl. Cath. Gandenſis

JULIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUS Pontifex, qui ſuper Orbis Eccleſias & Monaſteria univerſa Divinâ diſpoſitione obtinet Principatum, ex aſſuetæ pietatis officio, aliqua ex eis interdum, eorumque Perſonas propenſiùs complectitur, & ne indebitis moleſtationibus agitentur, ſuæ protectionis ſubſidio confovet & tuetur, prout rationabiles cauſæ perſuadent, & id in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

SANE pro parte dilectorum Filiorum Ægidii Abbatis & Conventùs Monaſterii S. Bavonis Gandenſis Ordinis S. Benedicti Tornacenſis Diœceſis, nuper exhibita petitio continebat, quòd licet Epiſcopi Tornacenſes, qui fuerunt pro tempore, à tanto tempore, citrà cujus contrarium hominum memoria non exiſtit, in Monaſterium prædictum, illiuſve Abbatem & Conventum, ac ſingulares illius ac alias Perſonas tam ſpirituales quàm ſæculares prædicto Monaſterio ſubjectas & ſuppoſitas, nullam prorſus juriſdictionem, ſuperioritatem, viſitationem, dominium vel poteſtatem exercuerint; ſed Monaſterium, Abbas, Conventus & Perſonæ hujuſmodi plenâ fuerint Sedis Apoſtolicæ libertate potiti; quia tamen aliàs, quàm per hujuſmodi continuatam poſſeſſionem, forſan de hujuſmodi exemptione doceri non poteſt, dubitant Abbas, Conventus & Perſonæ præfati, ne Venerabilis Frater noſter, modernus Epiſcopus Tornacenſis, ſeu aliquis ex Succeſſoribus ſuis antiquiſſimam libertatem infringere nitatur: Quare pro parte Abbatis & Conventûs prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium, Abbatem & Conventum, ac illius ſingulares ac alias Perſonas hujuſmodi præſentes & futuros, & eorum ſingulos ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipere, ac Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſolùm, & dumtaxat immediatè ſubjicere, nec non & ab omni juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, procuratione, correctione, dominio & poteſtate moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Tornacenſis, ejuſque Vicariorum & Officialium, ac Procuratorum, Nuntiorum, ac Commiſſariorum ſuorum, & cujuſlibet eorum nunc & pro tempore exiſtentium, prorſus eximere & totaliter liberare, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

NOS igitur qui pacem & quietem quærimus ſingulorum, Ægidium Abbatem & Conventum ac ſingulares Perſonas Conventûs hujuſmodi à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à Me, vel ab homine quavis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes,

ſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Monaſterium, Abbatem & Conventum, ac illius ſingulares & alias perſonas hujuſmodi præſentes & futuros, ac eorum ſingulos ſub Beati Petri ac noſtra protectione, Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ſuſcipimus; ac Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſolùm & dumtaxat immediatè ſubjicimus; nec non ab omni juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, procuratione, correctione, dominio & poteſtate moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Tornacenſis, ejuſque Vicariorum & Officialium, ac Procuratorum, Nuntiorum & Commiſſariorum ſuorum, & cujuſlibet ipſorum, nunc & pro tempore exiſtentium, prorſus eximimus & totaliter liberamus.

ITA quod Epiſcopus, Vicarii, Officiales, Procuratores, Nuncii & Commiſſarii præfati, aut eorum aliquis, etiam ratione delicti, contractûs, vel rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, in Monaſterium, Abbatem, Conventum, aut perſonas, ſeu eorum aliquem, tamquam prorſus exemptos, juriſdictionem, ſuperioritatem, viſitationem, procurationem, correctionem, dominium vel poteſtatem aliquam exercere, aut in eos ſeu eorum aliquem, excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, ſeu quaſvis alias ſententias, cenſuras & pœnas promulgare nequeant quoquomodò; decernentes ex nunc omnes & ſingulos proceſſus, ſententias, cenſuras & pœnas, quos & quas per Epiſcopum, Vicarios, Officiales, Procuratores, Judices, & Commiſſarios prædictos, ſeu eorum aliquem, in Monaſterium, Abbatem, Conventum & perſonas, aut eorum aliquem, haberi & promulgari, ac etiam omnia, & ſingula, ſcripturas, inſtrumenta & documenta, etiam in Archiviis dicti Epiſcopi exiſtentia & dictæ exemptioni contradicentia, ac totum id & quidquid ſecus ſuper his per prædictos, ſeu quoſcumque alios quâvis auctoritate ſcienter vel ignorenter fieri & attentari contigerit, & quæcumque pro tempore inde ſecuta, nulla, irrita, & inania, nulliuſque roboris vel momenti; non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Innocentii IV. circa exemptos, quæ (*Cap. Volentes*) ſub Tit. de Privilegiis in Sexto, ac Clementis V. Rom. Pontif. Prædeceſſorum noſtrorum, quæ (*Cap. Et poſſeſſores*) ſub Tit. de Regular. & Tranſ. ad Relig. in Clementinis incipiunt, ac aliis Conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis ac documentis eidem Epiſcopo contra Exemptos forſan conceſſis, quaſcumque clauſulas etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores, efficaciores, & inſolitas in ſe continentibus; quibus omnibus, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione, ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, ſuſceptionis, ſubjectionis, exemptionis, liberationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſi- 1507.
mo ſeptimo, ſeptimo Idus Febr. Pontificatûs noſtri anno quinto.

CAPUT CXLVIII.

MAXIMILIANUS *Imperator ac Princeps Belgii Erectionem Conſilii Provincialis Namurcenſis à ſuis Prædeceſſoribus factam, confirmat & amplificat anno* 1509.

Ex Archivis ejuſdem Conſilii MS. tranſlatum è Gallico.

MAXIMILIANUS Dei gratiâ electus Imperator ſemper Auguſtus, & NOS CAROLUS Archidux Auſtriæ omnibus has præſentes Litteras viſuris ſalutem.

AD noſtram pervenit notitiam, ab omni tempore fuiſſe in Provincia & Comitatu noſtro Namurcenſi juſtitiam ritè adminiſtratam, etiam tempore defunctorum nobiliſſimæ memoriæ Ducum Philippi & Caroli, quorum Deus miſereatur, aliorumque Prædeceſſorum noſtrorum Ducum Burgundiæ, & Comitum Namurci.

PRO ſuſtinenda, augendaque eadem juſtitia, quiete, ac tranquillitate prædictæ Provinciæ, & ſubditorum ejuſdem, dilectus noſter & fidelis, Eques Ordinis noſtri, Conſiliarius & Caſtellanus, Dominus JOANNES DE BERGIS, nunc Gubernator, Ballivus & Capitaneus Generalis Provinciæ noſtræ Namurcenſis, anno M. CCCC. XCI, tunc etiam Gubernator, & Lo-
cum-tenens Generalis in dicta Provincia, ad ob- 1491.
viandum inordinationibus, quæ ibidem ſupervenerant occaſione bellorum ac diviſionum, quæ acciderunt mox poſt obitum prædicti Ducis Caroli, pro Nobis ac nomine noſtro ad ſupplicam & inſtantias plurimorum Eccleſiaſticorum, Nobilium, aliorumque dictæ noſtræ Provinciæ Namurcenſis, atque ex reſolutione ac deliberatione plurimorum notabilium Juris-Conſultorum tum praxeos tum conſuetudinum peritorum, inſtituit Cameram Conſilii pro juſtitia generali, & gubernatione dictæ Provinciæ, conſtantem è Præſide Primario, & aliquot Conſiliariis.

Pro cujus Cameræ, & Conſiliariorum, ac ſimul totius Provinciæ & Comitatûs ejuſdem directione, condidir de conſilio prædictorum Virorum certas bonas leges & laudabilia Decreta, quæ deinceps obſervata ſuêre, & quibus dicti Conſiliarii noſtri ſe conformarunr.

Et quamvis hoc modo juſtitia fuerir & ſit in eadem Provincia & Comiratu in tali ordine, curſu ac obedientia, ut ſubditi noſtri ibidem inveniantur, quiſque quantum ad ipſum atrinet, in bono ſtatu, vivantque pacificè ac tranquillè; quemadmodum apparet eos eſſe victuros, quamdiu dictis noſtris Conſiliariis obtemperabirur, prædictaque Decreta obſervabunrur: nihilominus, quia tam particulares quidam ex Officiariis noſtris prædictis, quàm alii è dicta noſtra Provincia & Comiratu, modicè incumbunt dictorum Decretorum obſervationi, uti & aſſitentiæ, auxilio ac tuitioni dictorum Conſiliariorum; timendum eſt, ne juſtitia pervertatur confundaturque, magno cum detrimento ac diminutione noſtrorum jurium, Auctoritatis, Sublimitatis, Dominiorum, & Tribunalium, nec non cum præjudicio, damno & intereſſe, conculcatione & oppreſſione noſtræ dictæ Provinciæ ejuſque ſubditorum, niſi deſuper de remedio convenienti provideatur.

Hinc Nos, perpenſis antedictis, ex toto corde cupientes, ut in dicta Provincia & Comitatu Namurcenſi juſtitia legitimum curſum ſuum habeat, & adminiſtrari unicuiq; indifferenter conſpiciarur, abſque ulla in alteram partem propenſione, favore aur diſſimulatione; ex conſilio & deliberatione chariſſimæ amantiſſimæque Filiæ noſtræ, Imperatoris; Dominæ & Amiræ noſtræ, Caroli Arcbiducis Auſtriæ, Duciſſæ & Comitiſſæ Burgundiæ, Sabaudiæ Ducis Viduæ, Rectricis & Gubernarricis, nec non eorum qui apud illam Privatum noſtrum Conſilium componunt, dictum noſtrum Namurcenſe Conſilium, ut dictum eſt, ereximus & inſtiruimus, noſtroſque Præſidem, Conſiliarios alioſque Officiarios ejuſdem continuavimus, & hiſce conrinuamus; volentes & decernenres, ut illius Conſilii Statuta & Decreta, omniaque eorum Capita & Articuli obſerventur, cuſtodiantur, ſuſtineanturque: & quantum opus eſt vel eſſet, eos acceptavimns & confirmavimus, ratificavimus & approbavimus; acceptamus, confirmamus, ratificamus & approbamus tenore dictarum præſentium:

Per quas nolumus ullo pacto noceri & derogari Juribus, Privilegiis, Dominiis & Præeminentiis noſtrorum Vaſſallorum aliorumque noſtræ dictæ Provinciæ legalium Judicum: aſt volumus, ut ipſi & eorum quilibet pro ſua parte conſerventur ſuſtineanturque in ſuis Juribus, Privilegiis, Dominiis & Juriſdictionibus, quemadmodum omni tempore fuerunt, idque quoad rationi conſonum fuerit.

Utque in illa noſtra Provincia eo meliùs exerceri & curſum habere juſtitia queat, volumus & decernimus, ut quum aliquis noſtrorum ex illa Provincia ſubdirorum, aut aliis in poſterum venerit ad quemcumque noſtrorum Ballivi, Prætoris, eorum Locum-tenentium, Satellitum, aliorumve Judicum & officialium, eoſque requiſierir, ut arreſtet vel arreſtari jubeat auctoritate uoſtrâ, ſive ob debira, vel condemnationem coram aliquo è dictis Judicibus aur Tribunalibus pronunciatam & decretam, ſive ob mulctas, rixas aut crimina quæ tam nocte quàm die committuntur; ut eo caſu dicti noſtri Officiales ad hoc requiſiti, ad eos, quos arreſtare voluerint, venire poſſint, eoſq; virgis ſuis tangendo dicere ac declarare; ſe ad talium perſonarum requiſitionem illos arreſtare ob talia debita, condemnationem aut mulctas, illis jubendo & ad hoc aſſignando horam, quâ in judicio compareant, ad audiendam Adverſarii petitionem, vel mox intrandum in carcerem loci ubi arreſtari fuerint, ſub pœna mulctæ ſex librarum Arteſiarum in caſum defectûs.

Decernimus inſuper, ur dum dicti noſtri Ballivus, Prætor, eorum Locum-tenentes, Satellites, aliique Officiales nocte vel die quoſdam invenerint facientes rixas aliaſve inſolenrias; ut illi, vel eorum aliquis dicto die aut aliis inſequentibus tales rixas & perſonas ſub jure-jurando deferre poſſint vel poſſit coram Conſiliariis, Hominibus, aut Scabinis locorum, qui in ejuſmodi caſu aut mulctis judicare ſolent, & poſtea per judiciale Decretum eos citare, jubereque, ut pro his introductas mulctas ſolvant, aur carcerem loci ſubeant, ſub pœna ſex ejuſmodi librarum: quarum ſcilicet mulctarum medietas noſtro cedet emolumento, alrera medietas æquis portionibus Officiario qui eos citârir & arreſtârir, ac munitioni dictæ noſtræ Urbis Namurcenſis applicabitur.

Et ſi qui rebelles ſint, aut inobedientes in eo faciendo, idque realiter exequi conveniat; ne adeo ſint audaces, ut ſe viâ facti defendanr; & nulli etiam Satellites noſtræ dictæ Provinciæ & Comitarûs, aur alii, ſive ipſimet, ſive ipſorum propinqui & amici, ulla in re præſumant eis ſuccurrere, quum ob cauſam civilem captivi erunt, nec eis aſſiſtentiam præbere, ſub pœna confiſcationis bonorum ſuorum mobilium; ſin cauſa criminalis fuerit, ſub pœna laquei.

Si verò dicti Officiales munere ſuo fungentes preſſi oppreſſique fuerinr, ac dictorum Satellitum auxilium poſtularint, hi ſic requiſiti, ſecundùm rationem & Juſtiriam eos juvenr, ſub pœna arbitrariæ punitionis juxta caſûs & delicti exigentiam.

Itaque mandamus dilectis noſtris & fidelibus, Præſidi, cæteriſque Magnum noſtrum Conſilium Mechlinienſe conſtiruentibus, dictis noſtris Gubernatori, Supremo Ballivo & Capitaneo, Præſidi dicti Conſilii, aliiſque omnibus Juſtitiæ Miniſtris, Officiariis & Subditis dictæ noſtræ Provinciæ & Comitatûs Namurcenſis, ad quos quorumque loca id ſpectabit, & unicuique eorum in loco ſuo, & quantùm ad ipſum pertinebit; ut hanc noſtram præſenrem acceptationem, confirmationem, ratificarionem & approbationem, & quidquid in hiſce noſtris præſcotibus continetur, juxra & per eum modum qui præſcriprus eſt, cuſtodiant, obſervent & exequantur, & cuſtodiri, executioni mandari, obſervarique jubeant ab iis ad quos ſpectabit,

à

à quoque intra Officii ſui limites; & ut ad conſervationem & executionem Decretorum prædictorum præfatis Hominibus noſtri Conſilii, ceteriſq; omnibus ad quos ſpectabit, præſtent & præſtari faciant quodcumq; poterunt auxilium & aſſiſtentiam, atque pro ſuprà dictorum adimpletione faciant omne illud quod per dictos noſtros Conſiliarios alioſque noſtros Officiarios ſibi injunctum præſcriptumque fuerit, ſine propenſione in alteram partem, favore aut diſſimulatione quacumque, ſub pœna arbitrariæ punitionis, uti & quemadmodum caſus requiret.

Utque nemo prætexere queat cauſam ignorantiæ eorum quæ his noſtris præſentibus continentur, volumus & decernimus, ut hæc in noſtro Conſilio die Forenſi, & in cunctis Civitatibus ac locis noſtri dicti Comitatûs Namurcenſis, ubi opus fuerit, publicentur: nam ita Nobis placet fieri. In quorum Teſtimonium hiſce præſentibus Sigillum noſtrum apponi juſſimus.

Datum in Civitate noſtra Bruxellenſi die XXVI. Februarii, anno gratiæ M.D.IX, & Regnorum noſtrorum, Imperatoris nempe Germanici XXIV. & Hungarici XX. *Plicæ inſcriptum erat.* Juſſu Imperatoris & Domini Archiducis in ſuis Conſiliis. *Signatum:* Werdebive: *Et Sigillatum magno Sigillo in cera rubra è duplici faſcia dependente.* 1509.

In dorſo Scriptum erat. Publicatum Namurci ad clangorem tubarum proclamationis publicæ, XXV. Maii M.D.X, per me, *Signatum*: Groul. 1510.

Inferiùs habebatur: Publicatum in Camera Conſilii die Forenſi ultimâ Maii anno ut ſuprà, præſentibus compluribus ibi exiſtentibus, per me, *Signatum:* Groul.

Comitatui Namurcenſi jam olim præfuit Gubernator ſeu Magnus Balivus, Comitis Vicarius, iique ſemper è Primaria Belgii Nobilitate aſſumptus. Huic in ferendis ſententiis ſolebant aſſiſtere 10 vel juxta alios 12. Pares Caſtri Namurcenſis; uſque ad annum 1509, quo per hoc Diploma Maximilianus & Carolus Principes Belgii Joanni de Bergis Balivo Conſiliarios adjunxerunt Eccleſiaſticos quatuor & ſex ſæculares. Nunc ſoli manent ſæculares, habentes, ad promovendum jura Principis, ſocium Procuratorem Generalem: atque à cauſis in hoc Conſilio deciſis appellare licet ad Supremum Mechlinienſe Conſilium.

PRÆSIDES CONSILII NAMURCENSIS.

I. Joannes le Roossel, anno 1509.
II. Joannes Jonolet, Toparcha des Maretz, obiit anno 1540. Senator Sanctioris Conſilii Bruxellis.
III. Hercules de Dinant
IV. Theodoricus l'Arbalestier.
V. Ludovicus Martigny.
VI. Joannes Moissart.
VII. Franciscus Fruitier.
VIII. Philippus le Cocq.
IX. Guilielmus de Masnuy.
X. Petrus van den Bosch, creatus anno 1610. Cancellarius Gelriæ, obiit anno 1614.
XI. Joannes Proost, antea in Supremo Mechliniæ Conſilio Senator.
XII. Zegerus Coulez, tranſiit anno 1628. ad Præſidentiam Supremi Conſilii Mechlinienſis, & poſt decennium vitâ functus eſt.
XIII. Joannes Gerlais.
XIV. Joannes Polchet.
XV. Petrus de Cortil.
XVI. Franciscus Floriet, mortuus anno 1678.
XVII. Joannes Drusmel.
XVIII. Nicolaus Cuvelier.
XIX. Robertus Henrart.
XX. Nicolaus Philippus de Wespin.
XXI. Nicolaus Cuvelier, Filius ſuperioris, mortuus anno 1717.
XXII. Franciscus Lambillon, antea Senator in eodem Conſilio, inſtallatus Præſes anno 1717.

CAPUT CXLIX.

Wilhelmus vanden Tympel *Oppidi Lovanienſis Conſul, ibidem fundat Abbatiam Virginum Ciſtercienſium, cui nomen* Vinea B. Mariæ, *anno* 1522.

Ex MS. Archivis Urbis Lovan. tranſlatum è Flandrico.

Nos Conſules, Scabini & Conſilium Oppidi Lovanienſis, notum facimus omnibus has Litteras viſuris & legi audituris, Nos nomine prædicti Oppidi & communium incolarum ejuſdem, prævio conſenſu Membrorum ſeu Conſilii * extraordinarii hujus Oppidi, ac etiam enixis precibus ac poſtulatione Reverendi in Deo Patris & Domini, Domini Marci Cruyt Prælati & Abbatis * Domûs Dei S. Bernardi ad Schaldim, Ordinis Ciſtercienſis, & Walteri vanden Tymple Conſulis noſtri moderni, ac etiam prævio conſenſu, per eum ad hoc obtento, noſtri Clementiſſimi Domini Imperatoris electi, hic oſtenſo, ac aliis anteactis & communicationibus certorum Deputatorum hujus Oppidi, in conſequentiam dictorum conſenſuum, de quibus inferiùs, inter prædictos Dominos ac Prælatum præhabitis & peractis, conſenſiſſe & conceſſiſſe, & per præſentes conſentire ac concedere pro Nobis ac Succeſſoribus noſtris, ad honorem Dei Omnipotentis & Benedictæ Matris ejus Mariæ, ut erigatur, ſtatuatur ac ordinetur & permaneat Domus Dei ac Conventus Monialium, aut Monaſterium prædicti Ordinis, ſub nomine *Divæ Virginis in Vinea*, in hoc Oppido, in platea Caſtrenſi, in loco ubi idipſum jam ædificari cœptum eſt, & ubi dictus Walterus habuerat Domum collapſam, cum horto, prato & omnibus aliis ſuis pertinentiis, quam

* Breden-Raede.

* Flandricè Godtshuys.

dictus Walterus ad erectionem ejuſdem Domûs Dei dedit ac tranſportavit, etiam prævio conſenſu præpotentis Domini prædicti, & noſtrorum Prædeceſſorum in Conſilio hujus Oppidi & Membrorum ejuſdem, prout conſtat ex certa Acta deſuper facta ſignata ac regiſtrata de
1519 data ultimâ Maii anni M. D. XIX. præteriti, & hoc ſub certis modo, conventione ac Statutis hic infra declaratis, ſcilicet:

Primo quod eadem Domus Dei non poterit aſſumere numerum Perſonarum majorem quàm ad XXX. Perſonas, ſcilicet XXIV. Moniales, IV. Sorores, unum Patrem ſeu Confeſſorem, & unum Capellanum.

Item illi de Domo Dei prædicta poterunt pro ſuſtentatione ac victu neceſſario pro unaquaque perſona ibidem commorante, liberè habere ac coquere unum modium cum dimidio farinæ, ac etiam pro quoque capite habere quatuor hamas cereviſiæ, ex qua poterunt ſumere tertiam partem bonæ cereviſiæ, ac duas alias parvæ, quam quærere tenebuntur apud braxatores Lovanii. Et hoc omnino liberè abſque ulla ſolutione acciſiæ; & non plus. Et etiam quod ipſi nullam proſſus cereviſiam braxare poterunt.

Item ſimiliter illi de Domo Dei poterunt habere ac caveæ imponere ad eorum ſuſtentationem ac neceſſarium victum & uſum, ut ante, ſingulis annis qninque hamas vini, talis quale illis dabitur aut ipſi ement, etiam abſque ulla ſolutione acciſiæ, & non plus, niſi cum expreſſo conſenſu Oppidi.

Item dum aliqna in prædicta Domo Dei habitum aſſumet, vel Profeſſionem emittet, tunc eadem Domus Dei, vel Conſanguinei illius Filiæ debebunt quærere vinum, quod ibidem conſumetur, ad acciſiam Oppidi; & ſi vinum aliquod illatum fuerit, etiam acciſia de eo debebit perſolvi.

Item quod prædicta Domus Dei poterit acquirere collapſas domunculas cum fundo adjacente ibidem ſitas à parva platea Fontis Ducis retrorſum uſque ad Pomarium Scholæ Caſtrenſis ibidem, & quod eas verſus rectam plateam intertinere tenebuntur, nec demoliri, niſi alias reædificare velient: ut vel iis utantur vel elocent; nec poterunt alias Domos emere ſine expreſſo conſenſu Oppidi prædicti.

Item quod eadem Domus Dei poterit acquirere tam in paſtum jumentorum quam aliter duo bonaria cum dimidio prati in diſtrictu Lovanienſi ſiti, nec poterunt plura alia bona nec reditus in eodem diſtrictu acquirere ſine expreſſa venia & conſenſu Oppidi, ut ante.

Item quod eadem Domus Dei tenebitur recipere & præferre Filias prædicti Oppidi aliis extraneis, etiam dum aliæ ſunt æquè capaces, & ſine exceptione perſonarum tam bene pauperes & ignobiles, quam divites aut nobiles, in quantum ſunt capaces ad obſervandam Regulam Domûs Dei, & revera ibidem locus vacet, ſalvo numero prædicto.

Item quod prædicta Domus Dei erit & manebit de omnibus aliis negotiis & rebus obnoxia acciſiis Oppidi, ad inſtar aliorum inhabitantium ejuſdem Oppidi.

Item & ut prædicta Domus Dei in bona reformatione & regimine intertineatur, Reverendus Pater & Dominus, D. Prælatus Domûs Dei Sancti Bernardi ad Sebaldim, pro tempore exiſtens, ſemper erit & manebit Pater Abbas & Viſitator immediatus hujus prædictæ Domûs Dei; ut eandem ſemper juvet, quatenus intertineatur in bono regimine & vita veracis reformationis, & eis provideatur de bonis Confeſſariis, qui Domui Dei ac Monialibus ſint honori & utilitati.

In quo bono regimine & in eadem primitiva reformatione eædem Religioſæ Domûs Dei prædictæ debebunt manere & ſeſe tenere, ſub amiſſione omnium Privilegiorem & libertatum per prædictum Oppidum eidem Domui Dei conceſſorum.

Item Oppidum Lovanienſe eidem Domui Dei conſtituet annuè duos Mamburnos, prout conſtituit Domui Dei in Banco, Begardorum, magni Beginaſii, magni Xenodochii, duodecim Apoſtolorum, Sanctæ Claræ & plurium aliarum in Lovanio: quibus Mamburnis eadem Domus Dei annuè ordinabit pro moleſtia & labore, quæ ſemper impendere debebunt ad libitum & petitionem ejuſdem Domûs Dei, donum gratuitum, ſcilicet cuique dari par caponum, prout aliæ Domus Dei prædictæ ſuis Mamburnis dare ſolent.

Item quod etiam Receptor prædictæ Domûs Dei pro tempore exiſtens conſtituetur & deſtituetur cum ſcientia & conſultatione prædicti Prælati, aut Commiſſarii ejus, & prædictorum Mamburnorum ab Oppido conſtitutorum: qui Receptor erit obligatus in aſſumptione ſua conſtituere bonam & ſufficientem cautionem, quantum eidem Prælato & Mamburnis ſatis erit, & tenebitur annuè reddere rationem ſuæ adminiſtrationis & recepturæ coram prædicto Prælato, aut Commiſſario ejus, Mamburnis & Commiſſariis Oppidi qui ad hoc committentur, quæ prædicta Domus Dei tenebitur iſti Receptori ſatisfacere pro annuo ſuo ſtipendio ſine onere Oppidi.

Item illi de prædicta Domo Dei tenebuntur orare pro Oppido Lovanienſi & Incolis ejuſdem, & pro communi pace atque proſperitate & ad conſequendam ſemper gratiam: ſalvo tamen jure Eccleſiæ S. Gertrudis, & cujuſcumque alterius.

In quorum prædictorum notitiam & firmitatem, Sigillum ad cauſas prædicti Oppidi his Litteris appendi juſſimus die XXVI. menſis
Junii, anno Domini M. D. XXII. 1522

CAPUT

CAPUT CL.

GUILIELMUS DE CROY, *Marchio Arſchoti, & MARIA DE HAMALIA Conjuges, fundant ac dotant Heverleënſe Cœleſtinorum (unicum iſtius Ordinis in Belgio) Cœnobium, anno 1525.*

Ex Archivis Monaſterii.

NOS MARIA DE HAMAL Marchioniſſa Arſchoti &c. Vidua defuncti Nobilis & potentis Domini D. GUILIELMI CROUIACI, dum viveret, Marchionis dicti Arſchoti, Comitis Bellimontis, Domini Cerviæ & Hevriæ &c.

OMNIBUS præſentes Litteras inſpecturis, aut audituris, ootum facimus, quod ad perficiendum, & exequutioni mandandum teſtamentum & ultimam voluntatem dicti mei Domini & Mariti, quâ ex expieſſo conſenſu Majeſtatis Imperialis voluit, ordinavit, & conſtituit, quod in loco dictæ Hevriæ juxta & extra Urbem Lovanienſem, fundaretur, dotaretur & erigeretur uoum Clauſtrum & Monaſterium viginti quatuor Religioſorum Ordinis Celeſtinorum;

Nos fecimus, commiſimus, ordinavimus & cooſtituimus, & per præſentes facimus, committimus, ordinamus & cooſtituimus Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Carolum Crouiacum Adminiſtratorem Epiſcopatûs Tornacenſis & Abbatiæ Affligemenſis, noſtrum Nepotem, ad & in nomine noſtro Religioſos dicti Ordinis Celeſtinorum realiter & effectivè ponendos, & inducendos in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem dicti Clauſtri & Monaſterii, in dicto loco Hevriæ per Nos inchoati, ut ibi per dictos Religioſos fiat, & celebretur Officium Divioum conſequenter & juxta contentum dicti Teſtameoti, & ultimæ voluntatis.

QUOD Clauſtrum & Monaſterium, quia nondum eſt perfectum, promiſimus & promittimus per præſentes perficere quantum ad ædificia, quæ reſtant adhuc facienda: & etiam dotare, juxta tenorem & contentum dicti Teſtamenti & ultimæ voluntatis.

IN cujus Teſtimonium præſentibus noſtrum Sigillum appendi juſſimus anno gratiæ milleſi- 1525
mo quingenteſimo vigeſimo quinto, XXVII. Septembris.

CAPUT CLI.

PAULUS III. *Pontifex Abbatiam S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi ſupprimit anno 1536. & è Monachis facit Canonicos ſæculares, & ex bonis ejuſdem Monaſterii erigit inſigne Capitulum, petente Carolo V. Imperatore.*

Ex MS. Archivis Cath. Eccl. Gandavi.

PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacri Apoſtolatûs miniſterio, meritis licet imparibus, supernâ diſpoſitione præſidentes, ex commiſſi Nobis Paſtoralis Officii debito, ad ſingulas Eccleſias & Monaſteria dirigentes circumſpectæ conſiderationis intuitum, illorum, ac in eis Altiſſimo famulantium perſonarum ſtatum interdum alteramus & commutamus, ac deſuper diſpooimus & ordinamus, prout Catholicorum Principum vota expoſcunt, & rationabiles cauſæ perſuadent, ac locorum & temporum cooditionibus diligenter penſatis, ad Divini cultûs augmentum, ac pro Eccleſiarum ac Monaſteriorum eorumdem decore & venuſtate conſpicimus io Domino ſalubriter expedire.

SANE chariſſimus io Chriſto Filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, qui etiam Comes Flandriæ exiſtit, Nobis exponi fecit, quod licet Monaſterium S. Bavonis ſitum juxta Oppidum Gandenſe Ordinis S. Benedicti Tornacenſis Diœceſis, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum, olim per præfatum S. Bavonem Haſbaniæ Comitem fundatum, & ſucceſſu temporis per Comites Flandriæ ipſius Caroli Imperatoris & Comitis Prædeceſſores dotatum, notabile & inſigne, ac in eo ultra Abbatialem illius dignitatem, unus Prioratus, & unus Præpoſitatus, ac una Præpoſitura S. Amandi nuncupata, & una Theſauraria, nec non una Eleëmoſynaria, una Pictantiaria, una Iofirmaria, una Hoſpitalaria, ac forſan alia officia inibi Clauſtralia, per illius Monachos Ordioem ipſum expreſsè profeſſos, etiam cum ipſius Monaſterii Monachalibus portionibus obtineri ſolita, ac plures Monachales portiones fore dignoſcantur, & ab eodem Monaſterio Præpoſitura in *Papingloo* Ordinis & Diœceſis prædictorum, in qua per Abbatem ipſius Monaſterii pro tempore exiſtentem unus ex illius Monachis ad nutum amovibilis deputari conſuevit, dependet, & plura Beneficia Eccleſiaſtica ad præſentationem, & collationem ejuſdem Abbatis pertineant;

CUM tamen dictum Oppidum (quod ortum natalibus ipſius Caroli V. Imperatoris dedit)

plurimùm

Digitized by Google

plurimùm inſigne & famoſum, dictique Comitatûs principale & præcipuum, ac in eodem Oppido unum aliud etiam opulentum Monaſterium ejuſdem Ordinis ſub invocatione S. Petri dicatum, & nulla Cathedralis aut Collegiara ſecularis exiſtat, præter unam tantùm vetuſtam & depauperatam ſub invocatione S. Pharaildis, cujus (cauſantibus inundationibus maris quæ ante centum & tredecim annos evenerunt) tam fructus Præbendarum, quarum aliquæ valorem duorum ducatorum auri communi æſtimatione non excedunt, quàm diſtributiones adeo tenues exiſtunt, ut ad præſens non ſit ibidem Canonicus, qui ex fructibus ſuæ Præbendæ ſe decenter ſuſtentare poſſit:

Si in dicto Monaſterio S. Bavonis nomen & titulus Monaſterii, ac dignitatis Abbatialis & Conventualis, nec non Ordo S. Benedicti, ac omnis ſtatus & omnis dependentia Regularis, nec non Prioratus, & Præpoſitatus, ac S Amandi, & in *Papingloo* Præpoſitura, Eleëmoſynaria, Pitanciaria, Infirmaria, Hoſpitalaria, nec non Theſauraria, & alia officia, ac ſingulæ Monachales portiones penitus & omninò perpetuò ſupprimerentur & extinguerentur, ac Eccleſia Monaſterii (pars diſpoſitiva S. Bavonis) ejuſmodi in Collegiatam Eccleſiam ſæcularem, ac in eo, loco dictæ Abbatialis dignitatis una Præpoſitura ſæcularis inibi principalis pro uno Præpoſito ſæculari, & loco Prioratûs unus Decanatus, una Cantoria pro uno Cantore, nec non una Theſauraria ſæcularis, loco Theſaurariæ regularis, ac loco Præpoſituræ de *Papingloo* una Scholaſtria, quæ non principales inibi dignitates, nec non viginti quatuor Canonicatus & totidem Præbendæ perpetuò erigerentur & inſtituerentur, profectò feliciori ſtatui Eccleſiæ Monaſterii S. Bavonis hujuſmodi conſuleretur, & tam illa, quàm Oppidum ipſum magis decoraretur, & venuſtiora redderentur, Divinuſque cultus in eadem Eccleſia, & ad illam Chriſti fidelium devotio cum illorum ſpirituali conſolatione, & animarum ſalute non parum augeretur:

Quare præfatus Carolus Imperator Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in dicto Monaſterio S. Bavonis, nomen & titulum Monaſterii ac dignitatem Abbatialem, & Conventualem, nec non Ordinem prædictum, ac omnem ſtatum, & omnem dependentiam Regularem, nec non ſingula officia, ac Monachales portiones hujuſmodi perpetuò ſupprimere & extinguere, ac illius Eccleſiam prædictam in ſæcularem & Collegiatam, ut præfertur, erigere & inſtituere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere annuum valorem ſecundùm æſtimationem prædictam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioqui unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatas, quorum intereſſet; quique Eccleſiarum & Monaſteriorum quorumlibet eorum, perſonarum proſperum ſtatum ac in illis Divini cultûs augmentum ſinceris deſideramus affectibus, Monaſterii ac ſingulorum Officiorum ac Monachalium portionum prædictorum, fructuum, redditurum, ac proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationi inclinati, cum ad hoc dilecti Filii Lucæ Muenich moderni Abbatis per dilectum Filium Magiſtrum Andream Caſtello Scriptorem ac familiarem noſtrum, Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum accedat,

Et ſi etiam dilectorum Filiorum Conventûs dicti Monaſterii S. Bavonis acceſſerit aſſenſus, ad Omnipotentis Dei laudem, & militantis Eccleſiæ exaltationem, ac Monaſterii S. Bavonis & Eccleſiæ prædictæ feliciorem ſucceſſum, in ipſo Monaſterio S. Bavonis nomen & titulum Monaſterii, & dignitatem Abbatialem & Conventualem, nec non Ordinem prædictum, omnemque ſtatum & dependentiam Regularem, ac Prioratum, & Præpoſituram, nec non S. Amandi, & in *Papingloo* Præpoſituram, ac Theſaurariam, Eleëmoſynariam, Pitanciariam, Infirmariam, & Hoſpitalariam, ac alia Officia prædicta, illorum qualitates & denominationes, ita ut de cætero Prioratus, Præpoſitatus, Præpoſituræ, Theſauraria, Eleëmoſynaria, Pitanciaria, Infirmaria, Hoſpitalaria, & alia Officia dici, nominari, & cenſeri non poſſint, ac ſingulas Monachales portiones hujuſmodi, Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò, penitus & omninò ſupprimimus, & extinguimus;

Ac in Eccleſia S. Bavonis hujuſmodi ſtatum Regularem, in ſtatum Canonicorum & Presbyterorum ac Clericorum ſæcularium immutamus, & ad ſtatum ſæcularem illam reducimus, ipſamque Eccleſiam in ſæcularem & Collegiatam, ac in ea Capitulum ſæculare cum Menſa Capitulari, Sigillo & arca communibus, aliiſque Collegialibus inſigniis; *Suppreſſio Abbatiæ.*

Nec non loco ſuppreſſæ Abbatialis dignitatis unam Præpoſituram, quæ principalis pro uno Præpoſito ſæculari, qui ſimilem juriſdictionem, poteſtatem, auctoritatem, ac præeminentiam, etiam quoad Pontificalium uſum & exercitium, ac ſolemnis benedictionis elargitionem habeat, prout Abbas prædicti Monaſterii habere conſueverat;

Nec non loco Prioratûs unum Decanatum pro uno Decano; ac loco Præpoſituratûs unam Cantoriam pro uno Cantore, ac loco Theſaurariæ Regularis, unam Theſaurariam ſæcularem pro uno Theſaurario, & loco Præpoſituræ in *Papingloo* unam Scholaſtriam, dignitates inibi non principales,

Nec non XXIV. Canonicatus, & totidem Præbendas pro XXIV. Canonicis, qui cum Præpoſito, Decano, Cantore, Theſaurario, & Scholaſtico præfatis Capitulum ipſius Eccleſiæ faciant, & conſtituant, & qui omnes Horas Canonicas diurnas pariter & nocturnas, ac Miſſas, & alia officia divina ſecundùm uſum, ritum & obſervationem Romanæ ſeu Tornacenſis Eccleſiæ recitare poſſint, perpetuò erigimus & inſtituimus. *Erectio Capituli.*

Nec

Dotatio Menſæ Capitularis.

Nec non eidem ſic erectæ Ecelefiæ, ſeu illius Capitulari Menſæ pro ejus, ſeu Præpoſituræ, Decanatûs, Cantoriæ, Theſaurariæ, Scholaſtriæ, Canonicatuum & Præbendarum prædictarum dote, omnia & ſingula bona & fructus Monaſterii, & ſuppreſſorum Prioratûs, Præpoſitatûs, Præpoſiturarum, Theſaurariæ, Eleëmoſynariæ, Pictanciariæ, Infirmariæ, Hoſpitalariæ, & portionum Monachalium prædictorum;

Absque præjudicio ipſius moderni Abbatis, qui de cætero quoad vixerit, Præpoſitus, aut ſi maluerit, Abbas nuncupetur, ac omnibus & ſingulis præeminentiis, honoribus, dominiis, officiorum ſæcularium deputationibus, collationibus & præſentationibus Beneficiorum, nec non fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis univerſis, quibus ante hujuſmodi ſuppreſſionem & erectionem prædictas utebatur, poſſidebat & gaudebat, utatur, potiatur, & gaudeat;

Nec Monachis ejuſdem, aut eorum aliquibus decedentibus, aliis Canonicis ſæcularibus in locum decedentium Monachorum recipiendis, vitâ ſibi comite, præter monachalem portionem, quam ipſi Monachi hactenus habuerunt, aliquid niſi ex ejus libito dare teneatur;

Ac Dignitates. nec non Canonicatus & Præbendas prædictas ex bonis Monaſterii hujuſmodi perpetuò dotare, illiſque ex nunc, prout poſt ejus deceſſum, & ècontra, dotem, prout ſibi videbitur, aſſignare poſſit. Ac per eum facienda dotatio & aſſignatio hujuſmodi, cum facta fuerit, Auctoritate Apoſtolicâ approbata & confirmata cenſeatur; ita quod liceat Præpoſito & Capitulo ejuſdem erectæ Eccleſiæ per ſe vel per alium, ſeu alios eorum nomine, corporalem poſſeſſionem bonorum ſuppreſſorum Abbatialis dignitatis poſt deceſſum ipſius moderni Abbatis,

Ac ex nunc Prioratûs, Præpoſitatûs, Præpoſiturarum, Theſaurariæ, Eleëmoſynariæ, Pictanciariæ, Infirmariæ, Hoſpitalariæ, & aliorum Officiorum, Monachaliumque portionum propriâ auctoritate liberè apprehendere ac perpetuò retinere; ac illorum, ac alios eorumdem

Exemptio ab Ordinario.

ſuppreſſorum Dignitatum, Officiorum & Monachalium portionum fructus, redditus & proventus percipere, ac in ſuos uſus & utilitatem convertere, Dioceſani loci, & cujuſvis alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ, auctoritate & tenore prædictis perpetuò applicamus & appropriamus.

Abſolutio ab Ordine.

Nec non modernum Abbatem, ac omnes & ſingulos ipſius Monaſterii S. Bavonis Monachos, etiam illius officia prædicta obtinentes, Ordinem ipſum inibi vel alibi tacitè vel expreſsè profeſſos, ab obſervantia Conſtitutionum, Ordinationum, Statutorum, ac conſuetudinum Regularium Monaſterii S. Bavonis, & Ordinis prædictorum, nec non quorumcumque per eos in eorum Profeſſione emiſſorum votorum (obedientiæ, & caſtitatis votis dumtaxat exceptis) & à Regula S. Benedicti, & ſecundùm illam divini officii recitatione;

Ita ut ipſi Abbas & Monachi nunc Regulares, de cætero Præpoſitus, Decanus, Cantor, Theſaurarius, Scholaſticus, & Canonici ſæculares ipſius Eccleſiæ exiſtant, & pro talibus habeantur & reputentur; ac de cætero habitum Regularem dicti Ordinis geſtare, & illius Regularia Inſtituta, diffinitiones, ritus, & mores; etiam quoad divinorum celebrationem, jejunia, victum, & ciborum uſum, ac indumentorum, & alia quæcumque, ad quæ dicti Ordinis ſeu Profeſſionis occaſione tenebantur, in futurum obſervare minimè teneantur;

Sed in habitu, cæremoniis, ritu, inceſſu, moribus & vita quoad omnia ſæcularibus Canonicis aliarum Collegiatarum ſæcularium Eccleſiarum illarum partium, ſe omnino & ubique, abſque alicujus apoſtaſiæ nota, ſeu cenſuræ incurſu conformare;

Ordinatio quoad Dignitates & Canonicatus.

Et præſentium vigore modernus Abbas, loco ſuppreſſæ Abbatialis dignitatis Præpoſituram ſæcularem, & modernus Prior Decanatum, & modernus Præpoſitus Cantoriam, & modernus Theſaurarius Regularis Theſaurariam ſæcularem; nec nòn modernus Præpoſitus in *Papingloo* Scholaſtriam erectos, ac ſinguli Monachi præfati unum ex Canonicatibus, & unam ex Præbendis erectis hujuſmodi abſque alia proviſione eis de illis reſpective facienda retinere poſſint;

Ipseque modernus Abbas dictæ erectæ Eccleſiæ Præpoſitus, ut de quibuſvis bonis ſuis mobilibus & immobilibus, quomodolibet tacitè etiam intuitu Eccleſiæ acquiſitis vel acquirendis, liberè & licitè in vita & in morte teſtari & diſponere valeat: ſed ſpolia, quæ nunc ſunt, & pro tempore erunt ejuſdem erectæ Eccleſiæ Monachorum decedentium, ad Menſam Capitularem dictæ Eccleſiæ hujuſmodi pertineant:

Ac Præpoſito & Dignitates obtinentibus, nec non Canonicis, & perſonis ejuſdem erectæ Eccleſiæ ab inteſtato decedentibus, etiamſi conſanguineos habuerint, nihilominus Capitulum præfatis, quoad bona intuitu Eccleſiæ acquiſita, fabricæ ipſius erectæ Eccleſiæ applicanda, ſuccedant:

Sic tamen, quod nunc præſentes Monachi, qui habitum Regularem & Regulam S. Benedicti dimittere noluerint, in illis quamdiu voluerint, remanere poſſint; & nihilominus Divinis in dicta Eccleſia deſerviendo tantum percipiant, quantum unus ex aliis Canonicis dictæ erectæ Eccleſiæ; ac ſedeant & incedant, vocemque activam & paſſivam habeant inter alios Canonicos ſecundùm ordinem priſtinum, dummodò in Divinis & aliis Eccleſiaſticis Officiis in ſuperiore habitu aliis Canonicis ſe conforment, Auctoritate prædictâ, earumdemque tenore præſentium abſolvimus & liberamus.

Exemptio Capituli.

Et inſuper quod dicta erecta Eccleſia, & illius Præpoſitus, Dignitates obtinentes, Canonici & perſonæ pro tempore exiſtentes, prout dictum Monaſterium & illius Abbas & Monachi ante hujuſmodi ſuppreſſionem & erectionem, exempti & dictæ Sedi immediatè ſubjecti ſint, & eſſe cenſeantur,

Et quod Jus Patronatûs, & præſentandi perſonas idoneas tam ad Præpoſituram, quàm ad Canonicatus & Præbendas, hâc primâ vice dum-

taxat exceptâ, pro tempore quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacantes, ad præfatum Carolum Imperatorem, & pro tempore exiſtentem Comitem Flandriæ, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti;

Electio ad Capitulum pertinet.

Electio verò idonearum perſonarum ad Decanatum, Cantoriam, Theſaurariam & Scholaſtriam erectos, ad Præpoſitum, Decanum, & Capitulum ejuſdem erectæ Eccleſiæ;

Institutio autem perſonarum ſic per eos pro tempore electarum, nec non collatio & proviſio aliorum XII. Canonicatuum & Præbendarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiam hac vice, ad ipſum ſolum Præpoſitum pro tempore exiſtentem;

Pro Præpoſitis in Collatione.

Ac collatio & præſentatio & omnium ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quæ ad collationem & præſentationem ipſius Abbatis pertinebant, etiam de cætero ad eundem ſolum Præpoſitum pertineant; nec Ordinarius loci in collatione dictarum Præbendarum & Canonicatuum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſe quoquo modo immiſcere poſſit.

Dotatio Præpoſituræ.

Et dicto moderno Abbate decedente, ex omnibus bonis dicti Monaſterii eidem Menſæ Capitulari applicatis, fructibus, redditibus, & proventibus, Præpoſitus pro tempore exiſtens, quantum quatuor, unà cum domibus & dominiis dicti olim Monaſterii per eum eligendis, & eidem Præpoſituræ applicandis,

Dotatio Dignitatum.

Ac ſinguli ex Decano, Cantore, Theſaurario & Scholaſtico præfatis æquales portiones cum aliis Canonicis pro rata, unà cum quota pecuniaria, vel portione bonorum Monaſterii hujuſmodi per dictum modernum Abbatem eis & eorum cuilibet ratione dictarum Dignitatum ad ſuum libitum deputanda & conſignanda, percipiant, niſi idem modernus Abbas (vitâ ſibi comite) juxtà facultatem ſibi per præſentes conceſſam, aliter (quàm ut præfertur) diſpoſuerit.

pro Officiariis.

Et Præpoſitus pro tempore præſentatus & inſtitutus ſolus Officiarios juſtitiæ, videlicet Ballivum, Schultetum, Scabinos & ſimiles, cum omni juriſdictione (prout ad præſens modernus Abbas habet) tam in dicto Monaſterio S. Bavonis, quàm Dominiis ejuſdem;

Cæteros verò Officiales ac Receptores bonorum dictæ erectæ Eccleſiæ Præpoſitus cum Capitulo deputare poſſint & debeant, eiſdem auctoritate & tenore, perpetuò ſtatuimus & ordinamus. Ac eidem moderno Abbati futuro Præpoſito, Canonicis & aliis perſonis dictæ erectæ Eccleſiæ domos & manſiones deputandi & aſſignandi;

Nec non Præpoſito pro tempore exiſtenti, & Capitulo præfatis tam circa divinorum officiorum celebrationem, quàm bonorum & rerum dictæ erectæ Eccleſiæ conſervationem & augmentum, ac fructuum diſtributionem, quæcumque Statuta & Ordinationes licita & honeſta, ac Sacris Canonibus non contraria condendi, & condita (prout qualitas temporum exegerit) reformandi & immutandi, ac alia de novo faciendi, quæ poſtquam condita, reformata, immutata, ac de novo edita fuerint, Apoſtolicâ Auctoritate prædictâ, etiam firmata ſint & eſſe cenſeantur, ac firmiter obſervari debeant, plenam & liberam facultatem concedimus. Et nihilominus eidem Eccleſiæ, & illius Præpoſito, Decano, Cantori & Theſaurario, Scholaſtico, Capitulo, Canonicis & Perſonis pro tempore exiſtentibus, ut omnibus & ſingulis Privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, franchiſiis, prærogativis, facultatibus, gratiis, conceſſionibus, & Indultis, eidem Monaſterio, ac illius Abbati, & Perſonis tam Apoſtolicâ, quàm Ordinariâ auctoritatibus, ſeu etiam per quoſcumque Romanos Pontifices, ac Imperatores, Reges, Duces, Comites, Comitiſſas, Marchiones, & quoſcumque alios ſuperiores quomodolibet conceſſis, quibus per præmiſſa nullatenus præjudicatum cenſeatur, ſed illis, ut priùs, & aliis, quibus aliæ Eccleſiæ Collegiatæ ſæculares illarum partium, ac illarum Dignitates Canonici & Perſonæ quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, gaudere poterunt quomodolibet in futurum, etiam quoad delationem Almutiarum pariformiter, & abſque ulla differentia uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, indulgemus.

De Privilegiis & Franchiſiis.

Abſolutio à Cenſuris

Præterea Abbatem & Monachos præfatos, ac eorum ſingulos, qui propter Inſtitutorum regularium prædictorum tranſgreſſionem, aliquam apoſtaſiæ notam, aut irregularitatem, ſeu inhabilitatem incurrerint, ab hujuſmodi exceſſibus, nec non apoſtaſia, & quibuſvis excommunicationis, & aliis ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas præmiſſorum occaſione forſan quomodolibet incurrerint, Auctoritate & tenore ſupradictis abſolvimus, ac cum eis ſuper irregularitate (ſi quam Cenſuris hujuſmodi ligati, Miſſas & alia Officia Divina celebrando, aut illis ſe immiſcendo contraxerint) quodque quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, cum cura & ſine cura ſæcularia aliàs invicem ſe compatientia Beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi Canonicatus & Præbendæ, Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes, & Officia in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis, & Dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, poſt Pontificales majores, ſeu Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint, & ad Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes, vel Officia hujuſmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, ſi eis canonicè conferantur, aut eligantur, præſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eis, poſt ſuppreſſionem & reductionem hujuſmodi recipere & retinere, illaque ſimul vel ſucceſſivè, ſimpliciter vel ex cauſa permutationis, quotiès eis placuerit, dimittere, & loco dimiſſi, vel dimiſſorum aliud vel alia, ſimile vel diſſimile, aut ſimilia vel diſſimilia, Beneficium vel Beneficia, Eccleſiaſticum vel Eccleſiaſtica, quæcumque, quodcumque, & qualiacumque, cùm cura & ſine cura, ſe invicem compatientia, ſimiliter recipere, & (ut præfertur) retinere liberè & licitè valeant, Auctoritate & tenore ſupradictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus; abolentes omnem inhabilitatis

Diſpenſatio ad beneficia.

tatis & infamiæ maculam ſive notam per eos præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam.

Quocirca dilectis Filiis S. Donatiani Brugenſis dictæ Diœceſis, & S. Pharaildis ejuſdem Gandenſis Oppidorum, Eccleſiarum Præpoſitis, ac Officiali Tornacenſi per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Præpoſiti & Capituli prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ ſuppreſſiooem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, immutationem, reductionem, applicationem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, conceſſionem, indultum, decretum, & alia præmiſſa firmiter obſervari;

Ipſoſque Carolum, & pro tempore exiſtentem Comitem Flandriæ, ac Præpoſitum, ac Capitulum illos, nec non eoſdem Abbatem & Monachos, poſſeſſione ſeu quaſi, abſolutionis, liberationis, diſpenſationis, & abolitionis prædictarum pacificè gaudere; non permittentes eos deſuper per quoſcumque contrà præſentium tenorem quomodolibet impediri, moleſtari vel perturbari; contradictores Auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; non obſtantibus præmiſſis, ac priori noſtrâ voluntate prædictâ, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à Jure permiſſis fieri prohibentibus, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus; & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii S. Bavonis, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate roboratis Statutis & conſuetudinibus, nec non Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis eidem Monaſterio S. Bavonis, & Ordini ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque aliis Decretis conceſſis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus (etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio etiam diſpoſitivè fieri deberet) tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque;

Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Monachalibus portionibus, ac Officiis hujuſmodi, ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetraverint, etiamſi per eas ad iohibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras & proceſſus habitos per eoſdem, & indè ſecuta quæcumque, ad loca & Monachales portiones, nec non Officia ſuppreſſa hujuſmodi, volumus non extendi. ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem locorum, & Monachalium portionum, ac Officiorum, vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari; ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam ooſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, innovationis, reductionis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, abſolutionis, liberationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, indulti, diſpenſationis, abolitionis, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ MDXXXVI, nono Kalend. 1536
Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

CAPUT CLII.

Alexander Farnesius *S. R. E. Cardinalis, Vice-Cancellarius, atque Legatus ad Carolum V. Cæſarem in Belgio, decernit transferendum eſſe Capitulum Canonicorum ab Eccleſia S. Bavonis Gandavi ad Eccleſiam Parochialem S. Joannis ibidem, anno* 1540.

Ex MS. Archivis Cath. Eccl. Gandavenſis.

Alexander miſeratione Divinâ S. Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis de Farneſia nuncupatus, S.R. Eccleſiæ Vice-Cancellarius, ad Hiſpaniæ & Franciæ Regna, nec non quæcumque alia loca & Provincias, ad quæ Nos declinare contigerit, Domini noſtri Papæ, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto nobis ab Apoſtolica Sede Nunciaturæ officio, Imperatorum & Regum votis, præſertim ſuorum Dominiorum pacem, ac ſubditorum

ditorum publicam & evidentem utilitatem concernentibus, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis.

Sane pro parte devotiſſimi dictæ Sedis Filii Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti & Hiſpaniarum Regis Catholici nobis nuper exhibita petitio continebat:

Quod nuper ipſe ad Civium Oppidi Gandavi, Tornacenſis Diœceſis ſub debitis fidelitate & obedientia animos continendos, ac inter eos & totam Patriam, & Comitatum Flandriæ, cujus ipſe Carolus etiam Comes exiſtit, pacem & tranquillitatem perpetuò fovendam & conſervandam, aliiſque neceſſariis & urgentiſſimis cauſis animum ſuum moventibus impulſus, unam munitam arcem, ſeu fortalicium in Collegiata Eccleſia S. Bavonis ipſius Oppidi, loco ad id congruentiori conſtituere & ædificare incepit.

Et quia (ſicut eadem expoſitio ſubjungebat) pro arce ſeu fortalicio hujuſmodi perficiendo totam dictam Eccleſiam, ſeu ejus majorem partem demoliri oportet, à Nobis inſtanter petiit, ut Collegiatam præfatam in totum ſupprimere, nec non ad Parochialem Eccleſiam Sancti Joannis ejuſdem Oppidi, ad quam ipſe Carolus Imperator ſingularem gerit devotionis affectum, & in qua Baptiſmatis Sacramentum ſuſcepit, transferre, & etiam ab ipſa Parochiali Eccleſia invocationem S. Joannis delere, illamque in Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione dicti S. Bavonis erigere, aliàſque in præmiſſis opportunè providere dignaremur.

Nos igitur ad infraſcripta per dictæ Sedis Litteras (quas juxta Indultum Nobis in eis conceſſum inſerere non tenemur) ſufficienti facultate muniti, precibus ipſius Caroli Imperatoris in hac parte inclinati, Auctoritate Apoſtolicâ Nobis conceſsâ & commiſsâ, quâ fungimur in hac parte, tenore præſentium Collegiatam Eccleſiam S. Bavonis, nec non in dicta Parochiali Eccleſia invocationem S. Joannis perpetuo ſupprimimus,

Eandemque Parochialem in Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione dicti S. Bavonis, cum Capitulo, clauſtro, & aliis Collegialibus inſigniis perpetuò erigimus & inſtituimus,

Ac eandem de novo erectam Collegiatam S. Bavonis Abbatiam, ſeu Præpoſituram principalem, nec non reliquas Dignitates, Canonicatus & Præbendas, Capellanias & Beneficia dictæ demoliendæ Eccleſiæ, cum anniverſariis, fundationibus, proviſionibus, collationibus, Patronatu & funeralibus, ac aliis juribus, juriſdictionibus, cenſibus, fructibus, redditibus, & proventibus, nec non tam perſonalibus, quàm realibus Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, honoribus, franchiſiis, & gratiis, lampadibuſque, Sanctorum Corporibus, Reliquiis, Reliquiariis, campanis, libris, calicibus, crucibus, ornamentis, feretris, elenodiis, aliiſque mobilibus & immobilibus, ac ſe moventibus bonis transferimus, illaque omnia eidem de novo erectæ Collegiatæ Eccleſiæ perpetuò applicamus & appropriamus.

Ac eidem Carolo Imperatori Collegiatam Eccleſiam præfatam, pro dicta arce, ſeu fortalicia conſtruenda, ſeu partem ex ea neceſſariam abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo demoliendi licentiam & facultatem concedimus:

Nec non Reverendo Patri Epiſcopo Tornacenſi, ſeu ejus Suffraganeo, aut cuicumque alii Prælato, vel in Eccleſiaſtica poteſtate conſtitutæ Perſonæ tranſlationem ipſam cum ſolemnitatibus & ceremoniis in ſimilibus neceſſariis & opportunis, ac adhiberi ſolitis, faciendi poteſtatem impartimur; non obſtantibus Apoſtolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, Statutiſque & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum in dicto Oppido Gandavi anno à Nativitate Domini M. D. XL. quinto Idus Maii, 1540
Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli divinâ providentiâ Papæ tertii anno ſexto.

CAPUT CLIII.

Ordinatio Caroli *V. Cæſaris ſuper obſervatione Cultûs Divini in Eccleſia Collegiata S. Bavonis ad S. Joannem tranſlata Gandavi, anno* 1541.

Ex MS. Archivis Eccl. Cath. Gandenſis.

Carolus Divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator, Rex Germaniæ, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, univerſis & ſingulis præſentes Litteras viſuris ſalutem.

Quia circa tranſlationem Eccleſiæ Collegiatæ S. Bavonis Oppidi noſtri Gandenſis ad Parochialem Eccleſiam Divi Joannis, & unionem earumdem tam Apoſtolicâ quàm noſtrâ Auctoritate factam inter Prælatum & Capitulum ex una, & Curatos, ſeu Rectores Fabricæ, antiquaque ejuſdem Parochialis Eccleſiæ ſuppoſita ex alia partibus, pleræque difficultates & diſſidia exorta ſunt, majoraque indies exoriri poſſe veriſimiliter formidabantur;

Nos volentes & deſiderantes, quod ſicut unio corporum facta eſt, ita & animorum conſervetur, & quod amodò unum corpus in omnibus & per omnia exiſtat; attendentes quoque, quod qui cum aliis communem vitam ſuſcipiunt, ſimilem debent cum aliis ſervare diſciplinam,

Certos Commiſſarios, utpotè dilectos & fideles noſtros Dominos Philippum Nigri Archidiaconum Artheſiæ in Eccleſia Monnenſi, noſtri Aurei Velleris Cancellarium, ac Cornelium

lium Schepperum Dominum de Eecke, noſtros Conſiliarios deputavimus, eiſdem injungentes, ut partibus vocatis, & intellectis earum juribus & allegationibus, præfata diſſidia componerent & concordarent, curarentque quod omninò Collegium illud unanime tranquillumque eſſet, ut eò meliùs & quietiùs Deo ſervire, Divinumque Officium perſolvere poſſint.

Qui quidem Commiſſarii volentes delegatam eis provinciam diligenter exequi, Prælatum, Capitulum, Curatos, Capellanos, & quoſdam Eccleſiæ prædictæ Parochianos, quibus pridem Adminiſtratio Fabricæ dictæ Eccleſiæ credita fuerat, ad ſe vocârunt, & ſuper differentiis inter eos exiſtentibus eos ſedulò audierunt, & interrogârunt; eiſdem auditis, ſequentes Articulos per eaſdem partes perpetuò ſervandas noſtrâ Auctoritate conceperunt, ſtatuerunt, & obſervari mandârunt.

Inprimis quantùm ad ordinem in Choro obſervandum, Prælatum, ſeu Præpoſitum ejuſdem Eccleſiæ immediatè ſequentur qui in Dignitatibus fuerint conſtituti, Decanus ſcilicet, Cantor, Theſaurarius, & Scholaſticus. Poſt Dignitates immediatè ſuccedent Canonici, juxta ordinem receptionis ſuæ, quatenùs Presbyteri fuerint. Si verò tantummodò Diaconi fuerint vel Subdiaconi, illi Parochiales Presbyteros ſequentur, Diaconi primùm, deindè Subdiaconi, juxta juris communis determinationem.

Post Canonicos Presbyteros erunt Presbyteri Parochiales, ſeu Curati, & deinde Capellani veteres ejuſdem Eccleſiæ ab antiquo fundati. Poſt Capellanos venient quatuor magni Vicarii ad nutum removibiles, quibus incumbet horarum omnium diebus feriatis inchoatio, cantatio Reſponſoriorum, & Orationum ad omnes Horas, & ſeſſio in medio Chori ad inchoationem Pſalmorum, ſecundùm ritum & ordinationem Eccleſiæ S. Bavonis hactenùs obſervatum. Ex quibus quatuor magnis Vicariis Cantor unum pro ſuo Succentore eligere poterit, qui in ejuſdem abſentia vices ſuas gerere valeat. Subſequetur Magiſter Cantûs, & duodecim Vicarii etiam removibiles non Beneficiati.

Præterea, ultra quatuor pueros Chori, ſive Chorales, qui hactenùs in Eccleſia S. Bavonis eſſe conſueverunt, debebunt adhuc alii quatnor aſſumi. Qui omoes tempore æſtivo & hiemali conformem habitum deferre tenebuntur, ſuperpellicium ſcilicet in æſtate à Feſto Paſchatis uſque ad omnium Sanctorum, & cappas nigras ex panno aliave materia confectas in hieme, a prædicto videlicet Feſto omnium Sanctorum uſque ad Paſcha. Alioquin qui contrarium fecerit, ſive Prælatus in dignitate conſtitutus, Canonicus, Curatus, Capellanus, ſeu Vicarius fuerit, donec paruerit, & habitum prædictum detulerit, diſtributionibus quotidianis privabitur; & ſi contempſerit, juxta gravitatem culpæ arbitrariè puniatur.

Quia hactenùs in eadem Eccleſia fuerunt tres Parochiales Presbyteri ſeu Curati, prout adhuc ſunt, qui nonnulla antè Tranſlationem prædictam ex ſuis portionibus capiebant emolumenta, atque quibuſdam potiebantur præeminentiis, quibus de cætero non gaudebunt: ut aliqua ex parte ſubleventur, & remunerentur, ordinatum eſt, quod prædicti tres Curati ſimul diſtributionem annuam viginti-duarum librarum groſſorum Monetæ Flandriæ in Choro percipient, qualem in præſentiarum habent & percipiunt ſinguli Canonici; ita videlicet, quod uous eorumdem Curatorum ſemper in ſua tantùm hebdomada, & viciſſim diſtributiones prædictas pro ſua rata percipiet: modò tamen divinis tempeſtivè (ut alii) interſit, ubi pro negotiis ſuæ Curæ non fuerit occupatus, aut notabili infirmitate detentus, vel dies abſentiæ ſuæ, ſeu recreationis non acceperit; quo caſu tenebitur abſentiam ſuam prædictam diſtributori inſinuare.

Cavebunt tamen Curati abſque legitima cauſa, & aliter, quàm prædictum eſt, abeſſe; alioquin illorum conſcientiæ onerabuntur, & ad receptarum diſtributionum reſtitutionem tenebuntur ipſo facto. In eorum verò abſentia, diſtributiones quotidianoæ accreſcent. Inſuper ipſi tres Curati habebunt inter ſe corpus unius Præbendæ, ad ſex libras groſſorum Monetæ Flandriæ quotannis aſcendens, & quot abſentiæ ſeu recreationis dies habet unus Canonicus per Statuta Capituli, totidem habebunt ſimul tres Curati prædicti. Quæ quidem omnia ſanè venient de Curatis proprietariis, & non Vice-Curatis ſeu deſervientibus intelligenda, nam tales Vice-Curati de diſtributionibus, corpore Præbendæ, aliiſque prærogativis prænarratis non gaudebunt, ſed illorum portio abſentiæ cedet quotidianæ, prout ſuprà.

De cetero Prælatus cum Capitulo habebunt omne regimen, adminiſtrationem, auctoritatem, & præeminentiam in Eccleſia prædicta, tam in Choro, quàm extrà: ita quod ad eos libera ſpectabit Officiatorum ejuſdem Eccleſiæ, quales ſunt Quotidianiſtæ, Pulſatores, Foſſores, Organiſtæ, Vicarii, Cantores, & alii non Beneficiati, quocumque nomine cenſeantur, deputatio, & diſtributio; abſque eo, quod Curati, vel alius quivis in aliquo contradicere, aut reoiti valeant; aut quod eorum debeat conſenſus vel opinio requiri. Poterunt inſuper Prælatus & Capitulum tam de quotidiania, de qua hactenus diſpoſuerunt, tam etiam de quotidiania S. Joannis, nunc Bavonis, in Eccleſiæ decorem, divinique cultûs augmentum, prout negotiorum contingentia poſtulabit, liberè diſponere.

Eruntque in eadem Eccleſia quatuor Eccleſiæ OEconomi, ſeu Magiſtri Fabricæ; quorum unus Canonicus, alius Curatus, reliqui duo ſæculares, ſeu Laïci, Parochiæ ejuſdem incolæ & inhabitatores, bonæ æſtimationis, laudabilis vitæ & frugi Patres-Familias conſtituentur, quorum electio, ſeu deputatio, & eorum deſtitutio ad Prælatum & Capitulum, tamquam ejuſdem Eccleſiæ ſuperiores pertinebunt, in quorum manibus ipſi in loco Capitulari jurare tenebuntur, fabricam & ejus bona quæcumque ſeſe utiliter adminiſtraturos, de receptis & adminiſtratis eiſdem rationem & reliqua reddituros, ordinationibus Capituli fabricam concernenti-

bus

bus ſe parituros, denique omnia graviter acturos, quæ ad bonorum OEconomorum officium tam de jure, quam conſuetudine ſpectare & pertinere dignoſcuntur.

Prӕterea per Magiſtros Fabricæ & Capellæ noſtræ Dominæ, quorum etiam deputatio & deſtitutio ad præfatum Prælatum & Capitulum pertinebunt, omnia eorum munimenta, chartæ, libri, regiſtra, & computa quomodolibet ad ejuſdem Eccleſiæ fabricam & Capellam noſtræ Dominæ, ſeu ad Capellanias vel Altaria ſpectantia & pertinentia, per juramentum ad manus prædictorum Prælati & Capituli reddentur, & deponentur in prædicto Capitulari loco, vel alio apto, in Archivo quodam quatuor ſeris recludendo, conſervanda; cujus quidem Archivi claves, Decanus, Receptor Capituli, unus Curatus, & unus Canonicorum Eccleſiæ ſervabunt, & penes ſe habebunt, ne unus inconſulto alio, & ſine licentia Capituli, ad arcam valeat accedere.

Ut autem prædicti fabricæ, Capellæ noſtræ Dominæ, & Menſæ ſancti Spiritûs Magiſtri, de hactenus habita & geſta adminiſtratione liberari valeant, ipſi inter ſe more ſolito, & pro hac vice tantummodo rationes ſuas invicem exigere, reddere, & illas claudere poterunt; quo facto, Regiſtra, munimenta, Chartas & libros prædictos deliberare (ut prædictum eſt) tenebuntur.

Quia autem nonnumquam contingit, quod Capellani fundati abſunt, & eis abſentibus Miſſæ fundatæ non celebrentur, ſtatutum eſt, quod abſentium Capellanorum Miſſas præfati Prælatus & Capitulum quibuſdam bonis & probis Presbyteris ad eorum beneplacitum celebrandas poterunt committere, expenſis tamen Beneficiati abſentis.

Item Magiſtri Menſæ S. Spiritûs ejuſdem Eccleſiæ amodò ceſſabunt adminiſtrationi quotidianæ, quæ (ut præmittitur) aliis diſtributionibus conjuncta eſt, ſe ingerere, & quovis modo intromiſcere: ſed ſolùm eleëmoſynas adminiſtrabunt, & curabunt quod redditus ad præfatam Menſam ſpectantes ſuo tempore recipiantur & expendantur utiliter.

Eleemosynarius verò, qui ab antiquo in Eccleſia S. Bavonis eſſe conſuevit, & in futurum erit, eleëmoſynas juxta fundatorum intentionem in ea qualitate, quam antiquitus erogare ſolebat, ad manus Magiſtrorum charitatis dare tenebitur, ut pauperes Chriſti, qui mendicare vetantur, exinde ali & vivere queant.

Item prædicti Menſæ S. Spiritûs Magiſtri Miſſas fundatas, de cætero eorumdem arbitrio celebrari non facient, ſed votivas ſolùm: quoniam fundatarum diſtributio, ſeu commiſſio ad prædictos Prælatum & Capitulum pertinebit.

Si autem prætacti Magiſtri aliquos Capellanos, quibus Miſſæ fundatæ per ante-dictos Prælatum & Capitulum commiſſæ erunt, negligentes, aut ſtatutis horis non celebrantes deprehenderint, hoc caſu poterunt Prælatum & Capitulum hujuſmodi ſecordiæ & negligentiæ commonefacere, hortando quod juxta fundatorum intentionem divina perſolvi curent; quod ſi infra proximum Capituli diem non fecerint, Miſſæ ſic neglectæ diſtributio pro toto ſequenti anno ad eoſdem Magiſtros ipſo facto devolverur.

Item Menſæ S. Spiritûs Magiſtri per dictos Prælatum & Capitulum, de conſilio & conſenſu, & vocatis Eccleſiæ OEconomis, deputabuntur, & jurabunt in loco Capitulari, prout antea in manibus Curatorum & OEconomorum ejuſdem Eccleſiæ jurare conſueverunt, reddentque eorum computa & rationes coram deputandis per eoſdem Prælarum & Capitulum.

Quia verò Eccleſia iſta pro illius conſtructione & decore, & ut eo faciliùs, celeriùſque ſarta tectaque ſit, maximis impenſis indiget, attento inſuper, quod abſque gravi ſumptu Curatis, ſeu Parochialibus Presbyteris, de diſtributionibus, corpore Præbendæ, augmento Choralium, & aliis ſatisfieri nequit, etiam ut divinus cultus, qui in duabus Eccleſiis ad Dei laudem honorificè pridem celebrabatur, nunc in unà, & in eadem Eccleſia redactus, diminutus non cenſeatur, ſed potiùs auctus & ampliatus, ordinatum eſt, quod Prælatus modernus, qui nullam ultrà Eccleſiam habet, quam ſarciat & manuteneat, niſi hanc, tenebitur integram ſummam centum & octuaginta quinque librarum groſſorum, quam in Eccleſia priori pro plumbo duodecim Vicariorum, victu & amictu quatuor Choralium, Sub-Theſaurario, Cuſtodibus, Pulſatoribus, & cereis ſolvere conſueverat, de cætero abſque diminutione aliqua OEconomis Eccleſiæ numerare, & perſolvere; & ultrà hæc donec eadem Eccleſia tecta, & oſtiis, feneſtris vitreis, & cancellis ornata & ſtrata fuerit, ſolvet eiſdem OEconomis annuè ſummam centum librarum groſſorum, vel majorem, quatenus zelo Dei ſuccenſus ampliorem erogare voluerit; & hoc ultrà ſummam florenorum mille, quam præfatus Prælarus ultrò, & ſuâ ſponte pro ædificatione Eccleſiæ prædictæ in promptis præfatis OEconomis ſe ſolnturum ſpopondit. Curabitque quod ad Dei maximi honorem, animarum ſalutem, plebiſque ædificationem, penſum divinum diurnum pariter & nocturnum, & omnia Eccleſiaſtica officia ab antiquo in utraque Eccleſia fundata, ritè & cum debita devotione & veneratione per ejuſdem Eccleſiæ ſuppoſitos celebrenrur.

Cӕterum, quoniam hujuſmodi Articuli, poſtquam per Nos in Privato noſtro Conſilio diligenter lecti & diſcuſſi fuiſſent, viſi ſunt non tantùm æquitati convenire, verùm ad cultûs Divini in dicta Eccleſia non mediocre augmentum vergere, atque ad Capitis, Membrorum & Suppoſitorum ejuſdem Eccleſiæ tranquillam quietem, ſolidam pacem, unionemque & concordiam perpetuam magnopere utiles, nedum neceſſarii, hocque æquiores & ſuo effectu digniores cenſendi, quod partibus, ut præmittitur, coram præfatis Commiſſariis noſtris utrimque legitimè auditis, & ſingulorum rationibus maturè perpenſis ſunt concepti;

Notum facimus, quod Nos qui laudem, gloriam,

gloriam ac cultum Omnipotentis Dei in Eccleſiis & locis ſacris Provinciarum noſtrarum conſervari, & commodis, æquiſque Sanctionibus ſtabiliri ſummo ſemper affectu & devotione deſideramus, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia præinſertos Articulos per ante nominatos noſtros in hac parte Commiſſarios editos, præviâ Chariſſimæ Sororis noſtræ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, Patriarum noſtrarum citeriorum noſtro nomine Gubernatricis deliberatione, ac maturo conſilio deſuper habitis, laudavimus, approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, illiſque calculum decretum & auctoritatem noſtram interponimus, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus per præſentes, volentes, atque auctoritate noſtrâ abſolutâ ſtatuentes, Articulos prædictos, omniaque in illis particulatim deſcripta & contenta, tam ab antedictis Prælato & Capitulo quàm aliis ejuſdem Eccleſiæ S. Bavonis membris, ſuppoſitis, & ſubditis reſpectivè perpetuò inviolabiliterque obſervanda eſſe & adimplenda, quibuſvis juris aut facti exceptionibus, cæteriſque contrariis non obſtantibus, contradictores correctioni noſtræ arbitrariæ reſervantes.

Quocirca dilectis & fidelibus noſtris Præſidibus & Conſiliariis tam Privati quàm Magni Conſilii noſtri, ac Gubernatori, Præſidi & Conſiliariis Conſilii Provincialis Comitatûs noſtri Flandriæ, nec non omnibus & ſingulis aliis Juſticiariis, Officiariis, & ſubditis noſtris, illorumque Loca-tenentibus, & cuilibet ipſorum, prout unumquemque res concernit, aut concernere poterit in futurum, mandamus, ut præfatos Prælatum & Capitulum, ſingulaque membra & ſuppoſita pro tempore exiſtentia prædictæ Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis, dum id requirent, effectu, fructu, & beneficio præſentis noſtræ conceſſionis, ratificationis, decreti, omniumque inibi contentorum, plenariè, quietè, perpetuè & inviolabiliter uti, frui, & gaudere permittant, & faciant, ſublatis & ſubmotis obſtaculis & impedimentis & contradictionibus quibuſcumque; nam ita Nobis placitum eſt. In cujus rei Teſtimonium eaſdem præſentes juſſimus & fecimus Sigilli noſtri appenſione communiri.

Datum in Oppido noſtro Bruxellenſi die penultima menſis Januarii M. D. XLI. Imperii noſtri XXII. & Regnorum noſtrorum puta Hiſpaniarum, & aliorum XXVI. 1541.

CAPUT CLIV.

Paulus Pontifex III. *Capitulum Canonicorum à ſæculariżatione Abbatiæ Benedictinæ S. Bavonis recens erectum transfert ab Eccleſia S. Bavonis (quæ ad conſtruendam Arcem diruebatur) ad Eccleſiam Parochialem S. Joannis anno* 1540.

Ex iiſdem ms.

PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Sedes Apoſtolica æqua ſemper in omnibus diſtributrix, ea quæ rationabiliter, maximè pro Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum Perſonarum neceſſitate geſta & conceſſa fore dignoſcuntur, ut illibata perſiſtant, Apoſtolico conſuevit munimine roborare.

Sane chariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, qui etiam Caſtellæ & Legionis, ac Arragoniæ Rex, nec non Flandriæ Comes exiſtit, ſuo & dilectorum Filiorum Præpoſiti & Capituli ſæcularis & Collegiatæ Eccleſiæ S. Bavonis Oppidi Gandenſis Tornacenſis Diœceſis nominibus nobis nuper exponi fecit, quod dudum dilecto Filio noſtro Alexandro S. Laurentii in Damaſco Diacono Cardinali de Farneſio nuncupato, S. R. Eccleſiæ Vice-Cancellario, tunc in partibus illis noſtræ & Sedis Apoſtolicæ de latere Legato, pro parte ejuſdem Caroli Imperatoris expoſito, quod ipſe Carolus Imperator ad Oppidanorum dicti ejus Oppidi Gandenſis ſub debitis fidelitate & obedientia animos continendos, ac inter eos & totam Patriam, nec non Comitatum ſuum Flandriæ pacem & tranquillitatem perpetuò fovendam & conſervandam, aliiſque neceſſariis & urgentiſſimis cauſis animum ſuum moventibus, unam munitam arcem ſive fortalicium in ſitu dictæ Eccleſiæ S. Bavonis, loco ad id convenientiori conſtrui & ædificari facere inceperat, ad quod pro arce ſeu fortalicio hujuſmodi facienda ſeu faciendo, totam Eccleſiam prædictam, ſeu ejus majorem partem demoliri oportebat:

Ac propterea præfato Alexandro Cardinali & Legato pro parte ejuſdem Caroli Imperatoris inſtanter ſupplicato, ut in dicta Eccleſia nomen Collegiatæ penitus, ac in Parochiali Eccleſia S. Joannis ejuſdem Oppidi invocationem S. Joannis hujuſmodi, ejuſdem ſupprimere, ipſamque Eccleſiam S. Joannis, ad quam idem Carolus Imperator (qui in illa Baptiſmatis Sacramentum ſuſceperat) ſingularem gerebat devotionis affectum, in Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione S. Bavonis erigere, & inſtituere, & ad illam Capitulum, & Menſam Capitularem ipſius Eccleſiæ S. Bavonis transferre dignaretur;

Dictus Alexander Cardinalis, & Legatus, ſufficienti ad id, ut aſſerebat, per Litteras dictæ Sedis facultate munitus, ipſius vigore, precibus ipſius Caroli Imperatoris in ea parte inclinatus,

in

in S. Bavonis nomen Collegiatæ, & in Parochiali Eccleſia prædicta invocationem S. Joannis hujuſmodi perpetuò ſuppreſſit & extinxit, eamdemque Parochialem Eccleſiam in Collegiatam ſub invocatione ejuſdem S. Bavonis cum Collegialibus inſigniis perpetuò erexit, & inſtituit, ac Abbatiam, ſeu Præpoſituram principalem, nec non reliquas Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, Capellanias, & Beneficia dictæ Eccleſiæ S. Bavonis, cum anniverſariis, fundationibus, proviſionibus, collationibus, Patronatu, & funeralibus, ac aliis juribus, juriſdictionibus, cenſibus, fructibus, redditibus, & proventibus, nec non tam perſonalibus quàm realibus præeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, privilegiis, honoribus, franchiſiis, & gratiis, lampadibuſque, SS. Corporum Reliquiis, Reliquiariis, campanis, libris, calicibus, crucibus, ornamentis, feretris, clenodiis, aliiſque mobilibus & immobilibus, ac ſe moventibus bonis, ad dictam de novo erectam Eccleſiam tranſtulit, illaque omnia eidem de novo erectæ Collegiatæ Eccleſiæ perpetuò applicavit & appropriavit; ac tunc Epiſcopo Tornacenſi, ſeu pro eo Pontificalia officia exercenti, aut cuicumque alii Eccleſiæ Prælato, vel in Eccleſiaſtica poteſtate conſtitutæ Perſonæ tranſlationem ipſam, cum ſolemnitatibus & ceremoniis in ſimilibus neceſſariis & opportunis adhiberi ſolitis, faciendi, nec non præfaro Carolo Imperatori pro dicta arce ſeu fortalicio conſtruenda ſeu conſtruendo, dictam Eccleſiam S. Bavonis, ſeu partem ex eo demoliendi licentiam & facultatem conceſſit, prout in patentibus ejuſdem Cardinalis & Legati Litteris deſuper confectis dicitur pleniùs contineri.

Quare præfatus Carolus Imperator ſuo, ac Præpoſiti & Capituli prædictorum nominibus præfatis nobis exponi fecit, ut ſuppreſſioni, extinctioni, erectioni, inſtitutioni, tranſlationi, applicationi, appropriationi, & conceſſioni hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui cunctorum, potiſſimè Cæſareâ Celſitudine fulgentium, votis, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus, Præpoſitum & Capitulum præfatos, ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis à jure, vel ab homine quavis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſuppreſſionem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, tranſlationem, applicationem, appropriationem, & conceſſionem prædictas, ac prout illas concernunt, omnia & ſingula alia in dictis parentibus Litteris quomodolibet contenta, ac inde ſecuta quæcumque, nec non omnes & ſingulas gratias, indulgentias, non tamen plenarias, privilegia, immunitates, prærogativas, exemptiones, præſertim per felicis recordationis Julium Papam Secundum & quoſcumq; alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac alias Eccleſiaſticas & ſæculares perſonas, tam in genere, quàm in ſpecie, etiam individuam & expreſſam mentionem requirentes, dudum eidem Eccleſiæ olim S. Bavonis tunc Regulari, ac poſtmodum ſuppreſſo in ea omni ſtatu Regulari, in ſæcularem ac Collegiatam Eccleſiam erectæ, illiuſque Præpoſito, Dignitates obtinentibus, Canonicis & Capitulo per Nos quomodolibet conceſſos & conceſſa, ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, ac pro potiori cautela illa omnia & ſingula prout tam per dictum Alexandrum Cardinalem & Legatum geſta, quàm per Julium, & alios Prædeceſſores ac alias perſonas præfatas, conceſſa ſunt, eidem noviter erectæ Collegiatæ Eccleſiæ, illiuſque Præpoſito, Dignitates obtinentibus, Canonicis & Capitulo pariformiter & abſque ulla penitus differentia de novo concedimus, ac perpetuæ firmitatis robur, perinde ac ſi eidem noviter erectæ Eccleſiæ, illiuſque Præpoſito ac Capitulo conceſſa extitiſſent, obtinere & inviolabiliter obſervari debere decernimus, omneſque & ſingulos juris & facti defectus, ſi qui forſan in præmiſſis omnibus intervenerint, ſupplemus:

Nec non Rectoribus, Curatis nuncupatis, Capellanis, Vicariis, Miniſtris, & Officiariis in olim S. Bavonis ante illius demolitionem, ac in olim S. Joannis noviter erectæ Eccleſiæ, prædictis nunc & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus & ſingulis gratiis, indulgentiis, privilegiis, immunitatibus, prærogativis, libertatibus, & exemptionibus, etiam per Julium, & alios Prædeceſſores præfatos Eccleſiæ olim S. Bavonis tunc Regulari, & pro tempore exiſtenti Præpoſito, Dignitates obtinentibus, Canonicis, & Capitulo etiam, ut præmittitur, conceſſis, & quibus illi utuntur & potiuntur, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & æquè principaliter, ac ſine ulla penitus differentia uti, potiri, & gaudere liberè & licitè poſſint, indulgemus.

Et ſic in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Judices quavis auctoritate fulgentes, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere, nec non quidquid ſecus à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Quocirca S. Rumoldi Mechlinienſis Cameracenſis Diœceſis & S. Pharaldis ejuſdem Gandenſis Oppidorum Præpoſitis ac Decano S. Donatiani Brugenſis dictæ Tornacenſis Diœceſis Eccleſiarum per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Caroli Imperatoris, & pro tempore exiſtentis Præpoſiti & Capituli prædictorum, ſeu alicujus eorum deſuper

ſuper

ſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ præſentes Litteras, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari; ac ſingulos quos ipſæ præſentes Litteræ concernunt, illis pacificè gaudere; non permittentes eos deſuper contra præſeotem tenorem quomodolibet moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, etiam quoſcumque quorum intererit, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum, conſtito ſummariè de non tuto ad eos acceſſu, citando, ac quibus & quoties inhibendum fuerit, etiam ſub ſimilibus ſententiis, cenſuris & pœnis inhibendo, nec non cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis;

NON obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quâ cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant; & de duabus dietis in Concilio Generali editis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur; & quibuſvis aliis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac dictæ Eccleſiæ olim S. Bavonis juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus, nec non quibuſvis Privilegiis & Indultis Apoſtolicis, quomodolibet ac ſub quibuſcumque tenoribus & formis, nec non cum quibuſvis clauſulis & decretis conceſſis, approbatis, & innovatis.

QUIBUS omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque:

AUT ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eâdem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

NULLI ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, innovationis, conceſſionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud S. Petrum anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, III. Nonas Decembris, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo. 1540

CAPUT CLV.

*Proceſſus Fulminatus ſuper Bulla Tranſlationis præcedenti anno 1541. per *PHILIPPUM NIGRI Præpoſitum S. Pharaïldis Gandavi, Cancellarium Velleris Aurei, ac dein Nominatum primum Epiſcopum Antverpienſem.*

* Vide ſupra pag. 481.

Ex iiſdem MS.

REVERENDIS in Chriſto Patribus ac Dominis, Dominis Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Remenſi Archiepiſcopo, ac Tornacenſi Epiſcopo, eorumque, & cujuſlibet ipſorum in Spiritualibus & Temporalibus Vicariis, ſeu Officialibus Generalibus, ac Venerabilibus ac circumſpectis Viris Dominis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ejuſque Vice-Auditori, ſeu Locum-tenenti, univerſis quoque & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Succentoribus, Sacriſtis tam Metropolitanarum & Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Loca-tenentibus, eorumdem Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Curatis, non Curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, & etiam Monaſteriorum Ordinum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Guardianis, Miniſtris, Prioribus, Vicariis, Cuſtodibus, ac S. Joannis Jeroſolymitani & Beatæ Mariæ Teutonicorum Magiſtris & Commendatoribus eorumdem, nec non Minorum, Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, & B. Mariæ Carmelitarum, Domorum & Conventuum Fratribus & Conventibus, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis, Cameræque Apoſtolicæ fructuum Collectoribus & Subcollectoribus, per prædictorum Dominorum Archiepiſcopi & Epiſcopi Provincias, Civitates, & Diœceſes, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, nec non omnibus & ſingulis Dominis Ducibus, Comitibus,

bus, Vice-Comitibus, Marchionibus, Baronibus, Militibus, Domicellis, Capitaneis, Ballivis Curiarum tam ſpiritualium, quàm temporalinm, ac terrarum, Civitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & Univerſitatum quorumcumque Majoribus, Rectoribus, ſeu Gubernatoribus, Scabinis, Proconſulibus, Conſulibus, Civibus, Oppidanis, Incolis, Præfectis, Redditariis, Caſtellanis, Mareſcallis, Judicibus, Scultetis, Advocatis, Juſticiariis foraneis, Scribis, Prætoribus, & aliis quibuſcumque perſonis per Provincias, Civitates, & Diœceſes prædictas, ac aliàs ubilibet juriſdictionem temporalem & ordinariam per ſe, vel alium, ſeu alios pro tempore exercentibus, omnibuſque aliis & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe, quoſque infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quâcumque præfulgeant dignitate communiter vel divitim:

PHILIPPUS NIGRI J. U. L. Cancellarius Ordinis Aurei Velleris, & Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Pharaïldis Oppidi Gandenſis, Tornacenſis Diæceſis, Judex & Executor ad infraſcripta, unà eum certis aliis noſtris in ea parte Collegis, cum illa clauſula: *Quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium ſeu alios &c.* à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus & commiſſus, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis. Litteras Apoſtolicas Summi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Pauli, Divinâ providentiâ Papæ III. moderni, ejus verâ Bullâ plumbeâ cum cordulis ſericeis rubri croceique coloris more Romanæ Curiæ ſuper impendentibus bullatas, ſanas ſiquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut in eis primâ facie apparebat, Nobis pro parte Sereniſſimi & invictiſſimi Principis, & Domini noſtri, Domini Caroli V. Divinâ favente gratiâ Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Caſtellæ, Legionis, & Arragonum Regis, nec non Flandriæ Comitis, ac Venerabilium Dominorum Præpoſiti, & Capituli Eccleſiæ Collegiaræ S. Bavonis Gandenſis, Tornacenſis Diœceſis, principalium in eiſdem Litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum, in Notarii publici, & Teſtium infraſcriptorum præſentia præſentatas, Nos cum ea, quâ decuit, reverentia noveritis recepiſſe, cum hujuſmodi tenore:

PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam &c, *ut ante fol.* 1059.

POST quarum quidem Litterarum præinſertarum præſentationem, receptionem Nobis & per Nos, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte præfatorum Sereniſſimi ac invictiſſimi Principis, & Domini noſtri, Domini Caroli V. Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Caſtellæ, Legionis, & Arragonum Regis, nec non Flandriæ Comitis, ac Venerabilium Dominorum, Præpoſiti & Capituli antedictæ Eccleſiæ S. Bavonis Oppidi Gandenſis principalium in eiſdem Litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad Executionem earumdem Litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem procedere vellemus & dignaremur, juxtà traditam, ſeu directam per eas à dicta Sede Apoſtolica Nobis formam.

Nos igitur Philippus Nigri Præpoſitus, Judex & Executor præfatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam & rationi conſonam, volenteſque Mandatum Apoſtolicum ſupradictum Nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, idcircò Auctoritate Apoſtolicâ Nobis commiſſâ, & quâ fungimur in hac parte, præfatas Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diviſim intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtram & cujuſlibet veſtrûm notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Et nihilominus Vos omnes & ſingulos ſupradictos, quibus noſter præſens Proceſſus dirigitur, tenore præſentium requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, communiter vel diviſim, ac vobis & veſtrûm cuilibet in ſolidum in virtute S. Obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pænis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infrà ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſeu notificationem dictarum Litterarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri Proceſſus, ac requiſitionem vobis, & cuilibet veſtrûm pro parte præfatorum Sereniſſimi ac Invictiſſimi Principis, & Domini noſtri, D. Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Venerabilium Dominorum Præpoſiti & Capituli antedictæ Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis principalium, in præinſertis litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum, deſuper factis, immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo & reliquos duos pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, eaſdem Litteras Apoſtolicas præinſertas, & in eis contenta firmiter obſervetis, ac ſingulos, qnos Litteræ ipſæ concernunt, illis pacificè gaudere permittatis.

INHIBENTES præthereà Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & generaliter quibuſcumque aliis, cujuſcumque Dignitatis, Gradûs, Statûs, Ordinis, vel præeminentiæ fuerint, ſub eiſdem ſententiarum pænis infraſcriptis, ne vos, vel ipſi, aut veſtrûm vel eorum aliquis præfatos Sereniſſimum ac Invictiſſimum Principem & Dominum noſtrum Carolum V. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, nec non Præpoſitum & Capitulum antedictæ Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis, & alios, quos præinſertæ Litteræ Apoſtolicæ concernunt, contra earumdem Litterarum tenorem quomodolibet moleſtetis, ſeu moleſtent.

QUOD ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis, ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, mandatiſque & monitionibus noſtris hujuſmodi,

Digitized by Google

hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis, non paruerітis realiter & cum effectu, Nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos, qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradictores quoſlibet & rebelles, ac impedientes præfatos Cæſaream Majeſtatem, Præpoſitum & Capitulum Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis principales, aut alios, quos præinſertæ Litteræ Apoſtolicæ concernunt, vel eorum aliquos ſupra præmiſſis in aliquo, ipſiſque impedientibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, cujuſcumque Dignitatis, Statûs, Gradûs, Ordinis, vel conditionis exiſtant, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ſingulariter in ſingulos, prædictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, appellatione poſtpoſitâ, excommunicationis; in Capitula verò, Conventus & Collegia quæcumque forſan in his delinquentia ſuſpenſionis à Divinis, & in ipſorum delinquentium & rebellium Eccleſias, Monaſteria, & Capellas interdicti Eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus:

Vobis verò Reverendis in Chriſto Patribus & Dominis, Dominis Remenſi Archiepiſcopo & Tornacenſi Epiſcopo præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reverentiam veſtrarum Pontificalium Dignitatum deſerimus in hac parte, ſi contrà præmiſſa, vel ipſorum aliquod feceritis, ſeu fieri mandaveritis per vos vel ſubmiſſas perſonas, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, prædictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, ingreſſum Eccleſiarum interdicimus in his ſcriptis: ſi verò hujuſmodi interdictum per alios ſex dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis, vos in his ſcriptis ſimili canonicâ monitione præmiſsâ ſuſpendimus à divinis.

Verum ſi præfatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies præfatos duodecim immediatè ſequentes, animis, quod abſit, ſuſtinueritis induratis, vos & quemlibet veſtrum ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc hujuſmodi canonicâ monitione præmiſsâ in eiſdem ſcriptis excommunicationis ſententiâ, Auctoritate Apoſtolicâ præfatâ innodamus.

Cæterum cum ad executionem præmiſſorum ulteriùs faciendam nequeamus quoad præſens pluribus aliis arduis legitimè præpediti negotiis perſonaliter intereſſe: univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Loca-tenentibus, eorumdem Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque, per Provincias, Civitates, & Diœceſes prædictas, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſuper ulteriori executione dicti mandati Apoſtolici atque noſtri facienda, Auctoritate Apoſtolicâ præfatâ committimus plenariè tenore præſentium vices noſtras, donec eas ad Nos duxerimus revocandas, quos Nos etiam & eorum quemlibet in ſolidum eiſdem auctoritate & tenore requirimus & monemus primò, ſecundo, tertiò & peremptoriè; ipſis & cuilibet eorum in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in eos & in eorum quemlibet canonicâ monitione præmiſsâ ferimus in his ſcriptis, niſi fecerint quæ mandamus, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra tres dies poſt requiſitionem ipſis ſeu alicui ipſorum pro parte præfatorum Sereniſſimi ac Invictiſſimi Principis & Domini noſtri, Domini Caroli V. Divinâ favente clementiâ Imperatoris ſemper Auguſti, ac Venerabilium Dominorum Præpoſiti & Capituli dictæ Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis principalium, vigore præſentium deſuper factam immediatè ſequentes, quos tres dies ipſis & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica aſſignamus; ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio ſeu per alium ſe excuſet, ad vos omnes & ſingulos ſupradictos, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, perſonaſque & loca alia, de quibus, ubi, quando, & quoties expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu accedat, & præfatas Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta vobis communiter vel diviſim legant, inthiment, inſinuent, & fideliter publicare, nec non præinſertas Litteras Apoſtolicas, & in eis contenta firmiter obſervari, ac ſingulos, quos Litteræ ipſæ concernunt, illis pacificè gaudere faciant, & procurent, nec eos, ſeu eorum aliquem contra earumdem Litterarum tenorem quomodolibet moleſtari permittant:

Et ſi fortè in hac parte contradictores & rebelles hujuſmodi noſtris, imò veriùs Apoſtolicis, monitionibus & mandatis, infra terminos ſupradictos, eis, ut præmittitur, præfixos, & aſſignatos, juxta tenorem & effectum præſentis noſtri Proceſsûs, cum effectu pœnas, ſententias, & cenſuras in eos (ut præmittitur) latas damnabiliter incurrendo, parere & obedire recuſarent, ſeu contumaciter differrent; ex tunc omnibus & ſingulis Subdelegatis noſtris ſub dictæ excommunicationis pœna committimus & mandamus, quatenus ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis in ſuis Eccleſiis, Monaſteriis & Capellis, infrà Miſſarum & aliarum horarum divinarum ſolemnia, ac aliàs ubi, quando, & quoties expediens fuerit, deſuperque pro parte præfatorum Cæſareæ Majeſtatis, ac Dominorum Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis, principalium, vel alicujus eorum requiſiti fuerint, ſeu aliquis ipſorum fuerit requiſitus, prædictos contradictores & rebelles in hac parte excommunicatos publicè denuntient, & faciant ab aliis denuntiari, tam diu, donec & quouſque ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerit obtinere, & aliud à Nobis, vel Superiori noſtro deſuper habuerint in mandatis.

Si verò prædicti contradictores & rebelles in hac parte excommunicati dictam excommuni-

cationis ſententiam per decem dies illius denuntiationem immediatè ſequentes pertinaciter ſuſtinuerint,

Nos tunc, quia creſcente contumaciâ & inobedientiâ creſcere debet & pœna, ne facilitas pœnæ incentivum tribuat delinquendi, Proceſſus hujuſmodi noſtros aggravamus, dictis Subdelegatis noſtris modo & formâ præmiſſis diſtrictè præcipiendo, quatenus ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis in ſuis Eccleſiis, Monaſteriis & Capellis, infra Miſſarum & aliarum Divinarum Horarum ſolemnia, dictam excommunicationis denuntiationem reiterando, & innovando, eoſdem contradictores & rebelles (ut præmittitur) excommunicatos nominatim campanis pulſatis, candelis accenſis, & demum extinctis, & in terram projectis, Cruce erectâ, & religione indultâ Aquam benedictam aſpergendo ad fugandum dæmones, qui eos detinent ſie ligatos, & laqueis ſuis catenatos, orando, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ipſos ad Catholicam Fidem & S. Matris Eccleſiæ gremium reducere dignetur, ne eos in talibus perverſione & duritia dies eorum finire permittat: cum decantatione Reſponſorii, *Revelabunt cœli iniquitatem*, inde & Pſalmi, *Deus laudem meam ne tacueris*, cum Antiphona, *Media vita in morte ſumus*, totaliter: & his finitis ad januas Eccleſiarum unà cum Cleticis & Parochianis accedant, ad terrorem, ut eò citiùs ad obedientiam redeant, tres lapides verſus domos habitationum ſuarum projiciendo in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Chore, Dathan, & Abyron, quos terra ſuſtinere non potuit, ſed juſto Dei judicio illos abſorbuit, ut in infernum deſcenderent viventes:

Etiam poſt Miſſam, & in Veſperis, aliiſque Horis Canonicis, ſermonibus & prædicationibus publicis ſolemniter publicent & denuntient, ac ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari, & denuntiari, ac ab omnibus Chriſti Fidelibus arctiùs evitari faciant; donec aliud à Nobis, vel Superiori noſtro receperint in mandatis, & dicti Excommunicati abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

VERUM ſi præfati denuntiati, & aggravati, aggravationem hujuſmodi per alios decem dies illius publicationem, & dictos decem dies immediatè ſequentes, animis, quod abſit, ſuſtinuerint induratis, Nos ex tunc, quia perverſorum audacia præſumptiva id exigit, nt unicâ pœnâ non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui Superioribus ſuis obedientiam ſemper impenderunt, Proceſſus noſtros hujuſmodi reaggravamus, ſupradictis Subdelegatis noſtris ut ſuprà mandantes, quatenus dictâ Auctoritate Apoſtolicâ omnes & ſingulos Chriſti Fideles utriuſque ſexûs bomines, & præſertim familiares, & ſervitores denuntiatorum & aggravatorum hujuſmodi, modo & formâ præmiſſis moneant, & requirant primò, ſecundò, tertiò, peremptoriè, prout Nos etiam requirimus, & monemus eoſdem, ipſis & eorum cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ & ſub excommunicationis pœna diſtrictiùs injungendo, quatenus infra ſex dies, monitiones & requiſitiones bujuſmodi ipſis factas immediatè ſequentes, quos dies ipſis & eorum cuilibet, pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonicâ aſſignent, prout Nos eiſdem aſſignamus, à participatione, communione, familiaritate, & ſervitio ipſorum denuntiatorum & aggravatorum hujuſmodi penitus & omnino deſiſtant, nec cum eis, vel eorum aliquo, ſerviendo, loquendo, coquendo cibum, potum, aquam, vel ignem miniſtrando, vel aliqua humanitatis ſolatia, præterquam in caſibus & perſonis à jure permiſſis, participare præſumant, ſeu aliquis eorum præſumat; & ſi contrarium fecerint, Nos in eos, & eorum quemlibet, cum dictis denuntiatis & aggravatis rebelliter participando, & contra facientes ex tunc prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc, dictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſſâ, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus; dictis Subdelegatis noſtris, modo & formâ præſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis, in ſuis Eccleſiis, Monaſteriis, & Capellis, infrà Miſſarum & aliarum Divinarum Horarum ſolemnia, ac ubi, quando, & quoties expedierit, præfatos Chriſti Fideles, familiares, & ſervitores, qui cum dictis denuntiatis & aggravatis rebelliter participaverint, excommunicatos tam diu denuntient publicè, & ab aliis, quantum in eis fuerit, publicè denuntiari, ac ab omnibus Chriſti Fidelibus arctiùs evitari faciant, donec aliud à Nobis, vel Superiori noſtro ſuper hoc receperint in mandatis.

PRÆTEREA ſi præfati denuntiati & aggravati, reaggravationem noſtram hujuſmodi per alios decem dies illius denuntiationem, & dictos viginti dies immediatè ſequentes, ſuſtinuerint, Pharaonis duritiam imitantes, ad modum aſpidum ſurdarum aures ſuas obturantes, ne vocem audiant incantantium;

Nos ex tunc omnes, & ſingulas Civitates, Terras, Oppida, Caſtra, Villas, Suburbia, & quarumcumque Eccleſiarum Collegia, Parochias, & alia quæcumque loca, in & ſub quibus, & quæ denuntiatos, & aggravatos, & reaggravatos prædictos, & eorum aliquos morari, declinare, ſeu divertere contigerit, quamdiu ibidem fuerint, ſeu aliquis fuerit, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto; ſupradictis Subdelegatis noſtris ſub dicta excommunicstionis pœna mandantes, quatenus ex tunc, quamdiu iidem aggravati & reaggravati in locis prædictis fuerint, ſeu aliquis eorum fuerit, ceſſent, & ab aliis ceſſari faciant à divinis: quâ quidem ceſſatione etiam per tres dies continuos poſt denuntiatorum, aggravatorum, & reaggravatorum, vel alicujus eorumdem abundè receſſum obſervent, & continuent, ac ab aliis, quantum in eis fuerit, obſervari & continuari faciant, & permittant:

ITA & taliter, quod hujuſmodi ſtante interdicto, nulla Eccleſiaſtica Sacramenta, in & ſub eiſdem locis, in quibus dicti denuntiati, aggravati, & reaggravati fuerint, ſeu aliquis eorum fuerit, miniſtrentur, niſi Pænitentia & Baptiſmus omnibus indifferenter, Euchariſtia infirmis, imò & Matrimonium ſine Eccleſiaſtica ſolemnitate contrahatur, ibique, & ſub eiſdem locis de-

cedentibus Eccleſiaſtica denegetur ſepultura.

Demum verò, ſi præfati denuntiati, aggravati, reaggravati & interdicti, Interdictum hujuſmodi per alios decem dies, illius publicatione, & dictos triginta dies immediatè ſequentes ſuſtinuerint, ac Proceſſibus, mandatis, monitionibus, & inhibitionibus noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis, non paruerint cum effectu, Nos ex tunc, quia mucrone non proficiente Eccleſiaſtico, temporalis ſaltem gladius non immeritò ſuffragatur, auxilium brachii ſæcularis duximus invocandum, ut quos Dei timor à malo non revocat, temporalis ſaltem coërceat ſeveritas diſciplinæ.

Hinc eſt, quod Vos Dominos Duces, Comites, Vice Comites, Marchiones, Barones, Milites, Domicellas, Proconſules, Magiſtros Civium, Scabinos, Judices, Officiales, & alios ſupradictos, juriſdictionem temporalem & ordinariam per vos, vel alium, ſeu alios exercentes, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, dictâ auctoritate, & tenore præſentium, requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, Vobis, & veſtrûm cuilibet, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in Vos, & veſtrum quemlibet canonicâ monitione præmiſsâ ferimus in his ſcriptis, niſi feceritis, quæ mandamus; diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus infrà ſex dierum ſpatium poſt ſupradictos terminos ſucceſſivè præexpreſſos, ac præſentationem, ſeu notificationem præſentium Vobis ſeu alteri veſtrum in veſtris territoriis, jurisdictionibus & dominiis ad requiſitionem pro parte præfatorum Cæſareæ Majeſtatis, ac Venerabilium Dominorum, Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Bavonis Gandenſis principalium, deſuper factam immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundò, & reliquos duos dies Vobis, & veſtrum cuilibet pro tertiò & peremptorio termino, ac monitione canonicâ aſſignamus; Vos omnes, & ſinguli Domini temporales antedicti, quorum omnium ſuper hoc auxilium brachii ſæcularis invocamus, quoties, & quando pro parte dictorum Cæſareæ Majeſtatis ac Dominorum Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis principalium deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti, in juris præſidium contra præfatos denuntiatos, aggravatos, reaggravatos, & interdictos, Auctoritate Apoſtolicâ præfatâ, per captionem, invaſionem, incarcerationem, detentionem perſonarum, corporum, rerum, & bonorum eorumdem inſurgatis, & alios inſurgere faciatis; nec non corpora, res, & bona eorum, & cujuſlibet ipſorum invadatis, incarceretis, ac in firma & tuta cuſtodia teneatis, arreſtetis, & occupetis, per Vos, vel alium, ſeu alios, ac quilibet veſtrum ſuper hoc requiſitus capiat, invadat, incarceret, cuſtodiat, detineat, arreſtet, & occupet liberè & licitè:

Super quibus omnibus & ſingulis Vobis, & veſtrum cuilibet licentiam & plenariam facultatem concedimus per præſentes, dictos denuntiatos, aggravatos, reaggravatos, & interdictos ita & taliter aſtringatis & compellatis potenter, etiam manu forti, abſque tamen gravi læſione corporum eorumdem, uſque ad integram paritionem omnium & ſingulorum præmiſſorum, ac donec & quouſque præfati denuntiati, aggravati, reaggravati, & interdicti à rebellione, contradictione, & impedimento prædictis penitus & omnino deſtiterint, & ad S. Matris Eccleſiæ gremium redierint, ac beneficium abſolutionis à ſupradictis ſententiis & cenſuris à Nobis vel noſtro Superiore meruerint obtinere.

Et generaliter dicti Subdelegati noſtri omnia & ſingula Nobis in hac parte commiſſa plenariè exequantur, juxta præinſertarum Litterarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri Proceſſûs vim, formam, continentiam, & tenorem; ita tamen quod ipſi Subdelegati noſtri, vel quicumque alii, nihil in præjudicium præfatorum Cæſareæ Majeſtatis, ac Dominorum Præpoſiti, & Capituli Eccleſiæ S. Bavonis Gandenſis principalium valeant attentare quomodolibet in præmiſſis, neque in proceſſibus per Nos habitis, aut ſententiis per Nos latis abſolvendo, vel ſuſpendendo aliquid immutare. In cæteris autem, quæ eiſdem principalibus, vel alicui eorum nocere poſſent in præmiſſis, ſeu quomodolibet obeſſe, ipſis Subdelegatis noſtris, & quibuſcumque aliis poteſtatem omnimodam denegamus. Et ſi contingat, Nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo Nobis poteſtatem plenariam reſervamus, non intendimus propterea Commiſſionem noſtram hujuſmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam fecerimus mentionem.

Præfatas quoque Litteras Apoſtolicas, & hunc noſtrum Proceſſum, ac omnia, & ſingula hujuſmodi negotium tangentia, volumus penes dictos Cæſaream Majeſtatem, ac Dominos Præpoſitum, & Capitulum principales, vel eorum Procuratorem remanere; & non per Vos, aut aliquem veſtrum, ſeu quemcumque alium, ipſis invitis, & contra eorum voluntatem quomodolibet detineri. Contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententiis, prout per Nos inſcriptis latæ ſunt, prædictâ canonicâ monitione præmiſsâ, ipſo facto volumus ſubjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus & expenſis. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, ſive incurrerit quoquo modo, Nobis vel Superiori noſtro tantummodò reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras, ſive præſens publicum Inſtrumentum, hujuſmodi noſtrum Proceſſum in ſe continentes ſive continens, exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſignari, & ſubſcribi mandavimus, Sigillique noſtri proprii juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Bruxellæ Cameracenſis Diœceſis in domo habitationis noſtræ ſolitæ reſidentiæ, anno à Nativitate Domini M. D. XLI. 1541.
Indictione XIV. die verò XVIII. menſis Auguſti, Pontificatûs præfati SS Patris & Domini noſtri D. Pauli Divinâ providentiâ Papæ III. anno VII.

CAPUT CLVI.

PIUS IV. *Pontifex Eccleſiam S. Bavonis Gandavi, quæ anno* 1536. *facta fuerat Collegiata, (ſuppreſſo Cænobio Monachorum Ordinis S. Benedicti) erigit in Cathedralem anno* 1561, *ibique novum inſtituit Epiſcopum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, cui annectit Dignitatem Abbatis ſæcularis ſeu Præpoſituram ejuſdem Eccleſiæ. Bullam Apoſtolicam Executioni mandat Franciſcus Richardot Atrebatenſis Epiſcopus.*

Ex Archivis MS. Epiſcopatus Gand.

REVERENDISSIMIS in Chriſto Patribus & Dominis, Dominis Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Cameracenſi & Trajectenſi Archiepiſcopis ac Tornacenſi Epiſcopo, & cujuſlibet ipſorum in ſpiritualibus & temporalibus Vicariis ſeu Officialibus Generalibus, & Reverendo Domino, Domino Præpoſito, Venerabilibuſque & circumſpectis Viris Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Sancti Bavonis Gandavenſis, Reverendo etiam in Chriſto Domino Abbati, Priori & Religioſis Conventûs & Monaſterii Sancti Petri Gaodavenſis Ordinis Sancti Benedicti, univerſis quoque & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Succentoribus, Sacriſtis, tam Metropolitanarum, & Cathedralium quoque Collegiatarum Canonicis, Parochialibuſque Eccleſiarum Rectoribus ſeu Locatenentibus, eorumque Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, ac etiam Monaſteriis, Ordinum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Guardianis, Miniſtris, Prioribus, Vicariis, Cuſtodibus, & Commendatoribus eorumdem, necnon Monaſteriorum Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini & Beatæ Mariæ Carmelitarum Domorum & Conventuum Fratribus, ceteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quarumcumque Curiarum Eccleſiaſticarum ſeu ſpiritualium, fructuum & emolumentorum Collectoribus, & Subcollectoribus, per dictorum Dominorum Archiepiſcoporum & Epiſcopi Provincias, Civitates, Diœceſes, & aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet, omnibuſque aliis & ſingulis quorum intereſt, intererit aut intereſſe, quoſque infraſcriptum tangit negotium aut tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, etiamſi Imperiali, Regali aut Ducali & quacumque aliâ præfulgeant Dignitate, communiter vel diviſim:

FRANCISCUS RICHARDOT Dei & Apoſtolicæ Sedis grariâ Epiſcopus Atrebarenſis, Judex & Executor ad infraſcripra, unà cum certis aliis noſtris in ea parre Collegis cum illa clauſula: *Quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, &c.* à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus & commiſſus, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis, firmiter obedire mandaris.

LITTERAS Apoſtolicas Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Pii felicis recordationis Papæ quarti, ejus verâ Bullâ plumbeâ cum cordulis ſericeis rubri croceique colorum more Romanæ Curiæ ſubimpendentibus bullatas, ſanas ſiquidem & iotegras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut in eis primâ facie apparebar, Nobis pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini CORNELII JANSENII Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopi Gandavenſis, tam ejuſdem ſui Epiſcopatûs nomine quàm Archidiacooatûs, Archipresbyteratûs, Pænitentiariæ & ſeptem Canonicatuum & totidem Præbendarum, quorum poſſeſſores Epiſcopo Gandavenſi pro tempore futuri ſunt à conſiliis, principalium, in eiſdem Litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum, in Notarii publici & teſtium infraſcriptorum præſentia præſentatas, Nos cum ea quâ decuit reverentiâ noveritis recepiſſe, hujuſmodi ſub tenore:

PIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

REGIMINI univerſalis Eccleſiæ diſponente Domino præſidentes, pro Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium noviter erectarum, illiſque præſidentium & in divinis ſervientium ſtatu ſalubriter dirigendo, prout ex debito Nobis injuncti Paſtoralis Officii tenemur, ſolicitæ conſiderationis aciem extendimus, & ad ea per quæ Eccleſiarum ipſarum dotationi, decori & honeſtati, ſuorumque Præſulum, Capitulorum & aliarum perſonarum divinis ibi laudibus inſiſtentium ſtatui & opportunæ ſubventioni cum divini cultûs augmento & animarum Chriſti Fidelium ſalute conſulitur, noſtræ ſolicitudinis partes libenter adhibemus; ac aliàs ſuper his, & nonnulla quæ à Prædeceſſoribus noſtris licet conſultò geſta fuerunt, ex ſaniori tamen conſilio prudenter immutando diſponimus, prout locorum, temporum perſonarumque qualitas exigit, & ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & in Domino conſpicimus ſalubriter expedire,

CUM itaque aliàs poſtquam felicis recordationis Paulus Papa quartus Prædeceſſor noſter, providi Paſtoris more conſiderans, quod ea pars inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto Filio

lio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hæreditario jure etiam tunc ſubjecta erat, pro tanta celeberrimorum Oppidorum frequentia populorumque multitudine adeo paucas Eccleſias Cathedrales habebat, ut illarum Epiſcopi eâ quâ opus erat diligentiâ tantam animarum multitudinem regere nequirent; idque nonnullis eorum hòc erat difficilius, quod Diœceſani ſui vulgari idiomate inſtitutiſque differebant; & quidam eorum etiam ejuſmodi privilegia habebant, ut ipſos ad Sedem Epiſcopalem non liceret evocare; ita ut nec fidei doctrinâ & piè vivendi præceptis commodè inſtrui, nec ſi qui deliquiſſent, facilè corrigi ab Epiſcopis ſuis poſſent, ac ob aſſiduas hæreticorum & ſchiſmaticorum, à quibus eadem regio omni fere ex parte cincta erat, inſidias peſtiferaſque doctrinas illic fides Catholica & animarum ſalus in maximo diſcrimine verſabantur:

His aliiſque gravibus cauſis impulſus, volens etiam ipſius Philippi Regis hoc illi ſupplicantis precibus pioque deſiderio ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Cameraceenſem Civitatem & Diœceſim, à Remenſi Provincia, cui tunc erant Metropolitico jure ſubjecta;

Ac Gandavenſe olim Tornacenſis Diœceſis, & diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia dictæ regionis cum omnibus & ſingulis ſuis terminis, Territoriis, Clericis, populis, perſonis, Monaſteriis, Beneficiis Eccleſiaſticis, cum Cura & ſine Cura, ſæcularibus, quorumvis Ordinum Regularibus & aliis piis locis, à ſuis quodlibet Diœceſi & Provincia perpetuò ſegregaverat, diviſerat, & ſeparaverat;

Ac Gandavenſe & reliqua Oppida prædicta ſic diviſa in Civitates; Sedem verò Cameracenſem tunc Epiſcopalem in Metropolitanam, ac olim Collegiatam Sancti Bavonis Gandavenſis certaſque alias aliorum Oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Eccleſias in Cathedrales pro totidem Epiſcopis creandis, qui ſuæ quiſque Eccleſiæ præeſſent;

Ac Gandavenſi aliiſque Eccleſiis & Civitatibus præfatis certos diſtrictus, per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos, pro ſua Diœceſi perpetuò conceſſerat;

Nec non Gandavenſem prædictam & certas alias tunc expreſſas Eccleſias, Civitates, & Diœceſes Eccleſiæ Mechlinienſi hujuſmodi pro ſua Provincia ſubjecerat.

Singulisque Gandavenſis & aliarum noviter erectarum Cathedralium Eccleſiarum Menſis Epiſcopalibus annuum redditum trium millium ducatorum auri de camera ex certis decimis & bonis ac fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis per dictum Nuntium ſpecificandis & repartiendis ex tunc prout ex ea die & econtra, poſtquam ſpecificati & repartiti, ac interim donec ſpecificatio & repartitio hujuſmodi factæ & effectum ſortitæ forent & non ultra, cuilibet ex prædictis Menſis pro earum dote alium annuum redditum mille & quingentorum ducatorum ſimilium per ipſum Philippum Regem ex redditibus & proventibus quos ex dicta regione percipiebat, Gandavenſi aliiſque noviter inſtitutis Epiſcopis pro tempore exiſtentibus, ſingulis annis, quouſque ſpecificatio & repartitio præfatæ factæ eſſent, ac pro ea tantùm parte quæ plenarium ſuum effectum minùs ſortita foret, nec ultra, integrè & proportionaliter perſolvendum perpetuò applicaverat & appropriaverat;

Bona novorum Epiſcopatuum.

Ac eidem Philippo Regi ejuſque Succeſſoribus qui pro tempore ejuſdem regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici perſonas idoneas ac aliàs certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas ad Gandavenſem & alias Cathedrales Eccleſias ſic erectas, tam à primæva illarum erectione hujuſmodi, quàm quotieſcumque illas pro tempore vacare contingeret, Romano Pontifici qui pro tempore foret per eum in Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos, in perpetuum reſervaverat per quaſdam ſub plumbo, & deinde per alias ſuas in forma Brevis Litteras,

Jus nominandi Regis.

Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſino, ſuo & Apoſtolicæ Sedis in partibus illis Nuntio dederat in mandatis, ut perſonas idoneas quæ dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſua deputaret;

Dilectus Filius noſter Antonius S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Granvellanus nuncupatus, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, ac quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes viri, quos ad id ipſe Salvator Epiſcopus & Nuntius, dicto Prædeceſſore interim de medio ſublato, vigore ſeu prætextu mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent quæ ad id canonicè ſubdelegari poſſent;

Commiſſarii pro novis Epiſcopatibus.

Facta nihilominus perquàm diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes quod ſi paſſim de dotibus Eccleſiarum hujuſmodi per diſmembrationes bonorum à Monaſteriis & Præpoſituris prædictis provideretur, cultus monaſticus non mediocriter læderetur; quin potiùs ipſa Monaſteria & Præpoſituras, vel eorum aliqua, Menſis prædictis pro dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpetuò gererent, eſſe unienda;

Ac deſignationes, & limitationes Provinciarum & Diœceſium diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis quæ per primodictas Litteras ſtatuebantur fore prævidentes, idcirco aſſignationes dotium, numerumque perſonarum ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum in eiſdem Eccleſiis, ſtatum etiam & formam per hujuſmodi ſuppreſſiones & applicationes, aliaſque in univerſum accommodas rationes habendas cenſuerunt; ac eidem Eccleſiæ & pro tempore exiſtenti

ſtenti Epiſcopo Gandavenſi pro ſua Dioceſi Oppida, Caſtra, Pagos, & loca infraſcripta; videlicet

Limites Epiſcopatus.

Gandavum, Teneramundam, Oudennardum, Hulſt, Tielt, Axellam, Deſſeldonck, Loo-Chriſti, Mendonck, Saſſelaere, Seven eeke, Winckele, Dackanam, Exaerde, Evergbem, Sleedingbem, Wondelgbem, Vinderbaut, Mariekercke, Baerle, Nevele, S. Martens-leerne, Voſſelaere, Meyegbem, S. Jans-leerne, Bacbten, Lovendegbem, Merender, Landegbem, Pouſele, Vinſt, Deynſe, Aerſele, Zeveren, Thielt, Ten-boven, Contelgbem, Gramene, Macrloop, Dentergbem, Gottbem, Markegbem, Meulebeke, Emelgbem, Wackene, Oeſelgbem, Gentbruggbe, Aſſene, S. Denys, Latbem, Swynaerde, Duerle, Oodonck, Severgbem, Aſtene, Melſene, Petegbem, Nazareth, Eecke, Maecbelen, Gavere, Olſene, Aſperen, Sulte, Cruys-bautem, Huyſe, Auwegbem, Singbem, Ten-dale, Cappelle, S. Eloys-Vive, Nokeren Wannegbem, Lede, Suierne, Mullem, Waeregbem, Oyke, Woerteghem, Moregbem, Beveren, Ghyſelbrecbtegbem, Elſegbem, Roesbeke, S. Baefs Vive, Wiesbeke, Deſſelbergbe, Hueſdene, Laerne, Mouſcbe, Uytbergbe, Beerlaere, Grimbergben, Vlaſſenbrouck, Calckene, Baerdonck, Cappelle, Zele, Lokeren, S. Anne, Lieſdonck, Elverſeele, Tielrode, Belſele, Rupelmonde, Sinay, S. Nicolaes, Verdeboſt, Baeſele, S. Pauls, Nieukerk, Haeſdonck, Ruyſelede, Urſele, Ooſtwinckele, Hansbeke, Mourſele, Bornem, Cruybeke, Steken, Kemſeke, S Gillis, Vracten, Beveren, Beveren-Caſteel, Verbouteboſt, Borcbt, Melſene, Swyndrecbt, S. Jans ſtene, Verrebrouck, t'Hoft van Maelſtede, Calloo, Nieldrecbt, Triniteyt, Caſuwele, S Pauwels-Poldere, Heynſdyck, Loo-ten Hulle, Bellem, Caudeboſt, Honteneſſe, Audt honteneſſe, Oſtene, Haeltere, Kneſſelaere, Somergbem, Wettere, Baſſeroede, Hingene, Polder van Namen, S. Laurens, Weele, Saeftingben, Aendyck, Moeten, Saemſlagb, Ronſele, Waerſſchoot, Stoppeldycke, Rooſenblyde, Overmeere, Moerbeke, Ooſtekeloo, Cluyſſe, Wacbtebeke, Eertvelde, Selſaeten, Baſſevelde, Zuytdorp, Weſterdorp, Boucbaute, Eertigbem, Steenbaut, Peerſomme, Willemskercke, Vremdyck, Scbellebelle, Lebbeke, Mariekercke, cum ſuis Diſtrictibus & Territoriis aſſignanda eſſe cenſuerunt; ac ſuper majori illorum parte Proceſſus rebus omnibus ſerie digeſtis formandos curaverunt, prout in illis ac ſingulis Litteris prædictis ac forſan aliis Scripturis deſuper confectis pleniùs continetur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, & quod Litteræ reſervationis vel aſſignationis & motu proprio cujuſvis penſionis annuæ ſuper alicujus beneficii fructibus expediri non poſſent, niſi de conſenſu illius qui penſionem hujuſmodi perſolvere tunc haberet, partitionem & ordinationem per eoſdem Subdelegatos, quantum ad Eccleſiam, Civitatem vel Diœceſim Gandavenſem attinet, accuratè perſpectas, prudenter examinatas & in ſcriptis concorditer digeſtas fuiſſe attendentes;

Ac partitionis & ordinationis Subdelegatorum hujuſmodi ſcripturarumque deſuper confectarum & inde ſecutorum tenores & numerum Canonicatuum & Præbendarum ipſius Eccleſiæ Gandavenſis, eorumque ſingulorum fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis, ac partitionem & diviſionem, aliaque præmiſſa quoad Eccleſiam, Civitatem & Diœceſim Gandavenſem, ſicut præmittitur geſta, rata & grata habentes, ac Apoſtolicæ confirmationis robore harum ſerie munientes, omneſque juris & facti defectus, ſi qui intervenerint, in eiſdem ſupplentes, ac illis in hac parte inherentes;

Litterasque dicti Prædeceſſoris quoad illa, ceteraque infraſcripta ab eiſdem Litteris diſcrepantia dumtaxat permutantes, & pium & laudabile dicti Prædeceſſoris inſtitutum proſequi, & ad hunc effectum eidem Menſæ Gandavenſi de congrua dote providere volentes,

Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in Præpoſitura Eccleſiæ olim ex Monaſterio Sancti Joannis vel Sancti Bavonis, S. Benedicti vel alterius Ordinis, Ordine ipſo, utriuſque ſtatu regulari ac etiam Dignitate Abbatiali, poſt dilectorum Filiorum moderni Abbatis & illius *C adjutoris deceſſum ibi ſuppreſſis, in ſæcularem & Collegiatam redactæ & deinde in Cathedralem, ut præmittitur, erectæ, Dignitate ex ipſa Abbatia ſic ſuppreſſa olim inibi principali:

Unio Præpoſituræ Gandavenſis

* vide Notas inferiùs.

Cujus & illi forſan annexorum fructus, redditus & proventus trium millium ducatorum auri ſimilium, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum, ut accepimus, non excedunt;

Cum primum illam per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem ipſorum modernorum Abbatis, & ejus in olim Abbatialis Dignitatis, nunc verò Præpoſituræ hujuſmodi regimine & adminiſtratione Coadjutoris, aut aliàs quomodolibet, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacare contigerit, & ſi actu nunc, ut præfertur, vel aliàs vacet, ac tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitimè devoluta, ipſaque Præpoſitura diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel quia Dignitas principalis eſt, ut præfertur, aut aliàs generaliter reſervata exiſtat, & ad illam conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura & juriſdictio immineat animarum, ac ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ex nunc prout ex tunc, & èontra, nomen tantùm & denominationem Præpoſituræ dictâ Authoritate tenore præſentium perpetuò ſupprimimus & extinguimus,

Illiusque & annexorum eorumdem fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta & bona quæcumque quovis nomine nuncupata, unà cum ejus præeminentiis, prærogativis, ſuperioritatibus, juriſdictionibus & adminiſtrationibus univerſis, dictæ Menſæ Epiſcopali Gandavenſi, ita quòd hujuſmodi vacatione occurrente liceat Epiſcopo Gandavenſi pro

tempore

tempore exiſtenti per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, fructuum, redituum, jurium, obventionum, emolumentorum & aliorum bonorum Præpoſituræ hujuſmodi propriâ authoritate liberè apprehendere & retinere, illaque percipere, exigere, & levare ac in ſuos & dictæ Menſæ uſus & utilitatem convertere;

Nec non omnia & ſingula, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, Canonicatus & Præbendas, Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes & officia, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, ſecularia & quorumvis Ordinum Regularia, ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamvis aliam diſpoſitionem olim Abbatis Monaſterii & nunc Præpoſiti Eccleſiæ Sancti Bavonis hujuſmodi communiter vel diviſim quomodolibet ſpectantia, perſonis idoneis conferre & de illis etiam providere, ſimileſque perſonas ad illa præſentare & eligere, & præſentatas vel electas inſtituere & confirmare, aliáſque de illis liberè diſponere, ceteraque in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna, & quæ eorumdem Monaſterii Abbas & Eccleſiæ Præpoſitus hactenus facere & exequi potuit & debuit, facere & exequi, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, dictâ Apoſtolicâ Auctoritate & perpetuò applicamus & appropriamus;

Nec non ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, appropriationem & alia præmiſſa ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, vel derogationibus ſimilium vel diſſimilium ſuppreſſionum, extinctionum, applicationum & appropriationum, aliarumque univerſarum per Nos & Sedem prædictam ſub quibuſcumque tenoribus & formis ac cum quibuſvis clauſulis & decretis pro tempore factis minimè comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas, & quoties illas ſuſpendi, revocari, aut illis derogari contigerit, toties eas de novo conceſſas & in priſtinum ſtatum reſtitutas, & ad hoc ut ſub revocationibus, ſuſpenſionibus & derogationibus hujuſmodi minimè comprehendantur, ex nunc verè & non fictè plenarium & integrum effectum ſortitas, ſuppreſſionemque, & extinctionem, applicationem, & appropriationem præfatas de non vacatura ſed de vacante Præpoſitura hujuſmodi factas, per illas ex nunc eiſdem Menſæ Epiſcopali & Epiſcopo Gandavenſi pro tempore exiſtenti jus in re verè & non fictè quæſitum exiſtere, ac præſentium Litterarum ſuſpenſiones, revocationes, derogationes & alias contrarias diſpoſitiones pro novis illarum conceſſionibus & reſtitutionibus haberi & cenſeri decernimus:

Exemptio Præpoſituræ. Nec non dilectis Filiis Capitulo Eccleſiæ S. Bavonis hujuſmodi aliiſque quibuſvis in virtute S. Obedientiæ & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, nec non privationis omnium Dignitatum, Officiorum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos pro tempore obtentorum, inhabilitatiſque ad illa & alia impoſterum obtinenda, pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, ne ad electionem ſeu poſtulationem in Præpoſitum dictæ Eccleſiæ, cum Præpoſitura ipſa vacabit, etiamſi nunc vacet, ut præfertur, procedere, vel aliud in præmiſſis, vel eorum aliquo quoquomodo attentare aut illis refragari præſumant, diſtrictiùs inhibemus;

Et nihilominus quaſcumque electiones ſeu poſtulationes hujuſmodi, earumque confirmationes vel admiſſiones, nec non proviſiones, præfectiones, commendas, quas de cætero etiam per Sedem prædictam de dicta Præpoſitura quomodocumque fieri contigerit, nullas & invalidas, nulliuſque roboris vel momenti fore decernimus.

Deſignatio Graduatorum. Ut autem idem Epiſcopus Gandavenſis ſuam Eccleſiam perſonis, ut inſignem decet Cathedralem, circumſpectis & eruditis & ad juriſdictionem inibi exercendam cæteraque munera Eccleſiaſtica obeunda idoneis, debitè inſtructam habeat, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis ipſius Eccleſiæ decem Canonicatus & totidem Præbendæ, quinque videlicet ex Præpoſituræ, nempe ſiniſtri, & reliqui quinque ex Regis, ſeu dextri lateris partibus ejuſdem Eccleſiæ, quos primo loco, poſtquam eidem Eccleſiæ de Epiſcopo canonicè proviſum fuerit, per ceſſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel etiam privationis viâ amiſſionem quorumlibet decem Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ aut aliàs vacare contigerit, vel etiam ſi actu nunc quovis modo vacent, ac devoluti, & litigioſi ſint, ut præmittitur, unus & una vacantia Epiſcopo, ratione quorum ſit Capitularis, ita quod habeat locum & vocem ſuper Decanum & reliquos Canonicos Confratres ſuos etiam in Capitulo, ac tres alii tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia; & tres alii tribus Doctoribus Decretorum ſeu in eis Licentiatis; & reliqui tres Canonicatus & totidem Præbendæ hujuſmodi tribus Nobilibus ejuſdem Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia ſaltem ad gradum Licentiaturæ in famoſa quapiam Univerſitate Studii Generalis cùm rigoroſo examine promotis, ordine ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant; *Præbenda unita Menſæ Epiſcopali.*

Archidiaconatus. Quodque dictæ Eccleſiæ Archidiaconus unum & unam ex ſex prioribus Canonicatibus & Præbendis perpetuo habeat & percipiat, ipſiuſque Eccleſiæ Canonicus exiſtat; & ad alios quinque priores tam Nobiles quàm non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint. Ac Archidiaconus ipſe, poſt tamen moderni ſeu modernorum ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconorum ceſſum vel deceſſum, plenariam juriſdictionem Archidiaconalem in univerſa Diœceſi Gandavenſi, quam cæteri Cathedralium Eccleſiarum partium illarum Archidiaconi de jure vel conſuetudine habent & habere debent, habeat. Unus verò ſit Archipresbyter Civitatenſis nuncupandus, qui ſpecialem Paſtorum ſeu Rectorum Parochianorum *Archipresbyteratus.*

 &

Pœnitentiarius.

& Concionatorum in eadem Civitate curam habeat; alius autem ex tribus prioribus Canonicis Doctoribus, Pœnitentiarius Diœceſanus exiſtat, qui conſcientiarum populi per univerſam Diœceſim Gandavenſem curam habeat.

Præterea apud alios duos Doctores, vel Licentiatos ſeniores, unum videlicet Theologiæ Profeſſorem, alterum verò Juriſperitum, poteſtatem totam Diœceſim Gandavenſem, ipſius Epiſcopi vice, vel quoties ipſe id eis mandaverit, viſitandi: quibus etiam reliqui Graduati quoties ad id requiſiti fuerint, aſſiſtere debeant;

Examinatores.

Apud Archidiaconum verò, & tres alios ex Graduatis hujuſmodi, duos videlicet Theologos & unum Juriſperitum prædictos, Clericos ad Ordines Sacros promovendi & Rectores Parochianos quâcumque auctoritate proviſos ad Curæ Paſtoralis exercitium admittendi, poteſtas permaneat: Ita ut ipſi nullos niſi idoneos, & quantùm ad animarum curam pertinet, quod perſonalem facient reſidentiam, expreſsè juratos admittere valeant.

Ac ut in univerſa Diœceſi prædicta tot Archipresbyteri vel Decani Rurales deputentur, quot eſſe conveniet, & illi qui nunc ſunt, in Officio ſuo cum ſolitis emolumentis, ſalvâ tamen ipſius Epiſcopi moderatione, remaneant.

Ac tam Archidiaconus, Archipresbyter & Pœnitentiarius quàm reliqui ſeptem Canonici, ratione ſuarum Præbendarum hujuſmodi conſilium & operam in negotiis Eccleſiæ & Religionis ceteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quando & quoties ab eodem Epiſcopo requiſiti fuerint, tam conjunctim quàm diviſim fideliter præſtare teneantur, eiſdem Auctoritate & tenore perpetuò ſtatuimus & ordinamus.

Et ſi eidem Epiſcopo videbitur, ex nunc Archidiaconatum, Archipresbyteratum & Pœnitentiariam in dicta Eccleſia, in Dignitates in ipſa Gandavenſi Eccleſia, non tamen poſt Pontificalem majores & ſeu Perſonatus, cum ſolitis eorum Privilegiis & prærogativis Juribuſque & pertinentiis, eiſdem auctoritate & tenore, perpetuò erigimus & inſtituimus.

Et inſuper ut idem Gandavenſis Epiſcopus, in dicta ſua Civitate, quæ Caput Flandriæ exiſtens amplitudine celebritateque nulli partium illarum Civitati cedere dinoſcitur, unde ſtatum ſuum juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam commodiùs ſuſtentet, habeat, eidem Menſæ unam mille ab omni decima, ſubſidio, & alio quovis ordinario & extraordinario onere, ex quavis cauſa etiam pro Cruciata ſancta & defenſione Patriæ pro tempore impoſitis, liberam, immunem & exemptam;

Nec non Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, reliquiſque ſeptem Canonicis præfatis pro tempore exiſtentibus aliam quingentorum ducatorum ſimilium, eorum ſingulis videlicet quinquaginta ducatorum penſiones annuas & perpetuas, ſuper fundis & decimis ceteriſque fructibus, redditibuſque & proventibus Monaſterii Sancti Petri Gandavenſis, ejuſdem Sancti Benedicti ſeu alterius Ordinis,

Penſiones ſuper Abbatia S. Petri Gandavi.

quorum medietatem penſionis hujuſmodi inſimul, ut etiam jam accepimus, non excedunt, Epiſcopo ſeu Præſuli Gandavenſi, ac Archidiacono, Archipresbytero, & Pœnitentiario, reliquiſque ſeptem Canonicis præfatis pro tempore exiſtentibus, vel Procuratoribus ſuis ad id ab eis ſpeciale mandatum habentibus reſpectivè, per dilecti Filii moderni Abbatis ejuſdem Monaſterii Sancti Petri Succeſſores Monaſterium ipſum in totum vel Commendam pro tempore obtinentes, annis ſingulis, pro una videlicet in Domini noſtri Jeſu proximi, ab obitu ipſius moderni Abbatis proximè ſequente incipiendo, & alterâ medietatibus penſionum hujuſmodi in S. Joannis Baptiſtæ Nativitatum Feſtivitatibus, in Civitate Gandavenſi, Litteris præſentibus pro tempore exiſtenti Abbati Monaſterii Sancti Petri hujuſmodi intimatis, integrè perſolvendas, & quoad ipſam penſionem mille ducatorum per eundem Epiſcopum etiam unà cum ipſa Eccleſia Gandavenſi percipiendam, Auctoritate & tenore præmiſſis perpetuò reſervamus, conſtituimus & aſſignamus;

Decernentes, ipſius moderni Abbatis Succeſſores prædictos ad integram ſolutionem penſionum hujuſmodi Epiſcopo ſeu Præſuli Gandavenſi, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & reliquis ſeptem Canonicis pro tempore exiſtentibus prædictis faciendam, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis prædictarum tenorem, efficaciter & perpetuò obligatos fore. Ac volentes & eâdem Auctoritate ſtatuentes, quod ille ex Succeſſoribus prædictis qui in dictis Feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes, penſiones hujuſmodi per eum tunc debitas non perſolverit cum effectu, lapſis diebus eiſdem, ſententiam excommunicationis incurrat; à qua donec Epiſcopo vel Præſuli Gandavenſi, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & reliquis ſeptem Canonicis vel eorum Procuratoribus præfatis de penſionibus hujuſmodi tunc debitis reſpectivè integrè ſatisfactum aut aliàs cum ipſis ſuper eo amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium nequeat obtinere.

Si verò ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes ſententiam ipſam animo, quod abſit, ſuſtinuerit indurato, ex tunc, effluxis menſibus ipſis, regimine & adminiſtratione dicti Monaſterii S. Petri perpetuò privatus exiſtat, ipſumque Monaſterium vacare cenſeatur eo ipſo.

Et ut de viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratiùs proſpiciatur, quod ipſi decem Canonicatus & totidem Præbendæ hâc primâ vice per Epiſcopum dumtaxat, qui illos eiſdem Graduatis & Nobilibus alternatis vicibus conferat; & deinde illi, quoties eos futuris temporibus vacare contigerit, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum omnino pertinentes, per eos conferantur; ita quod in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris ſive momenti quàm cujuſvis Graduatorum eorumdem habeat; niſi vocum paritate occurrente,

Graduati prima vice aſſumendi per Epiſcopum, & deinceps eligendi.

rente; quo in caſu tunc iteratum Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat;

Quodque poſthac iidem decem Canonicatus & decem Præbendæ ſub nullis ſpecialibus vel generalibus etiâm mentalibus reſervationibus, affectationibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non exſpectativis, coadjutoriis, deputationibus, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando & aliàs diſponendo, primariis vel aliis Precibus & aliis præventivis gratiis per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & dictam Sedem vel ejus Legatos, & conſideratione contemplatione & intuitu, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & ex quacumque cauſa quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis comprehendantur; nec etiam tamquam vacantes apud Sedem præfatam aut ullâ aliâ ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem & ex cauſa permutationis apud Sedem eandem pro tempore occurente per Romanum Pontificem aut Sedem eamdem de illis provideri aut aliàs quoquomodo diſponi poſſit.

Et quoniam impia hæreticorum ſtudia temporiſque malitia viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutius abeſſe non patiuntur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab eadem Eccleſia, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo præfatis miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, ipſique fructus eidem Capitulo cedant.

Ac omnes proventus ſingularum Præbendarum in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus, his ſolùm qui Divinis Officiis in Choro deſervierint & inibi à principio uſque ad finem, exceptâ neceſſitatis cauſâ, permanſerint, miniſtrari debeat; nec quiſquam ullâ diſpenſatione vel Privilegio Apoſtolico quacunque cauſâ impetrato vel conceſſo ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit;

Jus omne decem Canonicatus & decem Præbendas prædictos conferendi & de illis diſponendi, vel ad alios eligendi ſeu nominandi ab Epiſcopo, & ſeu Præpoſito, & Capitulo prædictis, nec non Civitatem & Diœceſim Gandavenſem prædictas, ac omnia & ſingula, Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura, ſecularia & quorumvis Ordinum Regularia, & alia pia loca in illis conſiſtentia, nec non jus illa conferendi & de illis providendi, ac aliàs quomodolibet diſponendi, nec non viſitandi, corrigendi, puniendi, aliaque jura, fructus, redditus & proventus, res & bona quæcumque per quoſcumque Archiepiſcopos ac Epiſcopos in eiſdem Civitate & Diœceſi Gandavenſi Ordinario jure haberi & percipi ſolita, ab illis eorumque Diœceſi & Menſis Archiepiſcopalibus & Epiſcopalibus, ita quod ipſi ſe deinceps in illis aliquatenus intromittere, ullamve actionem prætendere nequeant, aliiſque ad quos ſpectat, poſt promotionem primi Epiſcopi Gandavenſis hujuſmodi, perpetuò auferentes & amoventes; ac jus decem Canonicatuum & Præbendarum conferendorum in præmiſſum electionis modum immutantes, ac ad Epiſcopum & novem Canonicos Graduatos præfatos; reliqua verò abdicata & amota præmiſſa ad eoſdem Epiſcopum Gandaventem ejuſque Menſam transferentes, ac abdicata, amota, immutata & tranſlata eſſe; ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis cauſa & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi & Attrebatenſi & Feltrenſi Epiſcopis per Apoſtolica Scripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Pœnitentiarii, Canonicorum, & aliorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant Authoritate noſtrâ illos, ſuppreſſione, extinctione, applicatione, approbatione, ſtatuto, ordinatione, aliiſque præmiſſis pacificè frui & gaudere, ac eaſdem præſentes & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari; necnon penſiones prædictas Epiſcopo vel Præſuli Gandavenſi, ac Arcbidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & aliis ſeptem Canonicis reſpectivè, vel eorum Procuratoribus prædictis, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis, ac Decreti prædictorum continentiam & tenorem integrè perſolvi;

Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel impediri aut inquietari; & nihilominus quemlibet ex Abbatis Monaſterii Sancti Petri Succeſſoribus prædictis, quem hujuſmodi excommunicationis ſententiam eis incurriſſe conſtiterit, quoties ſuper hoc pro parte Epiſcopi ſive Præſulis, ac Arcbidiaconi, Archipresbyteri, Pœnitentiarii, & Canonicorum prædictorum fuerint requiſiti, tamdiu Dominicis & aliis Feſtivis diebus in Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum publicè nuncient & faciant ab aliis nunciari ac ab omnibus arctiùs evitari, donec Epiſcopo ſeu Præſuli, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario & Canonicis præfatis de penſionibus hujuſmodi tunc debitis reſpectivè fuerit integrè ſatisfactum, ipſeque excommunicatus ab excommunicationis ſententia hujuſmodi abſolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores quoſlibet & rebelles ac præſentibus non parentes quoad reliqua præmiſſa, ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac privationis Beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum, inhabilitatiſque ad illa & alia impoſterum obtinenda, ita

quod Beneficia & officia hujuſmodi tamquam per privationem legitime & canonicè factam vacantia ab aliis impetrari & per locorum Ordinarios liberè conferri poſſint, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas tam Eccleſiaſticas quàm pecuniarias arbitrio ſuo imponendas, moderandas & applicandas, eo ipſo incurrendas, eâdem Auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his hujuſmodi ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis;

Non obſtantibus voluntate ac ſtatuto & ordinatione noſtris prioribus, & aliis præmiſſis, ac aliâ noſtrâ de non tollendo jus quæſitum, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quâ cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne judices à Sede Apoſtolica deputati extra Civitatem vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant; & de duabus dietis, in Concilio Generali editâ, dummodo ultra tres dietas aliquis tenore præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac Monaſterii, Ordinis, & Eccleſiæ Gandavenſis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus,

Nec non Concordatis dudum inter Sedem prædictam & Nationem Germanicam deſuper initis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis Eccleſiæ, Monaſterio, & Ordini prædictis, eorum Superioribus, Capitulo, Conventui & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & efficaciſſimis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis, & ſuper electionibus faciendis, ac aliàs quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis:

Nec non quibuſvis ſpecialibus & generalibus reſervationibus, expectativis, & aliis gratiis, & in Canonicos creationibus, aliiſque unionibus, & perpetuis abſque conſenſu Coadjutorum deputationibus, nominationibus, citra acceſſus & regreſſus facultatibus, mandatis, indultis & conceſſionibus, quibuſvis perſonis, cujuſcumque Dignitatis, ſtatûs, gradûs & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatûs honore fulgentibus, ac Noſtris etiam antiquis & deſcriptis familiaribus, & continuis commenſalibus, ac Prælatis domeſticis, nec non Romanæ Curiæ Officialibus, etiam officia ſua actu exercentibus, ex quavis quantumlibet grandi cauſa, conſideratione, intuitu vel reſpectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis, & decretis, etiam irritantibus, & clauſulis derogatoriarum derogatoriis, etiam præſentibus derogantibus, etiam motu & ſcientiâ ſimilibus ac aliàs quomodolibet conceſſis; quos & quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, eorumque omnium vim & effectum quoad præmiſſa omnino ſuſpendimus, & in præmiſſis effectum ſortiri, aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere, decernimus;

Illisque, nec non Privilegiis, Indultis & Litteris Apoſtolicis, illis & aliis quibuſvis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos Sedemque prædictam, etiam per viam generalis legis & ſtatuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractûs ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcunque tenoribus & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione vel ad inſtantiam præmiſſorum, & quorumcumque aliorum, ſeu motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialibus ac aliàs quomodocumque, qualitercumque & quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis & concedendis & innovandis;

Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè motu ſimili derogamus contrariis quibuſcumque:

Aut ſi aliquid Dignitatibus Eccleſiæ Gandavenſis ſpeciales vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem Litteras & proceſſus per eoſdem habitos, & inde ſecuta quæcumque ad Præpoſituram hujuſmodi volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Dignitatum vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari:

Aut ſi Abbati & Conventui ac Capitulo prædictis vel quibuſvis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad præſentationem vel ſolutionem penſionis alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, quodque de Dignitatibus Eccleſiæ Gandavenſis hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quo-

modolibet

Digitized by Google

modolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus babenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Nulli ergò omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, inbibitionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, erectionis, inſtitutionis, reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis, voluntatis, abdicationis, amotionis, immutationis, tranſlationis, mandati, ſuſpenſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum
1561. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, ſeptimo Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sic ſignatum à dextro latere, Foed. Cardinalis Cæsius. A ſiniſtro, Cæsar Glorierius. Et inferiùs, A. de Alexiis.

Post quarum quidem Litterarum Apoſtolicarum præinſertarum præſentationem, & receptionem, Nobis & per Nos, ut præmittitur, factas, ſuimus pro parte præfati Reverendiſſimi D. Epiſcopi Gandavenſis, Principalis, in eiſdem Litteris Apoſtolicis principaliter nominati, tam ſuâ quàm aliorum in præinſerta Bulla contentorum, debita cum inſtantia requiſiti, quatenùs ad executionem earumdem Litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem procedere vellemus & dignaremur, juxta traditam ſeu directam per eas à dicta Sede Apoſtolica Nobis formam.

Nos igitur Franciſcus Richardot, Epiſcopus, Judex & Executor præfatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, volenteſque Mandatum Apoſtolicum ſupradictum Nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, idcircò Auctoritate Apoſtolicâ Nobis commiſsâ, & quâ fungimur in hac parte, præfatas Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diviſim intimamus, inſinuamus, & notificamus; ac ad veſtram & cujuſlibet veſtrûm notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes: & nihilominùs vos omnes & ſingulos ſupradictos, ad quos noſter præſens Proceſſus dirigitur, tenore præſentium requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè; ac vobis & veſtrûm cuilibet in ſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs infrà ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſeu notificationem dictarum Litterarum Apoſtolicarum, & præſentis noſtri Proceſsûs, & requiſitionem vobis & cuilibet veſtrum pro parte præfati Reverendiſſimi D. Epiſcopi Gandavenſis, ſuorumque in eodem Epiſcopatu Succeſſorum, & Archidiaconi, Archipresbyteri, & Pœnitentiarii, & ſeptem Canonicorum prædictorum factam, immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus, eaſdem Litteras Apoſtolicas præinſertas ac in eis contenta quæcumque, ubi, quando & quoties expediens & opus fuerit, ſolempniter publicetis, & quilibet veſtrum publicet, & firmiter obſervari faciat; ac præfatis Reverendiſſimo Epiſcopo Gandavenſi, Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, ſeptemque Canonicis prædictis pro tempore exiſtentibus, in præmiſſis omnibus & ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, aſſignationem limitum Diœceſis & Epiſcopatûs Gandavenſis, ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem & appropriationem, decretum, inhibitionem, conceſſionem, & affectationem Canonicatuum & Præbendarum, ſtatutum, & collationem, electionem, ordinationem, penſionem, reſervationem, abdicationem, tranſlationem, decretum aliaque præmiſſa in præinſertis Litteris contenta quæcumque, ſuum plenarium effectum ſortiri, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari quilibet veſtrum faciat, præfatoſque Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Gandavenſem & ſingulos quos præinſertæ Litteræ Apoſtolicæ concernunt, iiſdem præmiſſis pacificè uti, frui, & gaudere;

Nec non penſiones prædictas mille & quingentorum ducatorum, in præinſertis Litteris Apoſtolicis expreſſas, & reſervatas ſuper fructibus, & proventibus Monaſterii prædicti Sancti Petri Gandavenſis, Ordinis Sancti Benedicti, eidem Reverendiſſimo D. Epiſcopo Gandavenſi ſuiſque Succeſſoribus, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & aliis ſeptem Canonicis reſpectivè, vel eorum Procuratoribus prædictis, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis ac decreti prædictorum continentiam & tenorem, integrè perſolvi, & ſatiſfieri mandetis; non permittentes eos deſuper per quoſcumque contra prædictarum Litterarum tenorem quomodolibet impediri, moleſtari vel perturbari, neque moleſtetis, inquietetis aut perturbetis. Et inſuper vos Dominum Abbatem, Priorem & Conventum Monaſterii Sancti Petri Gandavenſis, & Succeſſores veſtros ſupradictos & veſtrûm quemlibet in ſolidum tenore præſentium requirimus & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, communiter vel diviſim, ac vobis & veſtrûm cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ultra ſingulas cenſuras & pœnas in præinſertis Litteris Apoſtolicis contentas, ſub infraſcriptis ſingularum pœnis diſtrictè præcipientes,

Mandamus, quatenus infra terminos in prædictis inſertis Litteris Apoſtolicis contentos & aſſignatos, quos vobis & veſtrum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio, ac monitione Canonicâ aſſignamus, penſiones annuas percipiendas iiſdem Reveren.mo D. Epiſcopo Gandavenſi, Arcbidiacono, Arcbipreſbytero, Pœnitentiario, & ſeptem Canonicis pro tempore exiſtentibus, vel Procuratoribus

ſuis

Digitized by Google

ſuis legitimis ad hoc ab eis ſpeciale mandatum habentibus in loco & terminis in præinſertis Litteris deſignatis, & juxta illarum reſervationem, conſtitutionem & aſſignationem præinſertarum Litterarum prædictarum, Decretique prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ in dictis præinſertis Litteris appoſiti continentiam & tenorem, in perpetuum integrè perſolvatis, & perſolvi faciatis, & quilibet veſtrum perſolvat realiter & cum effectu.

Quod ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis, ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, mandatiſque & monitionibus noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis, non parueritis realiter & cum effectu; Nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos, qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradictores quoſlibet & rebelles, ac impedientes præfatos Reverendiſſimum Epiſcopum Gandavenſem, Archidiaconum, Archipresbyterum, Pænitentiarium & alios ſeptem Canonicos pro tempore exiſtentes, aut alios quos præinſertæ Litteræ Apoſtolicæ concernunt, vel eorum aliquos, aut eorum Procuratores ſuper præmiſſis in aliquo ipſos impedientes, dantes auxilium, conſilium vel favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis vel conditionis exiſtant, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc, ſingulariter in ſingulos, prædictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, appellatione poſtpoſitâ, excommunicationis, in Capitula verò, Conventus & Collegia quæcumque forſan in his delinquentia, ſuſpenſionem à Divinis, & in ipſorum delinquentium & rebellium Eccleſias, Monaſteria, & Capellas Interdicti Eccleſiaſtici ſententias ferimus in his Scriptis & etiam promulgamus.

Vobis verò Reverendis in Chriſto Patribus & Dominis Cameracenſi & Trajectenſi Archiepiſcopis, & Tornacenſi Epiſcopo præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reverentiam veſtrarum Pontificalium Dignitatum deferimus in hac parte, ſi contrà præmiſſa vel ipſorum aliquid feceritis, ſeu fieri mandaveritis per vos, vel per ſubmiſſas perſonas, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc, prædictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ ingreſſus Eccleſiarum interdicimus in his Scriptis. Si verò hujuſmodi interdictum per alios ſex dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis, Vos in his Scriptis ſimili monitione canonicâ præmiſsâ ſuſpendimus à Divinis. Verùm ſi præfatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies præfatos duodecim immediatè ſequentes animis (quod abſit) ſuſtinueritis induratis, vos & veſtrûm quemlibet ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc, hujuſmodi canonicâ monitione præmiſsâ, in eiſdem Scriptis excommunicationis ſententiæ Authoritate Apoſtolicâ præfatâ innodamus.

Cæterum cum ad executionem præmiſſorum ulteriùs faciendam nequeamus quoad præſens perſonaliter intereſſe, pluribus aliis arduis negotiis præpediti, univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Theſaurariis, Scholaſticis, Cuſtodibus, Sacriſtis tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus ſeu Loca-tenentibus eorumdem, Plebanis, Vice-Plebanis, Vicariis perpetuis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Altariſtis, Presbyteris, Clericis, ceteriſque Viris Eccleſiaſticis in quibuſcumque Dignitatibus, gradibus vel officiis conſtitutis, Notariiſque & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Provincias, Civitates & Dioceſes prædictas ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſuper ulteriore executione dicti Mandati Apoſtolici atque noſtri facienda, Authoritate Apoſtolicâ ſupradictâ, plenariè tenore præſentium committimus vices noſtras, donec eas ad Nos ſpecialiter & expreſsè duxerimus revocandas.

Quos & eorum quemlibet in ſolidum eiſdem authoritate & tenore requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, communiter, & diviſim; eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in eos & eorum quemlibet, dictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, ferimus in his Scriptis, niſi fecerint quæ mandamus, diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ipſi & eorum ſinguli viſis & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte præfatorum Reveredïſſimi Domini Epiſcopi Gandavenſis, Archidiaconi, Archipresbyteri, Pœnitentiarii & ſeptem aliorum Canonicorum pro tempore exiſtentium principalium, ſeu cujuſlibet eorum, vigore præſentium fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus:

Ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec alter per alium ſeu pro alio quovis modo ſe excuſet, ad vos omnès & ſingulos ſupradictos, perſonaſque & loca, de quibus, quando & quoties expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu accedat, & præfatas præinſertas Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant, intiment, inſinuent, & fideliter publicari procurent. Ac iiſdem Dominis Epiſcopo Gandavenſi, Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & ſeptem aliis Canonicis principalibus reſpectivè in omnibus præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præfatas Litteras Apoſtolicas præinſertas & in eis contenta quæcumque ſuum plenarium effectum ſortiri, ac ab omnibus firmiter obſervari, præfatoſque Dominos Epiſcopum Gandavenſem, Archidiaconum, Archipresbyterum, Pœnitentiarium, & ſeptem alios Canonicos, prout quemlibet eorum concernit, eorumque Succeſſores, aſſignatione limitum Diœceſis & Epiſcopatûs Gandavenſis, ſuppreſſione, extinctione, applicatione & appropriatione, decretis, inhibitionibus, conceſſione & affectatione Canonicatuum & Præbendarum,

rum, ſtatutorum & ordinationum, penſione, reſervatione, abdicatione, tranſlatione, aliiſque præmiſſis in præinſertis litteris Apoſtolicis contentis pacificè uti, potiri, frui & gaudere; ac penſiones annuas & perpetuas prædictas Epiſcopo vel Præſuli Gandavenſi, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario & aliis ſeptem Canonicis reſpectivè pro tempore exiſtentibus vel eorum Procuratoribus prædictis, in loco & terminis, in dictis præinſertis Litteris Apoſtolicis deſignatis, juxta reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis ac decreti præexiſtentium, ac præinſertarum Litterarum Apoſtolicarum vim, formam, continentiam & tenorem integrè perſolvi in perpetuum faciant, & quilibet eorum perſolvi faciat realiter & cum effectu.

Et nihilominus quemlibet ex Abbate, Priore, & Religioſis Conventûs & Monaſterii Sancti Petri Gandavenſis, & Succeſſoribus præfatis, quem hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurriſſe eis conſtiterit, quoties ſuper hoc ex parte Epiſcopi ſeu Præſulis Gandavenſis, Archidiaconi, Archipresbyteri, Pœnitentiarii & aliorum ſeptem Canonicorum principalium pro tempore exiſtentium, tam conjunctim quàm diviſim fuerint requiſiti, tamdiu Dominicis & Feſtivis diebus in Eccleſiis eorum, dum major inibi populi multitudo ad Divina convenerit, excommunicatum publicè nuntient, & faciant ab aliis nuntiari, ac ab omnibus arctiùs evitari, donec Epiſcopo ſeu Præſuli, ac Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario & Canonicis præfatis principalibus vel Procuratoribus ſuis prædictis de penſionibus tunc debitis reſpectivè fuerit integrè ſatisfactum; ipſeque excommunicatus ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium à Nobis vel Superiori noſtro meruerit obtinere.

Non permittentes eoſdem Epiſcopum, Archidiaconum, Archipresbyterum, Pœnitentiarium & alios ſeptem Canonicos pro tempore exiſtentes, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque contra præinſertarum Litterarum Apoſtolicarum tenorem quomodolibet impediri, moleſtari, vel perturbari. Contradictores quoſlibet & rebelles ac præſentibus non parentes quoad reliqua præmiſſa, ſub ſententiis, cenſuris & pœnis in eiſdem Litteris Apoſtolicis præinſertis contentis & comminatis dictâ Authoritate Apoſtolicâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis; & generaliter omnia & ſingula Nobis in hac parte commiſſa plenariè & integrè exequantur juxta prædictarum Litterarum Apoſtolicarum præinſertarum & præſentis noſtri Proceſsûs continentiam & tenorem.

Ita tamen, quod in his exequendis dicti Subdelegati noſtri, vel quicumque alius ſeu alii, nihil in præjudicium dictorum Dominorum Epiſcopi Gandavenſis, Archidiaconi, Archipreſbyteri, Pœnitentiarii, & ſeptem Canonicorum & aliorum quorumcumque, quos dictæ præinſertæ Litteræ Apoſtolicæ quomodolibet concernere poterunt, attentare valeant quomodolibet in præmiſſis, neque in Proceſſibus per Nos habitis, aut ſententiis per Nos latis, abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare. In cæteris autem quæ eiſdem Domino Epiſcopo Gandavenſi & aliis principalibus nocere poſſunt ſeu quomodolibet obeſſe, præfatis Subdelegatis noſtris & quibuſlibet aliis poteſtatem omnimodam denegamus.

Et ſi contingat Nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo Nobis poteſtatem omnimodam reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujuſmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris Litteris fecerimus mentionem. Præfatas quoque Litteras Apoſtolicas huncque noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula hujuſmodi negotium tangentia, volumus penes dictum Epiſcopum Gandavenſem, & reliquos Principales ſeu eorum Procuratores remanere, & non per vos aut aliquem veſtrûm ſeu quemcumque alium contra eorum voluntatem quomodolibet detineri.

Contrarium verò facientem præfatis noſtris ſententiis, prout per Nos in Scriptis latæ ſunt, prædictâ canonicâ monitione præmiſſâ, ipſo facto volumus ſubjacere.

Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus & expenſis. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerint, ſeu incurrerit quoquo modo, Nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes Litteras, ſive præſens publicum Inſtrumentum, Proceſſum noſtrum hujuſmodi in ſe continentes ſive continens exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique Sigilli, quo in ſimilibus utimur, juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Duaci anno Domini mil- 1568.
leſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, die menſis Octobris vigeſimâ ſextâ, præſentibus Venerabilibus Viris Dominis & Magiſtris Petro Mouchet utriuſque Juris Doctore Sanctæq; Sedis Apoſtolicæ Prothonotario, ac Canonico Atrebatenſi, & Magiſtro Antonio Marie Preſbytero Capellano Atrebatenſi, Teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis. *Inferiùs habebatur Teſtimonium Notarii publici.*

Gandavenſis Eccleſia Cathedralis S. Amando Tungrenſi ſeu Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo, Belgiique noſtri Apoſtolo, circa annum 630. exordium debet. Is S Bavonem virum opulentum excitavit, ut in honorem S Petri Monaſterium erigeret, quod poſtmodum S Bavonis nomen induit: ibique S Amandus non Monachos initio, ſed Clericos ſæculares ſimul viventes collocavit.

Cumque illi à primæva ſua ſanctimonia degenerare, ac licentiùs vivere inciperent; amotis illis, Monachos Ordinis S. Benedicti ſubſtituit, dato illis Abbate Florberto, raræ pietatis Viro; qui primus utriuſque ſimul Cœnobii S Petri, aliàs Bavonis, Gandavenſis & Blandinienſis, curam & adminiſtrationem geſſit.

Crevit itaque hoc Monaſterium, tum per varias Principum largitiones. (quarum plurimas ſupra recitavit Miræus, uti ex Indice videbitur) tum per Viros ſanctimoniâ & doctrinâ conſpicuos, uſque ad annum 851, quo per Normannos alioſque Barbaros exuſtum ac devaſta-

Digitized by Google

tum, Monachis in Gallia exulantibus, per annos quàm-plurimos jacuit in ruinis.

Tandem priſtino decori reſtitutum circa annum 940, perduravit uſque ad annum 1536, quo Monachi, authoritate Pauli III. Pontificis, per Bullam ſupra editam pag. 1054. mutatâ veſte, factaque in votis diſpenſatione, facti ſunt Canonici ſæculares: ad inſtantiam Caroli V. Imperatoris & Comitis Flandriæ, qui Urbem ſuam natalem hoc inſigni Capitulo condecorari deſiderabat.

Sic ex univerſo Monaſterii corpore, primò Dignitas Abbatialis, quam poſſidebat Lucas Munich, mutata fuit in Præpoſituram ſæcularem. In locum Prioris Decanus, in locum Præpoſiti Cantor, in locum Regularis Theſaurarii ſæcularis, & loco Præpoſiti de Papinglo Scholaſticus, veluti totidem Dignitates, ſunt conſtituti: ac præterea viginti quatuor Canonicatus & Præbendæ. *Vide pag. 1052.*

Cum autem anno 1540. locus antiqui Monaſterii S. Bavonis, ad Schaldis & Liſæ confluentem ſitus, Carolo V Cæſari videretur arci ad cuſtodiam Urbis excitandæ percommodus, ex Decreto Alexandri Farneſii S. R. E. Cardinalis atque Legati Apoſtolici, ſupra exhibito pag. 1055. tranſlatum fuit novellum hoc Canonicorum Collegium cum omnibus bonis, ornamentis &c. ad Parochialem S. Joannis.

Acceſſit eodem anno 1540. conſenſus Pauli III. Pontificis qui, per Bullam ſupra editam pag. 1059. nomen & titulum S. Joannis deinceps in titulum S. Bavonis mutari voluit. Carolus V. Imperator varias eidem Capitulo Ordinationes ſuper obſervatione Cultûs Divini ſequenti anno 1541. præſcripſit: ut ſupra videre eſt pag. 1056, uti & pag. 1061. Proceſſum fulminatum à Philippo Nigrio, tunc Præpoſito S. Pharaildis Gandavi, Bullarum Apoſtolicarum Executore.

Exinde, Philippo II. Hiſpaniarum Rege Catholico Flandriæque Comite petente, Paulus IV. Pontifex Collegiatam B. Bavonis Eccleſiam in Cathedralem evexit; cujus Bullam edidit Miræus ſupra pag. 472.

Dein Pius IV. Pontifex Pauli IV. Succeſſor anno 1560. aliam Bullam edidit (de qua ſupra pag. 1066.) quâ novo Epiſcopatui Gandavenſi limites dotemque præſcripſit, tribus aliis Dignitatibus, Archidiaconatûs, Archipresbyteratûs & Pœnitentiariæ, ad quinque priores adjectis; quibus, uti & Epiſcopo, penſionem notabilem ab Abbatia S. Petri ſeu Blandinienſi perſolvendam adjudicavit.

Præterea pro dote Epiſcopi ſuppreſſa fuit Dignitas Præpoſiti ſeu Abbatis ſæcularis, quâ tunc etiamnum gaudebat Lucas Munich, Coadjutorem habens Viglium ab Aytta Zuichemum, Sanctioris Conſilii Præſidem, & Aurei Velleris Cancellarium.

Poſtmodum verò, S. Pius V. Pontifex anno 1570, conſentientibus Cornelio Janſenio primo Epiſcopo, & præfato Viglio, Bullam edidit (infra recenſendam) quâ nova erecta fuit Præpoſitura, quæ tamen erat longè minorum proventuum, ad nominationem Comitis Flandriæ. Hâc Dignitate primò inveſtitus fuit Bucho ab Aytta, antea Archidiaconus Cathedralis Iprenſis, Viglii Nepos, Coadjutor, ac deinde Succeſſor.

EPISCOPI GANDAVENSES.

I. CORNELIUS JANSENIUS, Hulſtenſis Flander, S. T. Doctor in Academia Lovanienſi, ibique Præſes Majoris Collegii Theologorum, & ad S. Jacobum Decanus, quondam etiam ad S. Martinum Cortraci Paſtor, & ad Concilium Tridentinum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege miſſus, conſecratus fuit Lovanii primus Epiſcopus Gandavenſis anno 1568, à Franciſco Sonnio Epiſcopo Sylvæducenſi. Vir Scriptis & eruditione clariſſimus, obiit Gandavi 11. Aprilis 1576, ætatis 66.

JOANNES FUNCK, Amersfortius Batavus, J. U. D. à Philippo II. Hiſpaniarum Rege nominatus fuit anno 1584, ſecundus Epiſcopus Gandavenſis, cum fuiſſet antea Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ Collegiatæ B. M. V. Ultrajecti, nec non Præpoſitus Collegiatarum S. Severini & B. M. V. ad Gradus Coloniæ, item Abbas Sæcularis B. M. V. Namurci. Erat inſuper Sanctioris Conſilii Belgici apud Regem Madriti Conſiliarius & Sigillifer, & Cancellarius Ordinis Aurati Velleris. Sed dum conſecrandus in Belgium proficiſcitur, præmaturè obiit Monzonii in Arragonia 10. Octobris 1585.

MATTHÆUS ROGERIUS, Caſletanus Flander, J. U. L. & Profeſſor in Academia Lovanienſi, ibique Præſes Collegii S. Donatiani; inde Canonicus & Decanus atque Vicarius Generalis Eccleſiæ Metropolitanæ Cameracenſis, à Rege Hiſpan. ſimiliter nominatus ad hunc Epiſcopatum; dum confirmationis Litteras Româ expectat, moritur Montibus Hannoniæ 19. Aprilis 1586.

II. GUILIELMUS DAMASI LINDANUS, Dordracenus Batavus, S. T. Doctor in Academia Lovanienſi, antea primus Epiſcopus Ruræmundenſis, tranſlatus eſt anno 1588. ad Epiſcopatum Gandavenſem: ſed quinto ſui regiminis menſe è vivis ereptus fuit die 2. Novembris 1588, ætatis anno 63. *Vide ſupra pag. 488.*

III. PETRUS DAMANT, Mechlinienſis, Frater Nicolai Cancellarii Brabantiæ, Cathedralis Eccleſiæ Gandavenſis Decanus, Præpoſitus Eccleſiarum Collegiatarum S. Salvatoris Ultrajecti, & S. Pharaildis Gandavi, conſecratus eſt tertius Gandenſium Præſul 14. Octobris 1590. Vitâ functus 14. Septembris 1609. ætatis anno 79.

IV. CAROLUS MASIUS, Bruxellenſis, Frater Engelberti Præſidis Conſilii Sanctioris Bruxellæ, è Decano Cathedralis Antverpienſis tertius Epiſcopus Iprenſis, anno 1610 tranſlatus ad Cathedram Gandavenſem, ibidem obiit 21. Maii 1612. ætatis anno 53.

V. HENRICUS FRANCISCUS VANDER BURCH, Gandavenſis, J. U. L. Joannis Sanctioris Conſilii Præſidis Filius, è Decano & Vicario Generali Metropolitanæ Mechlinienſis, conſecratus fuit Epiſcopus Gandavenſis 17. Februarii 1613. in Choro Eccleſiæ ſuæ Cathedralis per Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Brugenſi & Iprenſi Epiſcopis. Anno 1616. tranſlatus ad Archiepiſcopatum Cameracenſem, obiit 23. Maii 1644, ætatis anno 77.

VI. JACOBUS BOONEN, Antverpienſis, J. U. L. Metropolitanæ Eccleſiæ Mechlinienſis Decanus, & in Supremo Senatu Eccleſiaſticus Conſiliarius, die 5. Februarii 1617. conſecratus fuit Epiſcopus Gandenſis in Æde Metropolitana Mechlinienſi, per Archiepiſcopum Hovium, aſſiſtentibus Epiſcopis Sylvæducenſi & Antverpienſi. Anno 1620. tranſiit ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem, & obiit 30. Julii 1655. *Vide ſupra pag. 617.*

VII. ANTONIUS TRIEST, origine Gandavenſis, J. U. L. antea quintus Brugenſium Epiſcopus, tranſlatus ad Cathedram Gandenſem anno 1622, ibidem obiit 28. Maii 1657. ætatis 80. *Vide pag. 912.*

VIII. CAROLUS VANDEN BOSCH, Bruxellenſis, J. U. L. nonus Brugenſium Epiſcopus, tranſiit anno 1660. ad Epiſcopatum Gandavenſem, ibique obiit 5. Aprilis 1665. *Vide pag. 914.*

IX. EUGENIUS ALBERTUS D'ALLAMONT, Baro de Buſy, d'Allamont &c: antea quintus Epiſcopus Ruræmundenſis, nec non Vicarius Apoſtolicus Sylvæducenſis Epiſcopatûs, in Cathedra Gandavenſi exceptus fuit 28. Octobris 1666. Obiit Madriti Auguſti 28. 1673. ætatis anno 64. *Vide ſupra pag. 488. & corrige annum ejus obitûs.*

X. FRANCISCUS VAN HORENBEECK Bruxellenſis, J. U. L. Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Lovanii Decanus, ibique Præſes Collegii Craendonck, conſecratus Bruxellis 25. Julii 1677. ab Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Brugenſi & Ruræmundenſi Epiſcopis. Obiit Gandavi 4. Januarii 1678. ætatis anno 49.

XI. IGNATIUS AUGUSTINUS DE GROBBENDONCK, J. U. L. nonus Epiſcopus Namurcenſium, tranſlatus Gandavum anno 1679. mortuus ibidem 31. Maii 1680. ætatis ſuæ anno 55.

XII. ALBERTUS DE HORNES, Comes de Hautekercke, J. U. L. Cathedralis Gandavenſis Præpoſitus, conſecratur in eadem Eccleſia 22. Julii 1681, per Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Brugenſi & Antverpienſi Epiſcopis. Vivere deſiit 4. Junii 1694.

XIII. PHILIPPUS ERARDUS VANDER NOOT Bruxellenſis, J. U. L. quondam Metropolitanæ Eccleſiæ Mechlinienſis Canonicus Nobilis Graduatus, Archipresbyter, Præpoſitus, Sede vacante Vicarius Generalis, & ad Exercitus Regios in Belgio Vicarius Delegatus Apoſtolicus, conſecratus Bruxellis 4. Januarii 1695. ab Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Antverpienſi ac Ruræmundenſi Epiſcopis: hodie ſenior omnium Belgii noſtri Antiſtitum.

Digitized by Google

CAPUT CLVII.

Pius IV. *Pontifex, ſuppreſſo Ipris Monaſterio Canonicorum Regularium S. Martini, Eccleſiam illam conſtituit Cathedralem anno* 1560; *ſimul ibidem erigens novum Epiſcopatum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, eique aſſignans pro dote Præpoſituras S. Martini Ipris, S. VValburgis Furnis, & plurima bona antiquæ Morinenſis Eccleſiæ.*

Ex MS. Archivii Epiſcopatûs Iprenſis.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

De ſtatu Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium inſignium noviter erectarum, proſperè & feliciter dirigendo attentiùs cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ illarum conſervationi, decori & venuſtati ac profectui, & illis præſidentium commoditati, ac aliarum in eis Divinis obſequiis vacantium Perſonatum opportunæ ſubventioni conſulatur. Et interdum ea quæ à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper his conſultè geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio immutamus, ac deſuper diſponimus, prout rerum & temporum ac Perſonarum & Regionum qualitatibus penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cum itaque, ſicut accepimus aliàs, poſtquam felicis recordationis Paulus PP. IV. Prædeceſſor noſter, providi vigiliſque Paſtoris more conſiderans, quod ea pars Inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hæreditario jure etiam tunc ſubjecta erat, pro tanta Oppidorum Celeberrimorum frequentia, locorumque ſuorum multitudine adeo paucas Eccleſias Cathedrales habebat, ut earum Epiſcopi eâ quâ opus erat diligentiâ tantam animarum multitudinem minimè regere poterant; idque quibuſdam hoc erat difficiliùs, quod ipſorum Diœceſani linguæ idiomate inſtitutiſque differebant, & quidam eorum etiam ejuſmodi Privilegia habebant, ut ipſos ad Sedem Epiſcopalem non liceret evocare; ita ut nec Fidei doctrinâ & piè vivendi præceptis commodè inſtrui, nec ſi quid deliquiſſent facilè corrigi ab Epiſcopis ſuis poſſent: ad ipſos verò Epiſcopos viſitandos, admonendos & in officio ſuo continendos, nulla in tota illa Regione Eccleſia erat Metropolitana: ſed Archiepiſcopi extra fines ipſius Ditionis exiſtentes propter multa & varia impedimenta nulli Suffraganeis ſuis uſui jam pridem erant, & propter aſſiduas inſidias, dolos, peſtiferaſque doctrinas populorum hæreticorum & ſchiſmaticorum, à quibus eadem Regio omni ferè ex parte cincta atque obſeſſa erat, Catholica illic Fides & animarum ſalus in maximo diſcrimine & periculo verſabantur: his & aliis gravibus cauſis impulſus, volens etiam ipſius Philippi Regis precibus annuere, tamque pio ejus deſiderio ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis, de quorum numero

Rationes pro Erectione novorum Epiſcopatuum.

tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem, & Tornacenſem Eccleſias, Civitates, & Diœceſes à Remenſi & Colonienſi Provinciis, quibus tunc erant Metropolitico Jure ſubjectæ;

ſeparatio ab antiquis Diœceſibus.

Ac Mechlinienſe, Iperenſe, Audomarenſe, & diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia dictæ Regionis à ſua quodque Diœceſi & Provincia;

Nec non ab Eccleſia Morinenſi eam partem Diœceſis Morinenſis, quæ in Artheſiæ & Flandriæ Comitatibus Ditionis præfati Philippi Regis erat, cum omnibus & ſingulis ſuis terminis, territoriis, Cleris, Populis, Perſonis, Monaſteriis, & piis locis, ac Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, perpetuò ſegregaverat, diviſerat, & ſeparaverat, nec non Mechlinienſe, Iperenſe, Audomarenſe, & reliqua Oppida præfata, ſic diviſa in Civitates; Cameracenſem verò & Trajectenſem tunc Epiſcopales Sedes, ac olim Collegiatam Sancti Rumoldi Mechlinienſem Eccleſias in Metropolitanam, ac olim Monaſterii Sancti Martini Iperenſem Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium, nec non Sancti Audomari Audomareoſem, & certas alias aliorum Oppidorum in Civitates erectorum præfatorum Eccleſias in Cathedrales pro totidem Epiſcopia creandis, qui ſuæ quiſque Eccleſiæ præeſſent, ac Iperenſi & Audomarenſi Eccleſiis & Civitatibus præfatis certos Diſtrictus, per Nuncium ſuum poſtmodùm ab illo illuc mittendum limitandos, pro ſua Diœceſi perpetuò conceſſerat;

Nec non Iperenſem Mechlinienſi, Audomarenſem verò & Atrebatenſem Eccleſias, Civitates & Diœceſes antedictas Eccleſiis hujuſmodi pro ſua Provincia ſubjecerat; ſinguliſque Iperenſi & Audomarenſi Menſis Epiſcopalibus annuum redditum trium millium ducatorum auri de Camera ex certis decimis & bonis, ac fructibus, redditibus, & Proventibus Eccleſiaſticis, per dictum Nuncium ſpecificandis & repartiendis, ex tunc prout ex ea die, & è contrà, poſtquam ſpecificati & repartiti; ac interim donec ſpecificatio & repartitio hujuſmodi factæ & effectum ſortitæ forent & non ultrà, cuilibet ex prædictis Menſis pro earum dote alium annuum redditum mille & quingentorum ducatorum ſimilium per ipſum Philippum Regem ex redditibus & proventibus, quos ex dicta Regione percipiebat, Iperenſi & Audomarenſi Epiſcopis pro tempore exiſtentibus ſingulis annis,

Dos Epiſcopatuum.

 quouſque

quouſque ſpecificatio & repartitio præfatæ, ac pro ea tantùm parte, quæ plenarium ſuum effectum minùs ſortita foret, nec ultrà, integrè & proportionabiliter perſolvendum, perpetuò applicaverat & appropriaverat. Eidemque Philippo Regi, cjuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici perſonas idoneas, ac aliàs certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad dictas Iperenſem & Audomarenſem ac alias Cathedrales Eccleſias ſic erectas, tam à primæva erectione hujuſmodi, quàm quotieſcumque illas pro tempore vacare contingeret, eidem Prædeceſſori & Romano Pontifici qui pro tempore foret, per eum in Archiepiſcopos & Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos in perpetuum reſervaverat per quaſdam ſub plumbo, & deindè per alias ſuas in forma Brevis Litteras; Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſinenſi, ſuo & Apoſtolicæ Sedis Nuncio in partibus illis dederat in Mandatis, ut perſonas idoneas qui dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſuâ deputaret;

Jus Nominationis Regiæ.

Commiſſarii pro Novis Epiſcopatibus.

Dilectus Filius noſter Antonius S.R.E. Presbyter Cardinalis, Artrebarenſis nuncupatus, tunc Epiſcopus Attrebatenſis, ac quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuncius, dicto Prædeceſſore interim de medio ſublato, vigore ſeu prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poterant;

Factâ nihilominùs per eos diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes quod per diſmembrationes bonorum in Monaſteriis & Præpoſituri prædictis, ſi fierent, Cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria, & Præpoſituras Menſis prædictis pro dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perindè atque ſuam propriam perpetuò gererent, potiùs eſſe unienda; ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium, diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & Juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis quæ per primodictas Litteras ſtatuuntur, nec non conſtitutiones & aſſignationes dotium, & denique numerum perſonarum ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum, ſtatum quoque & formam in præfatis Eccleſiis etiam per hujuſcemodi diſmembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas inſtitutiones, & alias in univerſum accommodas rationes habendas cenſuerunt.

Et ſuper majori illorum parte Proceſſus ſerie digeſtis rebus omnibus formandos curaverunt; & inter alia dictæ Eccleſiæ Iperenſi, & pro tempore Epiſcopo Iperenſi diſtrictus Parochialium Eccleſiarum, videlicet

In Archipresbyteratu Civitatenſi, *S. Martini Iperenſis, S. Mariæ de Brila, S. Petri Iperenſis, S. Jacobi Iperenſis, S. Nicolai Iperenſis, S. Joannis apud Iperam.*

Parochiæ Epiſcopatus.

In Decanatu Warneſtonenſi, *Warneſton, Poelecap, Paeſchendale, Moorle, Bnnderva, Bekelare, Legem, Dadizeele, Gelnwe, Kemmele, Wytſchate, Meſſines, Wulverghem, Zillebeke, Elverdinghe, Steenwercke, Langhemarck, Dickebuſch, nova-Eccleſia, Bixſchete, Santvoerde, Vlamertinghe, Beeſinghe, Locre.*

In Decanatu Balliolenſi, *Parochiæ Ballielenſis, Meiernes, Meires, S. Joannis Capella, Eecke, Caeſtre, Camſvilla, Borra, Straceele, Walencapelle, Hazebrouck, Niepe, Capelle.*

In Decanatu Poperingenſi, *Domina noſtra de Poperingis, S. Joannis de Peperinga, S. Bertini, Draneutre, Weſteutre, Oeſt-Vleterne, Godefridi campus, Berthene, Crombeque, Prevenda, weſt-vleterne, Watene, Beverne, Stavele, Homkercke, Haringhe, Ooſtene, Boeſſchepe, Reuinghelſt.*

In Decanatu Furnenſi, *S. Nicolai de Furnis, S. Dionyſii Furnenſis, S. Walburgis Furnenſis, Hegeſtaede, Adinkercke, Oeren, S. Richarii, Pelinckhove, Avencapella, Vinckhem, Houthem, Wulveringhem, Wulpem, Leniſelles, Bulſcamp, Steenkercke, Iſenberghe, Alveringhem, Coxida, Ghirrinckhove, Godefridi Capella.*

In Decanatu Caſletenſi, *Domina noſtra Caſletenſis, S. Nicolai Caſletenſis, Segeri-Capella, Bulleſele, Peene, Rybrouck, Ooſtzeele, Zumpeene, Bavinckhove, Staple, Volckerinckhove, S. Mariæ Capella, Terdinghem, Steenvoerde, Winneſele, Hildewardi Capella, Hardifort, Winnemari Capella, Zerinzeele, Oxelaere.*

In Decanatu Winochy-bergenſi, *S. Petri Bergenſis, S. Martini Bergenſis, Dnynkercke, Steen, Weſtcapella, Wermout, Killem, Teteghem, Hendiſcheete, Ceudekercke, Rexpoede, S. Nicolai Capella, ſive Ooſt-capelle, Loſtrinckhoucke, Gwelde, Wildre, Ekelsbeke, Crochte, Uxem, Berzelle, Ledringhem, Warhem, Arembaldi-Capella, Bambeke, Quaet-ypre, Arembaldi-Templum, Biſſezele, Bierne, Zunteſte, Chocx.*

In Decanatu Duxmudenſi, *Parochia Duxmuden, Eeſſene, Clarckem, S. Jacobi Capella, Wema, Merckem, Zuytſchote, Renynghen, Vetus Capella, Neeriſchoote, Ooſtkercke, Lamperneſſe, Caeskinkercke, Parviſia, Neencapelle.*

In Decanatu de Neupoort, *Domina noſtra de Neupoort, Ramſcaple, Oeſt-duinkercke, S. Georgii in nova terra, Zeutenay, S. Catharinæ Capella, S. Guillielmi Capella, Bendishouche,* pro ſua Diœceſi deſignaverunt; prout in Proceſſibus & Scripturis, ac ſingulis Litteris prædictis pleniùs continetur.

Suppreſſio Epiſcopatûs Morinenſis.

Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quique nuper Cathedralem Eccleſiam Morinenſem, certo tunc expreſſo modo, Paſtoris ſolatio deſtitutam, ac Sedem illius Epiſcopalem, & in eis omnia & ſingula Epiſcopalia Jura, & Cathedralis Eccleſiæ Inſignia, pro eo quod aliàs per conditiones Pacis inter prædictum Philippum & claræ memoriæ Henricum

Francorum

Francorum Reges firmatæ ſub dictæ Sedis beneplaeito decretum fuerat, quod Civitas Morinenſis tune ſolo æquata non reſtauraretur; ſed illius Eeeleſia & Diœceſis præfatæ, ac Beneficia, Beneficiorum Collationes, & proventus in duas partes dividerentur, quarum altera Franciæ, altera verò inferioris Germaniæ eſſet, penitùs ſuppreſſimus & extinximus.

Et Diœceſim Morinenſem, ae omnia & ſingula ſub ea & in decreto prædicto eomprehenſa, in duas partes, quarum una Franciæ, altera verò inferioris Germaniæ hujuſmodi juxta dictum deeretum eſſet, & ulteriùs illam Diœceſis Morinenſis partem in inferiori Germania hujuſmodi extantem, eum bonis, cenſibus, feudis, decimis, aliiſque proventibus ſub ea comprehenſis, qui valorem annuum duorum millium ducatorum auri de camera ſecundùm communem æſlimationem eonſtituunt, in duas alias æquales partes, & duas alias Diœceſes diviſimus & ſeparavimus.

Ac Iperenſi unam, Audomarenſi verò Eccleſiis, ac Menſis Epiſeopalibus reliquam, partes & Diœceſes ſubdiviſas hujuſmodi pro ſua quaque Diœceſi & parte dotis perpetuò applicavimus.

Attendentes, quod ſi priſcis temporibus, dum dicti populi ſenſim accreſcebant, de novis Eeeleſiis Cathedralibus optimiſque Præſulibus, opportuno tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernieioſa hæreſum dogmata, quibus Religio Chriſtiana paſſim laceratur & affligitur, haud ità violenter invaluiſſent.

Nunc autem cum ad illa arcenda, & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate Fidei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia æqoè opportuna remedia potuerit adhibere, quàm ſupradicta:

Ut ea juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium, promptos & felices ſortiantur effectus, etiam noſtri Miniſterii partes præmiſſis adjieere, ae illa omoibus aliis quibus poſſumus rationibus juvare & promovere volentes;

Nec non bonorum, Dignitatibus ac Canonicatibus & Præbendis infradictis per præſentes applicandorum, fructuum, reddituum & proventuum, veros annuos valores, nec non ſingularum Litterarum, Proceſſuum, & Scripturarum prædictorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis babentes:

Continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro ſalute dictorum populorum enixè proſequentis exeitati, motu proprio, & ex eerta ſcientia, ac etiam de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, diviſionibus, limitationibus & diſtributionibus Subdelegatorum hujuſmodi, in dictis Proeeſſibus ſpecificatis, tamquam in melius reformatis inbærendo, ac priores Litteras hujuſmodi quoad infraſcripta immutando,

Omnia & ſingula ſupradicta Oppida, Caſtra, Villas, Loca, Juriſdictiones, Diſtrictus, & Jura in poſteriori deſignatione Subdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, & Locis Eeeleſiaſticis, ac ſæcularibus & Regularibus, aliiſque perſonis ae populis, eeteriſque ſub eis eomprehenſis præfatæ Eccleſiæ Iperenſi juxta poſteriorem deſignationem hujuſmodi, Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium perpetuò eoncedimus & aſſignamus.

Unio Præpoſituræ S. Martini Ipriſ.

Nec non in Monaſterio S. Martini præfato, cujus Eccleſia in Cathedralem Eccleſiam Iperenſem erecta extitit, ut præfertur, etiamſi de illo Conſiſtorialiter diſponi eonſueverit, ſeu debeat, nomen tantùm & denominationem Abbatis ſeu Præpoſiti, ae Dignitatem Abbatialem ſeu Præpoſituræ, ſtatumque, eſſentiam & ordinem regulares,

Nec non cum primùm illos, ac Monaſterium ſeu Præpoſituram S. Martini hujuſmodi per ceſſum vel deceſſum illa nune obtinentium, etiam apud Sedem eandem, aut aliàs quibuſvis modis & ex quorumcumque perſonis, etiam in aliquo ex Menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum Eeeleſiaſtieorum diſpoſitio Nobis aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per Conſtitutiones Apoſtolieas, vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, ſeu Litteras alternativarum, aut alia Privilegia & Indulta reſervata exiſtit, ſeu fuerit, ſimul vel ſuceeſſivè vacare contigerit, etiam ſi actu nunc, ut præfertur, vacent, & tanto tempore vaeaverint, quod illorum collatio & ejuſdem Monaſterii S. Martini Proviſio juxta Lateranenſis Statuta Conſilii, aut alias Canonieas Sanctiones ad Sedem præfatam legitimè devoluta, illique Diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant;

Ac ipſius Monaſterii S. Martini proviſio ad Sedem eandem ſpeeialiter vel generaliter pertineat, & ad illa conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam Juriſdictionalis immineat animarum, ſuper eis quoque inter aliquos lis, eujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeeiſa;

Unio Præpoſituræ Furnenſis & Decanatûs Morinenſis.

Monasterium S. Martini, ſeu illius ac Eccleſiæ Furnenſis, olim Morinenſis Diœeeſis, Præpoſituras etiam principales, ac qui pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones bujuſmodi relicti ſunt, Decanatum forſan majorem, nee non Pœnitentiariam, Cantoriam, Seholaſtriam, Theſaurariam non majores poſt Pontificalem Dignitates,

Nec non quinque Canonicatus & quinque Præbendas ex pluribus aliis ſuppreſſæ Morinenſis Ecclesiæ hujuſmodi pro parte dicti Philippi Regis per conditiones Paeis hujuſmodi inter alia etiam telictos, penitùs ſupprimimus & extinguimus:

Archidiaconatus Morinenſis Ipras translatus.

Ac ex dicta Eccleſia Morinenſi Archidiaconatum Flandriæ, Dignitatem inibi, non tamen poſt Pontificalem majorem, & ex quindecim Capellaniis in ipſa Eceleſia Morinenſi, octo Capellanias per prædictos Subdelegatos ſpecificaras, ac decem ejuſdem Eceleſiæ Morinenſis pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones præfatas relictos;

Item decem Præbendæ Furnenſes

Et ex ipſa Eceleſia Furnenſi, in qua triginta Canonicatus & triginta Præbendæ cum Decanatu exiſtunt, decem alios Canonieatus & decem Præbendas ſimiliter, quos primò per ceſſum vel deceſſum illos obtinentium, vel aliàs ſimul vel ſuc-

ceſſivè vacare contigerit, aut etiam ſi ad præſens vacent, & etiam tanto tempore vacaverint, quod ſimiliter illorum Collatio, juxta eadem Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem eandem legitimê devoluta;

Ipsique Archidiaconatus & Capellaniæ ac Canonicatus & Præbendæ eidem diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant, & ad illos conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam Juriſdictionalis immineat animarum, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum ſimiliter præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ad dictam Eccleſiam Iperenſem pro uno Archidiacono & totidem Canonicis & Capellanis in dicta Eccleſia Iperenſi transferimus.

Archipresbyteratus.

Ac in eadem Eccleſia Iperenſi unum Archipresbyteratum Civitatenſem pro uno Archipreſbytero Civitatenſi, qui curam Rectorum Parochialium Eccleſiarum, ac Verbi Dei & Sacramentorum per Civitatem;

Pœnitentiaria.

Et unam Pœnitentiariam Diœceſanam, nuncupandas Dignitates inibi, non tamen poſt Pontificalem majores, pro uno Pœnitentiario Diœceſano nuncupandis, qui curam conſcientiarum populi per Diœceſim Iperenſem habeant.

Decanatus collatus Præpoſito Regulari.

Et ulteriùs in Eccleſia Iperenſi hujuſmodi unum Decanatum, Dignitatem inibi majorem poſt Pontificalem, ad ſuffragia omnium Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ electivum; pro Præpoſito ipſius Eccleſiæ Iperenſis deinceps Decano, loco ſuppreſſæ Præpoſituræ hujuſmodi, qui duplicem diſtributionem in Choro percipiat;

Cantoratus, Theſauraria, & Scholaſtria.

Et unam Cantoriam pro uno Cantore, ac unam Scholaſtriam pro uno Scholaſtico, & unam Theſaurariam, etiam Dignitates inibi, non tamen poſt Pontificalem majores, pro uno Theſaurario, ac duodecim alios Canonicatus & duodecim alias Præbendas pro duodecim aliis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ Iperenſis, perpetuò erigimus & inſtituimus.

Erectio XII. Canonicatuum Membri S. Martini.

Ac unum & unam ex decem Canonicatibus & decem Præbendis ex Eccleſia Morinenſi ad Eccleſiam Iperenſem, ut præfertur, tranſlatis, Menſæ Iperenſi hujuſmodi ſimiliter perpetuò unimus, annectimus & incorporamus;

Ita quod Epiſcopus Iperenſis illorum ratione perſona Capitularis eſſe, ac vocem, authoritatem, & præeminentiam etiam in Capitulo ſupra Decanum & alias Dignitates ac Canonicatus & Præbendas inibi obtinentes habere debeat, liceatque ſibi illorum corporalem poſſeſſionem propriâ authoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus & proventus in ſuos & ſuæ Menſæ hujuſmodi uſus & utilitatem convertere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſita;

Præbenda Morinenſis Epiſcopo unita.

Et ulteriùs eidem Menſæ Iperenſi pro ſua dote hujuſmodi bona & proventus trium ex quinque ſuppreſſis Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ Morinenſis hujuſmodi;

Ac jus Præbendæ *in ſalutem* nuncupatæ ad Epiſcopum Morinenſem pro tempore exiſtentem pertinens ſub dictis conditionibus comprehenſum, quorum in ſimul ſeptingentorum & quinquaginta; ac ſimiliter omnia & ſingula bona ſuppreſſæ Præpoſituræ Eccleſiæ Furnenſis, ac tot ex bonis & proprietatibus Monaſterii ſeu Præpoſituræ Sancti Martini hujuſmodi, quæ unà cum bonis ſuppreſſæ Præpoſituræ Eccleſiæ Furnenſis hujuſmodi valorem annuum mille conſtituant, & valorem annuum trium millium Ducatorum ſimilium pro dote Menſæ Epiſcopalis Iperenſis hujuſmodi unà cum prædictis complebunt;

Nec non Archipresbyteratui, Pænitentiariæ, Cantoriæ, Scholaſtriæ & Theſaurariæ ſimiliter, medietatem æquis portionibus dividendam bonorum & proventuum Cantoriæ, Scholaſtriæ, & Theſaurariç ſuppreſſarum prædictarum, ac ſingulis duodecim Canonicatibus & duodecim Præbendis ut præfertur erectis prædictis, tot ex reliquis Monaſterii ſeu Præpoſituræ S. Martini proventibus hujuſmodi, quot pro competenti dote illorum ad æquivalentiam proventuum aliorum Canonicatuum & Præbendarum Eccleſiæ Iperenſis hujuſmodi opus fuerit; poſt obitum tamen Religioſorum ejuſdem, ſeu poſtquam illis aliundè proviſum extiterit, eiſdem interim ſub cura Decani Eccleſiæ Iperenſis hujuſmodi remanentibus.

Bona Decanatûs.

Præterea Decanatui medietatem proventuum Decanatûs Eccleſiæ Morinenſis ſimiliter pro parte dicti Regis relictorum, ac Præbendam & Domum per Decanum Monaſterii S. Martini prædicti haberi & poſſideri ſolitas, & tam illi quàm Archidiaconatui Flandriæ hujuſmodi unam, Archipresbyteratui verò, Pœnitentiariæ, Cantoriæ, Scholaſtriæ, & Theſaurariæ præfatis ſic erectis, ac Graduatis infraſcriptis affectis novem Canonicatibus & novem Præbendis Eccleſiæ Iperenſis hujuſmodi, reliquam medietatem bonorum & proventuum reliquorum duorum Canonicatuum & Præbendarum ſuppreſſorum prædictorum ſimiliter ex nunc prout ex tunc, & econtrà, pro dotis nomine perpetuò applicamus & appropriamus.

Nec non Epiſcopo Iperenſi Domum Monaſterii ſeu Præpoſituræ S. Martini hujuſmodi cum hortis & pertinentiis ſuis circumſtantibus, pro ſua habitatione, ac illas ipſas quas Epiſcopus Morinenſis pro tempore exiſtens in eiſdem Iperenſi Eccleſia, Civitate, & Diœceſi, prout ſibi per diviſiones hujuſmodi contingit;

Collatio Præbendarum penes Epiſcopum.

Et inſuper, quas Abbas ſeu Præpoſitus Sancti Martini Monaſterii ſeu Præpoſituræ, & Præpoſitus Eccleſiæ Furnenſis hujuſmodi olim quomodolibet habebant, collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem omnium & ſingulorum Prioratuum, Dignitatum, Perſonatuum, etiam (exceptis infraſcriptis affectis) Canonicatuum & Præbendarum, adminiſtrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, ac prædictorum & quorumvis aliorum Ordinum Regularium, per eum & futuros Præſules Iperenſes, vel alium ſeu alios, eorum nominibus liberè faciendas etiam perpetuò reſervamus,

reſervamus, concedimus, & aſſignamus,

Præbendæ Morinenſes pro IX. Graduatis. Et ut ipſe Epiſcopus Iperenſis ſuam Eccleſiam Perſonis eruditis, & ad Juriſdictionem inibi exercendam cæteraque Munera Eccleſiaſtica obeunda idoneis, debitè inſtructam jugiterque decoratam habeat, ſimiliter perpetuò ſtatuimus & ordinamus, quod novem Canonicatus & Præbendæ ex Eccleſia Morinenſi ad Eccleſiam Iperenſem tranſlati hujuſmodi, quos ſuppreſſioni, applicationi, & unioni aliorum trium Canonicatuum & Præbendarum Menſæ Epiſcopali Iperenſi hujuſmodi, loco facto per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, non tamen per obitum, apud Sedem præfatam aut aliàs vacare contigerit, vel etiam ſi actu nunc quovis modo vacent ac Diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati ac Sacerdotales exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus etiam haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum ſeu in eis Licentiatis, & tribus Nobilibus ejus Diœceſis etiam in Jure vel Theologia ſaltem Gradu Licentiaturæ in famoſa quapiam Univerſitate Studii Generalis ſecundùm tenorem primò dictarum Litterarum promotis, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant;

Quodque ad ſex priores tam Nobiles quàm non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & tres præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & totidem Præbendis hujuſmodi, nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint.

Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſcopo ſuo requiſiti fuerint, tam conjunctim quàm diviſim præſtare teneantur;

Et Arcbidiaconus, (niſi Præbenda Archidiaconatui ſuo annexa ſit) Archipresbyter, Pœnitentiarius, Cantor, Scholaſticus, & Theſaurarius præfati ex dictis novem Graduatis, ad nominationem Epiſcopi Iperenſis aſſumi, & omnium primi poſt Epiſcopum vacaturos novem Canonicatus & Præbendas affectos hujuſmodi, ordine in dicta deſignatione expreſſo ſervato, conſequi debeant.

Prima Collatio Graduat. ad Epiſcopum; deinceps electio. Et ut de viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratiùs proſpiciatur, quod ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ hàc primâ vice per Epiſcopum dumtaxat, & deindè quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum per eos conferantur, & in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris ſeu momenti quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente; tuncque iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat.

Quodque poſthac ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ, ſub nullis ſpecialibus vel generalibus etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non exſpectativis, Coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs diſponendo, primariis Precibus nuncupatis, aut aliis gratiis præventivis per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & dictam Sedem Apoſtolicam vel ejus Legatos, etiam conſideratione, contemplatione, intuitu, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorùm Principum, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & quâcumque cauſâ quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis comprehendantur;

Nec etiam tamquam vacantes apud Sedem Apoſtolicam præfatam aut ullâ aliâ ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem etiam ex cauſa permutationis apud Sedem eandem pro tempore occurrente per Romanum Pontificem aut Sedem eandem illis provideri, aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſa omni tempore ſervari, nullâque cauſâ refringi debeat.

Quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia & alter Decretorum Doctor ſeu etiam Licentiatus Seniores ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant viſitandi per univerſam Diœceſim Iperenſem prædictam, quoties ab Epiſcopo Iperenſi, cæteri verò Canonici Graduati prædicti quandocumque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur.

Examinatores Paſtorum. Ac ex reliquis Senioribus Canonicis præfatis duo in Theologia & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad Sacros Ordines & admittendos ad curam animarum, quâcumque Auctoritate illi proviſi fuerint, neminem niſi idoneum ſeque perſonaliter reſidentiam facturum medio juramento promittentem admittendo.

Abſentia duorum menſium tantum. Et quoniam impia hæreticorum ſtudia temporiſque malitia Viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutiùs abeſſe non patitur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant & Capitulo cedant.

Diſtributiones. Ac omnes proventus ſingularum Præbendarum in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus, his ſolis qui Divinis Officiis in Choro deſervierint, & inibi à principio uſque ad finem, exceptâ neceſſitatis cauſâ, permanſerint, miniſtrari debeat; nec quiſquam ullâ diſpenſatione vel alio Privilegio Apoſtolico quâcumque cauſâ impetrato vel conceſſo ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit.

Cæteræ Eccleſiæ Civitatis ſub cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extrà verò eam & in Diœceſi Iperenſi exiſtentes, vel ſub ſuis Decanatibus ſeu Archipresbyteratibus, aliiſque Juriſdictionibus prout hactenùs remaneant, vel

meliori modo, arbitrio Epiſcopi diſtribui, ipſorumque Decanatuum Decani, ſalvâ dicti Epiſcopi moderatione, emolumenta hactenùs percipi ſolita percipere poſſint.

Quodque Archidiaconus Flandriæ in ipſa Eccleſia Iperenſi inſtitutus, poſt ceſſum vel deceſſum præſentis poſſeſſoris, talem in dicta Diœceſi Iperenſi Juriſdictionem, qualis ibidem ab antiquis Archidiaconis haberi & exerceri conſuevit, obtinere & exercere debeat.

Districtiùs inhibentes univerſis & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, cæteriſque locorum Ordinariis, ac Conventibus, Superioribus, & perſonis, nec non illi, vel illis ad quem, vel ad quos ſuppreſſorum & tranſlatorum Præpoſiturarum, Decanatûs, Archidiaconatûs, Cantoriæ, Pœnitentiariæ, Scholaſtriæ, & Theſaurariæ, ac Canonicatuum & Præbendarum, & Capellaniarum aliorumque Beneficiorum prædictorum collatio, proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet,

Et quibuſcumque aliis cujuſcumque Dignitatis, ſtatûs, ordinis, & conditionis exiſtentibus in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris, aliiſque ſententiis, cenſuris & pœnis, nec non privationis omnium Dignitatum, Officiorum & Beneficiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterùm obtinenda, ne de illis ſi vacant, aut cùm vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere, aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum effectus & executionem in aliqun quantumcumque modico impedire, aut moleſtiam vel injuriam quampiam irrogare quoquo modo præſumant.

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis omninò acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio Regularum de non tollendo inrequiſito ac de annali & trienali poſſeſſore, nec non Privilegiis omnibus quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, plenariè uti, potiri, & gaudere debere;

Ac novem Canonicatus ac novem Præbendas ejuſdem Eccleſiæ Iperenſis ſic affectos prædictos per quoſcumque, etiam prætextu Mandatorum de providendo, Nominationum, Facultatum, etiam juxta Concordata Nationis Germanicæ, Exſpectativarum & quarumcumque aliarum Patriarum quoquo modo minimè acceptari poſſe;

Et nihilominùs quaſcumque acceptationes, collationes, proviſiones, Commendas, uniones, annexiones, & incorporationes, ac alias diſpoſitiones de eiſdem, & eorum aliquibus, etiam per Nos & Sedem præfatam quomodolibet factas vel faciendas, nullius ptorsùs roboris vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum titulum poſſidendi, tribui poſſe;

Ac conceſſiones, aſſignationes ſuppreſſionem, extinctionem, tranſlationem, erectionem, inſtitutionem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, inhibitionem, decretum, cæteraque præmiſſa, ac præſentes Litteras ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe & cenſeri, nec ſub quibuſvis revocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus, vel limitationibus ſimilium vel diſſimilium unionum, annexionum, ſuppreſſionum, extinctionum, etiam effectuum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummi Apoſtolatûs apicem, quàm aliàs quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis quocumque tempore fient, includi; ſed illis non obſtantibus, in ſuis vigore, robore, & efficaciâ perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta & de novo conceſſa, ſicque incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ fuiſſe, eſſe, & fore;

Ac eaſdem præſentes Litteras nullo umquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari, aut in jus vel controverſiam quâcumque ratione vel causâ vocari poſſe;

Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & ejuſdem ac Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quavis causâ & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, ac ex nunc irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi, & Epiſcopo Antverpienſi, ac dilecto Filio Decano Eccleſiæ S. Petri Caſſetenſis Iperenſis Diœceſis, per Apoſtolica Scripta motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi vel duo, vel unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Iperenſis & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, requiſiti fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant Auctoritate noſtrâ Epiſcopum Iperenſem & alios prædictos conceſſionibus, aſſignationibus, ſuppreſſione, extinctione,, tranſlatione, erectione, inſtitutione, unione, annexione, incorporatione, applicatione, appropriatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, ac præſentibus Litteris & in eis contentis hujuſmodi pacificè frui, & gaudere, ac aliàs Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari.

Non permittentes illos, ſeu eorum aliquem deſuper per ſupradictos, aut quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Non obſtantibus voluntate noſtrâ prædictâ,

nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à Jure permiſſis fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii PP. octavi etiam Prædeceſſoris noſtri, etiam de una, & Concilii Generalis de duabus non tamen tribus dictis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus, etiam in Corpore Juris clauſis, ac aliis Reſervatoriis dictæ Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam revocatoriis, & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & aliàs in contrarium quomodolibet editis & edendis;

NEC non ſingularum Eccleſiarum, ac Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, Conſervatoriis, Exemptionibus, & Litteris Apoſtolicis, Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Ordinibus, Superioribus, Ordinariis, aliiſque Collatoribus & perſonis præfatis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos & Sedem præfatam etiam per viam generalis Legis & ſtatuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractûs, ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam ſupradictorum, & quorumcumque aliorum, ac etiam motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter & aliàs quomodocumque & qualitercumque ac quotieſcumque conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis ac concedendis, nec non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus reſervationibus etiam mentalibus, exſpectativis & aliis gratiis, unionibus, annexionibus & incorporationibus perpetuis vel temporalibus, abſque conſenſu Coadjutorum deputationibus, Nominationibus, citrà acceſſus & regreſſus facultatibus, Litteris, mandatis, conceſſionibus & Indultis quibuſcumque, etiam cum proviſionibus & aliis diſpoſitionibus, etiam Cardinalibus ac etiam noſtris antiquis & deſcriptis Familiaribus, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum contemplatinne vel intuitu, ſeu in eorum aut Eccleſiarum, Monaſteriorum ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel etiam in nullius favorem aut ob remunerationem laborum, Nobis & Sedi præfatæ impenſorum, aut in recompenſam jurium ceſſorum vel oblatorum, aut aliàs quomodolibet, etiam motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, etiam atteſtativis mentis noſtræ de illis non revocandis aut ſuſpendis, irritantibuſque & aliis Decretis in genere vel in ſpecie, de Monaſteriis, Præpoſituris, Decanatibus, Archidiaconatibus, Cantoria, Pœnitentiaria, Scholaſtria, Theſauraria, ac Canonicatibus & Præbendis etiam tranſlatis, unitis, & ſuppreſſis, ac Capellaniis & aliis Beneficiis hujuſmodi conceſſis hactenùs & impoſterùm concedendis; quos & quæ, illorumque omnium vim & effectum quoad hoc omninò ſuſpendimus, & in Monaſteriis, Præpoſituris, Decanatu, Archidiaconatu, Cantoria, Pœnitentiaria, Scholaſtria, Theſauraria, ac Canonicatibus & Præbendis, Capellaniis & aliis Beneficiis hujuſmodi, effectum ſortiri aut locum ſibi vindicare non poſſe neque debere decernimus;

ILLISQUE ac Statutis, Privilegiis, Indultis, & Litteris ſupradictis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus contrariis quibuſcumque:

Aut ſi aliqui in Morinenſi & Furnenſi Eccleſiis præfatis in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis, ac Dignitatibus ipſarum Eccleſiarum, ac hujuſmodi ſpeciales vel pro aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem Litteras & Proceſſus habitos per eaſdem & indè ſecuta quæcumque, ad Monaſterium, Præpoſituras, Decanatum, Archidiaconatum, Pœnitentiariam, Cantoriam, Scholaſtriam, Theſaurariam, ac Canonicatus & Præbendas, ac Capellanias, & alia Beneficia volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum ac Dignitatum, vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

NULLI ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis, aſſignationis, ſuppreſſionis, extinctionis, tranſlationis, erectionis, inſtitutionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, reſervationis, ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, mandati, ſuſpenſionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſi- 1560
mo ſexageſimo, quinto Idûs Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Subſignatum erat, FOED. CARD. CÆSIUS, CÆSAR GLORIERIUS, A. DE ALEXIIS.

PRimaria Urbis Iprenſis Eccleſia, olim Monachalis, nunc Cathedralis, S. Martino Epiſcopo ſacra, olim Adminiſtratores habuit Clericos ſæculares: quos propter vitia amovit anno 1101. Joannes Morinenſium Epiſcopus, qui Gerardum Eccleſiæ S. Auberti Cameraci Canonicum Regularem eidem Eccleſiæ præpoſuit.

Vide Sanderi Flandriam con. l. p. 354.

Anno 1559. Eccleſia S. Martini Ipris per Paulum IV. Pontificem in Cathedralem erecta eſt, quique priùs in eadem erant Canonici Regulares, paulò poſt ſub Pio IV. Pontifice, habitu & ſtatu mutato, ſæculares facti ſunt, erectis ex bonis eorum duodecim Præbendis.

Præpoſitura, cujus poſſeſſor tunc erat Joannes Snick, in dotem novi Epiſcopi fuit aſſignata: idemque Snickius ex Præpoſito factus Decanus pro ſe & Succeſſoribus ſuis obtinuit medietatem Præbendæ Morinenſis, medietatem item Præbendæ S. Martini Iprenſis, & medietatem veteris Decanatûs in Eccleſia Morinenſi.

Ex duodecim autem hiſce Præbendis, quæ omnes ſunt ad collationem Epiſcopi qualitate Præpoſiti Iprenſis, ſex addictæ fuerunt totidem Paſtoratibus in Civitate Iprenſi, nempè S. Martini, S. Petri, S. Nicolai, & S. Jacobi, B. Mariæ ad Brielam, & S. Joannis.

Ad complendum verò numerum Canonicorum uſque ad triginta duos (numerato inter eoſdem Epiſcopo) Pontifex, præter duodecim Præbendas ex ſæculariſatione Monaſterii S. Martini provenientes, quæ vulgò *de Membro S. Martini* nuncupantur, ad hanc Eccleſiam tranſtulit decem Præbendas ex Eccleſia Cathedrali Morinenſi, à paucis annis ſuppreſſa. Hæ Præbendæ vocantur *de Membro Morinenſi*, ex quibus novem affectatæ ſunt Canonicis Graduatis, una verò Menſæ Epiſcopali.

Tandem ex Capitulo Furnenſi tranſlatæ ſunt ad hanc Eccleſiam decem Præbendæ, quæ quoad proventus ſunt omnium minimæ, vocanturque *de Membro Furnenſi*; ejuſque Præpoſitura etiam novo Epiſcopatui Iprenſi fuit incorporata.

EPISCOPI IPRENSES.

I. MARTINUS BALDUINI RITHOVIUS, S. T. Doctor & Decanus Eccleſiæ S. Petri Lovanii, conſecratus Bruxellis 5. Novembris 1562. à Cardinale Granvellano Archiepiſcopo Mechlinienſi, paulò poſt ad Concilium Tridentinum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege miſſus fuit. Primis duobus Conciliis Provincialibus Mechlinienſibus anno 1570. & 1575 tanquam Senior Suffraganeus, abſente Cardinale Granvellano præſedit. Pro fide Catholica & obedientia Regi debita diuturnos carceres perpeſſus, obiit Audomaropoli 9. Octobris 1583.

II. PETRUS SIMONS, Tiletanus Flander S. T. L. è Paſtore Cortracenſi Canonicus Graduatus, Pœnitentiarius & Archipresbyter Cathedralis Gandavenſis, conſecratur Tornaci 6. Januarii 1585 ab Epiſcopo Morilionio, aſſiſtentibus Atrebatenſi & Audomarenſi Epiſcopis. Moritur Ipris 5. Octobris 1605, anno ætatis 76.

III. CAROLUS MAES, Bruxellenſis, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis Decanus & Sereniſſimis Belgii Principibus Alberto & Iſabellæ à Sacris Oratorii, conſecratus fuit Bruxellis 24. Junii 1607. ab Archiepiſcopo Hydruntino Nuncio Apoſtolico. Anno 1610. tranſlatus ad Epiſcopatum Gand., obiit 21. Maii 1612. ætatis 53.

IV. JOANNES DE VISSCHER, Winoci-bergenſis, S. T. L. Cathedralis Eccleſiæ Iprenſis Canonicus & Plebanus, inauguratur Ipris 6. Februarii 1611. ab Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Gandavenſi & Antverpienſi Epiſcopis. Obiit 26 Maii 1613 ætatis 52.

V. ANTONIUS DE HAININ, Antverpienſis, S. T. L. Cathedralis Iprenſis Canonicus & Paſtor ad S. Nicolaum, conſecratus annò 1614. In Academia Duacena Seminarium erexit, obiitque 1. Decembris 1626. ætatis 71.

VI. GEORGIUS CHAMBERLAIN, Gandenſis, J. U. L. Cathedralis illius Canonicus, Archidiaconus ac Decanus, inauguratus Ipris 5 Novembris 1628. ab Archiepiſcopo Mechlinienſi aſſiſtentibus Gandavenſi & Brugenſi Epiſcopis. Obiit 19. Decembris 1634. ætatis, 58.

VII. CORNELIUS JANSENIUS, Leerdamenſis Batavus, Lovanii Primus in Artibus, dein S T. D. & S. Scripturæ Profeſſor Regius, ac Præſes Collegii Hollandici, conſecratus Bruxellis ab Archiepiſcopo Mechlinienſi, aſſiſtentibus Gandenſi & Antverpienſi Epiſcopis, 28. Octobris 1636. Moritur Ipris 6. Maii 1638. ætatis 52.

VIII. JUDOCUS BOUCKAERT, Flander ex Iſeghem, S. T. L. Præpoſitus Oratorio D. JESU Congregationis Nerianæ in Monte-Acuto, conſecratus anno 1641. mortuus 1. Novembris 1646 ætatis 63.

LUDOVICUS DE CROY, è Comitibus Rhodii &c. Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Caſleti, & Oratorii Regii Bruxellis Capellanus, ad Iprenſes dein Infulas nominatus, nondum ſuſcepto conſecrationis munere è vivis exceſſit anno 1647.

Vide ſupr. pag. 481. MARIUS AMBROSIUS CAPELLO, Antverpienſis ex Ordine FF. Prædicat., S. T. D. Lovanienſis, ad eaſdem Infulas nominatus anno 1648, ac paulò poſt ad Epiſcopatum Antverpienſem, ubi obiit anno 1676.

IX. FRANCISCUS JOANNES DE ROBLES, ex Comitibus de Annapes, Inſulenſis, Eccleſiæ D. Petri Lovanii Præpoſitus, Academiæ Cancellarius & Privilegiorum Conſervator, nec non Oratorii Regii Bruxellis Præfectus. Inauguratur Bruxellis in Sacello Aulæ 11. Octobris 1654. ab Epiſcopo Fornacenſi aſſiſtentibus Epiſcopo Brugenſi, & Archiepiſcopo Epheſino Apoſtolico Hollandiæ Vicario. Mortuus eſt 18. Martii 1659. ætatis 63.

MARTINUS PRATS, Bruxellenſis J. U. L. Toparcha S. Alberti, Eccleſiæ Collegiatæ S. Gudulæ Bruxellis Decanus, Vicarius Generalis ad Exercitus Regios & Cancellarius Ordinis Aurei Velleris, conſecratur Bruxellis 2. Februarii 1666. per Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Gandavenſi ac Brugenſi Epiſcopis. Moritur 7. Octobris 1671. ætatis 68. X.

HENRICUS VAN HALMALE, Antverpienſis, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis Decanus, Unctionem Epiſcopalem recepit Mechliniæ 28. Octobris 1672. ab Archiepiſcopo, aſſiſtentibus Antverpienſi ac Namurcenſi Epiſcopis. Obiit 19. Aprilis 1676. ætatis 52. XI.

GUILIELMUS HERINCKX, Helmondanus, ex Ordine FF. Minorum, conſecratus Bruxellis 24. Octobris 1677. per Archiepiſcopum Mechlinienſem aſſiſtentibus Brugenſi & Ruræmundenſi Epiſcopis. Moritur 17. Auguſti 1678 ætatis 59. XII.

JACOBUS DE LIERES, Audomarenſis, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Audomarenſis Decanus, anno 1679. à Ludovico XIV. Galliæ Rege, qui Urbem Iprenſem ſubjugaverat, ad hunc Epiſcopatum nominatus, conſecrationis munus obtinere non potuit, ob diſſidia Romæ inter Pontificem & dictum Regem ſuborta. Renunciavit juri ſuo anno 1693, ac paulò poſt obiit.

MARTINUS DE RATABON, Pariſinus, Abbas Herdinenſis, S. T. D. è Domo Navarrica Pariſiis, & Vicarius Generalis Cardinalis Furſtembergii in Epiſcopatu Argentinenſi, ab eodem conſecratus fuit Iprenſis Epiſcopus Pariſiis 6. Decembris 1693. Anno 1713. hunc Epiſcopatum dimiſit, & Vivarienſem in Gallia obtinuit, quam etiamnum gubernat. XIII.

CAROLUS FRANCISCUS GUIDO DE LAVAL-MONTMORENCII, Gallus, Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis Canonicus & Archidiaconus, à Rege Galliæ nominatus, conſecratur 23 Aprilis 1713. ab Archiepiſcopo Cameracenſi aſſiſtentibus Ambianenſi & Audomarenſi Epiſcopis. Obiit 26. Auguſti ejuſdem anni ætatis 45. XIV.

THOMAS PHILIPPUS DE ALSATIA, Comes de Bouſſu, Cathedralis Eccleſiæ Gandavenſis Præpoſitus, à CLEMENTE XI. Pontifice nominatus Epiſcopus Iprenſis anno 1713 paulò poſt à CAROLO VI. Cæſare renunciatur Archiepiſcopus Mechlinienſis, dein S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cæſarii &c. Vide ſup. pag. 617.

JOANNES BAPTISTA DE SMET, Lokerenſis Flander, primus in Scholis Artium Lovanii, dein S. T. L. in Metropolitana Eccleſia Mechlinienſi Canonicus Graduatus, Pœnitentiarius, ac Præſes Seminarii Archiepiſcopalis, conſecratus Mechliniæ 20. Aprilis 1721. per Epiſcopum Antverpienſem, aſſiſtentibus Epiſcopis Brugenſi & Thermopolenſi, Suffraganeo Leodienſi. XV.

CAPUT

CAPUT CLVIII.

Pius IV. *Pontifex Eccleſiam Collegiatam S. Albani Namurci (aucto Canonicorum numero ex Præbendis Capituli S. Petri in Caſtro) erigit in Cathedralem anno* 1560; *ibique novum inſtituit Epiſcopatum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Cameracenſis; eidem pro dote aſſignans Abbatiam Floreffienſem Ordinis Præmonſtratenſis in Namurceſio.*

Ex Archivis MS. Epiſcopatûs

PIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium noviter erectarum, decori & venuſtati, ac illis præſidentium, & aliarum perſonarum in eis Divinis laudibus inſiſtentium ſtatui & opportunæ ſubventioni, cum Divini Cultûs augmento, & animarum Chriſti fidelium ſalute, valeat ſalubriter provideri;

Ac deſuper etiam ea, quæ à Prædeceſſoribus noſtris conſultè geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio immutando diſponimus; prout locorum & temporum qualitas exigit, ac ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Rationes pro erectione novorum Epiſcopatuum.

Cum itaque, ſicut accepimus aliàs, poſtquam felicis recordationis PAULUS Papa IV. Prædeceſſor noſter providè conſiderans, eam partem inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto Filio noſtro PHILIPPO Hiſpaniarum Regi Catholico hereditario jure etiam tunc ſubjecta erat, paucos habere Epiſcopos, nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo, & frequentiſſimorum Oppidorum celebritas, ac longè latèque diſſitorum Caſtrorum & Pagorum ſuorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma, & vitæ inſtitutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expoſtulabant:

Hisque & aliis gravibus cauſis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis Fidei Catholicæ ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Cameracenſem, Trajectenſem, Atrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias Civitates & Diœceſes à Rhemenſi & Colonienſi Provinciis, ac Mechlinienſem & Namurcenſem ac diverſa alia Oppida inſignia dictæ Regionis à ſua quæque Diœceſi & Provincia perpetuò ſegregaverat & diviſerat; nec non Mechlinienſe & Namurcenſe, ac reliqua alia Oppida prædicta ſic diviſa in Civitates,

Separatio ab antiquis Diœceſibus.

Cameracensem vero & Trajectenſem tunc Epiſcopales Sedes, ac olim Collegiatam S. Rumoldi Mechlinienſem in Metropolitanas, & S. Albani Namurcenſem certaſque alias aliorum Oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Eccleſias in Cathedrales Eccleſias pro totidem Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui ſuæ quiſque Eccleſiæ præeſſent; nec non Mechlinienſi & Namurcenſi Eccleſiis Civitatibuſque prædictis certos tunc expreſſos diſtrictus, per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos, pro ſua cuique Diœceſi perpetuo conceſſerat: nec non Eccleſiæ Cameracenſi prædictæ, Eccleſiam Civitatem & Diœceſim Namurcenſem hujuſmodi inter alias pro ſua Provincia adjunxerat: præfato quoque Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti perſonas idoneas, ac aliàs certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad Namurcenſem & alias Eccleſias erectas, tam à primæva erectione hujuſmodi, quàm ex tunc deinceps quotieſcumque illas vacare contingeret, per eundem Pontificem in Archiepiſcopos & Epiſcopos, ad nominationem hujuſmodi ordinandos in perpetuum reſervaverat, per quaſdam ſub plumbo, & deinde per alias ſuas in forma Brevis, Litteras;

Jus Regis Nominandi.

Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſino, ſuo & Apoſtolicæ Sedis Nuntio in partibus illis, dederat in mandatis, ut perſonas idoneas qui dictas Provincias vel Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſuâ deputaret:

Dilectus Filius noſter Antonius S. E. R. Presbyter Cardinalis, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, & quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuntius, dicto Prædeceſſore interea de medio ſublato, vigore ſeu prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, qui ad id canonicè ſubdelegari poterant, factâ nihilominus diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis;

Commiſſarii pro novis Epiſcopatibus.

Animadvertentes quod per diſmembrationes bonorum à Monaſteriis & Præpoſituris præfatis, ſi fierent, cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria Menſis præfatis pro dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpetuò gererent, potiùs eſſe unienda;

Ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium, diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & Juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis qui per primo dictas Litteras ſtatuuntur;

Necnon conſtitutiones & aſſignationes dotium, & denique numerum perſonarum ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum, ſtatum quoque & formam in præfatis Eccleſiis etiam per hujuſmodi diſmembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas inſtitutiones & alias in univerſum accommodas rationes habendas cenſuerunt: ac ſuper majori illorum parte Proceſſus & Scripturas, ſerie digeſtis rebus omnibus, formandos curaverunt;

Et inter alia dictæ Eccleſiæ Namurcenſi, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi:

Limites Epiſcopatûs.

Namurcum, Flerucum, Salſines, Bovinia, Poilvache, Walcourt, Jambes, Folz, Bouges, Bonynes, Loyers, Lyve, Brumagne, Erpent, Andoy, Wierde, d'Aubnes, Nanines, Saint-Servais, Marche-les-Dames, Saint-Marcq, Leſmines, Wariſſoul, Villers-l'Heſt, Colignile, Ryſnes, Gelbuſée, d'Hauſoul, Marche Chovelet, Suatlée, Boveſche, Ronet, Angliſe, Wartez, Champilon, Obez, Marbais & appendices, Goſſelies, Vieſville, Traviſée, Obain, Wayaux, Tilly, Damp-Remy, Thymeon-le-Charmoy, Lodelinſart, Chaſtelineau, Lambuſart, Wangnies, Baulez, les Alloux-Chammes, Jemeppe ſur Sambre, S. Ionne, Velaines, Mielmont, Saint Martin, Balaſtre, Boegnies, Tengreuelles, Mont-deſſus Sombref, les Alloux-de-Lignes, Heppegnies, Chaſſia, Brigode, S. Amand, Mouſtier ſur Sambre, Spy, Temploux, Flawines, Golzinnes, Viſegnet, Boſſiers & appendices, Botez, la Terre de Bieſme & Signorie de Melin, Bieſme la Franche, & tous les appendices, Montaigle & appendices, Antein & appendices, Selves, Arbres, Acos, Gerpines, Floreffe, Flavion, Graux, Parfondville, le Bois de Villers, Bieſmerée, Armeton, Morgnimont, Avelois, Fraiens ſur Dinant, Stave, Mertimes, Jodions, Freniers, Floriſoux, Beuzet, Rabionnois, le Sart S. Laurent, Chaſtiers & appendices, Valſon & appendices, Brognes & appendices, Malignot, Berſée, Thiel le Chaſtean & appendices, Villers le Poterie, Fernanlt, Soy, Libine, Roſée & appendices, Anthée & appendices, Nameſche, Ville en Waret, Vezin, Hingeon, Somier, Houton, Franqwaret, Seilles, Andenne, Burdinne, Beaurewart, Otreppe, Pontillas, Ville en Hesbain, Wanſignies, Wazneau, Chappauville, Merdot, Waſeiges, Ancos, Ambeſin, Berginlée, Branſon, Hemptinne, Ambeſineau, Vodont, Hanret, Cortille, Villeroux, Harſée, Bauegnes, Wart-la-Chauſſée, Tilliers, Atrives, Auoin, Reconot, Ninoconal, Fenelmont, Noville, Boneffe, Hambrene, Haneſche, le Sart, Helnay & le Try Muirſii, Zetrud-Lumaye, S. Denys, Meux, Seleie, Egeſée, Francgnies, Mallien, Luſtin, Ache, Courrieres, Courioulbe, Sorinne la Longue, Hobei, Scy, Chaltin, Metez, Walnin, Falmagne, Falmignoul, Sorine ſur Dinant, Boiſchile, l'Aignout, & teut le Bau Spontin, & toute la Terre d'Hemptinne, Hemptinelle, Champillon, Matoe, Gaiſe & toute la Terre, Heure en Famine & appendices, Godne, Hodemont, Galaie, Filée, Hargnies, Bourſine, Martouville, le Many S. Blaiſe, Haibe, & toute la Terre, Pondromme.

In Gallica Brabantia: *Nivella, Jodoigne Gemblacum, Hannutum, Ooſtkercke, Petitrieve, Hennuyers, Verginal, Glabecq, Braine-le-Chaſteau, Wautybraine, Braine la Lyeu, Oben, Genval, Houlteur, Niſelle, Coblain, Planſnoy, Itre, Haut-Itre, Bois-Seigneur-Iſaac, Lelez, Witterſée, Haive, Gouy, Greguies, Ceilles, Bierges, Limal, Chapelle S. Laurent, Lane, Secours, Aywieres, Mouſtiers ſur le Thy, Metieſart, Glabaye, Vieu-Genappe, Lopogne, Houtain, Baiſy, Bornival, Bauteres, Ronckieres, Grivables, Grand-Baye, Glimet, Arckene, Petreu, Roſigny, Beuſet, Seneffe, Familiareux, Genappe, Wais, le Sute, Bouſval, Cour S. Eſtienne, Mont S. Lambert, Blanmont, Hevillers, Walbain, S. Paul, Chauſſe la Maluerne, Villeroux S. Lambert, Noirmont, Villers, Ernache, Sart à Mavelines, Mela-ville, Villers, Ghentine in S. Tyry, Corthy, Petit-Many, Raives, Gaiſt-S. Remy, Marie-Gaiſt, Frane. Tilly, Libercyé, Villers-lez Perué, Marbais, Sombreffe, Coroy le Chaſteau, Viville, Thimeon, Melet, S. Amand, Ligny, Thongrines, Wainies, Dion le val, Dion le Mont, Limelet, Otigny, Corbais, Bonlé, Argenton, Longueville, Romiroir, Ronliers ſur le Thuyn, Incourt, Biſton, Chaumont, Oprebaye, Corey, Donglebert, Glimes, Waſtines, S. Marie, Malaive, Orbais, Tourines les Heurdons, Nil S. Martin, Nil S. Vincent, Sart, Torembaye les Begines, Jangaiſt, Petite Roſiere, Mont S. André, Perué, Ache, Grandlais, Grand-Many, Haunieres, Petit-lais, Liroux, Argenton, Grand Roſiere, Hatonneon, Geſt à Gerompont, Ramilies, Pitren, Oppu, Jandrenoul, Merdove, Autre Egliſe, Folz, Boumalle, Hedin; Jauce, Wanſine, Thine, Croyxalens, Halers le Grand, Halers le Petit, Molenbais, Ramaie, Aynes, Orp le Grand, Orp le Petit, Pietrent, Berfraye, Villers, Gaucelette, Molebioul, Marille, Avernas, Houtain, Avernas, Herbais, Wanfercée,* Oppida, Villas, Caſtra, Pagos, & loca reſpectivè pro ſua Diœceſi deſignaverunt, prout in ſingulis Litteris, ac Proceſſibus & Scripturis prædictis pleniùs continetur.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quique nuper Monaſterium Floreffienſe, Præmonſtratenſis Ordinis, olim Leodienſis, nunc verò Namurcenſis Diœceſis, cum primum illud per ceſſum vel deceſſum moderni illius Abbatis aut aliàs quovis modo vacare contigerit, Menſæ Epiſcopali Namurcenſi ex tunc prout ex ea die & econtra perpetuò univimus, annexuimus & incorporavimus; attendentes, quòd ſi priſcis temporibus, dum dicti populi ſenſim accreſcebant, de novis Eccleſiis Cathedralibus, optimiſque Præſulibus opportuno tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus Religio Chriſtiana paſſim laceratur, atque affligitur, haud ita violenter invaluiſſent.

Unio Abbatiæ Floreffienſis.

Nunc autem, cum ad illa arcenda & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate fidei

dei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia æquè opportuna remedia potuerit adhibere;

Ut illa juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium promptos & felices ſortiantur effectus, noſtri Miniſterii partes præmiſſis adjicere, illaque omnibus, quibus poſſumus, rationibus juvare & promovere, ac ſingularum Litterarum, Proceſſuum & Scripturarum prædictarum veriores tenores; necnon Menſæ Epiſcopalis Namurcenſis & illi uniendorum ac aliorum Canonicatuum & Præbendarum, Decanatûs, Dignitatum & officiorum ſupprimendorum infra ſcriptorum, fructuum, redditiuum & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habere volentes; continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro ſalute dictorum populorum enixè proſequentis excitati;

Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium, diviſionibus, limitationibus, & diſtributionibus dictorum Subdelegatorum, in prædictis Proceſſibus ſpecificatis, tamquam in melius reformatis, inhærendo, ac conceſſionem & aſſignationem, per priores Litteras Prædeceſſoris hujuſmodi factas, quoad infraſcripta immutando, omnia & ſingula Oppida, Caſtra, Pagos & Villas, & loca in poſteriori deſignatione Subdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum Eccleſiis etiam Parochialibus, Monaſteriis, Collegiis etiam Canonicorum, Capellis, Hoſpitalibus, Beneficiis, locis & perſonis ac Officiis Eccleſiaſticis, ſæcularibus & Regularibus, ac populis, & quibuſcumque aliis ſub eis comprehenſis, præfatæ Eccleſiæ Namurcenſi, juxta deſignationem illi per prædictos Subdelegatos factam hujuſmodi, perpetuò concedimus & aſſignamus.

Et quia fructus, proprietates & bona dicti Monaſterii Floreffienſis militum incurſionibus non mediocriter vaſtata reperiuntur, & convenit ut in ea parte Namurcenſis Diœceſis prædictæ, quæ Gallicam Brabantiam complectitur, unum Epiſcopale Conſiſtorium ſtatuatur, in quo Clero & Populo Brabantinis, qui extra Ducatûs Brabantiæ metas ad judicium trahi non conſueverunt, jus dicatur;

Unio Prioratuum de Nameſche & Berteriæ.

Idcircò de Nameſche in Ripa Moſæ extra Namurcum, cujus trecentorum, & Berterienſi prope Hannutum, olim Leodienſis nunc verò Namurcenſis Diœceſis, in quo Monaſticæ vitæ uſus & forma ceſſant & ædificia diruta ſunt, ac ſolus Religioſus otioſè vivens eò loci ad recipiendum proventus deputatur; cumque quadringentorum ducatorum auri de Camera, fructus, redditus & proventus ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, Vallis-Scholarium & Ciſtertienſium, aut aliorum Ordinum Prioratus, forſan Conventuales,

Cum primùm illos per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem aut amiſſionem dilectorum Filiorum modernorum illorum Priorum ſeu Commendatariorum, aut aliis quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam in aliquo ex menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum diſpoſitio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per Conſtitutiones Apoſtolicas, vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, ſeu Litteras alternativarum, aut alia privilegia reſervata exiſtit, ſeu fuerit, vacare contigerit;

Vel etiam ſi actu nunc, ut præfertur, vacent, ac tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem præfatam legitimè devoluta, ipſique Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati, & ad illos conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ſuper eis quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum omnibus juribus, juriſdictionibus, annexis & pertinentiis ſuis ex nunc prout ex tunc & è contrà, prædictæ Menſæ Namurcenſi, ſuppreſſis in eis nomine titulo & dignitate Prioratûs & Conventualitate;

Ita quod liceat Epiſcopo Namurcenſi pro tempore exiſtenti corporalem illorum poſſeſſionem, per ſe vel per alium ſeu per alios propriâ Authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque redditus, fructus & proventus in ſuos ac dictæ Menſæ uſus & utilitatem convertere, cujuſvis licentiâ minimè requiſitâ, etiam perpetuò pro dotis nomine unimus, annectimus, & incorporamus;

Ita tamen, quod ratione unionis, annexionis & incorporationis Prioratûs Berterienſis hujuſmodi Epiſcopus Namurcenſis pro tempore exiſtens dictum Conſiſtorium in Ducatu Brabantiæ, & loco inſigni ad hoc ab eo ſtatuendo, habere, & inibi juriſdictionem exercere, necnon Ordines toties ibidem quoties in Civitate Namurcenſi, factâ tempeſtivâ ſignificatione per Diœceſim ubinam ſit Ordines ſacros collaturus, conferre debeat.

Ut verò ipſe Epiſcopus Eccleſiam ſuam perſonis eruditis, & ad Juriſdictionem inibi exercendam, ceteraque munia Eccleſiaſtica obeunda idoneis debitè inſtructam, jugiterque decoratam habeat,

Decanatum ac tredecim Canonicatus & totidem Præbendas ac omnia & ſingula alia Dignitates & Officia Eccleſiæ, Capellæ nuncupatæ, S. Petri Arcis Namurcenſis, ad quam Canonicis & aliis Beneficiatis aditus propter ſtrictam ejuſdem Arcis cuſtodiam admodum difficilis exiſtit, ſimiliter cum primùm illa, quæ, vel eorum aliqua forſan de jure patronatûs præfati Regis exiſtunt, per ceſſum vel deceſſum etiam apud Sedem eandem aut aliàs vacare contigerit, vel etiam ſi actu nunc vacent, ac etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervata exiſtant, & ad illa conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ſuper eis quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ſimiliter ex nunc prout ex tunc & è contrà, perpetuò ſupprimimus & extinguimus,

Unio Capituli Canonicorum S. Petri in Arce Namurcenſi.

Archidiaconatus.

. Ac in eadem Eccleſia Namurcenſi unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui poſt ceſſum, vel deceſſum eorum qui nunc ſunt in illa parte ejuſdem Diœceſis Namurcenſis Archidiaconi talem, qualem Bruxellenſis in Cameracenſi hactenus habuit, & Mechlinienſis Archidiaconus in Mechlinienſi Diœceſi perpetuò habiturus eſt, jurisdictionem & adminiſtrationem per totam Diœceſim Namurcenſem præfatam habeat; & unum Archipresbyteratum Civitatenſem, pro uno Archipresbytero Civitatenſi, qui curam Rectorum & Sacramentorum, ac Verbi Dei per Civitatem; & unam Pœnitentiariam Diœceſanam, nuncupandas dignitates inibi pro uno Pœnitentiario Diœceſano nuncupando, qui ſimilem curam per Diœceſim Namurcenſem prædictam habeat, perpetuò erigimus ac inſtituimus.

Archipresbyteratus. Pœnitentiaria.

Præterea ſtatuimus & ordinamus, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis dictæ Eccleſiæ Namurcenſis, decem quos primo per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, non tamen per obitum apud Sedem Apoſtolicam prædictam, vel aliàs vacare contigerit, & ſi actu nunc vacent, & tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam prædictam legitimè devoluta, ipſique diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervari, affecti & Sacerdotales exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ita perpetuò affecti maneant, quod Epiſcopus Namurcenſis præfatus unum & unam omnium primò vacaturos tamquam Menſæ ſuæ Epiſcopali perpetuò unitos, & quos Nos hic ex nunc prout ex tunc & è contra ipſi Menſæ perpetuò unimus, annectimus & incorporamus, obtinere, illorumque ratione perſona Capitularis eſſe, vocemque & autboritatem, etiam in Capitulo ſuper Decanum & Canonicos habere;

Præbenda Epiſcopo unita.

Præbendæ IX Graduatorum.

Reliqui verò novem Canonicatus & Præbendæ prædicti, tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum, ſeu in eis Licentiatis, ac tribus aliis Nobilibus ejuſdem Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia ſaltem Gradu Licentiaturæ, in famoſa quadam Univerſitate Studii Generalis, ſecundùm tenorem primò dictarum Literarum promotis, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum concedi & aſſignari debeant:

Quodque ad ſex priores tam Nobiles quàm alii non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati; ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi, nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint.

Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis, cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſcopo prædicto requiſiti fuerint; tam conjunctim, quàm diviſim præſtare teneantur.

Ac unus Archidiaconus ad Archidiaconatum, & alius Archipresbyter ad Archipresbyteratum, nec non reliquus ex dictis Graduatis Pœnitentiarius ad Pœnitentiariam hujuſmodi ad nominationem dicti Epiſcopi aſſumi, & omnium primi poſt Epiſcopum vacaturos Canonicatus & Præbendas prædictos ſimili ordine conſequi debeant.

Ut autem de Viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratiùs proſpiciatur, quod ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ, hâc primâ vice per præfatum Epiſcopum dumtaxat, & deinde, quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum, per eos conferantur; & in ejuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris, ſive momenti, quàm cujuvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurrente, tuncque iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium paritatem vocum ejuſmodi dirimat.

Graduati primâ vice per Epiſcopum, dein per electionem aſſumendi.

Quodque poſthac ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ ſub nullis ſpecialibus vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non expectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs diſponendo, primariis Precibus nuncupatis, aut aliis gratiis præventivis, per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam prædictam, vel ejus Legatos, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum, ac S. R. E. Cardinalium, & ex quacumque cauſa quantumlibet urgenti, pro tempore factis & conceſſis comprehendantur;

Præbendæ Graduatorum nec reſignari nec permutari poſſunt.

Nec etiam tamquam vacantes apud Sedem Apoſtolicam præfatam, aut ullâ aliâ ratione, generaliter vel ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, aut obitum apud Sedem eandem pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem aut Sedem hujuſmodi de illis provideri, aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſa omni tempore ſervari, nullâque causâ infringi debeat.

Quodque unus ex novem Canonicis Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor, ſeu etiam Licentiatus, Seniores, ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant viſitandi per univerſam Dioceſim Namurcenſim prædictam, quoties ab Epiſcopo Namurcenſi; cæteri verò Canonici Graduati prædicti quandocumque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur; ac ex reliquis Senioribus Canonicis prædictis, duo in Theologia & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad Sacros Ordines & admittendos ad Curas animarum, quâcumque authoritate illi proviſi fuerint; neminem, niſi idoneum, quique ſe perſonalem reſidentiam facturum, medio juramento promittet, admittendo.

Examinatores.

Et quoniam impia hæreticorum ſtudia Viros

Digitized by Google

Abſentia Graduatorum pro bimeſtri ſpatio.

ros doctos ab Eccleſiis ſuis diutiùs abeſſe non patiuntur, quod ſi Canonici Graduati prædicti ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & Capitulo cedant:

Diſtributiones.

Ac omnes proventus ſingularum Præbendarum dictæ Eccleſiæ Namurcenſis in duas partes æquales dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus his ſolis, qui Divinis Officiis in Choro deſervierint, & inibi à principio uſque ad finem, neceſſitatis causâ exceptâ, permanſerint, miniſtrari debeat; nec quiſpiam ullâ diſpenſatione, vel alio Privilegio Apoſtolico, quâcumque causâ impetrato, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit.

Cæteræ Eccleſiæ Civitatis ſub Cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extra verò eam & in Diœceſi Namurcenſi exiſtentes, vel ſub ſuis Decanatibus, aut aliis juriſdictionibus prout hactenus, remaneant, vel alio meliori modo arbitrio dicti Epiſcopi diſtribui, ipſorumque Decanatuum Decani, (ſalvâ tamen dicti Epiſcopi moderatione) emolumenta hactenus percipi ſolita percipere poſſint.

Cum autem Menſæ Namurcenſis, etiam unà cum præmiſſis & adjectis, nec non novem Canonicatuum & Præbendarum prædictorum, fructus, reditus, & proventus tenuiores ſint, quàm conveniat pro commoda ſuſtentatione unius Epiſcopi & Virorum doctorum atque gravium, qui munera prædicta obire commodè poſſint, idcirco dictæ Menſæ Namurcenſi trium (quorum inſimul fructus, reditus & proventus

Tres Præbendæ Capituli S. Petri in Arce unitæ Epiſcopo.

ducentorum & quinquaginta ducatorum ſimilium ſecundùm eandem æſtimationem, valorem annuum non excedunt) quos primò vacare contigerit, ut præfertur; novem verò Canonicatibus & novem Præbendis pro Graduatis affectis reliquorum decem Canonicatuum & Præbendarum ſuppreſſorum, ſimul per ſingulos novem Canonicos Graduatos prædictos æquis portionibus percipienda; & inſuper Decanatui dictæ Eccleſiæ Namurcenſi ſuppreſſi Decanatus, nec non Archidiaconatui ſic erecto prædictis, aliorum Officiorum etiam ſuppreſſorum prædictorum bona, res, proprietates, decimas, cenſus, fructus, Juriſdictiones, & Jura, cujuſcumque qualitatis & quantitatis exiſtentia, ſimiliter ex tunc prout ex nunc & econtra, perpetuò applicamus & appropriamus.

Novem pro Graduatis.

Decanatus

Districtius inhibentes Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis Filiis Abbatibus, cæteriſque locorum Ordinariis, nec non Conventibus, Superioribus & Perſonis, illique vel illis, ad quem vel ad quos collatio, proviſio, & quævis alia diſpoſitio conjunctim vel diviſim pertinet, ac quibuſcumque aliis, cujuſcumque Dignitatis, Status, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, etiam privationis omnium Dignitatum, Beneficiorum & Officiorum Eccleſiaſticorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterùm obtinenda, ne de Decanatu & aliis Dignitatibus & Officiis ac Canonicatibus ſuppreſſis & Graduatis affectis prædictis, ſi vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere, aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum effectus & executionem in aliquo quantumlibet modico impedire, aut moleſtiam vel injuriam quampiam irrogare, quoquo modo præſumant;

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis omninò acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio Regularum de non tollendo jure quæſito, ac de annuali & triennali poſſeſſore, nec non Privilegiis omnibus, quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, gaudere & potiri poterunt quomodolibet in futurum, plenariè uti, potiri, & gaudere; nec non decem affectos & alios tredecim Canonicatus & Præbendas, ac Decanatum cæteraſque Dignitates & Officia ſuppreſſa prædicta, per quoſcumque, etiam prætextu mandatorum de providendo, Nominationum, etiam juxta Concordata Nationis Germanicæ, expectativarum, & quarumcumque aliarum gratiarum, quoquo modo acceptari non poſſe;

Et nihilominùs quaſcumque acceptationes, collationes, proviſiones, commendationes, uniones, & alias diſpoſitiones, de eiſdem aut eorum aliquo, etiam per Nos & Sedem prædictam, & quomodolibet factas, & faciendas, nullius prorſùs roboris & momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe;

Ac conceſſiones, aſſignationes, uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſionem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, Statutum, Ordinationem, applicationem, appropriationem, & cætera præmiſſa ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe & cenſeri, ac ſub quibuſvis evocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus, vel limitationibus, etiam unionum, annexionum, incorporationum, ſuppreſſionum, & extinctionum, etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros, tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummi Apoſtolatûs apicem, quàm aliàs quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis ac decretis, quocumque tempore fient, minimè includi: ſed illis non obſtantibus, in ſuis vigore, robore & efficacia perſiſtere, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa:

Sicque incommutabilis voluntatis noſtræ fuiſſe, eſſe, & fore; ac eaſdem præſentes nullo umquam tempore de ſurreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, aut in jus aut controverſiam quâcumque ratione vel causâ vocari poſſe.

Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & ejuſdem S. R. E. Cardinales, in quavis causâ & inſtantia, ſublatâ eis quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecùs ſuper eis à quoquam

Digitized by Google

quoque & inane, ſi secùs ſuper eis à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executores Bullæ Apoſtolicæ.

QUOCIRCA Venerabilibus Fratribus noſtris, Archiepiſcopo Cameracenſi & Epiſcopo Amerinenſi, ac dilecto Filio Decano Eccleſiæ B. Mariæ Namurcenſis per Apoſtolica Scripta motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem Litteras præſentes, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Namurcenſis, & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Authoritate noſtrâ Epiſcopum Namurcenſem, & alios præfatos, conceſſione, aſſignatione, unionibus, annexionibus, incorporationibus, ſuppreſſione, extinctione, erectione, inſtitutione, Statuto, Ordinatione, applicatione, appropriatione, ac Litteris & aliis in eis contentis prædictis pacificè gaudere, ac aliàs Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari.

NON permittentes illos, per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo. Nec non legitimè ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, cenſuras ipſas & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc etiam ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

NON obſtantibus voluntate priori & aliis præmiſſis, ac noſtris de valore tam impetrationibus quàm aliis gratiis etiam motu ſimili factis exprimendo, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis; ac piæ memoriæ Bonifacii PP. octavi etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus, non tamen tribus dictis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & Ordinationibus, etiam Reſervatoriis, & in Corpore Juris clauſis, etiam revocatoriis & revocatoriarum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum & aliàs in contrarium qoomodolibet editis & edendis:

NEC non Monaſteriorum & Ordinum ac Eccleſiarum & Collegiorum & locorum prædictorum, etiam joramento, Confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis & Conſuetudinibus;

NEC non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, exſpectativis, & aliis gratiis, etiam in Canonicos creationibus, aliis unionibus, & perpetuis abſque conſenſu Coadjutorum deputationibus, Nominationibus, citrà acceſſus & regreſſus facultatibus, Mandatis, Litteris & conceſſionibus, quibuſcumque Perſonis, cujuſcumque Dignitatis, ſtatûs, gradûs, & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatûs honore fulgentibus, ac noſtris etiam antiquis & deſcriptis Familiaribus, continuis Commenſalibus, ac Prælatis domeſticis, nec non Romanæ Curiæ Officialibus, etiam Officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſa, conſideratione, intuitu, vel reſpectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis & Decretis etiam irritantibus, & Litteris derogatoriarum derogatoriis, etiam præſentibus derogantibus, etiam motu & formâ ſimilibus, & aliàs quomodocumque conceſſis;

QUAS & quæ omnium illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, eorumque omnium vim & effectum, quoad præmiſſa omnia, ſuſpendimus & in præmiſſis effectum ſortiri, aut locum ſibi vindicare non poſſe, neque debere decernimus; nec non Privilegiis, Indultis & Litteris Apoſtolicis, illis & aliis quibuſvis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac Nos & Sedem prædictam, etiam per viam generalis Legis ac Statuti perpetui, nec non initi & ſtipulati contractûs, ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcomque tenoribus & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam præmiſſorum & quorumcumque aliorum, ſeu motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter ac aliàs quomodocumque, qualitercumque & quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis & innovandis;

QUIBUS omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quamvis talia & multa ſint, quæ ſub clauſula implicitæ derogationis, latiſſimè extendenda, in ſupplicatione appoſita non intelligantur, aut aliàs comprehendantor, nihilominus in genere & in pecie ad effectum ſofficientis derogationis eorum, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis qoibuſcumque.

AUT ſi aliqui in Majori & S. Petri Eccleſiis prædictis in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſeu Commendis ſibi faciendis, de Canonicatibus & Præbendis ac Dignitatibus & Officiis majoris & S. Petri Eccleſiarum ac Prioratibus hujuſmodi ſpeciales, vel pro aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & Decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem Litteras & proceſſus habitos per

eaſdem,

Digitized by Google

eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque ad Decanatum & Officia, Canonicatus & Præbendas ſuppreſſos & Graduatis affectos, ac Prioratus hujuſmodi volumus non extendi: ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum ac Dignitatum & officiorum, ac Prioratuum ſeu Beneficiorum aliorum præjudicium generari; & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

NULLI ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ conceſſionis, aſſignationis, unionum, annexionum, incorporationem, ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, inſtitutionis, Statuti, ordinationis, applicationis, appropriationis, inhibitionis, Decreti, mandati, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

SI quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, quarto Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. 1560.

ECcleſia S. Albani Namurcenſis, nunc Cathedralis, olim Religioſorum, dein Monialium, ac poſtremò Canonicorum Collegium (de cujus fundatione ac dotatione varia Diplomata Miræus ſupra edidit) conſtat ex viginti Canonicis, quorum Præbendæ ſunt Collationis Regiæ, exceptis novem Graduatorum Præbendis, quæ per electionem conferuntur.

Dignitates ſunt Præpoſiti, Decani, Archidiaconi Namurcenſis, Archidiaconi Gallo-Brabantiæ, Archipresbyteri & Pœnitentiarii. Hiſce Dignitatibus, & novem Graduatorum Præbendis, unita fuêre bona Capituli tredecim Canonicorum cum Decano olim in Eccleſia S. Petri in Arce Namurcenſi Divina peragentium: ita ut Decanatus illius annexus fuerit Decanatui Cathedralis, novem Præbendæ totidem Graduatis, decima Epiſcopo, & tres reſtantes Præbendæ unitæ Menſæ Epiſcopali.

Præterea pro dote hujus novi Epiſcopatûs per Bullam jam relatam aſſignata fuerat primò Abbatia Floreffienſis Ordinis Præmonſtratenſis in Namurcelio; ſed fuit poſtmodum ab hoc onere liberata, mediante notabili penſione quotannis perſolvendâ. Ejus loco unita fuit anno 1566. Abbatia S. Gerardi ſeu Bronienſis Ordinis Sancti Benedicti, uti infra videbitur ea Bulla Pontificia.

Inſuper Prioratus S. Stephani in Nameſche ad Ripam Moſæ Ordinis Vallis-Scholarium S. Auguſtini, & Cella B. Mariæ in Bertreia prope Hannutum in Gallo-Brabantia, Ordinis Ciſtercienſis, olim Cluniacenſis (de quo ſupra pag. 374.) ſuppreſſi, ac prædicto Epiſcopatui per Bullam Pii IV. Pontificis perpetuò uniti fuêre.

EPISCOPI NAMURCENSES.

I. ANTONIUS HAVET, Atrebas, ex Ordine FF. Prædicatorum S. T. Doctor in Academia Pariſienſi nec non Mariæ Reginæ Hungariæ Sororis Caroli V. Cæſaris Concionator ac Confeſſarius, conſecratus fuit primus Namurcenſium Epiſcopus 14 Junii 1562. in Abbatia Aquicinctina juxta Duacum, per Epiſcopum Atrebatenſem, aſſiſtentibus Suffraganeo Cameracenſi & Abbate Aquicinctino. Inde miſſus eſt à Rege Philippo II. ad Concilium Tridentinum, reverſuſque Synodum Diœceſanam Namurci habuit anno 1570. Vivere deſiit 30. Novembris 1578.

II. FRANCISCUS WALLON-CHAPELLE, Audomarenſis, ex Ordine FF. Minorum Recollectorum, conſecratus Namurci 10. Auguſti 1580. per Epiſcopum Sylvæducenſem, aſſiſtentibus Suffraganeo Leodienſi & quodam Abbate. Obiit 17. Februarii 1592.

III. JOANNES DAVE, Namuranus, J. U. D. Cathedralis illius Eccleſiæ Præpoſitus & Collegiatæ B. M. V. Abbas ſæcularis, nec non in ſupremo Mechlinienſi Senatu Conſiliarius Eccleſiaſticus, conſecratus Antverpiæ 18. Septembris 1594. ab Epiſcopo Torrentio, aſſiſtentibus Sylvæducenſi & quodam Hiberniæ Antiſtite. Obiit 4. Martii 1595. ætatis 64.

IV. JACOBUS BLASÆUS, Brugenſis, ex Ordine FF. Minorum, conſecratus fuit 23. Novembris 1597. ab Epiſcopo Tricaricenſi Nuncio Apoſtolico. Tranſiit anno 1601. ad Epiſcopatum Audomarenſem, ibique obiit 21. Martii 1618.

V. FRANCISCUS BUISSERET, Montenſis, J.U.D. Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis Decanus atque Vicarius Generalis, conſecratus Montibus Hannoniæ 10 Februarii 1602. ab Archiepiſcopo Cameracenſi, aſſiſtentibus Tornacenſi & Atrebatenſi Epiſcopis. Anno 1615. renunciatus Archiepiſcopus Cameracenſis, primo Pontificatûs ſui anno obiit Valencenis die 2. Maii, ætatis anno 66.

VI. JOANNES DAUVIN, Namuranus, S. T. L. Cathedralis Eccleſiæ Namurcenſis Canonicus & Archidiaconus, conſecratus Namurci 22. Novembris 1615. per Epiſcopum Gandavenſem nominatum Archiepiſcopum Cameracenſem, aſſiſtentibus Epiſcopis Sylvæducenſi, & Dionyſienſi, Suffraganeo Leodienſi. Vivere deſiit 15. Septembris 1629, ætatis 70.

VII. ENGELBERTUS DES-BOIS, Bruxellenſis, è Canonico & Archidiacono Metropolis Cameracenſis, Præpoſitus S. Petri Inſulis, conſecratus Epiſcopus Namurci 7. Julii 1630. per Archiepiſcopum Cameracenſem, aſſiſtentibus Tornacenſi ac Gandavenſi Epiſcopis. Mortuus eſt 15. Julii 1651. ætatis 74.

VIII. JOANNES A WACHTENDONCK, Mechlinienſis, J. U. L. Metropolitanæ Mechlinienſis Decanus, dein Præpoſitus, atque in Supremo ibidem Senatu Conſiliarius Eccleſiaſticus: conſecratus Mechliniæ 13. Decembris 1654. ab Archiepiſcopo Cameracenſi, aſſiſtentibus Epiſcopis Antverpienſi, ac Ruremundenſi. Tranſlatus eſt anno 1667. ad Archiepiſcopatum Mechlinienſem; ſed die 15. Junii anni ſequentis interiit, ætatis 75. Vide ſupra pag. 617.

IX. IGNATIUS AUGUSTINUS DE GROBBENDONCK, Sylvæducenſis, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus Archidiaconus Major atque Vicarius Generalis, conſecratus Antverpiæ 11. Maii 1669. per Epiſcopum Antverpienſem, aſſiſtentibus Epiſcopis Gandavenſi, & Fernenſi in Hibernia. Tranſiit anno 1680. ad Epiſcopatum Gandavenſem, eodemque anno obiit ætatis 55. Vide ſupra pag. 1076.

X. PETRUS VANDEN PERRE, Bruxellenſis, J. U. L. Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis Canonicus ac Theſaurarius, nominatus quoque ad Epiſcopatum Audomarenſem, inde ad Namurcenſem, conſecratus fuit Bruxellis 5. Januarii 1681. per Archiepiſcopum Mechlinienſem, aſſiſtentibus Brugenſi & Antverpienſi Epiſcopis. Obiit Namurci 7. Septembris 1695. ætatis 75.

ALBERTUS DE TRAZEGNIES, Vice-Comes de Bilſteyn, Cathedralis Tornacenſis Canonicus, Præpoſitus ad S. Waldetrudem Montibus & dein ad S. Gertrudem Nivellis, nominatus fuit anno 1695. ad Infulas Namurcenſes. Sed ultro renunciavit, obiitque Nivellis 30. Novembris 1699. ætatis 64.

XI. FERDINANDUS MAXIMILIANUS COMES DE BERLO, Namuranus, Canonicus & Archidiaconus Campiniæ in Cathedrali Eccleſia Leod., Præpoſitus Eccleſiarum Colleg. Landishutenſis & Habacenſis in Bavaria, conſecratus fuit 29. Decembris 1697. Leodii à Joanne Antonio Blavier Epiſcopo Dionyſienſi Suffraganeo Leodienſi, aſſiſtentibus Ludovico Franciſco Roſſius de Liboy Epiſcopo Thermopolenſi, Coadjutore præcedentis, & Godefrido Udalrico Barone de la Margelle Epiſcopo Nicopolitano ac Suffraganeo Colonienſi. Eſt quoque Abbas ſæcularis Eccleſiæ Collegiatæ B.M.V. Namurci, & Præpoſitus S. Pauli Leodii.

Digitized by Google

CAPUT CLIX.

PIUS IV. *Pontifex, Abbatiam Affligemienſem Religioſorum Ordinis S. Benedicti in Brabantia, unit in perpetuum anno 1561. novo Archiepiſcopatui Mechlinienſi à ſe erecto, per Bullam ſupra relatam pag. 610.*

Ex MS. Archivis Archiepiſcopatûs.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUS Pontiſex, cui, ex ſuſcepti Officii debito, Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium cura imminet generalis, ipſarum Eccleſiarum, & præſertim Metropolitanarum, eiſque præſidentium Perſonarum, quas in partem ſollicitudinis Altiſſimus evocavit, neceſſitatibus, ne illas debitâ ſuſtentationis ope deſtitutas in temporalibus & ſpiritualibus plura pati incommoda contingat, per opportunæ ſubventinnis præſidia providenter occurrit, & de Monaſteriis ejuſdem interdum, etiam antequam vacent, diſponit, prout locorum & temporum qualitate penſatâ, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

CUM itaque, aliàs felicis recordationis PAULUS Papa IV. Prædeceſſor noſter conſiderans, eam partem inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto Filio noſtro PHILIPPO Hiſpaniarum Regi Catholico etiam tunc hereditario jure ſubjecta erat, paucos habere Epiſcopos, nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo, ac longè latèque diſſitorum Caſtrorum & Pagorum copia, animarumque multitudo, varium item idioma, & vitæ inſtitutum, aſſiduæque hæreticorum, à quibus illa undique ferè cincta atque obſeſſa erat, inſidiæ expoſtulabant: his & aliis gravibus cauſis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis fidei ſuccurrere, pioque deſiderio dicti Philippi Regis ſatisfacere, Mechliniam, olim Oppidum Cameracenſis Diœceſis à ſua Diœceſi & Provincia diviſerit & exemerit, illudque in Civitatem; ac S. Rumoldi illius Eccleſiam in Metropolitanam Eccleſiam pro uno Archiepiſcopo, cum Menſa Archiepiſcopali, & aliis Metropolitanæ Eccleſiæ inſigniis erexerit, & inſtituerit,

AC dictæ Menſæ pro ejus dote annuum redditum quinque millium ducatorum auri de Camera ex certis decimis & bonis, ac fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum ſpecificandis, & repartiendis, ex tunc prout ex ea die, & è contra, poſtquam ſpecificati & repartiti forent, etiam perpetuò applicaverit & appropriaverit, per quaſdam ſub plumbo, & deinde per alias in forma Brevis Literas ſuas dotem ipſam à certis Monaſteriis & Præpoſituris diſmembrari mandaverit, prout in ſingulis Literis prædictis pleniùs continetur.

NOS cupientes Menſæ prædictæ de congrua dote providere, piumque & laudabile inſtitutum Prædeceſſoris hujuſmodi proſequi, atque confovere, animadvertenteſque quod per diſmembrationes hujuſmodi, inveteratus cultus Monaſticus læderetur; per unionem verò alicujus ex ipſis Monaſteriis eidem Menſæ, loco diſmembrationum hujuſmodi, ſi fieret, Archiepiſcopus præfatus Monaſterii ſic uniti curam ſeduliùs gereret, & in illud devotionis vel quietis causâ interdum ſecedere poſſet, Monaſterium Sanctorum Petri & Pauli Affligemienſe Ordinis S. Benedicti, olim Cameracenſis, nunc verò Mechlinienſis Diœceſis hujuſmodi, cujus Abbas pro tempore exiſtens, primus Prælatus in Ducatu Brabantiæ habetur, Præeminentia Abbatiæ Affligemienſis.

CUM primùm illud per ceſſum vel deceſſum dilecti Filii moderni illius Abbatis, etiam apud Sedem Apoſtolicam, aut aliàs quovis modo & ex cujuſcumque perſona vacare contigerit, vel etiam ſi nunc, ut præfertur, vacet, & tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio juxta Lateranenſis Statuta Concilii aut alias Canonicas Sanctiones ad Sedem eamdem legitimè devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad Sedem eamdem ſpecialiter & generaliter pertineat; ac ſuper dicti Monaſterii regimine & adminiſtratione inter aliquos lis, aut ſuper illorum poſſeſſorio, vel quaſi, moleſtia, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa;

CUM omnibus juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, Menſæ prædictæ, ita quod ex tunc deinceps dilecti Filii Conventûs dicti Monaſterii, & ſingulares illius perſonæ Archiepiſcopo Mechlinienſi pro tempore exiſtenti ſicuti Abbati in omnibus & per omnia ſubſint, eique promittant & præſtent obedientiam, prout olim ipſi Abbati præſtare tenebantur; liceatque eidem Archiepiſcopo per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum ejuſdem Monaſterii propriâ Auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac Menſæ, & Monaſterii prædictorum uſus & utilitatem convertere;

NAC non omnia & ſingula Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamvis aliam diſpoſitionem pro tempore exiſtentis Abbatis dicti Monaſterii, communiter vel diviſim

ſim quomodolibet ſpectantia, illorum pro tempore occurrente vacatione, perſonis idoneis conferre, & de illis etiam providere, ac ſimiles perſonas ad illa præſentare, & eligere, præſentataſque, & electas in illis inſtituere, & confirmare, ac aliàs de illis liberè diſponere, Monaſteriumque & Conventum hujuſmodi ſub Præpoſito Reformato in Reformatione facta in Capitulo Generali Bursfeldenſi nuncupato dicti Ordinis ab annis ferè quadraginta in ipſo Monaſterio recepta dirigere;

Ac his quæ ad honeſtum vitæ uſum, & ejuſdem Monaſterii eleëmoſynas, ac Divini Cultûs in eo, & Conventûs ipſius conſervationem & ſuſtentationem ſolitas & conſuetas ac debitas pertinent, proſpicere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, de Fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolicâ Authoritate tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus; curam dicti Monaſterii, ac hujuſmodi Regimen, & Adminiſtrationem eidem Archiepiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, bonaque, nec non fructus, redditus & proventus Monaſterii hujuſmodi dictæ Menſæ pro illius dote conſtituendo & aſſignando. Non obſtantibus Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus à Jure permiſſis, fieri prohibentis; nec non felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitotionibus, ac Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem quod propter onionem, annexionem, & incorporationem prædictas Divinus Cultus, & ſolitus Monachorum & Miniſtrorum numerus in dicto Monaſterio nullatenùs minuatur, ſed ejus, & Conventûs eorumdem congruè ſupportentur onera conſueta.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ unionis, annexionis, incorporationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LX, ſexto Idus 1560.
Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Erat Signatum: Cæs. Glorierius.
Et in plica: A. de Alexiis.
Sub plica vero: Fed. Cardinalis Cæsius.

CAPUT CLX.

Pius IV. *Pontifex Prioratum* Bierbacenſem *juxta Lovanium, olim Ordinis S. Benedicti ſub juriſdictione Abbatiæ S. Nicaſii Remis, ſupprimit anno 1561, ejuſque bona annectit Sacræ Facultati Theologicæ in Academia Lovanienſi.*

Ex MS. Archivis Univerſit. Lovan.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ Litterarum ſtudia, ex quibus militantis Eccleſiæ Reſpublica gubernatur, Divini Nominis cultus protenditur, omniſque proſperitas humanæ conditionis augetur, ubique floreant & augeantur, & perſonarum hujuſmodi ſtudiis inſiſtentium commoditatibus conſulatur. Et ut perſonæ ipſæ aliquod ſubventionis auxilium ſuſcipiant & ſtudia ipſa deceotiùs manu-teneri valeant, de congruæ proviſionis ſubſidio ſolerter providemus, ac deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Decani & Magiſtrorum Collegii Facultatis Theologicæ famoſæ Univerſitatis Lovanieoſis, Mechlinienſis Diœceſis, petitio continebat, quod cum in ampliſſima & populoſiſſima inferioris Germaniæ Provincia nulla aliá inſignis Univerſitas Studii Generalis fundata ſit, & illa vetus ſtipendiorum ſive portionum mediocritas, quæ Profeſſoribus & Studentibus in Theologia in dicta Univerſitate aſſignatur, ad fovendum & alendum tot Scholares Theologicæ diſciplinæ, quot præſentis ſæculi deplorata calamitas expoſtularet, neutiquam ſufficiat; qoin & pleræque ex ipſis portionibus pluſquam expediret tenues ſint;

Præsertim cum Theologiæ ſtudium diuturno ac ęrumnali labore tranſigatur ut exinde ſolidus fructus reportetur, innumeri pauperes claræ indolis & Magiſterii Gradum in Artibus iſtis aſſecuti, ad altiora ſtudia hujuſmodi non provehantur, qui aliàs modico ſubſidio ſuſtentati in ipſa Theologia præſtantiſſimi evaderent; ut inde laborioſè hauſtâ ſalubri doctrinâ, jam undique incumbant Lutheri dogmatibus, ceteriſque ſuperſtirionibus per univerſam Dei Eccleſiam conſperſis ſeſe fortiter opponere, pravaſque Hæreticorum opiniones reprimere & confutare, ac denique authoritatem & obedientiam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis adverſus impios defendere poſſint.

Et licet jam inde ab eo tempore, quo Monaſterium Sancti Nicaſii Remenſis, Ordinis S. Benedicti, ſeu illius Abbas & Conventus runc Eccleſiam Secularem & Collegiatam, nunc verò dicti Ordinis Regularem Prioratum loci Bierbacenſis Leodienſis Diœceſis, à tunc Dominis temporalibus ſeu

feudatariis dicti loci, ad quos Jus Patronatûs dictæ tunc Eccleſiæ ſpectabat, de conſenſu etiam tunc Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ, ſub quorum Ditione temporali dictus locus conſiſtebat: nec non tunc Epiſcopi & dilectorum Filiorum Capituli Leodienſis, & Archidiaconi Brabantiæ in Eccleſia Leodienſi, pietatis intuitu donatum in eleëmoſynam, cum ea conditione, quod cedentibus vel decedentibus ſex Canonicis qui tunc erant dictæ Eccleſiæ, loco illorum totidem Monachi inſtituerentur, & de illorum bonis ſuſtentarentur, jure & juriſdictione Epiſcopi, & dictæ Eccleſiæ Leodienſis, quam ipſe Epiſcopus in Monachos ipſius Ordinis dictæ Leodienſis Diœceſis habebat, ac etiam Parochiæ Bierbacenſis, nec non Canonicâ ejus juſtitiâ ſalvis remanentibus;

Olim in Birbaco Capitulum Canonicorum.

Quodque Rector ſeu Vicarius Eccleſiæ Prioratûs hujuſmodi, quæ etiam tunc Parochialis erat, per dictum Archidiaconum Brabantiæ ad præſentationem Abbatis dicti Monaſterii inſtitueretur; eique de bonis prædictis portio quindecim librarum Lovanienſium annuatim aſſignaretur, receperunnt, & poſt approbationem donationis hujuſmodi à felicis recordationis Gregorio IX, ſeu X, aut alio tunc Romano Pontifice factam, dictus Prioratus uni Religioſo ejuſdem Monaſterii dictum Ordinem expreſsè profeſſo, ex collatione & proviſione præfati Abbatis aſſignari ſoleat;

Status Prioratus anno 1561.

Nihilominus nec prædictus, nec etiam talis numerus Monachorum ibidem deſerviat, & quandoque unus, quandoque verò duo, nec unquam aut raro plures Monachi cum ipſo Priore ibidem degant, ſitque Diœceſis prædicta Monaſteriis aliiſque Regularibus locis etiam ipſius Ordinis abunde dotata.

Si dictus Prioratus, quem dilectus Filius Stephanus Flebay illius Prior obtinet, ac in eo dignitas Prioratûs & Conventualitas, & ſi quæ ſint loca & Monachales portiones, nec non Ordo, ſtatus & eſſentia regulares ſupprimerentur & extinguerentur; ac illius bona, fructus & jura quæcumque Collegio Decani & Magiſtrorum hujuſmodi, ad effectum erigendi & inſtituendi tot alias portiones Lectorum & ſeu ſtudentium in Theologia, quot ex fructibus, redditibus & proventibus prædictis commodè ali poſſent, ac alias in manutentionem dicti Collegii, reſervatis tamen & ſalvis infraſcriptis, applicarentur & appropriarentur,

Profecto per hoc quamplures Viri ſtudium Theologiæ hujuſmodi ob graves impenſas alioqui deſerere coacti, ad arcendos hæreticorum conatus & ſimul fundandum in ipſa Eccleſia Dei lætiſſimam frugem idonei ſuſcitarentur.

Quare pro parte eorumdem Decani & Magiſtrorum, aſſerentium fructus, redditus & proventus ejuſdem Prioratûs, & illi forſan annexorum, trecentorum ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Prioratum ac dignitatem Prioratûs, & Conventualitatem, ac ſi quæ ſint loca & Monachales portiones,

Nec non Ordinem, ſtatum & eſſentiam Regulares prædictos ſupprimere & extinguere, ac illius bona, fructus, & jura quæcumque Collegio Decani & Magiſtrorum hujuſmodi, ad effectum præmiſſum, reſervatis & ſalvis infraſcriptis, perpetuò applicare & appropriare, aliàſque in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundùm æſtimationem prædictam, & Beneficii cui aliud uniri peteretur (alioquin unio non valeret) & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, quique Fidei Catholicæ propagationem & Divini Cultûs augmentum, & perſonarum Litterarum ſtudiis inſiſtentium & in iis Legentium ſubventionem, noſtris potiſſimùm temporibus, ſinceris exoptamus affectibus, eoſdem Decanum & Magiſtros, ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſinne vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes,

Nec non ejuſdem Collegii fructuum, redditunm & proventuum verum annuum valorem præſentihus pro expreſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ipſius Stephani ad hoc accedente conſenſu, Prioratum prædictum, cum primùm illum per ceſſum vel deceſſum, aut quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem præfati Stephani, etiam apud Sedem Apoſtolicam, aut etiam in aliquo ex menſibus in quibus vacantium Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti & Sedi prædictæ per Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore reſervata exiſtit, aut Ordinariis Collatoribus per eaſdem Conſtitutiones ſeu Litteras alternativarum, aut alia Privilegia & Indulta Apoſtolica conceſſis hactenus aut in poſterum, aut quomodocumque, & quandocumque concedendis vacare contigerit,

Etiam ſi actu nunc quovis modo & ex cujuſcumq; Perſona, ſeu per liberam reſignationem dicti Stephani, vel cujuſvis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & Teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quâvis authoritate collati vacet, etiam ſi tanto tempore vacaveſit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem eamdem legitimè devoluta, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatus exiſtat, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter jus quæſitum:

Et in eo dignitatem Prioratûs ac Conventualitatem, nec non loca & portiones, & denique Ordinem, ſtatum, eſſentiam & dependentiam Regulares, ex nunc prout ex tunc, & è contra, Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò ſupprimimus & extinguimus, ac omnia & ſingula illius prædia, poſſeſſiones, bona & proprietates, nec non fructus, redditus, proventus, decimas, cenſus, jura, juriſdictiones, obventiones & emolumenta, Collegio Facultatis Theologiæ hujuſmodi ad effectum præmiſſum,

Extinctio Prioratûs.

Ita quod liceat prædictis Decano & Magiſtris, illorum omnium & ſingulorum, corporalem, realem & actualem poſſeſſionem, etiam actu ex nunc, vivente dicto Stephano, abſque ſpolii & attentatorum vitio, aut Judicis Decreto vel alio miniſterio propriâ auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere; ac etiam ex nunc ex eiſdem fructibus, redditibus & proventibus, portiones hujuſmodi, ſalvis tamen & reſervatis ex ipſis fructibus quindecim libris Lovanienſibus, decem & octo ducatos auri ſimiles vel circa, conſtituentibus Rectori ſeu Compe-tentiæ. Vicario dictæ Eccleſiæ Bierbaceoſis per prædictum Archidiaconum inſtituendo pro ſuâ portione competenti,

Nec non viginti quinque florenis Caroli, viginti ſtupheris pro quolibet floreno computatis, & duodecim ducatos ſimiles vel circa, conſtituentibus Magiſtro ſeu Rectori Scholæ dicti loci pro illius manutentione, ad hoc ut ipſe Magiſter pueros incolarum ejuſdem loci ſcientiâ inſtruat boniſque moribus diligenter imbuat, perpetuis futuris temporibus; pro una videlicet in Domini noſtri Jeſu Chriſti, & altera medietatibus quindecim librarum & viginti florenorum hujuſmodi in B. Joannis Baptiſtæ Nativitatum Feſtivitatibus perſolvendis, erigere & inſtituere ſeu conſtituere & deputare, Diœceſani loci aut cujuſvis alterius licentiâ deſuper minimè requiſitâ, authoritate & tenore præfatis, etiam perpetuò applicamus & appropriamus.

Nec non dilecto Filio Nicolao Monacho dicti Prioratûs, Ordinem ipſum, ut aſſerit, expreſsè profeſſo, apud Nos de Religionis zelo, vitæ ac morum honeſtate aliiſque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendato, ut commodiùs ſuſtentari valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providere, ac præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, eidem Nicolao penſionem annuam centum florenorum, etiam Caroli, quinquaginta ducatos ſimiles vel circa conſtituentium, ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis & bonis præfatis, ſibi quoad vixerit, vel Procuratori ſuo ad hoc ab eo ſpeciale mandatum habenti, per Decanum & Magiſtros præfatos, ac alias perſonas Facultatis Theologiæ hujuſmodi annis ſingulis, pro una videlicet in ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & altera medietatibus penſionis hujuſmodi in Beati Joannis Baptiſtæ Nativitatum Feſtivitatibus prædictis integrè perſolvendam, eiſdem autoritate & tenore reſervamus, conſtituimus & aſſignamus.

Decernentes poſſeſſionem prædictorum bonorum & proprietatum, fructuum, redditunm & proventuum, decimarum, cenſuum, jurium, juriſdictionum, obventionum & emolumentorum hujuſmodi, ſic actu ex nunc vivente dicto Stephano, ut præfertur, apprehenſam, veram & non fictam, & pro continuata & non momentanea haberi & cenſeri, nec Decanum & Magiſtros præfatos ad aliam ulteriùs apprehendendam teneri.

Et ſi quis occurente vacatione dicti Prioratûs, ac etiam ex nunc quoquo modo, etiam ex Apoſtolica proviſione in eo ſe intruſerit, ſeu dictos Decanum & Magiſtros ſuper poſſeſſione hujuſmodi ejuſque dependentiis moleſtare, perturbare, vel inquietare præſumpſerit, illos ſuper vera poſſeſſione moleſtatos, perturbatos, & inquietatos, ac etiam ſpoliatos cenſeri, ſibique ſuper ſpolio hujuſmodi agere poſſe. Ac ex nunc Prioratum, ac in eo Dignitatem Prioratûs & Conventualitatem, loca, portiones, Ordinem, ſtatum & eſſentiam Regularem hujuſmodi ex nunc ſuppreſſa, nec non fructus, redditus, proventus & alia præmiſſa Collegio prædicto applicata & appropriata eſſe,

Ipsisque Decano & Magiſtris etiam ex nunc plenum jus in bonis, proprietatibus, fructibus, aliiſque præmiſſis omninò acquiſitum eſſe, & ſuper his Beneficio Regularum de non tollendo jure quæſito, ac de annali & triennali poſſeſſione, nec non Privilegiis omnibus, quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, plenariè gaudere debere;

Prioratumque prædictum, ad hoc ut cuiquam conferri ſeu commendari, uniri, aut aliàs concedi, ſeu de eo aliàs diſponi valeat, de cetero vacare non poſſe, neque debere; irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nec non Decanum & Magiſtros & alias perſonas præfatas ad integram ſolutionem dictæ penſionis eidem Nicolao faciendam juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos; ac volentes & eâdem authoritate ſtatuentes, quod illi ex Decano, Magiſtris & Perſonis prædictis, qui in dictis Feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes, penſionem prædictam, per eos tunc debitam non perſolverint cum effectu, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrant, à qua donec Nicolao vel Procuratori prædicto de penſione hujuſmodi tunc debita integrè ſatisfactum, aut aliàs deſuper cum Nicolao vel Procuratore præfato amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Si verò per ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes ſententiam ipſam animo (quod abſit) ſuſtinuerint indurato, ex tunc effluxis menſibus eiſdem ſuppreſſio & extinctio, ac applicatio & approbatio & appropriatio nulla & invalida, & dictus Prioratus in priſtinum ſtatum reſtitutus ſint & eſſe cenſeantur. Eo ipſo diſtrictiùs exhibentes Epiſcopo, Capitulo, Abbati, Conventui & Archidiacono præfatis, & quibuſvis aliis Perſonis, ne de Prioratu præfato, ſi vacat aut cum vacaverit, ut præfertur, & prætextu quorumcumque Privilegiorum & Indultorum Apoſtolicorum ac Litterarum alternativarum eis ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſorum, cuiquam providere ſeu aliàs quomodolibet diſponere, aut aliquem ad illum eligere, præſentare, aſſumere, ſeu in eo inſtituere,

Nec non quibuſvis aliis Perſonis cujuſcumque dignitatis, gradûs, ordinis & præeminentiæ, etiam Cardinalibus & familiaribus continuis Commenſalibus noſtris etiam antiquis & deſcriptis, ac in Capella noſtra Cantoribus, Capellanis, etiam Cau-

 ſarum

ſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, nec non prædictis & aliis Romanæ Curiæ Officialibus etiam officia ſua actu exercentibus & illorum menſarum & aliàs qualitercumque qualificatis perſonis, quamvis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali aut aliâ majori dignitate, ſeu etiam Imperiali vel Regiâ excellentiâ fulgentibus, quaſcumque ſpeciales vel generales etiam mentales reſervationes, primarias Preces, ſimiles vel diſſimiles uniones, annexiones & incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones perpetuas & temporales, abſque conſenſu Coadjutorum deputationes, ac nominandi, & conſerendi, ac quaſcumque alias citra acceſſus vel regreſſus facultates, gratias & mandata, etiam de providendo & commendando ac uniendo Litteras, conceſſiones, privilegia & indulta quæcumque, etiam cum proviſionibus, commendis, unionibus, annexionibus & incorporationibus & aliis diſpoſitionibus, etiam nominatim, ſpecialiter, & expreſsè, de Prioratu prædicto vacante vel vacaturo; etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut in eorum vel Eccleſiarum aut Monaſteriorum, & illorum Menſarum & Beneficiorum quorumcumque,

Ac etiam in nullius favorem & ob remunerationem laborum & obſequiorum Nobis & dictæ Sedi impenſorum, & in recompenſam jurium ceſſorum vel ablatorum, aut ſpolii & damnorum,

Ac etiam ex quibuſvis aliis quantumcumque urgentibus cauſis ac cum quibuſvis antelationibus, ſuſpenſionibus, reſtitutionibus & aliis efficaciſſimis & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque & aliis etiam vim contractûs ſeu pacti vel ſtatuti perpetui inducentibus, & quæ ex tunc verè & non fictè effectum ſortita cenſeantur decretis, etiam motu & ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac Conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet perpetuò vel ad tempus conceſſas & conceſſa, & in poſterum concedendas & concedenda;

Quas & quæ, nec non Conſtitutiones alternativarum, ac Privilegia, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Collatoribus & Collatricibus ac Perſonis præfatis ac aliis quibuſcumque, etiam cum ſimilibus & fortioribus Clauſulis conceſſa & concedenda, etiamſi de illis ac Perſonis, de quibus & illorum prærogativa, authoritate, præeminentia, nec non cauſis propter quas conceſſa ſint vel fuerint, ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio habenda foret,

Eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, omninò ſuſpendimus, & in Prioratu prædicto effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus; habentibus & proſequentibus, ac habituris & proſecuturis, ne in illo directè vel indirectè quovis quæſito colore ſe intromittere præſumant;

Ac etiam decernentes ex nunc quaſcumque acceptationes, collationes, proviſiones, commendas, uniones, annexiones & incorporationes & alias diſpoſitiones de eodem Prioratu, etiam per Nos & Sedem prædictam, etiam prætextu quarumcumque ſimilium vel diſſimilium gratiarum & conceſſionum factas & faciendas, nullius proris roboris vel momenti fore, nullumque per ea cuiquam jus acquiri, ſeu coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe;

Ac ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem & appropriationem hujuſmodi ex nunc omnimodum effectum ſortitas eſſe & cenſeri, nec in quibuſvis revocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus & limitationibus, ſuppreſſionum, extinctionum, applicationum & appropriationum etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros, tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad Summi Apoſtolatûs apicem, quàm aliàs quomodolibet, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis, quocumque tempore fient, tanquam effectum non ſortitas, niſi de præſentibus & earum toto tenore & data ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio fiat, ac de conſenſu dictorum Decani & Magiſtrorum minimè includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis vigore, robore & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac de novo & ſub quacumque data per dictos Decanum & Magiſtros eligendâ conceſſas;

Sicque incommutabilis voluntatis & intentionis noſtræ eſſe, fuiſſe & fore, eaſque nullo unquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari, aut in jus vel controverſiam quâcumque ratione vel causâ etiam rationabili vocari, cauſamque ſeu cauſas, propter quas conceſſæ ſunt, coram loci Ordinario etiam tanquam à Sede Apoſtolica Delegato minimè verificari;

Nec propterea, ſeu ex eo quod intereſſe putantes vocati non fuerint, per ſubreptionem obtentas præſumi, viribuſque propterea carere: ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S. R. E. Cardinales in quavis cauſa & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quâvis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris * Muranenſi, Amerinenſi ac Feltrenſi Epiſcopis per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Decani, Magiſtrorum & perſonarum ac aliorum, quos eædem præſentes concernunt & concernent, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtrâ Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari,

* Fortè Namurcen.

Ac penſionem prædictam Nicolao quoad vixerit vel Procuratori præfato, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis prædictarum continentiam & tenorem integrè perſolvi.

Non permittentes Decanum, Magiſtros & perſonas ac alios præfatos ſuper Litteris & in eis contentis hujuſmodi quomodolibet indebitè moleſtari.

Digitized by Google

Et nihilominus quoſlibet ex Decano, Magiſtris & perſonis prædictis, quos hujuſmodi excommunicatinnis ſententiam eis incurriſſe conſtiterit, & quoties pro parte ejuſdem Nicolai fuerint requiſiti, tamdiu Dominicis & aliis Feſtivis diebus in Eccleſiis, dum major inibi populi multitudn ad Divina convenerit, excommunicatos publiceè nuntient, & faciant ab aliis nuntiari, ac ab omnibus arctiùs evitari, donec Nicolao vel Procuratori præſato de penſione hujuſmodi tunc debitâ fuerit integrè ſatisfactum, ipſique excommunicati ab excommunicationis ſententia hujuſmodi abſolutinnis beneficium meruerint obtinere:

Contradictores authnritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; non obſtantibus priori voluntate noſtrâ prædictâ, ac aliis præmiſſis, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas niſi in certis exceptis caſibus fieri prnhibentis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinatinnibus, & aliis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis etiam revocatoriis & revocatoriarum innovatoriis ac in ſavorem Ordinariorum & aliàs in contrarium quomodolibet editis & edendis.

Nec non Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicia, illis eorumque Abbatibus, Conventibus, Superioribus, Patribus & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nns & Sedem prædictam, etiam per viam generalis Legia ac Statuti perpetui, necnon initi & ſtipulati contractûs ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogaroriia, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam præmiſſorum aut qunrumcumque aliorum, ſeu motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodocumque & qualitercumque, ac quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, ac concedendis, confirmandis, ac etiam iteratis vicibus innovandis;

Quibus omnibus, etſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totia tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamua contrariis quibuſcumque:

Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi ſaciendis de Prioratibus hujuſmodi ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum;

Quas quidem Litteras ac Proceſſus habitos per eaſdem & inde ſecuta quæcumque ad dictum Prioratum volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutinnem Prioratuum vel Beneficiorum aliorum præjudicium generari:

Seu ſi Decano, Magiſtris & perſonis præſatis vel quibuſvis aliis communitter vel diviſim à dicta ſit Sede indultum, quod ad præſtationem vel ſolutionem penſinnis alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Litteris Apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectua earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis.

Nulli ergò omnino hnminum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, ſuppreſſionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis, decreti, voluntatis, ſtatuti, inhibitionis, ſuſpenſionis, mandati & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentia Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incar- 1561.
nationis Dominicæ M.D.LXI, octavo Idus Decembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Subſcriptum: Card. Glorierius.

Bierbacum vetus eſt Baronatus Brabantiæ ſub Dominio Ducis Arſchot..., & Pagus notabilis primò lapide à Lovanio. Fuit illic inſignis olim Prioratus dictus S. Hilarii, Benedictinorum, ab Abbatia S. Nicaſii Remis dependens: cujus hæc fuêre exordia atque interitus.

Ante annum 1189. fuerat Bierbaci Capitulum ſex Canonicorum, quod tunc extinctum ſuppreſſumque fuit authoritate Gregorii VIII. Pontificis, Henrici I. Ducis Brabantiæ, & Epiſcopi Leodienſis, ad inſtantiam Iwani Militis de Birbaco, eâ lege, ut in locum decedentium Canonicorum Benedictini Nicaſiani ſufficerentur.

Henricus II. Brabantiæ Dux, eidem Monaſterio Jus Patronatûs in Eccleſiam Bierbacenſem conceſſit anno 1234, petiitque ut fieret Abbatia, ſi redditus ad hoc ſufficerent, & Abbas S. Nicaſii id-ipſum permitteret.

Deinceps ibidem vixerunt ſex, ac tandem unus aut alter Religioſi, cum Priore Regulari, qui ex Abbatia S. Nicaſii eò deſtinabatur: uſque ad annum 1561, quo Pius IV. Papa, ad inſtantiam Philippi II. Hiſpaniarum Regis Prioratum extinxit, ejuſque bona omnia univit Collegio Doctorum Sacræ Facultatis Theologicę Lovanienſis, quod & confirmatum fuit anno 1570. per ſententiam Senatûs Brabantiæ; fruſtra obnitentibus Abbatibus Nicaſianis.

Fuit & altera Præpoſitura Benedictinorum ab eadem Abbatia dependens, in Vico de Ham, haud procul Bierbaco, fundata anno 1154. per Arnulphum & Joannem de Geſt, Fratres Milites: ſed hæc jam pridem ſuppreſſa & unita fuerat Prioratui Bierbecano.

Hinc S. Theologiæ Doctores Lovanienſes tentârunt bona dictæ Præpoſituræ de Ham, tanquam à Prioratu Bierbecano dependentia occupare: ſed ſemper obſtiterunt Abbas & Monachi Nicaſiani, qui hæc bona in alios per venditionem tranſcripſerunt: ac tandem anno 1672. poſt diuturnam litem Facultas Theologica per ſententiam Conſilii Brabantiæ eâ in parte cauſâ cecidit.

CAPUT CLXI.

V. de ſupra pag. 083.

S. Pius V. *Pontifex Abbatiam Floreſſienſem Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Namurcenſi, à Prædeceſſore* Pio IV. *deſtinatam pro dote Epiſcopatûs Namurcenſis, anno* 1566. *ſub onere annuæ penſionis eximit, eidemque Epiſcopatui annectit Abbatiam S. Gerardi, ſeu Bronienſem Ordinis S. Benedicti in eadem Diœceſi.*

Ex Ms. Arch. Epiſ. Namurc.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Æquum reputamus, & rationi conſonum, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu Litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.

Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter proviſiones Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium tunc vacantium, & in antea vacaturorum, ordinationi & diſpoſitioni ſuæ reſervavit, decernens ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

Cumque poſtmodùm Monaſterium Sancti Gerardi in Brognes Ordinis S. Benedicti Namurcenſis Diœceſis, cui quondam Benedictus Mailly, ipſius Monaſterii Abbas, dum viveret præerat, per obitum dicti Benedicti Abbatis, qui extra Romanam Curiam diem ſuum clauſerat extremum, vacaviſſet & vacaret tunc, nulluſque de illius proviſione præter eundem Prædeceſſorem eâ vice ſe intromittere potuiſſet, ſive poſſet, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis;

Cumque idem Prædeceſſor aliàs, poſtquam piæ memoriæ Paulus Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, ex certis rationabilibus tunc expreſſis cauſis Eccleſiam S. Albani in tunc Oppido Namurcenſi Leodienſis Diœceſis in Cathedralem cum Sede Epiſcopali & Capitulo, ac Epiſcopali & Capitulari Menſis, aliiſque ſolitis prærogativis & inſigniis, ac nonnullis ejus Dignitatibus, nec non Canonicatibus & Præbendis Apoſtolicâ Auctoritate erexerat & inſtituerat;

Ac illi dictum Oppidum pro Civitate, & quàm-plura circumvicina loca à dicta Diœceſi ad hunc effectum diſmembrata pro ſua Diœceſi aſſignaverat, ac dictæ Menſæ Epiſcopali pro ejus dote unum trium millium ducatorum auri de Camera, ex certis decimis, fructibus, redditibus, & proventibus, per Nuntium ſuum illuc poſtmodùm mittendum ſpecificandis & repartiendis, ex tunc prout ex ea die, & econtra, poſtquam ſpecificatio & repartitio hujuſmodi factæ forent perpetuò;

Ac interim, donec illæ fierent, ſuumque ſortirentur effectum, & non ultrà, alium mille & quingentorum ducatorum ſimilium, redditus annuos per Chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum, tunc ſuum, Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum, qui etiam Namurci Comes & aliarum illi vicinarum inferioris Germaniæ partium Dominus in temporalibus exiſtebat, ex redditibus quos ipſe Philippus Rex ibi percipiebat, de ejuſdem Philippi Regis conſenſu applicaverat:

Et deinde certas diſmembrationes bonorum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub ipſa Namurcenſi Eccleſia, vel in ejus Diœceſi conſiſtentibus pro dote ipſius Eccleſiæ fieri mandaverat;

Volens pium & laudabile Pauli Prædeceſſoris Inſtitutum hujuſmodi proſequi, dictæque Menſæ Epiſcopali de congrua dote providere; ac conſiderans quod per diſmembrationem bonorum à Monaſteriis hujuſmodi, Cultus Monaſticus lædeiretur, per unionem verò alicujus Monaſterii eidem Menſæ loco dictarum diſmembrationum, Epiſcopus Monaſterii ſic uniti curam accuratiùs gereret; continuis etiam ipſius Philippi Regis precibus inductus, Monaſterium Floreſſienſe Præmonſtratenſis Ordin. olim Leodienſis, nunc verò Namurcenſis Diœceſis præfatarum, cujus fructus, redditus & proventus ad quadringentos florenos auri in Libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiebantur,

Ex tunc, prout cum primum illud per ceſſum vel deceſſum illius tunc Abbatis, etiam apud Sedem Apoſtolicam aut aliàs quovis modo vacare contingeret, ac etiam ſi tunc quovis modo vacaret, nomine, titulo Abbatis, & Dignitate Abbatiali penitùs ibi ſuppreſſis, eidem Menſæ Epiſcopali de Fratrum ſuorum, de quorum numero tunc eramus, conſilio, dictâ Authoritate perpetuò univiſſet, annexuiſſet, & incorporaviſſet;

Districtius inhibendo dilectis Filiis, Conventui dicti Monaſterii Floreſſienſis, ne vacatione illius adveniente ad Abbatis electionem procedere præſumerent, ac ex tunc ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter attentari contingeret, irritum & inane decernendo, prout in eorumdem Prædeceſſorum deſuper confectis Litteris plenius continetur.

Et ſicut ipſe Philippus Rex eidem Pio Prædeceſſori exponi fecerat, poſtmodùm compertum eſſet, plurima alia tam virorum quàm mulierum Monaſteria dicti Præmonſtratenſis Ordinis extra dictam Namurcenſem Diœceſim tam in Brabantia, Clevia, & Gueldria quàm Francia

cia aliiſque locis conſiſtentia viſitationi & correctioni Abbatis pro tempore exiſtentis dicti Monaſterii Floreffienſis ſubjacere, viſitationemque hujuſmodi juxta Regularia Inſtituta dicti Præmonſtratenſis Ordinis per Abbatem, Ordinem ipſum expreſsè profeſſum, annis ſingulis fieri debere;

Quam viſitationem ſi dictus Epiſcopus annuatim facere cogeretur, magna pars temporis in ea peregrinatione ſibi in gregis ſui periculum terenda eſſet, nec parva difficultas ergà eum, dictum Ordinem non profeſſum, Religioſos viſitandi & corrigendi maneret;

Subſtituto Abbatiæ S. Gerardi.

Et ſi, ut eadem expoſitio ſubjungebat, unio, annexio & incorporatio Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi, quæ nondum effectum ſortitæ erant, revocarentur: & ipſius Monaſterii Floreffienſis loco, dictum Monaſterium S. Gerardi, quod Ordinario loci ſubeſſe dignoſcebatur, dictæ Menſæ Epiſcopali ſimiliter uniretur, annecteretur & incorporaretur.

Ac quoniam Floreffienſis, quàm S. Gerardi Monaſteriorum eorumdem fructus, redditus, & proventus uberiores exiſtebant, eidem Menſæ penſio annua & perpetua mille florenorum, viginti ſtuferis monetæ illarum partium pro ſingulo floreno computatis, valorem quingentorum ducatorum auri de Camera non excedentium, ſuper fructibus, redditibus & proventibus Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi reſervaretur, conſtitueretur, & aſſignaretur;

Ex hoc profectò difficultatibus & incommodis præfatis obviaretur, ac neceſſariæ Epiſcopi Namurcenſis pro tempore exiſtentis ſubventioni commodè conſuleretur.

Cum dictus Philippus Rex aſſerens ipſius Monaſterii S. Gerardi & illi forſan annexorum fructus, redditus & proventus ſexaginta ducatorum ſimilium ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum non excedere, & dein Pio Prædeceſſori humiliter ſupplicari feciſſet, quatenùs priores unionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi revocare, caſſare & annullare, ac nomen, titulum, & dignitatem Abbatis in eodem Monaſterio S. Gerardi ſupprimere, ipſumque Monaſterium Menſæ Epiſcopali prædictæ perpetuò unire, annectere, & incorporare;

Nec non fructus, redditus, & proventus Monaſterii S. Gerardi, ac penſionem mille florenorum Menſæ Epiſcopali pro dote hujuſmodi reſervare, conſtituere & aſſignare, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaretur;

Præfatus Pius Prædeceſſor qui dudum inter alia voluerat, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundùm æſtimationem præfatam, etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet;

Quique ex injuncti ſibi Officii Paſtoralis debito ſollicitæ conſiderationis aciem extendebat, ut Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium recenter inſtitutarum dotationi, ſuorumque Præſulum opportunæ ſubventioni conſuleretur, & ut honeſtis Catholicorum Regum id ab eo expetentium votis gratum præberet aſſenſum, Miniſterii ſui partes libenter adhibebat, aliaque ſuper his variè etiam priùs ordinata, ſi ratio quædam id-ipſum ſuaderet, retractando diſponebat, prout locorum, temporum, perſonarumque qualitate penſatâ, conſpiciebat in Domino ſalubriter expedire;

Ipsum Philippum Regem à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat, ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum, abſolvens & abſolutum fore cenſens;

Nec non veriores erectionis & prioris unionis ac Litterarum aliorumque præmiſſorum & inde ſecutorum, necnon aliarum dictæ Menſæ forſan factarum unionum, annexionum, & incorporationum tenores, ipſiuſque Menſæ Epiſcopalis fructuum, reddituum & proventuum verum annuum valorem pro expreſſis habens,

Hujusmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub data verò quinto decimo Calendas Decembris Pontificatûs ſui anno quinto unionem, annexionem, & incorporationem, de dicto Monaſterio Floreffienſi Menſæ Epiſcopali, ſic ut præmittitur factas, ac inhibitionem & decretum, necnon cum omnibus & ſingulis aliis in eis contentis clauſulis deſuper confectas Litteras præfatas, Proceſſuſque habitos & habendos, per eaſdem ac inde ſecuta quæcumque, authoritate prædictâ revocavit, caſſavit, annullavit & irritavit, ac pro nullis, irritis & infectis haberi, neque Monaſterium Floreffienſe ejuſque Abbatem, Conventum, perſonas & bona illis deinceps obnoxia fore: ſed ab eis omnino libera immunia & expedita in omnibus & per omnia, ac ſi nunquam emanaſſent, remanere decrevit.

Nec non in dicto Monaſterio S. Gerardi, ſive illud præmiſſo ſive alio quovis modo (quem, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in Corpore Juris clauſa, præterquam per obitum, apud Sedem prædictam reſultaret, idem Pius Prædeceſſor haberi voluit pro expreſſo) aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam dicti Benedicti Abbatis vel cujuſvis alterius ceſſionem, de illius regimine & adminiſtratione, in dicta Curia vel extra eam, etiam coram Notario Publico & teſtibus ſponte factam, vacaret;

Etiam ſi tanto tempore vacaviſſet, quod ejus proviſio juxta Lateranenſis Statuta Concilii aut alias Canonicas Sanctiones ad Sedem eandem legitimè devoluta exiſteret, & illa ex quavis cauſa ad ipſam Sedem ſpecialiter vel generaliter pertineret, & ſuper eiſdem regimine & adminiſtratione inter aliquos lis, ſeu de illorum poſſeſſorio vel quaſi moleſtia (cujus ſtatum idem Pius Prædeceſſor haberi voluit pro expreſſo) penderet indeciſa, dummodo dicto die quinto decimo Calendas Decembris eidem Monaſterio S. Gerardi de Abbate

bate proviſum canonicè non exiſteret, nomen & titulum Abbatis ac dignitatem Abbatialem eâdem Authoritate penitus ſuppreſſit;

Ac illud eum annexis hujuſmodi ac omnibus juribus, juriſdictionibus & pertinentiis ſuis Menſæ Epiſcopali præfatæ, ita quod deinceps dilecti Filii Conventûs dicti Monaſterii Sancti Gerardi & ſingulares illius perſonæ Epiſcopo Namurcenſi pro tempore exiſtenti ſicuti Abbati ſuo in omnibus & per omnia ſubeſſent, eique parerent & præſtarent obedientiam & reverentiam, prout olim Abbatibus ejuſdem Monaſterii S. Gerardi qui pro tempore fuerant, præſtare tenebantur.

Liceretque eidem Epiſcopo per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis ac bonorum Monaſterii S. Gerardi hujuſmodi propriâ Auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos dictæque Menſæ uſus & utilitatem convertere,

Collatio Beneficiorum penes Epiſcopum. Ac omnia & ſingula Prioratus, Præpoſitatus, Dignitates, adminiſtrationes, Officia & Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia & Regularia, ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem & aliam quamvis diſpoſitionem pro tempore exiſtentis Abbatis dicti Monaſterii S. Gerardi, communiter vel diviſim, quomodolibet ſpectantia, illorum vacatione pro tempore occurrente, perſonis idoneis conferre, & de illis etiam providere;

Ac his quæ ad honeſtum vitæ uſum, & conſuetas ejuſdem Monaſterii S. Gerardi eleemoſinas, ac Divini Cultûs in eo, & dictorum ejuſdem Conventûs conſervationem & ſuſtentationem ſolitas, conſuetas, atque debitas pertinebant, proſpicere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, eâdem Auctoritate Apoſtolicâ etiam perpetuò univit, annexuit & incorporavit.

Curam Monaſterii S. Gerardi, ac regimen & adminiſtrationem hujuſmodi eidem Epiſcopo in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo, bonaque nec non fructus, redditus & proventus Monaſterii S. Gerardi hujuſmodi dictæ Menſæ Epiſcopali pro illius dote conſtituendo & aſſignando, eiſdem Conventui & quibuſvis aliis in virtute ſanctæ Obedientiæ & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ nec non privationis omnium Dignitatum, Beneficiorum & Officiorum Eccleſiaſticorum per eos reſpectivè obtentorum ac inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda, pœnis diſtrictiùs inhibens, ne ipſum Epiſcopùm in præmiſſis, ſeu eorum aliquo impedire quoquomodo præſumerent;

Et inſuper ipſi Menſæ Epiſcopali dictam penſionem annuam & perpetuam mille florenorum ſuper omnibus & ſingulis ejuſdem Monaſterii Floreffienſis fructibus, redditibus, & proventibus eiſdem Menſæ Epiſcopali, ſeu pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi, vel ejus Procuratori, ad id ab eo ſpeciale mandatum habenti, per pro tempore exiſtentem Abbatem, vel Commendatarium dicti Monaſterii Floreffienſis annis ſingulis, pro una verò in Domini noſtri Jeſu Chriſti proximè futura incipiendo, & pro altera medietatibus ejuſdem penſionis in B. Joannis Baptiſtæ Nativitatum Feſtivitatibus, in Civitate Namurcenſi integrè perſolvendam & per dictum Epiſcopum Namurcenſem, etiam unà cum Eccleſia Namurcenſi ac quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis per eum ex quibuſvis conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis quomodolibet pro tempore obtentis,

Nec non aliis penſionibus annuis ſibi ſuper quibuſvis aliis fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiaſticis pro tempore aſſignatis percipiendam, tunc Abbatis & Conventûs Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi ad id tunc expreſſo accedente conſenſu, præfatâ Auctoritate Apoſtolicâ reſervavit, conſtituit & aſſignavit.

Decernens poſteriores unionem, annexionem, incorporationem, reſervationem, conſtitutionem & aſſignationem præfatas, Litteraſque deſuper conficiendas ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, & moderationibus vel alterationibus ſimilium vel diſſimilium unionum, annexionum, incorporationum, reſervationum, conſtitutionum & aſſignationum per eundem Pium Prædeceſſorem & Sedem præfatam ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis & decretis pro tempore factis, minimè comprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illas ſuſpendi vel revocari aut illis derogari contigerit, toties illas in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de novo etiam ſub data per ipſum Epiſcopum Namurcenſem eligenda conceſſas;

Et ad id, ut ſub revocationibus, ſuſpenſionibus & derogationibus hujuſmodi minimè comprehenderentur, vim contractûs inter Pium Prædeceſſorem & Sedem ac Epiſcopum Namurcenſem & Abbatem ac Conventum Monaſterii Floreffienſis præfatos validè initi & ſtipulati obtinere;

Nec non ſuſpenſiones, revocationes & derogationes unionis, annexionis, & incorporationis aliorumque præmiſſorum pro nova illorum conceſſione & reſtitutione haberi & cenſeri debere;

Ac poſteriores, annexionem, unionem, incorporationem, reſervationem, conſtitutionem & aſſignationem aliaque præmiſſa, ac eaſdem Litteras nullo unquam tempore, etiam ad Superiorum dicti Ordinis S. Benedicti vel aliorum inſtantiam ex quacumque cauſa revocari, ſuſpendi, alterari, limitari aut ad juris terminos reduci, ſeu Litteras ipſas de ſurreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, ſeu intentionis ipſius Pii Prædeceſſoris aut alio quovis defectu notari non poſſe;

Nec cauſam ſeu cauſas, propter quas illæ emanaverant verificari debere, nec propterea aut ex eo quod intereſſe habentes ad id vocati non forent, per ſurreptionem obtentas præſumi & viribus carere; ſicque per quoſcumque Judices & Commiſſarios

Commiſſarios quâvis authoritate fungentes, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nec non penſionem præfatam nullatenus revocari, retractari, caſſari, aut ad minorem ſummam reduci poſſe, ac pro tempore exiſtentem Abbatem ſeu Commendatarium monaſterii Floreffienſis hujuſmodi ad integram ſolutionem ipſius penſionis eiſdem Menſæ & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Namurcenſi faciendam, juxta reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis præfatarum tenorem efficaciter & perpetuò obligatum fore:

Ac volens, & eâdem Auctoritate ſtatuens, quod ſi Abbas ſeu Commendatarius Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi in dictis Feſtivitatibus, vel ſaltem infra triginta dies illarum ſingulas immediatè ſequentes penſionem præfatam per eum tunc debitam non perſolveret cum effectu, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurreret; à qua donec Epiſcopo Namurcenſi vel Procuratori præfato de penſione hujuſmodi tunc debita integrè ſatisfactum, aut aliàs ſecum vel cum dicto Procuratore deſuper amicabiliter concordatum foret, præterquam in mortis articulo conſtitutus abſolutionis Beneficium nequiret obtinere.

Si verò per ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes ſententiam hujuſmodi animo ſuſtineret indurato, ex tunc effluxis menſibus ipſis, Regimine & Adminiſtratione Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi perpetuò privatus exiſteret, ipſumque Monaſterium vacare cenſeretur eo ipſo:

Non obſtantibus ſecundò dictâ voluntate ſuâ prædictâ, ac Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, nec non recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Monaſteriorum & Ordinum præfatorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis, præfatis Monaſteriis & Ordinibus, eorumque Conventibus ac Superioribus, Prælatis & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, etiam per modum Statuti perpetui, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel ſpecie, etiam motu proprio vel Imperatoris ac Regum & Reginarum contemplatione, etiam Conſiſtorialiter, etiam contra uniones hujuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos, ac forſan per eundem Pium Prædeceſſorem & Sedem prædictam, etiam ex quibuſvis cauſis vel aliàs quomodolibet conceſſis ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis;

Etiamsi in illis ac Statutis præfatis caveretur expreſſè, quod Statutis, privilegiis, & indultis ipſis nullatenus aut non niſi modis & formis inibi contentis derogari poſſet, & ſi illis aliter derogari contingeret, derogationes hujuſmodi nemini ſuffragarentur. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret, dictus Pius Prædeceſſor, tenores hujuſmodi pro ſufficienter expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, eâ vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogavit contrariis quibuſcumque.

Aut ſi pro tempore exiſtenti Abbati ſeu Commendatario Monaſterii Floreffienſis hujuſmodi, quod ad præſtationem vel ſolutionem penſionis alicujus minimè teneretur, & ad id compelli, ac tam illi quàm Conventui & dilectis Filiis Vaſallis & aliis ſubditis Monaſterii S. Gerardi hujuſmodi, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem eſſet Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſent per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis, Indulgentiis & Litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſterent, per quæ Litteris ipſius Pii Prædeceſſoris ſi deſuper confectæ fuiſſent non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri, aut de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet in eiſdem Litteris mentio ſpecialis.

Proviso quod propter poſteriores unionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi in dicto Monaſterio S. Gerardi Divinus Cultus ac ſolitus Monachorum & Miniſtrorum numerus nullatenus minueretur: ſed illius & ejus Conventûs prædictorum congrue ſupportarentur onera conſueta.

Ne autem de abſolutione revocatione, caſſatione, annullatione, irritatione, ſuppreſſione, poſterioribus unione, annexione, incorporatione, inhibitione, reſervatione, conſtitutione, aſſignatione, voluntate, derogatione, & decretis prædictis, pro eo quod ſuper illis ipſius Pii Prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu Litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodòlibet hæſitari, ipſique Philippus Rex & pro tempore exiſtens Epiſcopus Namurcenſis illorum fruſtrentur effectu;

Volumus & ſimiliter Apoſtolicâ Authoritate decernimus, quod abſolutio, revocatio, caſſatio, annullatio, irritatio, ſuppreſſio, poſteriores unio, annexio, incorporatio, inhibitio, reſervatio, conſtitutio, aſſignatio, voluntas, derogatio & decreta Pii Prædeceſſoris hujuſmodi perindè dictâ die quinto decimo Calendas Decembris ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Pii Prædeceſſoris Litteræ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur;

Quodque præſentes Litteræ ad probandum plenè abſolutionem, revocationem, caſſationem, annullationem, irritationem, ſuppreſſionem, poſteriores unionem, annexionem, incorporationem, inhibitionem, reſervationem, conſtitutionem, aſſignationem, voluntatem, derogationem, & decreta præfata ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Quocirca Venerabili Fratri Noſtro Epiſcopo Amerinenſi, & dilectis Filiis Decano Eccleſiæ Namurcenſis ac Officiali Namurcenſi per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Philippi Regis ac Epiſcopi Namurcenſis præfatorum, vel alicujus illorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eidemque Epiſcopo in adipiſcenda poſſeſſione, ſeu quaſi, regiminis & adminiſtrationis ac bonorum Monaſterii S. Gerardi & annexorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum, Authoritate noſtrâ aſſiſtentes faciant ipſi Epiſcopo à Conventu obedientiam & reverentiam debitas & devotas, nec non à Vaſſallis & aliis ſubditis Monaſterii Sancti Gerardi hujuſmodi conſueta ſervitia & jura ſibi ab eis debita integrè exhiberi; ac de Monaſterii S. Gerardi & annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integrè reſponderi, præſenteſque Litteras & in eis contenta quæcumque per eos ad quos ſpectat firmiter obſervari;

Non permittentes Epiſcopum præfatum per quoſcumque deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel impediri, nec non penſionem præfatam ſibi vel Procuratori præfato juxta reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis & decreti præfatorum continentiam & tenorem integrè perſolvi;

Et nihilominus pro tempore exiſtentem Abbatem ſeu Commendatarium Monaſterii Floreffienſis, ſi illum excommunicationis ſententiam hujuſmodi eis incurriſſe conſtiterit, quoties ſuper hoc pro parte Epiſcopi Namurcenſis prædicti fuerint requiſiti, tamdiu Dominicis & aliis Feſtivis diebus in Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum publicè nuntient, & faciant ab aliis nuntiari, ac ab omnibus arctiùs evitari, donec Epiſcopo vel Procuratori prædicto de dicta penſione tunc debita fuerit integrè ſatisfactum, ipſeque excommunicatus ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerit obtinere; contradictores authoritate noſtrâ appellatione poſtpoſitâ compeſcendo non obſtantibus omnibus ſupradictis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ voluntatis, decreti & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXVI, ſexto decimo 1566.
Calendas Februarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Subſignatum : Cæs. Glor.

CAPUT CLXII.

Deletis Morinis, ſuppreſſoque illius Urbis Epiſcopatu, qui erat in Arthesiâ anno 1553; Paulus IV. & Pius IV. *poſt factam proventuum Eccleſiaſticorum inter Reges Hiſpaniæ ac Franciæ diviſionem, ex una medietate erexerant Epiſcopatus Iprenſem* in Flandria & Audomarenſem in Arthesia.* S. Pius V. *Pontifex ex altera medietate erigit anno* 1566. *tertium Epiſcopatum Boloniæ in Picardia, eumque conſtituit Suffraganeum Archiepiſcopi Remenſis.*

* vide ſupra pag. 1077.

Ex Archivis Epiſcopatûs.

Pius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Divinæ Majeſtatis arbitrio ſuper univerſas Orbis Eccleſias conſtituti, ex tradita Nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes in id mentis noſtræ conatus intendimus, ut Fides Catholica, ſine qua nemo ſalutis æternæ viam ingredi poteſt, etiam novorum (ubicumque uſus poſcit) Præſulum inſtitutione uſquequaque integra & illibata permaneat.

Sed ea demum ſollicitudo Nos impenſiùs urget, cum veteres hujuſcemodi Præſulum Sedes, hoſtilitate faciente, indignè jacere videntur, nec propriis in locis reparari poſſunt; ut in aliis accommodatioribus aliæ inde novæ (ſicut populorum ſalus & Catholicorum Regum devotio poſtulat) ſalubriter ordinentur, ac in eis Paſtores idonei deputentur, quorum operâ & vigiliis Chriſtiana Relligio in ſuo ſolido ſtatu valeat feliciter conſervari.

Cum igitur poſtquam inter claræ memoriæ Henricum II. Francorum, ac chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Philippum Catholicum Hiſpaniæ, Reges conventum fuerit, quod olim Civitas Morinenſis, priùs expugnata, & everſa, deinceps non reſtitueretur: ſed illius Eccleſia Cathedralis, atque Diœceſis univerſa, nec non utriuſque Beneficia, proprietates, cenſus, decimæ, juriſdictiones & jura omnia, in duas partes cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ dividerentur: ut ſcilicet earum altera Franciæ,

altera

altera verò inferioris Germaniæ, futura eſſet;

Felicis recordationis Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter, ejus rei cauſâ, ſuppreſsâ & extinctâ dictâ Morinenſi Eccleſiâ, prædictam partem inferiori Germaniæ deſignatam, partim Iprenſi, partim verò Audomarenſi, Eccleſiis Cathedralibus, earumque Civitatibus & Diœceſibus, jam in dicta olim Diœceſi Morinenſi, & parte inferioris Germaniæ prædictæ, eâdem Authoritate inſtitutis, perpetuò aſſignaverit.

Nos etiam chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Francorum Regis Chriſtianiſſimi precibus adducti, hoc inſigne opus ad Dei laudem & Eccleſiæ Catholicæ exaltationem abſolvere intendentes, habitâ ſuper his cum Fratribus noſtris deliberatione maturâ, de illorùm conſilio, Monaſterium B. Mariæ Oppidi Bolonienſis, Ordinis S. Auguſtini, olim prædictæ Morinenſis Diœceſis, in quo ſeptem vel octo duntaxat Canonici degunt, per obitum quondam Joannis, dum viveret, ipſius Monaſterii Abbatis, extra Romanam Curiam ante decennium defuncti, aut aliàs certo modo Abbatis regimine deſtitutum, & in eo nomen & titulum Abbatis, dignitatiſque Abbatialis,

Erectio novæ Cathedralis,

Nec non omnia & ſingula, Prioratus, Dignitates, Officia, Canonicales portiones, & loca ejuſdem, ac tam in eodem, illiuſque Eccleſia, quam etiam ab illo dependentibus Prioratibus, ceteriſque Beneficiis Eccleſiaſticis, Ordinem, ſtatum, & eſſentiam Regulares, remanentibus tamen in ipſo Monaſterio dictis ſeptem vel octo Canonicis in ſuis habitu & Regula, cum Canonicali portione quoad vixerint, ſeu donec ad alia hujuſmodi loca Regularia ſpontè ac canonicè tranſierint, Authoritate prædictâ tenore præſentium perpetuò ſupprimimus & extinguimus;

Ac prædictum Oppidum, populoſum quippè & celebrè, agro & annonâ fœcundum, commeatuque commodum, in Civitatem, Eccleſiam verò Monaſterii hujuſmodi, in Cathedralem, deinceps Bolonienſem nominandam, ſub invocatione ejuſdem B. Mariæ, Archiepiſcopi Remenſis pro tempore exiſtentis Suffraganeam futuram,

Et ſub Concordatis olim inter Sedem Apoſtolicam prædictam, & claræ memoriæ Franciſcum I. Francorum Regem ſuper Nominatione perſonarum, certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatarum, ad Eccleſias Cathedrales Regni Franciæ pro tempore vacantes, per Regem Franciæ pro tempore exiſtentem, Romano Pontifici faciendâ, initis, comprehenſam, quemadmodum olim Eccleſia Morinenſis prædicta erat;

Sedemque Epiſcopalem pro uno Epiſcopo per dictum Regem Franciæ eidem Pontifici, ſeu Apoſtolicæ Sedi, etiam hâc primâ vice, & futuris deinceps temporibus, vigore ſeu prætextu dictorum Concordatorum nominando, qui illi præſit & in perfectam Eccleſiæ Cathedralis formam ordinet & redigat: Abbates, Prælatos & cæteros ſuæ Diœceſis ad Synodum convocet, evellat, deſtruat, plantet, erigat, ædificet, omniaque & ſingula Officia, & Jura Epiſcopalia habeat & exerceat,

Cum ſuis Capitulo, Menſa Epiſcopali, & Capitulari, cæteriſque omnibus Cathedralibus & Pontificalibus inſigniis, nec non juribus, juriſdictionibus, privilegiis, exemptionibus, prærogativis, honoribus, gratiis, favoribus & indultis realibus, perſonalibus & mixtis, quibus aliæ illarum partium Eccleſiæ Cathedrales, earumque Præſules, Capitula & Perſonæ, quomodocumque utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Authoritate & tenore præfatis erigimus & inſtituimus;

Ipsique Eccleſiæ ſic erectæ, & illius Præſuli prædicto, Boloniam pro Civitate, & partem illam univerſam olim Diœceſis Morinenſis, quæ in diviſione prædicta Franciæ evenit, cum Decanatibus, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, ac etiam Monaſteriis, Prioratibus & locis, cum ſuis Perſonis ſæcularibus & regularibus pro Diœceſi, nec non utriuſque cives & incolas Eccleſiaſticos & Laïcos, pro Clero & populo perpetuò aſſignamus.

Cæterum ut ipſa Eccleſia Bolonienſis in reliquis ſuis omnibus partibus perfecta & abſoluta ſit, unum Decanatum, duos Archidiaconatus, unam Cantoriam, unam Theſaurariam, & unam Pœnitentiariam Dignitates, ſeptemdecim Canonicatus, & ſeptemdecim Præbendas, nec non Capellanias, cæteraque omnia Beneficia & Officia, quæ in dicta olim Eccleſia Morinenſi erant, & in ipſa diviſione, parti Franciæ, ac futuræ Cathedrali Eccleſiæ obtigerunt, eorumque omnium Perſonas ad dictam Eccleſiam Bolonienſem transferimus;

Ac Epiſcopali Duacenſem, & dimidiam Inſulenſem Præbendas Epiſcopales nuncupatas; ac tam illi, quàm etiam Capitulari Menſis prædictis, nec non Fabricæ dictæ Eccleſiæ Bolonienſis, omnia & ſingula prædia, proprietates, dominia, cenſus, feuda, emphiteotica, decimas & primitias, cæteraque bona, fructus, redditus, juriſdictiones, actiones & jura earum, ſingulis per eandem partitionem deſignata,

Unio Præbendarum Duaci & Inſulis,

Ac etiam ad Abbatialem & Conventualem Menſas ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi pertinentia; videlicet quæ Abbatis, ea Epiſcopali: quæ verò Conventualis Menſæ erant, ac etiam ſuppreſſorum Beneficiorum, portionum, & locorum hujuſmodi, bona, fructus, jura & actiones, Capitulari, Menſis prædictis:

Ita tamen, ut dictis Canonicis Regularibus defunctis, vel inde tranſlatis, ut præfertur, quatuor alii Canonicatus & Præbendæ in dicta Eccleſia Bolonienſi, ex ipſius Menſæ Conventualis proventibus, pro totidem Canonicis ipſius Eccleſiæ omninò inſtituantur, determinatuſque numerus unius & viginti Canonicatuum & Præbendarum eſſe debeat, uno tamen & unâ certis uſibus juxta dictæ diviſionis formam aſſignatis, in perpetuum applicamus & appropriamus;

Præbendæ XXI.

Nec non collationes, proviſiones, præſentationes, & omnimodas alias diſpoſitiones Prioratuum,

tuum, Dignitatum, Perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, Parochialium & aliarum Eccleſiarum, nec non Capellarum, Capellaniarum perpetuarum, Hoſpitalium, cæterorumque omnium & ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, nec non præſentationes & electiones ad illa, confirmationes & inſtitutiones in eis, juſque univerſum conferendi, prout in prædicta diviſione ſpecificata, diſtributa & declarata ſunt, ac etiam quondam Epiſcopi & Capituli, aliarumque Perſonarum olim Eccleſiæ Morinenſis fuerunt.

Præterea illa quæ quondam Abbatis & Conventûs ſuppreſſi Monaſterii hujuſmodi communiter vel diviſim erant, Epiſcopo & Capitulo, ac univerſis Perſonis Eccleſiæ Bolonienſis hujuſmodi, videlicet, quæ olim Abbatis, deinceps Epiſcopi; quæ verò Conventûs extiterant, poſthàc Capituli prædictorum eſſe debeant, etiam in perpetuum concedimus.

Nulli ergò hominum liceat hanc Paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, inſtitutionis, aſſignationis, tranſlationis, applicationis, approbationis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXVI, quinto Nonas Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. 1566.

EPISCOPI BOLONIENSES.

I. Claudius Andreas Dormy, Matiſconenſis, primus Epiſcopus Morino-Bolonienſis conſecratus eſt anno 1566; & obiit circa annum 1600.

II. Claudius Dormy, Pariſinus. præcedentis Nepos. J. U. D primò Monachus Abbatiæ Cluniacenſis, dein Prior Regalis Monaſterii S. Martini de Campis Pariſiis, conſecratus fuit anno 1600, ac vivere deſiit 30. Novembris 1626. ætatis 63.

III. Victor Bouthillier, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Pariſienſis Abbas Commendatarius Aquæ Vivæ Ordinis S. Auguſtini Diœceſis Turonenſis, nec non Duci Aurelianenſi à Sacris Oratorii, conſecratur Epiſcopus Bolonienſis 9. Aprilis 1628. ab Epiſcopo Pariſienſi, aſſiſtentibus Sylvanectenſi & Agennenſi. Fuit ab anno 1630. Coadjutor Archiepiſcopi Turonenſis, ejuſque Succeſſor anno 1641. Jo fata conceſſit 12. Septembris 1670. ætatis 74.

IV. Joannes Dolce, Bajonenſis, præcedentis Nepos ac Succeſſor, ab eodem conſecratus fuit anno 1633. Epiſcopus Bolonienſis, aſſiſtentibus Carnotenſi & Andegavenſi Epiſcopis Fuit quoque Abas Commendatarius S. Vincentii de Luco Ordinis S. Benedicti Diœceſis Oloronenſis, S. Evodii de Brana Ordinis Præmonſtratenſis Diœceſis Sueſſionenſis, & B. M. de Buxeria Ordinis Ciſtercienſis Diœceſis Andegavenſis. Anno 1643 tranſlatus fuit ad Epiſcopatum Agathenſem, ac paulò poſt ad Bajonenſem, in quo obiit grandævus 8. Februarii 1681.

V. Franciscus Perrochel, Pariſinus, ex Abbate Commendatario S. Criſpini Sueſſionenſis, conſecratus Epiſcopus Pariſiis ab Archiepiſcopo Corinthienſi Coadjutore Pariſienſi, aſſiſtentibus Catalaunenſi & Agathenſi Epiſcopis. Tandem depoſito priùs Epiſcopali onere, mortuus eſt 8. Aprilis 1682 ætatis 84.

VI. Nicolaus l'Advocat-Billiad, Pariſinus, S.T. D. Canonicus Metropolitanæ Pariſienſis, ibique Vicarius Generalis, inauguratur Epiſcopus 30. Maii 1677. ab Archiepiſcopo Pariſienſi, aſſiſtentibus Conſtantienſi & Attrebatenſi Epiſcopis. Obiit 11. Aprilis 1681. ætat. 61.

VII. Claudius le Tonnelier de Breteuil, Pariſinus. S. T Doctor Sorbonicus, Prior Vallis Dei & de Rupe-Guidonis, conſecratus Pariſiis 1. Februarii 1681. ab Archiepiſcopo Remenſi, aſſiſtentibus Catalaunenſi & Laudunenſi Epiſcopis. Obiit 8 Januarii 1698.

Antonius Girard de Labournac, Claromontanus, S. T. D. Ludovici Auguſti Ducis Meduanenſis Pœdagogus, ad Epiſcopatum Bolonienſem nominatus anno 1698 paulò poſt Pictavienſem accepit, ibique vitâ functus eſt 8. Martii 1702. Epiſcopatûs tertio.

VIII. Petrus de Langle, Ebroicenſis, è Congregatione Oratorii Gallicani aſſumptus in Pœdagogum Alexandri Borbonii Comitis Tholoſani, tum Abbas S. Lupi in Diœceſi Conſtantienſi, conſecratus fuit 14. Decembris 1698. Pariſiis per Archiepiſcopum Remenſem Metropolitanum ſuum.

CAPUT CLXIII.

Franciscus Sonnius *primus Antverpienſium Epiſcopus in ſua Cathedrali inſtituit ſex Canonicos ſecundæ Fundationis, anno* 1571.

Extractum ex Ordinationibus D. Franciſci Sonnii anno 1571. *die* 15. *Junii in Capitulo publicatis, & hactenus ineditis, in quibus inter cætera ordinatur Articulo ſecundo.*

Ex MS. Archivii Cathedr. Antverp.

Deinde ſtatu rerum probè expenſo ordinamus & ſtatuimus, ut deinceps perpetuò in hac Cathedrali Eccleſia Antverpienſi ſint ſex novi Canonici, præter eos qui hactenus fuerunt, ſub nomine parvorum Canonicorum, ſeu novæ fundationis, ad venerabiliùs exactiùſque perſolvendum officium Chori; habituri ſinguli parvam Præbendam centum florenorum annuè recipiendorum in diſtributionibus Chori, præter emolumenta omnia quæ nunc habent Capellani, quales in ipſis, ratione ſuarum Capellaniarum manent: pro qua Præbenda reſpondent, ſeque fortes faciunt D. Decanus & Capitulum, juxta formam & tenorem erectionis eorumdem.

Erunt verò deligendi & inſtituendi ad hujuſmodi Canonicatum & parvam Præbendam per Epiſcopum, Decanum, & Capitulum conjunctim, vel per majorem partem eorum, ſi contingat aliquem abeſſe, & non per ſingulos majores

majores Canonicos turnatim, ut fieri ſolebat; inſtituendi inquam ex Capellanis hujus Eccleſiæ, qui laudabiles habent voces, & in cantu ſint periti, ac honeſtæ converſationis.

SIC autem inſtituentur, ut omnem habitum, violaceo bireto excepto, habeant, & locum Canonicalem in Choro quidem retro pulpitum in ſuperioribus ſedilibus, majoribus Canonicis retinentibus ſibi ſedilia viciniora ſummo Altari juxta ordinem honoris & ſenii ſui; in proceſſionibus verò ſuper omnes Capellanos & immediatè infrà omnes Canonicos majores: verùm in Capitulo nec locum, nec vocem conſultivam aut definitivam habebunt, neque per ſe conſtituent Collegium, aut Capitulares vocabuntur, ſub juramento coram Capitulo palam præſtando, etiam ſuper eo quod ratione hujus creationis ad Canonicatum numquam inſtabunt, aut jus prætendent ad majores Præbendas hujus Eccleſiæ.

OFFICIUM verò & onus ipſorum erit, quod tenebuntur ad perſonalem reſidentiam, atque in omnibus horis continuare, præſentes ante finem primi Pſalmi & perſeverantes uſque ad finem Collectæ, collaborando Vicariis in decantandis omnibus horis tam diurnis quàm nocturnis, cum debita reverentia, juxta formam Statutorum Capituli: præterea obligati erunt ad decantandum in ſummo quidem Altari, viciſſim omnes Miſſas, Evangelium, & Epiſtolam tam de tempore quàm pro defunctis; in Choro verò hebdomadatim percontinuare & finire Officium omnium Horarum ſicuti nunc hebdomadarii faciunt, idque omni tempore, quando non erit vel per Dominum Decanum vel aliquem ex majoribus Canonicis peragendum Officium in duplicibus aut triplicibus Feſtis.

AD antedictas Præbendas ex nunc delecti ſunt per Reverendiſſimum Dominum, Decanum, & Capitulum infraſcripti Domini Capellani:

Dominus Carolus de Toernie, Dominus Carolus de Foſſa, Dominus Joannes Roſa, Dominus Joannes Moens, Dominus Martinus Geelc, & Dominus Joannes Maleprat, vel veriùs, Dominus Joannes Bulle: ſub conditione, quod honeſtè vivant, & in habitu corporali, veſtitu quoque decenter ſe gerant, ſine barbis, capilliſcapitis excreſcentibus uſque ad aures, tonſurâ raſâ, ut antiquitus fieri ſolebat: alioqui aliiſque de cauſis à ſuis Canonicatibus amovendi, cujus poteſtatem ſibi reſervant Reverendiſſimus Dominus, Decanus, & Capitulum conjunctim, ut ſuprà.

GUilielmus de Bergis tertius Antverpienſium Epiſcopus prædictis ſex Canonicatibus minoribus annexuit quinque Capellanias ejuſdem Eccleſiæ dictas *Animarum* anno 1600. Item Joannes Malderus V. Epiſcopus ad opus eorumdem Canonicorum incorporavit duas Capellanias S. Nicolai primæ fundationis in Cathedrali, & S Joannis apud Bogardos, anno 1612.

CAPUT CLXIV.

S. PIUS V. *Pontifex, petentibus Philippo* II. *Hiſpaniarum Rege, Cornelio Janſenio Epiſcopo Gandavenſi, & Viglio Præpoſito, novam Præpoſituram erigit in Cathedrali Eccleſia Gandavenſi, anno* 1570.

Ex MS. Archivis Cathedr. Gandav.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ECCLESIARUM quarumlibet, præſertim Cathedralium, ſtatui & directioni, ſollicitis ſtudiis intendentes, ad illa libenter deflectimus, per quæ ipſarum Eccleſiarum decori, & venuſtati ſalubriter conſulitur, & in eis divinus cultus ſuſcipit incrementum.

SANE chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui etiam Flandriæ Comes exiſtit, tam ſuo, quàm Venerabilis Fratris Cornelii Epiſcopi Gandavenſis & dilecti Filii noſtri Viglii à Zuychem Præpoſiti Eccleſiæ Gandavenſis Notarii noſtri, nominibus nuper exponi fecit, quod aliàs Cornelius Epiſcopus, &, qui Cancellarius Ordinis Velleris Aurei, nec non Conſiliarius Statûs, & primarius Præſes Secreti Conſilii dicti Philippi Regis exiſtit, Viglius, prædicti, viſis & diligenter diſcuſſis per eos Litteris felicis recordationis Pauli III. & Pauli IV. ac Pii etiam IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, tam reductionis Eccleſiæ S. Bavonis Gandavenſis ex Regulari in Collegiatam, quàm etiam illius erectionis in Cathedralem Eccleſiam, cum illius dotatione è bonis & fructibus Præpoſituræ ejuſdem Eccleſiæ, quam dictus Viglius obtinet, poſt deceſſum tamen ipſius Viglii deſumenda; viſum eis fuit, ut pro decore dictæ Eccleſiæ, ac memoria priſtinæ dignitatis, ac juxtà aliarum Cathedralium Eccleſiarum in præſentibus conſuetudinem, dictæ Præpoſituræ titulus & dignitas, poſt dicti Viglii deceſſum retineatur, eademque Præpoſitura, cum primùm per obitum Viglii hujuſmodi vacaverit, alicui ex Canonicis ipſius Eccleſiæ eum duarum Præbendarum proventibus conferatur; præſertim cum alia bona ipſius Præpoſituræ aliunde pro dote dictæ Eccleſiæ ſufficientura ſint. Et propterea inter alia ſub beneplacito noſtro ad certorum Articulorum conceptum devenerunt, ſub ejuſmodi tenore:

VIDELICET viſâ Bullâ Dotationis Epiſcopatûs Gandavenſis, nonnulla occurrunt non ſatis animad- Mutationes factæ in Bulla Erectionis Epiſcop. Gandav.

animadverſa, & quæ meritò emendationem, ſi Apoſtolicæ Sedi ſuggerantur, accipere poſſent: Nam quantum ad eam partem attinet, quæ ex decem affectis Canonicatibus & Præbendis Eccleſiæ Divi Bavonis, unum & unam Epiſcopo tribuunt, ratione quorum Capitularis eſſet, itaque locum & vocem ſuper Decanum & reliquos Canonicos Confratres ſuos, etiam in Capitulo habiturus eſſet, certum eſt Sanctiſſimum Dominum noſtrum felicis recordationis Pium IV. & Deputatos in præfata Bulla memoratos, ignoraſſe Abbati ſive Præpoſito Eccleſiæ per Paulum III. in prima Erectione Eccleſiæ D. Bavonis ex Regulari & Monachali in ſæcularem & Collegiatam aſſignatas fuiſſe quatuor Præbendas, quarum ratione Præpoſitus Capitularis eſſet, ac duas voces haberet: alioquin eſſet abſurdum quod ſupra quatuor Epiſcopus quintum Canonicatuum & Præbendam conſequeretur, præſertim cum bene dotatum habiturus ſit Epiſcopatum.

Itaque, ſalvo meliori judicio, videretur rationi & æquitati magis congruum, ſi loco decem Canonicatuum & Præbendarum, novem tantùm Graduatis aſſicerentur; Epiſcopus ex quatuor in prima erectione Abbati ſive Præpoſito aſſignatis, duas Præbendas poſt moderni deceſſum Præpoſiti obtineat, quarum vigore Canonicus Capitularis eſſet, & vocem ſuper Decanum & reliquos Canonicos haberet.

Deinde videretur omnino conſultum, ut Præpoſiti Dignitas pro temporalium conſervatione, quemadmodum in pleriſque aliis Cathedralibus Eccleſiis, atque etiam ante dictam erectionem in Abbatia S. Bavonis uſitatum fuit, maneat, eaque poſt Pontificalem major habeatur, ad quam aliquis de gremio Capituli, & qualificatus ab Regia Majeſtate, retentâ Præbendâ ſive affectâ, ſive non, quam antea habuit, pro ſuſtinenda dicta Dignitate nominaretur, ſed prædicta Dignitas in primævo ſuo honore quodammodò conſervaretur: nihil tamen Præpoſitus adminiſtrabit, niſi ab Epiſcopo juſſus & requiſitus, neque jus aliquod prætendet in juriſdictione, vel bonis, ac collatione Beneficiorum, ac Officiorum moderno Præpoſito competentibus, quæ poſt ejus deceſſum dicto Epiſcopo, & ſuis Succeſſoribus cedent,

Et quoniam Epiſcopus Gandavenſis juxtà Bullam ſui Epiſcopatûs Canonicatum & Præbendam jam conſecutus ſit, ac eorum ratione jam capitularis effectus, æquitas exigit, ut cum plenam dotem ſui Epiſcopatûs, quæ cæteris luculentior futura eſt, aſſecutus fuerit, quæ duas è quatuor in prima Erectione Præpoſito aſſignatas Præbendas complectetur, dictos Canonicatum & Præbendam illicò dimittat alicui ex novem Graduatis, ad Canonicatus dictæ Eccleſiæ aſſumendis, & aliàs, prout in Inſtrumento deſuper confecto pleniùs continetur.

Quare idem Philippus Rex nominibus prædictis Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Eccleſiarum decorem & honorem, ac Divini Cultûs perſonarumque Eccleſiaſticarum augmentum ſummis deſideramus affectibus, prædictos Philippum Regem, & Cornelium Epiſcopum, ac Viglium à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine, quâvis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac conceptum hujuſmodi in prædictis Articulis gratiosè admittentes, ac ratum & gratum habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, illum ac ſingulos Articulos prædictos, omniaque & ſingula, quæ eos concernunt, licita tamen & honeſta, ex nunc ſi ſint, alioquin ex tunc prout ex nunc & èćontra poſtquam fuerint ſortita effectum, Apoſtolicâ Auctoritate, tenore præſentium, approbamus & confirmamus, illiſque perpetuæ & inconcuſſæ firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari debere volumus, & ad hoc, ut ſuum debitum ſortiantur, & ſortiri debeant effectum, deſuper ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, in omnibus & per omnia, juxta dictorum Articulorum tenorem; ac ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergò omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, admiſſionis, ratiac grati habitionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, ſtatuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXX, ſeptimo Idus Septembris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

CAPUT

CAPUT CLXV.

GREGORIUS XIV. *Pontifex, declarat anno* 1591. *caſſata eſſe & annullata Privilegia Exemptionis Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis, quatenùs militant adverſus juriſdictionem Ordinarii.*

Ex MS. Archivis Epiſcop. Gandav.

GREGORIUS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER cetera quæ internis exoptamus affectibus, id unum eſt, ut inter Prælatos eorumque ſubditos charitatem concordia nutriat, & pacem charitatis firmet amœnitas.

ALIAS ſiquidem, cum dilecti Filii Decanus & Capitulum Eccleſiæ Antverpienſis ratione quorumdam Privilegiorum in eorum favorem à felicis recordationis Alexandro VI, Leone X, Adriano etiam VI. Prædeceſſoribus noſtris, antequam dicta Eccleſia, quæ tunc Collegiata & Diœceſis Cameracenſis erat, in Cathedralem erecta extitiſſet, emanatorum ſeu approbatorum, ampliatorum & innovatorum, non ſolùm exemptionem à juriſdictione, viſitatione, correctione & omnimoda ſuperioritate moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcnpi Antverpienſis, ſeque immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, verùm etiam juriſdictionem in univerſum Clerum Antverpienſem tam in civilibus, matrimonialibus & criminalibus cauſis, quàm in facultate à caſibus Epiſcopo reſervatis abſolvendi, ac concedendi Literas dimiſſorias, nec non forſan pluribus aliis: & modernus Epiſcopus hujuſmodi Privilegia, ſi qua ipſi Decanus & Capitulum haberent, ut præfertur, per erectionem dictæ Eccleſiæ in Cathedralem poſtmodum à piæ memoriæ Paulo PP. quarto etiam Prædeceſſore noſtro factam, de medio ſublata & abrogata fuiſſe prætenderet, cauſæque ſeu prætenſionis & controverſiæ hujuſmodi de communi partium conſenſu Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Cajacenſi noſtro & dictæ Sedis in illis partibus Nuntio componendæ commiſſæ fuiſſent, & ipſe Epiſcopus Nuntius juribus ambarum partium hujuſmodi per eum diligenter viſis, acta deſuper emanata & geſta ad recolendæ memoriæ Sixtum PP. V. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum & Sedem præfatam tranſmitti & perferri curaſſet, idemque Sixtus Prædeceſſor negotium hujuſmodi Venerabilibus Fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ ſuper Interpretatione Concilii Tridentini Deputatis Cardinalibus audiendis cognoſcendum & fine debito terminandum commiſiſſet; prædicti Cardinales viſis diligenter juribus prædictis, nec non Advocatis & Procuratoribus partium hinc inde ſufficienter auditis, causâque maturè & prout decebat diligenter accuratèque diſcuſsâ, & in utramque partem examinatâ, cenſuerunt priſtina quondam Collegiatæ Eccleſiæ, quæ poſtea, ut præfertur, in Cathedralem Antverpienſem erecta eſt, Privilegia, Capitulo antedicto contra Epiſcopi Antverpienſis juriſdictionem non ampliùs ſuffragari in iis quæ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi, & præſertim in caſibus, in quibus juriſdictio ipſi Epiſcopo à Concilio Tridentino tributa eſt.

ET nihilominus prædicti Decanus & Capitulum, præmiſſis non contenti ad eundem Sixtum Prædeceſſorem & Sedem prædictam de novo recurſum habentes, prædictum negotium de novo ipſis Cardinalibus audiendum & examinandum committi obtinuerunt, Cardinaleſque prædicti in deciſis remanentes, ſecundò pro Epiſcopi Antverpienſis juriſdictione ita ut præſertur cenſuerunt. Ac tandem ne aliqua Decano & Capitulo antedictis ulteriùs litigandi remaneret occaſio, iidem Cardinales tertio negotium prædictum reaſſumentes unanimi conſenſu, in eandem, ut præfertur, devenerunt ſententiam.

CUM autem Nos æquitate penſatâ jure ducamus providendum, ut quæ ipſi Cardinales magna cum maturitate & ſtudio tribus diſtinctis vicibus deſuper cenſuerunt, debitæ executioni demandentur; totius litis ac differentiarum & prætenſionum hujuſmodi ſtatum nec non cauſæ & cauſarum merita ac moderni Epiſcopi & Decani & Capituli prædictorum jura, nec non ſingulorum prædictorum Privilegiorum eiſdem Decano Capitulo & Eccleſiæ quomodolibet per prædictos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſorum verinres etiam totos tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, ac cauſam & cauſas ſeu differentias & prætenſiones prædictas univerſas ſuper præmiſſis latiùs deductas, tam coram Epiſcopo Cajacenſi & Cardinalibus prædictis quàm aliis quibuſcumque Judicibus Ordinariis & Delegatis in Romana Curia & extra eam etiam ubilibet pendentes, in quibuſcumque & ſtatu & terminis reperiantur, harum ſerie ad Nos avocantes, litemque & lites hujuſmodi penitus extinguentes, perpetuumque ſuper his Decano Capitulo & illius ſingularibus perſonis & Canonicis & aliis collitigantibus prædictis ſilentium imponentes, ac eis ſuper prædictis os claudentes, de conſilio eorumdem Cardinalium, quibus & Nos hujuſmodi negotium videndum & Nobis referendum commiſimus, tenore præſentium dicimus & declaramus; priſtina quondam Collegiatæ Eccleſiæ quæ poſtea, ut præfertur, in Cathedralem Antverpienſem erecta eſt, Privilegia, Capitulo antedicto contra Epiſcopi Antverpienſis juriſdictionem non ampliùs ſuffragari in iis quæ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi, & præſertim in caſibus in quibus juriſdictio ipſi Epiſcopo à Concilio Tridentino tributa eſt, illaque revocata, caſſata, irrita & annullata decernimus.

MANDANTES eidem Decano & Capitulo, quatenùs

Digitized by Google

quatenùs dicto Epiſcopo tanquam Patri & Paſtori animarum ſuarum humiliter intendentes ac exhibentes ſibi obedientiam ac reverentiam debitas, ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere curent. Alioquin ſententiam quam idem Epiſcopus ritè tulerit in contumaces, ratam habebimus, & faciemus Auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis & ſupradictis omnibus & ſingulis ab omnibus cenſeri, ac ita & non aliter per prædictos & quoſcumque alios Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & S. R. E. Cardinales, etiam *de latere* Legatos, ſublatâ eis & eorum cuilibet aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diſſiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

ET nihilominùs Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi, & Buſcoducenſi & Gandavenſi Epiſcopis per præſentes præcipimus, quatenùs ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in iis contenta hujuſmodi, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni ac pro tempore exiſtentis Epiſcopi Antverpienſis præfati fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eidemque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ à Decano & Capitulo prædictis & omnibus aliis, quos eædem Litteræ & in eis contenta ipſa quomodolibet concernunt & concernent in futurum, inviolabiliter perpetuò firmiter obſervari; non permittentes modernum & pro tempore exiſtentem Antverpienſem Epiſcopum deſuper per Decanum & Capitulum prædictos, ſeu aliquem ex illis quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis;

NON obſtantibus litis-pendentiis, & Alexandri, Adriani, Leonis Prædeceſſorum noſtrorum Privilegiis deſuper emanatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſiò habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, Auctoritate & tenore prædictis ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque.

AUT ſi Decano, Capitulo & aliis perſonis Eccleſiæ hujuſmodi vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi meotionem.

Volumus autem, quod præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

DATUM Romæ in Monte Quirinali ſub an- 1591.
nulo Piſcatoris die XX. Julii 1591. Pontificatûs noſtri aono primo.

CAPUT CLXVI.

Vide ſupra pag. 910.

MATHIAS LAMBRECHT * *Epiſcopus Brugenſis, in Eccleſia Collegiata S. Salvatoris Brugis, numerum* XX. *Canonicorum reducit ad* XII. *anno* 1600, *factâ ſuppreſſione octo Præbendarum.*

Ex MS. Archivis Cathedr. Tornac.

MATHIAS Lambrecht, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Brugenſis, univerſis & ſingulis præſentes Litteras Decreti noſtri inſpecturis, lecturis, & audituris ſalutem in Domino.

NOTUM facimus, qualiter per Dominos Decanum & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Salvatoris Civitatis Brugenſis Nobis expoſitum fuerit; Collegium ſuum ibidem hactenùs conſtitiſſe & conſtare Decano, tribus Parochis, ac viginti Canonicis; ſuaſque Præbendas ac portiones adeo in proventibus annuis fuiſſe & eſſe tenues, ut honeſto illorum victui non ſufficerent; atque ob id Nobis humiliter ſupplicaſſe, quod vellemus (juxta poteſtatem per Decreta Concilii Tridentini Nobis datam ſupprimere & extinguere octo Præbendas & Canonicatus: videlicet SS. Annæ, & Agnetis, SS. Wulframni, & omnium Sanctorum, S. Crucis, Præbendam dictam de *Ligno*, nec non unam Præbendam Diaconalem, & alteram Subdiaconalem, ex viginti; atque ad duodecim Canonicatus & Præbendas reducere, & poſt hujuſmodi reductionem fructus illorum octo Canonicatuum & Præbendarum univerſos, diſtributionibus quotidianis ipſius Decanatûs, trium Paſtoratuum, & duodecim Canonicatuum & Præbendarum remanentium unire, & applicare.

Nos habitis ſuper præmiſſis conſilio & communicatione cum Dominis Canonicis Eccleſiæ noſtræ Nobis à conſilio exiſtentibus, ipſiſque ſupplicantibus antedictis, debitâque ſuper iiſdem informatione, viſis quoque Litteris noſtris citatorialibus ad requiſitionem præfatorum ſupplicantium

Digitized by Google

plicantium contra omnes & ſingulos prædictorum Canonicatuum & Præbendarum poſſeſſores, ſeu ad illos, aut aliquos illorum jus, ac omnes alios ſuâ communiter vel diviſim intereſſe prætendentes, decretis, ac debitæ juxta illorum tenorem & formam ad valvas Eccleſiæ S. Salvatoris antedictæ, & Eccleſiæ Cathedralis prædictæ civitatis, executioni mandatis. Quibus Litteris, neque illarum executioni infra terminum in eiſdem Litteris citatorialibus & executione citatis præfixum, nemo ſeſe oppoſuit, ſeu cauſas oppoſitionis allegavit, neque opponi, aut allegari curavit: ad prænominatorum ſupplicantium ac impetrantium inſtantiam, ſic citatos & non comparentes ab oppoſitionibus & exceptionibus ſuis ſeclusimus, & Decretum noſtrum, ſuper præpetitis ſuppreſſione, extinctione, unione, & applicatione interpoſuimus, & octo Canonicatus & Præbendas Auctoritate antedictâ Decretorum Concilii Tridentini Nobis datâ, & noſtrâ Ordinariâ ſuppreſſimus, & extinximus, univimus, & applicavimus; prout illos præſenti noſtro Decreto & ſententiâ ſupprimimus, extinguimus, unimus, & univerſos illorum fructus & emolumenta diſtributionibus quotidianis Decanatûs, trium Paſtoratuum & duodecim Canonicatuum ac Præbendarum Eccleſiæ Collegiatæ S. Salvatoris prædictæ applicamus; idque tamen abſque diminutione Divini cultûs, & Officii, ad quod illi octo Canonicatus & Præbendæ antea tenebantur, & ſine illorum, qui illos pro tempore poſſident, præjudicio. Sic declarantes, & diffinientes in his ſcriptis.

DATUM & actum Brugis ſub ſigillo noſtro,
ac Secretarii noſtri ſubſcriptione, anno Domini
milleſimo ſexcenteſimo, die Menſis Januarii de- 1600
cimâ tertiâ.

BRugenſe S. Salvatoris Templum ab ipſo S. Eligio fertur conſecratum, ac primum in Flandria ſolemni cultu erectum aſſerit Oudegherſtus. Annalium capite 2. Eccleſiam hanc Parochialem *Petrus Kuick* Tornacenſis Epiſcopus anno 1510. Collegiatam fecit, ibique viginti Canonicos inſtituit, mutatis nominibus Rectoris in Decanum & Capellanorum in Canonicos.

Sed cum temporum ſucceſſu proventus nimium forent extenuati, Matthias Lambrecht, tertius Brugenſium Epiſcopus Præbendas ad numerum duodenarium anno 1600. hoc Diplomate reduxit.

Hiſce Canonicis accenſentur tres Paſtores. S. Salvatoris, S. Walburgis, & S. Jacobi. Decanatum confert Princeps Patriæ: Præbendas conferunt Epiſcopus Brugenſis (olim Tornacenſis) per vices, excepto quod duæ Præbendæ, eæque maiores, affectatæ iis qui alternis hebdomadibus cantant Sacrum Chori, conferantur à ſolo Epiſcopo.

CAPUT CLXVII.

Capitulum Canonicorum S. Pharaïldis Gandavi transfertur in Parochialem Eccleſiam S. Nicolai ibidem, anno 1618.

* vide ſupra pag. 1076.

Ex Archivis Capit. S. Pharaildis.

FRANCISCUS VANDER BURCHT, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Gandavenſis, univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

UT Eccleſiarum in Diœceſi noſtra conſiſtentium, & Perſonarum in eiſdem ſervientium ſtatus ſalubriter dirigi, ſervarique poſſit honeſtiùs, noſtri libenter favoris impertimur præſidium; potiſſimùm, cum temporum id requirat neceſſitas, cauſæque perſuadeant rationabiles, & Divini Cultûs augmentum ſalubriter id expoſcat.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper per Reverendos ac Venerabiles Viros Præpoſitum, Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ Divæ Pharaïldis hujus Civitatis Gandavenſis petitio continebat, quod aliàs Libello ſupplice Sereniſſimis Noſtris Principibus, tamquam Patronis antedictæ Eccleſiæ Collegiatæ, porrecto, ob graves & prægnantes cauſas ibi latiùs expreſſas, petiiſſent ſibi licentiam concedi, ſe, & Collegium ſuum, cum omnibus Suppoſitis, Membris & Fundationibus transferendi ad Eccleſiam Parochialem Divi Nicolai in præfata Civitate, locum maximè opportunum, ad Officium Divinum decentiùs peragendum, Horaſque diurnas ac nocturnas decantandum; atque Illuſtriſſimæ Celſitudines per Patentes ſuas Literas deſuper expeditas (prout eadem petitio ſubjungebat) ejuſmodi Tranſlationi & Unioni annuiſſent, & ut eadem per Nos fieret, & perficeretur, conſenſiſſent; quarum Literarum tenor ſequitur, & eſt talis.

ALBERT & ISABELLE CLARA EUGENIA, *Infante d'Eſpagne, par la Grace de Dieu, Archiduc d'Auſtriche, Duc de Bourgoigne, de Lothier, de Brabant, de Limburgh, de Luxemburgh, & de Geldres, Comte de Habsburgh, de Flandres, d'Artois, de Bourgoigne, de Thirol, Palatins & de Haynaut, d'Hollande, de Zelande, de Namur, & de Zutphen, Marquis du S. Empire de Rome, Sr. & Dame de Friſes, de Salins, de Malines, de Cité, Villes, & Pays d'Utrecht, Overyſſel, & de Groeninghe. A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut.*

Sçavoir faiſons, Nous avoir reçeu l'humble Supplication & Requeſte des Venerables Nos Chers & Bien-aymez les Prevoſt, Doyen & Chapitre de la Collegiale Eſgliſe de S. Pharaïlde en noſtre Ville de Gand, Fondation tres ancienne & Chapelle propre des Comtes de Flandres, Nos Predeceſſeurs: contenante, comme par les Hereticques leur Eſgliſe at eſté totalement ruinée & demolie, & touts ſes revenuz par pluſieurs inondations de Mer, en temps divers tellement diminuées, qu'il ny a apparence aucune de la pouvoir rebaſtir par les moyens d'icelle de forme

 &

& capacité convenables, n'ayant auſſi nombre competant de Paroiſſiens, deſquels ſe pourroit eſperer aucun ſecours, comme eſtant ſeulement ſoubs la Parroiſſe, environ ſoixante maiſons, leſquels la plus part ne ſont que des petites caſes.

A l'occaſion dequoy elle n'eſt comptée entre les autres Parroiſſes en touts Actes & Aſſemblées de Ville. Ce qu'eſtant conſideré par feu de bonne memoire le Duc de Parme, en ſon temps Lieutenant & Gouverneur du Pays-bas, avoit par proviſion tranſporté le dict College, en la plus prochaine Eſgliſe Parochiale de S. Nicolas, pour y faire le Service de leur Fondation.

Toutefois à cauſe de quelques differents entrevenus au traicté de l'Union perpetuelle deſdites deux Eſgliſes, entre le Chapitre de ladite Eſgliſe d'une part, & l'Abbé de S. Pierre lez Gand, comme Patron de ladite Parochiale, avec le Paſteur, Marglisenrs, & Notables d'icelle d'autre part, auroit ledit Chapitre par fulminations de Rome, à l'inſtance dudit Abbé, Predeceſſeur du moderne, eſté contraint vuider la meſme Parochiale, & s'accommoder au moins mal, qu'ils ont peu ſelon leur petits moyens ſu leur fond ancien, y ayant baſty quelque petit miſerable Cheur-bas, & nullement ſuffiſant pour y faire le Service Divin, ſelon leur Fondation, & Ceremonies requiſes: ſoubs confidence qu'avecq le temps autrement y ſeroit pourveu, par l'incorporation de ladite Parochiale, ou quelque autre Eſgliſe.

Mais comme maintenant leſdicts Partyes ſont d'accord des differents ſuſdits, les Remonſtrans Nous ont tres-humblement ſupplié & requis, qu'il Nous pleut preſter noſtre conſentement à la Tranſlation ſuſdite & Union perpetuelle deſdites deux Eſgliſes. Afin, que par ce moyen l'ambe-deux joincts, le Service Divin ſe puiſſe faire plus ſolemnellement, & enſemble avec devotion plus grande, & à la tres grande edification du Peuple, & decoration de ladite Ville de Gand, avecq avantage ſignalé de la dite Fondation de Nos tres Illuſtres Anceſtres, & à l'exaltation de l'honneur de Dieu, en leur faiſant ſur ce depeſcher Nos Lettres Patentes en tel cas requiſes.

Pour ce eſt-il, que Nous, les choſes ſuſdites conſideré, & ſur tout veu l'advis & beſoigne du tres Reverend Pere en Dieu noſtre Cher & Feal l'Eveſque de Gand, par ſa Lettre du quatorzieſme de ce mois à Nous envoyé, à la participation preallable de nos Aymez & Feaux les Preſident, & Gens de noſtre Conſeil en Flandres Provincial, enſemble des Nos Fiſcaux illecq, inclinans favorablement à la Supplication & Requeſte deſdits Prevoſt, Doyen & Chapitre de S. Pharaïlde *Suppliants; avons de noſtre certaine ſcience, plaine puiſſance & auctorité abſolue, accordé & conſenti, accordons & conſentons de Grace ſpeciale, par ces preſentes, que ladite Union de l'Egliſe de* S. Pharaïlde, *avecq celle de* S. Nicolas, *ſe face ſoubs reſervation de noſtre Droict de Patronaige, comme auparavant icelle Union, à condition, que l'Egliſe y edifiée depuis l'an quinze cent quatre vingt ſix, y demeurera pour Chapelle, & en la meſme forme, & avecq le retranchement du Quartier, où ſont maintenant les Autels de Noſtre Dame, & de la Saincte Croix, qui ſe pourra derechef convertir en Maiſons, ſelon que porte l'advis dudit Sr. Eveſque, pour en icelle Chapelle eſtre celebré une Meſſe à chacun jour de l'an aux onze heures devant midy. A quel effect, & pour les ornements à ce neceſſaires, enſemble l'entretienement de ladite Chapelle, & pour icelle, ceux de la Fabricque recevront annuellement hors le Revenu & Louages des Maiſons y erigées en l'an mil cincq cent quatre vingt deux (qui demeureront à ceux dudit Chapitre de* Sainct Pharaïlde) *la ſomme de deux cent florins, dont ils rendront compte pardevant ledit Eveſque, & un de nos Conſeillers Fiſcaux de Flandres; à l'intervention du Deputé dudit Chapitre.*

Et ſy lors ſe treuve leſdits deux cent florins n'eſtre à ce ſuffiſants, ſeront iceux à ce fins lors ſupplez de telle ſomme, que ſera tauxée par ledit Eveſque; remettant au ſurplus à iceluy l'examination du Concordat faict entre les Abbé & Religieux de S. Pierre, & leſdits du Chapitre, & y donner tels Reglements en tant, que touche les faicts des Proceſſions, que luy ſemblera decent & convenable.

Cy donnant en mandement à noz tres Chers & Feaux les Chef-Preſident, & Gens de noſtre Privé & Grand Conſaulx, Preſident & Gens de noſtre Conſeil Provincial en Flandres, & touts autres nos Juſticiers, Officiers, & Subjects, que ce regardera, que de noſtre ſuſdit conſentement & accord d'Union d'Egliſes en la forme & maniere, & ſoubs les conditions, que dict eſt, ils facent, ſouffrent, & laiſſent leſdits Suppliants plainement & perpetuellement jouyr & uſer, ſans leur faire mettre ou donner, ny ſouffrir eſtre faict, ny donné, ores, ny au temps advenir, aucun detourbe, ou empeſchement au contraire. Car ainſi Nous plaiſt-il. En teſmoignage de ce, Nous avons faict mettre noſtre Grand Seel à ces ſuſdits preſentes. Donnée à noſtre Ville de Bruxelles le vingtieſme jour du Mois de Juin, l'An de Grace mil ſix cent & quatorze. Subſignatum G.V. Signatum in Plica, *Par les Archiducqs en leur Conſeil*, & inferiùs, De Berti. 1614

Quare per prædictos Reverendos atque Venerabiles Viros Præpoſitum, Decanum & Capitulum ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi ſuper præmiſſis providere vellemus & dignaremur.

Nos itaque prævià diligenti informatione, evocatis ad hoc iis, qui intereſſe aliquod prætenderent, aut aliquo modo prætendere poſſent, ipſiſque ad longum auditis, ac eorum rationibus, dictis, & oppoſitionibus ponderatis, & diligenter examinatis, captâ etiam loci oculari inſpectione, reperientes omnia & ſingula per dictos Præpoſitum Decanum & Capitulum expoſita veritate fulciri, ac præfatam Unionem & Tranſlationem utriquæ Eccleſiæ utilem futuram, Divinumque Officium ad Omnipotentis Dei gloriam, & populi majorem devotionem, ambarum Eccleſiarum conjunctis redditibus, ſolemniùs poſſe peragi; atque ideo etiam volentes in hujuſmodi pio & utili negotio ulteriùs procedere, examinavimus privatim Concordatum initum inter Reverendum admodum Dominum Abbatem & Conventum exempti Monaſterii S. Petri in Monte Blandinio, juxta Civitatem Gandavenſem, Patronos ſupradictæ Eccleſiæ Parochialis

chialis *D. Nicolai* ex una, & præfatos Reverendos ac Venerabiles Dominos Præpoſitum, Decanum & Capitulum prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ *S. Pharaïldis* ex altera partibus, ſecundùm auctoritatem per præinſertas Litteras Patentes Sereniſſimorum Noſtrorum Principum Nobis conceſſam, atque eâdem auctoritate præmentionatum Concordatum moderati ſumus ac reformavimus, illudque ita reformatum confirmavimus, & perpetuò invinlabiliter obſervari, Literaſque exinde partis utriuſque ſigillis munitas expediri mandavimus, ſub forma ſequenti:

Cornelius *Columbanus Franckx* S. T. L. Abbas, *Joachymus Arſenius à Schaick* Coadjutor, *Victor Pours* Prior, & Eleëmoſynarius, & ſimul Conventus Monaſterii S. Petri juxta Gandavum, exempti & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti, *Leo de Meyere* J. U. L. Protonotarius Apoſtolicus, Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Pharaïldis, *Philippus Jaddart* S. T. L. Decanus, ac cæterum ejuſdem Eccleſiæ Capitulum, omnibus præſenres inſpecturis notum facimus, quod cum præfata Eccleſia *S. Pharaïldis* per præteritas turbas, Hæreticorum furore penitûs fuerit everſa, & omnibus ſuis ornamentis, jocalibus, veſtibus ſacris, reliquâque Sacrorum ſupellectile deſpoliata, ideoque per multa annorum curricula, de piorum Presbyterorum ac prudentûm Virorum conſilio, ad augmentum cultûs divini, decus & ſubſidium dictæ Collegiatæ, ornamentumque Civitatis Gandavenſis, ad populi ædificationem utilitatemque, ſæpiùs inter Nos, Prædeceſſoreſque noſtros agitatum fuerit, de transfereuda præfata Collegiata Eccleſia *S. Pharaïldis* in vicinam Parochialem *S. Nicolai* (quæ ſub Patronatu dicti Monaſterii conſtituta eſt) Parochiaque utriuſque iſtius Eccleſiæ in perpetuum unienda: tandem nos conveniſſe mediantibus conditionibus infra ſcriptis, ſub beneplacito Sereniſſimi Principis noſtri Comitis Flandriæ, cujus eadem Collegiata Eccleſia ſpecialis Capella exiſtit.

Inprimis quod utrimque conſenſerimus, ſicut tenore præſentium nos declaramus conſentire, in translationem dictæ Collegiatæ Eccleſiæ ad Parochialem *D. Nicolai*, & utriuſque Parochiæ perpetuam unionem; ita ut ratione hujus tranſlationis & unionis titulus tutelaris utriuſque Eccleſiæ ſimul retineatur, ac proindè utraque Eccleſia ſic unita vocetur in omnibus Actis publicis privatiſque: *Eccleſia Collegiata S. Pharaïldis ad D. Nicolaum.*

Utque novum fiat ſigillum Capitulare cum tali inſcriptione: Antiquo Capituli ſigillo per has turbas deperdito. Quodque tabernaculum recenter ſuper ſummum altare cum imagine *S. Nicolai* poſitum perpetuis futuris temporibus ibi permanebit, nec ſub ullo prætextu amovebitur: & utriuſque Patroni fiat commemoratio in Officiis Divinis ſecundùm Ordinem Breviarii Romani, ac conſequenter eadem Eccleſia gaudebit Privilegio ſpecialis Capellæ Comitum Flandriæ, eritque Parochia Aulicorum, ubicumque in hac Civitate commorantium, ac diſcedentium, & ſignanter magni ejuſdem Ballivi, tamquam ibidem Comitis Flandriæ Vicarii, unà cum duobus clientibus juxta morem antiquum, frueturque cæteris ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ præeminentiis & inſignibus.

Atque Capituli expenſis unietur in perpetuum Paſtoratui *D. Nicolai* Præbenda, quam nunc obtinet antedictus Decanus. Salvum tamen manebit D. Abbati ſuiſque Succeſſoribus jus præſentandi ad eumdem Paſtoratum, cum Præbenda eidem annectenda; ita quod Præpoſitus *S. Pharaïldis* tenebitur abſque ulla contradictione concedere Litteras Collationis, quoad Jura Canonicalia illi, qui, vacatione occurente ab Abbate ad eumdem Paſtoratum cum Præbenda annexa pro tempore præſentabitur. Quod verò attinet ad Paſtoralia, accipietur inſtitutio ab Epiſcopo modo conſueto.

Verum-tamen pro aliquali compenſatione juris liberè conferendi præmiſſam Præbendam uniendam, quod Præpoſitus *S. Pharaïldis* per hanc unionem amittit, Abbas D. Petri cedet eidem Præpoſito omne jus diſponendi, quod habet de certa Capellania dictæ Parochialis Eccleſiæ, quam obtinet, aut nuper obtinuit, ſeu prætendit Dominus *Dionyſius Blommaert*, quæ Seminario prætenditur eſſe incorporata; ita ut Præpoſitus *S. Pharaïldis* abſque ullo ulteriori conſenſu Abbatis D. Petri de jure perpetuo ac bonis dictæ Capellaniæ cum adminiſtratoribus Seminarii poterit agere & tranſigere; prout ipſi pro majori cultûs Divini augmento videbitur expedire.

Cæteræ verò omnes Capellaniæ dictæ Parochialis Eccleſiæ ſupprimentur, earumque proventus redigentur in unam maſſam, per communem Receptorem recipiendam, ne fructus pereant. E quibus proventibus conſtituentur aliqua nova corpora Capellaniarum, quæ applicabuntur quibuſdam Capellaniis, ſeu titulis Capellaniarum de gremio Chori *S. Pharaïldis*, ut poſſeſſores poſſint obligari ad reſidentiam & frequentationem Chori, ac conſequenter gaudere Privilegiis & obventionibus; ſignanter emolumentis penoris, aliiſque juribus ad prædictas Capellanias *S. Pharaïldis* nunc ſpectantibus. Quarum Capellaniarum ſic ſuppreſſarum & unitarum præſentatio manebit penes Abbatem, tenebiturque Capitulum ab illo præſentatos inſtituere.

Insuper unica tantum erit Cuſtodia, cujus diſpoſitio, more ſolito, ad Abbatem permanebit. Porrò in adventu novi Comitis Flandriæ, ad præſtandum ibidem juramentum conſuetum, nec non in benedictione novi Abbatis, atque in tribus diebus Rogationum, Capitulum *S. Pharaïldis* veniet Collegialiter ad Templum ejuſdem Monaſterii, & Abbatem cum ſuo Conventu proceſſionaliter comitabuntur, quò Proceſſio ducenda fuerit, ibidemque ſtationem tenebunt, incedendo ad latus ſiniſtrum.

Attamen mercenarii pueri, Chorales, & ſimiles miniſtri inferiores Eccleſiæ *S. Pharaïldis*, non Sacerdotes, incedent binis ordinibus ante Religioſos D. Petri, & Clerum S. Pharaïldis, ſed in Choris Templorum, ubi habebitur ſtatio (ut commodiùs ibidem per Religioſos cantetur Officium Divinum) relinquentur Abbati & Religioſis Sedilia hinc indè libera à principali Chori introitu, pro more conſueto. Præpoſitus autem &

& Decanus *S. Pharaïldis* occupabunt prima ſedilia in frontiſpicio utriuſque lateris, à parte altaris proximiori, quos ordine ſuo ſequentur Canonici, præſentibus etiam D. Bavonis, ſi Officium Sacrificii Miſſæ in Eccleſia *D. Nicolai* contingeret fieri in Proceſſionibus Generalibus, præſente Epiſcopo. Capellani, cæterique poterunt ſedere in inferioribus ſubſelliis.

Ad aliàs verò Proceſſiones, neque dictum Capitulum, neque Paſtor, qui de gremio illius jam eſt, deinceps venire tenebitur.

Præterea retinebit Abbas ſolitam medietatem oblationum in templo *D. Nicolai*, à quibuſcumque præſentandam. Capitulum autem retinebit ſimiliter antiquum ſuum Jus Patronatûs & oblationum inter limites antiquos *S. Pharaïldis*: ſed celebraturi primitias in templo *S. Nicolai* poterunt recipere oblata ſub Offertorio Miſſæ, cum ſcitu ſupremi Cuſtodis Monaſterii S. Petri, mediante recompenſâ decem ſtupherorum in redemptionem medietatis oblationum Conventui competentis.

Item Domini de Capitulo tenebuntur ſingulis annis in Feſto Sanctorum Petri & Pauli ſub ſumma Miſſa in Templo Monaſterii offerre per ſuos cereum unius libræ, cum nummo argenteo, in recognitionem Beneficii per hanc tranſlationem accepti, & Patronatûs *S. Nicolai*, à quo tamen Patronatu Domini de Capitulo, exiſtentes ſub immediato Patronatu Principis ſui Comitis Flandriæ, cum ſuis manebunt exempti.

Manebit quoque dicto Monaſterio ſalvum & integrum jus redemptionum, ei ab antiquo competens ſuper Incolis Parochiæ *Divi Nicolai*, in poſterum etiam ſupra Incolis diſtrictûs S. Pharaïldis de novo Parochiæ Divi Nicolai aggregandis: ſed retinebit Capitulum ſolita jura redemptionis, & ſimilia, ſuper propriis eorum ſubditis Choro inſervientibus, nec non Aulicis ſeu Domeſticis Comitis Flandriæ, & ſpecialiter ſuper magno Baillivo hujus Civitatis, tamquam Comitis vicem gerente, & duobus illius Clientibus in eadem Civitate ubilibet commorantibus, & morientibus, prout ab antiquo. Suppoſiti quoque Capituli Sæculares, ſeu omnes inſervientes Choro Eccleſiæ ſepelientur in dicta Parochiali, ſine ſcitu ſupremi Cuſtodis S. Petri. Paſtor quoque ejuſdem Parochialis, tamquam Vicarius Abbatis, celebrabit totum Officium, die Dedicationis & Feſto *S. Nicolai*. Magiſtri etiam Fabricæ, & Menſæ Sancti Spiritûs, per eumdem Paſtorem in qualitate ſupradicta creabuntur, de conſilio Notabilium Parochiæ, more conſueto.

Quibus omnibus & ſingulis conditionibus promittimus pro Nobis & Succeſſoribus noſtris in perpetuum bonâ fide inviolabiter ſtare.

In quorum fidem præſentes Litteras duplices inde fieri, & ſigillorum Domini *Cornelii Columbani* Abbatis & ſui Conventûs, atque ſigillorum Domini *Leonis* Præpoſiti ac ſui Capituli fecimus communiri.

Datum Gandavi anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto, menſis Martii die decimâ tertiâ. 1614.

CAPUT CLXVIII.

Urbanus VIII. *Pontifex confirmat Declarationes Sacræ Congregationis; quibus Eccleſiæ Cathedralis Atrebatenſis Privilegia & Exemptiones à juriſdictione Ordinarii caſſata & annullata fuerunt, anno* 1623.

Ex MS. Archivis Eccl. Cathedr. Gandav.

URbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem in Beati Petri Principis Apoſtolorum Sede à Domino conſtitutum, ut ea quæ per S. R. E. Cardinales in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis vocatos, pro ſedandis litibus & controverſiis inter perſonas Eccleſiaſticas vertentibus, maturè & conſultè declarata & firmata ſunt, ſuum ſortiantur effectum, opportunè providere, & alias Paſtoralis Officii ſui partes deſuper favorabiliter interponere, prout rerum, temporum & perſonarum qualitatibus debitè penſatis concipit ſalubriter in Domino expedire.

Cum itaque, ſicut accepimus, in cauſa ſeu controverſia, aut quæſtionis materia, de & ſuper juriſdictione, inter Venerabilem Fratrem Hermannum Epiſcopum Atrebatenſem ex una, ac dilectos Filios Capitulum & Canonicos Eccleſiæ Atrebatenſis ex altera partibus vertente, & tunc Sedis Apoſtolicæ in Belgicis ditionibus commoranti Nuntio commiſſa, per illum verò ad dictam Sedem, & ab ea ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales Sacri Concilii Tridentini Interpretes remiſſa, ſuper ejuſdem cauſæ ſeu controverſiæ ſtatu, & meritis infraſcriptis ab iiſdem Cardinalibus emanarint Declarationes ſeu Decreta tenoris ſequentis, videlicet:

Cum annis ſuperioribus Hermannus Ortembergus Epiſcopus Atrebatenſis juriſdictionem ſibi à Sacris Canonibus & Tridentini Concilii Decretis attributam, & quam felicis recordationis Paulus Papa IV. in Litteris Erectionis Eccleſiarum Metropolitanarum & Cathedralium Belgii, inſtante glorioſæ memoriæ Philippo II. Rege Catholico anno M. D. LIX. expeditis, in Civitates, Diœceſes, Cleros & populos ejuſdem Belgii ſuis ipſorum qui pro tempore fuerint Epiſcopis competere declaravit, exercere vellet in duos Beneficiatos ſuæ Cathedralis Eccle-

Eccleſiæ, occaſione incæſtus, nec non ſacrilegii, ſeu forſan alterius incontinentiæ criminis ab eis, uti prætendebatur, patrati, Capitulum & Canonici ſe oppoſuerunt, aſſerentes ſe unà cum Eccleſia Cathedrali, ejuſque Beneficiatos, Miniſtros, ſeu habitum ejuſdem Eccleſiæ deferentes, eſſe exemptos ab omnimoda Epiſcopi juriſdictione; præcipuè in vim cujuſdam præ-
1439. tenſæ Concordiæ anno M. CCCC. XXXIX. à Fortigario tunc Atrebatenſi Epiſcopo initæ, & paulò poſt à felicis recordationis Eugenio Papa IV. confirmatæ, cum inſertione totius tenoris in Litteris Confirmationis, atque ab immemorabili tempore obſervatæ. Quam quidem aſſertam Concordiam prætendebant non eſſe ſublatam Decretis Concilii; tum propter duplex vinculum, tum quia Concilium non ſuſtulit niſi exemptiones eorum, qui ſubſunt immediatè Sedi Apoſtolicæ, non autem Capituli Atrebatenſis, quod prætendit ſe immediatè fuiſſe ſubjectum primùm Archiepiſcopo Rhemenſi, ac deinde Cameracenſi, qui in illius locum fuit ſubrogatus; & propterea dicebant præſentem Epiſcopum, qui juravit ſe obſervaturum jura, conſuetudines, Privilegia ac libertates Eccleſiæ, non eſſe audiendum contra proprium juramentum, ſed eum debere ſtare ſententiæ ſeu Decreto, quod Arreſtum Parlamenti Pariſienſis vocant, ſuper executione ejuſdem Concordiæ in partibus lato.

Cùm verò ejuſmodi cauſa Nuntio Apoſtolico commiſſa fuiſſet, idem Nuntius accedente etiam conſenſu inclytæ memoriæ Archiducis Alberti Belgarum Principis, Sanctiſſimum D. N. duxit conſulendum, cum ageretur de re ad interpretationem Sacri Concilii Tridentini pertinente. Cujus quidem Concilii interpretatio & declaratio à ſola Sede Apoſtolica, ſeu ab Illuſtriſſ. Cardinalibus ejuſdem Concilii Interpretibus, & non ab aliis peti aut obtineri poteſt. Et cum Sanctitas ſua hujuſmodi Controverſiæ declarationem ad Sacram Congregationem eorumdem Cardinalium remiſiſſet, ac deinde Canonicorum ac Capituli Agens ſæpius apud eandem Sacram Congregationem pro ejuſmodi interpretatione & declaratione obtinenda auditus fuiſſet, tandem re ſæpius ac diligenter diſcuſſâ, emanavit infraſcriptum dubium, pro cujus declaratione nunc agitur, videlicet:

Positis Scripturis ac juribus utrimque exhibitis: An aſſerta Concordia ſeu conceſſio Fortigarii olim Epiſcopi Atrebatenſis ab Eugenio IV. confirmata, fuerit à Concilio ex Decretis cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. ſublata nec ne?

1623. Die XVIII. Februarii M.DC.XXIII. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, re accurato ſtudio diſcuſſâ, declaravit fuiſſe ſublatam Robertus Cardinalis Ubaldinus. Cum die XVIII. Februarii proximè præteriti, audito Capituli Atrebatenſis Agente, actum fuiſſet in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum pro declaratione, an aſſerta Concordia ſeu conceſſio Fortigarii olim Epiſcopi Atrebatenſis ab Eugenio IV. confirmata, quâ Capitulum & Canonici, Beneficiati, Miniſtri ac aliæ Eccleſiæ Cathedralis Perſonæ eximebantur ab omnimoda Epiſcopi juriſdictione, fuiſſet ejuſdem Concilii Decretis cap. 4. ſeſſ. 6. & cap. 6. ſeſſ. 25. ſublata, eadem Sacra Congregatio cenſuit fuiſſe ſublatam: advertit enim inter cetera, ejuſmodi conceſſionem, ſingulis ejus partibus diligenter perpenſis, non fuiſſe veram Concordiam præſervatam à Concilio, quemadmodum Capitulum contendebat, ſed nudum Privilegium illius Epiſcopi, ſeu pactum gratuitum, quod Concilium non præſervavit, imò expreſsè ſuſtulit dictis cap. 4. ſeſſ. 6.

Et nihilominus quatenus fuiſſet vera Concordia, advertit tamen Sacra Congregatio illam non fuiſſe ab Eugenio IV. confirmatam ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione verè & non fictè, quemadmodum copulativè requiritur, ad hoc ut cenſeatur præſervata à Concilio, neque in ipſa ſupplicatione, cujus vigore Litteræ Confirmationis expeditæ fuerunt, inſertum fuiſſe verè totum tenorem ipſius prætenſæ Concordiæ; eamque coadjuvari haud poſſe ſententiâ ſeu Decreto ſuper illius executione in partibus lato, & à Capituli Agente producto, neque ei ſuffragari immemorabilem obſervantiam, quatenus etiam de ea conſtaret, aut prætenſam immediatam ſubjectionem Archiepiſcopo Cameracenſi vel alteri Archiepiſcopo aut Epiſcopo, cum his omnibus fuerit per Concilium ampliſſimè derogatum.

Nunc verò dubium quoddam circa interpretationem & obſervantiam ejuſdem declarationis emergit, quod licet ſit veluti pars & ſequela declarationis prædictæ, & ſatis per ſe clarum videatur, præſertim ſtantibus Litteris felicis recordationis Pauli quarti ſuper Erectione novorum Epiſcopatuum Belgii, inſtante glorioſæ memoriæ Philippo ſecundo Rege Catholico, anno 1559. expeditis, in quibus Civitates, Diœceſes, Cleri & populi ipſius Belgii quoad Ordinariam Epiſcopalem Juriſdictionem & poteſtatem attinet, ſuis ipſorum, qui pro tempore fuerint, Epiſcopis ſubjecti eſſe decernuntur; Statutis, Ordinationibus, conſuetudinibus, ac Privilegiis quibuſcumque non obſtantibus; tamen ad contentiones evitandas ſupplicatur Sacræ Congregationi, ut dignetur hujuſmodi dubium ad interpretationem ipſius Concilii pertinens ſpecialiter declarare, videlicet: An Epiſcopus Atrebatenſis ſuam Cathedralem Eccleſiam, ejuſque Capitulum ac perſonas viſitare poſſit ad præſcriptum dicti Cap. 4. Seſſ. 6. & extra viſitationem Capitularium cauſas criminales cum adjunctis; aliorum verò, qui nec Dignitates obtinent, nec ſunt de Capitulo, per ſe ipſum cognoſcere valeat ex Decreto dicti Cap. 6. Seſſ. 25. aſſertâ Concordiâ, exemptionibus, Privilegiis, ſententiis & præſcriptione vel conſuetudine etiam immemorabili contrariâ non obſtantibus, & an in præmiſſis obſtet Epiſcopo Juramentum de obſervandis juribus, conſuetudinibus, Privilegiis ac libertatibus Eccleſiæ Declaratio
ſuæ præſtitum? Die 27. Maii 1623. Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum declaravit, Epiſcopum Atrebatenſem

poſſe Eccleſiam ſuam Cathedralem ejuſque Capitulum ac perſonas viſitare, & extra viſitationem Cauſas criminales Capitularium unà cum adjunctis, aliorum verò qui nec Dignitates obtinent, nec ſunt de Capitulo, per ſe ipſum cognoſcere ac diffinire; non obſtante aſſertâ Concordiâ, Privilegiis, exemptionibus, ſententiis & præſcriptionibus vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, eidemque Epiſcopo, quò minus prædicta exequi poſſit minimè obſtare juramentum, ut proponitur, præſtitum de obſervandis juribus, conſuetudinibus, Privilegiis atque libertatibus Eccleſiæ ſuæ. Robertus Cardinalis Ubaldinus.

His tamen non acquieſcens Canonicorum & Capituli Agens ad eandem Sacram Congregationem recurſum habuit, petens ejuſmodi dubium, ejuſque declarationem revideri & denuò examinari, & proindè nonnulla jura & documenta, unà cum voto ſeu allegationibus Doctorum Lovanienſium & Duacenſium Univerſitatum exhibuit; quibus tamen objectionibus cum fuerit abundè ſatisfactum, ſupplicatur declarari an ſtandum ſit in Declaratione ſeu deciſione die 18. Februarii proximè prætetiti edita, nec ne?

Die primâ Julii 1623. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum perſtitit in deciſis.

Nos inviolabili Declarationum ſeu Decretorum eorumdem obſervationi, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, motu proprio, non ad dicti Hermanni Epiſcopi vel alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Declarationes ſeu Decreta præfata cum omnibus & ſingulis in eis contentis Apoſtolicâ Auctoritate tenore præſentium perpetuò approbamus & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac eos & ſingulos tam juris quàm facti & quoſvis alios etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui in præmiſſis aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint aut interveniſſe dici vel cenſeri poſſint, ſupplemus.

Decernentes præſentes Litteras omniaque & ſingula in eis contenta ſemper ac perpetuò valida, firma & efficacia eſſe & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis quos illa concernunt inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus, Joanni Franciſco Patracenſi moderno & pro tempore exiſtenti noſtro & Sedis Apoſtolicæ in Belgicis ditionibus Nuncio, ac Mechlinienſi Archiepiſcopis, nec non Epiſcopo Tornacenſi per præſentes committimus & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes Litteras & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Hermanni moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Atrebatenſis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ illos præmiſſorum omnium & ſingulorum effectu pacificè frui & gaudere, eaſdemque præſentes Litteras & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat & pro tempore quomodolibet ſpectabit inviolabiliter obſervari; contradictores quoſvis & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi Prædeceſſoris noſtri de una & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Eccleſiæ Atrebatenſis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis; quibus omnibus & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annullo Piſcatoris, die tertiâ Novembris M. DC. XXIII. Pontificatûs noſtri anno primo.

Signatum: V. Theatinus.

CAPUT

CAPUT CLXIX.

* Vide ſupra pag. 481.

GASPAR NEMIUS VI. * *Antverpienſium Epiſcopus, anno* 1639. *diviſionem Plebaniæ Cathedralis Eccleſiæ ſuæ pro duobus Paſtoribus, jam ab anno* 1614. *factam à Prædeceſſore* JOANNE MALDERO, *confirmat, & latiùs explicat, adjectis Conditionibus.*

Ex MS. Archivii Capit. Antverp.

GASPAR Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Antverpienſis, omnibus haſviſuris ſalutem in Domino.

NOTUM facimus per præſentes, quod incongruum videatur, ut is, cui ex officio incumbit Cura animarum, eam minimè exerceat, & illius exercitium ſit penes ejus dumtaxat Subſtitutos; prout pridem in Eccleſia noſtra Cathedrali uſurpatum eſt, ubi Plebano Cura animarum injungi, &, quibuſdam dumtaxat caſibus exceptis, per Sub-Plebanos exerceri conſuevit.

CONVENIENS potiùs Nobis eſt viſum, de conſenſu Admodum RR. DD. de Capitulo Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, opportunè imposterum providere. Et ſicut de eorumdem aſſenſu Reverendiſſimus Dominus Joannes Malderus Prædeceſſor noſter die decimâ nonâ Decembris anno M. D. C. XIV. juxta Præſcriptum Concilii Trident. cap. 13. §. In iis, Seſſ. 24. Parochiam B. Mariæ Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, in qua per duos Paſtores Sacramenta & Paſtoralia indiſcriminatim adminiſtrabantur, in duas regiones diviſit, meridionalem & aquilonarem ſuis utrimque terminis circumſcriptas: ita etiam viſum eſt Nobis, ipſum Plebanatum dividere in meridionalem & aquilonarem, & utrique ſuam Parochiam ita tribuere, ut ad rationem Concilii Tridentini Seſſ. 25. cap. 16, ipſum exercitium Curæ animarum per ſe ipſos gerendum reaſſumant, ſine præjudicio tamen Decani & Capituli, itemque moderni Plebani, in diviſionem quidem hujuſmodi ſub certis ad vitam ſuam conditionibus conſentientis, ita ut vitâ illius durante in jure ſuo ipſe permaneat.

Quocirca de prædictorum DD. Decani & Capituli aſſenſu, in vim & conformitatem Concilii Tridentini facultatiſq; per illud, Sacros Canones, ſeu aliàs Nobis competentis, adminiſtrationem Curæ animarum, & Plebanatûs præfatæ Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, ejuſdem Capitulo ab initio incorporati, in duos Plebanatus ſecamus, meridionalem videlicet, & aquilonarem, & utrique ſuam regionem & Parochiam attribuimus.

Ita videlicet, ut ea habeatur ab utroq; ſecundùm limites, quibus ab eodem Reverendiſſimo Maldero fuit diſtincta, & habeant Plebani per Civitatem Antverpienſem, ſecundùm ductum ejuſdem lineæ & limitum, eam prærogativam diviſim, qualis hactenus uni Plebano fuit indiviſim.

Quare iidem Plebani exercitium Curæ animarum in Parochia B. Mariæ reaſſument, & uterque eas obibit functiones, quas reſpectivè ſubierunt hactenus Subplebani. Pro dote autem Plebanatuum diviſorum, aſſignandam decernimus & aſſignamus Canonicatum & Præbendam, quam ante hac poſſedit R. D. Chriſtianus Beuſecum, ex illius libera reſignatione vacantem, & eum in finem juxta tenorem Litterarum Apoſtolicarum diviſam; & ex nunc pro tunc, cum modernum Plebanum cedere vel diſcedere continget, exoneramus prædictam Præbendam, quam idem Plebanus nunc poſſidet, ab onere atque Officio Plebaniæ, illudque transferimus omni modo in ſupradictam Præbendam præfati Domini Beuſecum, ut ſupra ſectam, eidemque illud ex nunc prout ex tunc perpetuò diviſum obtinendum & exercendum per utrumque Plebanum reſpectivè in ſua regione; ita ut Præbenda, quam poſſidet D. Plebanus modernus, non alio ſpeciali onere tunc remaneat affecta; quam Lectioni Theologicæ annectimus, unimus, & incorporamus, ſub modo, forma, & conditionibus, à Capitulo, & Plebano moderno propoſitis, & à Nobis acceptatis.

Unio Præbendæ.

Erectio Præbendæ Theologalis.

COLLATIO utriuſque Plebanatûs, ſicut hactenus unius Plebanatûs, cum acceſſione dotali mediæ utriuſque Præbendæ, & Canonicatûs, ſpectabit ad Nos, & Succeſſures noſtros Epiſcopos, RR. Dominos Decanum & Capitulum, per concurſum ab iiſdem inſtituendum; in qua collatione etiam ſinguli Canonici Capitulares votum habebunt. 1.

IIDEM Plebani tamquam Canonici primo ſtatim anno gaudebunt fructibus, & diſtributionibus, nec habebunt annum currentiæ, & conſequenter nec annum gratiæ, quem ſinguli Canonici eo intuitu habent. 2.

SINGULI Plebani ſolvent tantùm media jura 3.
poſſeſſionis.

IN comitatu funerum habebunt portionem 4.
Paſtoralem prout hactenus, & ſinguli mediam Canonicalem; & ſi contingat illos abeſſe, accreſcet illorum portio cæteris Canonicis præſentibus.

IN vino honorario habebunt ſinguli medie- 5.
tatem tantùm, quando Proceſſionibus, & aliis Officiis quibus illud aſſignatur intererunt.

IN choro habebuntur præſentes, & ſinguli me- 6.
dias diſtributiones lucrabuntur, quando concionantur vel actu adminiſtrant Sacramenta, exceptis Matutinis, proceſſionibus, ſtationibus, anniverſariis, & fundationibus, quæ excludant facta, exceptâque omni diſtributione argenteâ:

QUANDO erunt ſecundùm Statuta in Tabula 7.
Collationis, uterque habebit mediam ſeptimanam;

nam; & ubi contigerit alterum non eſſe in Tabula, media Septimana vacans ſpectabit ad totum Capitulum.

8. In mioimis Capitularibus ſinguli habebunt mediam diſtributionem, & uterque tempore à Statutis ordinato ad Capitulum admittetur, in eoque, atque alibi locum obtinebit ex ordine temporis acceptæ poſſeſſionis; & hi futuri Canonici Plebani non erunt Capitulares, niſi poſt Canonicos modernos qui jam acceperunt poſſeſſionem.

9. In domibus Canonicalibus turnum non habebunt: ſed juxta noſtrum, Capituli, ac Magiſtratûs conſenſum nunc præſtitum, Domus quas nunc inhabitant Paſtores, perpetuò Plebanis manebunt affectæ, donec fortè fabrica aſſignaverit meliores, ſaltem aquilonari in ſua Parochia.

10. Uterque tenebitur habere ſubſidiarium Vice-Paſtorem, quem ipſis deſignabit Epiſcopus, Decanus & Capitulum: qui ſubſidiarii miniſtrabunt, & emolumenta ex adminiſtratione provenientia percipient, ſecundùm inſtructionem à Nobis, & Succeſſoribus noſtris, Decano, & Capitulo dandam. Atque inſuper ipſi Plebani honeſtum dabunt ſtipendium ſingulis ſuis ſubſidiariis, quale Nos, & Succeſſores noſtri, Decanus & Capitulum pro ratione temporis arbitrabimur, præſertim poſt extinctam penſionem ex dicta Præbenda dicto R. D. Beuſecum * debitam, quam ſinguli ei quotannis ſolvent pro medietate, ducentos ſcilicet ſinguli florenos, aut ex eorum Præbenda perſolvetur.

* Fr. S. T. D. & Prof. Lovani.

11. Peste infectis per ſuam reſpectivè partem miniſtrabunt per ſe aut per ſuos ſubſidiarios, niſi à Senatu, ſeu populo obtinuerint, ut ſumptu publico aliqui habeantur, qui illud onus obeant, ad totalem exonerationem Capituli, vel ex fructibus Præbendarum Plebanalium ſolvetur Deſervitori peſtiferorum competens ſalarium, qui fructus pro eodem ſemper manebunt obligati.

Capellaniæ autem quas nunc habent 12.
Paſtores, uniantur duobus parvis Canonicatibus, ſub conditionibus à Nobis, Decano & Capitulo conſtituendis, aut erigendis, ſub modo, forma, & oneribus poſtea explicandis; illaſque dimittent antequam ad poſſeſſionem admittantur.

Post ceſſum aut deceſſum moderni Domini 13.
Plebani, prædictus uterque poſſeſſor dictæ Præbendæ aſſumet nomen Plebani; interim autem utetur nomine conſueto Paſtoris.

Ex hac diviſione Plebanatûs ſeu nova con- 14.
ſtitutione non prætendent iidem futuri Plebani ad integram Præbendam; ſed contenti erunt pro omni dote medietate ſic diviſæ Præbendæ.

Capitulum nullos ſumptus feret hactenùs 15.
factos, aut faciendos Romæ, aut alibi, pro diviſione, unione, exceptione, aut confirmatione reſpectivè Plebanatûs, & Præbendæ Plebanatuum aut Præbendarum.

Quas omnes, & ſingulas conditiones in admiſſione ad poſſeſſionem tenebuntur futuri Plebani ſe obſervaturos jurare, uti & promittere ſe accepturos & obſervaturos omnia & ſingula quæ illis, per Nos, & Succeſſores, Decanum, & Capitulum obſervanda ordinabuntur.

Datum Antverpiæ die decimâ Menſis A-
prilis 1639. Signatum: Gaspar Epiſcopus Ant- 1639.
verpienſis.

CAPUT CLXX.

Jacobus Boonen IV. *Mechlinienſium Archiepiſcopus Patres Oratorii Domini* Jesu Christi, *è Congregatione Cardinalis* Berullii, *è Francia in Belgium evocat, atque ſtabilit, anno* 1631.

Ex MS. Archivis Oratorii.

JAcobus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Mechlinienſis, omnibus & ſingulis Presbyteris & Clericis Congregationis Oratorii D.N. Jesu Christi Domorum Lovanienſis & Mechlinienſis noſtræ Diœceſis, gratiam, benedictionem, & pacem in Christo Jesu, qui eſt Pax noſtra.

Cum jam pridem plurimi in hac noſtra Belgica, & peculiariter in hac noſtra Diœceſi ad pium aliquod Sacerdotum in Congregatione viventium Inſtitutum adſpirare præ ſe ferant, qui propriæ perfectioni Sacerdotali incumbendo, fervorem antiquæ pietatis in Clero renovare, ac velut ignem, quem Dominus miſit in terras, accendere pro viribus ſtuderent. Illud autem Inſtitutum à felicis memoriæ Eminentiſſimo Cardinale Petro de Berulle cœptum, & in Galliis, Burgundiâ, & aliis in locis longè latèque cum bono Chriſti odore jam propagatum, maximè noſtris deſideriis conveniens eſſe cerneremus: utpote cujus ſit proprium functiones Ordini Sacerdotali eſſentialiter convenientes & ſibi à Reverendiſſimis Hierarchis præſcriptas exercere, eiſdemque Reverendiſſimis in illarum exercitio obedire, & ad illorum nutum præſto eſſe, nec non & alios Sacerdotes in uſu ſcientiæ & in pietatis exercitiis inſtituere, atque omnem pro modulo ſuo operam Paſtoribus, aliiſque curam animarum habentibus impendere & opem ferre: ad præfatum Cardinalem, velut ad fontem, unde Congregationis ſpiritus illius manavit, recurrendum eſſe, cum bona eorum, ad quos ſpectar, venia duximus. Qui quidem noſtris benignè votis annuens Reverendum Admodum Patrem Bourgoing, unum è primis hujuſce ſpiritualis

lis ædificii vivis lapidibus, atque multis aliàs probatum, cum uno aut altero ſuæ Congregationis in has partes, rei hujuſce causâ deſtinavit. A quo, ſub noſtra auctoritate, prima Lovanii Oratorio fundamenta poſita, & poſtmodum Mechliniæ, & aliis in locis collocata fuerunt; adeo ut felicioris & amplioris indies progreſsûs major ſpes affulgeat.

Cum inſuper à Reverendo Patre Generali dictæ Congregationis in Gallia factâ poteſtate, tanquam primus ejuſdem Aſſiſtens & Viſitator Generalis ad univerſas Domos, non ſine fructu & renovatione animorum, idem Pater Bourgoing nuper miſſus fuerit; & poſtmodum habita fuerint ejuſdem Congregationis generalia Comitia, in quibus multa ad bonum illius regimen & ordinationem conſtituta fuerunt, ut hæ novellæ plantæ, in agro noſtro, Divinâ irrigante gratiâ, incrementum ad Chriſti Domini gloriam accipiant; & quatenus opportunum ſit, ad inſtar ejuſdem Gallicæ Congregationis dirigantur eodemque ſpiritu animatæ cohæreant, eidem Reverendo Patri Superiori Domorum Lovanienſis & Mechlinienſis noſtræ dictæ Diœceſis, eaſdem tam quoad ſpiritualia quàm temporalia, quoad perſonas & res noſtrâ Auctoritate viſitandi, & in viſitatione corrigendi aut immutandi, quæ correctione, aut immutatione indigere judicaverit, nec non ſtatuendi, & ordinandi quantum fieri poterit, conformiter Conſtitunibus dictæ Congregationis generalis in Gallia habitæ, aliaque monita, & ſtatuta pia, & Patriæ moribus convenientia dandi, omnia à Nobis poſtea videnda, approbanda, & confirmanda, facultatem concedimus: ac ſingulos & omnes dicti Oratorii in hac noſtra Diœceſi in Domino pluries exhortamur, ut in ejus honorem, qui fuit obediens uſque ad mortem, hanc viſitationem, debita cum animorum ſubmiſſione & devotione, humiliter obſervent.

Ita Deus & Pater Domini noſtri Jesu Christi benedicat Vos in omni Benedictione ſpirituali, & in cæleſtibus in Christo Jesu.

Datum Lovanii noſtræ Diœceſis, ſub manu & Sigillo noſtris, anno Domini milleſimo ſex- 1631
ageſimo trigeſimo primo, die vigeſimâ primâ Octobris.

Et erat ſignatum: Jacobus Archiepiſcopus Mechlinienſis.

Congregatio Oratorii Romæ inſtituta fuit per S. Philippum Nerium, Florentinum: approbata à Gregorio XIII. Pontifice anno 1575, & à Paulo V Pontifice confirmata anno 1612. Viros Sanctitate & doctrinâ celeberrimos produxit quàm plurimos, ſufficiat præ cæteris nominaſſe S. Philippum Nerium, & Cardinalem Cæſarem Baronium.

Domus hujus Congregationis in Belgio ſunt. Aſpricollenſis in Brabantia, à Sereniſſimis Belgarum Principibus Alberto & Iſabella fundata anno 1624. cultu Deiparæ Virginis celeberrima: item Cervienſis & Branienſis in Hannonia, quarum prior eodem B M V. cultu illuſtratur. Hujus Congregationis ſocii paſſim *Neriani* appellantur, neque habent mutuam ſocietatem Domuum. Conſtitutiones eorum edidit Miræus in *Codice Regularium*.

Altera Congregatio Oratorii Domini Jesu, ortum habuit in Gallia circa annum 1611. authore Petro de Berulle, primo ejus Præpoſito Generali, dein S R. E. Cardinale. Ac primam quidem familiam ſuæ Congregationis Berullius, adjunctis ſibi quinque ſodalibus, Pariſiis inſtituit; & alia deinde per totum Regnum Galliæ ſtabilita ſunt, probante idem Inſtitutum anno 1613. Paulo V Pontifice

Sed & poſtea in Belgicæ noſtræ Provinciis plurima Oratoria ſunt erecta, curantibus præſertim Sereniſſimâ Belgarum Principe Iſabellâ Clarâ Eugeniâ, Jacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi, & Franciſco Bourgoing, tertio ejuſdem Congregationis Præpoſito Generali.

Domus illius in Belgio noſtro ſunt ſequentes.

Lovanienſis; ubi Novitiatus & Studia Theologiæ atque Philoſophiæ exercentur.

Mechlinienſis; ubi Humaniora docentur, & cui Paſtoratus S. Joannis incorporatus eſt.

Bruxellenſis; unà cum annexis Paſtoratibus B. M. ad Fines-Terræ, B M V. in *Laken*, & pluribus Capellaniis in Eccleſia Collegiata S Gudulæ.

Oſtendana; annexum habens Paſtoratum Oppidi.

S. Nicolas in Waſia, unà cum Paſtoratu.

Temſecana, vulgò *Tempſt*, cum Paſtoratu, & Gymnaſio Litterarum Humaniorum.

Kevelarienſis. in Gelria, cultu Deiparæ Virginis celeberrima; cum Paſtoratu loci.

Antverpienſis Reſidentia.

Furnenſis, & *Rothnacenſis*, ubi Humaniora docentur.

Omnes hæ Domus Congregationis Oratorii Berulliani ſubſunt eidem Præpoſito Generali.

Præpoſiti Oratorii in Belgio.

1. Joannes Hoogqoarts Burgundus S T. D. primùm ex commiſſione Archiepiſcopi Boonen ſine Aſſiſtentibus geſſit Præpoſituram; deinde conformiter ad Conſtitutiones cum Aſſiſtentibus per 21. annos; obiit Bruxellis 26 Martii 1656.

2. Judocus vander Linden Bruxellenſis S. T. L Eccleſiæ Metropolitanæ S Rumoldi Mechliniæ Canonicus Graduatus: obiit Mechliniæ 1684.

3. Gerardus Cremers Daventrienſis, obiit Bruxellis anno 1707.

4 Joannes Martinus de Hont Winocibergenſis. S T. L obiit Bruxellis 19 Auguſti 1707.

5. Ægidius Smet Thamiſienſis, Paſtor in Patria, ibidem obiit anno 1719

6. Petrus de Swart ex Haeſdonck, Præpoſitus electus anno 1716.

7 Petrus Buest Bornchemienſis, Paſtor in S. Nicolai factus Præpoſitus anno 1719.

Sunt præterea in Hannonia atque vicinis partibus, aliæ ejuſdem Congregationis Domus, ſed ſub alio Præpoſito, videlicet:

Montenſis in Hannonia.

Duacenſis cum annexo Paſtoratu S. Jacobi.

Malbodienſis, cum Paſtoratu.

Bavacenſis cum Paſtoratu, & Collegio Litterarum Humaniorum.

Thudinienſis in Patria Leodienſi, & *Senegienſis*, in quibus Humaniora docentur.

 CAPUT

CAPUT CLXXI.

GASPAR NEMIUS *ex Antperpienſi Epiſcopo Archiepiſcopus Cameracenſis Litteris ſcriptis ad Illuſtriſſ. D. Internuntium exponit ſtatum Eccleſiæ B. Mariæ & S. Martini Hallis in Hannonia, anno* 1658; *in qua jam tum P. Rector Collegii Societatis Jeſu ibidem Perſonatum obtinebat.*

Ex Moni- pis Litt.

ILluſtriſſime ac Rever. Domine.

Placuit nuper Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Dominationi Veſtræ mihi mittere libellum ſupplicem Sanctiſſimo Domino noſtro oblatum ex parte P. Rectoris & Collegii Societatis Jeſu Oppidi Hallenſis noſtræ Diœceſis, atque ex ordinatione ſuæ Sanctitatis ſibi tranſmiſſum ad habendum informationem ſuper his quæ dicto libello continentur.

HANC verò cum à me loci Ordinario potiſſimum haberi poſſe judicaverit Illuſtriſſima Dominatio veſtra, ſupradictum Libellum mihi tranſmiſit, ac petiit, ut perpenſis ſingulis apicibus prætacti Libelli, rationes hinc inde facientes meamque deſuper ſententiam exponam.

UT officio meo pleniùs ſatisfaciam, examinavi omnia & ſingula tam in dicto Libello quàm aliis quibuſdam Scriptis ad illud negorium pertinentibus contenta, atque inſuper dicto Rectori Collegii prædicti Societatis Hsllenſis propoſui difficultates, quæ contra uniones Beneficiorum Parochialium ſolent moveri, atque imprimis quæ contra illas ſtatuit Sacroſanctum Concil. Trid. Seſſ. 7. cap. 6. De Reformatione, & Seſſ. 24. cap. 13. adjectis etiam aliis quæ huic unioni de qua agitur poſſent peculiariter opponi. Quibus dictus Rector verbo pariter & ſcripto copioſè & doctè reſpondit, ac mihi ad uniones Eccleſiarum Parochialium minimè propenſo conatus eſt ſatiſfacere.

ATQUE omnibus ritè examinatis, atque exactè perpenſis, judicavi Paſtoratum Eccleſiæ Parochialis S. Martini Oppidi Hallenſis poſſe uniri Perſonatui dictæ Eccleſiæ, adeoque dicto Collegio Societatis Jeſu; cui jam ante unitus & incorporatus fuit dictus Perſonatus à felicis recordationis Sanctiſſimo Domino Urbano Papa VIII. ſub certis tamen conditionibus & modificationibus inferiùs exponendis. Rationes me ad ſic ſentiendum moventes hæ ſunt:

PRIMA & principalis: quia quæ dicto Libello exponuntur nituntur veritate; eâque ſuppoſitâ, videtur omnino conveniens ut dictus Paſtoratus uniatur dicto Perſonatui: atque ita Rector Collegii Societatis ſicut ratione Perſonatûs primum locum in Eccleſia Hallenſi, ſic etiam habeat primatiam authoritatem in omnes Eccleſiæ Miniſtros; hacque ratione omnia fiant cum meliori ordine, & majori ædificatione; atque inſuper evitari poſſint omnes lites & difficultates ac ſcandala; qualia jam aliquoties orta fuerunt, & adhuc timeri poſſunt, ſi in Eccleſia eadem remaneant duo Rectores à ſeſe mutuo independentes; qui ex concurrentia officiorum & conſortio poteſtatis facilè inter ſe diſſentiunt & ſcandala ſuſcitant: præſertim ſi dicti Rectores ſint diverſi ſtatûs, & Ordinis, ac proindè non ſubdantur iiſdem Superioribus.

INTER ſpectantia ad hoc negotium videntur tria præcipuè ponderanda; ac primò quidem, quod ex quo tempore Societas Jeſu admiſſa fuit ad dictum Oppidum Hallenſe & curam ſuſcepit Sacelli Beatæ Virginis in templo Parochiali conſtituti, atque ob Imaginem miraculoſam ejuſdem Beatiſſimæ Virginis, toto Belgio, & vicinis, ac longè remotis Regionibus celeberrimi, admirandum in modum promoverit honorem Dei & cultum ac venerationem Beatiſſimæ Virginis tam in populo Oppidi Hallenſis & locorum vicinorum, quàm in peregrinis, maximè ex locis propinquis & remotioribus devotionis & pietatis causâ confluentibus. Siquidem per Conciones, Catechiſationes, & juventutis inſtructiones per dictos Patres factas, planè introducta eſt in dictum Oppidum ac Templum longè major devotio ac pietas, & Sacrificii Miſſæ, ac Sacramentorum Pœnitentiæ, & Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ uſus frequentior & melior, ac juveotutis in rebus tam ad bonos mores & pietatem, quàm ad ſcientias humaniores ſpectantibus longè major doctrina.

NEC ſolùm in civibus & incolis Oppidi Hallenſis & vicinorum locorum ejuſmodi in melius mutatio venit obſervanda: verùm etiam in peregrinis undique ad Beatam Virginem Hallenſem concurrentibus. In quibus illud ſpecialiter licet obſervare, quod ſicut antequam dicti Patres Societatis admiſſi forent ad Oppidum, & dicti Sacelli curam gererent, omnes plerumque peregrini factâ oblatione, & recitatis precibus, votiſque & promiſſis expletis, ad propria redirent non ſuſceptis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis, ita nunc & èontrariò omnes plerumque peregrini (de adultis ago & Sacramentorum capacibus) à dicto loco Sacrn non recedunt, niſi ad ſupradicta etiam addant dictorum Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſuſceptionem, adeoque meliores ad ſua redeant.

SECUNDO loco ponderandum venit, quod Patres Societatis Jeſu ex Cnncordato admiſſi ſunt in Oppidum Hallenſe, ſub hiſce legibus & conditionibus, quod ipſi non poterunt ædificare in Collegio ſuo proprium Templum, ſicuti alibi poſſunt facere. Quodque peculiarem curam & ſollicitudinem adhibebunt Sacello Beatæ Virginis Miracoloſæ; quodque conſuetas ſuas functiones peragent in Templo Parochiali dicti Oppidi. Quæ conditiones

Digitized by Google

conditiones ſicut dictis Patribus ſunt oneroſæ, ita dictis Sacello & Templo ac civibus & peregrinis utiles.

Etenim per eas fit, ut & Sacrificium Miſſæ continuò celebretur in dicto Sacello, & ſint ſemper parati Confeſſarii ad excipiendas confeſſiones pœnitentium & adminiſtrandum Euchariſtiæ Sacramentum; ſicut & quod in Templo frequentiores ſint Verbi Dei Prædicationes, Catechiſmi, & alia pietatis & devotionis incitamenta, per quæ etiam populus redditur diligentior & augetur numerus frequentantium, tam civium quàm peregrinorum concurrentium ad dictum Templum. Quæ omnia non ita fieri poſſent, ſi dicti Patres Societatis in ſuo Collegio haberent proprium Templum & in illo exercerent dictas ſuas functiones: quippè diviſi forent, & pluribus intenti non poſſent æquali numero & pari commoditate dictis Sacello & Templo deſervire. Itaque ut iſta omnia debito cum ordine fiant, ac ne dicta exercitia Societatis per concurrentia Officia Paſtoralia impediantur, videtur planè conſultum ut aliquis in dicto Templo conſtituatur, qui omnia ſupradicta cum poteſtate poſſit inter ſeſe bene ordinare; atque hâc ratione omnes diſſenſiones & ſcandala prævenire. Is autem potiſſimùm eligendus videtur Rector Collegii Societatis, qui, ut ſuprà dictum eſt, ratione Perſonatûs Collegio incorporati jam obtinet primarium in dicto Templo locum.

Tertio loco ponderandum venit, quod laudatiſſimæ memoriæ Dominus Franciſcus Vander Burcht noſter in Archiepiſcopatu Prædeceſſor judicaverit, hanc unionem eſſe faciendam, & in eandem, quantum in ſe fuit, conſenſerit, ac Sanctiſſimo Domino noſtro commendaverit, tametſi morte interveniente non impetraverit. Fuit ille Vir magnus & prudens, quique approbantibus & patrocinantibus Sereniſſimis glorioſæ memoriæ Archiducibus Alberto & Iſabellâ Belgii tunc Principibus Patres Societatis in Oppidum Hallenſe introduxit, & ipſis commiſit curam dicti Sacelli, ac Collegio dictorum Patrum procuravit incorporationem Perſonatûs dicti Templi, utique & ulteriùs quod cœperat perfecturus, ſi huc uſque vixiſſet, & experientiâ didiciſſet, quàm utilis & neceſſaria videatur dicta unio Paſtoratûs dictæ Eccleſiæ cum Perſonatu & Collegio dictæ Societatis, de qua nunc agitur.

Denique ut ſatisfiat argumentis quæ in contrarium objici poſſent, atque ut evitentur incommoda, quæ ex unionibus ſolent oriri, ac ne ex dicta unione & incorporatione Paſtoratûs ipſum Templum, aut populus Hallenſis, vel etiam Peregrini aliquod detrimentum patiantur, atque ut Vicarius conſtituendus poſſit honeſtè vivere, & onera iſti negotio incumbentia cum decore ſuſtinere; addendæ videntur ſequentes conditiones & modificationes, in quas ſibi propoſitas etiam conſenſit dictus Pater Rector Collegii Societatis Hallenſis.

Prima, ut idem Rector eligat Sacerdotem ſæcularem, virum pium & Theologum & benè qualificatum, eumque præſentet Archiepiſcopo Cameracenſi, ab illo examinandum, & tamquam idoneum approbandum & admittendum, antequam officium Vicarii aut Deſervitoris poſſit ſuſcipere, quique Archiepiſcopo quoad adminiſtrationem Sacramentorum & Curam animarum, ac munia Paſtoralia & reliqua maneat ſubjectus, ſicut hactenus fuerunt Paſtores proprietarii, & ſicut ſubditi ſunt ſimiles Vicarii & Deſervitores temporales & amovibiles aliorum Paſtoratuum.

Secunda, dictæ unioni erit apponenda hæc conditio, ut ipſa fiat ſalvis per omnia juribus Archiepiſcopi, & Archidiaconi, & Decani Chriſtianitatis Diſtrictûs Hallenſis.

Tertia, ut dicto Vicario vel Deſervitori concedatur & remaneat uſus & inhabitatio domûs, quam hactenus Paſtor proprietarius habuit, atque inſuper ipſi cedant omnes fructus & emolumenta dicti Paſtoratûs; bis dumtaxat exceptis, quæ Perſonatui & Paſtoratui ſunt communia, quæ inter Perſonam & Paſtorem erunt dividenda.

Quarta conditio hæc erit, quòd dictus Vicarius vel Deſervitor non erit perpetuus, ſed temporalis & amovibilis; non tamen ad nutum, vel ex quacumque cauſa, ſed ex cauſa gravi & quæ dimiſſionem mereatur, non ſolùm ex judicio Rectoris Collegii Societatis Jeſu Oppidi Hallenſis, ſed etiam Patris Provincialis dictæ Societatis Jeſu, & Conſultorum ejus.

Hæc ſunt Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine, quæ poſt longum examen & exactam diſcuſſionem iſtius negotii, auditis etiam deſuper & habitis conſiliis Vicarii noſtri Generalis & Archidiaconi iſtius Tractûs, habui ſcribenda: & illis poſitis, ſicut jam ante dixi, judico unionem & incorporationem Paſtoratûs Eccleſiæ S. Martini Oppidi Hallenſis fore bonam & utilem ad magis promovendum honorem Dei, & cultum Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, atque ad ſalutem & devotionem, tam populi Hallenſis quàm peregrinorum ad ſanctum illum locum undique confluentium. Hoc tamen meum judicium, ſicut & meipſum, & omnia mea cum debita ſubmiſſione ſubjicio ſaniori & prudentiſſimo judicio Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Alexandri Divinâ providentiâ Papæ VII. quem Divina clementia cuſtodiat, protegat, confirmet, & Eccleſiæ ſuæ ac Nobis conſervet quàm diutiſſimè incolumem, & cumulet omnibus bonis. In hoc voto, quod mihi eſt cum omnibus bonis commune, finiens, etiam apprecor Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Dominationi veſtræ omnimodam felicitatem, & maneo, *Infrà habebatur:* Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Dominationis veſtræ humillimus ſervus, *Signatum erat:* Gaspar Archiepiſcopus Cameracenſis.

HALLÆ Oppidulum ad Sennam fluvium in finibus Hannoniæ, quà Brabantiam tangit, ſitum eſt ad tertium à Bruxella lapidem. Templum habet Deiparæ Virginis Statuâ miraculiſque celeberrimum, ad quam frequens ſolet eſſe concurſus non ſolûm incolarum, verùm etiam longiùs diſſitorum. Libellum de Deipara Hallenſi elegantiſſimum Juſtus Lipſius conſcripſit.

Perſonatum Eccleſiæ Parochialis ibidem, S. Martino Sacræ, olim Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſi univerat atque incorporaverat Pius IV. Pontifex in Bulla Erectionis ejuſdem Archiepiſcopatûs; ut ſupra vidêre eſt pag. 613.

Poſtmodum Urbanus VIII. Pontifex eundem Perſonatum incorporavit Collegio PP. Societatis JESU, Hallis erecto anno 1621, præcipue benefactore Illuſtriſſimo D. Franciſco Vander Burch Archiepiſcopo Cameracenſi. Dein verò unitus quoque fuit Perſonatui Paſtoratus, uti patet ex hoc, & ex præcedenti Diplomatibus.

CAPUT CLXXII.

ALEXANDER VII. *Pontifex Paſtoratum Eccleſiæ S. Martini Hallis Deiparæ unit Perſonatui ſeu Rectoratui Collegii Societatis* JESU *ejuſdem Oppidi, anno* 1659.

Ex Modiv. Lit.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Officiali Venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi Cameracenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

REGIMINI univerſalis Eccleſiæ, quamvis immeriti, diſponente Domino præſidentes, circa id ferventibus votis intendimus, ut loca pia quælibet, præſertim Collegia ad juventutis eruditionem inſtituta, aliquo auxilio ſulciantur, ac eis opportunè provideri curemus.

EXHIBITA ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti Filii moderni Rectoris Collegii dilectorum Filiorum Presbyterorum Societatis JESU Oppidi Hallenſis Cameracenſis Diœceſis petitio continebat, quod Presbyteri dictæ Societatis in dictum Oppidum his ſub conditionibus admiſſi fuerunt, quod ipſi proprium Templum in eorum Collegio nullo umquam tempore ædificare poſſent, ſed Sacello B. Mariæ Virginis, quæ illic innumerorum miraculorum coruſcans gloriâ, mirâ Chriſti Fidelium illuc undique confluentium devotione colitur, in Parochiali Eccleſia ipſius Oppidi poſito, peculiarem curam & ſollicitudinem adhibere, ac ſuas conſuetas functiones in dicta Eccleſia peragere deberent; & deinde à felicis recordationis Urbano Papa VIII. Prædeceſſore noſtro, ſeu de ejus mandato ipſius auctoritate Perſonatus dictæ Eccleſiæ Collegio Presbyterorum hujuſmodi, quod tum in dicto Oppido inchoatum erat, ut ipſi Presbyteri Societatis prædictæ in augenda Chriſti fidelium devotione, & promovendo ejuſdem Deiparæ Virginis cultu, juxta eorum vocationem & Inſtituta, indies magis fructificarent, unitus fuit.

CUM autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ex quo Presbyteri Societatis ejuſmodi in dictum Oppidum, ut præſertur, admiſſi fuerunt, Divinus cultus, & B. M. V. veneratio in devotis Fidelium animis, operâ, prædicationibus, & aliis ipſorum Presbyterorum piis exercitiis mirum in modum increverit; unum tamen eſſe noſcatur, quod dictæ Eccleſiæ bonum Regimen quandoque interturbare videtur, videlicet: quod ipſa Eccleſia uni Presbytero ſæculari conferri ſoleat, qui diverſorum ſtatûs & ordinis, ac à Rectore ejuſdem Societatis omninò independens, ſæpiuſque minùs bene erga ipſam Societatem affectus, ex concurrentia officii & conſortio poteſtatis, pia Presbyterorum Societatis hujuſmodi exercitia quæſitis prætextibus, non ſine Divini cultûs diſpendio & Chriſti fidelium ſcandalo, impedire ſeu pervertere præſumit.

QUARE ſi ad tollendam diſſenſionum, & ſcandalorum, quæ aliquoties oriri contigit, occaſionem, dicta Eccleſia Perſonatui, & proindè Collegio prædictis, ut infra, perpetuò uniretur & annecteretur, ſicque ea quæ ad Divinum cultum, & animarum curam, & ſalutem ſpectant ordinandi poteſtas penes unum & eundem exiſteret, ex hoc profectò omnia cum meliori ordine, & Chriſti fidelium majori ædificatione peragerentur, ac Divinus cultus magis ac magis promoveretur.

NOS igitur, qui diſſenſionibus & ſcandalis potiſſimùm inter Perſonas Eccleſiaſticas obviare, dictorumque Presbyterorum ſtatui conſulere ſinceris deſideramus affectibus, prædictum Rectorem, qui, ut aſſerit, ratione Perſonatûs prædicti primum locum in eadem Eccleſia obtinet, & Presbyteros prædictos, & eorum ſingulos, ac Collegii hujuſmodi ſingulares Perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſeriè abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non alias, ſi quæ ſint, uniones, annexiones & incorporationes dicto Collegio hactenus quomodolibet factas, verumque & ultimum dictæ Eccleſiæ vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in Corpore Juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus Rectoris & Presbyterorum prædictorum hac in parte nobis humiliter porrectis benignè inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, Eccleſiam prædictam, cujus, & illi forſan annexorum fructuum redditus & proventus viginti quatuor, unà verò cum incertis centum ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, cùm primùm illam per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel diſceſſum,

Digitized by Google

ceſſum, aut dimiſſionem, vel amiſſionem, aut privationem, ſeu Religionis ingreſſum dilecti Filii moderni dictæ Eccleſiæ Rectoris, aut alio quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam in aliquo ex menſibus, Nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Sedique prædictæ, per Conſtitutiones Apoſtolicas & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, nunc & pro tempore reſervatis, ſeu ordinariis Collatoribus, etiam per Conſtitutiones & Regulas eaſdem, ſeu Litteras alternativarum, aut alia Privilegia & Indulta hactenus conceſſa, & impoſterum concedenda vacare contigerit, etiamſi actu nunc, ut præfertur, vel aliàs quovis modo, quem, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in Corpore Juris clauſa reſultet, pro expreſſo haberi volumus, & ex alterius cujuſcumque Perſona, ſeu per liberam reſignationem moderni dictæ Eccleſiæ Rectoris, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & Teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem P. M. Joannis Papæ XXII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis authoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta, ipſaque Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter jus quæſitum, ex nunc prout ex tunc, & econtra, dictis Perſonatui & Collegio, ſalvis tamen in omnibus & per omnia remanentibus juribus Venerabilis Fratris noſtri Archiepiſcopi, & dilectorum Filiorum Archidiaconi & Decani Chriſtianitatis diſtrictûs Hallenſis modernorum & pro tempore exiſtentium, auctoritate noſtrâ perpetuò unias & annectas, ita quòd liceat pro tempore exiſtenti dicti Collegii Rectori per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ ac annexorum, juriumque & pertinentiarum ſuarum quarumcumque propriâ auctoritate apprehendere & apprehenſam perpetuò retinere, curam dilectorum Filiorum Parochianorum dictæ Eccleſiæ ac cætera munia Paſtoralia per unum Presbyterum ſæcularem Theologum, & aliàs benè qualificatum, per Rectorem dicti Collegii eligendum, & Ordinario loci præſentandum, atque ab eodem Ordinario examinandum, & tamquam idoneum, antequam officium Vicarii dictæ Eccleſiæ recipere poſſit, approbandum & admittendum, non tamen ad nutum Collegii prædicti Rectoris nec ex quacumque cauſa, ſed tantùm ex cauſa gravi, & quæ privationem mereatur, non ſolùm judicio dicti Rectoris, ſed etiam Provincialis & Conſultorum dicti Collegii pro tempore exiſtentium, amovibilem, exerceri & adminiſtrari tantùm debeat, qui de cætero quoad adminiſtrationem Curæ animarum, Sacramentorumque, & aliorum munium Paſtoralium dicto Ordinario ſubjectus exiſtat, prout anteà fuerunt Rectores proprietarii dicti, & ſunt ſimiles Vicarii aliarum Parochialium Eccleſiarum.

In caſu tamen infirmitatis ſeu legitimi impedimenti Vicarii, ſic, ut præfertur, deputandi, prædicti Collegii Rector Curam animarum & munia Paſtoralia, prædictâ durante infirmitate, ſeu legitimo impedimento hujuſmodi, per ſeipſum exercere, ſeu per alium ad id ab eo deputandum Presbyterum ſæcularem, ſeu de Superiorum licentia Regularem ad id idoneum, exerceri facere liberè & licitè poſſit.

Vicario verò, ut præfertur, deputando prædicto remaneant uſus Domûs Rectoralis, cæteraq; alia dictæ Eccleſiæ fructus & emolumenta, illaque omnia percipere, exigere, levare, ac in uſus ſuos ac utilitatem convertere liberè & licitè poſſit & valeat, illis tamen exceptis, quæ Perſonatui & Paſtoratui ſunt communia, quæ inter Rectorem dicti Collegii, & Vicarium, ut præfertur, deputandum hujuſmodi erunt dividenda.

Præſentes quoque ex quacumque cauſa, quantumvis legitima & juridica, de ſubreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel invalidari, ſeu in jus vel controverſiam revocari, vel ad viam & terminos juris reduci, ſeu adverſus illas quodcumque juris vel facti remedium impetrari, aut concedi nullatenùs umquam poſſe, nec debere, ſed ſemper & perpetuò validas & efficaces fore, & eſſe, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere debere, eaſque ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, etiam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad Summi Apoſtolatûs apicem; & Sedem prædictam, etiam ſub quibuſcumque verborum formis & expreſſionibus pro tempore factis & conceſſis, minimè comprehendi, ſeu confundi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenariè redintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per Rectorem Collegii hujuſmodi quandocumque eligenda conceſſas eſſe, & fore:

Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos & Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios judicari & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quocumque, quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane Auctoritate noſtrâ prædictâ decernas, non obſtantibus Regulâ noſtrâ de exprimendo vero valore, & quatenùs opus Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à jure permiſſis, fieri prohibentis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, Univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus

ſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque : aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ Sedis aut Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum :

Quas quidem Litteras & proceſſus habitos, ac indè ſecuta quæcumque ad dictam Eccleſiam volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari ; & quibuſlibet aliis Privilegiis, indulgentiis & Litteris Apoſtolicis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel deferri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in iiſdem Litteris mentio ſpecialis.

Volumus autem quod propter unionem & annexionem prædictas, ſi illas per te vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, Eccleſia prædicta debitis propterea non fraudetur obſequiis & Cura animarum Parochianorum nullatenus negligatur, ſed illius congruè ſupportentur onera conſueta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, Kalendis Octobris, Pontificatûs noſtri anno quinto.

Subſignatum erat diverſorum ſignaturis, & tandem ſuper plica, Boulboul, *eratque appenſum ſigillum plumbeum dicti S. D. N. Alexandri VII.*

CAPUT CLXXIII.

Marius Ambrosius Cappello, *ex Ordine FF. Prædicatorum, VII. Epiſcopus Antverpienſis, fundat ac dotat Seminarium Paſtorum Antverpiæ anno* 1674.

Conditiones Fundationis. In primis in dicto Seminario Epiſcopali Antverpienſi accommodabitur locus commodus ad uſum eorum qui in hoc Collegio erunt aſſumendi, Presbyteri ſæculares, pauperes, habentes qualitates juxta regulas & conditiones fundationis requiſitas Judicio RR. DD. Proviſorum.

2. Admittentur ad hoc Collegium Paſtores pauperes, qui in Epiſcopatu Antverpienſi per annos ſedulò deſervierunt, & jam ſenio confecti, morbo gravati, vel aliâ de causâ impediti, in officio ſuo Paſtorali ampliùs ſervire non poſſunt.

3. Admittendi ſibi providebunt de lecto, mensâ & ſedilibus, ſi media habeant; ſin minus, ex parte fundationis hujus Collegii ipſis providebitur, uti etiam de candelis, igne in communi cale-factorio, aliiſque neceſſariis.

4. Admissi pro hâc fundatione habebunt Menſam ſeparatam à menſa alumnorum Seminarii Epiſcopatûs, in eodem tamen Refectorio : pro menſa autem ſolvetur ex hac fundatione ad ratam ducentorum florenorum annuè pro ſingulis, quæ ſumma juxta temporis exigentiam & caritatem annonæ augeri poterit ex arbitrio RR. DD. Proviſorum.

5. Admittentur etiam in defectum ſeniorum pauperum Paſtorum ſenes Vice-Paſtores vel alii Vicarii, aut Sacerdotes, qui in functionibus Paſtoralibus vel aliis in hoc Epiſcopatu per annos inſervierunt, & laboraverunt, ac Judicio RR. DD. Proviſorum qualitates habent ut ad hoc Collegium ſint admittendi.

6. In defectum autem, quod Paſtores, Vice-Paſtores & alii Sacerdotes ſæculares pauperes ſupra nominati, non exiſterent ad hoc Collegium admittendi, aut ad id ſe non præſentarent, admittentur Burſarii, & Convictores Seminarii Antverpienſis pauperes, qui ſtudia ſua expleverint, & ad Curam animarum per rigoroſum examen prævio fuerint reperti idonei, uti etiam illis deficientibus alii emeriti Theologi, primò hujus Civitatis, deinde Diœceſis, qui in eodem Collegio tam diu remanere poterunt donec de conditione occurrente poterit illis provideri, quamque etiam acceptare tenebuntur, Judicio RR. DD. Proviſorum, alioquin ex Collegio dimittendi.

Admittendi in hoc Collegio Sacerdotes ſenio, morbo, vel alia de cauſa, non impediti tenebuntur Judicio RR. DD. Proviſorum eorumque mandato in Eccleſiis Parochialibus hujus Civitatis, vel etiam totius Diœceſis excipere confeſſiones, ſubſervire Paſtoribus, illoſque in Divinis Officiis juvare, inviſere pauperes ægrotos, maximè honeſtos qui ſe Eleemoſinariis declarare erubeſcunt, illiſque ſuccurrere ſpiritualiter, & corporaliter. 7.

Constituetur famulus vel ancilla Judicio RR. DD. Proviſorum, qui Sacerdotibus in præfato Collegio admiſſis tempore infirmitatis in lecto ſternendo aliiſque neceſſariis inſerviat. 8.

Dominus Præſes Seminarii etiam reddituus & bona hujus fundationis, & Collegii, Judicio RR. DD. Proviſorum, per ſe vel alium ab ipſis aſſumendum adminiſtrabit, & ſingulis annis exactum computum, diſtinctum & ſeparatum à computu Seminarii Alumnorum, coram RR. DD. Proviſoribus hujus Fundationis reddere tenebitur. 9.

Quod ſi initio non occurrant debitè qualificati, qui in Collegio admittantur competenti numero, ſuperexcreſcentia annuorum proventuum accreſcet ipſi Fundationi, donec ſufficiens ſit ad alendos in eodem numero duodecim Sacerdotes, eoque numero debitè fundato, ſuperexcreſcentia 10.

excreſcentia applicabitur pauperibus honeſtis, de quibus ſuprà Articulo ſeptimo; niſi alia occurrat neceſſitas, vel occaſio, quâ unus aut alter extremè indigens, ſi conveniret, in hoc Collegio admitteretur.

11. Si quis contravenerit præfatis Ordinationibus & Regulis; Judicio RR. DD. Proviſorum corrigetur, & ſi gravitas delicti exigat, dimittetur; poteruntque DD. Proviſores dimittere quoſcumque in præfato Collegio incapaces, inutiles, aut nimis in communi conſortio difficiles aut rixoſos judicaverint.

12. Provisores autem nominavimus per præſentes quatuor, ſcilicet, RR. Admodum DD. Aubertum vanden Eede Archidiaconum, Joannem de Weeze Archipresbyterum, Carolum Joannem de Forneau, & Paulum van Halmale, omnes Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Canonicos Graduatos præſentes hìc, & Fundationem hanc pio zelo acceptantes.

13. Dum unus ex his quatuor morietur, aut quacumque ex cauſa hinc migrabit, aut defungetur, reliqui tres ſuperſtites eligent quartum ex Canonicis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, qui tamen poſthac non poterit ſimul eſſe Proviſor Seminarii Epiſcopalis.

14. Si in præſcriptis conditionibus aliquid addendum, aut immutandum pro meliori bono, aut regimine hujus Fundationis, & poſſeſſorum ejus occurrerit, DD. Proviſores à Nobis ſupra deſignati, rem ſedulò examinabunt, & ipſi juxta mentem noſtram ipſis indicatam in omnibus ordinabunt, prout ſecundùm Deum, & conſcientiam maximè judicaverint expedire.

Actum Antverpiæ in Palatio Epiſcopali, die
1674. ſecundâ Martii. Anno Domini M. DC. LXXIV.

Et erat Subſignatum: Fr. Ambroſius Epiſcopus Antverpienſis: Aubertus vanden Eede Archidiaconus Antverpienſis, Proviſor: J. de Weeze Archipresbyter & Proviſor: C. J. de Fourneau Proviſor: P. van Halmale Proviſor.

W*Y deſen onderteeckent hebbende bekennen als Proviſeurs vande bovenſtaende Fundatie ontfangen te hebben van ſyne Doorluchtighſte Hooghw. den Heere* Ambrosius Capello *Biſſchop van Antwerpen in contante gelde metter warmer handt, ende donatie* inter vivos *de ſomme van een hondert, ende elff duyſent guldens Capitael*, ſalvo juſto, *om de ſelve naer ons beſt vermogen te employeren, ende te rente aen te leggen tot het volbrengen, ende profyt vande bovenſtaende Fundatie, oft Collegie van arme Paſtoors, Prieſters &c. als boven, welcke Renten wy in deſen tegenwordigen Regiſtre oock ſullen doen regiſtreren, behondelyck dat wy geene vande bovenſtaende penningen en ſullen aenleggen op eenige Polders, ofte Dyckagie-Landen, 'tzy vande Heeren van't Capittel, oft van iemant anders. t'Oirconden: in Antwerpen deſen tweeden Meert anno* 1674. *Was onderteeckent*: Aubertus vanden Eede Archidiaconus, Proviſor: Joannes de Weeze Archipresbyter & Proviſor: C. J. de Fourneau Proviſor: P. van Halmale Proviſor. *Infrà habebatur*: Collata præſens Copia cum ſuo Regiſtro, & ſignaturis ejuſdem Illuſtriſſimi Domini & RR. DD. Proviſorum concordat, per me infraſcriptum Sacris Apoſtolicâ & regiâ Auctoritatibus Notarium admiſſum Antverpiæ reſidentem, hac 23. Januarii 1675. In quorum omnium &c. *Signatum*: Nicolaus de Riemer Presbyter Notarius Apoſtolicus.

Conditiones ſupraſcriptis additæ.

NOs infraſcripti Proviſores juxta mentem Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Fundatoris, ab eo Nobis in ipſo actu Fundationis indicatam, ultra ſupraſcriptas conditiones ſtatuimus & ordinamus ſequentia.

Primo ut ſingulis diebus fiat Sacrum in Sacello domeſtico Seminarii pro diuturnâ incolumitate Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Fundatoris, & poſt ejus obitum, pro animæ ſuæ ſuorumque parentum & amicorum refrigerio. 1.

Quod Sacrum hebdomadatim fiet per unum ex præfatis Presbyteris per turnum, eique reliqui omnes tenebuntur intereſſe, niſi legitimè fuerint impediti. Finito ſacro legentur per celebrantem Pſalmi *Miſerere*, & *de Profundis* cum Collecta, *Deus qui inter*: reliquis alternatim reſpondentibus, abſentes verò tenebuntur præfatos Pſalmos privatim legere. 2.

Insuper pridiè diei anniverſariæ, quâ Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum Dominum Fundatorem mori contigerit, cantabunt poſt meridiem in præfato Sacello Officium Defunctorum more duplici, cum Invitatorio, & tribus Nocturnis; ipsâ autem die anniverſariâ cantabunt horâ Miſſam de Requiem ſolemniter cum Diacono & Subdiacono. 3.

Legent prætereà ſingulis menſibus pro animâ Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Fundatoris ſemel Officium Defunctorum, cum uno Nocturno diei correſpondente. 4.

Actum Antverpiæ die ſextâ Martii anno Domini 1674.

Et erat ſubſignatum: Aubertus vanden Eede Proviſor Archidiaconus: J. de Weeze, Archipresbyter & Proviſor: C. J. de Fourneau, Proviſor: P. van Halmale Proviſor.

Altera Conditio.

CUm Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Antverpienſi placuerit Guilielmo Dominico Africano Æthiopi ſuo concedere, ut poſt mortem Illuſtriſſimi Domini gauderet vitâ ſuâ durante Burſâ ſeu menſâ in Collegio Paſtorum Seminarii Epiſcopalis ab ipſo Illuſtriſſimo Domino nuper fundato; eâ tamen conditione, ut juxta mentem ipſius Fundatoris obſervet regulas & leges dictorum Burſariorum in quantum ipſi foret poſſibile, & Domini Proviſores judicabunt convenire, alioquin eorum judicio ipsâ Burſâ privandus.

Singulis diebus Sacro, vigore dictæ Fundationis quotidiè celebrando inſerviat, Pſalmum Miſerere ſingulis diebus recitet &c.

CAPUT

CAPUT CLXXIV.

PETRUS VANDEN PERRE *Epiſcopus Namurcenſis in Eccleſia Collegiata B. Mariæ Namurci, numerum XVIII. Canonicorum reducit ad XII. anno 1686. factâ ſuppreſſione ſex Præbendarum.*

Ex Archivis ejuſdem Eccleſiæ.

PETRUS vanden Perre Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Namurcenſis univerſis & ſingulis has præſentes Litteras inſpecturis, viſuris & lecturis tam præſentibus quàm futuris ſalutem in Domino.

ÆQUUM, rationabile ac juſtum reputamus, ut quæ tempore alicujus ex Reverendiſſimis DD. Prædeceſſoribus noſtris Epiſcopis inchoata, & aliàs ob certas intervenientes cauſas imperfecta & infecta reperimus, ad debitum effectum, finem & exitum ſecundùm rationem & juſtitiam perducamus & terminemus. Dudum ſiquidem, videlicet ab anno 1675. ad ſupplicam DD. Præpoſiti, Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Virginis hujus Civitatis poſtulantium & petentium ex cauſis & juxta Concilium Trid. Seſſ. 24. cap. 15. de Reformatione, ac alias Canonicas Sanctiones unionem ſex Præbendarum ſeu potiùs ſuppreſſionem illarum, & reductionem octodecim Præbendarum in dicta eorum Eccleſia exiſtentium, ad numerum duodenarium, formalitates juris in ſimilibus requiſitæ ac neceſſariæ coram Domino Officiali Curiæ noſtræ ſpiritualis tunc temporis exiſtente ſpecialiter ad id & expreſsè commiſſo factæ ſunt, & eò uſque productæ, ut in judicio contradictorio vocatis & citatis ſæpiùs omnibus & ſingulis ſeſe opponere volentibus, ac ſubindè Promotore ejuſdem Curiæ ſe opponente, auditis hinc indè partibus, omnibus in actis & actitatis in lite productis & allegatis ritè attentis & maturè examinatis, ſententia lata ſit, per quam declaratur & decernitur, locum eſſe dictæ ſuppreſſioni ſeu reductioni petitæ.

QUONIAM verò in curſu cauſæ vertentis negotium ad ſuam Regiam Majeſtatem per Dominum Procuratorem Generalem Conſilii hujus Provinciæ, ne quid in præjudicium ejuſdem jurium fieret, prætendentem, delatum fuit; dicta ſua Majeſtas plenè informari debuit, prout informata fuit de meritis ac juſtitia tum petitionis ſupplicantium, tum tenoris totius proceſſûs completi, idque eo fine, ut Regium ſuum aſſenſum & conſenſum favorabiliter impertire dignaretur;

QUI quidem conſenſus & aſſenſus non tam facilè nec tam compendioſè obtineri potuit, ex eo præſertim, quod officia ad id neceſſaria pluribus ex cauſis interrupta & omiſſa fuerint; donec dicti ſupplicantes vires & animos reſumentes novam ſupplicam ab aliquot menſibus præſentarunt.

EA porrò ſupplicâ ad Nos remiſsâ, veſtigiis Reverendiſſimi Domini Prædeceſſoris noſtri Epiſcopi inhærentes, ad illam ſic reſcripſimus, ut ad acta proceſsûs, ſententiamque deſuper emanatam nos omnimodè referre, ſuumque ut plenum ſortiretur effectum, æquum juſtum ac rationi conſonum fore & eſſe, nihilque aliud ad iſtam rem perficiendam deſiderari, quam ut ſua Regia Majeſtas poſtulationi ipſorum annueret, declararemus.

CUM igitur ſæpedicta Regia ſua Majeſtas, per Litteras patentes de data vigeſimæ ſecundæ Menſis Januarii noviſſimè elapſi Nobis exhibitas, dictis ſuppreſſioni & reductioni clariſſimis atque expreſſiſſimis terminis (prout ex tenoris illarum inſpectione evidenter patet) omninò pro parte ſua & quantum in ipſa eſt, annuerit, aſſenſerit & conſenſerit, ut ſuos plenos ac integros ſortiantur effectus; hinc eſt, quod Nos ad expeditionem Litterarum ſuppreſſionis & reductionis ſæpedictarum procedentes, ſex ex dictis octodecim Præbendis primo loco per deceſſum, vel aliter, quàm per permutationem aut reſignationem Canonicam, vacantes extinguimus, ſupprimimus & reducimus, illarumque fructus, redditus & proventus reliquarum duodecim Præbendarum diſtributionibus quotidianis applicamus, tam Authoritate Sacri Concilii Tridentini, quàm noſtrâ Ordinariâ & quacumque aliâ hac in parte Nobis competente, omnibus melioribus modo viâ & formâ, quibus de jure poſſumus; declarantes hujuſmodi extinctionem, ſuppreſſionem & reductionem, ſic ut præfertur, factas, ex quibuſcumque aliis, quàm, ut præfertur, permutationis aut reſignationis Canonicæ proviſionibus, aut quibuſvis aliis derogationibus vel ſuſpenſionibus tolli ſeu impediri non poſſe.

QUIA verò ſumptus & expenſæ in procuranda & terminanda præſenti ſuppreſſione & reductione factæ ad ſummam quadringentorum & ampliùs florenorum aſcendunt, æquitas verò & juſtitiæ ratio non patiuntur, ut qui non ſentit commodum, ſentiat incommodum, volumus & ordinamus, ut dicta ſumma quadringentorum florenorum ex fructibus Præbendæ ſuppreſſæ & reductæ primò vacantis deſumatur, quæ in utilitatem Capituli per ſolutionem aliquorum ex illa debitorum, ſive æris alieni, quo gravatum eſt vel erit, convertatur, vel ad minus ad uſus fabricæ impendatur ex toto vel ex parte, prout caſus debitorum feret & exiget.

IN quorum omnium fidem has noſtras Litteras manu propriâ ſubſcripſimus, Sigilloque noſtro ac Secretarii noſtri ſignaturâ muniri juſſimus & fecimus, Namurci in Palatio noſtro Epiſcopali, menſis Februarii die quartâ, anno milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo ſexto. 1686.

Signatum: Petrus Epiſcopus Namurcenſis.

SUPPLEMENTI,
SIVE
AUCTARII DIPLOMATICI
PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

Pipinus Heriſtallius & Plectrudis *Conjuges, anno 687. fundant ac dotant Abbatiam Benedictinorum Andaini in Arduenna, dein dictam S. Huberti.*

Ex Archivis Abbatiæ. Mſ.

IN nomine Sanctæ Trinitatis.

Omnis Sublimitas terrena Divinæ ordinationi omnimodis deber eſſe ſubjecta. Eapropter, cum ſupremus cœli terræque Dominus, qui bonorum noſtrorum non eget, mirabili tamen in me bonitate Caſtrum Ambra, Amberlacenſis Fiſci caput, Schedulâ è Cœlo prodigiosè delapsâ, in ſervorum ſuorum Patrimonium dignatus ſit eligere; Ego Pipinus, Illuſtris Anchiſi Filius, cum Illuſtri Matrona mea Plectrude, notum facio omnibus præſentibus & futuris, quòd prædictum Ditionis meæ Caſtrum ab Ardennæ Principatu avulſum, cum limitibus & confiniis infrà deſignatis, ita Omnipotenti Deo contradidi, ſicut etiamnùm in Perſona Venerabilis Beregiſi & Succeſſorum ejus trado, ut nihil juris, dominii, aut cujuſlibet autoritatis, mihi aut Succeſſoribus meis inibi reſervem; quatinùs ſit ſolius Dei, & ipſius vera poſſeſſio ei ſoli ſubjecta: eo ſanè ſine, ut Eccleſia & Cellæ ibidem incunctanter conſtruantur, ad laudes Altiſſimi à Servis ſuis die noctuque decantandas.

Ut autem hæc mea Donatio nullâ valeat cavillatione violari, nullo avaritiæ ſtudio reſecari, nullâ vi aut malitiâ perturbari; Noverint univerſi hâc Donationis Kartâ contineri totum Terræ tractum conſtrictum inter lapides, metas & foſſas, in præſentia Filiorum & Procerum meorum deſignatas: Inter Diviſiones, ad Meridiem: Ad Orientem, inter Mollem Campellum, Campilonem & Halerum, ferreum montem: Ad Aquilonem, inter Naſaniam & Awannam, Tabulæ fontanam: Ad Occidentem, Fluvium Lumnam & Rupem Sulmonienſem; ſcilicet cum Banno, omni juſtitia, Prætoriis & eorum appendiciis: cum omni jure & cenſu, tam in denariis quàm in avenis: cum Teloneo, Mercato & ſuis appendiciis: cum jure Mortimenti, & omnium Accolarum advocationis ad Fiſci Dominici opera in acceptæ libertatis ſignum: cum Decimis ad me ſpectantibus, & omnibus poſſeſſionibus, Terris, Pratis, Paſcuis, Aquis: cum Farinariis: cum Sylvis, Villis & Villulis: cum Manſis, Manſionibus, Familiis, libertis & mancipiis: cum gregibus & armentis.

Quam Donationem ſic Deo factam, ac etiam in præſentia Illuſtris Plectrudis, Filiorum, Curialiumque meorum ratam ac firmatam, etiam in Mandiburnium meum ſuſcepi, Poſteriſque meis commendo, ut ſtabilis ſit.

Hic eſt verò Schedulæ Cœli tenor: *Hic locus à Deo electus ad ſalutem animarum multarum; Terra ſancta eſt valdè magnificanda, Servorumque Dei Patrimonium, quod augebitur, & à Poteſtatibus protegetur, variè tamen tribulabitur. Qui verò hunc Locum vexaverit, ſic in radice marceſcat, ut in ramis non floreſcat, aut ultrices ultionis æternæ pœnas ſuſtineat.*

Actum publicè in Palatio Joppilienſi, Idibus Novembris, anno Incarnationis Domini DC. 687. LXXXVII. His interfuerunt, quorum nomina ſubſcripta ſunt :

Illuſtris Pipinus,
Illuſtris Plectrudis,
Drogo Filius,
Grimoaldus Filius,
Hubertus Comes,
Siſibertus Comes,
Godefridus Comes,
Chudbertus,
Caribaldus,
Coſmarus,
Winetharius, qui ſubſcripſerunt.

CAPUT II.

Pipinus Heristallius *Major Domûs Regiæ in Auſtraſia, donat S. Urſmaro Abbati Lobienſi terram Lobienſem & ſylvam de* Foreſtella, *aliaque Prædia, petente S. Hydulpho Duce Lotharingiæ, anno* 691.

Ex Miſſo-rii Abbatiæ Lobienſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. Univerſalis Mater, & Virgn ſingularis, Chriſtique ſponſa Eccleſia Catholica, fœcundâ caſtitatis prærogativâ promeruit, quod devotum ſuis utilitatibus inclinemus aſſenſum, præſertim Sacroſanctæ Religionis tranquillitatem & quietem curâ vigili providentes : quò liberiùs Divinæ contemplationi & orationi pro noſtra ſalute & Regni ſtabilitate vacando poſſit ad Deum intereſſe : quatenùs inimicis Chriſtianæ fidei eliminatis, totâ ſui corporis incolumitate, ſub noſtro ſudore, Regnum vigeat & creſcat, & hoſtilis ubique cervicoſitas ſe ſentiat ſubjugatam.

Ego quidem, (1) Pipinus Senior, eo favore & deſiderio ductus, maximè quia de Rege ſuperbo Theodnrico, per gratiam Dei ; cum victoria ſum liberatus : Monaſterio Religioſiſſimi Viri, & eximii Prædicatoris Urſmari Pontificis, quod eſt in Laubias ſuper Sambrum fluvium, concedo & dnno in dotem ipſius Eccleſiæ perpetuò poſſidendam terram & ſilvam, quæ eſt inter rivum de Grunghart & rivum de Hergnaut, qui defluunt in Sambrum, quæ ſylva dicta eſt Foreſtella ab antiquo. Situm ipſius Monaſterii Laubacenſis, villas, terras, ſylvas, prata, aquas aquarumque decurſus, & poſſeſſiones omnimodas, quas fidelis meus Hydulphus Dux, cooperator in eodem Monaſterio prædicti Pontificis, eidem loco donavit, in mea tuitione & defenſione ſuſcipio, & perpetuæ libertati & quieti reddo, nihil in eiſdem locis juris, aut poteſtatis mihi ſive Poſteris meis reſervans.

Quidquid etiam homo Dei (2) Landelinus, qui primus in eodem loco laboravit, ipſi loco acquiſivit & ſubjecit, eidem Monaſterio totum attribuo : videlicet Eccleſiam de (3) Alna, cum omnibus appendiciis & poſſeſſionibus ſuis.

Similiter Monaſterium (4) Wallare, cum univerſis appendiciis & poſſeſſionibus ſuis, ſicut eas piiſſimus Rex Dagobertus ad preces bonæ memoriæ (5) Auberti Cameracenſis Epiſcopi ſupra dicto Landelino, ſub certis terminis expreſſas, & Monaſterio Wallari, pro ſua fundatione deputatas donavit ; ut ſint ipſius Eccleſiæ Laubacenſis vera & firma poſſeſſio, ſine Advocatia vel oppreſſione alicujus Comitis, vel Centenarii, aut Vice-Domini.

Nec aliquis ſupra territorium Eccleſiarum prædictarum domum erigere & fabricare præter voluntatem aut licentiam earumdem præſumat, aut violentiam aliquam inferre.

Univerſa loca prædicta, tam in noſtro, quàm in ſupradicti Regis (6) Dagoberti volumine fideliter expreſſa & concluſa ſub mea protectione ſuſcipio, & ab omni Principatûs angaria & poteſtate penitùs abſolvo. Nulliuſque infractionis aut invaſionis moleſtiam, ſive præjudicium occupationis ſuſtinere decerno.

Si quis autem contra hoc venire, & noſtrum Edictum violare præſumpſerit : omni libertate & honore nudatus capitali pœnâ puniatur.

Ut autem hæc mea Donatio per ſuccedentia tempora maneat intemerata : eam manu meâ confirmavi, & Sigilli mei appoſitione inſigniri juſſi.

Signum Domini Pipini Senioris,
S. Hydulphi Ducis Lotharingiæ,
S. Philippici Ducis Metenſis.

Ego Aſdoigus Cancellarius, ad vicem Ruothperti Archicapellani, recognovi, & ſupſcripſi. Data Lephſtinis decimo ſeptimo Kalendas Decembris, Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo primo, Indictione quar- 691
tâ, Principatûs noſtri anno quinto, contrito Theodorico Rege ſuperbo feliciter, conceſſionis hujus eodem anno.

CAPUT

(1) Pipinus Senior ; vide ſupra pag. 494. & 642.
(2) S. Landelinus : vide pag. 489.
(3) Alna, nunc Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, prope Lobium. Conſule ſupra pag. 823.
(4) Wallare, vulgò *Walers*, de quo ſuperiùs pag. 489. & 490.
(5) S. Aubertus, pag. 157. & 490.
(6) Dagobertus, vide pag. 489.

Digitized by Google

CAPUT III.

LUDOVICUS PIUS *Imperator donat fundum ad amplianda & dilatanda Clauſtra Canonicorum Tornacenſium anno* 818, *petente Wendilmaro Epiſcopo.* *

Extat Fragmentum in Miræo ſupra pag. 336.

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

IN oomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus Divinâ ordinante providentiâ Imperator Auguſtus.

NOTUM ſit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum ſolertiæ, quia poſtulavit Nobis Vir Venerabilis Wendilmarus Tornacenſis Urbis Epiſcopus, ut terras quaſdam Fiſci noſtri in eadem Urbe ei in amplificanda & dilatanda Clauſtra Canonicorum in noſtra eleëmoſina concederemus;

NOS itaque ad hoc prævidendum & inſpiciendum, *Irmionem* Venerabilem Abbatem & *Ingobertum* & *Hartmannum*, Miſſos noſtros direximus, qui hoc prævidérent, & juxta quod neceſſitas ad eandem Clauſturam faciendam exigebat, de Fiſco noſtro ex noſtra Auctoritate ei conſignarent. Quod ita & fecerunt: id eſt de proprio Fiſco noſtro in eodem loco de terra habente in circuitu perticas LXXXIV. nec non & in eodem loco de Fiſco noſtro quem *Werimfredus* in beneficium habet, perticas XCIX. ſimiliter & de Fiſco noſtro quem *Hruoculfus* Comes in miniſterium habet, perticas XXXII. Sed ut firmiter eadem Eccleſia & ejus Rectores prædicta loca & Clauſtra dilatanda & amplificanda perpetim haberent vel poſſiderent: noſtram Auctoritatem ſuper hac re poſtulavit, per quam firmiter atque inviolabiliter noſtris & futuris temporibus in jus prædictæ Eccleſiæ permanerent: cujus precibus pro mercedis noſtræ augmento & reverentia ipſius ſancti loci Nobis acquieſcere libuit, & præfatas terras eidem Eccleſiæ ſecundùm dimenſionem & conlaterationem ſuam præſentialiter tradere libuit.

QUAPROPTER volumus atque jubemus, ut per hanc noſtram Auctoritatem, noſtris videlicet & futuris temporibus prædictas terras ſecundùm dimenſionem & conlaterationem à Miſſis noſtris diſpoſitam, prædictus Wendilmarus Epiſcopus ejuſque Succeſſores vel Congregatio ipſius ſancti loci in noſtra eleëmoſina conceſſas habeant, atque jure perpetuo in ditione ipſius Eccleſiæ conſiſtant; ita dumtaxat, ut quidquid de ipſa vel in ipſa, ob utilitatem & profectum ipſius Eccleſiæ Jure Eccleſiaſtico facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi. Hanc quippè Auctoritatem, ut pleniorem in Dei oomine obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris veriùs credatur, & diligentiùs conſervetur, de anoulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.

ROIMUNDUS ad vicem ELISACHAR recognovit.

DATA XII. Kal. Decembris anno Chriſto propitio Imperii Domini noſtri IV. Indict. XI.

ACTUM Aquiſgrani Palatio Regio, in Dei nomine feliciter, amen.

CAPUT IV.

OTTHO I. *Imperator poſſeſſiones Eccleſiæ Cameracenſis, tunc Cathedralis, confirmat & auget, anno* 940.

Ex MS. Archivis Eccl. Camerac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTHO divinâ propitiante Clementiâ Rex. Cum petitionibus Servorum Dei juſtis & rationabilibus, Divini cultûs amore favemus, ſupernâ gratiâ Nos muniri nequaquam diffidimus.

PROINDE noverit induſtria ſeu ſagacitas omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quàm & futurorum, quia Vir Venerabilis Fulbertus Cameracenſis Urbis Epiſcopus, obtulit obtutibus noſtris immunitates bonæ memoriæ Anteceſſoris noſtris Caroli, in quibus continebatur inſertum, qualiter prædictus Anteceſſor * Carolus Rex nominatam Sedem, quæ eſt in honorem Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ, ſemperque Virginis, ob amorem Dei, & tranquillitatem Fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ſub pleniſſima tuitione & Immunitatis defenſione habuiſſet. Pro firmitate tamen rei poſtulavit Nos præfatus Epiſcopus Fulbertus, ut ejuſdem Regis Auctoritatem in amore & reverentia Sanctæ Dei Genitricis MARIÆ, noſtrâ Auctoritate confirmaremus.

Vide ejus Diploma pag. 937.

QUOD ita per interventum dilecti Epiſcopi noſtri Rikkarii, libenter adquievimus, & ita conceſſimus; atque per hoc Præceptum noſtræ Auctoritatis roboravimus. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis vel territoriis, infra ditionem Imperii noſtri juſtè & legaliter memorata tenet vel poſſidet Eccleſia, vel ea quæ deinceps à Catholicis viris eidem

collata fuerint Eccleſiæ, ad cauſas audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidei-juſſores tollendos, aur homines ipſius Eccleſiæ, tam ingenuos quàm ſervos ſuper terram ipſius commanentes, nequaquam diſtringendos, vel ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones inquirendas, noſtris & fuuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt, penitùs exigere præſumat.

Sed liceat memoraio Præſuli, ſuiſque Succeſſoribus, res prædictæ Eccleſiæ, cum cellulis, & rebus, vel hominibus ſibi legaliter ſubjectis, ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere Imperio; atque pro ſtabilitate noſtra, vel totius Imperii à Deo Nobis collati, vel conſervati, unà cum Clero & populo ſibi ſubjecto liberè Dei miſericordiam exorare: & quidquid exindè Fiſcus noſter exigere poterit, in luminaribus ipſius Eccleſiæ concinnandis perpetualiter conceſſimus ad habendum.

Inſuper noſtrâ largitione concedimus præfato Epiſcopo & Succeſſoribus ejus omne teloneum cum moneta Civitatis ſuæ Cameracenſis: eo videlicet tenore, ut novem partes Epiſcoporum uſibus deputentur, decima verò pars ad uſum Fratrum ejuſdem Congregationis perpetualiter in eleëmoſyna noſtra proficiat.

Præterea conſtituimus, ne quis Dux, vel Comes atque Vicarius, ſeu quiſlibet ex judiciaria poteſtate, noſtram vel Anteceſſorum noſtrorum Regum violare præſumat Conſtitutionem. Quod ſi fecerit, cauſis Regalibus ſit obnoxius, & inſuper ſolidis D C. culpabilis judicetur; videlicet ut duæ partes in Archivum ipſius Eccleſiæ admittantur, & tertiam Fiſcus Regalis noſter recipiat, ut nullus tale quid audere deinceps præſumat.

Quod ita & Nos per hanc noſtram Auctoritatem confirmamus, ut ſicut à Beatæ memoriæ Anteceſſore noſtro prædictæ Eccleſiæ collatum atque firmatum eſt, ita deinceps inviolabiliter conſervetur.

Et ut hæc noſtra Auctoritas à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris, veriùs certiùſque credatur, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & annulo noſtro juſſimus inſigniri. Signum Othonis Sereniſſimi Regis. ✠ Bruno Cancellarius ad vicem Roberti Archi-Capellani recognovi.

Data. III. Kalend. Junii, anno autem ab Incarnatione Domini nongenteſimo XL. Indictione XIII. anno V. regnante Othone Sereniſſimo Rege,

Actum eſt Engelsheim, in nomine Dei feliciter. Amen.

CAPUT V.

Ottho II. *Imperator benefacit eidem Eccleſiæ Cameracenſi, anno* 983.

Ex Ms. Archivis Eccl. Camerac.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otho Divinâ favente clementiâ Rex.

Si Nos piis fidelium precibus facilè præbemus exorabiles, credendum eſt in Principatu ſtabiles & æternâ beatitudine manſuros fore perdurabiles.

Quapropter omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum, noverit induſtria, qualiter Nos, Notgeri Epiſcopi, nec non & Hildeboldi, cæterorumque fidelium petitionem adimplentes, dedimus unum foraſtum Rothardo Epiſcopo Cameracenſis Eccleſiæ, ad Eccleſiam S. Mariæ, ob remedium animæ noſtræ, noſtrorumque Parentum, tendens in longitudine à Saubonir-monte, uſque in illum locum ubi duæ Elpræ cadunt in Sambram: in latitudine autem à Villa quæ dicitur *Baſins*, & loco qui vocatur *Gurgunses*, ita ut Sambra decurrit, & duæ Elpræ uſque ad interiorem ripam ulterioris Elpræ, noſtroque banno firmavimus: eâ videlicet ratione, ut nulla majorum, minorumque perſona, in bivangio prædicti foraſti, niſi cum licentia præfati Epiſcopi Rothardi, ejuſque Succeſſorum, venari præſumat, ſed ipſe, ejuſque Succeſſores ex noſtro Regio dono venationem poteſtativè teneant, & quibuſcumque placeat, venandi licentiam concedant.

Et ut hoc Donationis noſtræ munus firmum conſiſtat; hoc Præceptum indè conſcriptum Sigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propriâ, ut infrà videtur, corroboravimus.

Signum Othonis Glorioſiſſimi Imperatoris.

Hildeboldus Epiſcopus & Cancellarius vice Villigiſi Archiepiſcopi recognovi.

Acta VIII. Kalen. Maii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII, Indictione octavâ, anno autem primo Othonis Imperatoris. Actum eſt Granni Palatio feliciter. Amen.

CAPUT

CAPUT VI.

Henricus Auceps *Imperator benefacit anno* 931. *Canonicis ſæcularibus in Criſpinio in Hannonia, ubi dein erecta fuit Abbatia Monachorum Ord. S. Benedicti.*

Ex Archivis Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus divinâ favente clementiâ Rex. Omnium fidelium noſtrorum petitiones, juſtè & rationabiliter auribus noſtris infuſas, oportet Nos implere; maximè tamen eas quas pro Divini cultûs amore Nobis ſuggerunt; quia Deum Nobis inde propitium promereri, eoſque devotiores in noſtro credimus permanere obſequio.

Quocirca omnes fideles noverint noſtri præſentes ſcilicet & futuri, quia Nos rogatu Giſleberti fidelis ac dilecti Ducis noſtri, Canonicis in loco Creſpin nuncupato devotè Domino famulantibus, ejuſdem loci obas XV. in Villa Onainville dicta ſitas, cum reliquæ familiæ mancipiis novem, Alexandro verò & filiis ejus, curtilibus & ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & omnibus quæ dici & nominari poſſunt appendiciis, ob æternam noſtri commemorationem perpetualiter ad victum & veſtitum poſſidendas donavimus.

Jussimus quoque hoc Præceptum indè conſcribi, firmiter præcipientes, quatenùs præfati Canonici talem inde ulteriùs habeant poteſtatem, ſicut & de aliis rebus, quæ ab antiquis temporibus ad eorum *peculiare pertinere videbantur. Et ut hoc Præceptum firmum ſtabileque permaneat, manu noſtrâ ſubtùs illud firmavimus, annuloque inſigniri noſtro præcipimus.

*Fortè Dominium.

Data IX. Kalend. Novemb. anno Dominicæ Incarnationis DCCCC.XXXI. Indictione V. anno Regni Henrici Regis XIII. 931

Actum in Ivois. Amen.

SAnctus Landelinus, de quo ſupra pag. 1195. relicto Lobbienſi Cœnobio, quod fundaverat, conſtitutoque illic Abbate B. Urſmaro, tranſtulit ſe ad vicum Criſpinium, vulgo *Creſpin*, inter Montes Hannoniæ & Valencenas, ubi aliud conſtruxit Monaſterium ſupra fluvium Hon, in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, ibique vitæ perfectioris inſtituta ſectatus, tandem obiit anno 691, vel 703.

Circa annum 870. totum hoc Cœnobium à Normannis everſum fuit; ac deinde aliquantiſper reſtauratum occupatum fuit à Clericis ſæcularibus; vocaturque à Balderico in Chronico Cameracenſi *Monaſterium Canonicorum*; cujus adminiſtratio, uti & alterius Maricolenſis Cœnobii pro tempore commiſſa fuit anno 630. Stephano Alſatio Cameracenſi Epiſcopo à Carolo Francorum Rege, per Præceptum ejus, quod recitat Baldericus Lib. 1. Cap. 67.

Conſtat eoſdem Clericos hîc conſediſſe uſque ad annum 1080, quo, Divinâ ſic ordinante gratiâ Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus, adjuvantibus Balduino Hannoniæ Comite, & Richilde ejus Matre, eoſdem inde extruſit, ſubſtitutis Monachis Ordinis S Benedicti, quibus Reinerum Abbatem ex Haſnonienſi Cœnobio evocatum præfecit. Vide Diplomata inferiora.

CAPUT VII.

Amurricus *Vir Nobilis ſuam donat hæreditatem Abbatiæ Ciſonienſi Ordinis S. Auguſtini in Gallo-Flandria anno* 968.

Ex Spicilegio Dacheriano.

QUoniam, ut ait Scriptura, *Omnis caro fœnum*, ætaſque, vita & gloria hominum veluti areſcentis fœni flos tranſit, ſemper tranſit in nihilum, oportet ut quod firmum & ſtabile eſſe volumus, Chartulis & ſcriptis in futurum tranſmittere ſatagamus, ne poſteritas vitioſiorem progeniem nobis datura, mali præſaga, habendi inſatiata, quæ ad uſus Sanctæ Eccleſiæ viderit collata, ſibi vindicare præſumat: ſed quæ Dei ſunt, Deo habere permittat.

Quapropter notum ſit cunctis orbem incolentibus, quod Vir timoratus, nobiliſſimis ortus natalibus, nomine Amurricus, cum duobus ſuis Fratribus, Sancti Papæ Caliſti Altaria adierunt, ibique totam ſuam hereditatem Villæ, ſcilicet Arboretæ, tradiderunt: eo videlicet tenore, ut quiſquis horum trium aliis ſupervixerit, pro eadem Villa habenda V. ſolidos perſolveret, & defunctis his tribus, Villa eadem Eccleſiæ uſibus permaneret.

Actom eſt hoc in Eccleſia Ciſonienſi videntibus Teſtibus idoneis, quorum nomina exprimuntur iſtic.

S. Eiberti.
S. Teſelini.
S. Moreneti.
S. Diſderi.
S. Gerulfi Tornacenſis.
S. Gelberti.

Actum eſt ſiquidem hoc Ciſonio publicè, anno Incarnati Verbi nongenteſimo LXVIII. 968
regnante Rege Lotharto, Monarchiam Flandrenſis Patriæ gubernante Comite Arnulſo, Epiſcopalem Cathedram tenente Radbodone. Epactâ XI. & regularibus IX.

Si quis hoc infringeret, &c.

CAPUT VIII.

Abbatia Blangiacenſis in Artheſia, olim fundata à S. Bertha pro Monialibus circa annum 1031. *à Roberto Comite S. Pauli traditur Monachis Benedictinis ex Abbatia Fiſcannenſi in Neuſtria deſumptis.*

Ex Theſauro Anecdotorum.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

EGO ROGERIUS Comes de Caſtro quod dicitur Sancti Pauli, cum Conjuge mea quæ vocatur HADUIS, & Filiis meis MANASSE videlicet & ROTBERTO, notum fieri volo tam præſentibus quàm futuris, donum quoddam quod pro redemptione animæ meæ & Prædeceſſorum meorum, Conjugis quoque, & Filiorum meorum, concedo Sanctæ & Individuæ Trinitati Trino & Uni Deo, vivo & vero, apud Monaſterium quod dicitur Fiſcannus, Abbatiam videlicet S. BERTÆ in loco qui dicitur Blangiacus.

CONSIDERANS igitur præſentis vitæ varietatem, & hujus volubilis ævi mortalitatem, decrevi de poſſeſſione quam mihi Deus Omnipotens contulit, ipſum facere conſortem & heredem: nulli ſiquidem meliùs delegi partem de toto tribuere, quàm illi qui totum quod habeo mihi tradidit gratuitâ ſuâ bonitate.

NAM ſicut ipſe in Evangelio clamat, quia *laudavit Dominus Villicum iniquitatis, quod prudenter ſibi proſpexiſſet in futurum*; Et aliud: *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.*

PROVOCATUS his, & aliis Dominicis admonitionibus facio, ut prædixi, amicos Fiſcannenſes Monachos de hereditate mea, ut cùm defecero, recipiant me in æterna tabernacula. Hujus rei Teſtes ſumus,

Richardus Canonicus,
Warinus Trepellus,
Guimerus Groſſus,
Arnulfus Glaſſellus,
Acardus Miles,
Vitalis Mareſcallus.

Ex parte Sanctæ Trinitatis.

Adelelmus Calvus Monachus,
Rainaldus Monachus,
Oſmundus Monachus,
Milo Clericus,
Tetbaldus Laïcus,
Willelmus de Ingiſcavilla,
Calvinus,
Bernefredus,
Rainaldus Mareſcalcus, & alii plures.

CAPUT IX.

Abbas Fiſcannenſis Traditionem Abbatiæ Blangiacenſis, de qua Cap. præcedenti, acceptat circa annum 1031. *ibique Abbatem conſtituit.*

Ex Theſauro Anecdot.

ECCLESIASTICAM ordinationem non humani eſſe judicii, ſed divini conſilii, ipſe Nobis Dominus noſter JESUS-CHRISTUS evidenter oſtendit, qui electos diſcipulos, oves ſuas, ſecundùm Evangelicam veritatem oſtendit, dicens: *Oves meæ vocem meam audiunt & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis.* Quibus ad oſtendendam ſalutis viam, ſeipſum Paſtorem præbuit, quos ante etiam mundi conſtitutionem divina providentia præſcivit, formam boni Paſtoris in ſe oſtendere volens, quatenus id ardentiori ſtudio imitari ſuo tempore ſtuderent, quod in ſuo capite Chriſto præceſſiſſe cognoſcerent.

UNDE & ipſos quos primos ad hoc ipſe elegit, ut doctrinæ ſuæ in eis fundamenta locaret, Vicarios ſuæ, quam ſibi proprio ſanguine adquiſivit, Eccleſiæ conſtituit, ut eorum doctrinâ & exemplo eò libentiùs adhærerent futuri in regimine Eccleſiaſtico Paſtores, quò familiariùs eos quos imitarentur ex ore cœleſtis Magiſtri didiciſſe ſine dubio crederent. Quocirca ſingulis ſuis ordinibus Sancta Eccleſia auctoritate à Patribus conſtitutâ hujuſmodi firmatur Rectoribus, ne membrorum negligentiâ id deficiat quod à Capite Chriſto inſtitutum eſt tantâ diligentiâ.

UNDE & Ego Frater JOHANNES Fiſcannenſis Cœnobii Pater indignus Fratribus hujus loci qui dicitur Blanziacus, precibus Venerabilis Comitis ROGERII adquieſcens, Abbatem eligo, & eis Cariſſimum Filium noſtrum Domnum.... Patrem conſtituo, eâ videlicet ratione, ut prædictus Comes eumdem locum, quem diu deſtructum atque deſolatum, pro ſua ſuorumque ſalute, iterùm cœpit inſtaurare, non negligat; ſed quantùm, Deo annuente, valuerit ad laudem Dei nobilitet & componat, & quamdiu locus iſte duraverit, & Fiſcannenſe Cœnobium à regulari tramite non exorbitaverit, hic quem modò

modò elegimus nullum habeat Succeſſorem, niſi quem ex ſeipſis Fiſcannenſes Fratres elegerint, juxta Canonicam & Apoſtolicam ordinationem.

Si autem, quod abſit, quod etiam in pleriſque locis, proh dolor! accidiſſe videmus & dolemus, prædictus Fiſcannenſis Cœnobii locus ab inſtitutis Sanctorum Patrum & vitâ ſpiritali aliquando ad ſæcularia devolvetur; concedimus Fratribus hujus loci liberam eligendi ſibi Patris facultatem, tantùm ut ſecundùm Deum fiat, nec aliquatenus offendat in Canonicam Auctoritatem.

CAPUT X.

Richeza *Regina Poloniæ Regno extorris ſe-ipſam tradit in ancillam Eccleſiæ S. Urſulæ Coloniæ (quæ nunc eſt Collegiata Nobilium Canonicarum) circa annum* 1030.

Ex Hiſtoria S. Urſulæ.

In memoriam & laudem Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis, omniumque Sanctorum Dei. Quàmplurimi Dei fidelium Eccleſiis dedicari ſe de ſuis rebus à Deo collatis ſibi, & præſtitis effecerunt; hoc autem vel ob amorem futurorum bonorum, ſeu metum infernalium tormentorum, quibus condignè remunerandi, prout geſſerunt, ſive bonum ſive malum, cum venerit qui venturus eſt, actus cujuſcumque noſtrûm. Quod ego Richeza ſæpè animo volvens, & mutuâ confabulatione cum amicis meis differens, inſuper animata à Domino Archiepiſcopo Piligrimo, cum eſſem ingenua, deliberavi eſſe ancilla, & ſub tributo. Quia verò poſt puſillum facillimè quocumque caſu obliviſcimur, quod hodie factum fuerat, manu-ſcripto petii fieri memoriale, quatenùs ſic ſit manifeſtum tam futuris, quàm præſentibus Chriſti fidelibus, quomodo vel quo facta ſim ſub tributo.

Ego enim Richeza, alicujus cupida cum eſſem patrocinii ab inſurgentibus in me, Archiepiſcopum Piligrimum Advocatum feci in omnibus, nullo excepto excluſove, donans me in Urbe Colonia ad Sanctas Virgines eâ profeſſione, videlicet, quatenus ſingulis annis perſolverem duas denariatas ceræ, & ut mei Poſteri ſint ejuſdem conditionis.

Poſt obitum etiam id ſtatui, ut videretur ad Altare ſupradictarum Virginum mea pretioſa veſtis, ſeu meorum Succeſſorum, videlicet quæ fuerit elaborata nendo vel texendo, nec deinceps ſumus ulli conditioni ſubditi, ſed noſtri ſumus liberi arbitrii.

Ad meam Traditionem Teſtes idonei præſentes fuerunt, quorum ſubſcripta tenentur nomina.

Archiepiſcopus Piligrimus,
Comes Cathelo Frater ejus,
Idelolphus Præpoſitus.

Colonienſe V. Canonicorum & VI. Nobilium Canonicarum Collegium, SS Urſulæ & Sociabus ejus ſacrum. habet templum primitùs extructum à piis Civibus Colonienſibus in honorem Sanctæ Urſulæ & Sociarum, quod poſtea *Clettalius* Vir Religioſus ex Oriente veniens auxit. Tandem anno 902. *Hermannus* Colonienſis Epiſcopus illud complevit. Monaſterio *Geritzheim* (quod Virginum erat) huc tranſlato.

CAPUT XI.

Leo IX. *Pontifex Privilegia Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis confirmat anno* 1052. *Hermanno Archiepiſcopo ejuſque Succeſſoribus concedit titulum Cancellarii S. R. E. & Cardinalis S. Joannis ad Portam Latinam; in Eccleſia verò Colonienſi creat ſeptem Presbyteros Cardinales, totidemque Diaconos ac Subdiaconos.*

Ex Hiſtoria Colonienſi.

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei, Hermanno S. Colonienſis Eccleſiæ Venerabili Archiepiſcopo ſuiſque Succeſſoribus illuc canonicè intrantibus ſalutem in perpetuum.

Gratias agimus Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui nullis Nos præcedentibus meritis ad Apoſtolicæ Dignitatis culmen fecit aſcendere, & ſollicitudinem omnium Eccleſiarum gerere, earumque Rectoribus pietatis aſſenſum præbere.

Quia poſtulaſti à Romana Sede confirmari Privilegia, quæ ab Anteceſſoribus noſtris ſunt tuæ Eccleſiæ conceſſa, viſum Nobis fuit honeſtum & Eccleſiæ neceſſarium petitioni tuæ conſentire;

Præsertim cum Eccleſia hæc ſub nomine Principis

Principis Apoſtolorum Beatiſſimi Petri ſit conſecrata, ſicut Mater ſua, cui præſidemus Divinâ clementiâ, ut quæ Matrem imitatur, ex nomine Filia, imitetur etiam aliquantiſper in Dignitate Eccleſiæ, protegaturque ſub alis defenſionis ſuæ.

Nos igitur tuâ, ſicut & omnium Chriſti fidelium devotione incitati, Noſtrâ & Apoſtolicâ Auctoritate confirmamus Tibi omnia, quemadmodum in Privilegiis Patrum noſtrorum Apoſtolicorum Virorum ſunt ſcripta: Crucem videlicet & Pallium ſuo tempore ſuoque lôco ferendum: Inſigne quoque feſtivi equi, quem *Naccum* vocant noſtri Romani.

Confirmamus quoque Tibi per hanc Præceptionis noſtræ Paginam Sanctæ & Apoſtolicæ Sedis Cancellaturam, & Eccleſiam Sancti Joannis Evangeliſtæ ante Portam Latinam, ut Te Petrus Cancellarium habeat, Joannes hoſpitium præbeat.

Concedimus etiam atque perpetuò largimur, ut majus Altare Eccleſiæ tuæ Matris Virginis honori dedicatum, & aliud ibidem Apoſtolorum Principi B. Petro addictum, reverenter miniſtrando procurent ſeptem idonei Cardinales Presbyteri Dalmaticis induti, quibus etiam cum totidem Diaconibus ac Subdiaconibus ad hoc Miniſterium prudenter electis, ut ſandaliis utantur concedimus & conſtituimus.

Postea auctoritatem & honorem, quem Eccleſia hactenùs habuit, tam inter alios, quàm à ſuis, confirmamus clypeo Apoſtolicæ protectionis; ut ſi quando Synodus infra tuam Diœceſin, aut præſente hujus primæ Sedis Archiepiſcopo, aut Legato ab ejus latere directo fuerit aggregata, priorem quidem locum, poſt ipſum Rector ejus obtineat, in proferenda Sacrorum Canonum auctoritate prior exiſtat, ita tamen, ut ſicut eſt prior in hac probabili dignitate, ita etiam polleat prior morum probitate, vitæ honeſtate, ut cujus annunciaverit verba, ejus imitetur exempla.

Regiam conſecrationem infra limites ſuæ Diœceſis faciendam, poteſtatis Apoſtolicæ munimine ei corroboramus. Habendam electionem quoque Archiepiſcopi ſecundùm Auctoritatem Canonicam, Filiis Eccleſiæ ſancimus per hanc Præceptionis noſtræ paginam.

Bona autem quæ uſque modo tenuit, vel in æternum cum juſtitia acquirere poterit, hoc Apoſtolico munimine laudamus & corroboramus; videlicet Monaſteria & Eccleſias Coloniæ poſitas, Monaſterium Sancti Heriberti cum omnibus ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Mariæ infra Urbem, Eccleſiam S. Gereonis cum omnibus ſuis pertinentiis. Cetera verò ſacra loca & infra Urbem & circa confirmamus Tibi Auctoritate Apoſtolicâ: monetam Urbis, teloneum, & omne Jus Civile ſub poteſtate Archipræſulis.

Abbatias autem per diverſa loca, Villas, Vicos & Caſtella in omnibus ſuis pertinentiis, ſervis, ancillis, terris cultis & incultis, aquis, pratis, campis, ſilvis, foreſtis;

Præterea corroboramus Eccleſiæ prædia, quæ ipſe dediſti, videlicet Monaſterium Brauwellare, & Caſtrum nomine Zoncburg cum omnibus ſuis pertinentiis; ita ſicut neminem Co-Archiepiſcoporum Tibi ſubjicimus, ita ſub nullo Primate Te agi decrevimus; ſalvâ Nobis in Te, ſicut in ceteris Archiepiſcopis, quæ jure debentur Apoſtolicæ ſubjectionis Auctoritate:

Statuentes Apoſtolicâ Cenſurâ, ut nullus Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, & præterea nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Præpoſitus, vel aliqua magna, parvaque perſona cujuſlibet Ordinis & Dignitatis, contra hanc noſtræ Præceptionis & confirmationis Paginam audeat præſentare.

Si quis, quod non optamus, temerario auſu contra hujus Apoſtolicæ noſtræ Auctoritatis Scriptum piè à Nobis pervulgatum tentaverit, anathematis vinculis innodatus à Regno Dei ſit alienus, donec reſipiſcat. Qui verò pio intuitu cultor & obſervator exſtiterit, Benedictionis gratiam & cœleſtis Regni gaudia à miſericordiſſimo Domino noſtro conſequi mereatur.

Data Nonis Maii per manus Friderici Diaconi S. Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarii atque Cancellarii, vice Domini Hermanni Archi-Cancellarii & Colon. Archiepiſcopi.

Anno Domini milleſimo quinquageſimo 1052
ſecundo, Leonis IX Papæ quarto, Indictione quintâ.

CAPUT XII.

S. Anno II. *Colonienſis Archiepiſcopus fundat Abbatiam Sigburgenſem Ordinis S. Benedicti prope Bonnam in Diœceſi Colonienſi, anno* 1066.

Ex MS. Abbatiæ Archivis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. (1) Anno ſecundus divinâ diſpenſante clementiâ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Noverit omnium Chriſti Fidelium tam futurorum quàm præſentium pietas; qua de cauſa primum inſtituimus in monte ædificare Cœnobium, cui tunc (2) Mons S. Michaëlis nomen eſt inditum, quando in ipſius Archangeli honore conſecratum eſt Monaſterium &c..

Sunt autem hæc loca, quæ per Advocatorum manus eidem Cœnobio legavimus, & Miniſtris Chriſti ibidem degentibus ad victum veſtitumque contulimus, Achera &c. (3) *Strala*, Niſtera &c. Lara &c. Bettendorff, Muffendorff &c.

Statuimus verò Advocatis, quos ejuſdem Eccleſiæ defenſores eſſe prævidimus, ut ſemel in anno ad loca ſibi præſcripta conveniant, & pro juſtitiis faciendis Placita teneant; ſic tamen ut ipſi cum conſilio Abbatis effuſionem ſanguinis, furta, violatam pacem, hæreditatis contentionem judicantes ſuâ tertiâ contenti ſint, neque ipſam tertiam niſi de his rebus, quæ in Placitis Advocati ventilentur, vel de Placitis judicentur, requirant.

Cætera omnia Abbatis arbitrio diſponenda relinquant; ita ut in Abbatis poteſtate ſit à perſona familiæ qualibet pro libito ſupplicium ſumere, ſi in aliquo juſtis ejus imperiis præſumpſerint contraire &c. Sitque ſervitium, quod Abbas Advocato in unaquaque die Placiti dare debeat, duo modii tritici, ama vini, duæ cereviſiæ, porci duo valentes duos ſolidos, porcellus denariorum ſex, anſeres duo, pulli quatuor, ova 20. avenæ modii ſex.

In Gulſa tantundem, exceptâ cereviſiâ, quæ non poteſt dari, eò quod ibi non ſit. In Bettendorff tantundem. In Strala modius tritici, porcus valens ſolidum, porcellus denariorum ſex, anſer unus, pulli duo, ova decem, ſitula vini, ama cereviſiæ dimidia, avenæ modii quatuor. In Ulma tantundem.

Denuntiamus itaque eiſdem Advocatis, ne poſt hoc Placitum ſingulare, niſi ab Abbate vocentur, ullum in anno Placitum teneant, neque Subdefenſorem quemquam niſi Abbatis electione & familiæ collaudatione conſtituant, neque tertiam alicujus compoſitionis niſi in ſuo Placito ventilatæ & judicatæ requirant.

Si quis hujus noſtri Decreti, Apoſtolicâ Paginâ corroborati violator, quod non optamus, extiterit, abominationem Dei & Sanctorum, in quorum honore locus conſecratus eſt, niſi cito reſipuerit, incurrat, & cum his, quorum ignis non extinguitur & quorum vermis non moritur, portionem accipiat............

✠ Signum Annonis Archiepiſcopi.........

(1) Sanctus Anno, ex Comitibus de *Sonnenberg*, Præpoſitus primum Goſlarienſis, anno 1056. electus Archiepiſcopus Colonienſis, è vita migravit anno 1075, ſepultus in Abbatia Sigburgenſi.

(2) Mons S. Michaelis, Monaſterium Benedictinorum, vulgo *Sigberg*, in Archidiœceſi Colonienſi, duobus à Bonna, Electoris Reſidentia, ſitum milliaribus, Fundatorem agnoſcit S. Annonem, qui primos Monachos ex Italia & Caſſinenſi Cœnobio eò traduxit. Abbatum Seriem vide in *Hiſtoria Eccleſiaſtica Gelriæ* Bruxellis editâ anno 1719. Authore R. D. *Joanne Knippenbergh* Paſtore in Helden, qui Nobis hoc Diploma communicavit.

(3) Strala, Oppidulum Gelriæ ſuperioris, duabus leucis Venlona diſſitum.

CAPUT XIII.

Drogo *Morinenſis Epiſcopus Fundationem Abbatiæ de Sonnebeca Canonicorum Regularium, nunc in Diœceſi Iprenſi, factam à Fulpoldo Viro Nobili, confirmat anno* 1072.

Ex MS Archivii Abbatiæ.

In nomine Sanctæ atque Deificæ Trinitatis.

Drogo Morinorum Epiſcopus, Vobis omnibus Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ Filiis præſentibus atque futuris, ſalutem animæ & corporis, cum beatitudine Dominicæ benedictionis.

Licet omnibus in toto terrarum orbe fidelibus Chriſtianis ſit injunctum illud Dominicæ juſſionis, ut unuſquiſque in alterum fervere debeat fraternæ incendio dilectionis, tantò tamen imminet hoc ſpecialiùs Sacerdotalis profeſſioni Ordinis, quantò conſtat per eos eorumque Anteceſſores approbatum Evangelicis Apoſtoliciſque documentis, neminem Catholicorum ſine hac ſalvari poſſe aliis quibuſlibet adjumentis.

Proinde ſi noſtri compellimur præcepto Redemptoris, ut neceſſe ſit nobis, benefacere inimicis, nec non & orare pro eis, ſi participationem Sanctorum beatitudinis deſideramus promereri in cœlis: dubium non erit, quin vel ita quoque vel ampliùs exhibeamus amicis.

Unde chariſſime Fili Fulpolde, ſupplicationem tuam conſiderans religioſam & ſanctam eſſe, dignumque ducens paternè proficere, Eccleſiam S. Mariæ in Villa nominata Sinnebeka, ubi Sancti Spiritûs gratiâ cor tuum illuminante tres Canonicos ſtatuiſti, Omnipotentis Dei clementiam pro animæ tuæ ſalute & Uxoris Ramburgæ ac Filiorum, Anteceſſorum quoque omnium fidelium vivorum ac mortuorum die noctuque deprecari; quibuſque ad hæc liberiùs agenda de hereditatis ac poſſeſſionis tuæ proprietate terras in Flandria, videlicet extra Brugas quarum numerus eſt 24 menſurarum: harum ſunt in in Odagri agro, ad Leeſina ſeptem, ad Amelini pontem octo & dimidia: decimas quæ ſunt in Villa nominata Northcotes: ſervos & ancillas 30. alioſque redditus ad vivendi neceſſarios uſus cunctis diebus vitæ hominum contradidiſti. Illam inquam Eccleſiam ab omni debito, quod hactenùs mihi vel Sedi Epiſcopali ſolvebat, ab hodierno die in reliquum liberam reddo & abſolvo ....

Præterea decimam & oblationes ad præfatam Eccleſiam pertinentes ad ſupplementum victûs Canonicorum ex parte Sanctæ Mariæ pro remedio animæ meæ, omniumque Anteceſſorum meorum vel poſterorum attribuo; atque ut ſuppliciter multoties rogaſti, concedo, ut qui jam dicti ſunt Canonicorum tertius ſuper cæteros omneſque Parochianos ad prædictam Eccleſiam titulatos Curam Paſtoralem habeat; hoc modo, ut quando ſubditorum ſibi

contigerit alterum mori, cum conſilio reſidui locum ac Beneficium reſtauret defuncti: illoque, hoc eſt Præpoſito, humanis rebus migrante, quem elegerint Canonici Paſtorem, huic Ego vel quicumque Succeſſor meus fuerit, abſque alicujus genere pretii regimen dabimus paſtoralis Officii, & Præpoſituram totius boni ad Eccleſiam pertinentis.

Si quis autem diaboli ſtimulatus aculeo, quod abſit, contra hujus noſtræ Conſtitutionis Privilegium Eccleſiæ ſæpe dictæ rerum traditarum ſeu tradendarum invaſionem, alienationem vel vexationem aliquo modo intulerit, convictus iram Dei Omnipotentis incurrat, & omnium Chriſtianorum conſortio alienus exiſtat, niſi reſipiſcens pœnituerit, & Eccleſiæ illi aut ejus Rectoribus ſatisfecerit.

Qui verò infractionem atrii fecerit, perſolvet Eccleſiæ triginta libras, Epiſcopo bannum novem librarum.

Actumque eſt hoc anno ab Incarnatione
1072. Domini milleſimo ſeptuageſimo ſecundo, Epiſcopatûs autem Drogonis quadrageſimo, regnante Rege Philippo in Francia, Roberto in Flandria.

Hujus autem Privilegii firmati à Drogone Epiſcopo ſunt teſtes nominandi,

Hubertus,
Arnulphus, Archidiaconus ejuſdem Eccleſiæ,
Geroldus Decanus,
Grimelandus Cantor,
Jode Canonicus,
Herluinus Canonicus,
Wilbertus Decanus Paroehiæ ejuſdem,
Gerardus Furnenſis Decanus,
Gerardus de Lot,
Vulmarus,
Hunfridus,
Hermerus,
Gozo,
Hugo,
Wido,
Willielmus,
Robertus Vice-Comes, præterea tota Synodus.

CAPUT XIV.

Philippus I. *Francorum Rex fundationem Collegii Canonicorum S. Petri Arienſis à Balduino Inſulano Flandriæ Comite inchoatam (juxta Tabulas ſupra editas pag.* 186.) *confirmat* 1075.

Ex Ducheſne in Familia Bethun.

In nomine Summæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Ego Philippus Rex Francorum petitionem non incongruam Comitis Rodberti benignè prout decet ſuſcipiens, Eccleſiæ Arienſi in honore S. Petri Apoſtolorum Principis conſtitutæ, quàm Comes Balduinus Canonicos imponens conſtruere cœpit, libertatem hâc mei Sigilli impreſſione attribuo; terrarum, ceterorumque bonorum, quæ illi Eccleſiæ tradiderunt, donum & confirmationem, Deo in primis concedente, hâc meâ præſenti deſcriptione concedendo. Hæc ſunt autem quæ poſſidet Eccleſia ſupradicta, Canonicique ibidem conſtituti. Eccleſia Arienſis tota cum decimatione totius Arienſis Caſtellaturæ;

Eccleſia de *Melemodio*; tota Eccleſia de *Papingehem*, ex oblatione & minutis decimis cujus Arienſis Eccleſiæ luminaria ſuppleantur.

Capella S Quintini, una ovium berquaria in Territorio Brugenſi, in Parochia ſcilicet de *Tatingehem*, annis ſingulis xl. libras perſolvens. Decima de *Gomelingehem*, Villa etiam quæ vocatur *Bailim*, cujus Villæ pars quarta jacet in vadimonio pro l. literis. Quam pecuniam ſuſcipiet Eccleſia, ſi fortè redempta fuerit; ſi verò non fuerit, Eccleſia tenet atque tenebit.

Duæ partes etiam decimationis & Eccleſiæ Silvæ, ac de Villa quæ vocatur *Marleris*, in uſus Eccleſiæ ac officinarum. Villa etiam tota quæ vocatur *Wails*, cum molendinis duobus in eadem Villa conſtitutis, terra ſcilicet culta & inculta ad Villas ſupradictas pertinens, cum ſilva plurima.

Quòd ſi quis deinceps pro ſalute animæ ſuæ Eccleſiæ ſupradictæ aliquid dederit, liberam à me poteſtatem, & à Deo habeat retributionem.

Attribuo etiam Canonicis hanc libertatem, ut Præpoſito ſuo decedente, ſecundùm Deum ſine alicujus poteſtatis gravamine alium ubi ſibi placuerit eligant.

Actum eſt publicè anno Dominicæ Incarnationis m. lxxv. Indictione verò xiii. regnante 1075.
Philippo Rege Francorum, Rodberto gratiâ Dei Marchione Flandrenſium, tempore Drogonis Epiſcopi Morinorum. Teſtibus his,

Wilfrido Pariſiacenſi Epiſcopo,
Euſtachio Comite,
Widone Comite,
Hugone Fratre ſuo,
Ingelranno,
Arnulfo,
Balduino de Gand,
Rodberto Betunio, & aliis multis.

CAPUT

CAPUT XV.

RICHELDIS *Hannoniæ Comitiſſa ejuſque Filius* BALDUINUS *Monaſterium Criſpinenſe tradunt Religioſis Benedictinis, eique novas poſſeſſiones tribuunt anno* 1080.

Ex Baſilii Cœnobii Criſpinienſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam futuris, quàm præſentibus, qualiter Comitiſſa RICHELDIS, ut prudens & bona ac Deo devota, & Filius ejus BALDUINUS, cogitantes de Dei timore & perpetua ſalute, pro redemptione animarum ſuarum, Abbatiam Sancti Landelini in Criſpinio, quam tenebant Laïci Advocati, ſcilicet Chriſtianus, Almannus, Anſelmus, Walterus Grandis, retraxit de manibus eorum interventu Baldrici Militis de Reſin, & dato illis ab eo pretio pro libertate prædictæ Eccleſiæ.

PRÆTEREA ipſa prædicta Comitiſſa & Filius ejus Balduinus reddiderunt Sancto Landelino ſilvam Ambligis, & longum pratum, cum omnibus aliis pratis, & omnia quæ in eadem Villa à novo foſſato tenebant ipſi Advocati.

ACTA ſunt hæc anno Incarnationis Domini M. octogeſimo, Regis Henrici Romanorum 1080.
Imperium tenentis XXV. Præſulatûs autem ſecundi Gerardi Eccleſiæ Cameracenſis Epiſcopi IV. Indictione III. Epactâ XXVI. concurrente..... cum biſſexto, Arcbidiaconatûs tempore Widrici Arcbidiaconi Hannoenſis, Mathelmi Arcbidiaconi Cameracenſis, nec non Auffridi ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconi.

QUÆ ut firma atque inconvulſa per futura maneant tempora, idoneorum corroborantur teſtimonio Virorum ſubtitulatorum.

S. Balduini Comitis,

S. Baldrici,

S. Walcheri, & aliorum plurimorum.

ET hæc prædicta Comitiſſa cum Filio ſuo reddidit Eccleſiæ Sancti Landelini ad uſus Fratrum inibi Deo ſervientium, ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, & Sigillo proprio ſigillari præcepit.

CAPUT XVI.

vide pag. 269. CONRADUS* *Comes Luxemburgenſis in Oppido Luxemburgenſi anno* 1083. *Munſterienſem B. Mariæ Abbatiam conſtruit atque dotat.*

Ex MS. Archivis Eccleſiæ Tornac.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti.

EGO CONRADUS Comes, licet ſerò inſpiratione Divinæ gratiæ ad pœnitentiam provocatus, eleëmoſynis & cæteris pietatis operibus peccata mea redimere ſtatui, quæ & vitio humanæ fragilitatis & ex officio ſæcularis dignitatis contraxi, & quæ necdum juxta præceptum Domini ex integro potui cuncta derelinquere, decrevi ſaltem aliquam partem poſſeſſionum meatum Chriſto tribuere.

COEPI itaque in monte boc, ubi nullus Patrum meorum priùs adoravit Dominum, Domum in honore & veneratione Apoſtolorum Principis à fundamentis conſtruere, in qua Monachorum turmam ſub norma Beati Benedicti militaturam inſtitui, & de rebus meis quantum ad præſens viſum fuit, Eccleſiæ ipſi, abſque calumpnia alicujus hominis ſeu Advocatiæ præter me & Succeſſores meos, liberè contradidi, & eandem traditionem ob confirmationem Poſteris meis profuturam, ne violenter beneficia Fratrum ſubripiantut, in Kartula hâc denotavi.

DEDI ſcilicet eidem Eccleſiæ in perpetuam dotem, manſum unum indominicatum & quattuor veſtitos, & montem à turri extrema uſque ad aquam, cum banno, & aquam à ponte Sancti Odelrici uſque ad rupem Moronis cum omnibus uſibus ſuis, & liberam piſcaturam pro velle ſupra & infra, cum molendinis & furnis.

TRADIDI etiam quatuor familias, & in ſilva præſenti quæ dicitur Adenanen, nec non & Santwilre ſilva quæcumque loco fuerint neceſſaria, ſive in paſcendis porcis aut aliis animalibus, & ligna & materiam ad omnia ædificia ſine reſpectu reditûs aut cenſûs; familiam quoque in Villa quæ dicitur Tetingen cum omnibus quæ poſſident; & apud Marſemum, pratum ſpatioſum cum omni uſuario ſicut à me hactenùs eſt poſſeſſum: & apud Gocingam Villam familiam & terram cum omnibus quæ ibi habeo, Fratribus conceſſi.

An montem Tutonis Luzonem & fratres ejus cum poſſeſſionibus ſuis. Apud Matheis alodium & familiam ubicumque ſint, excepto Amalrico & Ramberto cum his qui poſſident; Curtim quæ dicitur Ptis, cum familia & redditibus; Villam Rodenges cum familia & redditibus; Eccleſiam de Furem cum adjacenti decima; Eccleſiam de Levela cum tribus partibus decimæ. Ita ſanè ut quod fundatum eſt hereditariè deficientibus Filiis Fratres poſſideant; Eccleſiam de Rode, Eccleſiam de Santwilre.

QUÆ omnia ut magis rata eſſent, acta ſuńt

 annuente

annuente Uxore meâ Clementiâ cum Filiis & Filiabus noſtris, in præſentia Domini Metenſis Epiſcopi Hermanni Vicarii Apoſtolicæ Sedis, & affirmatione banni ipſius.

1083. ANNO Dominicæ Incarnationis MLXXXIII. pridie nonas Julii, Indictione ſextâ, ſub teſtimonio Virorum Nobilium, quorum nomina hæc ſunt:

Raimboldus,
Berclinus,
Tredo,
Richardus,
Bertramous,
Albertus, in die conſecrationis Kriptæ.

QUICUMQUE ergo ex rebus hic annotatis temerè, vi, vel fraude rapuerit, quicumque ſit, Anathema, Maranatha, ſitque in perpetua damnatione cum Dathan & Abiron & Filiis Chore. Fiat, fiat, fiat.

EDiderat hoc Diploma Miræus Lib. II. Diplom. Belg. Cap. 35 ſive ſupra pag. 269. ſed mutilum valde atque imperfectum. Poſtmodum illud integrum accepimus ex Chartulario Privilegiorum Ducatûs Luxemburgenſis, aſſervato in Bibliotheca Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis, ex dono Illuſtriſſimi D. Morillonii, ibidem quondam Epiſcopi.

Adjungimus ex eodem Chartulario Diplomata confirmantia præcedentem Fundationem, quæ omnia ad eandem referuntur, eamque recenſent.

Confirmatio WILHELMI *Comitis Luxeburgenſis.*

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. EGO WILHELMUS Comes de Lutzembourg cupiens imitari beatæ memoriæ Patrem meum Conradum Comitem, & perficere quod ipſe incepit, vel potiùs bonâ voluntate implevit &c. *ut ſupra.*

Confirmatio HENRICI *Comitis Luxeburgenſis ac Namurcenſis, anno* 1182.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. EGO HENRICUS Dei gratiâ Comes Namurcenſis & Lutzembourgenſis, omnibus in Chriſto fidelibus in Domino ſalutem, tam futuris, quàm præſentibus. Juſtum valdè eſt & rationi conſentaneum, ut quod à Chriſti fidelibus zelo rectitudinis ob ſpem remunerationis æternæ agitur, Litterarum ſuffragio æternæ memoriæ commendetur &c. *ut ſuperius.*

ACTA ſunt hæc in Monaſterio B. Mariæ in Lutzembourgo, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centeſimo octuageſimo ſecundo, Indictione quintâ decimâ, Epactâ quartâ-decimâ, 1182
concurrente quarto, regente Sanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam Domino Cœleſtino Summo & univerſali Pontifice, anno Papatûs ejus primo, regnante Sereniſſimo Domino Frederico Imperatore, anno quoque Pontificatûs Domini Arnoldi Treverorum Archiepiſcopi decimo.

Confirmatio WALERAMI *Comitis Luxeburgenſis, anno* 1225.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. EGO WALERAMUS Dux de Lemburch, Comes de Lutzolbourg & de Rupe, Marchio Arlunenſis, omnibus in Chriſto fidelibus ſalutem in Domino, tam futuris quàm præſentibus &c. *ut in ſuperiori Diplomate.*

UT autem hæc omnia rata & inconvulſa permaneant, præſens Scriptum Sigilli noſtri impreſſione corroboramus.

ACTA ſunt hæc Lutzembourg, anno Verbi Incarnati milleſimo ducenteſimo viceſimo quinto. 1225.

Confirmatio JOANNIS *Comitis Luxemburgenſis, anno* 1310.

UNIVERSIS præſentium inſpectoribus, JOHANNES Comes de Lutzemburgh, Excellentiſſimi Domini Henrici Romanorum Regis Primogenitus, ſalutem & notitiam ſubſcriptorum, &c. *uti ſupra in Charta Conradi Comitis.*

IN cujus rei teſtimonium præſentes Litteras ſcribi, & noſtri appenſione Sigilli juſſimus communiri.

DATUM in Lutzemburgh, V. Non. Julii, anno Domini milleſimo treccenteſimo decimo. 1310.

Confirmatio CAROLI IV. *Imperatoris & Comitis Luxemburgenſis, anno* 1349.

KAROLUS Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Bohemiæ Rex, & Lutzembourgh Comes, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis de univerſorum ſtatu fidelium &c.

DATUM Lutzembourgh anno Domini M. CCC. XLIX. XV. Kal. Aprilis, Indictione ſecundâ, Regnorum noſtrorum anno tertio. 1349

Confirmatio WENCESLAI *Romanorum Regis, Comitis Luxemburgenſis &c. anno* 1398.

WENCESLAUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Innata Regiæ Dignitatis conſueta benignitas, etſi cunctorum ſibi ſubjectorum fidelium commodis delectetur intendere, ad illorum nihilominus

nus profectus & quietis dulcedinem procurandam altiori mente rapitur, qui relictis ſæculi vanitatibus in ſimplicitate ſpiritûs Domino famulantur, quorumque fides & ſincera devotio præ cæteris ampliori claritate ſulgeſcunt.

Sane accedens ad noſtræ Majeſtatis præſentiam honorabilis & Religioſus Thilmannus Abbas Monaſterii Sanctæ Mariæ Lutzembourgenſis, Ordinis S. Benedicti, devotus noſter & dilectus, Nobis ſui Monaſterii detrimenta & calamitates multiplices curavit exponere, ſupplicans Nobis quatenus ſibi & ſuo Monaſterio in opportunitatibus ſuis vellemus gratioſè ſuccurrere, ſibique quantum eſt Nobis poſſibile de aliquali remedio providere.

Nos igitur attendentes quod Excellentiſſimus quondam Princeps Dominus Johannes Rex Bohemiæ Avus noſter Chariſſimus in eodem Monaſterio corporaliter jacet tumulatus, nec in remedium animæ ſuæ per proviſionem anniverſarii & alia pietatis opera eidem Monaſterio huc uſque ſit congruè & honorificè proviſum, volentes eidem Monaſterio ob ejuſdem Avi noſtri jugiter habendam memoriam, ſi non ad plenum ſaltem aliqualiter providere, ad laudem nichilominus intemeratæ Dei Genitricis Mariæ, cujus titulo dicti Monaſterii decoratur Eccleſia, præfato Thilmanno Abbati & ejus Succeſſoribus nec non Fratribus & Conventui ac Monaſterio Sanctæ Mariæ Lutzembourgenſis, non per errorem aut improvidè, ſed animo deliberato, ſano fidelium noſtrorum accedente conſilio, & de certa noſtra ſcientia tanquam Lutzembourgenſis Dux inſra ſcriptas gratias duximus faciendas & facimus per præſentes &c.

Datum Lutzembourg, anno Domini M. CCC. LXXXXVIII. die XXI. Maii, Regnorum noſtrorum, anno Bohemiæ XXXV, Romanorum verò XXII. 1398.

CAPUT XVII.

Robertus Friſius *Comes Flandriæ in Eccleſia S. Petri Caſſeti fundat ac dotat Collegium XX. Canonicorum anno* 1085.

Ex MS. Archivis Cameræ Rationum Inſulis communicavit D. Godefroy.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ego Robertus Dei gratiâ quicquid ſum, Comes Flandrenſium fidelis. Quiſquis quanto præ ceteris hujus mundi tranſitoriis gaudet honoribus, tanto devotiùs pro ſuturis præſentia, pro æternis momentanea commutando, ut Regni cæleſtis particeps fieri mereatur, debet totis viribus procurare.

Hanc ergo rationis ſententiam compuncto corde ſuſcipiens, quia & Paternæ hæreditatis Deo annuente obtineo Principatum, & in multis me peccaſſe conſidero, Deumque ineffabiliter miſericordem eſſe non dubito, in loco qui dicitur *Caſſel*, in Pago *Menpiſco*, ad honorem Omnipotentis Dei quamdam fundavi Eccleſiam, & in ea viginti Canonicos conſtitui, quorum cotidianis interventionibus adjuvemur & animarum noſtrarum remedia conſequamur, tam Ego quàm Uxor mea & Filii, & Anteceſſores mei & Succeſſores. Quorum vigeſimus... Scholas.... rexerit, Canonicus habeatur. Quod ſi facere neglexerit, unanimi Fratrum conſenſu alter idoneus conſtituatur.

Notum igitur ſit tam præſentibus quàm futuris quibuſque fidelibus, quod faventibus Conjuge meâ & Filiis & universâ Flandrenſium Curiâ, præfatæ Eccleſiæ & Fratribus de rebus meæ proprietatis hæc concedo, & perrempniter ab eis poſſideri decerno.

Primum quidem duas partes decimarum totius Parochiæ Caſſelenſis, & Curtim quamdam in eadem Parochia. Item Curtim in ea Villa quæ *Fleternes* vocatur, in Caſtellatura Furnenſi. Terram etiam in Villa *Betſingeſela*. Sex quoque Berquarias in *Bercla* in Caſtellatura Furnenſi. Et duas partes decimarum in Caſtellatura Sancti Audomari, & Caſſelenſi, & Curtracenſi, novarum videlicet terrarum quæ à diebus Comitatûs mei datæ & ulteriùs dandæ ſunt ad colendum. Item terram apud *Houtkerka*, &, excepto equitati equitum, totum ſervitium infra Patriam & totum *Fodermalt* ejuſdem Villæ. Ita ut Villæ ejuſdem Miniſter miniſterium à Præpoſito & Fratribus teneat, & eorum tantùm præceptis obediat, & totum *Fodermalt* de *Herſela*, & apud *Guermebolt* viginti duos fodros & dimidium. Altare quoque in Villa quæ *Herdinga* dicitur, & totum cenſum terrarum de *Caſſel*, & duas libras cenſûs de *Burgo*.

Hæc omnia prænominata ipſius Eccleſiæ & viginti Fratrum uſibus conſtituta libera & ex omni exactione ſervitii abſoluta ſicut in manu & poteſtate mea habui, ita Deo & ipſis Fratribus habenda ſubnixâ aſtipulatione manumitto.

Ad hoc verò ut inter ipſos Fratres ſemper vigeat pax & concordia, hæc ad poſteritatis notitiam evidenter volo diſtinguere, quæ ex ſupradictis bonis ad ejuſdem Eccleſiæ miniſteria pertineant. Ex ſupradictis ſex Berquariis ad Præpoſituræ beneficium ſingulis annis viginti & unam libras & decem ſolidos conſtituo; ad ſuſtentationem Eccleſiæ viginti quinque libras; ad emenda luminaria quatuor libras; ad Hoſpites recipiendos centum & ſexaginta hotos avenæ, & novem libras; ad Clauſtrales officinas faciendas & reſtituendas, redecimationem bonorum meorum cunctorum Caſſelenſis Caſtellaturæ; ad utenſilia Dormitorii, Refectorii, Cellarii & Coquinæ ſex libras.

Hoc quoque conſtituo, & diligenter obſervari præcipio, ut ex ipſis Fratribus ſeptem ſint Sacerdotes, quinque Diaconi, ita ut ſi numerus iſte quolibet caſu aliquando minor extiterit,

Digitized by Google

quantò citius ſubluxerit opportunitas, Prælati providentiâ ſuppleatur. Octo reliqui Fratres in ordine Subdiaconatûs & cæterorum graduum, prout injunctum fuerit à Prælato, miniſtrabunt.

Item conſtituo, eoſdem Fratres caſtitatem ſervare, ſimul comedere, ſimul jacere, cum habitu Religionis infra Clauſtrum incedere, & cætera quæ Canonicorum ſunt ſollicitè obſervare.

Et ut hæc omnia data & conſtituta ſibi competentem ſtabilitatis vigorem teneant, præſenti Filiorum meorum cæterorumque Fidelium Authoritate confirmo, & Sigilli mei impreſſione corroboro.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ In-
1085. carnationis milleſimo octuageſimo quinto, Indictione VIII. tempore Gregorii Papæ VII. regnante Philippo Francorum Rege, dominante Roberto Flandrenſium Comite, anno Gerardi Epiſcopi II. in eadem Baſilica; hiis Teſtibus idoneis præſentibus.

Signum Roberti Comitis.
S. Roberti Filii ejus.
S. Philippi Filii ejus.
S. Gerardi Epiſcopi.
S. Arnulfi Archidiaconi.
S. Rorieonis Archidiaconi.
S. Joannis Abbatis.
S. Giraldi Abbatis.
S. Huberti Abbatis.
S. Ingelberti Abbatis.
S. Milonis Decani.
S. Gualonis Præpoſiti.
S. Roberti Pincernæ.
S. Gualteri Dapiferi.
S. Euſtachii Advocati.
S. Roberti Vice-Comitis.
S. Balduini Caſtellani.
S. Gofridi Caſtellani.
S. Hugonis Caſtellani.
S. Guilielmi.
S. Fromaldi.
S. Reingoti.
S. Gerardi.

CAPUT XVIII.

Philippus I. *Francorum Rex prædictam Roberti Flandriæ Comitis fundationem ſuo Diplomate munit anno* 1085.

Ex eiſdem Archivis MS.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Philippus Dei gratiâ Francorum Rex.

Hominum quidem, ſicut ait Apoſtolus, non eſt diſtinctio, omnes enim peccaverunt & egent gratiâ Dei. Dignum eſt, immò ſaluti noſtræ valde neceſſarium, quatenus diligenter habitâ tantæ rei conſideratione, Univerſitatis Domino, quem ſæpe innumeris peccatis offendimus, virtutum muneribus placere ſtudeamus.

Opportunum ergò Nobis eſt, ſincerâ mente Religionis & Dominici gregis augmentum diligere & diligendo promovere, & promovendo roborare; ut qui divinis laudibus, ad hæc quippè conſtituti, die noctuque inſerviunt, eorum interventionibus adjuvemur; qui mundi quidem impediti ſollicitudine Creatori minùs debito famulamur.

Idcirco autem hæc commemoravimus, quum Comes Robertus Eccleſiaſticæ inſtitutionis amator Regiæ Celſitudinis reverentiâ, Noſtram adivit præſentiam, piæ devotionis affectu petens & obſecrans, ut Præcepti noſtri Authoritate muniremus Abbatiam quamdam Canonicorum, quam ad honorem Omnipotentis & pro remedio ſcilicet animæ ſuæ fundaverat in Monte qui *Caſſel* nuncupatur, & in titulo & memoria S. Salvatoris & S. Petri Apoſtolorum Principis prænotatur.

Sunt autem hæc, quæ illi venerabili loco conceſſit. Scilicet duas partes decimarum Parochiæ Caſſelenſis, cum Curti quadam in eadem Parochia. In Villa de *Fleternes* Curtim & terram quamdam. In Villa *Biſſingeſella* item terram apud *Houtkerka*, &, excepto equitatu equitum, totum ſervitium & totum *Fodermolt* ejuſdem Villæ; & in Villa *Herſela* totum *Fodermolt*; & apud *Germolt* XXII. fodres & dimidium, ſex berquarias in *Berela*, duas partes decimarum in Caſtellatura S. Audomari, & Caſletenſis, & Curtracenſis, earum videlicet terrarum quæ à diebus Comitatûs ſui datæ & ulteriùs dandæ ſunt ad colendum. Altare de *Herſinga*, cenſum & redimationem de *Caſſel*.

Hæc omnia ſub veræ diſpoſitionis profeſſione ordinata confirmando præcipimus, & præcipiendo confirmamus, & etiam Sigilli noſtri impreſſione adſtipulando ſolidamus: ut ſicut Atrebatenſis S. Vedaſti Abbatia Præcellentiſſimi Regis Theodorici inſtitutione à Cameracenſi Epiſcopo, & cujuſque exactionis dominatione libera eſſe comprobatur, ita iſta à Teruanenſi Epiſcopo noſtræ Majeſtatis abſoluta ſolidetur imperio.

Si quis autem huic noſtræ Conſtitutioni & corroborationi obviare præſumpſerit, dignitatis ſuæ cingulo privatus, quicquid poſſeſſionis habuerit, Fiſco noſtro, omni reſtitutionis noſtræ ſpe remotâ, conferatur. Immò & ſuæ impugnationis calumpnia omni tempore irrita maneat.

Signum Philippi Regis Francorum.
S. Gilberti Cancellarii.
S. Galteri Noviomenſis Theſaurarii.
S. Joannis S. Quintinienſis.
S. Gervaſii Dapiferi Regis.
S. Gallanii Camerarii.
S. Ivonis de Nigella.
S. Roberti de Perona.

Actum Nigellæ anno Dominicæ Incarnationis M. LXXXV. & anno Regis Philippi XXIV. 1085.
Indictione VIII.

CAPUT XIX.

Ermentrudis *Uxor* **Balduini** *Ædificatoris Hannoniæ Comitis Monaſterio Criſpinienſi Ordinis S. Benedicti tradit ſua bona ſita in Vico de* Sebourg, *anno* 1089.

Ex Regiſt. Cœnobii, ejus Criſpinienſi.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Sicut Lectio Evangelica Nos inſtruit, ſpinas peccatorum ab eleëmoſynis poſſe evelli, juxta verbum Domini dicentis: *Date eleëmoſynam & omnia munda ſunt vobis.* Idcirco Ego Ermentrudis generoſiſſimâ orta ſtirpe, de ſalute meæ cogitans animæ, quidquid Sponſus meus, venerandus ſcilicet Balduinus, in Villa quæ dicitur *Sebourck*, hereditario obtinuit jure, ab illo traditum mihi legaliter, dono; datis ſcilicet in agris cultis & incultis, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, ob ſalutem animæ meæ, Deo Sanctoque Landelino Confeſſori dono ſeu trado in Monaſterio Criſpinienſi, quod in honore Sancti Petri Apoſtolorum eſt conſtructum Principis; quatenus meâ hâc largitione uſibus diverſis ibidem famulantium Creatori fructus ſupra dictorum perenniter deſerviat, & abſque cujuſpiam repetitione vel retractione permaneat.

Ut verò hæc mea Traditio per ſuccedentia firma inconvulſaque permaneat tempora, hanc deſcriptionis fieri volui Paginam, Sigillis idoneorum Teſtium roboratam.

S. Baldrici.
S. Walteri.
S. Balduini.
S. Adæ &c.

Actum Criſpinio, anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIX. Indictione XII. Con- 1089.
currente VII. Epactâ VI. Imperatore regente Henrico, Imperii ejus XXXIV. Cameracenſi Gerardo in Epiſcopali Cathedra præſidente ſecundo, Comite Balduino, Comitatûs verò ejus XX. idem Monaſterium regente Abbate Raginero.

CAPUT XX.

Gerardus *Cameracenſis Epiſcopus Monaſteriolum, dictum Cellam SS. Trinitatis, rogatu Fulberti ac Reineri Clericorum unit ac ſubjicit Abbatiæ Criſpinienſi Ordinis S. Benedicti*, *anno* 1090.

Ex eodem Regiſtro.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Attestante relatione Chriſti viridicâ noſcimus, quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleëmoſyna extinguit peccatum.

Hoc quare prælibatum ſit, non eſt ſilentio comprimendum, ſed palam omnibus, tam poſteris quàm præſentibus maniſeſtè proferendum.

Duo Clerici Religioſiſſimi Viri ac timentes Deum, Fulbertus atque Reynerus, cogitantes de periculo animarum ſuarum, Cellam S. Trinitatis, quæ ſita eſt in territorio Brachatenſi, inter duas Hagnas vivam ſcilicet & mortuam, & quicquid ad eam pertinet, tam in agris quàm in ſilvis & in paſcuis & rivulis aquarum, liberaliter contulerunt Criſpinienſi Eccleſiæ, in honore Beatorum Petri & Pauli & Sancti Landelini, & omnium Sanctorum & Sanctarum ipſius Eccleſiæ, ſub præſentia Domini Ragineri Abbatis, omniumque Monachorum: eo tenore & eâ lege, ut ſicut Filia debet obedire præceptis Matris ſuæ, ita & Cella Sanctæ Trinitatis obediat Criſpinienſi Eccleſiæ; & ſicut Mater amplectitur & fovet filiam ſuam, ita in omnibus neceſſariis Criſpinienſis Eccleſia nutriat & protegat atque defendat ſibi ſubditam.

Actum Criſpinio, anno Dominicæ Incarnationis MXC. Imperatore regnante Henrico, 1090.
Imperii ejus XXXV. Præſulatûs autem Gerardi Eccleſiæ Cameracenſis Epiſcopi XV. Indictione XIII. concurrente...

Ut verò hæc eadem Traditio firma ſtabiliſque permaneat in perpetuum, Virorum teſtimonio roboratum idoneorum.

S. Ragineri,
S. Alfridi,
S. Rodulfi, aliorumque multorum.

CAPUT

CAPUT XXI.

GERARDUS *Epiſcopus Morinenſis confirmat fundationem Abbatiæ de Everſham Canonicorum Regularium (nunc in Diœceſi Iperenſi) factam à duobus Canonicis Caſletenſibus, anno* 1091.

Ex Malbranc. de Morinis T. 2.

EGo GERARDUS Epiſcopus ad petitionem Gualberti & Elbodonis Caſſelenſis Canonici, Altare, quod ſitum eſt ſuper Iſeram in loco Everſham, favente Elbodone, cujus in Parochia continebatur, cum atrio adjacente liberum conſtituo, & ab omni exactione abſolvo. Approbo quicquid fideles illic dederint. Si opus Paſtore, adducant delectum ad Nos &c.

1091. ACTUM anno milleſimo nonageſimo primo, Philippo Francorum Rege, Roberto Flandriæ Comite, anno Præſulatûs VIII.

Signum Arnolphi Archidiaconi,
S. Joannis Abbatis S. Bertini,
S. Giroldi Abbatis,
S. Ingelberti Abbatis,
S. Petri Abbatis Karofenſis,
S. Baldrici Abbatis Burgulienſis,
S. Bernoldi Præpoſiti Watinenſis,
S. Lamberti Præpoſiti.

CAPUT XXII.

URBANUS II. *Pontifex Abbatiam Criſpinienſem Ordinis S. Benedicti, haud procul Valencenis in Hannonia, ſuâ protectione donat, circa annum* 1093.

Ex eodem Raiſſio.

URBANUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, Kariſſimo Filio ſuo RAGINERO Abbati Monaſterii Sancti Petri, quod eſt ſitum in Villa, quæ vocatur *Criſpinium*, ſuper fluvium *Hon*, in Pago *Hainau*.

TIBI tuiſque legitimis Succeſſoribus in perpetuum juſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare Nos convenit, qui, licet indigni, juſtitiæ cuſtodes atque præcones in excelsa Apoſtolorum Principum Petri & Pauli ſpecula poſiti, Domino diſponente, exiſtimus.

TUIS igitur, dilectiſſime in Chriſto Fili, juſtis poſtulationibus annuentes, per præſentis Privilegii Paginam, Beati Petri Monaſterium, in quo Beatus Chriſti Confeſſor Landelinus quieſcit, ſitum in Villa, quæ dicitur Criſpinium, ſuper fluvium *Hon*, in Pago *Hainau*, regendum ac diſponendum tibi tuiſque legitimis Succeſſoribus confirmamus.

ADJACENTEM etiam Villam ſuprà nominatam à novo foſſato cum omnibus poſſeſſionibus ſuis in pratis, in agris cultis aut incultis, in aquis, aquarumve decurſibus, & Silvam quæ *Ambligis* dicitur, ſicut à bonæ memoriæ Comite Balduino & Matre ejus Richelde Beato Landelino reddita, & à Venerabili Viro Gerardo Cameracenſium Epiſcopo confirmata ſunt, integra prorſus & ab omni exactione libera, præfato Beati Petri Monaſterio in perpetuum poſſidenda manere decernimus.

PRÆTEREA Apoſtolicâ Auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque hodie idem Monaſterium juſtè poſſidet, ſive in craſtinum, conceſſione Pontificum, largitione Principum, vel oblatione fidelium juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma tibi tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant, ſalvâ Cameracenſis Epiſcopi Canonicâ reverentiâ.

DECERNIMUS ergò, ne ulli omnino hominum liceat idem Monaſterium temerè perturbare, aut ei ſubditas poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnino integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt uſibus profutura.

SANE ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vice-Comes, aut Judex, aut perſona quælibet magna vel parva, potens vel impotens, hujus noſtri Privilegii Paginam ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, à Chriſti Eccleſiæ Corpore cum Auctoritate Poteſtatis Apoſtolicæ ſegregamus: conſervantibus autem, pax à Deo & miſericordia præſentibus ac futuris ſeculis conſervetur. Amen.

CAPUT

CAPUT XXIII.

ROBERTUS FRISIUS *Comes Flandriæ Præpoſituram Watanenſem prope Caſletum, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, fundat anno* 1093. *quæ Præpoſitura poſtmodum unita fuit Sæculo XVI. Epiſcopatui Audomarenſi, ceſſitque in Domicilium PP. Societatis Jeſu Anglorum.*

Ex Archivo Cameræ Rationum Inſulis.

IN nómine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Quoniam fragilitas humanæ naturæ per elationem ſuperbiæ, & contumaciam inobedientiæ per mortem ſibi fecit finem vitæ, qui ſi non peccaſſet vivere poterat ſine fine; ac proindè quod à prioribus & per priores fiebat, poſteris eorum non omnino notum eſſe poterat; magnâ Dei diſpenſatione ſigna Litterarum ſunt inventa, quibus poſteritas humana poſſet ſcire, quid apud anteriores conſtaret eveniſſe.

AD laudem igitur & gloriam & honorem Dei Patris Omnipotentis, Ego ROBERTUS Comitis Roberti Filius, gratiâ Dei Flandrenſium, Bononienſium, Tornacenſium, Tarruanenſium, Atrebatenſium Princeps Monarchius, Litteris præſentibus notificari volo meis contemporalibus & deinceps ſuccedentibus, Bernoldum religioſæ converſationis Virum & mutabilis vitæ exemplar & ſpeculum, Fratrum in Eccleſia Sanctorum Nicolai & Richarii in loco qui dicitur *Watana* Deo canonicè militantium Præpoſitum, ab Eminentia poteſtatis à Deo mihi traditæ cum eiſdem Fratribus humiliter expetiiſſe, ut eandem Eccleſiam adhuc rudem, adhuc novellam, adhuc ex recenti nativitate tenerrimam, & nondum infantiam pueritiæ tranſgreſſam, Ego puer & primævæ ætatis Adoleſcens in tutelam & patrocinium defenſionis meæ ſuſciperem;

UT ita præveniente & ſubſequente miſericordiâ Dei, utrique creſceremus in timore & amore Dei, provectu & incremento temporalium & ſpiritualium bonorum, donec occurramus Genitori & Nutritio noſtro Jeſu Chriſto in virum perfectum in menſuram ætatis & plenitudinis ejus.

QUOD innocuæ petitionis deſiderium eſſe perpendens, & idcirco brachiis pietatis & anchorâ Caritatis amplectens, maximè ideo quia ibidem Deo militantes excubiis animarum vigilanter inſudantes, Chriſti bonus odor videntur eſſe Deo in omni loco, in his qui pereunt & in his qui ſalvi fiunt.

ET quia prædictus Præpoſitus in agro Dominico non bubalis ſævis & indomabilibus, ſed bobus manſuetis & jugum Chriſti ſuave & leve ferre gaudentibus, aratro Evangelico diu noctuque non ceſſat arare ſecundùm doctrinam dicentis: *Manè ſemina ſemen tuum & veſpere non ceſſes*; & illud Evangelicum: *Quod autem cecidit in bonam terram hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes Verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* His, inquam, omnibus prout meliùs valui medullitùs deliberatis, deſtinavi ſolempniter hilariterque prædictam Eccleſiam infra ambitum muri propugnaculi noſtri & aſilum tuitionis noſtræ, cum omnibus ad ſe pertinentibus, mobilibus & immobilibus, quæ poſſidet & poſſeſſura eſt, ſuſcipere; ſuſceptamque Deo auxiliante contra omnem violentiam & injuſtitiam omnibus diebus vitæ meæ pro poſſe à Deo mihi attributo & attribuendo inrefragabiliter defendere, ſublimare & propagare; ut ſicut prædictus puſillus grex, cui complaceat Patri ſuo dare regnum, pro eo quod vendit quæ habet & dat eleemoſynam & facit ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, ante omnes alias Eccleſias in terra Juriſdictionis meæ à Me adhuc puſillo & puero magnis deſideriorum votis hujus ſecuritatis & quietis munitiones anhelavit impetrare;

ITA quoque ante omnes alias & præ omnibus aliis ſemper michi in omnibus ſuis neceſſariis familiarior & peculiarior exiſtat, mecum in Domino pubeſcat, proficiat atque ſeneſcat; quamvis tamen Deo opitulante nulli ex omnibus aliis velim negare quidquid honoris, defenſionis & propagationis Me ſcio debere.

SUSCEPI itaque eam prætaxato modo, ſuſceptæque tradidi pro ſalute animæ meæ & Anteceſſorum meorum omnem terram quæ vocatur *Merielànt* atque *Goſelant*, de Curte mea apud *Lobergam*, ad vitam Fratrum prædictorum ſuſtentandam; omnem quoque terram de *Holeka*, *Oſchobeka* videlicet & *Wertboleka*, cum ſuis paludibus, rogante Johanne Tarruanenſi Epiſcopo, quam idem Epiſcopus de Me & Anteceſſoribus meis catenùs in pheodum tenuerat; omnemque terram quam Regenarius ſerviens meus, ſcilicet menſuram unius funiculi in nova terra quæ vocatur *Bruoch*, de Me in pheodum tenuerat, rogante eodem, quam ipſe prædictis Fratribus æquipollenti pretio antea vendiderat.

DEDI etiam totam terram circumquaque ipſius Watanienſis Eccleſiæ ſitam, ab aquis ſubter currentibus uſque ad proximam ſilvam, cum paludibus, *Fronemed* videlicet & *Cumed*, liberaliter, uti michi provenerat à meis Progenitoribus: eâ dumtaxat conditione, ut tam Clauſtrum quàm & ejus officinæ ibidem cum annuo cenſu terræ ipſius ædificentur; ædificatiſque & ut neceſſarium fuerit conſtructis atque peractis omnibus,

nibus, eadem terra cum annuali redhibitione & commodo in ſuſtentationem Fratrum integrè deinceps redigatur.

Ut autem hæc omnia rata firmaque & inconvulſa de hinc in æternum permaneant, & ut ipſi Fratres tam præſentes quàm poſteri pro ſalute mea & Anteceſſorum Succeſſorumque meorum obnixiùs apud Deum interveniant, neve quis vel Ego aut heres vel proheres meus, ſeu quælibet alia perſona aliquatenùs cum jactura infringere audeat, ſummoperè præcipio, Cartamque iſtam cum agiæ Crucis tropheo, cum ſigno Auctoritatis & Excellentiæ meæ Sigillo inſigniri confirmarique & corroborari aſtipulans omnia facio.

Si quis verò, quod abſit, præoptatam hanc munificentiæ noſtræ Donationem minuere in aliquo vel annullare ſeu fraudulenter & iniquâ molitione ſibi uſurpare temptaverit, ſecundùm Statuta Canonum cohercitus anathematis gladio feriatur, quoadusque ſatisfaciens emendet, quod confirmationis hujuſce paginam temerare Deoque conſecrata violare præſumpſerit.

Fecimus autem hanc Donationis noſtræ confirmationem Brugis in plena Curia, in Epiphania anno Incarnationis Domini MLXXXXIII. 1093. Indictione primâ, præſentibus Proceribus terræ;

Conone & Gerardo Fratre ejus,
Alardo Pincernâ,
Gerardo Stabulario,
Gerbodone de Wenti,
Sigario de Monteia,
Aſtico & Balduino Filio ejus;
Rodulfo Cubiculario,
Lamberto Nigro,
Reingoto,
Onulfo Dapifero,
Lethardo de Henny,
Razone de Garana,
Temnardo Caſtellano,
Winemaro de Lens,
Fromoldo de Caſleto,
Gorlone Fratre ejus,
Bertulfo Brugenſi Præpoſito;
Reinero Parvo,
Ledelino, Conone, Folperto, Gummaro Canonicis & Capellanis,
Siboldo & Lugerico Notariis noſtris, multiſque aliis de Optimatibus noſtris.

(1) Watanum, vel *Guatinum*, vulgo *Watent*, Oppidulum eſt Flandriæ in extremis finibus Caſtellaniæ Caſletenſis verſus Arteſiam; ſitum in alto vertice montis, cujus radices alluit Enula vel Aa fluvius.

Viſa ibidem fuit antiquitùs Præpoſitura Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, SS. Nicolao & Richario ſacra; cujus prima fundamenta jecit anno 1078. Olfridus Sacerdos religioſiſſimus, primique Religioſi ex Abbatia S. Ægidii apud Eburones advenerunt.

Plura de hujus Monaſterii exordiis vide in brevi Chronico Watanenſi, quod olim edidit Ebrardus ejuſdem loci Canonicus Regularis, Olfridi Fundatoris Diſcipulus ac coætaneus. Extat illud in Theſauro Anecdotorum Pariſiis edito Tomo III. Pag. 798.

Præcipui Benefactores fuêre Adela Comitiſſa Flandriæ, Robertus Friſius Comes ejus Filius, deinde Robertus cognomento Jeroſolymitanus, Roberti Filius, cujus Diploma hactenus ineditum (ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis benignè Nobis communicatum à Clariſſimo Viro D. Godefroy Archiviorum Cuſtode) hîc exhibemus.

Cæterum anno 1560, erecto novo Epiſcopatu in Urbe Audomaropolitana, ſuppreſſa fuit hæc Præpoſitura Watanenſis, & pro augmento dotis Menſæ Epiſcopalis, reditus ejus deſtinati fuerunt; ac tandem paulò poſt idem Cœnobium attributum fuit Patribus Anglis è Societate Jeſu, qui ibidem tenent Domum Noviciatûs, unàque Palæſtram pro junioribus Nobilibus Catholicis ex Anglia profugis.

CAPUT XXIV.

Ingelranus *Lillerii Dominus ejuſque Conjux* Emma *fundant Abbatiam Hamenſem Ordinis S. Benedicti in Artheſia (inter Lillerium & Ariam) probante Roberto Friſio Flandriæ Comite anno* 1093.

Ex Spicilegio Dacheriano.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti, àmen.

Ego Robertus Dei gratiâ Flandriæ Comes, univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, notum fieri volo, quòd Nobilis Vir Ingelranus homo meus terrenus, Caſtri Lillerienſis Dominus, & Nobilis Uxor ejus Emma, de conſilio, licentia, aſſenſu & voluntate mea propria, Cœnobium Monachorum conſtruxerunt & ædificaverunt Ordini Monaſtico congruum, in loco qui vocatur *Ham*, & Abbatem in eo ordinari fecerunt, & omnem terram totius Territorii dicti loci cultam & incultam, aquas & aquarum piſcationem, prata, mareſcum, nemus, paludes & paluſtria, cenſus, redditus, juſtitias, relevationes, & omnia quæ ad præfatam Hamenſis Villæ poſſeſſionem pertinebant, in perpetuam eleëmoſynam integerrimè contulerunt & dederunt; quatenus Ordo Monaſticus ſub Abbate Deo militans ibidem perpetuò vigeat, atque pro ſua ſalute & mea, & pro Prædeceſſoribus Succeſſoribusque ſuis & meis Deum inceſſanter ſtudeant exorare.

Concedentes prædictis Abbati & Monachis, ut homines Hamenſis Villæ & famuli ipſius Eccleſiæ de omnibus, quæ ad victum vel veſtitum ſuum emerint in Lillerio, teloneum non perſolvant. Statuentes, etiam ut homines Abbatis & Monachorum nuſquam vadant molere, niſi ad molendina Eccleſiæ, & à nullo cogantur ire ad alia molendina.

Dederunt & conceſſerunt ſimiliter liberam poteſtatem,

poteſtatem, ut ſi qui hominum ſuorum Domino largiente aliquid de ſuis poſſeſſionibus prædictæ Eccleſiæ in eleëmoſynam conferre voluerint, abſque omni reclamatione vel contradictione aut impeditione ipſius Ingelrani aut ſuorum Succeſſorum libere id facere poterunt.

Præterea ad ſuſtentationem Abbatis & Monachorum qui ibidem Deo ſervierint, ut & habeant unde hoſpitalitatis & charitatis ſuæ neceſſaria subminiſtrent, dederunt & quamdam Villam, quæ vulgò dicitur *Mankavilla*, cum omnibus appendiciis & dominatu atque juſtitia.

Dederunt etiam terram quæ dicitur *Del Tailleio*, & quidquid habebant in Villa de *Hanclines* in terris, ſilvis, in aquis, & molendinis, in piſcationibus, & pratis, in cenſu, & redditibus, in juſtitiis, relevationibus, & in omnibus omnino rebus; tali modo, quòd omnia quæ prænotata ſunt per legem & documentum hominum meorum, tam dictus Ingelranus quàm Nobilis Emma Uxor ejus, & Sarra eorum Filia & heres legitimus ad opus dicti Monaſterii & Monachorum ibidem Deo famulantium in manu mea werpiverunt, & à ſe penitus abdicarunt.

Et Ego prædictas poſſeſſiones, & omne dominium, libertatem, & omnem prorſus juſtitiam, & quidquid etiam juris habebam vel habere poteram in prædictis quoquomodo, Abbati & Monachis dicti loci ad opus dicti Monaſterii dedi, tradidi & deliberavi perpetuò poſſidenda.

Ut autem idem locus & poſſeſſiones dicti Monaſterii quæ nunc habent, & quæ in futuro, Domino largiente, poſſidebunt & habebunt in meo Comitatu quoquomodo, in pace penitus, quiete & ſumma libertate ſemper permaneant; ipſius Ingelrani prece conceſſi pro ſalute animæ meæ & Prædeceſſorum Succeſſorumque meorum, ut omnis præfatæ Eccleſiæ poſſeſſor præſens & futurus liber ab omni Succeſſorum ſuorum, ac meorum, videlicet Flandriæ Comitum, ſeu hominum noſtrorum ſubjectione efficiatur; ut non ſit de omnibus qui in ea de cetero quidquam reclamet, vel hominem capiat, vel bannum aut quamlibet rapinam vel ſaiſinam aut captionem faciat, vel loca ſeu juſtitiam dicti Monaſterii quacumque ex cauſa violare, moleſtare aut conturbare præſumat.

Si fortè quilibet famulorum vel hominum ad præfatam Eccleſiam appendentium, ubi ubi degentium, quolibet pro facto increpatus fuerit, niſi ſit de homicidio, furto vel latrocinio ipſo actu probabili & patente, nullo modo vel in foro vel alicubi judicium ſive præjudicium patiatur; ſed res in præſentia Abbatis delata & audita, erit hominum & Curiæ Abbatis judicio diſcutienda.

Insuper volo & ſtatuo, ut nullus Succeſſorum meorum, Flandrenſium videlicet Comitum, ſeu aliorum quorumcumque, exactionem, talliam, expeditionem, equitationem aut ſervitium exercitûs, ſeu manuperationem ſuper homines Eccleſiæ de cetero habeat; ſed tantummodò Abbati & Eccleſiæ Hamenſi in omnibus, & non aliis ſubjecti erunt. Homines etiam extranei undecumque advenerint, ſi alicujus Advocationis extiterint, quamdiu in terra Eccleſiæ commorati fuerint, præter cenſum capitalem, in omnibus Abbati & Monachis ſubjacebunt.

Si verò Milites vel homines qui poſſeſſiones ſuas tenent, ubi ubi in meo Comitatu quoquomodo, de ſuis poſſeſſionibus aliquid in eleëmoſynam prædictæ Eccleſiæ conferre voluerint, abſque omni reclamatione, vel contradictione, vel impeditione, liberè facere poterunt. In quibus & in omnibus quæ de cetero adquiſierint quoquomodo, omne dominium, libertatem & omnem prorſus juſtitiam prædicti Abbas & Monachi ex mea perpetuò mera donatione poſſidebunt & habebunt.

Ut autem firmiùs & ſecuriùs omnia quæ prædicta ſunt, in perpetuo maneant; & ne ſupradicta Hamenſis Eccleſia & Monachi de ſuis perſonis, famulis, hominibus & temporalibus bonis jam quidem ſibi datis, ſeu in futuro ſibi dandis, aut acquirendis aliquando, detrimentum ſeu injuriam cujuſlibet oppreſſione vel inquietudine patiantur; ad preces ſimiliter & inſtantiam ipſius Ingelrani & Nobilis Emmæ Uxoris ejus, & Sarræ eorum Filiæ & heredis prædictorum, Advocationem & defenſionem ipſius Eccleſiæ, perſonarum, famulorum, hominum & omnium rerum ad eamdem Eccleſiam pertinentium in mea meorumque Succeſſorum Comitum videlicet Flandriæ tutela ſuſcepi, quatenus eorum in omnibus Advocati & prompti contra omnes Defenſores exiſtamus, atque eorum beneficiis & orationibus participes ſimus.

Et eſt ſciendum, quòd Advocationem memoratam amore Dei ſub hac deliberatione ſuſcepi, ut nec mihi nec Succeſſoribus meis Comitibus videlicet Flandriæ eam cuique dare liceat, ſed ipſi propriè eam ſibi retineant. Ac ne aliquis ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones, dominium, juſtitiam aut libertatem invadere aut imminuere, uſurpare quoquomodo ſibi aut vindicare præſumat, ſolius amoris Divini intuitu, pii in omnibus Defenſores & prompti contra omnes adjutores exiſtant.

Hujus ergo jure Advocationis prædicti Abbas & Monachi de *Ham*, cùm neceſſe habuerint, ad Nos liberè ingredientur, & querimonias ſuas fidenter exponent; & Nos eos tamquam prompti & pii Advocati & Defenſores, tam ipſos quàm eorum Eccleſiam, homines, familiam & res eorum defendere tenebimur & tenemur.

Ut autem Nos, Succeſſores & Prædeceſſores noſtri participes ſimus omnium eleëmoſynarum & ſpiritualium bonorum, quæ à modò in prædicta Hamenſi Eccleſia fient, centum ſolidos publicæ Flandrenſis monetæ eidem Eccleſiæ in eleëmoſynam contradidi, ſingulis annis apud Sanctum Audomarum, in officio Simonis Diſpenſatoris mei accipiendos quolibet anno, duobus terminis, videlicet quinquaginta ſolidos in Natali Domini, & quinquaginta ſolidos in Paſcha.

Præmiſſa autem omnia ſicut ſunt prælibata concedo, ſtatuo & confirmo, abdicans à me & meis Succeſſoribus poteſtatem reclamandi

 quidquid

quidquid juris, juſtitiæ, dominii, exactionis, libertatis, ſervitii, ſeu etiam exercendi habueram in præmiſſis, decernens omnia dictæ Eccleſiæ ad præſens conceſſa, acquiſita, aut etiam impoſt[rum] concedenda vel acquirenda, dictam Hamenſem Eccleſiam cum omni prorſus juſtitia, dominio ac ſumma libertate, pace & quiete perpetuò poſſidendam: Advocatione verò memoratâ, amore Dei, ac etiam pro mea meorumque Prædeceſſorum, Succeſſorumque ſalute, penes me meoſque Succeſſores, ſicut ſuperiùs eſt narratum, ſolummodò retentâ.

Ut igitur hæc mei Succeſſores ſciant, & ejuſdem Eccleſiæ jura perpetuò inviolata conſervent, præſentem Paginam inde conſcriptam Sigilli mei & Teſtibus ſubſcriptis roboravi.

Acta ſunt hæc apud Oppidum Broburgh
1093. anno Dominicæ Incarnationis M. XCIII.

Teſtes; Arnulſus S. Audomari Præpoſitus,
Manaſſes Comes Ginenſis,
Rotbertus Advocatus Bethuniæ,
Bernardus de Ballol,
Hugo Alhinienſis,
Gualterus Duacenſis,
Hugo Haveth,
Rotbertus Pincerna,
Onulfus Dapifer Ariæ,
Johannes Attrebati,
Wenemarus de Iſel,
Odechin,
Elbodo Mareſcal.
Ipſe Ingelramnus & homines ipſius,
Euſtachius Scoffez,
Johannes Berhe,
Walandus,
Hermannus,
Syerius,
Evrardus,
Ardo,
Ebroinus,
Rotbertus Tervanniæ,
Helgotus Filius Alqueri,
Bernardus Filius Hilcberti,
Clarbardus Morel,
Euſtachius Bornine,
Wenemerus Stempels,
Tirrieus de Nivo,
Warinus Nidels.

CAPUT XXV.

* Vide ſupra pag. 163.

Anſellus * *de Ribodimonte Vir Nobilis ampliùs fundat ac dotat Abbatiam Benedictinorum Aquicinctinam, ſecundo lapide à Duaco, anno* 1096.

Ex Carpentier Hiſtor. Camerac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

Sæpius audivimus illud Evangelii, quia *non eſt arbor bona quæ non facit fructum bonum* &c.

Eapropter Ego Anſellus Valencenenſis Caſtelllanus, Ribodimontis & Oeſtrevandiæ Dominus notum fieri volo omnibus ad vitam præordinatis, quantum gaudium percipiam, dum Aquicinctum Inſulam, priùs cubile ferarum & latibulum latronum, hodie videam Dei ſummi gratiâ, hanc in Sanctorum hominum habitationem transformatam, quorum bona fama ita michi cordi eſt, & eos tanto karitatis affectu proſequor, ut de die in diem totus in ipſorum promotione & gloria verſer.

Eam ob cauſam hic hodie comparui multorum Militum conventu ſtipatus, ut ii mecum vel eorum ſanctitatem honorent, vel imitentur, vel tenerà devotione excitati, erga illam novellam olivarum ſpiritalium plantationem eleëmoſinarum quantitate ejus multiplicarent gentem, & magnificarent lætitiam.

Nec equidem hoc feſtum ſolempne abſque pio tranſivit effectu, quandoquidem Vir præclarus & Nobilis *Balduinus Kalderuns* excellenti karitatis erga naſcentem & puſillum hunc gregem affectu ſtimulatus me palam tamquam hujus fautorem convenerit, dicens: Domine mi Anselle, & vos omnes Proceres, Milites, Scutiferi, Armigeri, Famuli & Plebei, aures obſecro præbete attentas.....

Ego Balduinus Kalderuns manus meas ad cœlum elevans in præſentia veſtra, Deo Omnipotenti & Salvatori noſtro ac Beato Petro Apoſtolorum Principi totum & integrum cum manſis dominicatis & indominicatis, alodiis, feudis, mancipiis, campis, paſcuis, aquis, & ceteria quæ poſſideo in Villa quæ dicitur *Incis*, pro peccatorum meorum remiſſione offero huic Cœnobio, illudque donum ſuper ejus Altare per * ramum & ceſpitem pono, ut nunquam in aliqua hujus donationis particula ſpem habeat dominandi ullus heres meus hic præſens vel abſens, vel aliqua alia ſubſequens perſona & poteſtas, niſi qui regulariter hic præfuerit Abbas. Vide pag. 14., 113. & 168.

Ad hæc Ego Anſellus gaudio magno gaudens debitas gratias egi dilecto Militi, illique vitam æternam promiſi, & idem aſtantes promiſerunt. Ad quos Ego Anſellus oculos & vocem dirigens dixi: In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri vos omnes deprecor, & quibus poſſum mandans obſecro & obteſtor, tam Epiſcopos quàm Abbates, tam Comites quàm Barones, tam conſanguineos quàm eſtraneos, tam Milites quàm Scutiferos alioſque Viros militares, ut quod hic Balduinus tradidit, vel ego priùs, vel alii tradiderunt in eleëmoſinam huic Cœnobio, pariter vos ſervaturos Deo & Salvatori noſtro michi promittatis, atque promiſſionem ad pedes Altaris hujus ſacramentis corroboretis, veſtroſque Succeſſores eadem ſervaturos præordinetis; quatenus tam egregii operis fructum à Redemptore noſtro colligere mereamur, gaudentes in ſeculorum ſecula. Dumque omnes

nes *Amen* reſpondiſſent, & *Fiat* liberis animis proclamaſſent, ſeque contra temerarios hujus Cœnobii adjutores & deſenſores futuros jurando confirmaſſent, Ego Anſellus adjeci dicens: Magnates & Primates incliti Virique omnes ſtrenuiſſimi quotquot adeſtis, gracias Vobis rependo inenarrabiles pro veſtro pio erga Dei Miniſtros amore & pro veſtra acceptiſſima miehi in hoc ſolempni feſtivoque certamine præſentia, gaudeoque vos omnes incolumes & inſaucios ad propria redituros, quod ſaxit Deus.

Et ut Chartæ huic in præſenti & in futuro firmiſſimè credatur, hanc Signo meo Caſtellaniæque meæ Sigillo, ac Signo dicti Donatoris Balduini corroborari feci &c.

Nomina autem Eccleſiaſticorum, Militum & Scutiferorum qui præſentes fuerunt, hi ſunt,

Manaſſes Cameracenſis,
Ratbodus Noviomenſis,
Et Lambertus Atrebatenſis, Epiſcopi.
Albertus Haſnonii,
Et Lambertus Criſpinii, Abbates.
Balduinus Comes, certaminis Judex & Præſes.

Ex Oeſtrevandis & Hannoniis hi fuerunt:

Godefridus de Ribodimonte Filius meus,
Almaricus de Landaſt,
Reinerus Dapiſer meus,
Rainerus de Trith Nepos ejus,
Heroardus de le Rohee *d.* à Reſtella,
Balduinus de Roſgin,
Fulco de Caſtello,
Simon Filius Hugonis Advocati,
Gualterus de Oberchicorte,
Walterus Senior de Hamereincorte,
Johannes de Malcicorte,
Helgotus Filius ejus,
Herimbertus à Roſella Helgoti Filius,
Gerardus de Fanimarte,
Godeſridus de dulci,
Rainerus de Malsrois,
Ægidius de Ivodio,
Godinus Miles de Houdeng, Adami Seneſcalli mei Filius,
Gerardus de Valers,
Gobertus de Anſeng,
Willelmus Frater ejus,
Gerricus de Novavilla,
Rieherus de Bugnicorte,
Vilfrandus Frater ejus,
Hugo de Deneng,
Lietbrandus de Hellemes,
Philippus de Marca,
Hugo Frater ejus,
Rotgerus de Marketa,
Petrus Frater ejus,
Lietho de Enieh,
Robertus de Salice,
Johannes Frater ejus,
Alelmus de Dechi,
Verinſredus Frater ejus,
Gedricus de Era Terrici Filius,
Robertus de Horneng,
Riculfus de Fles,
Ægidius de Herteng,
Rodolfus de Ferſeng,
Hunoldus de Oneng,
Amandus de Prouvi,
Hugo de Waſnes,
Ernulfus Frater ejus,
Giraldus de Quarubio Nepos Hunoldi,
Willelmus de Hauſſi,
Walterus de Rumbies,
Johannes de Montigniaco,
Ægidius de Glargeis Frater ejus,
Ægidius de Bernicreng,
Guido de Someng,
Amandus de Haſpra,
Walterus de Malcicorte *d.* à Lattra, *d.* Johannis Filius,
Ægidius de Eſcailloins,
Anſelmus de Bruilo,
Vedricus de Maſleng,
Hellinus de Seins,
Alulſus *d.* Vedrici Filius,
Berinardus de Duaco,
Ricaredus de Haſnonio,
Sicherus de Bellodenguiens,
Ægidius Turpinus,
Hugo à Freſna,
Otho de Bernerifarto,
Adam de Moncello,
Godinus de Silva *dictus* de Ronſois,
Almanus de Ponte,
Simon de Alneto,
Simon de Genlain,
Pompo à Vinca,
Hugo de Molino,
Hugo de Merceriis,
Helbertus de Beleng,
Rumoldus de Vasberche,
Willelmus Bubais,
Odo li Partit,
Hubertus à Curcello,
Wago Frater ejus,
Anthonius li Brochons,
Boſo li Braſſeurs,
Gontherus de Muiſarto,
Liebertus de Baiſſi,
Reinerus de Petra,
Valterus li Bailois,
Adulfus Parvus,
Liefrandus li Valet,
Huardus de Curia & Hubertus de Scaldeng *dictus* à Vineta.

Ex Cameracenſibus hi:

Hugo Caſtellanus,
Amalricus Rufus *dictus* de Marcoeng Gener ejus,
Hugo Sohierns *dictus* ab Heriis, A. Frater,
Fulco Lievinus Cam. Subdompnus,
Lietardus Brochet *d.* Cuvillarius,
Walterus Ruciacus *d.* Cholet,

Mardus

Mardus de Cameraco,
Huardus,
Arnoldus,
Iſaac, *d.* Hai de Cameraco, defuncti Comitis Arnoldi Nepotes,
Venchilo de Canteng Filius *d.* A.
Adam de Wallincorte,
Gerardus de Sancto Autberto,
Hugo de Crepicordio,
Oilardus Filius ejus,
Senvardus Frater ejus,
Walterus Tonitruus,
Raimbaldus Cretons *d.* à Strumella,
Amalricus de Calderiaco,
Tietuvinus de Haucorte,
Hugo de Foſſa,
Alelmus de Maneriis,
Gualterus de Venchilio,
Ricardus Filius ejus,
Hugo de Rumeli,
Radolfus de Vinciaco,
Heruardus & Odo, *d.* Senvarti Filii,
Valterus de Guineliu, *d.* de Vieſlis,
Egidius Louvet, *d.* de Sancto Vedaſto,
Hugo à Soleniis,
Reinerus à Fontevicardi,
Walterus Frater ejus, Nepotes mei,
Heibertus de Foreſto,
Inguerranus de Anneus Nepos R. Trith,
Gualterus de Aubencuel,
Balduinus Nepos ejus,
Sigerus de Thuins,
Amandus de Burlong,
Walterus de Audencorte,
Jacobus de Sancto Hilario,
Hugo Canis Filius ejus,
Joh. de Longoſarto,
Egidius de Auvaing,
Egidius de Cauleri,
Johes de Serenviliers,
Terricus de Briaſtro,
Egidius de Leſdeng,
Ernoldus, *d.* de Orevilla Filius ejus,
Terricus de Meuvres,
Reinerus de Sarto,
Werricus de Grincorte,
Adam, *d.* Goderis Filius ejus,
Almanus de Orgnies,
Egidius de Wambais,
Rainaldus *d.* Aſpiers Filius ejus,
Gualterus de Paiſſoncorte,
Egidius de Faieto,
Balduinus de Marets,
Egidius de Greberto *d.* Tietewini Filius
Joſephus Beuileus,
Hugo Lupus, *d.* de Bantuel,
Paganus Bulliens,
Gualterus de Kievi,
Robertus le Mire Filius ejus,
Rigoldus li Fueſcliers, *d.* de Gabevilla,
Egidius de Fonte,
Gregorius de Floriaco,
Galterus Feleſckiers Nepos Venchilonis,
Johannes à Barala,
Michaël, *d.* Bernardus Filius ejus,
Rainaldus de Goiii, *dictus* Faber,
Amandus Picot,
Waſnulfus de Raigneriis,
Johan. li Regnialmes & Petrus *d.* Gulartus.

Ex Atrebantibus hi:

Robertus Advocatus Atrebatenſis,
Hugo de Havet, *d.* de Albeingni,
Anſelmus de Houdeng,
Balduinus de Lenſio,
Rumoldus Hugo & Goifridus de Incis *d.* B. Kalderuns Cognati,
Wiſtachius de Novavilla,
Guido de Caunicorte,
Rogerus Bucellus,
Balduinus Balliolanus,
Hubertus de Eſtrees,
Sicherus & Alexander de Ableing,
Gualterus de Guignelieu,
Willelmus, *d.* Vailli Frater ejus,
Willelmus, *d.* Blondellus Nepos ejus,
Olardus de Novavilla,
Oprimius de Montigniaco,
Hugo de Bernimicorte,
Petrus de Noiella,
Waſco de Cordis,
Vaſco, *d.* Gielons Filius ejus,
Fulco de Mota,
Amandus Burnellus,
Anſellus de Sancto Leodegario,
Huardus de Dovrinio,
Rumaldus de Bullientimonte,
Stephanus dou Hamel,
Freminus de Tortcken,
Martinus de Sains, *d.* à Duriis,
Willelmus Hangart Nepos ejus,
Paulus à Berberiis,
Johannes Corbehen,
Ambroſius de Martiſvilla,
Amandus de Lagnicorte,
Walbertus de Fampolio,
Egidius de Atrebato Caſtell. Nepos,
Virelus de Remis,
Lietbertus Frater ejus,
Gualter. de Vagoonvilla,
Galterus de Ranchicorte,
Hugo, *d.* Parvus, Filius ejus,
Hugo de Scluſa,
Alardus de Bulecorte,
Martinus Pellicorneus,
Guimarus de Sademonte,
Petrus de Belloprato,
Seiherus de Ribeſtella,
Adam de Selenciis,
Gervaſius de Hermis,
Simon de Vallo,
Jacobus Kieret & Simon à Porta,

Ex Tornacenſibus & vicinis hi pauci:

Hellinus Vavrinius H. Filius,
Kono de Tornaco,

Hugo

Hugo de Lannois,
Jacobus de Bondues,
Goſſuinus de Eſcobec,
* Fortè ab Armentaria. Hugo *d.* *à Paramenteria Filius ejus,
Amandus de Hems,
Euſtachius del Anglees,
Johannes Hameſius,
Vago de Planca,
Vainulfus de Sancto Amando,
Matheus de Aths,
Briſius de Sancto Petro,
Manfridus de Sancto Martino,
Gerardus,
Willelmus,
Gerardus Filius ejus;
Hugo Blancus, &
Simon Bus, & alii Servientes; qui omnes, niſi graves obſint cauſæ, ſe indictam Crucis militiam hoc anno inituros etiam promiſerunt.

ACTUM Aquicincti, anno DD. nonageſimo ſexto, ubi unam ex his noſtris Chartis cuſtodiendam contradidimus. Deo ſit laus honor & gloria. Amen. 1096.

RUMOLDUS Monachus hæc ſcripſi & perlegi.

CAPUT XXVI.

CLEMENTIA, ROBERTI *Flandriæ Comitis Uxor rogat anno* 1100. *Abbatem Cluniacenſem, ut curam Abbatiæ S. Bertini Ordinis S. Benedicti ſuſcipiat, eamque ſibi ſubjiciat.*

Ex Theſauro Anecdot.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Domno HUGONI Sanctæ Cluniacenſis Eccleſiæ Abbati, CLEMENTIA Flandrenſium Comitiſſa, beatam cum dextræ partis ovibus portionem.

QUONIAM de pietatis veſtræ viſceribus, Pater Reverende, plurimum præſumo; idcirco pro Religione in partibus noſtris per Vos conſtruenda, nunc Scriptis, nunc Internuntiis, fiducialiter ad miſericordiam veſtram recurro. Nullum enim opus gratius Creatori noſtro fore exiſtimo; quàm ut hîc operam demus, quatenus locus, qui huc uſque planè erat Eccleſia malignantium, ex ſuperni reſpectûs immutatione fiat glorioſa habitatio Deo ſervientium, & regulariter ac piè inſimul viventium.

ET quoniam Sancta prudentia veſtra mihi ſcripſit, ut juxta cujuſdam ſuperiùs dictum, plus rerum exitus, quàm initium attenderem, voſque diſcordias Procerum, ac ipſius loci Fratrum vereri.

AD id primum audaciter reſpondeo, quòd in hoc meo propoſito, omnino firma, immò conſtantiſſima, Deo teſte, perſeverabo; nec pro diſſenſione Procerum quæ nulla erit, cum maximè cordi ſit omnibus, nec pro controverſiis, ſeu contradictionibus Fratrum, quas omnimodis ad nihilum redigemus, à tam Sancto opere, tamque pia intentione, quoad vixero, umquam declinabo.

Ego igitur CLEMENTIA, gratiâ Dei Flandrenſis Comitiſſa, eâdem poteſtate ac ſtabilitate, quâ Dominus meus, dum adhuc in terra ſua eſſet, quæcumque juris mei ſunt ordinans atque diſponens, conſilio Epiſcoporum meorum, JOHANNIS videlicet Morinenſis & LAMBERTI Atrebatenſis; ſimulque inſtinctu quorumdam Principum, quos ad hoc mecum diſponendum alacriori quidem conſilio convocavi, juxta petitionem ipſius Abbatis, atque voluntatem mihi cœlitus inſpiratam, Monaſterium Beati Bertini, omniaque ad ipſum pertinentia, tam exteriùs, quàm interiùs, & quicquid ad Nos ac Anteceſtores noſtros ex eodem hactenus attinebat, Deo & Sancto Petro, Vobis quoque, ac Succeſſoribus veſtris per conceſſionem Dioceſani Epiſcopi libenter concedimus, & per præſentis Paginæ Traditionem jure perpetuo donamus, atque pro redemtione animæ meæ, ac Succeſſorum meorum, pro ſalute quoque Domini mei RODBERTI Comitis, de cujus voluntate atque aſſenſu ſuper hoc negotio, ſi fortè Divina pietas eum reduxerit, certiſſimè ſuum locum illum, ſecundùm tenorem Litterarum Domni Papæ, perfectè vobis ſubjiciemus: ita etiam, ut Abbas à vobis ibidem ordinatus, ſi, ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, & ſacras Inſtitutiones veſtræ Cluniacenſis Eccleſiæ, non vixerit, liberam facultatem eum removendi, alterumque ſubſtituendi habeatis; præſertim cum non aliunde, niſi de Cluniaco, quemquam deinceps ibidem liceat præeſſe.

HÆC autem omnia conceſſa & firmiter collaudata ſunt ſub Teſtimonio Epiſcoporum ſupramemoratorum, Johannis Taruanenſis, & Lamberti Atrebatenſis, ac Optimatum meorum, ſcilicet Roberti de Bethunia, ipſius Abbatiæ Advocati, atque Balduini ejuſdem Villæ Caſtellani, nec non Baldrici magnæ probitatis Viri.

AD veſtram ergo prudentiam atque ſanctitatem ſpectat, locum illum pro amore Dei ex veſtris religioſis perſonis ac honeſtis viris quibus abundatis ſic ordinare, quatinus malitia inibi diutiùs jam inolita penitùs extirpetur, atque in vita morumque honeſtate ibidem converſantium nomen Domini per omnia ab omnibus glorificetur. Amen.

CAPUT

CAPUT XXVII.

PASCHALIS II. *Pontifex Epiſcopatum Atrebatenſem ab Urbano II. ſuo Prædeceſſore reſtauratum, ejuſque Epiſcopum Lambertum confirmat anno* 1101.

Ex Spicilegio Dacherii.

PASCHALIS Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri LAMBERTO Atrebatenſi Epiſcopo, ejuſque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

QUÆ à Patribus conſtituta ſunt, oportet profectò ut ſub metu & inreſiagabili auctoritate teneantur. Dignum enim eſt nullâ deſidiâ negligantur, nullâ diſſenſione violentur, nullâ concertatione turbentur. Unde & Nos quod à piæ memoriæ Prædeceſſore noſtro Urbano * de reſtitutione Atrebatenſis Eccleſiæ conſtitutum eſt, juſtum omninò & Sacris Canonibus congruum perpendentes, noſtri quoque Decreti auctoritate ſancimus; ut videlicet Eccleſia eadem, ſicut antiquitus Epiſcopali dignitate claruit, ita etiam in-poſterum Cardinalem per Dei gratiam ſortiatur Antiſtitem. Divinæ ſiquidem miſerationis affectum, quem in Eccleſiarum ſuarum & populorum reſtitutionibus operatur, debemus & Nos competentibus ſubſequi ac implere ſuffragiis.

* vide ſupra pag. 70. & 71.

TE igitur, dilectiſſime ac Reverendiſſime Frater, quem in Atrebatenſi Eccleſia Prædeceſſor noſter Domino reſtituente conſtituit, Nos quoque cum Divini favoris præſidio in Epiſcopalis dignitatis functione firmamus. Quicquid autem prædictæ Eccleſiæ B. Remigius contulit, quicquid antiquis temporibus dum Epiſcopali dignitate polleret, eam poſſidere conſtiterit, ſalvis legalibus inſtitutis, & Romanæ Eccleſiæ privilegiis, tantum Tibi ac Succeſſoribus tuis permanere cenſemus.

IN quibus nominatim Archidiaconias duas, quarum una Atrebatenſis, altera dicitur Obſtrevandenſis, præfatæ Eccleſiæ confirmamus, & illos omninò limites inter Atrebatenſem & Cameracenſem Eccleſias fore præcipimus, quos antiquitus fuiſſe vel Scriptorum monumentis, vel Territoriorum diremptione, vel certis aliquibus indiciis potuerit comprobari; ut annuente Deo Eccleſiarum pax nulla occaſione turbetur, & quæ pro fidelium ſalute ſtatuta ſunt, perenni tempore inconvulsâ ſtabilitate perſiſtant.

SI qua ſanè Eccleſiaſtica ſecularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

CUNCTIS autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU CHRISTI, quatinus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniaot. Amen, amen.

SCRIPTUM per manum Petri Nutarii Regionarii & Scriniarii Sacri Palatii.

PASCHALIS Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

DATUM Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, XVII. Cal. Maii, Indictione nonâ, Incarnationis Dominicæ anno M. C. I. Pontificatûs autem Paſchalis II. Papæ ſecundo. 1101.

CAPUT XXVIII.

ROBERTUS *cognomento* JEROSOLYMITANUS, *Comes Flandriæ concedit anno* 1101. *Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, nunc Cathedrali, idem Privilegium libertatis, quo gaudebat Eccleſia Canonicorum Sancti Petri Inſulis. Id-ipſum dein confirmat* INNOCENTIUS *Pontifex.*

Ex MS. Archivii Epiſcop. Brugenſis.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Præpoſito, Decano, & Capitulo Eccleſiæ Sancti Donatiani Brugenſis, Tornacenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere.

CUM igitur, ſicut petitio veſtra Nobis exhibita continebat, claræ memoriæ Robertus Flandrenſis Marchio, Filius Comitis Roberti dicti Friſonis, piâ & providâ liberalitate conceſſerit; ut Eccleſia veſtra eâdem, quam Inſulana Eccleſia obtinet, gaudeat libertate; videlicet ut Homines ipſius Eccleſiæ veſtræ, qui * *Submanſores* vulgariter nuncupantur, ab omni publica exactione

* vide ſupra pag. 716.

ac

ac jugo etiam dominationis ſuæ ſint liberi & immunes; ita quod neque jure forenſi, neque alicujus poteſtatis decreto, etiam ſuper iis quæ ad legem terræ pertinent, arceantur, nulluſque in eos, excepto ipſius Eccleſiæ Præpoſito, habeat poteſtatem: & ſi aliquid quæſtionis contra eoſdem homines emerſerit, ſive natum fuerit inter eos, illud non niſi ad eandem Eccleſiam referatur, terminandum ibi per Præpoſitum & Canonicos Eccleſiæ memoratæ; prout in Litteris dicti Marchionis inde confectis pleniùs continetur.

Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, conceſſionem hujuſmodi, ſicut piè ac providè facta eſt, Authoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus. Tenorem Litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt:

Diploma Roberti Comitis.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritûs Sancti.

Ego Robertus Dei gratiâ Flandrenſis Marchio, Comitis Roberti agnomine Friſonis Filius, Jeroſolymitanæ viæ curſu deſiderabili Divinâ mihi gratiâ favente peracto, tum Divino inſtinctu præmonitus, tum Majorum meorum animatus exemplo, ſalubre conſilium mente concepi, & Eccleſias ab ipſis ad honorem Dei & Sanctorum ſacro Religionis fervore conſtructas libertatis dono ſublimare diſpoſui, & ſub tutela pacis impoſterùm conſervare; ut videlicet poſt hujus terreſtris habitaculi diſſolutionem domum æternam in cælis, ubi ſumma pax & perennis libertas, obtinerem.

Igitur inter cætera diſpenſationis meæ officia, Eccleſiam S. Donatiani Brugenſis ad ſtatum meliorem promovens, eandem ei quam Inſulana Eccleſia obtinet libertatem donavi, quam ſimul cum quibuſdam poſſeſſionibus ipſius ambiguo ſcripto & quaſi involuto ſenſu nominatis, explicare neceſſarium duxi, ſicque poſt futuras excludere quæſtiones.

Hac igitur inter cæteras libertatis gratiâ potitur, ut Submanſores ejuſdem Eccleſiæ ex omni publica exactione liberi, omnique jugo etiam noſtræ dominationis abſoluti, nequaquam jure Forenſi ſive alicujus decreto poteſtatis arceantur, etiam ſub iis quæ ad legem terræ pertinent requitendum, nullus excepto Præpoſito Eccleſiæ ſuper eos poteſtatem habeat.

Insuper ſi aliquid quæſtionis judicio terminandæ contra eos emerſerit, aut inter eos natum fuerit, non niſi ad Eccleſiam referatur, ibique Præpoſito Judice & Fratrum diffinitione res terminetur. Sed nec illud de poſſeſſionibus ejus ſilentio prætereundum puto, ſcilicet ut ubicumque decimas de terra culta poſſidet, ibidem eas de inculta pariter poſſidere debeat, ſi fortè inculta ibi fuerit poſtmodùm excolenda. Hoc verò non ſolùm Ego, ſed & Prædeceſſores mei memoratæ Eccleſiæ conceſſêre. Illud quoque notum fieri volo, quod quædam ædificia ad uſum pariter & decorem ipſius Eccleſiæ conſtructa & ei donata fuerunt, quæ ſunt domus Præpoſiti, & quæ ex alia parte Clauſtri juxta ejus longitudinem extenditur, cum illis ædificiis quæ juxta Clauſtri latitudinem porrecta cæteris contiguas habent extremitates.

Hæc verò ad ultimum expreſſa ædificia Everardus Tornacenſis meis temporibus ut feudum ſuum à Me ſæpiùs requiſivit, & pro eis Eccleſiam infeſtavit: ſed Eccleſiâ conſtanter renitente, eò tandem res perducta eſt, ut die ſuper hac quæſtione ventilanda determinato, Eccleſia in negotio prævaleret, & non ſolùm Jure Eccleſiaſtico, ſed etiam lege totius Curiæ meæ quæ poſſederat jure perpetuo poſſideret. Hæc & alia præmiſſa Sigilli noſtri impreſſione dignum duximus confirmare. Aderant etiam Teſtes,

Robbertus Caſtellanus,
Rotbertus Advocatus de Betunia,
Stephanus de Boulare,
Reingot de Mulenbeca,
Froolf Bergenſis Caſtellanus,
Bertulphus Præpoſitus,
Dodinus Decanus,
Folpertus & Reinloſus Presbyteri,
Litbertus,
Walbertus,
Bertulphus Diaconi,
Tancradus,
Gommarus,
Reinerus, Subdiaconi.

Actum apud Ypram anno Incarnationis Domini MCI. 1102.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani III. Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

CAPUT XXIX.

Joannes *Teruanenſis Epiſcopus anno* 1102. *in locum Canonicorum ſæcularium Regulares inſtituit in Eccleſia S. Martini Ipris, quæ anno* 1569. *facta eſt Cathedralis.*

Ex Sanderi Flandria Illuſtr.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs.

Ego Joannes Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus, cum quoſdam Clericos ſeculariter viventes de Eccleſia mea, quæ eſt in Villa quæ dicitur Ipra, quam ſimoniacè acquiſierant, poſt acceptum à Domino Papa Paſchali mandatum Canonico judicio convictos ejeciſſem, eamque quamdiu volui uſibus meis liberrimè retinuiſſem, ad Sanctæ Religionis cultum eandem convertere curavi.

Sed cum aliquo tempore hoc quod propoſueram

ſueram peragere diſtuliſſem, & obnixis precibus bonorum virorum inibi habitantium, quatenus id accelerаretur, pulſarer; tandem juſtæ petitioni eorum acquieſcens, illuc quod decreveram perfecturus adveni. Cumque in prædicta Eccleſia præſens adeſſem, & quem eidem præeſſe vellent, inquirerem, quendam Presbyterum nomine *Gerardum*, qui ibidem mecum præſens aderat, de quo minùs ſperabamus, bonæ opinionis & vitæ virum, & Canonica Religione inſtructum omnes unanimiter injectis manibus dari ſibi acclamarunt.

Quem ſatis renitentem, & tantæ curæ pondus ſuſcipere formidantem, piæ eorum inſtantiæ, quamvis in multis mihi neceſſarium, negare non potui. Præfatam ergò B. Martini eidem regendam tradidi, quam cum Eccleſia B. Petri cæteriſque ſuis appendiciis ad opus Canonicorum ſub eodem ſuiſque Succeſſoribus ſecundùm Regulam S. Auguſtini ibidem conſtituendorum ab omni exactione, præter duos ſolidos ſingulis annis in Synodo poſt Pentecoſten perſolvendos, liberam eſſe conceſſi.

Hoc etiam ſtatuimus, ut ſi Confratres ejuſdem loci Præpoſito carere contigerit, alium idoneum, ſi in eadem Congregatione invenire potuerint, ſibi præponendum aſſumant. Sin autem, in alia Congregatione ejuſdem Profeſſionis, aliquem Religioſum eligant, & Epiſcopo Teroanenſi conſecrandum repræſentent. Oleum infirmorum, & oleum ſacrum Chriſmatis à Sede Epiſcopali accipiant.

Si quis verò hanc noſtram Conſtitutionem infringere, vel aliquid eorum, quæ eidem Eccleſiæ à fidelibus collata, aut conferenda ſunt, injuſte auferre præſumpſerit, excommunicationi ſubjaceat, & à communione Corporis & Sanguinis Domini alienus exiſtat, donec ad ſatisfactionem veniat.

Actum eſt hoc anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo ſecundo. Indictione x. 1102.
Kal. Octobris, regente Papa Paſchali II Remenſi Metropolitano Manaſſe, Regnante Philippo Francorum Rege, Roberto Flandriæ Comite exiſtente. Præſentibus idoneis Teſtibus

Arboldo Formiſellenſis Eccleſiæ Præpoſito,
Renaldo Præpoſito Loenſis Eccleſiæ,
Thoma Everſamenſis Eccleſiæ Priore,
Hugone.

CAPUT XXX.

Robertus *Comes Flandriæ Abbatiam S. Bertini Audomaropoli ſubmittit curæ ſpirituali Abbatis Cluniacenſis in Gallia, anno* 1106.

Ex Du Cheſne in Familia Bethunienſi.

Robertus Dei gratiâ Flandrenſium Comes, Domno Hugoni Sanctæ Cluniacenſis Eccleſiæ Reverendo Abbati, ſalutem & dilectionem.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, non habemus hîc manentem Civitatem, dieſque noſtri tanquam umbra prætereuntes quotidie evaneſcunt: & ex voce Veritatis luce clariùs conſtat, omnem arborem, quæ non facit fructum bonum, excidi, & in ignem æternum mitti: oportet maximè Nos, qui ceteris hominibus prælati videmur, ut dum in hoc corpore ſumus, aliquid ex his, quæ ad Omnipotentis Dei ſervitium pertinent, eo adjuvante operemur, quatenùs in futuro æternæ retributionis utcumque participes exiſtere mereamur.

Quapropter Beatitudini veſtræ notum eſſe volumus, quod nobis poſt Dominica bella Hieruſalem digreſſis, Uxor mea nomine Clementia, quam Terræ meæ, & omnibus quæcumque juris mei erant, vice meâ dum diſcederem præfeceram, inter cætera diligenter intimavit, ſeſe per Abbatem S. Bertini à Bonitate veſtra impetraſſe eùm Litteris, tùm vivâ voce, ut de ordinando ejuſdem Sancti Monaſterio, de Religione ibidem per Sanctitatis veſtræ Filios conſtituenda Vos intromittere deberetis.

Vide ſup. pag. 1147.

Nos autem ſuper hoc immeoſas Vobis gratias referentes, & Sacræ Religioni plurimùm congaudentes, communicato tandem conſilio cum Venerabilibus Epiſcopis Lamberto Atrebatenſi, & Johanne Taruanenſi, ceteriſque fidelibus meis, ob remedium animæ meæ, ob ſalutem Conjugis, & liberorum, ſeu Anteceſſorum meorum, quatenùs in futuro examine, in illa tremenda die, diſtrictum Judicem propitium nobis inveniamus; prædictum S. Bertini Monaſterium Vobis, veſtriſque Succeſſoribus omnino liberè ordinandum perpetuo jure concedimus & confirmamus ſub præſentis Paginæ atteſtatione, ſalvo utique Morinenſis Epiſcopi jure.

Ea tamen conditione præfixâ, ut Abbatia nunquam in Prioratum redigator, ſed Abbate obeunte, quem ad hoc onus ſubeundum miſſuri eſtis, vel ſi rationabilis caoſa extiterit, depoſito, alter de veſtra Cluniacenſi Eccleſia, & à Vobis, omni tempore ſubſtituatur, propter ſtabilitatem videlicet Ordinis, & perſeverantiam Religionis.

Porrò, ut hæc noſtra Conceſſio, immò ſupplicatio, in perpetuum rata atque illibata permaneat, Chartæ hujus exemplar penes Nos retinere decernimus.

Veſtræ igitur incumbit ſollicitudini, ſinè dilatione tales tamque idoneas ad rem tam neceſſariam perſonas, ac tantorum ſaluti profuturas dirigere, per quas Eccleſia religione creſcat, & exaltetur, atque nomen Domini ab omnibus glorificetur.

Testes

TESTES verò hujus rei & Confirmationis hic annotari placuit.

Signum ROBERTI Comitis.
S. CLEMENTIÆ Comitiſſæ.
S. Joannis Morinenſis Epiſcopi.
S. Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi.
S. Joannis Abbatis de Monte S. Eligii.
S. Clarembaldi Archidiaconi.
S. Hugonis Abbatis S. Dionyſii Remenſis.
S. Galteri Theſaurarii.
S. ROBERTI BITUNIENSIS, & ADVOCATI ipſius Eccleſiæ.
S. Baldrici de Cullien.
S. Sigeri de Mutelle.

DATUM Atrebati anno Domini Jeſu Chriſti MCVI. Idibus Februarii, in nomine Domini 1106 feliciter, amen.

CAPUT XXXI.

PASCHALIS II. *Pontifex Poſſeſſiones Abbatiæ Elnonenſis, ſeu S. Amandi Ordinis S. Benedicti, confirmat anno 1107, eaſque Apoſtolicis munit Privilegiis.*

Ex MS. Documentis Abbatiæ.

PASCHALIS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Chriſto Filio HUGONI Abbati Venerabilis Monaſterii S. Amandi, quod Helnonenſe dicitur, ejuſque Succeſſoribus in Chriſto ſubſtituendis in perpetuum.

AD hoc Nos, diſponente Domino, in Apoſtolicæ Sedis ſervitium promotos agnoſcimus, ut ejus Filiis auxilium implorantibus efficaciter ſubvenire, obedientes tueri ac protegere debeamus. Unde oportet Nos venerabilibus locis manum protectionis extendere, & Servorum Dei quieti attentiùs providere.

IGITUR ob reverentiam pretioſiſſimi Prothomartyris Stephani Helnonenſe Monaſterium, cui authore Deo præſides, ubi etiam ſacratiſſimum B. Amandi corpus requieſcit, ſecundùm quod eidem B. Amando petenti Sanctæ memoriæ Prædeceſſor noſter * Martinus Papa Privilegium libertatis contulit, Nos ſub tutela Apoſtolicæ Sedis omninò liberum in gremio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ excipimus.

* Vide ſupra pag. 319.

UNIVERSA ergo ad ipſum Monaſterium legitimè pertinentia Nos largiente Domino Vobis veſtriſque Succeſſoribus Decreti præſentis aſſertione firmamus. Villam ſcilicet Helnonem Monaſterio adjacentem cum omnibus appendititiis ſuis ab omni ſecularium dominio liberam, ſicut à religioſis Imperatoribus Dagobetto, Pipino, Karolo, Ludovico, Lothario, Carolo Calvo conſtituta eſt, confirmamus.

IN Pago Laudunenſi Cellam * Bariſiacum, cum familiis & appendititiis ſuis.

* Vide ſupra pag. 125.

IN Pago Cameracenſi Braceolum, Novam Villam, Halciacum cum appendititiis ſuis.

IN Pago Hanuacenſi Guariniacum, Scalpur, cum appendititiis ſuis.

IN Pago Oſtrebantenſi, Diptiacum, Ferinum, Scaldinium, Lurcium, Ruoth cum familia & appendititiis ſuis.

IN Pago Tornacenſi Guillemel, Frigidum-Montem, Hertinium, Bovinas, Rumam, Spicre, Holten, cum appendititiis ſuis.

IN Pago Bragbatenſi, Herinias, Sein, Alenium, Warcinium, Anuinium, Securiacum, Vilare, Novas-Domus, Herlegona, terras de Germino, Millam, Rodam, Bacheroth, cum appendititiis ſuis.

IN Pago Menpiſco terras de Bonarda, de Roſlare, de Ledda, de Hardoia, de Guinginiis, de Marchegen, de Lapiſcura, de Berneham cum familia & appendititiis ſuis.

SUPER fluvium Moſam, Villam Haryngas cum familia, Eccleſia, & appendititiis ſuis.

SUPER fluvium Rhenum terras de Sula & de Bobarga.

IN Friſia terras cenſuales apud Dechenchas & Stouras. Porro Altaria quæ in diverſis Parochiis poſſeſſione legitimâ poſſidetis, ab omni Perſonatu libera Vobis veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum ſervanda cenſemus; ſalvis nimirum conſuetis Epiſcoporum vel Epiſcopalium Miniſtrorum obſoniis.

IN Epiſcopatu Noviomenſi, Altare videlicet de Sancto Martino, Altare de Cella, Altare de Ruma, Altare de Guillemel, de Frigido-Monte, de Hertinio, de Marchegen, de Guinginiis, de Beherneham, de Sedelengen, de Bichengen, de Ledda.

IN Epiſcopatu Laudunenſi, Cellam Bariſiaci cum Altari Sancti Remigii.

IN Epiſcopatu Cameracenſi, Altare de Nova-Villa cum appendititiis ſuis, Altare de Guariniaco, de Scalpur, de Guariniaco cum appendititiis, de Vilari, de Anuinio, d'Herlengona.

IN Epiſcopatu Atrebatenſi, Altare de Lurcio, de Scaldinio cum appendititiis ſuis, Drueth, de Bulciniolo, de Ditiaco cum appendititiis ſuis.

QUÆCUMQUE præterea prædia, quæcumque bona veſtrum hodie Monaſterium poſſidet, quæcumque etiam in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium pro ſpe ſalutis æternæ poterit adipiſci, Vobis veſtriſque Succeſſoribus firma ſemper & illibata permaneant.

DECERNIMUS ergò, ut nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura.

Obeunte Te ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, vel de ſuo vel de alieno ſi voluerint Collegio, ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti Regulam elegerint.

Ad hoc adjicimus, ut nulli perſonæ facultas ſit idem Monaſterium invadere, nec aliquam poteſtatem imperandi ibi exercere, neque convivia vel obſonia aliquo modo ab ipſa Eccleſia exigere, nullam etiam ordinationem quamvis leviſſimam facere, præter Abbatis & Fratrum voluntatem: quatenùs Monachi ſemper quietè maneant in Abbatis ſui poſſeſſione.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve Perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit: poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

✠ Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Trecis per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii. IX. Kal. Junii Indictione XV. Anno Dominicæ Incarnationis MCVII. Pon- 1107.
tificatûs autem Domini Paſchalis II. PP. VIII.

CAPUT XXXII.

Paschalis II. *Pontifex fundationem Abbatiæ Sonnebecanæ Ordinis Sancti Auguſtini in Diœceſi Morinenſi, nunc Iprenſi, approbat anno* 1110.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

Paschalis (1) Epiſcopus Servus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto Filio Lamberto Sonnebeccenſis Eccleſiæ Præpoſito ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex (2) Drogonis venerabilis quondam Morinorum Epiſcopi Scripto comperimus, quod bonæ memoriæ Fulpoldus unà cum Uxore ſua Ramburga, Avia tua, & poſt eos Pater tuus Teobaldus Eccleſiæ ſanctæ in Villa (3) Sonnebeccenſi varia ſui juris prædia contulerunt, undè ſeptem Canonicis ſtipendium provideretur. Ea igitur quæ à prædictis Parentibus tuis eidem Eccleſiæ tradita ſunt, Altaria etiam quæ bonæ memoriæ Radbodus quondam Noviomenſis Epiſcopus ad eumdem locum contulit, ſcilicet de (4) *Ruſlaer*, de (5) *Nieuw-kercka*, & de (6) *Bevenſlaer*, & quæcumque à quibuſcumque fidelibus de ſuo jure in eandem Eccleſiam oblata ſunt vel impoſterum offerri contigerint, in eorumdem Canonicorum uſus, firma ſemper & quieta permanere ſervareque cenſemus.

Quidquid præterea munitionis ſeu libertatis prædictus Frater noſter Drogo eidem loco largitus eſt, Nos præſentis decreti Auctoritate ſancimus; prohibentes ne quis minuere, ſubtrahere, vel modis quibuſlibet alienare præſumat, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura.

Si quis autem, quod abſit, huic noſtro Decreto, auſu temerario contraire tentaverit, honoris & officii ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, niſi præſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit.

Ita eſt ſubſignatum:

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, XVII. Kal. Novem. Indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno MCX. Pontifica- 1110.
tûs autem Domini Paſchalis ſecundi Papæ anno duodecimo.

(1) Paschalis II. Papa electus anno 1099. poſt Urbanum II. anno 1118 deceſſit.

(2) Drogo, è Monaſterio Berunienſi tranſmiſſus ad inſtaurandam Abbatiam S. Winoci bergenſem: inde verò electus Epiſcopus Morinenſis anno 1030. obiit anno 1078 propè Jubilanus. Vide ſupra pag. 1133.

(3) Sonnebeeck, Abbatia Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, duabus ab Ipra milliaribus, cujus Fundationem ſupra exhibuimus pag. 1133. Quondam ſubdita fuit Congregationi Arroaſienſi, de qua ſupra pag. 167.

(4) Ruslaer, jam dicitur latinè *Rollarium*, vulgò *Rouſſelaere*. Hujus loci Abbas Sonnebecanus eſt de facto Patronus & Scholaſter; curâ tamen Paſtorali per ſuos Religioſos non fungitur; quod ipſi in hac Bulla concedebatur.

(5) Nieuw-kercka, vulgò *Nieuwkercke*, eſt appendix Altaris de *Rouſſelaer*, & in illo loco conſtituitur Paſtor ex Religioſis Sonnebecanis.

(6) Bevenslaer, vulgo *Becelaere*. Hujus loci prædictus Prælatus patronus eſt, non tamen Religioſum conſtituit Paſtorem.

CAPUT

CAPUT XXXIII.

BALDUINUS & CLEMENTIA *Comites Flandriæ conſirmant anno* 1112. *Abbati Cluniacenſi regimen Abbatiæ S. Bertini.*

Ex Theſauro Anecdot.

DOMNO Patri Reverendo Sanctæ Cluniacenſis Eccleſiæ Abbati, BALDUINUS Flandrenſis Comes & CLEMENTIA Comitiſſa, æternam iu Chriſto felicitatem.

CUPIENTES ea quæ ad Religionem pertinent firma permanere, re videlicet bene inchoata callidus hoſtis valeat peſſundare, Serenitati veſtræ notum facimus, conceſſionem illam, quam de Eccleſia Sancti Bertini Dominus meus ROBERTUS Comes adhuc vivens, Me quoque annuente Prædeceſſori veſtro Domno HUGONI piæ memoriæ Abbati conceſſit, Scriptoque firmavit, nunc etiam pro remedio animarum noſtrarum, tam Me, quàm Filium meum, jam libenter Vobis veſtriſque Succeſſoribus iteratò concedere, ratamque per omnia, omni occaſione ſepoſitâ, fore. (Vide pag. 1147.)

PORRÒ ut hæc Conceſſio noſtra firma permaneat, in conſpectu Principum, cum eorumdem aſſenſu eam firmavimus, atque Sigilli noſtri impreſſione ſubterſignari fecimus.

S. Lamberti Abbatis,
S. Galterii Theſaurarii,
S. Rainerii Notarii,
S. Bernardi Capellani,
S. Alardi,
S. Rotgerii Caſtellani Inſulani,
S. Galterii Caſtellani Curtriacenſis,
S. Raigeri Dapiferi,
S. Willelmi Dapiferi,
S. Ulrici Pincernæ,
S. Widonis.

ACTUM anno Domini M. C. XII. in Villa Y- 1112
preuſi pridiè Idus Aprilis.

CAPUT XXXIV.

BALDUINUS *Comes Flandriæ Privilegia Abbatiæ Elnonenſis ſeu S. Amandi Ordinis S. Benedicti, conſirmat anno* 1116.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen.

EGO BALDUINUS Dei gratiâ Flandrenſium Comes Filius Roberti II. Marchionis & CLEMENTIÆ Nobilis Comitiſſæ, reputans mecum Nobis plus aliis in hoc mundo occupatis magis neceſſaria eſſe Sanctorum patrocinia, optimum duxi non ſolùm noſtrâ largitate eorumdem Sanctorum Dei exteriora augeri bona, verùm etiam ab omni oppreſſione & injuſtitia defendendo integra conſervare ab aliis collata vel conſervata, & in melius reſtituere quæque malè inſtituta vel depravata.

QUOCIRCA cognitum eſſe volo tam futuris quàm præſentibus, Me ad petitionem Bavonis Abbatis & Fratrum ejuſdem Eccleſiæ Elnonenſe Cœnobium adiiſſe, quod conſtructum eſt in honore Beati Stephani Proto-martyris & Sancti Confeſſoris Chriſti Amandi; ubi videlicet attulerunt Nobis Fratres quædam Imperialia & Regalia Præcepta plenam libertatem & immunitatem ejuſdem Eccleſiæ continentia, videlicet * Dagoberti quondam Regis & poſtea Pipini Patris Caroli magni.

* Vide pag. 113.

INSUPER vero Imperator Karolus atque Filius Ludovicus Imperator necnon & Carolus Calvus hujuſmodi immunitatis auctoritatem erga jam dictum Venerabile Monaſterium fecerunt. Præterea verò ad ſuggeſtionem præfati Pontificis Chriſti Amandi pro quiete ſervorum Dei ibidem degentium omnes res ejuſdem Monaſterii Sancti illius temporis Patres ac Pontifices, qui magnis dum adviverent virtutibus floruerunt, quorumque meritis ſublimatur & gloriatur Francia, ſuper hoc ſuæ Sanctitatis Privilegium ſtatuerunt. Quæ omnia, ut apud Omnipotentem Deum Sanctos ejus habeam propitios, in eadem pace & quiete, quam prædicti Reges ſive Imperatores eundem locum obtinuerunt, Ego quoque ſub mea protectione & tutela contra pravorum hominum nequitiam conſervare decrevi. Præſertim quia quidquid honoris & dignitatis in eadem Eccleſia tam Progenitores mei Comites Flandriæ, quàm Reges Franciæ habuerunt, hoc iſtis temporibus divina miſeratio mihi ex integro largiri dignata eſt. Verumtamen inter cætera quæ depravata erant, quidam Præpoſitus ipſius Villæ, nomine Almanus, quaſdam ſibi injuſtas conſuetudines uſurpavit; quibus ſe deliquiſſe cognoſcens in præſentia mea tam ex judicio Optimatum meorum, quàm ex deliberatione ſecum habita, datâ fide, tactis etiam Sacroſanctis Reliquiis prorſus abdicavit, videlicet ad ambas Sancti Amandi dimidium quartarium cerviſiæ accipiat, neque creditionem ullam unde damnum aliquod homines Sancti ſuſtineant habeat, neque exactionem quam vulgo *tolpri* vocant, ſive herbam aut corvedas inconſulto Abbate exigat, neque jumenta per Villam violenter mutuare aut tollere alicujus operis occaſione audeat.

Et ſi cui Abbas terram vendiderit, Miniſterialis nihil habebit. De juſtitia pontis ſe non intromittet neque ſubtus neque ſupra, quamdiu Cuſtos Abbatis per ſe juſtitiam habere poterit, neque manſuarios juſtificabit de his, quæ ad manſos pertinent.

De terris cenſualibus quas tenet cenſum unoquoque anno dabit, neque exinde aliquid cuiquam in feodum dare ei licebit, neque terram ab aliquo emere, neque aliqua terra ſine voluntate Abbatis inveſtiri poterit. Vadium etiam, ſi pro qualibet forisfactura acceperit ab aliquo, non alibi quàm infrà Curtim Sancti Amandi commendabit; ipſe verò Miniſterialis ab adventitiis nihil accipiet niſi ſex deneratas panum & duos capones. Latro ab eo captus in Curtim Sancti Amandi cuſtodiendus adducetur.

Nullo modo placitabit, niſi in Camera Abbatis, vel in porticu aut hoſpitio, & hoc præſente Abbate vel Præpoſito Monacho. De omnibus Placitis quæ fiunt per Scabinos ſuum tertium habebit, & Villicus Abbatis & Fratrum hujus tertii tertium; & Miniſterialis concordiam non poteſt accipere, niſi per Abbatem aut ejus Præpoſitum Monachum; neque in Dominicis Curtibus aliquam juſtitiam exiget aut accipiet. Nullus unquam à Miniſteriali accipiet licentiam maritandi: & ſi Miniſterialis villæ decedens plures filios reliquerit, Abbas & Fratres quem ad hoc magis idoneum viderint Miniſterialem conſtituant.

Quod ſi ſine liberis mortuus fuerit, in poteſtate Abbatis erit cui miniſterium illud reddere voluerit. Ab omnibus hominibus infra procinctum commorantibus ſalvâ fidelitate Comitis Flandrenſis, Abbas ſi voluerit ſecuritatem habebit.

Hæc omnia ſupra memoratus Miniſterialis ſe firmiter obſervaturum ſub ſacramento ut præmiſſum eſt abſque ulla refragatione promittens, Filios & Parentes, inſuper etiam hujus Eccleſiæ Advocatos, Godefridum ſcilicet de Bulcen & Alardum Cononis Filium hujus rei obſides Comiti dedit.

Qui videlicet Advocati in manu ipſius Comitis ſub pactione fidei polliciti ſunt, & inſuper Abbatem & Fratres omninò ſecuros fecerunt: ut ſi Miniſterialis in aliquo hanc conventionem aliquo tempore infringere præſumeret, niſi infra quindecim dies ipſe Miniſterialis cum reſtauratione damni quod intulit ſeſe cum Abbate & Fratribus in pace compoſuerit, prædicti Advocati ab Abbate & Fratribus admoniti, niſi infra quadraginta dies eum ad plenam juſtitiam cum reſtauratione damni ſecundùm quod ille qui damnum perpeſſus eſt cum duobus Teſtibus probaverit, nihil deinceps proficui, nil conſilii vel auxilii illi facient. Et inſuper pro hujus Cartæ infractione non ſolum anathema incurret, verùm etiam Comes Flandrenſis XL. libras, Abbas autem ſimiliter XL. libras pro hac forisfactura à Miniſteriali conſequentur.

Actum Elnone Monaſterio à me Balduino in Flandriis jam anno v. per Dei gratiam principante, anno vero Verbi Incarnati M. C. XVI. 1116.
Indictione XXVII. Kal. Januarii.

Ut ergo Confirmationis meæ Pagina futuris temporibus maneat inconvulſa, manu meâ ſubſcripſi & Sigilli mei impreſſione firmavi, eoſque qui ſubſcriberent juſſi.

Inſuper verò Abbates & Clericos cum tota Congregatione in præſentia Beati Amandi, ne quis deinceps hanc Cartam infringere præſumeret, anathematis vinculo innodari feci, omnibus clamantibus & reſpondentibus, Amen.

S. Balduini incly ti Marchionis,
S. Bovonis ejuſdem Cœnobii Abbatis,
S. Lamberti Abbatis Sancti Bertini,
S. Otgeri Cancellarii,
S. Godefridi Advocati,
S. Alardi Advocati,
S. Amulrici Coneſtabuli,
S. Rogeri Caſtellani de Inſula,
S. Rogeri Præpoſiti de Inſula,
S. Roberti Præpoſiti Duacenſis,
S. Alardi Præpoſiti de Formaſela,
S. Galteri Filii Faſtradi,
S. Amulrici de Landaſt,
S. Joannis de Herchengehen,
S. Ratbodi de Doſſemer.

Locus Sigilli.

CAPUT XXXV.

S. Ivo *Carnotenſis Epiſcopus, ſcribens ad Paſchalem* II. *Pontificem, rogat ne Tornacenſem Eccleſiam ſeparet à juriſdictione Epiſcopi Noviomenſis anno* 1118.

Ex Hiſtoria Eccl. Remenſis.

Novit veſtra Paternitas, quia Regnum Francorum præ ceteris Regnis Sedi Apoſtolicæ ſemper fuit obnoxium, & idcircò quantum ad ipſas Regias perſonas pertinuit, nulla diviſio fuit inter Regnum & Summum Sacerdotium. Quod ergò hactenùs cum pace & utilitate Eccleſiæ obſervatum eſt, humiliter petimus, ut de cetero obſervetur, & Regni Francorum pax & Summi Sacerdotii nullâ ſubreplicatione diſſolvatur.

Quod idcircò prælibavimus, quia audivimus Clericos Tornacenſes ad Apoſtolicam Sedem veniſſe, petentes ut Apoſtolicâ præceptione proprium poſſint habere Epiſcopum, & Noviomenſis Eccleſiæ fruſtrare Privilegium.

Quod ne fiat, ſicut Filii & fideles & rogamus

Digitized by Google

mus & conſulimus, ut ſtatum Ecclefiarum qui quadringentis annis fermè duravit, inconcuſſum manere concedatis; ne hâc occaſione ſchiſma quod eſt in Germanico Regno adversùs Sedem Apoſtolicam, in Galliarum Regno ſuſcitetis. Nec in hoc reſiſtimus, quin poſſit Sedes Apoſtolica Parochiarum amplitudinem minorare aut brevitatem dilatare, ſi utilitas populi Dei ita exigat, & nullum indè ſchiſma contingat.

Quia ergò Rex Francorum, utpote homo ſimplicis naturæ, erga Eccleſiam Dei eſt devotus & Sedi Apoſtolicæ benevolus, petimus & conſulimus, ut à benevolentia ejus nulla vos ſupreptio ſubtrahat, nulla perſuaſio disjungat.

Novit enim veſtra Paternitas, quia cum Regnum & Sacerdotium inter ſe conveniunt, bene regitur mundus, floret & fructificat Eccleſia; cùm verò inter ſe diſcordant, non tantum parvæ res non creſcunt, ſed etiam magnæ res miſerabiliter dilabuntur.

Ad hæc quod petimus cum Coëpiſcopis noſtris, non eſt contra Majeſtatem Sedis Apoſtolicæ, non eſt contra utilitatem, ut non dicam dignitatem Tornacenſis Eccleſiæ, ſervare terminos antiquos, quos Patres eorum poſuerunt, & longâ antiquitate ſervaverunt.

Præterea cùm Dignitas Epiſcopalis paupertatem his diebus honeſtè ferre non valeat, providendum eſt, ne iſtâ diviſione uterque Epiſcopus pauper fiat; quod teſtantur Noviomenſes, qui utriuſque Eccleſiæ experti ſunt facultates, &c.

CAPUT XXXVI.

Calixtus II. *Pontifex Abbatiæ S. Amandi ſeu Elnonenſi Ordinis Sancti Benedicti privilegia libertatis & immunitatis concedit anno* 1119.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

Calixtus Epiſcopus Servorum Dei dilecto in Chriſto Bovoni Abbati Venerabili Monaſterii S. Amandi, quod Helnonenſe dicitur, ejuſque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in Chriſtum.

Et Divinis Præceptis inſtruimur, & Apoſtolicis monitis informamur, ut pro Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu.

Quam ob rem dilecte in Chriſto Fili Bovo Abbas, tuis petitionibus accommodamus aſſenſum, & Helnonenſe Monaſterium, cui Deo auctore præſides, ubi ejuſdem Beati Amandi corpus requieſcere creditur, Apoſtolicæ Sedis Privilegio communimus.

Statuimus enim, ut quæcumque bona, quaſcumque poſſeſſiones, idem locus conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis in præſenti poſſidet, ſive in futurum largiente Deo juſtè atque canonicè poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata ſub B. Petri tuitione permaneant.

In quibus hæc propriis duximus nominibus annotanda. Villam videlicet Helnonem cum appendiciis ſuis ab omni ſæcularium dominio liberam, ſicut à religioſis Regibus Dagoberto, Pipino, Karolo, Ludovico, & Comite Balduino cognoſcitur emancipata.

In Pago Laudunenſi, Cellam *Bariſiacum* cum familiis & appendiciis ſuis.

In Pago Cameracenſi *Bracteolum*, *Novamvillam*, *Haltiacum* cum appendiciis ſuis.

In Pago Hainonenſi *Guariniacum*, *Moncelz*, *Scalponz* cum appendiciis ſuis.

In Pago Oſtrebatenſi, *Diptiacum*, *Ferinium*, *Scaldinium*, *Lurcium*; *Ruoth* cum familia & appendiciis ſuis.

In Pago Tornacenſi *Guillemel*, *Frigidummontem*, *Hertinium*, *Bovinias*, *Rumam*, *Spiere*, *Holtem*, cum appendiciis ſuis.

In Pago Bracbatenſi *Herinias*, *Sein*, *Allenium*, *Varcinium*, *Anuinium*, *Securiacum*, *Vilare*, *Novas-domus*, *terras de Germinio*, *Milam*, *Rodani*, *Baceroth*, cum appendiciis ſuis.

In Flandriis, terras de *Bonarda*, *de Roslare*, *de Ledda*, *de Hardoia*, *de Guinguiniis*, *de Marchengen*, *de Lapiſcura*, *de Hoſcherca*, *de Berneiam*, *de Lecca*, cum familia & appendiciis ſuis.

In Teſterepo, Alodium ſingulis annis ſolvens viginti tres libras.

In Brugis Capellam S. Amandi.

Super flumen Moſam Villam *Haringas* cum familia Eccleſia, & appendiciis ſuis.

Super flumen Renum terras de *Sulla*, & de *Bogarda*.

Porro Altaria quæ in diverſis Parochiis poſſeſſione legitimâ poſſidetis, ab omni Perſonatu libera Vobis veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum ſervanda cenſemus; ſalvis nimirum conſuetis Epiſcoporum vel Epiſcopalium Miniſtrorum obſoniis.

In Epiſcopatu Noviomenſi Altare de *Sancto Martino*, Altare de *Cella*, de *Rongi*, de *Ruma*, de *Guillemel*, de *Frigido-monte*, de *Hertinio*, de *Marchengen*, de *Guinguiniis*, de *Bernean*, de *Sedelegien*, de *Bichengen*, de *Ledda*.

In Epiſcopatu Laudunenſi, Cellam *Bariſiaci* cum Altari S. *Remigii*.

In Epiſcopatu Cameracenſi Altare de *Novavilla* cum appendiciis ſuis, Altare de *Guariniaco*, de *Scalpons*, de *Guarniaco* cum appendiciis ſuis, de *Vilari*, de *Anuinio*, de *Lombiſiaco*.

In Atrebatenſi, Altare de *Bulcinio*, de *Maſten*, de *Helemma*, de *Lurcio*, de *Scaldinio* cum appendiciis ſuis, de *Ruoth*, de *Ditiaco* cum appendiciis ſuis, de *Bulciniolo*, decimam anguillarum apud *Bulcem*, & piſcatorem unum in vivario.

Quidquid præterea libertatis, quidquid tuiti

tionis & immuniratis per aurhentica Prædeceſ-
Pag 334. ſorum noſtrorum Sanctæ memoriæ *Marrini &
Pag. 1151 *Paſchalis ſecundi Romanorum Pontificum Privilegia Monaſterio veſtro collatum: quidquid etiam venerabilis Fratris noſtri Rodulphi Remenſis Archiepiſcopi ſcripro ad petitionem illuſtris memoriæ Nepotis noſtri Comitis Balduini de injuſtis conſuetudinibus quas Præpoſitus villæ abdicavir, de duobus diebus trium generalium Placirorum relaxatis, de obſtaculo apud *Tens*, de diviſione ſilvæ Sancti Amandi & ſilvæ præfati Comitis Balduini, paternâ proviſiune indultum eſt, vubis, veſtrıque Succeſſoribus conſirmamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aur ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus ſatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtenratione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura.

Obeunte Te nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâliber ſurreptionis aſtutiâ, ſeu violentiâ præponatur: niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris de ſuo vel de alieno, ſi oportuerir, Collegio, ſecundùm Dei timorem & Beati Benedicti Regulam elegerint, à Diocæſano Epiſcopo ſine exactione & pravitate qualiber ipſius & Clericorum ejus per Dei gratiam conſecrandum.

Missas ſarè publicas in eodem Monaſterio per Epiſcopum fieri, vel ſtariones aut ordinationes aliquas celebrari, præter Abbaris ac Fratrum voluntatem, omnimodis prohibemus, ne in Servorum Dei receſſibus, popularibus occaſio præbearur ulla conventibus.

Ad hæc adjicimus, ut nulli perſonæ facultas ſir idem Monaſterium invadere, vel vim invaſionis inferre, quam diu ejuſdem Monaſterii Fratres regulariter vivere & Abbari regulariter electo ſecundùm ſanos uſus Eccleſiæ obedire curaverint.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtiturionis Paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poreſtatis honoriſque ſui dignitate carear, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiar, arque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Locus ✠ Sigilli.

Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Belvaci per manum Chriſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, XII. Kal. Decemb. Indict.
XIII. Incarn. Dom. anno MCXVIV. Ponti 1119.
ficatûs autem Domini Calixti ſecundi PP, anno primo.

CAPUT XXXVII.

Manasses & Emma *Giſnenſium Comites benefaciunt anno* 1120. *Abbatiæ S. Leonardi apud Giſnas à ſe recenter fundatæ pro Monialibus Benedictinis; quæ Abbatia inde tranſlata fuit Burburgum in Flandria.*

Ex Documentis Familiæ Giſnenſis per Du Cheſne.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen.

Filiorum prudentum eſt Parrum ſuorum ſpiritualium devotè obedire ammonitionibus, & juſtis eorum conſiliis acquieſcere & ſanctis voluntatibus.

Unde eſt, quòd Ego Manasses Ghiſnenſium Comes, & Emma Comitiſſa Uxor mea, hominem Laïcum Alraria ſive decimas juſtè poſſidere non poſſe à Viris religioſis edocti, Altaria quædam & decimas, quæ aliquamdiu per peccatum tenuimus, ad honorem & ſervitium Dei informare curavimus. Eccleſiam namque de *Niguentonia* cum omnibus ad eam pertinentibus, terris videlicet, decimis, nemoribus: Eccleſias quoque ſive Capellas de *Alſcbot* & *Celpham*, nec non decimas de *Herſt* & *Bliſeinghes*, Monaſterio S. Leonardi, quod in proprio Allodio noſtro apud *Ghiſnes* Dei auxilio conſtruximus, ad uſus Sanctimonialium inibi Deo perpetuò famulantium per manum Domini Guillelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi & Henrici Archidiaconi ſui dedimus, & nihil juris ſive poteſtatis in eis Nobis retinuimus.

Nos quoque ut hoc donum ratum & inconvulſum perpetuò permaneret, & ne ab aliquo malivolo infringi in poſterum poſſet, Sigillorum noſtrorum impreſſionibus munivimus, & ut idem Guillelmus Archiepiſcopus Auctoritate ſuâ & Privilegio roboraret impetravimus. Hujus Donationis Teſtes fuerunt,

Balduinus Conſtabularius de Oſterwic,
Guffridus, &
Henricus Frater ejus,
Willelmus Dapifer,
Euſtachius de Balinghehem,
Wido de Elembom, & alii plurimi.

Actum eſt hoc anno Domini M. C. XX. 1120.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

CALIXTUS, II. *Pontifex, petente Ludovico VI. Francorum Rege, decernit Eccleſias Noviomenſem ac Tornacenſem debere manere unitas ſub eodem Epiſcopo, anno* 1122.

Ex P. Marlot Hiſtoria Remenſi.

CALLISTUS Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Ludovico illuſtriſſimo & glorioſiſſimo Francorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

PATRES tui glorioſæ memoriæ Francorum Reges, poſtquam per Omnipotentis Dei miſericordiam Chriſtianæ Fidei rudimenta perceperunt, Romanam Eccleſiam devotione præcipuâ coluerunt, nec ſatis eis viſum eſt Matrem ſuam ſuis tantùm temporibus venerari, ſed ejus reverentiam, obedientiam & affectum ſuis etiam poſteris, jure quodam hereditario, reliquerunt.

UNDE divinæ inſpirationis gratiâ factum eſt, ut & Tu, qui ex eadem Regali deſcendens Progenie, in Regni hujus regimine ſucceſſiſti, in morum quoque probitate ſuccedens, & in devotione ſupradictæ Matris tuæ heres ingenuus permaneres. Hoe nos diebus noſtris experti ſumus, hoc & tota pœnè Rom. Eccleſia recognoſcit. Eapropter petitiones tuas, Fili cariſſime, clementer admittere, ac perſonam tuam & Regnum ſpecialiùs, auctore Deo, decrevimus honorare.

POSTULAS ſiquidem, ut antiquam Noviomenſis ac Tornacenſis Parochiarum unitatem Auctoritatis noſtræ robore confirmemus. Multa ſiquidem, & magna inter utramque Eccleſiam terrarum ſpatia continentur, & ſuum quæque, ut aſſerunt, poſſet Antiſtitem obtinere: ſed quoniam dilectionis tuæ abundantia nos compellit, petitioni huic facilem impartimur aſſenſum.

NOVIOMENSIS igitur & Tornacenſis Eccleſiarum & Parochiarum unitatem, à noſtris Prædeceſſoribus inconvulſam uſque ad hæc tempora conſervatam, præſentis Decreti Paginâ confirmamus, & ratam in perpetuum permanere decrevimus, Auctoritate Apoſtolicâ ſtatuentes, ut utrique Eccleſiæ unus tantùm præſit Epiſcopus; verumtamen caput & Epiſcopalis Dignitatis Sedes Noviomi futuris temporibus habeatur.

IN his omnibus Confratrem noſtrum Lambertum Epiſcopum ſollicitiorem exſiſtere volumus, & ſic per Dei gratiam utrique Eccleſiæ providere, ut neutra Paſtoralis Officii & doctrinæ gratiâ defraudetur.

SI qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ inſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò terriòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

CUNCTIS autem eam ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus laudans ſignavi.

DATUM Neocaſtri per manum Chriſogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii V. Idus Decemb. Indict. XV. Incarnat. Dom. an. M. C. XXII. Pontificatûs autem Domini Calixti II. Papæ anno III.

CAPUT XXXIX.

Abbatia Monialium Benedictinarum vulgò Nonnen-Boſſche *Ipris anno* 1123. *à* JOANNE *Morinorum Epiſcopo privilegio exemptionis, à* CAROLO BONO *Flandriæ Comite pluribus bonis donatur.*

Ex Sanderi Flandria illuſtrata.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

EGO JOANNES Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus notum eſſe volo omnibus Chriſti Fidelibus præſentibus & futuris, quod Eccleſiolam illam in ſolitudine nemoris, quod *Rumetra* vocabatur, ſitam, die quâ eam Dei cooperante gratiâ dedicavi, ab omni exactione liberam feci.

ET quicquid in ea vel in terris ad eam pertinentibus, ſive in decimis, ſive in aliis rebus, mei juris eſſe videbatur, eidem Eccleſiæ, in uſus Ancillarum Chriſti Deo ibidem famulantium, dono conceſſi. His Teſtibus,

Lamberto Tornacenſi Archidiacono,
Alboldo Formoſellenſi,
Gerardo Iprenſi Præpoſitis,
Folcardo Decano,
Frovino Sennebeccenſi Canonico,

Frumoldo Iprenſi Caſtellano, & multis aliis Clericis ac Laïcis.

NOTUM ſit omnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis tam præſentibus, quàm futuris, quia Ego CAROLUS Dei gratiâ Flandrenſium Comes, cuidam Eccleſiæ in honore S. Mariæ dicatæ, & in Orientali parte Ipræ ſitæ, ac Sanctimonialibus inibi Deo jugiter militantibus, terram circa eandem Eccleſiam jacentem, duodecim bunariorum, cum Comitatu & cum univerſis quæ mei juris erant, ob ſalutem animæ meæ ac Prædeceſſorum meorum, Roberti Avunculi mei, & Filii ejus Baldevini Comitum, liberè in perpetuo poſſidendam dedi.

ACTUM eſt hoc, anno Domini M. C. XXIII. in Eccleſia Iprenſi, & corroboratum adſtantibus 1123.
& videntibus multis idoneis Teſtibus, ſcilicet

Frumaldo Caſtellano, &
Filio ejus Frumaldo,
Ertebaldo,
Dirolfo,
Folperto,
Aluvoldo, cæteriſque fidelibus.

CAPUT XL.

Abbatia Aureæ-Vallis, Monachorum Ciſtercienſium (nunc Strictioris obſervantiæ) fundatur ac dotatur anno 1124. *per* OTTHONEM *Comitem Ciniacenſem.*

Ex MS. Archivii Abbatiæ

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

1124. ANNO ab Incarnatione Domini MCXXIV. Indictione III. pridie Kalendas Octobris dedicata eſt Eccleſia in honorem Sanctæ & perpetuæ Virginis MARIÆ in *Aurea-Valle* à Domino Venerabili Epiſcopo Henrico Virdunenſi, juſſu & petitu Domini Archiepiſcopi Trevirorum Godefridi, primo anno ſuæ ordinationis, regnante Henrico hujus nominis quarto, anno ſecundo reconciliationis inter Regnum & Sacerdotium.

CUJUS Dedicationi Eccleſiæ interfuit Otto Comes de Ciſnei cum ſua Uxore Adalaide & Filiis, Domino ſcilicet Frederico Remenſis Eccleſiæ Præpoſito & Alberto poſt Patrem Comite, & aliis quàm plurimis Nobilibus & liberis hominibus.

QUI Comes prædictus in præſentia omnium qui aderant terram poſſeſſionis, in qua ipſa Eccleſia conſtructa eſt, cum appendiciis inferiùs diviſis, Deo & Sanctæ Mariæ liberâ manu, Conjugis & Filiorum aſſenſu, ſub teſtimonio præſentis Domini Epiſcopi Henrici Virdunenſis & omnium Clericorum, Monachorum, Militum & ſervientium, ſine retentione alicujus juris vel occaſionis Advocationis omnium eorum quæ tunc poſſidebant vel poſſeſſuri erant Fratres ibidem Deo ſervientes, conceſſit, & ſui Auctoritate Sigilli confirmavit; ita liberè & abſolutè quomodo Pater ſuus Arnulfus fecerat, juſſu Matildis Marcioniſſæ, cujus erat fundamentum illius loci.

HÆC ſunt autem quæ tunc diviſa ſunt. Totum *Alfait* uſque ad viam de *Iſers* quæ vadit ad ortum aquæ *Willire* & uſque ad quattuor furnos. Terram venatoris Arnulfi, & ſicut via tendit de *Gemengis* ad aquam *Aſun*, & à ripa ſupra qua ſita eſt ipſa Eccleſia, uſque ad alodium de *Vilers*, ubi tria flumina conveniunt.

ISTA & alia quàm plurima contulit Otto Comes prædictæ Eccleſiæ in Dedicationis die ejus, ita liberè ſicut Pater ſuus Arnulfus Comes pridem contulerat juſſu Marcioniſſæ Matildis.

CENSUM etiam fæminarum de caſa petra & cenſum de uno manſo apud *Furinis*.

IN ipſo autem Dedicationis die ſub dote dedit idem liberalis Comes manſum unum, cujus pars una adjacet apud *Morſul* & alia apud *Chervis*, & cum hoc ſervum unum & ancillam, quorum nomina ſunt Lambertus & Beva.

DEDIT etiam cum his & alios, ſcilicet Lambertum Fabrum, Aynardum, Secardum, Bodonem; Rodulſum cum famula ſua, Ewidem cum famula ſua: medietatem etiam molendini apud Sanctam Mariam conceſſit.

CONCESSIT etiam Deo & Sanctæ Mariæ idem Comes Otto, aſtipulantibus Uxore & Filiis, ut quiſquis converſus de ſeculo ad locum ſupradictum liberam habeat facultatem quicquid poſſidebat ipſi dare loco; vel ſi alius quis ſive liber ſive ſervus aliquid ex ſuo dare voluerit, ratum confirmavit.

QUIDAM etiam Vir Clariſſimus Cono dedit partem allodii ſui, à tribus videlicet fluminibus uſque ad allodium de *Blennei*, & totum aquæ curſum *Willire* ad molendinum faciendum, ſecundùm prædictam diviſionem, ſine reſpectu alicujus Advocationis.

TRADIDIT etiam decimam ejuſdem allodii per manus prædicti Pontificis.

IN die ipſo etiam Dedicationis quædam Mulier Deda Defant quicquid hæreditatis habebat apud *Walanſart* dedit per manus Comitis.

SIMILITER & Giſla de *Viler* dedit Sanctæ Mariæ duo jugera apud *Morei*.

Huic Conceſſioni omnium ſupra ſcriptorum interfuere Teſtes,

Dominus Epiſcopus Virdunenſis Henricus,
Conſecrator ipſius loci.
Hugo. Rodulfus.
Petrus.
Theodoricus Clerici.
Ranardus Decanus.
Lodoycus de Chiſnei.

Cono

Digitized by Google

Cono de Viler.
Theodoricus.
Achardus.
Arnulfus.
Roricus & alii quàm plures liberi & Nobiles.

AUrea-Vallis, vulgo *Orval*, in Ducatu Lutzemburgenſi & Diœceſi Treverenſi Monaſterium primò Benedictinorum, poſt Canonicorum Regularium, tandem Ciſtertienſibus ceſſit anno 1131. agente Alberone Virdunenſi Epiſcopo, ejuſque Nepote ALBERTO DE CHINY munificè dotante, & poſſeſſionibus augente. Filia TRIUM-FONTIUM Cœnobii in Campania Galliæ, & Diœceſi Catalaunenſi, de Lineâ Claræ-vallis primumque Ordinis Ciſtercienſis in Belgio Monaſterium.

Inter alios Viros Principes hic ſepultus fuit anno 1383. Wenceſlaus Brabantiæ Dux, Caroli IV. Imperatoris Frater, ea Familia Luxemburgica. Item anno 1372. Margareta, Joannis Lotharingiæ Ducis Uxor, nullâ relictâ prole hic ſepulta fuit cum tali Epitaphio.

Hic jacet Præſtantiſſima & Illuſtriſſima Domina MARGARETA, *ſuo tempore Comitiſſa de Loz & Chiny*, LUDOVICI *quondam Comitis de Chiny, ejus nominis Quinti, & Joannæ Blamont Comitiſſæ unica Filia. Quæ fuit poſtea Sereniſſimi & Illuſtriſſimi Principis Joannis Ducis Lotharingiæ Uxor, qui Pariſiis veneno vitam finiit à ſuis præparato, cum Neapolim verſus iter meditaretur, ipſo die SS. Coſmæ & Damiani, an.* 1382. *Quæ quidem Margareta ex vita diſceſſit abſque liberis, ipſo die S. Remigii anno* 1372. *& hic ſepulta quieſcit. Et quia ſola vera heret remanſerat, duo ſupradicti Comitatus, fidelitatis causâ, diviſi alter ab altero fuêre. Primum de Loz ſcilicet uſurpavit Adulphus à Marca, Leodienſis tunc temporis Antiſtes, poſt mortem Ludovici Comitis, prædictæ Margaretæ Patris, qui obiit pridiè D. Sebaſtiani, anno* 1330. *utpote quem ejus Avus Arnulfus, Poſteritatis ſpe deſtitutus vel diffiſus, Hugoni antea Antiſtiti, ſponte in Ara D. Lamberto Sacra obtulerat. Alter verò à morte prædictæ Margaretæ, recidit in poſteritatem Wenceſlai Luxemburgenſis, Brabantiæ & Limburgenſis Ducis. Deus O. M. ſit illi clemens & propitius. Amen.*

Poſtmodùm hæc Abbatia novam planè faciem induit, ex quo introducta fuit ſtrictior obſervantia Regulæ Ciſtercienſis, per R. D. CAROLUM DE BENTZERARDS Epternacenſem Abbatem XLV.

Is primò Coadjutor R. D. HENRICI DE MEUGEN, eoque ultrò renuntiante inauguratus Abbas 8. Aprilis 1668 mox cœpit ſancto Reformationis propoſito allaborare; quod non obſtantibus diuturnâ ac deſperatâ valetudine & plurimorum Religioſorum oppoſitionibus, executioni mandare cœpit ipſo Sacro die Paſchatis anno 1674. collaborantibus primò ſeptem duntaxat Religioſis.

Ex eo tempore convaleſcebat indies, atque in ſancto Inſtituto ſeipſum ſuoſque Confratres confortabat; Statuta Ciſtercienſia in primitivam revocabat obſervantiam, & quæ à Religioſis Abbatiæ Trappenſis in Gallia inchoari videbat, pius zelator imitabatur: eliminato prorsùs eſu carnium, relictoque tantùm eſu leguminum, ovorum, & bis tantùm per ſeptimanam eſu piſcium.

Anno 1694. creſcente indies Religioſorum numero, Coloniam duodecim aut circiter ſub Priore tranſmiſit in vicinam ſolitudinem, cui nomen vulgare *Conques*, olim verò *Caſa Congidunum* quarto milliari ab Aurea Valle: in quo olim circa annum 645. à Sigeberto Auſtraſiæ Rege Monaſterium erectum fuiſſe creditur, cui S. Remaclus primus Abbas præfuit.

Anno 1701. alteram Religioſorum coloniam tranſmiſit in Germaniam ad incolendam inſulam in medio Rheni, ex donatione atque fundatione Illuſtriſſimi Domini Adami Daemen Colonienſis Eccleſiæ Canonici Metropolitani, dein Archiepiſcopi Adrianopolitani & Vicarii Generalis Hollandiæ. Sed Religioſi hunc locum propter inſalubritatem deſerere coacti, alium ab Electore Palatino impetrârunt Duſſelthaliæ, propè Duſſeldorpium Reſidentiam Electoralem. Nunc eſt Abbatia, habetque ut minùs 40. Religioſos.

Anno 1703. Coadjutorem obtinuit R. D. STEPHANUM HENRION Mechlinienſem, & die 12. Junii 1707. diem extremum obiit ætatis anno 75. Abbatialis dignitatis 40. Profeſſionis 52. viſâ ante obitum communitate ſuâ auctâ ad centum viginti Religioſos, non comprehenſis iis, qui ad varios Prioratus extra Abbatiam deſtinati fuere.

Anno 1708. petente R. D. *Ferdinando Hartman* Abbate Heiſterbacenſi Ord. Ciſtercienſis in Ducatu Montenſi altero lapide à Bonna Electoris Colonienſis Reſidentia, tranſmiſſi ſunt duo Religioſi è Duſſelthalienſi Cœnobio, ut ibidem inchoatam in Abbatia Aureæ-Vallenſi Reformationem propagarent.

Anno 1710. Sereniſſimus Princeps *Franciſcus à Lotharingia* Abbas Stabulenſis, Malmundarienſis &c. Abbatiam ſuam Belli-Prati prope Lunarivillam in Lotharingia (de qua vide ſupra pag. 698.) ſubmiſit ſtrictiori obſervantiæ Aureæ-Vallis, quin & dignitatem Abbatialem dimiſit in favorem R. D. *Anſelmi Barais*, Prioris Aureæ-Vallis, qui eò cum duodecim Religioſis reſtaurandæ diſciplinæ gratiâ advenit, atque ab Epiſcopo Tullenſi in Abbatem benedictus fuit.

Hæc ex Monumentis Abbatiæ Aureæ Vallis per R. D. Abbatem communicata accepimus.

CAPUT XLI.

Abbas S. AMANDI *ſeu Elnonenſis Ordinis S. Benedicti init confraternitatem circa annum* 1130. *cum Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Servatii Trajecti ad Moſam.*

Ex Theſauro Anecdot.

HONORANDIS & in Chriſto diligendis Dominis & Fratribus ſuis Canonicis S. Servatii Trajectenſis Eccleſiæ, Frater Abſalon humilis Miniſter Monaſterii S. Amandi & tota Fratrum Congregatio quæcumque ſalutaria & quæcumque fidelia.

GRATIAS agimus Deo Patri luminum à quo deſcendit omne donum optimum, quoniam ille fons, qui in diebus Patrum noſtrorum de Domo veſtra egrediens, in ſolitudine noſtra torrentem ſpinarum irrigavit, etiam nunc in diebus Filiorum ſimiliter à Vobis ad Nos cum multa benedictionis copia manavit. Dei enim gratia, à quo competens unicuique præſtatur gratia, Vobis veſtrum

Digitized by Google

veſtrum ſervantem Vos ſervans Servatium, cujus ſanctitate & virtutum eminentiâ in magno honore veſtra ſublimatur & gloriatur Eccleſia, olim à Vobis in partes noſtras veſtrum amabilem Pontificem Beatum miſit Amandum, qui noſter factus agricola Evangelicus, ubi priùs fuerat terror ſpinarum & vepium, videlicet pungentes aculei peccatorum, fecit germinare piarum ſemina virtutum. Et cum dudum à Vobis ad Nos profluxerit gratia tantæ benedictionis, per Dei miſericordiam nuper refloruiſtis, & bonum opus in Nos operati eſtis, atque ex unguento, quo cum Maria pedes Domini fideliter unxiſtis, quando chariſſimo Fratri noſtro apud Vos infirmanti & morienti pium obſequium humanitatis impendiſtis, bono odore totam domum noſtram reſperſiſtis.

Nos verò quod Vos feciſtis cum multa gratiarum actione accepimus, & in generationem alteram ſcribere decrevimus; videlicet quod illi dilectiſſimo Fratri noſtro Domno Roberto in extremis laboranti benignè affuiſtis, quod Unctionem Sacri Olei, quo in remiſſionem peccatorum delinitur, & in Cœna Agni Paſchalis, quâ tranſiens de Ægypto, adverſus Pharaonem ad Veſperum corroboraretur, devotè amminiſtraſtis; quod Pſalmorum & Orationum ſuffragia, quibus deſerentes ſe Filios pia Mater proſequitur Eccleſia, & Vos illi, proh dolor! Nos deſerenti miſericorditer exhibuiſtis; quod funus hujus officioſâ pietate curaſtis, & ex more, oblatione ſalutaris hoſtiæ ſolemniter expletâ, honorificæ ſepulturæ tradidiſtis.

Quam liberaliter, quàm ſtrenuè hoc peregeritis, Prior noſter, qui luctuoſis exequiis interfuit, nobis magnificè, ſicut res erat, retulit; & in obſequium & amorem veſtri non parum animos noſtros accendit. Mors quidem quæ inter Fratres dividit, quæ dulcem admodum & ſuavem à Nobis Fratrem diviſit, dilectionis affectum in Nobis plorimùm contriſtavit: ſed Dei miſericordia & mœror noſter ſanabilis & exitus aquarum quem plorantes deduxerunt oculi noſtri, licet nedum exſiccatus ſit, per caritatem veſtram factus eſt Nobis conſolabilis.

Dei enim ſapientia ſuaviter diſponens omnia, id, ut credimus, in lenimentum noſtri doloris, & in adjutorium ſive ſalutem prædicti Fratris commodè & ſatis opportunè egit, ut Trajectenſis Eccleſia Trajectenſis Antiſtitis, communis videlicet Patris noſtri Beati Amandi Filia, Fratrem noſtrum & ſuum ejuſdem Patris amabilem Filium gremio ſuo leniter exciperet, exceptum miſericorditer foveret, æſtuantem febribus refocillaret, cum David etiam pſalleret, cum Maria Sorore Moyſi tympanizaret, ut aliquatenus æger leviùs ferret, & Pharao qui cum exercitu Filios ſcilicet de Ægypto acriùs inſequitur, nihil adverſus eum prævaleret.

Siquidem cùm Nos à Fratre migrante dividerent locorum ſpatia, quos tamen conjungebat caritas; Vos præſentes vicem noſtram in prænominatis operibus miſericordiæ expleviſtis, non tantùm ſecundùm communem affectum pietatis, ſed etiam ſecundùm ſpecialem amorem fraternitatis;

Fratres enim noſtri eſtis, quoniam communis Pater noſter Beatus Amandus in Chriſto Jeſu Nos & Vos genuit: ſed nec illud Poſteros noſtros latere volumus, quòd poſtquam circa funus prædicti Fratris ſpeciale Tobiæ bonum peregiſtis, congregatis Vobis in nomine Domini, per manum Prioris noſtri Nos in veſtram & Vos in noſtram ſocietatem recipi voluiſtis: quatinus orationum odoramenta, quæ ſinguli in phialis ſuis dono Dei continent, deinceps pro communi ſalute in conſpectu Divinitatis incendant, & ſacrificium boni operis, quo ſinguli ſibi Deum propitium fieri volunt, ſimiliter in communem ſalutem Deo offerre intendant.

Deus qui proſpexit de cœlo ſuper Filios hominum viderit hanc veſtram humilem devotionem, & hanc in Nobis & in Vobis perficiat gratiam, ut & noſtra in præſenti vita ſancta ſit converſatio, & noſtra pro invicem fuſa ad thronum gratiæ ejus in odorem ſuavitatis aſcendat deprecatio.

Nihilominus ſtatutum eſt, & ſic apud Nos ſcriptum eſt, ut Fratres noſtri qui ſingulis annis conſuetudinem habent ulteriores partes adire propter colligendos redditus noſtros, per Vos tranſitum habentes, deferant ad Vos nomina Fratrum noſtrorum ipſo anno defunctorum, & euntes itidem referant ad Nos nomina Canonicorum veſtrorum ſimiliter apud Vos eodem anno defunctorum: & utrobique uno die pro ipſis defunctis cum ſignorum pulſatione officia ſolemniter peragantur, & ipſo die una præbenda ad eleëmoſynam detur.

Obnixius autem veſtram dilectionem deprecamur, quatinus ad memoriam Fratris noſtri apud Vos ſepulti, ſæpiùs animo recurratis, & apud Divinam Majeſtatem medullam veſtræ caritatis pro ipſo piè fundatis, orantes, quatinus per verum Pontificem Jesum, peccatis ejus propitietur Divina miſeratio, & interim dum agitur ſabbatum animarum, ſit illi in terra viventium hereditas & portio; & cùm octava illuxerit, donetur illi cum Sanctis beata reſurrectio.

Volumus autem ut in Conventu veſtro legatur hæc Epiſtola, & quæ in ea ſcripta ſunt de gratia mutuæ caritatis, apud Vos ſcripta ſerventur, quatinus & præſentes & futuri, de titulo veſtro cognoſcant, quàm ſincerum affectum ad Vos habeamus, & quàm devotum obſequium Vobis & veſtris impendere parati ſimus. Et quoniam, ſecundùm quod ſcriptum eſt, gloria Patris eſt Filius ſapiens, de augmento gloriæ B. Servatii gaudere Vos credimus, ut ipſius vitam Nobis tranſcribendam mittatis, devotè Fraternitatem veſtram petimus.

CAPUT

CAPUT XLII.

INNOCENTIUS II. *Pontifex Lobienſem Abbatiam Ordinis S. Benedicti Privilegiis exornat anno* 1131. *atque inprimis declarat, neminem in Eccleſia Abbatiali poſſe humari, propter honorem Reliquiarum Divi Petri Apoſtoli, quæ ibidem ſervantur.*

Ex Monumentis Abbatiæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, dilecto Filio Leonio Abbati Monaſterii Beati Petri Lobienſis, ejuſque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

QUOTIES illud à Nobis petitur quod rationi convenire cognoſcitur, animo nos decet libenti condeſcendere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, ſi non ex caritatis radice procedens à puritate Religionis fuerit conſervatus.

PROINDE dilecte in Domino Fili Leoni Abbas, tuis rationabilibus petitionibus clementer annuimus, & Beati Petri Lobienſe Monaſterium, cui, Deo Auctore, præeſſe dignoſceris, ad exemplum Prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Joannis Romani Pontificis ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, & Scripti noſtri Auctoritate communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium impræſentiarum juſtè & legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Tibi tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

OBEUNTE verò Te nunc ejuſdem Abbate, nullus ibi per ſurreptionem vel violentiam ſubſtituatur, niſi quem Fratres communi aſſenſu, aut pars ſanioris conſilii ſecundùm Regulam B. Benedicti providerint eligendum, & Epiſcopus Leodienſis eis præfecerit.

QUI Epiſcopus, & donum Abbatiæ antiquorum Regum & Imperatorum munificentiâ ſibi conceſſum nunquam amittat; undè & Monachis ea quæ nunc tenent vel tenere debent, vel de cætero acquiſituri ſunt, ſine inquietudine conſervet.

LIBERTATIS quoque prærogativam à Venerabilibus Fratribus noſtris Leodienſibus Epiſcopis in Leodienſi Eccleſia Prædeceſſoribus tuis conceſſam, Tibi tuiſque Succeſſoribus confirmamus.

STATIONES etiam publicas à Leodienſi Epiſcopo in eodem fieri Cœnobio, eundemque Epiſcopum ibidem aliquando venire, vel aliquod adventu ſuo gravamen inſerre, niſi ab Abbate & Fratribus vocatus fuerit, omninò prohibemus.

JURI quoque Lobienſis Eccleſiæ providentes decernimus, ne Cœnobium aliquod ob converſionis, vel ſepulturæ cauſam abſque jam dictæ Eccleſiæ licentia aliquem de familia ſuſcipere præſumat.

SANE pravam illam conſuetudinem, quæ ſub nomine Perſonatûs uſque ad tempus Prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Papæ Urbani extraordinariè inoleverat, ſubmovemus.

DEFUNCTO autem Presbitero, qui alicui Altari ſerviebat, alium idoneum per Te vel Succeſſores tuos Epiſcopo præſentari præcipimus, qui videlicet & curam Parochiæ, cum aſſenſu veſtro, ſuſcipiat, atque de cura plebis Epiſcopo rationem reddat, Tibique ac tuis Succeſſoribus pro temporalibus ad Monaſterium pertinentibus debitam ſubjectionem exhibeat.

PORRÒ quia idem locus in honore Beati Petri, cujus vices agimus, conſecratus, & ipſius pignoribus ſpecialiter habetur inſignis: dignum duximus ejuſdem atrium, ſicut à Sanctis Patribus noſtris ſtatutum eſt, & hactenùs ſervatum, nullius humani cadaveris ſepulturâ deinceps aperiri.

ADVOCATIAM quoque deinceps ipſius Monaſterii liberam omninò eſſe decernimus: ut videlicet nullus ibi Advocatus conſtituatur, niſi quem Abbas & Fratres ad ipſius loci utilitatem conſtituerint.

QUI Advocatus, ubi & quando invitatur à Confratribus, ſine inquietudine locum ſupra memoratum tueatur.

DECERNIMUS ergo, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, & Diœceſanorum Epiſcoporum canonicâ juſtitiâ.

SI qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam venire tentaverit: ſecundò tertiove monita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere cognoſcat & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

CUNCTIS autem eidem Cœnobio ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs

quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Data Pariſiis per manum Americi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii ſexto Calendas Maii, Indictione nonâ,
Incarnationis Dominicæ, anno milleſimo cen- 1131
teſimo trigeſimo primo, Pontificatûs verò Domini Innocentii ſecundi Papæ anno ſecundo.

CAPUT XLIII.

Samson Despretz *Archiepiſcopus Remenſis Privilegia & Poſſeſſiones Canonicorum S. Petri Caſleti, in Diœceſi Morinenſi, confirmat anno* 1141.

Ex MS. Archivis Cameræ Ranonum Inſulis,

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Samson miſeratione Divinâ Remorum Archiepiſcopus, dilectis in Chriſto Filiis ſuis S. Petri Caſſelenſis Eccleſiæ Canonicis eorumque Succeſſoribus in perpetuum.

Quia Domino largiente Pontificali Cathedræ indigni præſidemus, omnibus in commune fidelibus intra noſtræ Diœceſis ambitum conſiſtentibus tantò ſollicitè ex debito Curæ Paſtoralis providere neceſſe habemus, quantò de reddenda pro eis ratione ante diſtrictum Judicem nos obligatiores eſſe cognoſcimus.

Eapropter petitionibus cariſſimi Confratris & Coëpiſcopi noſtri Domini Milonis Morinenſis & veſtris annuentes, bona veſtra quæ Venerabilis Comes Robertus Barbatus ſicut ab omni exactione Vobis libera conceſſit, ita & Nos vobis Metropolitanâ, quâ fungimur, authoritate confirmamus, adjicientes, ut quæcumque legitimè poſſidetis, ſeu impoſterum poſſeſſuri eſtis, firma & illibata Vobis permaneant. In quibus hæc propriis annotamus vocabulis.

Sex Berquarias terras duarum Præbendarum.

Curtem de *Fleterne* in Caſtellatura Furnenſi.

Terram de *Hoikerka* cum toto ſervitio, excepto equitatu equitum extra Patriam: & Miniſter Villæ miniſterium ſuum tantùm à Præpoſito & Fratribus recipiat, & eis ſolis de Miniſterio reſpondeat.

Curtem de *Biſſingeſela* in Caſtellatura Bergenſi;

Duas etiam partes decimarum novarum terrarum à tempore Comitatûs prænominati Comitis Roberti cultarum vel colendarum in Caſtellatura S. Audomarenſi, Caſſelenſi, Curtracenſi.

Curtem de *Renteka*; Curtem ad pedem montis Caſſelenſis; quartam partem Allodii Radulfi Canonici, in terris arabilibus, in pratis, in virgultis & molendino; terras in *Stapalis*, in *Hasbroec*; Altare de *Herſinga*, Altare S. Nicolai in Burgo Caſſelenſi cum Hoſpitali domo ſub muro ad orientem poſita.

Terram in *Oſclara*, terram Lamberti Præpoſiti, in Caſtellatura Bruchurgenſi.

Concedimus inſuper vobis Præpoſiti liberam electionem, & totius ſimoniacæ peſtis inhibemus contagionem. Nullus Parochiarum veſtrum abſque veſtra licentia recipere præſumat.

Ut autem hujus noſtræ Conſtitutionis Schedula rata & inconvulſa permaneat, imaginis noſtræ impreſſione, & probabilium Perſonarum intitulatione eam corroborari fecimus.

Signum Joſleni Sueſſionenſis Epiſcopi,
S. Joffredi Catalaunenſis Epiſcopi,
S. Guarini Ambianenſis Epiſcopi,
S. Nicolai Cameracenſis Epiſcopi,
S. Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi,
S. Milonis Morinenſis Epiſcopi,
S. Odonis Abbatis S. Remigii,
S. Richardi Moſomenſis,
S. Hiſlini Abbatis S. Theoderici,
S. Albriei, S. Baſoli,
S. Nicolai, S. Nicaſii,
S. Urſionis Abbatis S. Dionyſii,
S. Guilielmi & Hugonis Archidiaconorum,
S. Leonis Decani,
S. Gervaſii Cantoris,
S. Henrici, Gregorii & Emonis Presbyterorum,
S. Simonis,
S. Boſonis, Diaconorum.

Si quis vero huic noſtræ Conſtitutioni contraire temptaverit, divinæ ultioni ſubjaceat, & alienus à Corpore Domini Jesu Christi fiat.

Actum Remis & recitatum in Generali Syno-
do anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo 1141.
quadrageſimo primo, Indictione IV. regnante Ludovico Francorum Rege anno VI. Archiepiſcopatûs autem Domini Samſonis anno II.

Drogo Cancellarius recognovit, ſcripſit, & ſubſcripſit.

CAPUT

CAPUT XLIV.

INNOCENTIUS II. *Papa donationes Eccleſiæ Cameracenſi factas Apoſtolicâ Authoritate confirmat, anno* 1142.

Ex Archivis eccl. Camerac.

INNOCENTIUS Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Nicolao Cameracenſi Epiſcopo ejuſque Succeſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

PRÆPOSTULATIO voluntatis debet effectu proſequente compleri, ut devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat.

EAPROPTER, dilecte in Chriſto Frater Nicolae Epiſcope, petitioni tuæ paternâ benignitate gratum impertientes aſſenſum, Tibi tuiſque Succeſſoribus in perpetuum confirmamus, quæcumque liberalitate Principum, & oblatione fidelium, in præſentiarum juſte & canonicè poſſides, vel in futurum rationabilibus modis Deo propitio poteris adipiſci. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; videlicet,

JUSTITIAM Civitatis, Monetam, Teloneum, Diſtrictum, molendina de Salis, molendinum ad portam aquarum, cambas, & manſionarios; omnes Pares & Caſatos; Caſtellum cum caſulis ſuis.

EXTRA Civitatem, terras arabiles, prata, piſcarias; Puerorum Villam, cum terris ſibi appendentibus, cum molendino & vivario; Santollam, cum appenditiis ſuis; Diſtrictum de Raillencourt & de Bantineiis, Tunium & Dalencourt; Strunium cum terris ſuis, & cum ſylvis, pratis, aquis, molendinis, & cum diſtrictu & vivario de Navia, ſilvam de Nereio;

SAULSOIT cum terris ſuis, pratis, aquis, molendinis, & cum duabus partibus decimæ; Novum Caſtellum cum Juſtitia, moneta, teloneo, diſtrictu, peagio, furnis, cambis, molendinis, aquis, pratis, ſilvis & terris arabilibus. ORS cum appenditiis ſuis & familia RAMERIES: Saulce cum Serires; Wantineies, partem de Combles; Capellam in pago Bracbatenſi; Melin cùm Eccleſia & Altari, cæteriſque appenditiis ſuis & familia.

IN pago Sueſſionenſi, Tevin cum familia ſua. In Pago Bolonienſi Villax ceu Vilra, ſcilicet cum familia; item macellum infra eandem Civitatem Cameracenſem.

DECERNIMUS ergò, ut nulli omninò hominum liceat vos deinceps temerè perturbare, aut veſtras poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur tam veſtris, quàm Clericorum, & pauperum uſibus profutura..

SI quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona; hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

CUNCTIS autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabienſis Epiſcopus.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi.
Ego Guido S. Romanæ Eccleſiæ indignus Sacerdos.
Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum.
Ego Guido Presbyter & Cardinalis Sancti Chriſogoni.
Ego Octavianus Diaconus, Cardinalis Sancti Nicolai in carcere.
Ego Go. Presbyter, Cardinalis S. Cæciliæ.

DATUM Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, XII. Kal. Januarii, Indictione ſextâ, Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLII. Pontificatûs verò Domini Innocentii II. Papæ anno decimo tertio, &c. 1142.

CAPUT XLV.

INNOCENTIUS II. *Pontifex, Arnulphum ſecundum Præpoſitum Sonnebecanum Ordinis S. Auguſtini in Diæceſi Morinenſi Abbatiali Dignitate exornat, ejuſque Monaſterii Privilegia confirmat anno* 1142.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Dilectis Filiis, ARNULPHO Sonnebeccenſi Abbati, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris ſubſtituendis in perpetuum.

APOSTOLICÆ moderaminis clementiæ convenit, Religioſos diligere & eorum loca piâ protexione munire: dignum namque & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas à pravorum hominum

num nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis patrocino foveamus.

Ea propter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & B. Dei Genitricis ſemperque Virginis Eccleſiam in qua Divino mancipati eſtis obſequio ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio munimus;

Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

Statuimus etiam ut Ordo Canonicus ſecundùm Beati Auguſtini Regulam & Inſtitutionem Fratrum de (1) Aridagamantia perpetuis in temporibus inviolabiliter obſervetur: prohibemus quoque ut nullus poſt factam ibidem Profeſſionem abſque Abbatis totiuſque Congregationis permiſſione ex eodem Clauſtro diſcedere audeat: diſcedentem verò abſque communi litterarum cautione nullus ſuſcipiat.

Obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus in qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi vel ſanioris partis aſſenſu ſecundùm Deum provideant eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare aut ejus poſſeſſiones auſerre vel ablata sretinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione vel ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ Diœceſani Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ Presbiteri Cardinalis & Bibliothecarii, Nonis Decembris, Indictione VI. Incarnationis Dominicæ anno M. C. XLII Pontificatûs 1142.
verò Dompni Innocentii II. Papæ anno decimo tertio.

(1) Aridagamantia, hodie *Aroaſia*, Abbatia Canonicorum Regularium in Artheſia, olim fuit caput famoſæ Congregationis, cui etiam ſuberat Sonnebeca. Vide Diploma Fundationis Aroaſiæ ſupra pag. 167.

Primus Fundator Abbatiæ B. Mariæ de *Sonnebeeck* juxta Ipras, (de qua ſup. cap. 13. & 32) fuit Fulpoldus Caſtellanus Iprenſis, qui tres Canonicos fundavit; dein Theobaldus ejus Filius non modò Fundationem approbavit & confirmavit, ſed ad numerum ſeptem Canonicorum ex propriis bonis auxit. Et illius, nempè Theobaldi, Filius Lambertus fuit primus Præpoſitus Sonnebecanus, donec poſtea anno Præpoſituræ ſuæ Sonnebecanæ quarto factus eſt Epiſcopus Noviomenſis ac Tornacenſis. Vivere deſiit anno 1123.

CAPUT XLVI.

Godefridus I. *Dux Lotharingiæ eleëmoſynam tradit Equitibus Templi Jeroſolymitani anno* 1142.

Ex MS. Archivis Ordinis.

Notum ſit omnibus Chriſti, & univerſæ Sanctæ Eccleſiæ, & meis fidelibus, tam futuris quàm exiſtentibus, quia Ego Godefridus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Comes Brabantiæ communi conſilio & benivolo aſſenſu meorum Baronum, Nobilium, Liberorum, & ceterorum meorum meliorum Hominum, pro dilectione Dei, & in remiſſionem omnium peccatorum meorum, & ad ſalutem animæ Patris mei Godefridi, & Matris meæ Idæ, & Fratris mei Comitis Henrici, & omnium Parentum meorum tam Prædeceſſorum quàm Succeſſorum, Militibus ſub obedientia & Chriſti promerendâ gratiâ Deo in Hieroſolymitano Templo nocte ac die, ut decet, militantibus, in Comitatu meo, ſcilicet in Brabantia, competentem & commodum, hereditarioque jure in ſempiterno retinendum attribui relevium: ſed ſic diſtinctum & ad evitandas lites determinatum.

Si quis vel aliqua Curiæ meæ plenum debuerit relevium, videlicet de feodo ſuo recipiendo V. Marcas, antequam eo donetur, vero & fido præfati Templi Militi ut Nuncio duas Marcas largiatur.

Si verò feodum non tantùm, ſed minùs, videlicet quatuor vel tres Marcas valuerit, unam Marcam Succeſſor præfato Nuncio, antequam eo donetur, perſolverit.

Si autem minùs tribus Marcis, ut infra, valuerit, ſecundùm ejus valorem, ejus ſibi aſſumat dimidietatem.

Actum eſt hoc, anno ab Incarnatione Domini M. centeſimo XL. II. Papâ Innocentio II. 1142.
regnante Cunrado, & ſub Teſtimonio Nobilium meorum,

Walteri,
Bertoldi,
Leonis,

Heinrici

Heinrici de Lupum,
Arnoldi de Aske,
Willelmi de Dungelberge, &
Henrici Fratris ſui, &
Willelmi de Birbeche, &
Walteri de Craehehem, & cæterorum quàm plurium Baronum meorum.

ORdo Equitum Jeroſolymitanorum, qui nunc Melitenſes, ab Inſula quam ex beneficio Caroli V. Cæſaris incolunt, appellantur, varias habet Præfecturas in Belgio admodum opulentas, quarum hæ ſunt præcipuæ.

CHANTERBINE in Gallo-Brabantia prope Geldoniam; cujus appendix eſt Vaillenpont juxta Nivellam. Varia poſſidet bona Thenis & in Diſtrictu Lovanii in Caſtro Cæſaris, Duffiæ prope Liram, &c.

BRABCKEL, in Majoratu Sylvæducenſi, quæ ab anno 1616. occupata fuit à Principe Auriaco: hodieque tamen varia bona habet annexa in Vico de Rixel, & veteri Turnhauto in Brabantia, item alia in Comitatu Burgundiæ.

PIETON in Hannonia.

VILLERS-LE-TEMPLE in Condruſio, Leodium inter & Huum.

SLIPA in Flandria, Brugas inter & Neoportum.

CASTRES, in Fandria; illius poſſeſſiones ſitæ ſunt Gandavi, Inſulis, Ipris, & Caſleti.

HAUT-AVESNE, prope Atrebatum in Arthesia.

L'OISON, prope Heſdinium in Artheſia.

CAPUT XLVII.

BALDUINUS *dictus* ÆDIFICATOR, *Comes Hannoniæ, fundat Abbatiam Viconienſem Ordinis Præmonſtratenſis haud procul Valencenis. anno* 1143.

Ex Hiſtoria Valencen.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

EGO BALDUINUS Comes Hainoenſium, quamvis omnium ſub mea poteſtate degentium utilitati, ſicut expedit, providere non ſufficio, Chriſto tamen militantium inopiam defenſare, ac relevare cupio &c.

PROPTEREA præſentis Paginæ teſtimonio tam præſentibus, quàm futuris volo innoteſcat; quid munificentiæ & largitatis Ecclesiæ & Fratribus de caſa Dei ſuper cætera ſæpe repetita beneficia contulerunt.

NIMIRUM plurimam partem Viconienſis ſylvæ tenebat de me in feodum * Comitiſſa Uxor Godefridi de Areſeoth, eamdem partem tenebat ſimiliter in feodum à Godefrido & Comitiſſa Uxore ejus Walterus de Alneto, & Rainerus de * Laſpaix; ipſam etiam partem tenebat Almannus de Pons, de Waltero, & Rainero &c. Porrò eo tempore quidam Religioſi Fratres ad prædictam ſylvam confluxerunt, & aſſenſu prædicti Almanni eandem ſylvam incolere, & habitacula ad Religionem conſervandam illic ædificare cœperunt.

* Emiſſa ſcilicet.

* l'Aſpaix.

IGITUR quoniam juſtum erat ut locus ille deinceps à jure & dominio ſæculari omnimodis alienaretur; Ego Balduinus Comes Hainoenſium magnam partem jam dictæ ſylvæ de manu Almanni in manum Walteri & Raineri; de manu verò Walteri & Raineri in manum Comitiſſæ; & de manu Comitiſſæ in manum meam redditam tibi, Warine Venerabilis Abbas, tuiſque Succeſſoribus in proprium allodium pro ſalute animæ meæ conceſſi.

ADDIDI etiam eidem Eccleſiæ in eadem ſylva Curtim, quæ dicitur Suſemont, liberam cum tribus carrucis terræ, de feodo Gunteri de Brueil, & Walteri Muſtelli, & Servatii de S. Gaugerico, perpetuò jure habendas, & poſſidendas.

ACTUM eſt anno Incarnationis Dominicæ millesimo centeſimo quadrageſimo tertio. 1143.

S. Balduini Comitis,
S. Godefridi Fratris ejus,
S. Euſtachii Nepotis ſui,
S. Balderici de Roiſin, & Alardi Filii ejus,
S. Sageri de Doneng,
S. Amandi de Doneng,
S. Gerardi de Doneng,
S. Joannis Creton,
S. Ludewici de Frana; &
Caroli Fratris ejus,
S. Theodorici de Linge,
S. Arnulfi de Blaton,
S. Gerardi Truie,
S. Joannis Majoris,
S. Walteri Muſtelli.

CAPUT XLVIII.

Theodoricus *Alſatius Comes Flandriæ dotat Abbatiam de* Nonnenboſſche *Virginum Ordinis* S. *Benedicti Ipris anno* 1145.

Ex Flandria Sanderi.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego Theodericus Dei gratiâ Flandrenſium Comes inſtinctu & rogatu Anſelmi Dapiferi mei, quatuor jugera terræ, quæ vulgò Mohor Caſtellani dicitur, ante portam Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Orientali parte Ipræ, ſitæ, in loco qui dicitur Rumetre, jacentis, ob remedium animæ meæ & Uxoris meæ Sibillæ, & Filii mei Balduini, in honore Dei & Sanctæ Mariæ in præfata Eccleſia, Sanctimonialibus Deo & Matri ejus ſervientibus contradidi, & quicquid juris in terra illa habebam, eiſdem reliqui.

Ut autem id tam futuris quàm præſentibus notum fieret, prætaxatam terram coram hominibus meis, ab omni exactione liberè poſſidendam Eccleſiæ Sanctæ Mariæ conceſſi, & Sigillo meo illud idem confirmavi.

Præterea ſciendum quod ſicut Comes Carolus Prædeceſſor meus terram adjacentem eidem Eccleſiæ, ab omni exactione liberam in eleemoſynam conceſſerat, itidem Ego concedo & corroboro.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLV. Teſtibus his 1145.

Anſelmo Dapifero,
Theovaldo Dapifero,
Waltero Goneta,
Ingelramno de Ipera,
Ogero Notario,
Euſtachio Camerario.

Vide plura Diplomata in favorem ejuſdem Abbatiæ de *Nonnenboſſche* Ipris, edita ab eodem Theodorico, aliiſque Principibus, item Epiſcopis, in Flandria Illuſtrata Sanderi Tomo I. pag. 375.

CAPUT XLIX.

Eugenius III. *Pontifex Epiſcopatum Tornacenſem à Noviomenſi ſeparat atque reſtituit, conſtituto Epiſcopo Anſelmo, antea Abbate Sancti Vincentii Laudunenſis, anno* 1146.

Ex Hiſtoria Remenſi.

EUGENIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Anſelmo Tornacenſi Epiſcopo, noſtris manibus conſecrato, ejuſque Succeſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cæleſti privilegio ſibi collato ſemper licuit, ſemperque licebit Epiſcopales Sedes diviſas conjungere, &c.

Tornacensis Eccleſia ex antiquo Epiſcopalis Sedes noſcitur extitiſſe, & Paſtorem proprium habuiſſe: cujus curam & adminiſtrationem quamvis Noviomenſis Epiſcopus longo tempore habuerit, non tamen Noviomenſi Eccleſiæ ſubjecta, aut unita fuiſſe legitur; in qua multitudo hominum ſuccrevit, ut neceſſariò proprium debeat habere, etiamſi non antiquitus habuiſſet; & ab uno Paſtore propter diſtantiam earlem Eccleſiæ, ſine gravi animarum periculo, regi non poſſunt.

Sanctorum Canonum Conſtitutionibus & Prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Urbani, Paſchalis & Innocentii, qui hoc ipſum deliberaverant, ſtudio incitati, Te Fratrum noſtrorum communicato conſilio eidem Tornacenſi Eccleſiæ, Domino coöperante, Paſtorem providimus, & propriis tanquam B. Petri manibus in Epiſcopum conſecravimus, & ad regendum populum illum, Domino auxiliante, tranſmiſimus. Per præſentis itaque Privilegii Paginam legitimum perpetuum ſtatuimus, ut Tornacenſis Eccleſia deinceps ab omni Noviomenſis Epiſcopi ſubjectione libera, proprium ſemper Epiſcopum ſortiatur.

Statuimus etiam, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Tornacenſis Eccleſia impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, & quæ ſibi jure pertinere noſcuntur, ſeu quæ in futurum largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſive aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Tibi tuiſque Succeſſoribus, & per Vos eidem Eccleſiæ firma & illibata permaneant.

Decernimus ergo ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur veſtris ac pauperum Chriſti uſibus profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hujus noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temere venire præſumpſerit,

ſumpſerit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſignavi.

Ego Guido Presbyter Cardinalis tituli S. Chriſogoni ſignavi.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli S. Praxedis S.

Ego Jordanus Presbyter Cardinalis tituli S. Suzannæ S.

Datum Viterbii IX. Calend. Auguſti, Indictione IX. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, Pontificatûs verò Domini Eugenii III. Papæ anno II. [1146.]

CAPUT L.

Idem Eugenius III. *Pontifex hortatur anno* 1146 *Epiſcopos Attrebatenſem, ac Morinenſem, ut Anſelmum novum Epiſcopum à ſe conſtitutum Tornaci, factâ ſeparatione ab Epiſcopatu Noviomenſi, protegant, & Francorum Regi ac Flandriæ Comiti commendent.*

[Ex MS. Archivii Eccl. Tornac.]

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus *A. Attrebatenſi & *M. Morinenſi Epiſcopis ſalutem.

[*Id eſt Alviſo & Miloni.]

Et Tua Frater A. Attrebatenſis, & multorum aliorum religioſorum & diſcretorum Virorum ſuggeſtione cognovimus, quod ſi Tornacenſis Eccleſia proprium haberet Epiſcopum, honor Dei ibidem augeretur; & multorum millium animarum, quæ ſine Cura Epiſcopali & proprii Paſtoris providentia periclitatur, ſalus exindè proveniret.

Unde Nos zelo caritatis & juſtitiæ ſuccenſi & veſtrâ, tamquam ipſius Domini Jheſu Chriſti exhortatione permoti, tantis malis occurrere voluimus, & quod Prædeceſſor noſter felicis memoriæ Innocentius Papa de conſtituendo ibidem Epiſcopo incepit, Domino auctore complevimus. Dilectum namque Filium noſtrum *A. Abbatem Sancti Vincentii Laudunenſis Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, in Tornacenſem Epiſcopum conſecravimus. [*Anſelmum.]

Rogamus itaque Caritatem veſtram & exhortamur in Domino, ut tam apud kariſſimum Filium noſtrum L. Francorum Regem, & Flandrenſem Comitem, quàm apud alios quos expedire cognoveritis, pro pace & honeſta ipſius Epiſcopi receptione ſtudioſiùs laboretis, & quieti & tranquillitati ipſius fraternâ caritate providere curetis. [Ludovicum VII.]

Cætera deſunt.

CAPUT LI.

Idem Eugenius III. *Pontifex S. Bernardo Abbati Claræ-Vallenſi ſignificat ſe ad ejus inſtantiam novum dediſſe Tornacenſibus Epiſcopum circa annum* 1146.

[Ex iiſdem Archivis.]

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, kariſſimo in Chriſto Filio Bernardo Claræ-Vallenſi Abbati, ſalutem.

Caritatis zelo ſuccenſi, & veſtrâ præcipuè, multorumque aliorum religioſorum & diſcretorum Virorum exhortatione permoti: quod Prædeceſſor noſter felicis memoriæ Papa Innocentius de conſtituendo in Tornacenſi Eccleſia Epiſcopo inceperat, Domino auctore complevimus, atque dilectum Filium noſtrum Anſelmum Abbatem Sancti Vincentii Laudunenſis, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, ibidem in Epiſcopum conſecravimus.

Caritatem itaque veſtram, de qua multùm in Domino confidimus, commonemus, quatinus tam apud kariſſimum Filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem quàm apud alios quos expedire cognoveritis, pro pace ipſius laborare ſtudeatis; atque veſtræ bonitatis conſilio & auxilio ſecundùm Dominum juves & manuteneas: ne cujuſlibet prava ſuggeſtio cor Chriſtianiſſimi Regis ſuper hoc valeat depravare.

Nos autem in hoc facto nullam ipſius Regis diminutionem intendimus: immo ad honorem Dei & Regni ſui incrementum in cauſam iſtam proceſſiſſe Nos credimus.

Deſunt aliqua.

DOmnus Johannes Mabillon in Præfatione novæ editionis Operum Sancti Bernardi n. 19. diſſerens de Epiſtolis S. Bernardi quæ adhuc deſiderantur, ſic ait: *Item altera ad eundem Eugenium pro Eccleſia Tornacenſi, ex Herimanno Monacho Tornacenſi n. 115. Spicileg. tom 12. pag. 453 Item Apoſtolica Epiſtola præfati Eugenii Papæ in eandem rem. Nos unam ſaltem illarum Epiſtolarum hic exhibemus.*

CAPUT LII.

Aliæ LITTERÆ *duorum Cardinalium ejuſdem argumenti, anno* 1146.

Ex iiſdem MS.

YACINTUS & OTTO Dei gratiâ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinales, dilecto Fratri & Amico kariſſimo Deſiderio Præpoſito de Inſula, ſalutem & intimæ dilectionis affectum.

QUOD apud Nos nuperrimè geſtum eſt, & à Domino Papa & à Romana Eccleſia petitioni Noviomenſium reſponſum fuit, Tibi tanquam Nobili Viro & Tornacenſis Eccleſiæ præcipuo membro, & noſtro præcordiali Amico notificare congruum putavimus: poſtulante latore præſentium Nuntio Tornacenſis Eccleſiæ, ut ſuper hoc eidem Eccleſiæ aliquid ſcriberemus.

VENERUNT utique Noviomenſes miſſi ab Eccleſia ſua ad Dominum Papam & ad Romanam Eccleſiam, proponentes disjunctionem illam Epiſcopatuum, quam Dominus Papa Eugenius fecit, injuſtè factam, & eſſe contra tenorem Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ, Eccleſiâ ſuâ non citatâ neque ſuper hoc interpellatâ.

PROPOSUERUNT etiam, in diſceſſu Epiſcopi nuper defuncti, Noviomenſem Eccleſiam ad Tornacum Nuntios tranſmiſiſſe, jus antiquum ſibi reſtitui poſtulaſſe; & niſi hoc fieret, Electionem ex parte Domini Papæ & Romanæ Eccleſiæ fieri prohibuiſſe, & ſuper hoc ad Audientiam Romanæ Eccleſiæ appellaſſe.

AD quod Dominus Papa poſt frequentem ipſorum Noviomenſium poſtulationem & ipſius & Fratrum ſuorum non minimam deliberationem, licet diverſi varia ſentirent, reſpondit, ſe appellationem illam non recipere; quia contra Statuta Romanorum Pontificum appellatio fieri non debet, niſi fortè ad Romanum Pontificem, ut fieri liceat, ſupplicatione præmiſſâ: & non obſtante appellatione ullâ, Tornacenſem Eccleſiam libertate electionis à Romana Eccleſia ſibi conceſſâ debere gaudere pronuntiavit.

HÆC tibi, ut ſupra diximus, tanquam kariſſimo Amico ſignificavimus. Electo autem Eccleſiæ Tornacenſis non ſcribentes, ne notâ adulationis, à qua Nos alienos eſſe deſideramus, affici videremur. Norunt utique Noviomenſes adverſarii Tornacenſis Eccleſiæ, licet Amici noſtri ſint & multùm accepti: quod in hoc facto eis plurimùm fuimus averſi. Vale.

CAPUT LIII.

EUGENIUS III. *Pontifex ſcribit ad Clerum & Populum Tornacenſem anno* 1146. *iiſque novum Epiſcopum Anſelmum à ſe conſecratum mittit.*

Ex iiſdem MS.

EUGENIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectiſſimis Filiis Clero & Populo Tornacenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

TORNACENSIS Eccleſia in proprii Paſtoris abſentia à longis retrò temporibus plurimùm laboravit, & ſicut multorum religioſorum & diſcretorum Virorum atteſtatione cognovimus, tam animarum quàm corporum damna plurima & gravia detrimenta ſuſtinuit. Audivimus enim multa millia hominum in eodem Epiſcopatu, qui Epiſcopum numquam viderunt, ſed quaſi Epiſcopum non habentes, abſque ulla Sacri Chriſmatis Unctione, quam fideles contra diaboli inſidias pugnaturi per manus Epiſcoporum ſuſcipiunt, de præſenti ſæculo migraverunt.

UNDE Nos officii noſtri debito, & multorum Religioſorum de partibus veſtris crebris exhortationibus provocati, & caritatis zelo ſuccenſi, tantis malis occurrere Domino authore decrevimus, atque Fratrum noſtrorum communicato conſilio, dilectum Filium noſtrum Anſelmum Abbatem S. Vincentii Laudunenſis, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, vobis in Epiſcopum conſecravimus.

EUNDEM itaque cum gratia Sedis Apoſtolicæ & Litterarum noſtrarum proſecutione ad vos remittentes, per Apoſtolica Scripta univerſitatem veſtram rogamus, monemus, atque præcipimus, quatenus ipſum reverenter ſuſcipiatis, diligatis & honoretis, eique tamquam proprio Paſtori & animarum veſtrarum Epiſcopo obedientiam ac reverentiam humiliter exhibeatis.

Nos autem illos, qui occaſione Epiſcopatûs Tornacenſis Fratri noſtro Simoni Noviomenſi Epiſcopo ſacramento vel fidelitate ſeu obedientiâ aſtricti ſunt, ab eadem fidelitate & juramento vel obedientia, Apoſtolicâ Auctoritate abſolvimus, & ut præfato Fratri noſtro Anſelmo

Epiſcopo

Epiſcopo eâdem fidelitate & obedientiâ teneantur, præcipimus.

Si quis autem ei rebellis & inobediens eſſe præſumpſerit, ſententiam quam idem Frater noſter Epiſcopus in eum canonicè promulgaverit, Nos authore Domino ratam habebimus.

Data trans Tiberim Idibus Martii.

CAPUT LIV.

Idem Papa ſcribit eâdem de re ad Ludovicum Franciæ Regem anno 1146.

Ex iiſdem MS.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Ludovico Illuſtri Francorum Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Oportet Nos pro his qui noſtro regimini diſponente Domino commiſſi ſunt ſolicitos eſſe, & de ipſorum ſalute tamquam de noſtra propria cogitare: in extremo namque examine, ſi circa ipſorum ſalutem negligentes fuerimus, reddituri ſumus pro ipſis Domino rationem.

Tornacensis Eccleſia, ſicut Te ignorare non credimus, à longis retrò temporibus proprio Paſtore caruiſſe dignoſcitur; unde, ſicut multorum religioſorum & diſcretorum Virorum veridicâ relatione cognovimus, præter alia detrimenta multa millia hominum abſque ulla Sacri Chriſmatis Unctione, quam fideles contra diaboli inſidias pugnaturi per manus Epiſcoporum ſuſcipiunt, de præſenti ſæculo migraverunt, & tam his quàm aliis diverſis modis, tam animarum, quàm corporum, in eodem Epiſcopatu propter proprii Paſtoris abſentiam damna plurima provenerunt. Ideoque & Nobis & ipſis providere volentes, tantis malis occurrere, Domino authore, decrevimus, atque dilectum Filium noſtrum Anſelmum S. Vincentii Laudunenſis Abbatem, Spiritûs Sancti gratiâ invocatâ, in Tornacenſem Epiſcopum conſecravimus: quod ad magnum Regni tui a Deo commiſſi, & Coronæ tuæ incrementum credimus proventurum.

Monemus itaque Nobilitatem tuam, & exhortamur in Domino, ut nullius prava ſuggeſtio cor tuum ſuper hoc moveat, ſed quod pro tanta neceſſitate, & tot millium hominum ſalute, factum eſt, hilari vultu, & læto animo ſuſcipias, & eundem Epiſcopum pro B. Petri & noſtra reverentia, Magnitudinis tuæ conſilio & auxilio juvare & manutenere ſtudeas: quidquid enim honoris & beneficii à tua liberalitate ſibi exhibitum fuerit, Nobis aſcribimus.

Data trans Tiberim Idibus Martii.

CAPUT LV.

Idem Pontifex anno 1150. recenſet Poſſeſſiones Abbatiæ Lobienſis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Leodienſi, ejuſque privilegia confirmat & ampliat.

Ex MS. Capituli B. Mariæ Namurci.

Eugenius Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis Filiis Franconi Abbati Lobienſis Monaſterii ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Amen.

Commissa Nobis Apoſtolicæ Sedis hortatur Authoritas ut locis & perſonis ipſius auxilium devotione debitâ implorantibus, tuitionis præſidium impendere debeamus; quia ſicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ita legitima & juſta poſtulantium non eſt differenda petitio, præſertim eorum qui cum honeſtate vitæ & laudabili morum compoſitione gaudent Omnipotenti Domino deſervire.

Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar Prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ PP Innocentii ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, collatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis proſperante Domino poterit adipiſci, firma Vobis & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

In Leodienſi Epiſcopatu Villam de *Bermerys* cum Altari, Villam de *Erchenetis* cum Altari, dimidiam quoque partem Villæ de *Mathenoule*, Villam de *Tiguillers* cum Altari, *Battiniacas* & partem *Alzoniæ*, Villam de *Caſtillon* cum Altari, & Capellam de *Mertinis*. Villam de *Feratis* cum Altari, & Capellam de *Viſcort*, Altare de *Hantis*, Villam de *Radionatis* cum Altari, Villam

lam de *Gillier* cum Altari, Villam de *Giniaco* eum Altari.

In Cameracenſi Epiſcopatu Altare de *Blarignies*, Villam de *Huoi* cum Altari & appendiciis ſuis, Villam de *Piſcant* eum Altari, dimidiam partem *Perrone*, Altare de *Hyon*, Altare de *Meum*, & Capellam de *Cipli*, Villam de *Brania* cum Altari, Villam Monaſterii cum Eccleſia & omnibus ad eam pertinentibns, Villam de *Herſtruz* cum duobus manipulis, dimidiam partem deeimæ de *Albys*, Villam de *Sanctis* cum Altari, Villam de *Vergenoul* cum Altari, *Geroldengias* cum Altari, *Singulſi* Villam cum Altari, Villam de *Tiſenghien*, & Altare de *Mortezele*, Altare de *Cotegna* eum omnibus appendieiis ſuis, Villam quoque de *Lerna*.

Item in Cameraeenſi Epiſcopatu Eecleſiam de *Anton* cum omnibus appendieiis ſuis, Villam de *Lob*, cum Eecleſia Beati Urſmari & omnibus ad eam pertinentibus; in quibus Eecleſiis, videlicet de *Anton* & B. Urſmari, ſicur domioium omnium Præbendarum, Decaniæ, Cuſtodiæ & Seholæ ad Abbatem pertioere dignoſcitur, ſic & poſſeſſionum omnium tam in Parochiis, quàm in rebus aliis ad eaſdem Præbendas pertinentium diſpoſitionem Abbatis ſeu Monachorum ordinationi in perpetuum ſubjacere, ſicut ab antiquo inſtitutum & hactenus ſervatum eſt, coofirmamus. Apoſtolicâ quoque Authorirate deeimas omnes indominieatas totius Abbatiæ tam de Eecleſiis Beneficiatis quàm & veſtro victui deputatis, ſicut Imperiali Vobis munificentiâ collatum eſt, confirmamus.

In Tornacenſi Epiſcoparu Altare de *Arcella*, & duos manipulos de *Tyrroda*, Altare de *Ham* cum pertinentiis ſuis.

In Noviomenſi Epiſcopatu duos manipulos de *Calio*, & in Laudunenſi Epiſcopatu Villam de *Erclcaro* cum Altari & appendiciis ſuis.)

Sane pravam illorum conſuetudinem, quæ ſub nomine Perſonatûs uſque ad rempus Prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ PP. Urbani extraordinariè inoleverat, ſubmovemus. Defuncto autem Presbytero qui alicui Altario ſerviebat, alium idoneum per manum Abbatis Epiſcopo præſentari præcipimus, qui videlicet & curam Paroehiæ ab eo cum aſſenſu veſtro ſuſcipiat, & de cura plebis Epiſcopo ratiooem reddat, & de temporalibus ad Monaſterium pertinentibus Vobis debitam ſubjectionem exhibeat.

Sancimus inſuper, ut in omnibus Parochiis veſtris nullus Eecleſiam vel Monaſterium ſine veſtro aſſenſu ædificare, vel ædificatum tenere præſumat. Porrò quia idem locus in honore S. Petri cujus vices agimus conſecratus, & ipſius pignoribus ſpecialiter habetur inſignis, dignum duximus ejuſdem atrium ſicut a Sanctis Patribus noſtris ſtatutum eſt & hactenus ſervatum, nullius humaoi cadaveris ſepulturâ deinceps aperiri. Cum autem ejuſdem loci Rectores in initio fuiſſe conſtet Epiſcopos, partim prædicandi grariâ, partim quia Regali munificentiâ nobiliter conſtructus, Apoſtolicâ Auctoritate nobiliùs provectus eſt; inſtar Prædeceſſorum ooſtrorum, libertate præſato Monaſterio rationabiliter conceſsâ, & Nos confirmamus; videlieet, ut Abbates annulo aureo ubique & Sandaliis & Chirotecis & Tunicâ Subdiaconali in Celebratione Miſſæ utantur;

Indumenta quoque Sacerdotalia & Ornamenta Altaris benedicant; poteſtatem & ligandi & ſolvendi habeant per eundem Beatum Petrum eui & claves cœlorum Chriſtus credidit & poteſtatem ligandi & ſolvendi per ipſum Nobis tribuit.

Et quia Religioſorum Virorum eſt in Eccleſiis ſibi commiſſis Religionem ſtatuere & Statuta attentâ diligentiâ conſervare; præcipimus, ut in Eccleſia Beati Urſmari decedentibus Clericis Religioſi Monachi ſubſtituantur. Obeunte verò ejuſdem loci Abbate, nullus ibi per ſubreptionem vel violentiam ſubſtituatur, niſi quem Frarres communi aſſenſu aut pars ſanioris conſilii ſecundùm Beati Benedicti Regulam providerint cligendum, & Epiſeopus Leodienſis eis præfecerit.

Qui Epiſcopus donum Abbatiæ antiquorum Regum & Imperatorum munificentiâ ſibi conceſſum nunquam amittat, undè & Monachis ea quæ nunc renent vel tenere debent, vel de cætero acquiſituri ſunt, ſine inquietudine conſervet. Stationes autem publicas ab Epiſcopis tam Leodienſium quàm Cameracenſium io eodem fieri Cœnobio, & eoſdem ibidem venire vel aliquod adventu ſuo gravamen inferre, niſi ab Abbate vel Fratribus vocati fuerint, omninò prohibemus.

Juri quoque Lobienſis Eceleſiæ conſulentes, decernimus, oe Cœnobium aliquod ob converſionis vel ſepulturæ cauſam abſque jam dictæ Eccleſiæ licentia aliquem de ejus familia ſuſcipere præſumat. Advocatiam quoque ipſius Monaſterii liberam omninò eſſe decernimus, ut ...... nullus ibi Advoeatus conſtituatur, niſi quem Abbas & Fratres ad ipſius loci utilitatem cooſtituerint; qui Advocatus ubi & quando invitatur, cum Fratribus ſine inquietudine loeum ſupramemoratum tueatur.

Decernimus ergo ot nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolieæ Authoritate & Diœceſanorum Epiſeoporum Canonicâ Juſtitiâ.

Si qua igitur io futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere cognoſeat, & à Sancto Corpore & Saoguine Dei & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis aurem eidem Cœnobio ſua Jura ſervantibus ſit pax Domioi noſtri Jeſu Chriſti,

quatenùs

quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Hubaldus Presbiter Cardinalis Eccleſiæ Sanctæ Praxedis.

Ego Imarus Tuſculanenſis Epiſcopus.

Ego Nicholaus Albanenſis Epiſcopus.

Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum.

Ego Johannes Paparo, Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Ego Guido Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Porticu.

Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bachi.

Datæ Terentinii per manum Mariniani Sanctæ Rom. Eccleſiæ Scriptoris, IV Nonas Decembris, Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo quinquage- 115
ſimo, Pontificatûs verò Domini Eugenii III. PP. anno ſexto.

CAPUT LVI.

Nicolaus *Epiſcopus Cameracenſis donat Abbatiæ Camberonenſi, Religioſorum Ciſtercienſium apud Athum in Hannonia, Altare de Cambron, anno* 1152.

Ex Archivio Abbatiæ.

Nicolaus Cameracenſis Eccleſiæ Miniſter humilis, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Pauperum Chriſti neceſſitates & inopias velle cognoſcere, & eis curam adhibere, pia & honeſta voluntas eſt. Res Fratrum de *Camberon* nimis tenues, & ad Divinam ſervitutem, cui ſe devoverunt, liberiùs exequendam, minùs eſſe ſufficientes perſpeximus. Quas augere & ampliare pro poſſe noſtro ſtuduimus: non diffidentes, quin eorum piis orationibus & continuis ſuffragiis pondus impoſiti nobis oneris poſſit ex parte relevari & exonerari.

Longo etenim labore, & frequenti precum inſtantiâ apud Eccleſiam Sonnegientem obtinuimus, quod Altare de *Camberon*, & Allodium, & univerſa quæ in eadem Villa habebant Canonici præfatæ Eccleſiæ (præter ſervos & ancillas) libera tradiderunt Eccleſiæ de *Camberon* ad uſus Fratrum ibidem Deo ſub Regula B. Benedicti devotè famulantium.

Ordinatum verò & ſtatutum eſt inter eos, quod Eccleſia de *Camberon* ſolvet Eccleſiæ Sonnegienſi, intra primos quatuor dies Nativitatis Dominicæ, ſexaginta ſolidos Valencenenſis monetæ, quoadusque ſub juſta æſtimatione bonorum ac fidelium Virorum, & ad voluntatem Canonicorum Sonnegienſium digna & benè valens recompenſatio LX. ſolidorum eiſdem fiat. Jura verò Epiſcopalia, ſi qua ſolvenda ſunt, Eccleſia de Camberon perſolvet.

Quia verò hæc in noſtra præſentia celebrata ſunt, Auctoritate noſtrâ ea munimus, & Scripto corroboramus, prohibentes ſub anathemate, ne quis infringere præſumat.

Signum Joannis & Alardi,
Everardi,
Radulphi, Archidiaconorum.
S. Galteri,
S. Joannis,
S. Herlebaldi, Sacerdotum.
S. Gilleri,
S. Bartholomæi,
S. Galteri, Diaconorum.
S. Hugonis,
S. Joannis,
S. Helbodonis, Subdiaconorum.
S. Parvini,
S. Galteri,
S. Adæ,
S. Fulconis,
S. Henrici, Abbatum.

Datum anno Domini milleſimo centeſimo 1152
quinquageſimo ſecundo, Epiſcopatûs autem Domini Nicolai ſexto decimo.

CAPUT LVII.

Idem Nicolaus *Epiſcopus benefacit eidem Abbatiæ anno* 1153.

Ex iiſdem Archivis.

Ego Nicolaus Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Incumbit officio ſedulitatis noſtræ, ſecundùm tenorem cujuſque Ordinis ſingulis ſubvenire. Fratres de Camberon, quos in Ordine Ciſtercienſi Deo devotè credimus famulari, Altare de Camberon (in cujus procinctu Eccleſia eorum fundata erat) per manum noſtram & auxilium, legitimâ donatione acquiſiverunt.

Sed quoniam non congruit Ordini eorum, ut animarum ſæcularium curis implicentur, Perſonatum ejuſdem Altaris in manu noſtra retinemus. Eâ videlicet ratione, ut Sacerdos Parochialis, de labore ruſticorum & nutrimentis decimas

decimas accipiat, oblationes quoque, ceteraque quæ ſunt jura Parochialia.

FRATRES autem prædicti eidem Sacerdoti unum modium ſiliginis & unum ſextarium piſarum, ad menſuram Villæ, annuo cenſu perſolvent: & de Sonegiis, & jure Synodali liberum facient. Unde & dotes Altaris liberè poſſidebunt, & ab omni decimatione tam laborum quàm jumentorum ſuorum liberi erunt.

QUÒD ſi de terra ejuſdem Territorii aliquid deinceps acquiſierint, quod in præſenti ad eos non pertineat, aut decimas ſolvant, aut cenſu congruo Sacerdoti ſatisfaciant. Si autem ad hoc res devenerit, ut non ſit neceſſe jure Parochiali ad Altare prædictum deſerviri, ab omni jure præfato iidem Fratres liberi erunt.

AD hoc ergo Statutum perenniter roborandum, totius Synodi Cameracenſis affuit Teſtimonium.

Signum mei ipſius,
S. Theodorici Præpoſiti,
S. Joannis,
Alardi,
Raolfi,
Everardi, Archidiaconorum.
S. Hugonis,
Arnoldi, Diaconorum.
S. Gualteri Cantoris,
S. Euſtachii,
S Joannis,
Eilobaldi,
Guarini Presbyterorum.
S. Magiſtri Guillelmi,
Olrici,
Gualteri Diaconorum.
S. Pipini,
Anſelmi,
Magiſtri Herevardi, Subdiaconorum.
Signum Goſſuini Aquicinienſis,
Gualteri de S. Authberto,
Egerici de S. Gilleno,
Rucuardi de Valcello,
Nicolai de S. Foillano Abbatum.

ACTUM anno Verbi Incarnati M. C. LIII. 1153.

Ego Euſtachius Cancellarius ſubſcripſi & recognovi.

CAPUT LVIII.

ADRIANUS IV. *Pontifex Eccleſiam de Nameſche prope Namurcum, quæ olim fuerat Collegium ſex Canonicorum, mutat in Prioratum Monachorum Ordinis Cluniacenſis circa annum* 1152; *qui Prioratus dein ſuppreſſus atque unitus fuit Epiſcopatui Namurcenſi.*

Ex MS. Archivis Prior. de Nameſche

ADRIANUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Speciali Filiæ Cluniacenſi Eccleſiæ, & omnibus ad eam pertinentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CANONICA Sanctorum Patrum Inſtituta ſectantes, ad hæc Apoſtolico informati exemplo vigil & ſpecialis omnium Eccleſiarum ſollicitudo Nobis incumbit, ut quotiens illud à Nobis petitur, quod Religioni & honeſtati conveniens dinoſcitur, animo libenti petentium deſideriis congruum impertiamur ſuffragium.

SICUT atteſtatione Venerabilis Fratris noſtri Hugonis Abbatis Cluniacenſis, & aliorum Religioſorum, ad Nos perlatum eſt, quidam liber homo Franco nomine, cum Uxore ſua Herſende olim in prædio ſuo, quod ſitum eſt in Epiſcopatu Leodienſi, in loco qui (1) *Namech* dicitur, Eccleſiam in honore Beati Stephani Protho-martyris ædificavit: ubi tertiam partem ipſius allodii in agris, ſilvis, pratis & aquis, totam etiam decimam, quæ ſui juris erat, cum parte familiæ, firmâ & legitimâ donatione contradidit: ſex Clericos Domino ibi perpetuò ſervituros inſtituit.

PROCEDENTE tempore inter Nobiles loci homines & Eccleſiam Cluoiaceoſem iſta convenit de dimutatione, ut ſi quando Clerici ex ac vita decederent, Monachi Cluniacenſes loco eorum ſuccederent.

ITA ſanè ut jam de cætero irritæ eſſent, à Laïcali manu olim factæ Præbendarum largitiones, nihilque conſueti juris ſibi retinerent prædicti Franconis Succeſſores, niſi quod ſub Advocatorum poteſtate & nomine res tuerentur Eccleſiæ.

Nos igitur qui meliorandis rebus Eccleſiaſticis invigilare debemus, factam meliorationem religioſæ dimutationis approbantes, & Monachorum quieti inpoſterum providere volentes, quidquid uſque in præſens, in prædiis vel quibuſlibet poſſeſſionibus fidelium largitione eidem loco de *Namecbe* conlatum eſt, Apoſtolicâ Authoritate coofirmamus.

NULLUS ex Advocatis in rebus à familia Eccleſiæ aliquam agat exactionem. Si unquam neceſſariò ad determinandas cauſas poteſtas Advocatorum evocata venerit, ſi exindè mundanæ inſtitutionis cenſura provenerit, Eccleſia duas, Advocati tertiam accipient portionem.

PRÆTER hæc concedimus eiſdem Fratribus licentiam, in perturbantes & vaſtantes bona Eccleſiæ excomunicationis proferendi ſententiam.

SI quis autem contra hujus noſtræ Confirmationis Paginam ſciens temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonitus, ſi non reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque dignitate careat, & à Sacratiſſimo

ſcratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat......

DATUM .... II. Julii.

(1) NAMSECHA Vicus in Comitatu ac Diœceſi Namurcenſi, ſitus eſt ad ripam Moſæ inter Namurcum & Huum. Fuit hic olim Prioratus Ordinis Cluniacenſis, uti memoratur in hoc Diplomate, quod communicavit Eruditiſſimus Dominus *Hubertus de Monceau*, Walcurienſis, S. T. L. primò Paſtor in Nameſche, ac modo Plebanus Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ Namurci.

Poſtmodum traditus fuit idem Prioratus Canonicis, Ordinis Vallis Scholarium ſub Regula S. Auguſtini: ac tandem per bella deſtructus, & unicum habens Priorem ſine Conventu & Monachis, anno 1560 ſuppreſſus, extinctus atque unitus fuit Menſæ Epiſcopali Namurcenſi, per Bullam ſupra editam pag. 1085. & 1087.

Viſus fuit olim in eodem Prioratu tumulus Sibillæ de Luſignan, Sororis Balduini IV. Regis Jeroſolymitani, quæ primis nuptiis Maritum habuit Guilhelmum Comitem Montis-ferrati, atque ex eo ſuſcepit Filium Balduinum V. ultimum Jeroſolymorum Regem, quem Saladinus Babyloniæ Rex anno 1187. è Regia ſede expulit.

Eadem Sibilla dein inivit ſecundas nuptias cum Guidone de Luſignan, qui Regnum Jeroſolymitanum tempore infirmitatis Balduini IV. & V. Regum adminiſtravit. Tandem vitâ functa in Prioratu de Nameſche ſepulta fuit cum hoc Epitaphio.

Ici giſt li droicte Iretaine: Caſtelene de Sanſon, qui fut de linage li Roy de Jeruſalem: pols por l'âme, que Deus conſole.

Droicte Iretaine, ſignificat *droite Heritiere*: *pols* id eſt *priez*. *Sanſon* Caſtrum ad ripam Moſæ.

Hæc tumba oblonga atque anguſta exhibebat Mulierem in capite coronam geſtantem, manibus junctis, burſâ lateri appendente, & cane ad pedes collocato. Remanſit in Sacello Prioratûs uſque ad annum 1690. quo locus ille ob vetuſtatem collapſus, funditus fuit dirutus, eademque tumba cum oſſibus tranſlata ad Eccleſiam Parochialem decentiùs ibidem fuit collocata.

Hæc ex Archivis Paſtoratûs de Nameſche.

CAPUT LIX.

BALDUINUS *cognomento* ÆDIFICATOR, *Comes Hannoniæ, approbat anno* 1156. *fundationem Abbatiæ Camberonenſis, Religioſorum Ciſtercienſium, factam à Viro Nobili Anſelmo de Perona.*

Ex Hiſtoria Camberonenſi.

BALDUINUS per diſpoſitionem Dei Comes Hainacenſis, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

CONTIGIT ſæpe, ea quæ Eccleſiis collata ſunt, vel oblivione deleri, vel malevolentiâ deſtrui. Quapropter futurorum notitiæ commendamus, quod ANSELMUS DE PERONA Nobilis Clericus, quidquid Allodii habebat in Camberon vel juris, pro amore Dei & vitæ æternæ, Deo & Bernardo Abbati Clarævallenſi legitimè donavit.

QUOD cum Diabolus totius boni invidus impedire vellet, inflammavit quoſdam, quorum inſtinctu Ægidius, in tantum inquietavit, totque moleſtiis affecit tam prædictum *Anſelmum*, quàm Fratres quos idem Abbas Clarævallenſis illuc tranſmiſerat, ut quadam die poſt multas querimonias, in præſentia mea, & multorum Virorum Nobilium, & Epiſcopi Cameracenſis, *Nicolai* ſcilicet, & Clericorum ſuorum, tali tandem fine controverſia terminata eſt.

STATUTUM eſt itaque ut *Ægidius* prædictus molendinum unum, quod de prædicto Allodio erat, hoſpites qunque & curtilia omnia redditualia in vita ſua poſſideret...

NOLUMUS etiam futurorum præterire notitiam, quod Gontherus de Soignies, Alardus de Cortacene, Ogerus de Merbais, & Uxor ejus, quidquid poſſidebant in Territorio de *Lumbiſiola*, in terris, ſylvis, aquis, Eccleſiæ S. Foillani legitimè donaverunt. Quæ cum Eccleſia Sancti Foillani per aliquot annos quietè poſſediſſet, prædictis Fratribus de Camberon communi aſſenſu vendidit.

ADDIMUS etiam, quod Radiulphus Miles de Lens & Joannes Frater ejus, Radulphus de Soignies & Frater ejus, & Libertus Sororius eorum cum Uxore ſua Havilde, quidquid in eodem Territorio de *Lumbiſiola*, videlicet in terris, ſylvis, aquis & paſcuis poſſederant, eiſdem Fratribus, de Camberon videlicet, legitimâ donatione contulerunt.

NOLUMUS etiam præterire, quod Eliſabeth de Stenquerca fidelis Vidua, quæ in Foreſto (quod dicitur *Geterlan*) dimidiam partem hæreditario jure poſſidebat, per aſſenſum Filii ſui, tertiam partem ſuæ partis, in liberum Allodium pro anima ſua & Parentum ſuorum, Fratribus eiſdem legitimè donavit......

IPSE *Ægidius* poſt aliquot annos quam Miles factus eſſet, cum ætate voluntatem mutaſſet, ſicut Dominus ordinavit, Molendinum prædictum cum omnibus curtilibus jam deſignatis *Faſtrado* ſupradictorum Fratrum Abbati, & Eccleſiæ de Camberon (quam in Ordine Ciſtercienſi honeſtè converſari videbat) per manum meam, in teſtimonio Virorum Nobilium, quorum nomina ſupponemus, integrè & abſolutè reſtituit: & firmâ pace jure perpetuo ex tunc & ſemper habenda conceſſit. Servatâ nihilominus & renovatâ pactione priori, eorum videlicet quæ Fratribus & Eccleſiæ prædictæ poſt deceſſum ſuum conceſſerat poſſidenda.

UT ergo hoc, quod tam legitimè factum eſt, inconcuſſum & inviolatum perſeveret, Sigilli mei impreſſione ſignare curavi, & Teſtium ſubſcriptione roborare.

S. Euſtachii de Ruez.
S. Nicolai de Rumegni.
S. Theoderici de Linea.

S. Ludovici

S. Ludovici de Fraxina.
S. Karoli Fratris ejus.
S. Sigeri de Aenghien.
S. Joannis de Crucibus.

Actum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto. 1156.

CAPUT LX.

Alexander III. *Pontifex declarat anno 1159.* Samsoni *Archiepiſcopo Remenſi, ſe nolle ut Eccleſia Bolonienſis à Morinenſi ſeparetur, propriumque Epiſcopum accipiat.*

Ex Hiſtoria Remenſi P. Marlot.

ALEXANDER Epiſcopus Servus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Samſoni Remenſi Archiepiſcopo, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

DILECTI Filii noſtri M. Morinenſis quondam Electus & Canonici ejuſdem Eccleſiæ multis laboribus fatigati ad noſtram præſentiam acceſſerunt, aſſerentes, ſe pro eo quod Bononienſes Eccleſiam illi Epiſcopatui quondam ſubtrahere conabantur, multas expenſas, & multa gravamina toleraſſe.

CUM enim à Canonicis præfatæ Morinenſis Eccleſiæ caoonicè fuiſſet electus, & ſicut ex confeſſione tum diverſæ partis accepimus, nihil ei prorsùs objiceretur, quod ipſius electionem deberet aliquatenus impedire, & Tu ei juxta petitionem Eccleſiæ ſuæ, cum jam de mandato tuo raſus eſſet & tonſuratus, manum velles conſecrationis imponere, Canonici Remenſis Eccleſiæ Tibi & præſato Electo propoſuerunt, quod Baldus & E...... Frater ejus, Bononienſis Eccleſiæ Canonici in vocem appellationis jam antea prorupiſſent, ne ei manum imponeres, niſi prædictæ Bononienſi Eccleſiæ abrenuntiaret, ex parte Apoſtolica prohibentes.

TU verò, ſicut devotus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Filius, & qui ſemper conſueviſti eandem Matrem tuam Romanam Eccleſiam, ſicut Vir Religioſus & Catholicus in omnibus & per omnia honorare, eum propter factæ appellationis obſtaculum conſecrare minimè voluiſti.

CUM autem adverſarii ejuſdem Electi, qui ad ſubſtractionem Bononienſis Eccleſiæ, & ut in ea ordinaretur Epiſcopus propenſiùs intendebant, & Clerici ipſius Electi, quos ad præſentiam noſtram ipſe præmiſerat, in noſtro fuiſſent auditorio conſtituti, adverſario illo à cauſa deficiente, præfatam Bononienſem Eccleſiam in eo ſtatu, in quo ad hæc uſque tempora fuerat; de communi Fratrum conſilio decrevimus permanere.

VIDENTES igitur prædictam Morinenſem Eccleſiam, & ipſum Electum veniendo ad Nos multipliciter laboraſſe, & cognoſcentes, nihil eſſe, quod ejus electioni de Sacrorum Canonum deberet inſtitutionibus obviare, noluimus eos relinquere deſolatos, ſed ipſorum laboribus, & expenſis miſericorditer compatientes, honori & dignitati tuæ per omnia deferendo ad ſummam precum inſtantiam Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, qui cum Electo erant, de communi Fratrum noſtrorum conſilio, munus ei conſecrationis impendimus, ſalvâ tamen in omnibus, tam tuâ, quàm Eccleſiæ tuæ juſtitiâ.

IPSUM itaque ad Te & Eccleſiam ſuam de manibus noſtris remittimus, taoquam Metropolitano ſuo, omnem quam debet ſubjectionem impendat, & reverentiam exhibeat, humilitatem & honorem, ſicut Anteceſſores ſui meliùs umquam conſueverunt tuis Anteceſſoribus exhibere.

ROGAMUS proindè Caritatem tuam, monemus, hortamur attentiùs, quatinus pro reverentia B. Petri ac noſtra ipſum debitâ benignitate ſuſcipias, caritativè tractes, & gratiam tuam circa ſe non ex hoc ſentiat minoratam; imò interventu noſtro dilectionem & familiaritatem ei exhibeas ampliorem.

NOS enim perſonam tuam, ſicut unam de de majoribus columnis Eccleſiæ, & immobile Domûs Dei firmamentum (quia tu, etſi alii, quando in Eccleſia Dei ſcandala ſuborta ſunt, de animorum puſillanimitate nutaſſent, numquam à firmitatis tuæ robore decidiſti, ſed ſemper immobilis permanſiſti in Eccleſiæ Catholicæ unitate) ſincerè in Chriſti viſceribus caritate diligimus, & nihil prorsùs efficere volumus, undè perſona tua quomodolibet offendatur, ſed propoſitum potiùs & voluntatem habemus Te, ſicut venerabilem & cariſſimum Fratrem noſtrum, in benedictionibus dulcedinis prævenire, & poſtulatiooes tuas, quibuſcumque modis cum Deo poterimus, intendimus exaudire.

DATUM Anagniæ XVI. Cal. Feb.

BOlonia, Urbs Galliæ maritima, Ammiano Marcellino nota, haud longè à Caleto ſita, ante Vaſtationem Normannicam proprium habuit Epiſcopum; uti conſtat ex Hincmari Remenſis Archiepiſcopi Libro adverſùs Hincmarum Laudunenſem ſcripto, quem primò typis edi curavit Vir Clariſſimus Nicolaus Faber, qui Ludovico XIII. Regi Galliæ à ſtudiis fuit.

Multis poſtea ſeculis caruit Sede Epiſcopali: tentâruntque ſæpiùs Bononienſes Clerici proprium recipere Epiſcopum, atque eximi à Morinenſi, uti Atrebatenſes à Cameraceoſi anno 1093. & Tornacenſes anno 1146. à Noviomenſi exempti fuerant Diplomata vide ſuperiùs.

At ſemper fruſtrà: uſque ad annum 1553. quo deletis Morinis ſuppreſſoque illius Urbis Epiſcopatu, Paulus IV. & Pius IV. Pontifices poſt factam proventuum Eccleſiaſticorum inter Reges Hiſpaniæ & Franciæ diviſionem, ex una medietate erexerunt Epiſcopatus Iprenſem in Flandria, & Audomareoſem in Artheſia. Deindè S. Pius V. ex altera medietate erexit anno 1566. tertium Epiſcopatum Boloniæ, eumque conſtituit Suffraganeum Archiepiſcopi Remenſis. Vide hoc Diploma ſupra Paginâ 1102.

CAPUT LXI.

Theodoricus *de Alſatia Comes Flandriæ, Altare B. Mariæ Cortraci tradit Gerardo Epiſcopo Tornacenſi anno* 1160.

Ex MS. Eccl. Tornac.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Amen.

Ego Theodoricus Dei gratiâ Flandrenſium Comes tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Notum ſit omnibus, quod Ego & Uxor mea Sibilla Comitiſſa & Balduinus Filius meus dedimus Altare de Curtraeo Domno Gerardo Tornacenſi Epiſcopo ſuiſque Succeſſoribus tenendum: Arnulphus enim Aldenardenſis, qui idem Altare priùs in feodum tenuerat, Nobis coram hominibus noſtris & ſuis reddiderat.

Retinuerat tamen feodos hominum ſuorum, quod videlicet in manum Epiſcopi non venirent, niſi aut redimerent, aut ipſi in eleemoſynam donarentur.

Ut autem noſtra hæc eleemoſyna firma & inconvulſa permaneat, Sigilli noſtri impreſſione confirmavimus & teſtimonio eorum qui interfuerunt corroboravimus.

S. Theodorici Comitis,
S. Sibillæ Comitiſſæ,
S. Balduini Filii Comitis,
S. Roberti Advocati,
S. Walteri de Teneromunde,
S. Gilleberti Dapiferi,
S. Henrici Conſtabularii;
S. Rogeri Chiſonienſis,
S. Rogeri de Wavrin.

CAPUT LXII.

Rodulphus *Leodienſis Epiſcopus concedit anno* 1171. *Abbati S. Trudonis Ordinis S. Benedicti Eccleſiam Parochialem B. M. Trudonopoli, in qua dein erectum fuit* XII. *Canonicorum Collegium.*

Ex Theſauro Anecdot.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, Rodulfus Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus Wederico Venerabili Abbati Eccleſiæ S. Trudonis & Fratribus ejuſdem Monaſterii eorumque Succeſſoribus ſecundùm Regulam Beati Benedicti ſubſtituendis in perpetuum.

Omnibus quidem ratione ſollicitudinis Nobis creditæ debitores exiſtimus, ſed eis præcipuè qui in cultu Religionis arctiori ſe voverunt profeſſione. Inde eſt quod ſtudium & labores veſtros attendentes erga reformationem Eccleſiæ, quæ intus flammâ incendii, exteriùs raptorum violentiâ graviter attrita eſt, afflictis rebus Eccleſiæ veſtræ hac diſpenſatione ſubveniendum conſenſu & petitione Rodulfi Archidiaconi dignum duximus.

Ecclesia Parochialis titulo B. Mariæ ſemper Virginis, quæ in Oppido Burgi S. Trudonis eſt, jure fundi antiquâ & inconcuſſâ poſſeſſione cum jure baptiſmali & decimatione ſua veſtra eſt, & Nos eandem Vobis veſtriſque Succeſſoribus propter prædictas cauſas liberam veſtræque diſpoſitioni perpetuò ſubjacendam, ſecundùm formam Privilegii à Prædeceſſore noſtro Leodienſi Epiſcopo bonæ memoriæ Henrico ſecundo Vobis dati, Epiſcopali Authoritate conceſſimus, omnibus modis uſibus veſtris profuturam.

Oblationes igitur Altarium cum omni jure Parochiali & ipſe Perſonatus dictæ Eccleſiæ, ſicut cum Frater Wazo de Leodio & Magiſter Henricus de Sancto Trudone habuerunt, ad diſponendum & fruendum in quotidianam ſuſtentationem Fratrum Monaſterii veſtri, cum omnibus pertinentiis ſuis, firmâ & perpetuâ ſtabilitate veſtra erunt.

Salvo eo, quod Sacerdotem idoneum & coadjutores ejus ratione Parrochiæ, qui Parrochialia & Sacerdotalia jura exequantur, & Nobis exhibeant obedientiam, procurabitis, & obſonia Epiſcopalia & Archidiaconalia & Decanalia, ſecundùm quod Eccleſia, quæ dimidia dicitur, debet, ſuo tempore reddetis, & in Synodalibus nihil ampliùs quàm quod ſortis veſtræ eſt, ratione Perſonatûs qui Vobis conceſſus eſt, uſurpabitis. Idipſum quoque de Eccleſia de *Mieles* Vobis concedimus.

Et ut nec Vobis nec alicui Succeſſorum veſtrorum liceat duas partes decimarum ad Vos jure feudi pertinentium, ſub annua penſione in detrimentum Eccleſiæ alicui elocare vel impignorare vel in beneficium dare, in quo caſu aliqui Abbatum veſtrorum aliquando erraſſe narrantur, omnino interdicimus.

Et ne in ambiguum vel in irritum hæc revocari poſſint, conceſſiones prædictas conſenſu & petitione prædicti Fratris noſtri Rodulfi Archidiaconi factas, præſenti Paginâ conſcribi, & Paginam ipſam adverſus omnem calumniam imagine noſtrâ fecimus communiri. Horum Teſtes ſunt,

Heinricus Præpoſitus,
Hubertus Decanus,
Bruno Archidiaconus & Præpoſitus Sanctæ Crucis,

Rodulfus Archidiaconus & Præpoſitus de S. Johanne, Canonici de S. Lamberto,
Vatterus Decanus,
Ribertus Cantor,
Johannes Abbas Tytinenſis,
Decanus de S. Martino Arnulfus,
Henricus Præpoſitus Hoyenſis & Decanus S. Pauli, Decanus de Sancto Johanne,
Benedictus Capellani Curiæ,
Alexander Abbas Amanienſis,
Varnerus Canonicus de S Johanne.

DATA Leodii anno Incarnationis Dominicæ M. C. LXXI. 1171

TRUDONOPOLIS, Gallicè *Saint-Tron*, Flandricè *Sint-Truyen*. Oppidum Diœceſis ac Patriæ Leodienſis Tungros inter & Trajectum Moſæ, pari utrimque trium circiter milliarium intervallo.

Præter Abbatiam clariſſimam ac vetuſtiſſimam Ordinis S Benedicti (de qua ſupra in variis Diplomatibus actum eſt) habet quoque Eccleſiam Collegiatam B. Mariæ Virgini ſacram, cujus Patronatus hoc Diplomate conceſſus fuit Gerardo Abbati Trudonenſi, cujus Succeſſor Gulielmus anno 1399 ibidem erexit Capitulum XII. Canonicorum cum Decano: & ſequentibus Abbatibus Collationem Præbendarum aſſeruit

De S. TRUDONE Confeſſore vide dicta ſuperiùs paginâ 61.

CAPUT LXIII.

ALEXANDER III. *Pontifex confirmat Abbatiæ Cameronenſi ſuas poſſeſſiones anno* 1172.

Ex Hiſtor. Abbat. Camber.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Danièli Abbati Monaſterii de Camberone, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum.

PIÆ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſynceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat.

EAPROPTER, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus: & præfatum Monaſterium (in quo Divino mancipati eſtis obſequio) ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus. Imprimis ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum & Inſtitutionem Ciſtercienſem Fratrum in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

PRÆTEREA quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium impræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

IN quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo Monaſterium ipſum ſitum eſt, cum omnibus appenditiis ſuis, & univerſa quæ Anſelmus de Perona Clericus Fundator ejuſdem Monaſterii vobis in Camberone & Cerviæ noſcitur rationabiliter in eleëmoſynam contuliſſe. Allodium Galteri de Baſſilly, quod in eodem territorio ab Eccleſia de * Elham poſſidetis.

* Aliàs Eenhaeme Abbatia Ord. S. Ben.

ALLODIUM, & quidquid Ægidius de Trazinies in eodem loco de Camberona habebat, & quod habebat in Foreſta de Geterlau: & inſuper uſuaria, & aiſentias totius terræ ſuæ. Terram Alardi, & allodium de Glaringeis, & quod in præſcripto territorio à Wulchero de Sylli & in Geterlau, & de communia.

QUIDQUID Eccleſia Sonnegienſis in territorio de Camberone poſſidebat, ſalvo eidem Eccleſiæ annuo cenſu exindè conſtituto. Allodia de Noëmes, Grangiam de Lumbiſiola cum omnibus appenditiis ſuis. Allodium quod in eodem territorio de Eccleſia * S Foillani tenetis. Allodium & quicquid fuit Ivettæ in eodem territorio, ſicut proximi heredes ſui, & Gozuinus Maniburdus ejus rationabiliter eidem Monaſterio contulerunt.

* Abbatia Ord. Præm

ALLODIUM quod ibidem à Radulpho de Surgeis, & Balduino Fratre ejus, & Lieberto Sororio eorum & Uxore ejuſdem Lieberti poſſidetis. Allodia quæ de Helizabeth & Engelberto de * Eſtenecherchen Filio ejus in Lumbiſiola & Geterlau poſſidetis. Allodium & quicquid juris erat Erſonis de Calvomonte & Gervaſii Fratris ſui in prædicto nemore de Geterlau.

* Aliàs Steenkercka.

UNIVERSA quoque quæ Eccleſia S. Amandi in Lumbiſia poſſidebat. Grangiam de Lamperneſſe cum omnibus appenditiis ſuis, & omnia quæ cenſualiter ab Eccleſia * Mecenenſi tenetis. Decimas etiam cujuſdam Grangiæ, ſicut eas à Præpoſito S. Audomari cenſualiter tenetis, ſicut in Privilegiis ejus & Morinenſis Epiſcopi continetur.

* Abbatia Virg. Ord. S Ben in Flandria.

DIMIDIAM partem allodii de Communia, exceptis ſex bonariis. Sanè laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullas à vobis decimas præſumat exigere.

PACI quoque & tranquillitati veſtræ paternâ proviſione providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuram locorum ſive Grangiarum veſtrarum, nullus violentiam facere vel rapinam ſeu furtum committere, aut ignem apponere, vel homines capere ſeu interficere audeat.

Liceat prætereà Vobis, Clericos vel Laïcos liberos

liberos & abſolutos à ſeculo ſugieotes, & converſionem veſtram ſuſcipere, & abſque alicujus contradictione, in veſtro Monaſterio retinere. Prohibemus inſuper, ne quis poſt factam in eodem loco Profeſſionèm audeat de Clauſtro diſcedere. Diſcedentem verò abſque communi litterarum cautione, nullus audeat retinere.

Decernimus ergò, ut nullus omninò hominum audeat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auſerre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum conſervatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus & commodis, profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate.

Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat: atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.

Ego Bernardus Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus SS.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli, tituli Pamachii SS.

Ego Guillelmus Presbyter Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula SS.

Ego Boſo Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ tituli Paſtoris SS.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaſo SS.

Ego Ardicio Diaconus Cardinalis S. Theodorici SS.

Ego Cynthius Cardinalis S. Adriani SS.

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Euſtachii extra Templum Agrippæ SS.

Ego Witellus Diaconus Cardinalis SS. Segii & Bacchi SS.

Ego Petrus de Borio S. Mariæ in Aquiro Cardinalis SS.

Datum Tuſculani per manum Gratiani S. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, & Notarii IV. Kal. Decemb. Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXII. Pontificatûs verò Dom- 1172.
ni Alexandri PP. III. anno XIII.

CAPUT LXIV.

Fredericus I. *Imperator confirmat Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Sigburgenſis Ordinis S. Benedicti prope Bonnam in Diœceſi Colonienſi anno* 1173.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fredericus Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus.

Quoniam Authore Deo Sacri Imperii gubernacula adminiſtramus, paci totius Imperii & maxime Eccleſiarum Dei quieti oportet Nos ſollicitè providere.

Cunctis ergo noſtri temporis ſive ſupervenientis ætatis fidelibus notum eſſe cupimus, qualiter dilecti Nobis ac fidelis Gerhardi Sigebergenſis Abbatis & Fratrum ibidem in Chriſto viventium poſtulatione, præcipuè verò Divinæ mercedis compenſatione Cœnobium Sicgburg cum omnibus pertinentiis ſive appenditiis ſuis, quæ in præſentiarum poſſidet, & in poſterum annuente Deo juſtè & rationabiliter adipiſci poterit, in noſtram tutelam ac defenſionem ſuſcepimus. Quæcumque igitur à noſtris Anteceſſoribus eidem Monaſterio tradita, firmata & corroborata, ad Nos uſque conſervata ſunt, Nos de cætero rata & inconvulſa manere noſtrâ Imperiali Authoritate ſancimus &c.

Præterea de Advocatis eidem Eccleſiæ juxta antiquam & primævam inſtitutionem decernimus atque ſtatuimus, ut ſemel in anno ad loca ſibi præſcripta conveniant, & pro juſtitiis faciendis Placita teneant: ſic tamen, ut ipſi cum Abbatis conſilio effuſionem ſanguinis, furta, violatam pacem, hæreditatis contentionem judicantes ſuâ tertiâ contenti ſint, neque ipſam tertiam niſi de his rebus, quæ in Placitis Advocati ventilentur, vel de Placitis judicentur, requirant.

Cætera omnia Abbati diſponenda relinquant; ita ut in Abbatis poteſtate ſit à perſona familiæ qualibet pro libito ſupplicium ſumere, ſi in aliquo juſtis ejus imperiis præſumpſerit contraire.

Nullum ergo præter hoc ſingulare Placitum in anno teneant, niſi ab Abbate vocentur, neque Subdefenſorem quemquam, niſi Abbatia electione vel familiæ collaudstione, conſtituant; ſed nec Advocatus aliquis, niſi quem voluerit Abbas, eidem Monaſterio conſtituatur.

Nec Epiſcopus quis vel ſuorum quiſquam ibi ſtandi poteſtatem habeat, niſi cum licentia Abbatis, & ne quis Abbatem loci illius ſervitium aliquod curiale facere compellat, vel ad aliquod non regulare officium conſtringat.

Designamus inſuper familiæ, quæ in circuitu montis habitat, in omnibus locis intrà quatuor

tuor aut quinque milliaria, ut ad Placitum Advocati indictum tribus diebus habendum in ipſa montis radice conveniant. Primâ die in Lara, Aſchmere, Sulſe, Mendene, Druzdorp, Meindorp & cæteris ad hæc loca ſervientibus.

Secunda die de Pleyſa ſuperiore, Dorindorp, Geiſtingen, Niſtera, Mulindorp, Beringerishauſen, Iminderoth, Cornſcheidt, jure & cæteris ad hæc pertinentibus.

Tertia die de Achera ſuperiore & inferiore & cæteris ad hæc ſervientibus: ſitque ſervitium, quod Abbas Advocato in unaquaque die Placiti dare debeat, duo modii tritici, ama vini, duæ amæ cereviſiæ, porci duo valentes duos ſolidos, porcellus denariorum ſex, anſeres duo, pulli quatuor, ova viginti, avenæ modii ſex.

In *Gulſa* tantundem, exceptâ cereviſiâ, quæ non habetur ibi. In *Bettendorff* tantundem. In *Strala* modius tritici, porcus valens ſolidum, porcellus denariorum ſex, anſer unus, pulli duo, ova decem, ſitula vini, ama cereviſiæ dimidia.

In *Ulma* tantumdem ad ea quæ præmiſſa ſunt ſtatuimus, & Imperiali Banno prænominatæ Eccleſiæ in perpetuum confirmamus, ut per omnem circuitum montis in nullo loco intra duo milliaria liceat à quoquam forum ſive mercatum publicum de novo conſtitui.

Sanximus ergo, atque noſtrâ Imperiali Autoritate firmiter præcipimus, ne aliquis Dux, Marchio ſive Comes, ſeu aliqua Eccleſiaſtica vel ſæcularis Perſona, parva aut magna, huic noſtræ divali Conſtitutioni aliquatenus contraire aut etiam infringere attentet.

Si quis verò auſu temerario prænominatum Cœnobium in ſuo jure perturbare, moleſtare & hoc noſtrum Edictum Pragmaticâ Sanctione corroboratum violare præſumpſerit, & commonitus ab Abbate vel ab his quorum intereſt non ſatisfecerit, banno trecentarum librarum auri puriſſimi ſubjaceat, & ſolvat medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Cœnobio.

Ut autem hæc omnia rata & firma, & omni tempore inconvulſa permaneant, hanc inde Paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione muniri juſſimus, cum Teſtium ſubſcriptione; quorum nomina hæc ſunt,

Philippus Colonienſis Archiepiſcopus.
Arnoldus Trevirenſis Archiepiſcopus.
Sifridus Xantenſis Præpoſitus.
Sifridus Scholarum Magiſter majoris Eccleſiæ in Moguntia & Præpoſitus Sancti Joannis.
Wetzelo Præpoſitus S. Andreæ in Colonia.
Engelbertus Comes.
Rudolphus Comes de Phillendorp.
Everhardus Comes de Seyna.
Henricus Comes de Sitſe.
Rubertus Comes de Naſſowe.
Fridericus de Hoſtade Comes.
Arnoldus Comes de Altzena.
Wilhelmus Comes de Juliaco.
Henricus Comes de Keſſele.
Fridericus & Florentius de Kempene.
Gerlacus de Iſenburg.
Conſtantinus de Berge.
Wernerus Boinlandt.
Wernerus de Rode.
Godefridus de Wolſeinburg.
Gerhardus Advocatus de Colone.
Fridericus Schultetus de Sigburg.
Richolffus Frater ejuſdem.
Walfinus Telonus de Sigburg.
Hartmannus de Stotzdorp, & alii quàmplures.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXIII, Indictione ſeptimâ, regnante 1173.
Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo.

Datum apud Sinzeche, ſeptimo Idus Maii feliciter. Amen, amen.

CAPUT LXV.

Rodulphus *Leodienſis Epiſcopus approbat anno* 1173. *fundationem factam Geldoniæ ab Ægidio Comite de Duraz pro decem Clericis ſeu Canonicis ibidem Deo ſervituris, ex Ordine Equitum Jeroſolymitanorum deſumendis.*

Ex MS. Archivis Ordinis.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Rodulfus opitulatione supernâ Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus paci & veritati faventibus æternam in æterno ſalutari ſalutem.

Quoniam conſtat noſtram fragilitatem in hac mortalitatis peregrinatione manentem Civitatem non habere, qui ſanioris conſilii ſunt, ſtudent ad æterna totâ mentis delucidatione anhelare, & de temporalibus bonis à Domino ſibi creditis pretium redemptionis animæ ſuæ ſibi curant præparare.

Eapropter notitiæ præſentium & futurorum poſteritati memoriter retinendum mandamus, quod Comes Ægidius de Duraz ſpe piâ tactus, Dominum à quo bona cuncta accepit, ex aliquanta ſuæ ſubſtantiæ parte in ſuis pauperibus deliberavit heredem fieri, ut ab ipſo poſtmodum mereretur in æterna tabernacula recipi.

Eccleſiam Jodonienſem cum omnibus appenditiis ſuis Fratribus Jheroſolymitani Hoſpitalis liberè, ſicut ipſe poſſederat, eodem tenore & libertate,

Digitized by Google

libertate, quâ tenebat, contulit; tali compactâ ordinatione, quod Fratres in honore ſeptiformis Sepulchri, ſeptem Fratres ſui Ordinis vel etiam alterius ibi inſtituerent, qui Domino ibi aſſiduè deſervirent.

Hoc facto, cernens quod affectus ſui animi effectui utiliſſimè manciparetur, inſpirante eo qui ubi vult & quando vult ſpirat, convocatis Fratribus, Priore Franciæ Nicholao Balet, Litaldo, Geroldo, Magiſtro Hemenſi, prædictus Comes, pace eos compaginante, ita cum eis, in ipſo creſcente pietatis animo convenit:

Quod ad exaltandum nomen & laudem Domini, in honore Deificæ Trinitatis, tres cum ſeptem adderentur, & ſic ad inſtar decem Ordinum cœleſtium, decem Fratres Deum indeficienter collaudarent. Et ita quod quinque ex illis Sacerdotali officio miniſtrarent; tres verò dicti cujuſcumque Ordinis eſſent.....

Decimus autem conſilio majoris Ordinis Hoſpitalis Inveſtitutariam Eccleſiæ tenebit, qui curam & providentiam omnium bonorum ad Eccleſiam ſpectantium tenebit, & ibi ſervientibus ſecundùm facultates Eccleſiæ miniſtrabit: hoc autem ſciendum, quod Inveſtiti conductione & voluntate ibi ſervientes intrabunt.

Comes verò pro hac ſervientium augmentatione adauxit reditus Eccleſiæ terrâ Reinfridi & terrâ Arnolfi de Molenbeſuel, & decimâ de Huppain. Fratres verò prænotati Comiti ſpoponderunt, quod quidquid omni in futuro tempore, vel ipſi vel Succeſſores eorum acquirerent circumquaque Eccleſiam ſpatio milliaris, poſſeſſionibus Eccleſiæ adderetur.

Si autem tempore procedente hæc Ordinatio ullatenus ab ipſis violata fuerit, eum qui eo in tempore dominabitur, rogatu competimus, & Authoritate noſtrâ commonemus, quatenus eos ad tenendum manu potenti pertrahat, aut reditibus ſuſceptis expleri jubeat.

Quod ſi facere neglexerit, ſe ex noſtra Authoritate excommunicatum ſciat.

Quia igitur curſu declivi temporis rerum temporalium de facili conſeneſcit memoria, hæc omnium præſentium & futurorum notitiæ præſenti Scripto patefacimus, & ad robur veritatis, Sigillo noſtro & Majoris Eccleſiæ, cujus ſcitu & aſſenſu hæc articulata ſunt, confirmamus, eorum quoque Sigillum apponi voluimus. Teſtes ſunt

Henricus Majoris Eccleſiæ Præpoſitus,
Symon Decanus.
Archidiaconi: Amalricus,
Balduinus,
Bruno.
Canonici: Walterus,
Riboto Cantor,
Joannes.
Liberi Homines,
Lodowicus Advocatus.
Willelmus de Dongleberch.
Reinerus de Jacia.
De Familia Sancti Lamberti, Thedericus & Wedericus Frater ejus, aliique plures.

Acta ſunt hæc anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, feliciter. 1173

CAPUT LXVI.

Alexander III. *Pontifex circa annum* 1174. *confirmat Privilegia & Poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ S: Gudulæ Bruxellis.*

Ex Archivis Capituli MS.

Alexander Servus ſervorum Dei, dilectis Filiis Godeſcalco Decano & Canonicis Eccleſiæ Sancti Michaëlis Sanctæque Gudilæ Bruxellenſis, tam præſentibus quàm futuris canonicè inſtituendis in perpetuum.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere & vigor æquitatis & ordo exigit rationis, præſertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat & veritas non relinquit.

Eapropter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus benigniùs annuentes, prælibatam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Statuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo Eccleſia veſtra ſita eſt, cum cimiterio & adjacentiis ſuis; Capellaniam S. Jacobi in Caldenberga cum omnibus pertinentiis ſuis; Capellaniam S. Nicolai in foro inferiori cum omni jure & pertinentiis; tria etiam Hoſpitalia infra ambitum Oppidi veſtri cum omnibus pertinentiis, quibus ad receptionem pauperum & peregrinorum providere tenemini; Eccleſiam S. Joannis de Molenbeke cum decimis, terris & omnibus quæ infrà Parochiam illam habere noſcimini; Eccleſiam de * Melsbroeck à Petro quondam ipſius Perſona Eccleſiæ per manum Cameracenſis Epiſcopi perpetuò Vobis conceſſam cum omnibus pertinentiis ſuis; minutam etiam decimam quam infra terminos Parochiæ veſtræ habetis, cum pratis, hortis, manſis, terris cultis & incultis, & cum omnibus Eccleſiis & decimis, quas in Cameracenſi Epiſcopatu poſſidetis.

* vide ſupra pag. 98

Præterea libertates & antiquas & rationabiles

nabiles conſuetudines ipſius Eccleſiæ Auctoritate Vobis Apoſtolicâ confirmamus. Statuimus etiam, ut infra terminos Parochiæ veſtræ nullus ſepeliatur vel baptizetut, niſi apud majorem Eccleſiam; præter leproſos quibus extra Oppidum ſecundùm tenorem exindè factum cimiterium cum Otatotio à Vobis indultum eſt; quemadmodùm ab antiquo ſtatutum eſt & hactenùs obſervatum.

Sanximus quoque, ut populus totius Parochiæ veſtræ in majoribus anni ſolempnitatibus ad majorem Eccleſiam ad audienda & percipienda Divina conveniant, ſicut à ptima Fundatione Eccleſiæ ſtatutum eſt & obſervatum.

Cum autem commune interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, non pulſatis tintinabulis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſsè Divina celebrare.

Decrevimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam temetè turbare vel ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia illibata & integra conſerventur, eorum pro quotum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnibus profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Diœceſani Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ.

Si qua ergo in futurum Eccleſiaſtica ſecularìſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Anagniæ.

CAPUT LXVII.

Arnulphus *de Molembeſu benefacit Fratribus Jeroſolymitanis Geldoniæ apud Eccleſiam S. Medardi in communitate viventibus, anno* 1174.

Ex Archivis Ord Melitenſis MX.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam poſteris quàm præſentibus, quod Arnulphus de Molembeſu tempore Frederici Imperatoris in excidium euntis Italicum terram ſuam & cunctas poſſeſſiones ſuas, cum favore Familiæ ſuæ, ſi forte interventu alicujuſmodi infortunii leto occumberet, Eccleſiæ S. Medardi & ad honorem Omnipotentis Dei, verùm etiam pro redemptione animæ ſuæ & ſalute, abſque calumpnia heredum & omni occaſione circumvenientium liberè integrè & quietè dare exhilaravit.

Hoc ſiquidem inconſultè nullatenus decrevit: immo hac intentione animo ſuo ſapienter deliberavit: ut, ſi in alienis fortè & remotis regionibus à ſæculo tranſmigraret, Sancta de Hoſpitali Domus, ſcilicet Geldonienſis Eccleſiæ Conventus, pro ſalute animæ ſuæ apud Deum precibus & in orationibus inceſſanter invigilaret, & anniverſarium ſuum ſingulis annis legitimè ſtatutis ad memoriam revocaret, atque adveniente famâ de motte ſua, tricesimam ſuam benignè & devotè facere non exorbitaret.

Ne igitur de beneficio prædicti Arnulphi aliqua inoleret perturbatio, Terram ſuam cunctaſque poſſeſſiones ſuas ad honorem S. Medatdi, & officium celebrandum Chriſti, tutelæ Gilii Comitis, Fratribus ſuis Petro & Conone ad opus Eccleſiæ faventibus diligenter deputavit.

Quod tamen hac ratione conſultus perconſideravit, ut ſi poſt aliquod temporis ſpacium in Patriam ſuam remearet, ad Terram ſuam & poſſeſſiones ſuas liberè & quietè accedere non differret. Si vero ſine legitimo herede hîc vel aliàs transmigraret, Terra ſua, ut prædiximus, Eccleſiæ Sancti Medardi ſine interruptione querelæ teſtituta fuiſſet.

Ut hoc ergo conſtans & ratum ſine omni contradictione exiſteret, & conditio prædeterminata inconcuſſa maneret, Lodovicum Hesbanienſem Advocatum, Cuſtodem de Terra ſua & defenſotem ad opus Eccleſiæ prætaxatæ exhilaravit: ut poſtmodum nulla prævaleret diſſenſio, & omnis litigioſa ceſſaret objectio. Hujus rei Teſtes ſunt

Dominus Bruno felicis memotiæ Archidiaconus Thegenes.
Hengo de Molenbaſio.
Joannes Rufus de Molembeſeul.
Oliverius de Hupanio.
Abraham de Jacclete.
Joannes de Streis.

Factum eſt hoc, anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXIV. Imperatore Frederico, Radulpho Leodienſi Epiſcopo. 1174.

CAPUT

CAPUT LXVIII.

ÆGIDIUS Comes de Duraz Eccleſiam S. Medardi in Geldonia cum pluribus aliis bonis tradit Fratribus Jeroſolymitanis ſive Templariis, anno 1175. quæ bona dein à Templariis tranſierunt ad Equites Melitenſes.

Ex Archivis Ordinis Melitenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Quia conſtat omnem hominem providè operari ad lucrum, niſi probrè negocietur ad ſupplicium: Notum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quod Ego GILIUS quondam Comes Durachienſis, dignas ſi poſſim grates ei referens, qui cæcitatem meam clementer miſerari dignatus eſt, ne mundanæ felicitatis umbrâ captus, & à veri ſolis inexhauſto lumine ſpontè recedens, in tenebris ſternam lectulum meum, Fidei ſcintillulas in Me diu ſopitas accendere, licet ſerò, non erubeſco. Dicit enim Veritas: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat.

AT quoniam Fides ſine operibus mortua eſt, ut ea quantulocumque virtutis opere in Me tamquam in ſubjecto ſuo clareat, Viros Relligioſos, videlicet Fratres de Hoſpitali Jeruſalem, in Eccleſia Sancti Medardi Geldoniæ dignum duco collocare, ſervituros in eadem Eccleſia ad honorem Dei & S. Medardi & Sanctuariorum quibus perplurimis eadem fulget Eccleſia.

ET ne quis exiſtimet in hoc præfato propoſito Fratres meos extitiſſe Mihi rebelles aut contrarios; ſciant omnes tam poſteri quàm præſentes, quod Petrus Frater meus Comes de Monteacuto, & Cono Frater meus Comes Durachienſis in omnibus & per omnia petitioni meæ faventes & ſatisfacientes, pariter mecum, & Ego, & illi, Præbendam Eccleſiæ S. Medardi, & Præbendam Comitiſſæ Erlendis, & totam decimam de Hupainio, & quidquid juris habuimus in terra Reinfridi, perfectè & integrè, liberè & quietè Deo & S. Medardo & Sanctuariis Geldonienſis Eccleſiæ & Fratribus de Hoſpitali Jeruſalem dedimus & conceſſimus pro ſalute noſtra & Prædeceſſorum noſtrorum.

HANC autem Donationem tulimus Ego & Fratres mei Petrus & Cono & Avunculus noſter Domnus Bruno Archidiaconus in manus Rodulfi Leodienſis Epiſcopi & Comitis de Halſtade in virgulto Domini Epiſcopi Leodii.

NOLUMUS etiam, quod lateat in poſterum, prædictum Reinfridum & Uxorem ejus totam terram ſuam, & quicquid poſſident, ſalvo ſemper victu ſuo & veſtitu, dediſſe Sancto Medardo & Fratribus de Hoſpitali.

DE his hactenùs; eſt autem quibuſdam incertum de Præbenda Comitiſſæ Erlendis, an priſcis temporibus immobiliter aſſignata fuerit Eccleſiæ S. Medardi. Sic eſſe verum, neminem lateat in futurum. Sciant omnes tam poſteri quàm præſentes, quod Ego Gilius, & uterque Fratrum meorum, convocatis Senioribus de allodio Geldoniæ, diſtrictione ſacramenti ab eis omnibus didicimus, quod plus quàm centum annis tranſactis Comitiſſa Erlendis aſſignaverit prædictam Præbendam Eccleſiæ S. Medardi.

CONTINGENTE autem, quod Domnus Ingelram duxerit Matrem noſtram, Patre noſtro Comite Godefrido defuncto, cupiditate cæcatus, acceptâ pecuniâ à Canonicis Heleneinenſibus, injuriato Domino & Sancto Medardo, Præbendam Comitiſſæ Erlendis contra jus divertit ad Eccleſiam Heleneinenſem: quod tamen non licuit fieri, læsâ Eccleſiâ Geldonienſi in jure ſuo.

QUARE volumus & præcipimus, & per hanc Cartam noſtram Sigillo noſtro ſignatam confirmamus, quatenùs Præbenda Eccleſiæ S. Medardi, cum omnibus pertinentiis ejus, & Præbenda Comitiſſæ Erlendis, & tota decima de Hupain, & tota terra Reinfridi, & tota illius poſſeſſio, liberè & quietè & inconcuſsè à Fratribus de Hoſpitali poſſideantur.

ACTA ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini MCLXXV. regnante Frederico Imperatore Romano, Rodulpho Leodienſi Epiſcopo, 1175
H. Præpoſito, Amalrico & Brunone & Radulpho Archidiaconis.

His Teſtibus:

Joanne Abbate de Gemblus,
Theodorico Abbate de Flodne, &
Gerardo Abbate de Helencienis,
Arnulpho Priore de Novo-Monaſterio,
Alberone Decano de Rochesford,
Alberico Inveſtito Geldonienſis Eccleſiæ, &
Lamberto Vicario, &
Magiſtro Willelmo, qui ſcripſit hanc Cartam, ad Feſtum Sancti Joannis Baptiſtæ, cui donavit eleëmoſynam.

His Laïcis Viris liberis.

Segero de Wavre,
Ingelramo de Orbais,
Philippo & Conone de Altervive,

De familia noſtra:

Waltero de Hupain,
Oliverio,
Heremanno,
Alberto,
Engone,
Abraham,
Walthero de Novilla, & multis aliis.

 CAPUT

Digitized by Google

CAPUT LXIX.

PHILIPPUS *Alſatius Comes Flandriæ poſſeſſiones Capituli Canonicorum S. Petri Caſleti confirmat anno* 1177.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

EGO PHILIPPUS Dei gratiâ Flandriæ & Viromandiæ Comes, Prædeceſſorum meorum opera, quæ in Deo ſunt facta, perpetua eſſe volens, & Succeſſoribus meis exemplum ad Eccleſias Dei hereditandas & tutandas relinquens, ad honorem Dei & Beati Petri pro ſalute animæ meæ & Prædeceſſorum ac Succeſſorum meorum bona quæ Robertus Barbatus Nobiliſſimæ memoriæ Princeps, Eccleſiæ S.Petri Caſletenſis contulit, in pace libera & quieta perpetuò poſſidenda concedo, & in mea cuſtodia & protectione ſuſcipio.

AD Nobilem autem memoriam virtutis & piæ devotionis præominati Principis Poſteris commendandam, ea quæ ipſe eidem Eccleſiæ tradidit, nominare & propriis nominibus diſtinguere decrevi. Primum quidem duas partes decimarum totius Parochiæ Caſletenſis, & Curtim quamdam in eadem Parochia: Item Curtim in Villa quæ *Fleterne* vocatur, in Caſtellatura Furnenſi &c. *ut ſupra fol.* 1137. *&* 1162.

HÆC omnia prænominata ipſius Eccleſiæ & viginti Fratrum uſibus conſtituta libera & ex omni exactione ſervicii abſoluta, ſicut in manu & poteſtate ſua habuit, ita Deo & ipſis Fratribus habenda, ſubnixa adſtipulatione manumiſit, & proprii Sigilli authoritate & Subſcriptorum teſtimonio communivit. Signum Roberti & Philippi Filiorum ejus &c. *ut ſupra fol.* 1138.

EGO quoque præfata hæc à tam Illuſtri Principe Eccleſiæ B. Petri Caſletenſis liberaliter tradita eidem Eccleſiæ ſalva conſervare, & ab omni calumpnia impoſterum expedita eſſe volens, Sigilli mei impreſſione & Subſcriptorum Teſtimonio ei confirmo.

Signum Deſiderii Morinorum Epiſcopi.
S. Fratris ſui Roberti Cancellarii.
S. Gerardi Notarii.
S. Cononis Burgenſis Caſtellani.
S. ...... Camerarii.
S. Alardi de Spineto.
S. Galtheri de Locres.
S. Gilberti Dapiſeri de Aria.

ACTUM eſt hoc Ariæ, Dominicæ Incarnationis anno M. C. LXXVII, pridiè antequam Co- 1177
mes Jeroſolymam iturus peram peregrinationis ſuæ ſuſciperet.

CAPUT LXX.

RODULPHUS *Leodienſis Epiſcopus confirmat donationem Eccleſiæ S. Medardi in Geldonia, Gallo-Brabantiæ Oppidulo, quam Ægidius Comes de Duraz cum variis aliis bonis fecit Ordini Equitum Jeroſolymitanorum anno* 1177.

Ex Archivis Ordinis Melitenſis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. RODULPHUS Dei gratiâ Leodienſium Epiſcopus, omnibus futuris & præſentibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Si curam injuncti divinitùs Nobis officii rectè inſpiciamus, neceſſe eſt, nt bona coram Domino quoque coram hominibus provideamus.

NOTUM ſit ergo omnibus, quod Ægidius Comes Durachienſis, non ſolùm exteriùs divinæ manûs potentiâ tactus, ſed & interiùs ſpiritu conſilii edoctus, communi aſſenſu Fratrum ſuorum, Petri videlicet & Cononis, liberum Allodium ſuum, videlicet Eccleſiam S Medardi in Geldonia, & in ejuſdem Eccleſiæ atrio Curtim ædificatam, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam Decimam de *Hupaing*, cum tota terra Rainfridi, & ſi quæ habet præter hæc attinentia, Fratribus de Hoſpitali in Jeruſalem Domino & Sancto Johanni ſervientibus, liberâ donatione tradidit & conceſſit.

HÆC autem conditio ſuper his facta eſt: ut pro collatis in præſentiarum beneficiis, conſideratione Magiſtri Hoſpitalis, & ipſius Comitis Ægidii, ſecundùm facultates Eccleſiæ, Clerici Regulares Canonici, Deo & Sancto Medardo & omnibus Sanctis ſervituri inibi conſtituantur, & creſceote Religione, ſi Dominus ampliaverit cenſum Eccleſiæ, in veneratione ſeptiformis Spiritûs Sancti, ſeptem Perſonæ præfatæ Religionis in perpetuum Domino ſervientes in eadem Eccleſia ordinentur.

Nos ergo, ex indulta divinitus Nobis authoritate, votis Fidelium ſatisfacientes, hujus conceſſionis Kartulam Sigilli noſtri impreſſione confirmamus, & Fratribus de Hoſpitali eandem poſſeſſionem in omni jure & ſpecie in perpetuum liberè & inconcuſsè tenendam decernimus. Hujus legitimæ Traditionis Teſtes ſunt,

Dominus Henricus Præpoſitus & Archidiaconus

diaconus Eccleſiæ S. Lamberti.
Bruno Archidiaconus.
Balduinus Archidiaconus.
Rodulpbus Archidiaconus.
Theodericus Archidiaconus.
Ottho Archidiaconus.
Albertus Archidiaconus.

Decani.

Symon Dceanus Eccleſiæ S. Lamberti.
Franco Decanus.
Arnnldus Decanus.
Gillebertus Decanus.
Henricus Decanus.
Benedictus Decanus.

Nobiles.

Loduicus Advocatus.
Engelrannus.
Cono de Alterive.

De Familia verò Beati Lamberti.

Theodericus de Parato.
Guedericus, Frater ejns.

De Familia verò noſtra.

Galterus de Hupaing.
Oliverus.
Abraham.
Oliverus de Sohan.
Gonterus de Corſwerom, & alii multi.

ACTA ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXVII. Epactâ XVIII. concurrente III. 1177 Indictione X. regnante Frederico Imperatore, Radulpbo Leodienſium Epiſcopo.

CAPUT LXXI.

Idem Epiſcopus donum Eccleſiæ ac decimarum de Dongelberghe *in Gallo-Brabantia, quod Everardus de Ruez Vir Nobilis fecit Fratribus Jeroſolymitanis, (qui nunc ſunt Equites Melitenſes) iiſdem confirmat anno* 1178.

Ex iiſdem Archivis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. Quia res Eccleſiæ, quæ vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, tueri & communire pium eſt, & quoniam non ſolùm ipſi benefacere, ſed etiam aliorum benefacta laudare & in lucem propalare debemus;

EAPROPTER Ego RODULPHUS, Dei miſericordiâ Leodienſis Eccleſiæ humilis Miniſter, notum eſſe volo, tam futuris quàm præſentibus veritatem diligentibus, quod Everardus de Ruez homo liber, viſitatione S. Sepulchr excitatus medictatem doni Eccleſiæ de Dongle-bergh, & medictatem omnium decimarum ad eandem Ecelcſiam pertinentium, pro ſalute animæ ſuæ & animarum ſuorum Prædeceſſorum, Deo & Eccleſiæ Sancti Joannis Baptiſtæ quæ eſt in Jeruſalem, ad uſus pauperum in Hoſpitali degentium, liberè & legitimè tradiderit; & inſuper quatuor bonaria allodii ſui in novalibus cultis & incultis & in ſylva eidem Eccleſiæ legitimè affectaverit.

PRÆTEREA totam terram, quàm duo homines, Thiebaldus ſcilicet & Bovo ab eodem Everardo hereditario jure tenebant, causâ Dei, ut pro minimis maxima, pro terrenis cæleſtia, & pro temporalibus æterna adipiſci mereren-tur, in manus ejuſdem ad opus prædicti Hoſpitalis, præſentibus Uxoribus, Liberis & heredibus eorum, & favorabiliter aſſentientibus, reſignaverit;

ET prædictus Everardus ordine debito & conſuetudinario terram priùs hereditariam, poſtea allodium factam Eccleſiæ Sancti Joannis ad uſus pauperum in Hoſpitali manentium in legitimum allodium affectavit.

SED quia generatio præterit, & generatio advenit, & dictorum atque factorum ætas interit, ut quod factum eſt ſtabile & inconvulſum permaneat, præſentem Paginam Epiſcopali Authoritate, & Imaginis impreſſione adversùs omnem calumpniam communivimus, eamque atteſtatione Archidiaconorum & probabilium Perſonarum corroborari fecimus: quorum nomina hæc ſunt,

Henricus Majoris Eccleſiæ Præpoſitus & Archidiaconus,
Balduinus Archidiaconus,
Bruno Archidiaconus,
Rodulphus Archidiaconus & Cuſtos,
Albertus Archidiaconus,
Theodericus Archidiaconus,
Ottho Archidiaconus,
Henricus Abbas Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & Eccleſiæ Sancti Pauli Decanus,
Herimannus Abbas Floreffienſis,
Albertus Abbas Malonienſis,
Albertus Abbas Heilencinenſis,
Sefridus Decanus Gemblacenſis,
Ægidius Comes Durachienſis,
Balduinus de Badengeies, &
Filius ejus Balduinus,
Walterus de Seraing, &
Balduinus Frater ejus.

De Familia Eccleſiæ noſtræ Teſtes ſunt,

Theodericus de Prato, &
Wedericus Frater ejus Dapifer noſter.
Willelmus, &
Frater ejus Libuinus,
Bodo de Hoſemont, &
Filius ejus Godefridus, & alii quàm plures.

FACTA ſunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVIII. Indictione XI. 1178 imperante Frederico ſemper Auguſto, anno verò Epiſcopatûs noſtri undecimo.

CAPUT

CAPUT LXXII.

REINOLDUS *Archiepiſcopus Colonienſis anno* 1178. *donat Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ Corpora SS. trium Regum aliaſque Reliquias, quas à Frederico I. Imperatore Mediolani acceperat.*

Ex Archivis Colon.

REINOLDUS Dei gratiâ S. Colonienſis Eccleſiæ Electus, & Italiæ Archicancellarius, dilectiſſimis in Chriſto Filiis & amicis Hermanno Colonienſis Eccleſiæ Præpoſito, Philippo Decano, cunctiſque Prioribus, & univerſo Clero, omnibuſque Beneficiatis & Miniſterialibus B. Petri ac S. Colonienſis Eccleſiæ, univerſis quoque Burgenſibus Almæ Urbis Coloniæ ſalutem, & affectuoſum obſequium, cum intimæ dilectionis plenitudine.

INSINUAMUS dilectiſſimæ veſtræ Univerſitati, quod ex voto ardentiſſimi noſtri deſiderii, felix jam per Dei gratiam adepti ſumus initium.

BENIGNA enim Domini noſtri Sereniſſimi Imperatoris (*Frederici*) acceptâ licentiâ cum gratiæ & dilectionis ejus plenitudine, ab ipſo gaudenter dimiſſi, & egregiis ac tantis donis, quorum nulla in terris eſſe poteſt æſtimatio excellentior, ſumus honorati.

INTER cætera enim liberalitatis ſuæ beneficia, quæ in Nos affluentiſſimè contulit, nempè tria Nobis munera donavit pretioſiſſima, videlicet Corpora Inſignia Beatiſſimorum trium Magorum ac Regum, qui primitiæ Gentium in typum ac præſagium futuræ ex Gentibus Eccleſiæ, jacenti adhuc Chriſto in præſepi munera pretioſa obtulerunt.

QUORUM videlicet nobiliſſima Corpora, omnique veneratione digniſſima, Mediolani in Eccleſia B. Euſtorgii Confeſſoris atque Pontificis ſolenniter ac glorioſè fuêre recondita.

INSUPER etiam Deo præduce ad Vos perferimus Corpora SS. Martyrum Naboris & Felicis, ut inæſtimabili & incomparabili hoc theſauro ſuper aurum omnemque lapidem diligendo pretioſum, Sacratiſſima Eccleſia Civitaſque Colonienſis feliciſſimè ditetur, ac perpetualiter decoretur.

NOS ſiquidem, quia ſuſpecta Nobis eſt via per inimicos veſtros ac noſtros, iter noſtrum per Burgundiam ac Galliam uſque ad Vos diſpoſuimus, præſentemque Nuntium à Vercellenſi Civitate ſecundo Idûs Junii præmiſimus eo die verſus Taurinum & verſùs Alpes montis Cyniſii, cum prædictis venerabilibus Reliquiis celerrimè procedentes.

IDEOQUE ſinceriſſimam veſtram dilectionem intime rogamus & commonemus in Domino, quatenùs ad condignam tantorum munerum ſuſceptionem, eâ quâ noſtis, & quâ de Vobis confidimus devotione ac ſolemnitate præparemini. D. Deum quoque quàm affectuoſiſſimè pro Nobis ſine intermiſſione deprecemini, ut unà cum ipſis ad gloriam & honorem Nominis ſui & ad perpetuam omnium veſtrorum ac totius Patriæ ſalutem, ſalvos incolumes & illæſos Nos Vobis dignetur remittere.

CAPUT LXXIII.

PHILIPPUS *Heinsbergius Archiepiſcopus Colonienſis decernit omnes oblationes ad Altare trium Regum Coloniæ, in uſus & ſupplementum Præbendarum Eccleſiæ Metropolitanæ eſſe convertendas, anno* 1180.

Ex Archivis Colon.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. PHILIPPUS Divinâ favente clementiâ Colonienſis Archiepiſcopus, Sanctæ Eccleſiæ Filiis præſentibus & futuris in perpetuum

EA quæ propter ſalutem animarum devotè & ſanctè in Eccleſias conferuntur, quantò majorem à Deo expectant remunerationem, tantò magis eſt dignum, ut juſtæ confirmationis firmum robur accipiant.

EX relatu plurium intelleximus, quod noſter Anteceſſor, quæ ad ſancta Regum Corpora offeruntur, ſicut & ipſos Reges, Majori Eccleſiæ in Colonia contulerit, laudabili conſideratione motus, ut ubi Sanctiſſimi Reges corporaliter quieſcunt, & in majori habentur veneratione, ibidem Oblationibus eorum juſta & benigna conſolatio ad Canonicos perveniret. Nos factum prænominati Archiepiſcopi commendamus, & habemus ratum: & quâ poſſumus & debemus, confirmamus Auctoritate.

NE verò impoſterum hoc quod juſtè factum eſt mutari queat, id juris quod Nos habere videbamur in Oblationibus Regum, coram multis ſuper Altare B. Petri Eccleſiæ Majori dedimus Fratribus ejuſdem, concedentes liberam poteſtatem ordinandi de ipſis eleëmoſynis ad ſupplementum Præbendarum ſuarum, prout poterunt meliùs. Poſt Solennem donationem à Nobis factam, ſicut juſtum fuit factum noſtrum, banno confirmamus, ut ſi quis impoſterùm auſu

temerario

ſemerario in contrarium moveretur, banno ſe ſciret obligatum eſſe & ſubjectum maledicto excommunicationis.

Jussimus etiam hanc Chartam conſcribi & noſtro muniri Sigillo, ut ex Scripti inſpectione ea, quæ juſtè ſunt facta & fideliter expreſſa, ad poſterorum notitiam tranſmittereotur.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII. Teſtes iſtorum ſunt iſti, 1188.

Bruno Major Præpoſitus & Archidiaconus,
Adolphus Major Decanus & Archidiaconus,
Lotharius Bonnenſis Præpoſitus & Archidiaconus,
Conradus Sanctenis Præpoſitus & Archidiaconus,
Godefridus S. Gereonis Præpoſitus,
Theodorus SS. Apoſtolorum Præpoſitus,
Bruno Præpoſitus S. Mariæ ad gradus,
Ulricus Capellanus,
Rodolphus ſecundus Decanus,
Joannes Choriepiſcopus,
Rudolphus Magiſter Scholarum, & reliqui Majoris Eccleſiæ Canonici.

Nobiles:

Theodoricus Comes de Hoſtade,
Otto de Wiekerode,
Gerardus Comes de Are,
Everardus Comes de Seyna,
Theodoricus de Milendunck,
Gerardus de Dieſt,
Gerardus de Caſtere,
Walterus de Schidereke.

Miniſteriales:

Gerardus Advocatus Colonienſis,
Herimannus Filius ſuus,
Henricus de Wolmuteſtein,
Gerardus Frater ſuus,
Richtzode Mulenheim,
Wilhelmus Sillingh,
Hermannus Camerarius, &
Hermannus Filius ejus.

Burgenſes.

Gerardus Telonarius,
Richolfus Parfuſus,
Henricus de Foro.

CAPUT LXXIV.

Fredericus I. *cognomento Barbaroſſa, Imperator eidem Philippo Heinsbergio Archiepiſcopo Colonienſi, ejuſque Succeſſoribus concedit anno* 1180. *Ducatus VVeſtphaliæ & Angariæ, quos Henrico Leoni Saxoniæ Duci, ob rebellionem ademerat.*

Ex Archivis Colon.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Fredericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus.

Quoniam humana labilis eſt memoria, & turbæ rerum non ſufficit, Prædeceſſorum ætatis noſtræ Divorum Imperatorum & Regum decrevit Auctoritas literis adnotare, quæ fluentium temporum antiquitas à notitia hominum conſuevit alienare.

Proinde tam præſentium quàm futurorum Imperii fidelium noverit univerſitas: qualiter Henricus quondam Dux Bavariæ & Weſtphaliæ, eo quod Eccleſiarum Dei & Nobilium Imperii libertatem, poſſeſſiones eorum occupando & jura eorum minuendo graviter oppreſſerit, ex inſtanti Principum querimonia & Nobilium plurimorum, quia citatione vocatus Majeſtati noſtræ præſentari contemſerit, & pro hac contumacia proſcriptionis noſtræ inciderit ſententiam; deinde quoniam in Eccleſias Dei & Principum & Nobilium jura & libertatem graſſari non deſtiterit, tam pro illorum injuria quam pro multiplici contemtu Nobis exhibito, ac præcipuè pro evidenti reatu Majeſtatis, & ſub fœdali jure legitimo trino Edicto ad noſtram citatus Audientiam, eo quod ſe abſentaſſet nec aliquem pro ſe miſiſſet reſponſalem, contumax judicatus eſt; ac proinde tam Ducatus Bavariæ quam Weſtphaliæ & Angariæ, quàm etiam univerſa quæ ab Imperio tenuerit beneficia, per unanimem Principum ſententiam, in ſolenni Curia Wirziburc celebrata, ei abjudicata ſunt, noſtroque juri addicta & poteſtati.

Nos itaque, habitâ cum Principibus deliberatione, communi ipſorum conſilio Ducatum, qui dicitur Weſtphaliæ & Angariæ, in duo diviſimus, & conſideratione meritorum, quibus dilectus Princeps noſter Philippus Colonienſis Archiepiſcopus ob honorem Imperialis Coronæ promovendum ac manutenendum, nec rerum diſpendia, nec perſonæ formidans pericula, gratiæ Imperialis promeruit Privilegium, unam partem, videlicet, quæ in Epiſcopatum Colonienſem & per totum Pateburnenſem Epiſcopatum protendebatur, cum omni jure & juriſdictione, videlicet cum Comitatibus, cum Advocatiis, cum conductibus, cum manſis, cum curtibus, cum beneficiis, cum miniſterialibus, cum mancipiis, cum omnibus ad eundem Ducatum pertinentibus, Eccleſiæ Colonienſi legitimo Donationis titulo Imperatoriâ libertate contulimus; &, requiſitâ à Principibus ſententiâ, an id fieri liceret, adjudicatâ, & communi Principum & totius Curiæ aſſenſu approbatâ, accedente quoque publico conſenſu dilecti Conſanguinei noſtri Ducis Bernardi, cui reliquam partem Ducatus conceſſimus, præmemoratum Archiepiſcopum Philippum, portione illâ Ducatûs ſuæ collatâ Eccleſiæ, vexillo Imperiali ſolenniter inveſtivimus.

Hanc igitur legitimam Majeſtatis noſtræ Donationem

Donationem & Inveſtituram Colonienſi Eccleſiæ & ſæpe dicto Principi noſtro Philippo Archiepiſcopo omnibuſque ſuis Succeſſoribus confirmamus, & in omne poſteritatis ævum eis ratam permanere volentes, ne quis eam auſu temerario infringere, vel quomodolibet violare attentaverit, Imperiali Edicto inhibemus, & hanc noſtram Conſtitutionem præſenti Privilegio Aureâ Excellentiæ noſtræ Bullâ inſignito, confirmamus authenticè: Teſtibus adnotatis qui huic facto interfuerunt. Sunt autem hi:

Arnoldus Trevirenſis Archiepiſcopus,
Wigmannus Magdeburgenſis Archiepiſcopus,
Conradus Salsburgenſis,
Sifridus Bremenſis Electus,
Conradus Wormatienſis Epiſcopus,
Rudolphus Leodienſis Epiſcopus,
Bertramus Metenſis Epiſcopus,
Arnoldus Oſnaburgenſis Epiſcopus,
Conradus Abbas Fuldenſis,
Adolphus Abbas Hersfeldenſis,
Lotharius Præpoſitus Bonnenſis,
Luduicus Palatinus Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ,
Bernardus Dux Weſtphaliæ & Angariæ,
Godefridus Dux Lotharingiæ;
Fridericus Dux Sueviæ,
Otto Marchio de Brandenburgh,
Theodericus Marchio de Luſitz,
Dedo Comes de Groix,
Sifridus Comes de Orlamunde,
Robertus Comes de Naſſove,
Emicho Comes de Linuinghe,
Engelhertus Comes de Monte,
Theodoricus Comes de Hoſteden,
Gerardus Comes de Nurberc,
Henricus Comes de Arnisberc,
Hermannus Comes de Ravinsberc,
Henricus Comes de Kuc,
Wernerus Comes de Wittinckenſtein,
Widekindus de Waltecke,
Fridericus de Arriſurde,
Hartmannus de Butingen,
Wernerus de Boulande,
Conradus Pincerna,
Henricus Marſchalcus de Pappenheim,
Sibodo de Groix Camerarius, & alii quàm plures.

Signum D. Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Godefridus Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Chriſtiani Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopi & Germaniæ Archi-Cancellarii, recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXX. Indictione XIII. regnante 1180. D. Friderico Romanorum Imperatore invictiſſimo, anno Regni ejus XXIX. Imperii verò XXVI. feliciter, Amen.

Datum in ſolenni Curia in Gelinhuſen in Therrithorio Moguntino, Idibus Aprilis.

CAPUT LXXV.

Lucius III. *Pontifex confirmat Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Sigburgenſis Ord. S. Bened. in Diœceſi Colonienſi, anno* 1181.

Ex MS Archivis Abbatiæ.

LUcius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Gerhardo Abbati Monaſterii, quod in Monte *Siegberg* ſitum eſt, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quoties à Nobis petitur, quod Religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo Nos decet libenter concedere & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium.

Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & felicis recordationis Prædeceſſoris noſtri Innocentii PP. veſtigiis inhærentes præfatum Monaſterium S. Michaëlis Archangeli, quod in Monte *Siegberg* ſitum eſt, in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti privilegio communimus: ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum poſſidet juſtè & canonicè aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; Eccleſiam in *Achara* totam & eam quæ eſt in *Hanafe* totam; in *Pleiſa* inferiore Eccleſiam; & in ſuperiore Eccleſiam; in *Berchem* Eccleſiam; jus quod habetis in Eccleſia de *Geiſlingen*, in Eccleſia de *Strala*, *Mendene*, in Eccleſia de *Lare*, in Eccleſia de *Olma* & in Eccleſia de *Strala*; Eccleſiam in *Witzenkirchen*. Supradictas vero Eccleſias ab omni cenſu & exactione cum decimis liberas Vobis Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, quemadmodum ab Annone bonæ memoriæ Colonienſi Archiepiſcopo & Succeſſoribus ejus Monaſterio veſtro conceſſæ & eorum Scriptis confirmatæ noſcuntur.

Præterea Cellas & prædia ad jus ipſius Monaſterii Vobis nihilominus confirmamus, Cellam videlicet in *Pleiſa*, Cellam *Hirzenowe*, Cellam in *Remagen*, Cellam in *Thidrode*, Cellam in *Zulpiaco*, Cellam in *Millen*, Cellam in *Furſtenberge*, juxta *Xanten*, Eccleſiam & Cellam in *Stockheim*, cum omnibus earum pertinentiis; item

item Prædium in *Haneſa* cum Decimis & cæteris appenditiis, quæ à Canonicis Bunnenſibus data in eorum & Eccleſiæ uſus Cuſtodia *Bunnæ* Eccleſia veſtra per Concambium accepit; Villam Mendene, quam à Præpoſito & Canonicis noſtris Eccleſiæ data per Concambium in Bidelecca decimatione ſuſcepit. Loca etiam veſtra, id eſt *Achera*, item *Achera*, *Strala*, *Geiſtingen*, *Lara*, *Mendene*, *Aſchmere*, *Gulſa* cum decimis terræ ſalicæ, ſive labore veſtro, ſive per Colonos veſtros elaborata fuerit; *Leia*, *Bettendorff*, *Ulma*, *Moſſendorff*, *Flattena*, *Pirna*, *Venhemi*, *Keichich*, *Gulſa*, *Mennendorp*, *Dorendorp*, *Mullendorff*, *Irminderodt*, *Hoffſtede*, *Pemuſſe*, *Luvesberg*, *Ganit-machim*, *Eſelenkircken*, *Huneff*; Villam *Hirzenowen*, quam Henricus quartus Rex eidem Cœnobio tradidit; Decimas ejuſdem Villæ; item Prædia in *Haneſa*, in *Wedome*, in *Tevorinck*, in *Hencena*, in *Niſtre*, in *Roprecbrode*, in *Brath*, in *Ocberode*, in *Winckenberg*, in *Alpach*; Decimam in *Heiſter-Corzzim*; Decimam in *Witzinkirchen*; Decimam in *Haneſa*; Decimam in *Brochſcozzim*, in *Kerich*; Beneficium pretio receptum in *Flattina*, Beneficium *Herradi*, pretio receptum, ſimiliter *Dudlingen*, in *Unckelbach*, in *Brubach*, in *Chricheſtorp*, in *Walcdorp*, in *Griszlere*; Manſum in *Wofuich*, Manſum in *Keſſenich*; duas partes vinearum in *Brubach*, prædium in *Brubach*, quod dedit Nobis Comes Thuringiæ Ludewicus pro anima Matris ſuæ Gunegundæ; Prædium in *Vennebnſen*, in *Spele*, in *Wolpinrode*, in *Godingeum*, in *Auvich*, in *Dalchnſen*, in *Reginſagin*; Prædium in *Hanneſa* à Fratribus de *Werdena* per Concambium acceptum; Prædium in *Ulpenich*, *Ulpich*, quod Walterus de Reul .ndt & Uxor ejus Vnda Nobis contulerunt; item Decimas in *Guzminich*, Decimas in *Geſeche*, quæ à Diœceſanis Epiſcopis canonicè ſunt collatæ. Donationem quoque Decaniæ abſolutam, in qua mons ipſe ſitus eſt, ſicut ab Epiſcopis Colonienſibus veſtro Monaſterio rationabiliter eſt collata.

Sane Advocatis, quibus pro tempore Monaſterii Advocatia commiſſa fuerit, interdicimus ne aliunde Advocatum conſtituant, neque de rebus ad ſua ſtipendia conferendis, neque de his, quæ pro juſtitiis perſolvuntur, amplius exigant, quam Annonis Archiepiſcopi deliberatione conſtat eſſe proviſum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Authoritate & Diœceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine Divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus,
Ego Theodoricus Port. ...... S. Rufinæ Sedis Epiſcopus,
Ego Iacintus Dive Cardinalis S. Mariæ in Cos Mydyn,
Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus,
Ego Petrus S. Suſannæ Presbyter Cardinalis,
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis,
Ego Michaël Sanctæ Mariæ novæ Diaconus Cardinalis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per
manus Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pres-
byteri Cardinalis & Cancellarii, XIII. Kal. De-
cembris, Indictione XIII. Incarnationis Domi-
nicæ anno M. C. LXXXI, Pontificatûs noſtri Do- 1181
mini Lucii anno primo.

CAPUT LXXVI.

Lucius III. *Pontifex circa annum* 1181. *confirmat Privilegia Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ S. Germani Montibus Hannoniæ.*

Ex Archivis Capituli.

Lucius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Nicolao Præpoſito Eccleſiæ S. Germani, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris, canonicè inſtituendis in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, & ut devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat.

Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam S. Germani de Montibus, in qua Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus;

Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & pacificè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis

modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata Eccleſia S. Germani ſita eſt, cum pertinentiis ſuis.

Altaria omnia Eccleſiarum; ipſius Caſtri, qui dicitur Caſtri-locus, locum, etiam Eccleſiam S. Waldetrudis; Eccleſiam S. Petri, jus alterius Eccleſiæ in portis S. Petri; Capellam S. Andreæ; Capellam Comitis ſupra portam; Capellam S. Nicolai in *Bertoimonte*; Capellam infirmorum.

Et liberam atque Canonicam Presbyterorum Inſtitutionem, cum Altarium oblationibus & obventionibus, quæ veſtris uſibus ſunt deputatæ. Prata, molendina, curtilia, cambas, domos, & quæcumque in locis adjacentibus dicto Caſtro poſſidetis.

Quidquid etiam apud *Quem*, apud *Jemappes*, apud *Genly*, atque apud *Elouges* habere noſcimini. Frumentum quoque & avenam, quæ ab Eccleſia S. Waldetrudis debentur Presbyteris Canonicis Eccleſiæ veſtræ ſpecialiter: Cenſum inſuper quem in die Cœnæ Domini Parochialis Presbyter veſter gerens curam animarum annuatim vobis ſolvere tenetur, ſcilicet quindecim fertones argenti: Servos & ancillas ad Eccleſiam veſtram pertinentes: Antiquas etiam & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque decernimus inviolabiliter obſervari. Authoritate quoque Apoſtolicâ duximus ſtatuendum, ne quis in vos vel Eccleſias veſtras excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiam abſque manifeſta & rationabili cauſa promulget.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis Clericos & Laïcos à ſæculo fugientes, liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos ſine contradictione qualibet retinere.

Prohibemus inſuper ne ulli Fratrum veſtrorum, poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit de eodem niſi majoris Religionis obtentu diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium Litterarum cautione nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, fas ſit vobis januis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis, ſuppreſsâ voce Divina Officia celebrare.

Inhibemus etiam, ut intra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, Capellam vel Oratorium abſque Diœceſani & veſtro aſſenſu nullus conſtruere de novo præſumat, ſalvis Privilegiis Apoſtolicæ Sedis.

In Parochialibus verò Eccleſiis quas habetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Diœceſano Epiſcopo præſentare, quibus, ſi idonei fuerint, Epiſcopus Curam animarum committat, & ei de ſpiritualibus, vobis verò de temporalibus debeant reſpondere.

Sepulturam præterea ipſius loci liberam eſſe decernimus, & eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deſideraverint, niſi excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omninò liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra reſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Apoſtolicæ Sedis & Epiſcopi Diœceſani Canonicâ Juſtitiâ.

CAPUT LXXVII.

Philippus *Flandriæ ac Viromandiæ Comes, Brugenſem Sancti Donatiani Eccleſiam privilegiis atque poſſeſſionibus adauget, anno* 1183.

Ex Archivis Ma. Eccleſiæ Camerac.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Amen.

Ego Philippus Dei gratiâ Flandriæ & Viromandiæ Comes, Theoderici Comitis piæ recordationis Filius, Dei primùm gratiâ præventus, Majorumque exemplo meorum & Sanctæ Matris noſtræ Eccleſiæ Doctorum ſalubri admonitione inſtructus, ſtatui ſanum mihi conſilium, quatenus Chriſtum mihi facerem heredem qui Nos perditos ſuo ſanguine redimendo ſibi coheredes fecit ſupernæ vocationis & participes ſuæ remunerationis.

Eccleſiam igitur in Caſtello Brugenſi ſub honore Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ Sanctique Patris noſtri Archi-Pontificis Donatiani conſtructam in libertatem ab omni publica exactione donavi, cum omnibus appendentibus ædificiis, Eccleſiis, terriſque & decimis, ad Præbendas Fratrum ſive ad Præpoſituram pertinentibus, à Prædeceſſoribus meis vel ab aliis fidelibus ibidem donatis ſive donandis, ſolum poſt Canonicam & liberam Canonicorum electionem de Præpoſito aſſenſum Mihi meiſque Poſteris reſervans.

Redecimationis verò nummorum de cunctis ovilibus meis, quæ ſimiliter ab Anteceſſoribus meis in ædificia Eccleſiæ data eſt, talem Mihi meiſque Succeſſoribus retineo poteſtatem, ut ſi Præpoſitus vel aliquis Canonicorum, cujus fidei ad ornatum loci commiſſa fuerit, eam male diſpoſuerit, vel ſine Fratrum ſuorum teſtimonio expenderit, per Me conſilio & judicio Canonicorum

corum ad emendationem & dignam compellatur correctionem.

Hanc tamen ipſam decimationem ſic liberam Eccleſiæ confirmo, ut numquam vel à Me vel à Poſteris meis ab uſu ipſius poſſit extorqueri, vel vi vel aſtutiâ fraudulentâ.

Præpoſitum ſanè ejuſdem Eccleſiæ, quicumque ſit, Cancellarium noſtrum & omnium Succeſſorum ſuſceptorem, etiam & exactorem de omnibus redditibus Principatûs Flandriæ, perpetuò conſtituimus, eique Magiſterium meorum Notariorum & Cappellanorum & omnium Clericorum in Curia Comitis ſervientium, poteſtativè concedimus.

Canonici verò quandocumque ad Curiam meam venerint, jus Cappellanorum obtineant, & in omnibus quidem bonis ad Præbendas eorum pertinentibus eamdem babeant libertatem quam Canonici Inſulanæ Eccleſiæ in beneficiis Præbendarum ſuarum habent, ſcilicet ut quæ inferiùs continentur, libera ab omni dominatione ſeu poteſtate cujuſquam & abſolutè ſint excepta; ejus quidem quem Præpoſitus & Canonici ejuſdem Eccleſiæ communi elegerint voluntate, qui & ipſe tam diu & non ulteriùs eorum rebus præſit quàm diu eis placuerit.

Hæc igitur bona Præbendis Fratrum attitulantur. Eccleſia S. Michaëlis in *Weinnabriga* cum omnibus appendentiis, decimis, pratis, agris, mancipiis, vectigalibus, excepto Regio Fiſco: Capella Sanctæ Crucis in Villa quæ dicitur *Gera*, cum omnibus decimis & terris adjacentibus: Cappella de *Wara*, & quæ dicitur *Ridraverda*, cum omnibus decimis & terris ſibi adjacentibus: Capella S. Chriſtophori juxta Forum: Eccleſia de *Widiſgatis*, & Eccleſia de *Kemlis*, cum omnibus decimis & terris ſibi attinentibus: Bodium de *Thicabuſca*: Bodium de *Formezela*: Bodium de *Ipris*: Eccleſia de *Eſua*, cum Cappellis ſibi attinentibus, *Dicaſmutha* & *Clarcq*.

In Parochia *Ooſtkercka* apud *Budanſliet* unum aratrum & tertia pars aratri, & grex unus ovium &c.

Hæc autem ſunt bona Præpoſituræ: Eccleſia *Ooſtcamp*, cum omnibus decimis & terra adjacenti: Bodium in Villa *Zarra* &c.

Si quis autem huic legitimæ noſtræ Confirmationi, & impreſſione Sigilli noſtri roboratæ, conſilio quoque ſubſignatorum Teſtium approbatæ, in aliquo contraire vel contradicere tentaverit, C. libras auri perſolvat. Signa autem Teſtium hæc ſunt,

Signum Gerulfi Decani,
S. Wiltbelmi Decani S. Audomari;
S. Gerardi de Meſcin,
S. Hugonis de Vutkercke,
S. Hugonis Urſe,
S. Joſephi,
Robini,
Hugonis Abbatis Canonicorum;
S. Wilhelmi Caſtellani Sancti Audomari,
S. Joannis Inſulenſis Caſtellani,
S. Euſtatii Camerarii,
S. Walteri de Loci.
S. Gilleberti de Aria,
S. Sigeri de Gand,
S. Walteri de Nivell.

Actum apud Male VIII. Calend. Aprilis, anno Incarnati Verbi MCLXXXIII. Indictione I. Epact. XXV. concurr. V. 1183.

CAPUT LXXVIII.

Lucius III. *Pontifex Donationes Godefridi I, Henrici I, & Godefridi II. Brabantiæ Ducum, in favorem Equitum Templariorum, confirmat circa annum* 1184.

Ex Archivis Ordinis Meliſonſis.

Lucius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis Filiis Magiſtro & Fratribus Domûs Militiæ Templi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Justis petentium deſideriis dignum eſt, Nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Quapropter dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu piam conceſſionem bonæ memoriæ Godefridi quondam Ducis Lotharingiæ Vobis & Domui veſtræ rationabiliter factam, ratam eſſe decernimus, eamque, ut indiſſolubilem obtineat firmitatem, præſentibus Litteris duximus inſerendam.

Statuit namque Divinitus inſpiratus, ut quindecim manſos & mareſium & prata uſque ad flumen Lane, in loco ubi ſylva fuit, & vadit ſecùs Terram Monachorum Sanctæ Mariæ & terram Viri Nobilis Goſowini, ex dono ſuo, propriâ conſentiente Uxore ſuâ, habeatis in poſterum & ad utilitatem Domûs veſtræ utiliter teneatis.

Præterea Nepos ejus Godefridus Dux Lotharingiæ, cum propriæ Uxoris aſſenſu, Donum à prædicto Godefrido Avo ſuo factum recognovit & ratum habuit, & ad exemplar ipſius relevamentum hominum ſuorum, tam in Ducatu de Brabantia, quàm in Comitatu de Areſcot, & in tota terra, & in Ducatu ſuo, ſicut ex Autentico Scripto ejus agnovimus, Vos habere conceſſit.

Adjiciens, ut quicumque de Fratribus veſtris in Curia ejus pro reditu illo colligendo morabitur, pro ſe & duobus Scuteriis, & tribus Equitaturis fenum & avenam habeat, & candelas, & ferraturas equorum de Curia ipſa percipiat.

Quæ utique omnia, ſicut piè & rationabiliter data ſunt & conceſſa, rata eſſe decernimus, & ea Vobis & Domui veſtræ Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus; ſtatuentes ut nulli omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere & ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Arimini X. Kal. Julii.

CAPUT LXXIX.

Desiderius *Morinorum Epiſcopus approbat Fundationem Abbatiæ Monialium Ciſtertienſium in* Blendecka *prope Audomaropolim in Artheſia*, *anno* 1186.

Ex Spicilegio Dacheriano.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Ego Desiderius Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus univerſis fidelibus in perpetuum.

Cum omnes retrò Sancti Patres, præventi & adjuti gratiâ Spiritûs Sancti, in id modis omnibus elaboraverint, ut amplificarent nomen Sanctitatis, Nos à longè eorum ſequentes veſtigia, adjuvante eo qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt, concurrentibus votis Filiorum noſtrorum, & inſtantiâ poſtulationis magnorum virorum circummanentium, ſtatuimus in Blendeco Vico Dioceſeos noſtræ, Congregationem Feminarum Deo regulariter ſervientium collocare.

Ne verò in tanto negotio aliquid de noſtro ſenſu præſumtione temerariâ cœpiſſe videremur, Dominum Metropolitanum Willelmum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum, virum videlicet altioris conſilii, dignum duximus ſuper hoc eſſe conſulendum. Quo conſulto, & propoſitum approbante, & congratulatione ſuâ ad id quod propoſueramus ampliùs provocante, Principem quoque terræ Illuſtrem Comitem Philippum unà cum M. Nobiliſſima Conjuge ipſius ſuper eadem cauſa adivimus, qui & unanimem aſſenſum cum multa hilaritate præbuerunt, & ſe auxilio & conſilio affuturos promiſerunt.

Hinc ergo majore fiduciâ nec immeritò aſſumptâ propoſitum aggredientes; communicato conſilio cum Capitulo noſtro, & partes ſuas aſſenſibus implente, Perſonatum Eccleſiæ Sanctæ Columbæ de Blendeka, cum omnibus pertinentiis ſuis, & obventionibus, Capellam quoque de Soiecca ad eumdem Perſonatum ſpectantem, inibi Deo ſervituris, ſalvo jure Parrochiali & Epiſcopali, liberaliter contulimus. Hanc libertatem & immunitatem eidem Eccleſiæ de communi conſilio Fratrum decernentes & indulgentes, ut in eadem Eccleſia Deo ſervientes liberam electionem habeant, & nulli perſonæ, niſi Nobis & Succeſſoribus noſtris, de Ordine ſuo, vel de quacumque alia re extra Capitulum ſuum habeant reſpondere, ſalvâ in omnibus Auctoritate Sedis Apoſtolicæ.

Ita ergo in nomine Domini inchoato negotio, acceſſerunt ad Nos dilectus Filius noſter Boidinus ejuſdem Parrochiæ Presbyter in præſentia Capituli noſtri, Donationem eidem Eccleſiæ faciens centum marcarum & ampliùs, & fidelis Vir Ghiſo Filius Everardi de Aria, ſimiliter ſexcentarum marcarum & ampliùs.

Nos verò providentiam ejuſdem Domûs in temporalibus, duobus prænominatis, tamquam induſtriis & primis in ejuſdem loci fundatione coadjutoribus noſtris, commiſimus.

Prædictas igitur Donationes tam noſtras quàm illorum Sigilli noſtri appenſione, Clarembaldi quoque Morinenſis Decani, & Lambini Morinenſis Archidiaconi, & Johannis Cantoris, ceterorumque Canonicorum aſſenſu, cum eorumdem Sigilli atteſtatione, in perpetuam poſſeſſionem eidem Eccleſiæ confirmamus.

Si qua verò Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona præfatas Donationes, vel quidquid devota largitio fidelium Eccleſiaſticarum ſæculariumve perſonarum contulit, vel in futurum contulerit, ſeu quidquid alio modo legitimè acquiſitum fuerit, ſubtrahere ab eodem loco vel imminuere tentaverit, cum Domino Jesu-Christo, & Matre ipſius Judicis, & Beata Columba Virgine & Martyre, cujus patrociniis idem locus munitur, in die Judicii rationem deducat, & ab Angelis Dei de medio juſtorum ſeparetur.

Quisquis verò ad ſuſtentationem inibi Deo ſervientium piam Donationem intulit vel intulerit, menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſupereffluentem remetiatur ei Dominus noſter Jesus Christus. Amen.

Actum anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXVI. 1186.

CAPUT

CAPUT LXXX.

Godefridus *Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux beneficia ab Equitibus Templi Jeroſolymitani recepta eidem Ordini liberaliter rependit, id teſtante Filio ejus Henrico, anno* 1188.

Ex Archivis Meliteníibus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Notum ſit & præſentibus & futuris, quod Godefridus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, tum pro ſalute animæ ſuæ ac Uxoris Imenæ & Parentum ſuorum, tum pro beneficiis, quæ à Magiſtris Sancti Templi Salomonis in itinere Sancti Sepulchri in Jeruſalem largè ac benignè ſuſceperat, in Civitate Beneventi in Domo eorumdem Fratrum ſuſceptus S. Templi, quindecim manſos, & mareſium & prata, uſque in fluentum Laine, ubi ſylva ſteterat, & extenditur ſecùs terram Monachorum Sanctæ Mariæ, & ſecùs terram Domini Goſwini, in manus Guillelmi de la Foſſa Magiſtri ejuſdem Templi Domorum quæ ſunt in Apulia & terra laboris coram Teſtibus idoneis liberè contulit, & omni jori ſuo in perpetuum renunciavit.

Ego autem Dei patientiâ Henricus Junior Lovaniæ anno Incarnat. Domini MCLXXXVIII mense Decembri, VII. Idus ejuſdem, heres quidem & Filius præfati Godefridi, præfatos manſos & mareſium & prata uſque in fluentum Laine propriâ manu & iteratâ donatione corroboravi, & ab omni requiſitione juris liberè manumiſi, & Teſtium ſubſcriptione & Sigilli mei impreſſione confirmavi. 1188.

Signum Galteri de Aa.
S. Arnoldi de Bigardis.
S. Galteri de Holtem.
S. Alardi Rape.
S. Joannis Pauw.
S. Goſwini de Iſcha.
S. Arnoldi Clerici.
S. Hugonis de Monte.

CAPUT LXXXI.

Philippus *Flandriæ ac Viromandiæ Comes, anno* 1189. *paciſcitur cum Eccleſia B. Mariæ, nunc Cathedrali, & aliis in Comitatu Cameracenſi exiſtentibus, de Protectione intuitu Gavalli, quod annuatim recipere debeat.*

Ex Archivis MS. Eccl. Cameræc.

PHilippus Dei gratiâ Flandrenſium & Viromandorum Comes, cunctis Fidelibus Chriſtianis tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Quanto præradiat cujuſque altæ generoſitatis titulus, quantò præeminet magnum Principatûs dominium, tantò ſui lux Generis tenebreſcit obſcuriùs, tantò dominii ſublimitas humiliatur abjectiùs, ſi contra Dei reverentiam, & hominum fidem, ſcienter inciderit perjurii reatum: gravitas enim delinquentis Perſonæ facit eſſe delictum gravioris culpæ.

Quapropter veſtra noverit univerſitas, quòd intuitu eleëmoſynæ Nobis collatum, Nos & Pater noſter Theodoricus à majore Eccleſia B. Virginis, & aliis Conventualibus Eccleſiis, per earum Villas in Comitatu Cameracenſi recepimus Gavallum. Et tactis SS. Pignoribus, publicè juravimus, quòd in Eccleſiis dictis, Deo ſervientes, & res eorum, ſi deprimerentur injuſtè, pro noſtro poſſe, contra quoſcumque conſervaremus; & hoc beneficium, non ad alium quàm ad legitimum heredem Flandriæ transferremus.

Hoc cautelâ ſanæ circumſpectionis determinato, quòd in terris Epiſcopi Cameracenſis, & Dominicatis Eccleſiarum, & ſcudis earum, non poterimus Gavallum accipere. Et ſi vel emptionis titulo, vel alio modo, tranſeant in alienum quodcumque Dominium, terræ quæ priùs ſolverunt Gavallum, cum ſua cauſa tranſire debent & onere, & Comiti Flandrenſi Gavallum ſolvere. Præſtiti reverentiâ ſacramenti, nulli Domino præfati Comitatûs Gavalli collectionem & receptionem condonare, neminem inde poſſumos feodare.

Si neceſſitas ingruerit, in Sanctorum Villas ad exercitium Juris & Dominii, non niſi vocati debemus intraire.

Si enim per aliquos malefactores damnum vel injuria Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis Perſonis, vel rebus earum illata fuerit; & hoc authoritate ipſarum Eccleſiarum, vel Miniſtrorum, ac Perſonarum earum, officio & poteſtate ſibi duntaxat ab Eccleſiis conceſſâ, poterit emendari, ad noſtrum non tenentur confugere Patrocinium.

Si verò per ipſas Eccleſias, vel earum Miniſtros damnum vel injuria emendari non poterit, tunc demùm contrà ſuos malefactores, ad noſtrum debent Patrocinium convolare, nec alterius poſtulare auxilium quàm noſtrum, niſi

Eccleſiaſticæ Cenſuræ dignitatem.

In quibus ſi malefactores juſtificaverimus, Nos, ſolo contenti Gavallo, delicti pœnam Dominis quorum eſt Villa, vel Villæ, integrè reſervabimus.

Nec debemus contrà Dominorum Jura, malefactorum verſutias fovere, ſi qui de ſuis hominibus ad noſtrum Patrocinium voluerint confugere.

Hæc eſt autem colligendi Gavalli menſura, & ordo. Carruca debet dare dimidium modium frumenti, & dimidium avenæ, Manu-operator, qui terram cultivam non habet, debet unum mencaldum frumenti, & unum avenæ ad menſuram Cameracenſem; Cameracique ſuum tenentur comportare Gavallum, ad locum eis prædictum.

Post meſſes collectas, noſtri ſervientes ſubmoneant Miniſtros Eccleſiarum, ut infrà quindecim dies poſt ſubmonitioocm eorum paratum ſit Gavallum. Quod ſi poſt quindecim dies non fuerit ſolutum à debitoribus Eccleſiarum auctoritate cogetur ſolvi cum pœna delicti, cooperante noſtrâ poteſtate.

Hujus autem Sacræ Paginam pactionis, ut apud noſtros Succeſſores perpetuum robur obtineat, & ſanctum Pietatis Officium magis & magis apud eos invaleſcat, appenſione Sigilli B. Virginis & noſtri, atque chariſſimæ Uxoris noſtræ Mathildis Reginæ alternatim ſanum duximus inſigniri, & Teſtes idoneos & ſufficientes ſubnotare.

Actum anno Verbi Incarnati milleſimo centeſimo octogeſimo nono. 1189.

Signum Domini Petri Atrebatenſis Epiſcopi,
Signum Joannis Abbatis,
S. Vedaſli,
S. Heriberti Abbatis,
S. Aucberti Cameracenſis,
S. Gerardi Abbatis S. Sepulchri Cameracenſis,
S. Hugonis B. Mariæ Decani,
S. Heriberti Decani S. Gaugerici,
S. Waltheri majoris Eccleſiæ Scholaſtici,
S. Vincentii Scholaſtici S. Gaugerici,
S. Henrici Cantoris B. Mariæ,
S. Joannis Cantoris S. Gaugerici,
S. Roberti Atrebatenſis Advocati Domini Bethuniæ,
S. Michaëlis Conſtabularii,
S. Joanois Capellani Inſulenſis,
S. Hugonis Caſtellani Bapelmenſis,
S. Wilhelmi de Atrebato Militis,
S. Petri de Duaco,
S. Goſſuini de S. Albino,
S. Waltheri de Leſpaet.

CAPUT LXXXII.

Conſtitutio Capituli Metropolitani Colonienſis, quod octo Præbendæ Sacerdotales ſemper in Eccleſia Colonienſi habeantur, & conſtitutus in Ordine Sacerdotali in Locum defuncti eligatur, anno 1191.

Ex MS. Colonienſibus.

TH. Dei gratiâ Major in Colonia Præpoſitus, C. Major Decanus, Archidiaconi, totumque Capitulum B. Petri univerſis tam præſentibus quàm futuris, quorum conſpectui hoc præſentatum fuerit, in præſenti gratiam, & gloriam in futuro.

Cum ad abolitionem peccatorum quamplurima ſint Nobis à Domino virtutum remedia conſtituta: potiſſimum tamen eſt Immolatio Hoſtiæ Salutaris, quæ in commemorationem ſit Dominicæ Paſſionis: per hanc anima vegetatur, corpus ad reſiſtendum vitiis roboratur; hæc eſt vivis opportuna, viam univerſæ carnis ingredientibus neceſſaria, & defunctis jucunda. Tanti igitur Sacramenti dignitate, ac Eccleſiæ noſtræ utilitate conſideratis diligenter, placuit Nobis ea, quæ inferiùs continentur, ordinare de aliquot Præbendarum noſtrarum locatione in Miniſtros Hoſtiæ hujus Sacroſanctæ.

Eo itaque Auctore, à quo recta conſilia, & juſta ſunt opera, ſtatutum & diſpoſitum eſt à Nobis, voluntate & conſenſu omnium noſtrorum & ſingulorum accedente, ut in Eccleſia noſtra octo ſemper habeantur Præbendæ, ab iis tamen, qui Sacerdotali Ordine mancipati fuerint, habendæ.

Quod ſi aliquos de numero eorum, vel exire de vita contigerit, vel exire de Eccleſia, in locum decedentis, vel diſcedentis, erit tantùm ſubſtituendus in Sacerdotali Ordine conſtitutus.

Ut igitur condita laudabilis Deo & hominibus Ordinatio robur perpetuum habeat, & neſcientibus nota fiat, præſentem Paginan conſcribi fecimus, appendentes eidem Eccleſiæ noſtræ Sigillum.

Acta ſunt anno milleſimo centeſimo nonageſimo primo. 1191.

CAPUT

CAPUT LXXXIII.

BALDUINUS DE MAURITANIA, *Caſtellanus Tornacenſis benefacit Abbatiæ Criſpinienſi, Ordinis S. Benedicti, anno* 1192. *eandemque Donationem anno* 1380. *rati-habet Carolus V. Francorum Rex.*

Ex Baſſi Cœnobiarchiæ Criſpinienſi.

IN nomine Domini, Ego BALDUINUS de Mauritaniâ Caſtellanus Tornacenſis, notum facio præſentibus & futuris omnibus, quod exemplo Patris mei illuſtris memoriæ Everardi Raddonis incitatus condonavi in eleëmoſynam Eccleſiæ Sancti Landelini Criſpinienſis vinagia ſeu vectigalia omnium vecturarum & navium per terram meam tranſeuntium, & res Eccleſiæ prælibatæ commeantium.

PRÆCIPIO & injungo cunctis in terra mea commanentibus, ut hanc libertatem rerum ad Eccleſiam Criſpinienſem pertinentium & per terram meam commeantium, pro ſalute animæ meæ & Helduidis Conjugis meæ, nec non Parentum meorum, & Liberorum meorum, pro poſſe ſuo tueantur & conſervent.

UT igitur hoc Donum, pariterque eleëmoſyna perpetuis temporibus vigeat & rata permaneat, hanc Paginam Sigilli mei impreſſione corroborari ac muniri feci.

ACTUM anno Incarnati Verbi MCXCII. ſecundo Idûs Februarii. 1192.

KAROLUS Dei gratiâ Francorum Rex, notum facimus univerſis præſentibus pariter & futuris, Nos vidiſſe Litteras formam quæ ſequitur continentes. Confirmatio Karoli Francorum Regis

IN nomine Domini. Ego BALDUINUS de Mauritania Caſtellanus Tornacenſis &c. Quas quidem Litteras ac omnia ac ſingula in eis contenta Nos ad ſupplicationem Religioſorum Abbatis & Conventûs Eccleſiæ Criſpinienſis prædictæ laudamus, approbamus, ac etiam in quantum Nos tangunt, & dicti Religioſi præmiſſis hactenus uſi fuerunt, tenore præſentium de noſtra ſpeciali gratia & auctoritate Regia confirmamus &c.

DATUM Pariſiis anno Domini M.CCC.LXXX. & Regni noſtri primo, menſe Januarii. 1380.

CAPUT LXXXIV.

BALDUINUS DE LOPON *Miles, ejuſque Uxor* ODA *fundant ac dotant Prioratum S. Nicolai de* Oignies *Canonicorum Regularium Diœceſis olim Leodienſis, nunc Namurcenſis, anno* 1192. *probantibus Præpoſito & Capitulo Foſſenſi.*

Ex MS. Monaſterii.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

EGO HENRICUS Dei miſeratione Foſſenſis Eccleſiæ Præpoſitus, & Decanus, totiuſque ejuſdem Eccleſiæ Conventus, notum facimus tam præſentibus quàm futuris, quod Balduinus miles de Lopon & Vnerabilis Uxor ejus Oda, Cognatis & amicis qui conſentire debebant approbantibus, decimam de Villa quæ *Roulz* dicitur, & terram *Curturiolam* dictam, & decimam fœni de *Onignes*, & licentiam acquirendi circumquaque bonarium terræ, Beati Nicolai Eccleſiæ contiguè, & jus Patronatûs in Eccleſia de *Monlgnes*, pro remedio animarum ſuarum ſuper Altare Beati Foillani Foſſenſis Eccleſiæ ad uſus Fratrum in Eccleſia Beati Nicolai de *Onignes* Domino famulantium reportaverunt, ſub teſtimonio Nobilium Virorum & Clericorum quorum nomina ſubſcripta ſunt, approbante etiam hanc Donationem & confirmante Domino Alberto Leodienſi Epiſcopo.

EA etiam conditione, quod Fratres in Eccleſia Beati Nicolai de *Onignes* Domino in perpetuum famulaturi prædictam decimam & cetera ſibi liberè conceſſa, plenariè & ſine calumnia poſſiderent.

Adjunctum eſt etiam quod Eccleſia B. Nicolai Eccleſiæ Foſſenſi ſingulis annis aureum denarium XII. den. publicæ monetæ valentem in Capite jejunii exſolveret, & Eccleſia Foſſenſis prædictæ Eccleſiæ de *Onignes* in expenſis ei patrocinium & defenſionem exhiberet. Statutum eſt etiam, quod Fratres Eccleſiæ Beati Nicolai Priorem ſibi eligant idoneum: & Priorem ſive quemcumque Prælatum electum idoneum prædicta Eccleſia Foſſenſis ſibi præſentatum ſine contradictione confirmet. Prior etiam Sacerdotem in Eccleſia de *Moulgnes* inſtituet: inſtitutum autem Foſſenſis Eccleſia Archidiacono præſentabit.

CETERUM Prior Fratres quos ſibi noverit idoneos, cum conſenſu Fratrum, in prædicta recipiet Eccleſia, nuſquam eos niſi Fratribus ejuſdem loci præſentaturus. Ut autem prædicta rationabiliter ordinata firmiter perſeverent, præſentis Sigilli noſtri munimine roboramus, Auctoritate Beati Foillani Martyris & noſtrâ prohibentes, ne aliquis prædictæ Eccleſiæ jura vel Factum iſtud audeat perturbare.

Digitized by Google

perturbare. Hujus autem rei Teſtes ſunt,
Henrieus Foſſenſis Eccleſiæ Præpoſitus,
Magiſter Anſelmus Decanus,
Magiſter Robertus Eccleſiæ S. Petri in Namurco Præpoſitus,
Magiſter Bernardus,
Balduinus Faber,
Balduinus de Foro,
Foillanus Johannes de Ayſan,
Henricus de Marbais.

Milites autem hujus rei ſunt Teſtes,
Manaſſes de Prelle,
Walterus de Marbais,
Jacobus de Sombreffe,
Sigerus de Ham, &
Johannes Filius ejus,
Johannes de Aveloez,
Philippus de Famines.

Actum eſt autem hoc publicè anno ab Incarnatione Domini M. C. XCII. 1192.

CAPUT LXXXV.

Joannes *Cameracenſis Epiſcopus Abbatem S. Auberti Ord. Canonicorum Regularium Cameraci ſuum Capellanum conſtituit anno 1194, eique confert Præbendam in Eccleſia ſua Cathedrali.*

Ex Archivis MS. Abbatiæ.

In nomine Domini. Joannes Dei gratiâ Cameracenſis Epiſopus tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Officii noſtri ratio Nos hortatur & admonet, honorabiliora Eccleſiæ membra quæ potioribus ſtudiis & meritis juvantur, in partem oneris noſtri & honoris aſſumere, ut in Domo Domini lucerna boni operis ſuper candelabrum poſita exemplo ſuo alios inſtruant & informent.

Attendentes igitur honeſtatem & religionem Abbatis & Canonicorum Sancti Auberti, qui etiam ingenio ad Officii & babitûs noſtri propiùs conformitatem accedunt, de conſilio & aſſenſu Capituli noſtri, eiſdem Capellaniam noſtram perpetuò duximus conferendam; ita ut Abbas, quicumque Collegio præerit, Nobis hominium faciet, & in Menſa Domini & Divinis Officiis in majoribus Solemnitatibus per ſe vel per perſonam interpoſitam, ſi neceſſitate teneatur excuſabili, miniſtrabit, & ad electionem noſtram unum de Canonicis ſuis quem elegerimus, aſſiduo Eccleſiæ & debito Capellæ noſtræ & noſtro ſervitio deputabit; pro voluntate noſtra mutandum: per omnia ſalvo jure & ſervitio conſueto Eccleſiæ noſtræ; ſalvo etiam Ordine ſuo & debitâ obedientiâ Abbati ſuo penitùs reſervatâ.

Idem Canonicus Nobis miniſtrabit: de fructibus verò & obventionibus tam Præbendæ, quàm redditúum & oblationum nichil protsùs ſibi retinebit, ſed ad uſus Eccleſiæ in manus Abbatis cuncta fideliter & integrè reportabit.

Si autem minutionis aut infirmitatis ſive alicujus occupationis occaſione detentus fuerit, alter de Canonicis ejus ſupplebit Officium, qui quotidianam recipiet diſtributionem: & ſi aliquando plures adfuerint, ſoli dabitur ſtipendium quotidianum: quod Beneficium numquam eidem Eccleſiæ dabitur, niſi quando per unius Fratrum ſuorum præſentiam ibidem deſervierit.

Hujus igitur piæ donationis eleëmoſina ut in perpetuum rata & inconcuſſa perſeveret, Auchoritate præſentis Paginæ & idoneâ Teſtium conſcriptione duximus confirmandam,
Signum Ægidii Archidiaconi,
Magiſtri Danielis Cantoris,
Nicholai,
Magiſtri Roberti, Canonicorum Beatæ Mariæ Sociorum noſtrorum.
Signum Almarici,
Johannis Gamelonis, Canonicorum Attrebatenſium.
Signum Dulcoti,
Johannis Telonearii,
Johannis Camerarii, ſervientium noſtrorum Feodatorum.

Ne quis autem eleëmoſinæ noſtræ Beneficium minuere, vel huic Scripto aliquatenùs obviare præſumat, datâ conſervatoribus benedictione, in prævaricatores quoad reſipuerint excommunicationis ſententiam pronuntiamus.

Datum Cameraei anno Dominicæ Incarnationis MCXCIV. V. Nonas Martii, Præſulatûs noſtri anno tertio. 1194.

CAPUT LXXXVI.

Capitulum Cathedrale Cameracenſe aſſenſum præbet anno 1194. Conſtituto Joannis Epiſcopi ſui in favorem Abbatis S. Auberti Cameraci.

Ex Archivis Abbatiæ.

In nomine Domini. Johannes Præpoſitus, Hugo Decanus & univerſum Beatæ Mariæ Cameracenſis Eccleſiæ Capitulum, præſentibus & futuris in perpetuum.

Suadet honeſtas & ratione commonemur, honorabiliora Eccleſiæ membra quæ potioribus ſtudiis juvantur & meritis, ad Eccleſiæ noſtræ ſervitium & cultum Divinæ laudis admittere, ut in Domo Domini Lucerna boni operis ſuper Candelabrum poſita exemplo ſuo alios inſtituant & informent.

Attendentes igitur honeſtatem & religionem Abbatis & Canonicorum Sancti Auberti, qui

etiam viciniùs ad officii & habitus noſtri conformitatem accedunt, Donationem Capellaniæ quam Venerabilis Epiſcopus noſter Johannes concurrente conſilio & aſſenſu noſtro eidem Eccleſiæ contulit titulo eleëmoſynæ perpetuò poſſidendam, ſalvo jure & debito ſervitio Epiſcopi ac Eccleſiæ noſtræ, juxta formam quæ in ipſius Epiſcopi continetur autentico, ratam habentes, eamdem eleëmoſynam quantum in Nobis eſt approbamus, & ut in perpetuum illibata conſervetur, præſentis Scripti patrocinio & perſonarum noſtrarum & ſufficienti Canonicorum Teſtimonio eam confirmamus.

Signum Johannis Præpoſiti,
S. Hugonis Decani,
S. Magiſtri Adæ,
Ægidii,
Petri,
Nicholai,
Magiſtri Berteri, Archidiaconorum,
S. Hugonis Theſaurarii,
S. Fulconis,
Stephani,
Roberti, Sacerdotum,
S. Magiſtri Danielis, Cantoris,
Nicholai,
Goberti, Levitarum,
S. Roberti,
Adæ,
Hugonis,
Balduini, Sublevitarum.

Datum anno Dominicæ Incarnationis M. C. 1194.
XCIV. quinto Non. Martii. Præſulatûs Domini Johannis tertio.

CAPUT LXXXVII.

Idem confirmat Wilhelmus *Archiepiſcopus Remenſis, ac S. R. E. Cardinalis, anno* 1194.

Ex iiſdem Archivis.

Willelmus Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverint tam præſentes quàm futuri, quod Venerabilis Frater noſter Johannes Cameracenſis Epiſcopus Dilectorum Filiorum noſtrorum Herberti Abbatis & Conventûs Sancti Auberti Cameracenſis honeſtatem & religionem conſiderans, eis Capellaniam ſuam conceſſit in perpetuum obtinendam; ita quod Abbas quicumque prædictæ præerit Abbatiæ, eidem Epiſcopo Hominium faciet & in Menſa Domini & Divinis Officiis in majoribus Solempnitatibus per ſe vel per alium, ſi neceſſitatem habuerit excuſabilem, miniſtrabit.

Idem Abbas unum de Canonicis ſuis quem Epiſcopus elegerit, aſſiduo Eccleſiæ & debito Capellæ & Epiſcopi ſervitio deputabit, pro ſæpedicti Epiſcopi voluntate mutandum. Salvo per omnia jure & conſueto ſervitio Eccleſiæ Cameracenſis, ſalvo etiam Ordine & Abbatis obedientiâ, Canonicus ille prædictum officium exercebit.

De fructibus & obventionibus tam Præbendæ quàm reddituum & oblationum nichil prorsùs ſibi retinebit; ſed ad uſus Abbatiæ in manum Abbatis cuncta fideliter & integrè reportabit.

Si autem minutionis aut infirmitatis, ſive alicujus occupationis occaſione detentus fuerit, alter de ejuſdem loci Canonicis, ejus vicem ſupplebit & cotidianam recipiet diſtributionem, & ſi aliquando plures affuerint, ſoli dabitur ſtipendium cotidianum.

Hoc autem Beneficium numquam prædictæ dabitur Abbatiæ, niſi quando unus Canonicorum in propria deſerviet perſona.

Hanc verò Conceſſionem de conſilio & aſſenſu Capituli Cameracenſis factam, tam prædictus Epiſcopus quàm Capitulum Scripto Autentico & Sigilli ſui impreſſione firmavit. Nos etiam ad ampliorem hujus rei confirmationem & certius teſtimonium præſentem Paginam ſcribi & Sigilli noſtri Karactere fecimus conſignari.

Actum anno ab Incarnatione Domini M. C. 1194.
XCIV. menſe Martio, decimo Kalendas Aprilis.

Datum apud Sanctum Quintinum per manum Matthæi Cancellarii noſtri.

CAPUT LXXXVIII.

Balduinus *Comes Hannoniæ confirmat Donationem ab Fratre ſuo Henrico Seburgi Domino factam Monaſterio S. Landelini in Criſpinio, Ordinis S. Benedicti, anno* 1195.

Ex Rotulo Cœnobiarchia Criſpinienſi.

In nomine Domini amen. Summus rerum ille Parens in hoc ſaluti mortalium piè conſuluit, quod lenocinantium culparum contagia medicinalis eleëmoſynæ remedio diluenda perdocuit. Exempli hujus inſtinctu commonitus Ego Balduinus Marchio primus Namureenſis & Comes Hainoënſis notum & certum fieri volo omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod cùm Henricus Germanus meus Villam quæ Sebourck dicitur de me teneret, & ipſe quandam injuſtam conſuetudinem (quæ vulgò Tallia dicitur) apud eandem Villam Sebourck,

bourck, ſuper terras Criſpinienſis Eccleſiæ, illas dumtaxat, quæ de ſua Advocatia eſſe videbantur, exigeret; tandem intuitu timoris Dei, pro animæ ſuæ remedio, eandem taxationem ſeu Talliam ſuper Altare Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Sanctique Landelini, nomine & titulo eleëmoſynæ reſignavit & obtulit.

At Ego, quia quidquid apud Sebourck idem Frater Meus Henricus habebat, de Me, ut prædictum eſt, tenebat, precibus Domini Hugonis Abbatis & ejus Succeſſoris Goſſellini, Fratrum quoque ejuſdem loci Criſpinii acquieſcens, prælibatam eleëmoſynam laudavi, & ut ſaluti animæ meæ proficiat, eamdem lubenti animo conceſſi. &c.

Acta ſunt hæc anno milleſimo centeſimo 1195.
nonageſimo quinto.

CAPUT LXXXIX.

Joannes *Cameracenſis Epiſcopus Ceſſionem Altaris Anderlechtenſis à Capitulo ſuo factam,* * *in favorem memorati Canonicorum Collegii, confirmat & approbat anno* 1195.

* Juxta Tabulas ſuprà editas pag. 974.

Ex Archivis Anderlecht.

Joannes Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Vivacis monumento paginæ & temporis aboletur ſenium & rei ſolemniter geſtæ perpetuatur memoria, ut in tranquillitatis gremio contra caſum foveatur quemlibet & quieſcat.

Quapropter præſenti committimus Memoriali, quod Joannes Beatæ Mariæ Cameracenſis Præpoſitus, Adam Decanus, & univerſum ejuſdem loci Capitulum, pauperis & honeſti Capituli Eccleſiæ Beati Petri de Anderlecht unanimi miſericordiâ miſerati pauperiem, eidem, ut ex eorum habens beneficio undè creſcat, in Divinis alacriùs excitetur laudibus, Altare ejuſdem loci quod ad eorum ſpectare dignoſcitur Perſonatum, cum omnibus decimationibus tam majoribus quàm minutis, unà cum mancipiis, terris cultis & excolendis, nec non & pratis, reliquis quoque poſſeſſionibus quæ inibi ad eorum Perſonatum pertinent, ſub annua penſione 40. librarum Cameracenſis monetæ, pro motu temporis quo publicè creetur, unicordi contulerint conſenſu, tranquillâ pace perpetim poſſidenda.

Statutum eſt etiam, quod ex jam dictis 40. libris, 20. libræ quotannis in Natali Domini, reliquæ verò 20 in Pentecoſte integrè perſolventur: ita tamen quod Canonicis Beatæ Mariæ per Anderlechtenſis Eccleſiæ ſumptus, ne pro eis laborare compellantur, jugiter afferentur.

Cæterum quotieſcumque præſcriptæ Canonici Eccleſiæ Canonicorum Beatæ Mariæ indiguerint auxilio, ipſi eis ex affluenti miſericordia benignè tenentur adeſſe, eorumque ſubire labores, Anderlechtenſibus quidem ſumptibus & expenſis.

Decretum quoque eſt ex communi utriuſque Capituli conſilio, quod ſi quo modo redditus ipſius Altaris ſupra ſummam ſupranominati censûs excreverit, quidquid ſuperabundaverit, in uſus Fratrum in præfato loco reſidentium ac Deo jugiter famulantium (quia dignus eſt operarius cibo ſuo) cedat æquâ lance diſpenſandum.

Hanc igitur piæ pactionis dignæque inſtitutionis Paginam inconvulſam manere volentes, eam noſtri appenſione Sigilli & ſufficienti Teſtium ſubſcriptione duximus communire.

S. Joanois Præpoſiti,
Fulconis,
Sigeri,
Walteri, Præsbiterorum.
Helgoti,
Stephani,
Nicolai, Levitarum.
S. Hugonis,
Balderici,
Joanois, Sublevitarum.

Actum anno Verbi Incarnati M.C.XCV. Præ- 1195.
ſulatûs verò noſtri tertio.

CAPUT XC.

Henricus I. *Brabantiæ & Lotharingiæ Dux præfatam Ceſſionem Altaris Anderlechtenſis ſuo Diplomate confirmat, anno* 1195.

Ex Archivis Anderlecht.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ omnibus tam futuris quàm præſentibus in perpetuum.

Sæpe fit ut rei publicæ geſtæ tranquillitatem longitudo temporis præbeat. Eapropter in publicam prodire volumus notitiam, quod Joannes Dei gratiâ Cameracenſis Præpoſitus, Decanus, & univerſum quod cum eis eſt Capitulum, Altare de Anderlecht cum omnibus appenditiis & omni integritate juris, Canonicis

de

de Anderlecht ibidem reſidentibus & Domino ſervientibus ſub annua penſione 40. librarum Cameracenſis monetæ ad petitionem noſtram contulerint perpetim poſſidendum; undè, ne qua impoſterùm poſſit oriri calumnia, hoc factum tam legitimâ ſanctione firmatum, ſtabile & inconvulſum manere volentes, Sigilli noſtri appenſione & fideli noſtrâ defenſione corroboravimus.

ACTUM anno Incarnat. Dominicæ M.C.XCV. 1195

CAPUT XCI.

STEPHANUS *Tornacenſis Epiſcopus conſtituit in Eccleſia ſua leges Foraneitatis anno* 1196; *quas poſtmodum Cæleſtinus II. & Alexander IV. Romani Pontifices ſervari mandarunt.*

Ex Archivis Eccl. Tornac.

STEPHANUS Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, & Arnulphus Decanus, cum reliquo ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint in perpetuum.

INSTITUTIONIS Eccleſiaſticæ forma multis excogitata vigiliis, ſecundùm diverſitatem locorum & temporum perſonarumque & cauſarum varietatem diverſis conſuetudinibus ordinatur & regitur, diſponitur & ſervatur. Una tamen eſt Eccleſia, una Dei columba, una Fides Catholica, una circumdata varietate Religio Chriſtiana. In hoc autem omnes Apoſtolici & Evangelici Patres unum præbuerunt conſenſum, ut qui Altario ſerviunt de Altario vivant, qui gregem paſcunt, de lacte gregis edant, fructum vineæ colligant, qui vineam plantant, & in vinea laborant: ſicut enim alligari non debet os bovis triturantis, & dignus eſt operarius mercede ſuâ, ità & præcipitur; ut qui non laborat nec manducet.

QUIA tamen diebus noſtris infirma ſunt tempora, & homines ſeipſos amantes & quærentes quæ ſua ſunt, in pluribus Eccleſiis connumerari & intitulari volunt, & in ſingulis percipere ſtipendia, quamvis vel tenuiter non deſerviant in una: Nos multitudini parcentes & Fratrum compatientes infirmitatibus, eos de Collegio noſtro qui à modo Canonici inſtituentur in Eccleſia noſtra, ſi aſſiduè in ea Manſionarii non fuerint, nec omninò privare volumus Beneficio, nec plena cum aliis percipere ſtipendia qui in vinea Domini pondus diei portant & æſtus.

STATUIMUS ergo, ut qui à modo inſtituentur in Eccleſia noſtra Canonici, & Foranei potiùs quàm Manſionarii ſive Stationarii eſſe voluerint, quatuor tantùm marchas annuatim pro Præbenda ſua percipiant, triginta & duobus ſolidis Flamingorum per ſingulas marchas computandis, quæ ipſâ Dominicâ, quâ cantatur *Miſericordia Domini*, perſolventur.

SI autem aliquis priùs Foraneus, poſtmodùm voluerit eſſe Stationarius & aſſiduus, quadraginta diebus continuis ante Feſtum Sancti Petri ad vincula deſerviat Eccleſiæ in propria perſona, contentus interim cotidianâ diſtributione horarum, anniverſariorum & refectorii, & ita percipiet annonam & reliquos redditus illius anni.

QUOD ſi perceptâ annonâ ſeſe abſentaverit & ultrà viginti dies moram fecerit, pro Foraneo habebitur, nec ultra pro Stationario reputabitur, nec aliquid recipiet de Præbenda, priuſquam Capitulo de percepta ſatisfecerit annona. Si autem Foraneum poſt Kalendas Auguſti inter Stationarios quocumque tempore recipi contigerit, expletâ quadraginta dierum ſicut prædiximus obſervantiâ, integram fructuum exceptâ annonâ cum Stationariis accipiet portionem.

ABSENTIAM verò viginti dierum per quam debeat judicari Foraneus, Decanus & Capitulum, cognitâ & inſpectâ magnâ neceſſitate Canonici, ſi viderint expedire, prolixiori dierum ſpatio poterunt temperare.

SI etiam aliquis Canonicus propter manifeſtum negotium Capituli vel Epiſcopi abſens fuerit vel cum Epiſcopo equitaverit, illorum dierum abſentialium anguſtia ad hoc ut Foraneus judicetur non poterit coarctari.

A præfatâ etiam Foraneitatis diſtinctione excluduntur Scholares, peregrinantes, & infirmi qui curandi corporis causâ ad locum commodiorem, ubi Medicorum & medicinarum copia habeatur uberior, duxerint tranſeundum: ob has etenim cauſas, impetratâ Capituli licentiâ, egreſſi, omnia ſine diminutione percipient, præter anniverſaria, refectorium & cotidianam horarum diſtributionem.

HÆC utique abſentiarum Privilegia eis ſolis ſtatuimus indulgenda, qui tempore quo ad eas quæ dictæ ſunt probabiles abſentias exierint, proximum anteà annum integrè extra Statutum Foraneorum egiſſe probabuntur: ſolos & hos qui in Sacris Ordinibus fuerint conſtituti dictarum indulgentiarum volumus gaudere Beneficio.

IN minoribus verò Ordinibus videlicet infra Subdiaconatum conſtitutis nec aliquod in abſentia Privilegium, neque locum in Capitulo, neque ſtallum in Choro extra ordinem puerorum ſtatuimus eſſe concedendum. Si quis verò ſupra memoratâ viginti dierum abſentiâ nimis frequenter uti voluerit, aut in fraudem dictæ Conſtitutionis aliquid malicioſè attemptaverit, omnes ejuſmodi cluſoriæ verſutiæ Capituli diffinitione ad moderamen debitum reſecentur.

QUOD ſi fortè aliquem tempore Foraneitatis ſuæ ab hac luce migrare contigerit, penſionem Foraneis aſſignatam pro anniverſario recipiet, reliquique

liquique ipſius anni fructus in uſus refectorii cedent ad reditus comparandos. Præbendâ quoque Foranei de viva perſona in vivam tranſeunte, ejus annuale ſicut & Stationarii, uſibus refectorii integ è erit applicandum.

Quilibet ergò deinceps inſtituendus Canonicus in ipſa inſtitutione ſua, antequam locum in Choro aut in Capitulo habeat, vel aliquid de Præbendæ fructibus accipiat, ſolemni juramento corporaliter præſtito firmabit ſe ſupraſcripta omnia inviolabiliter obſervaturum.

Ne igitur hæc noſtræ Conſtitutionis Pagina in poſterum oblivione deleri valeat, aut cujuſquam maliciâ perverti, ipſam Epiſcopali & Capituli Sigillo, cum annotatione eorum qui præſentes aſſenſum præbuerunt, fecimus roborari; eos nihilominùs excommunicationis ſententiâ percellentes, qui ipſam aliquatenùs infringere, aut ei auſu temerario præſumpſerint contraire.

1196. Actum Tornaci anno Incarnati Verbi milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto, eodem anno incipiente Kal. Januarii, regnante glorioſiſſimo Rege Philippo ſecundo.

Signum Stephani Tornacenſis Epiſcopi.
Signum Arnulphi Decani.
Signum Goſſuini Archidiaconi.
Signum Theodorici Flandriæ Archidiaconi.
Signum Theodorici Præpoſiti.
S. Johannis Cantoris.
S. Gonteri quondam Chriſtianorum Decani.
S. Henrici Hoſpital.
S. Magiſtri Guinomari.
S. Magiſtri Walteri ſeniotis.
S. Henrici Senogiens.
S. Willielmi de Bocarmes.
S. Theodorici de Aldenarde.
S. Johannis Laudunenſis.
S. Walteri de Jabiecca.
S. Stephani de Anglia.
S. Johannis de Montibus.
S. Symonis de Oberck.
S. Balduini de Waſia.
S. Goſſuini de Salines.
S. Goſſelini de Holai.
S. Walteri de Atrio.
S. Hugonis de Popiola.
S. Gonteri Cathel.
S. Thomæ de Sancto Petro.
S. Matbei de Sancto Piato.
S. Yvonis de Vinea.

Confirmatio Cœleſtini III. Pontificis.

Cælestinus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Stephano Epiſcopo & dilectis Filiis Capitulo Tornacenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Æquitas juris & conſuetudo Eccleſiæ nihilominus approbata requirit, ut quæ rationabiliter ſtatuuntur, Confirmationis auctoritatem ab hac Sede recipiant, quæ eſt ſupra firmam Petram ab ipſo Jeſu Chriſto propter meritum B. Petri conſtructa.

Constitutionem itaque quam unanimi voluntate feciſſe noſcimini, videlicet quod illi qui de cetero in Eccleſia veſtra fuerint ordinati & Canonici inſtituti, & Foranei potiùs quam Stationarii eſſe voluerint, quatuor tantummodo marchas, ad pondus Flandriæ triginta & duobus ſolidis Flandrenſis monetæ pro marchis ſingulis computandis, pro Præbenda in Dominica, quâ cantatur *Miſericordia Domini*, percipiant annuatim, ſicut providè & rationabiliter facta eſt, & in Scripto exinde confecto expreſſum habetur, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Ad majorem autem habendam in poſterum firmitatem, Autenticum ipſum de verbo ad verbum hîc inferiùs duximus adnectendum, cujus tenor talis exiſtit: Stephanus Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter &c.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum licitum ſit hanc noſtræ Paginam Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani II. Nonas Junii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Gualtero Epiſcopo & dilectis Filiis Decano & Capitulo Tornacenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Confirmatio Alexandri IV.

Ea quæ ad decorem & profectum Eccleſiarum ſalubri providentiâ ſtatuuntur, digno debent robore convaleſcere, & ut perpetuam obtineant firmitatem, Apoſtolico ſunt patrocinio munienda.

Cum autem providere velletis, ne Eccleſia veſtra debitis fraudaretur obſequiis, circumſpectâ providentiâ duximus ſtatuiſſe, ut nullus à modo debeat in Canonicum ipſius Eccleſiæ recipi, niſi priùs ſtabilitatem & aſſiduitatem loci promittat. Si verò aliquis veſtrum tranſgreſſor ſic factæ promiſſionis extiterit, de fructibus Præbendæ ſuæ quatuor tantùm libras percipiat annuatim: & ſi fortè juramentum ſuper hoc præſtiterunt ipſumque præſumpſerint violare, & commoniti quantocyus juratam ſtabilitatem non obſervaverint, fructibus Præbendarum ſuarum omnino priventur: his dumtaxat exceptis qui cum licentia veſtra ſcholas adierint gratiâ ſtudiorum, vel à Vobis petitâ licentiâ iter arripuerint Sedem Apoſtolicam viſitandi.

Ne igitur quod ſuper his à Vobis eſt providâ circumſpectione ſtatutum temeritate quorumlibet infringatur; præſcriptam Inſtitutionem ſicut præſcripta eſt ratam habemus & firmam, eamque Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere vel ei aliquatinus contraire: Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Data Anagniæ XIV. Kal. Januarii.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XCII.

HENRICUS VI. *Imperator confirmat anno 1196. Privilegium conceſſum Abbatiæ S. Auberti Cameraci, de quo ſupra Cap. 85.*

Ex Archivis Abbatiæ.

HEINRICUS VI. Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, Rex Siciliæ.

INTER diverſorum acta diverſa & propoſita, in quibus Majeſtatis noſtræ favor requiri ſolet frequentiùs & aſſenſus, eam habere conſuevimus diſpenſationem, ut illorum in his præcipuè inclinemur deſideriis, quæ ab eis ratione pietatis proceſſum habere dinoſcuntur aut honeſtatis.

QUA ſanè inſpectâ conſideratione, dilecti atque fidelis noſtri Johannis Cameracenſis Epiſcopi Factum circa Eccleſiam Beati Auberti in Cameraco attendentes pariter & approbantes, notum facimus univerſis præſentem Paginam intuentibus tam hujus ætatis quâm futuræ, quod Nos ad petitionem ipſius aurem benignam accommodantes, Capellaniam ſuam quam ipſe eidem Eccleſiæ tam religionis quàm honeſtatis in ea exiſtentis intuitu contulit, ac ſuo Privilegio roboravit, hujus Scripti noſtri Patrocinio ſecundùm quod in eodem ipſius Epiſcopi Privilegio continetur & eſt expreſſum, confirmamus, ſtatuentes & Imperiali Auctoritate ſancientes, ut nulla omninò perſona, humilis vel alta, ſæcularis vel Eccleſiaſtica, hanc Epiſcopalis Capellaniæ ſeu eleëmoſinæ largitionem, noſtramque indè editam Confirmationem, aliquâ temeritatis attemptatione præſumat infringere aut in irritum revocare:

QUOD ſi quiſpiam auſu quovis facere aggreſſus fuerit, in ultionem arrogantiæ ſuæ & exceſsûs XXX. marcas auri componat, medietatem Cameræ noſtræ, partem reſiduam præmemoratæ Eccleſiæ.

Teſtes hujus rei ſunt:

Baldewinus Trajectenſis Epiſcopus.
Henricus Dux Lovaniæ.
Marquardus Imperialis aulæ Seneſcalcus.
Cuno de Mincertbere.
Heinricus Pincerna de Lntra.
Trushardus de Trinels, & alii quàm plures.

DATUM apud Franckenvort, anno Incarnationis Domini milleſimo centeſimo nonageſimo 1196.
ſexto, III. Nonas Martii.

CAPUT XCIII.

ALBERTUS *Leodienſis Epiſcopus confirmat Fundationem Prioratûs de* Oignies, *anno* 1196.

Ex MS. Monaſterii.

ALBERTUS Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis fidelibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem in Domino.

NOTUM ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod Balduinus Miles de Lopon, & Uxor ejus Oda, Filiis ejus & ceteris qui de eadem cognatione erant conſentientibus, Decimam de Villa quæ *Roux* dicitur, & terram *Curturiolam* dictam, Eccleſiæ Beati Nicolai de *Oingnies* in perpetuum poſſidendam conceſſit.

HANC autem Donationem legitimè factam, Authoritate noſtrâ, & Sigilli noſtri muniminè confirmamus, ſub anathemate prohibentes, ne quis de cetero Fratres, prædictam Eccleſiam, vel ibidem Domino famulantes, audeat moleſtare.

SI quis autem Deo & Beato Nicolao famulaturus & ſe & ſua prædictæ Eccleſiæ conſerre voluerit, Beati Lamberti & noſtro & Eccleſiæ fretus Patrocinio, quod benè propoſuit ſecurus peragat. Hujus rei Teſtes ſunt,

Manaſſes de Prelle,
Walterus de Marbais, &
Henricus Frater ejus,
Jacobus de Sombreſſe,
Sigerus de Ham, &
Joannes Filius ejus,
Joannes de Avelois,
Philippus de Tamines,
Henricus Præpoſitus Foſſenſis,
Magiſter Anſelmus Decanus,
Balduinus.

ACTUM eſt autem hoc publicè anno ab Incarnatione M. C. XCVI. 1196.

CAPUT XCIV.

STEPHANO *Tornacenſi Epiſcopo competere jus inſtituendi Presbyterum Parochialem Comminii in Gallo-Flandria, & idem jus ad Succeſſores ejus pertinere, decernitur anno* 1196.

Ex Chartulario ſuo communicavit D. Warcant Canonic. Tornac.

STEPHANUS Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter omnibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in perpetuum.

CRESCENTE mundi malitiâ opus eſt ut hominum creſcat induſtria & cautela, quibus provideant, ut, quod agitur inter eos, & perficiatur fideliter & conſummetur feliciter, & firmiter obſervetur.

INDE eſt quod tam præſentibus quàm futuris per præſentem Paginam notum facimus, quod cùm inter Nos & Canonicos Comminenſes ſuper Inſtitutione Parrochialis Presbyteri controverſia verteretur, multo tempore ſub contentionis quæſtionibus hinc indè ventilatis incaſsùm conſumpto, tandem communi conſenſu compromiſimus in Arbitros, qui ſufficienti cautione ſtandi eorum ſententiæ ab utraque parte receptâ, arbitrium ſuum ſub hac forma multis aſtantibus protulerunt.

PRONUNTIANTES, ut Epiſcopus Tornacenſis Parrochialem Presbyterum perpetuò inſtituat in Eccleſia Comminenſi: cùm autem idem Presbiter Parrochialis ab Epiſcopo inſtitutus fuerit & Curatus, ad Eccleſiam Comminenſem accedens, coram Canonicis ſub juramento firmabit, ſe tam ipſorum Jura quàm Epiſcopi fideliter ſervaturum; & quia de hiis quæ ad eos, videlicet Epiſcopum & Canonicos, pertinent, ſive de oblationibus ſive de quibuſcumque obventionibus aut beneficiis in Eccleſia vel extra Eccleſiam ad eos pertinentibus uſque ad quinque ſolidos per annum, nec ipſe damnum inferet eis, nec ab aliis quin inde eos præmoniat patietur inferri.

QUOD ſi fortè Canonici, qui quatuor ibidem exiſtunt, percipere potuerint, quod ſuum tranſgreſſus fuerit juramentum & quod tam jura Epiſcopi quàm ipſorum diminuere machinetur; ſi ipſi quatuor juramentis propriis manibus præſtitis coram Epiſcopo id probaverint, vel tres ipſorum, quarto causâ ſtudiorum vel Curiæ Romanæ vel alicujus peregrinationis abſeote, Epiſcopus eum amovere tenetur, & in locum ejus alium idoneum ſubrogare.

QUOD ſi quatuor præſentibus tres juraverint, & quartus noluerit juramentum præſtare, tres reliqui Presbyterum convincere non poterunt, ſed in loco ſuo remanens Parrochiale Officium ſuum non obſtante trium Canonicorum impetitione exequetur.

ET notandum, quod in juramento fidelitatis quod Presbyter præſtiturus eſt Canonicis tam pro ipſis quàm pro Epiſcopo, hoc adjiciet: quia poſtquam per judicium Epiſcopi poſt juramenta Canonicorum ab Eccleſia vel Parrochia fuerit amotus, ſuper jure Parrochiali nunquam deinceps reclamabit.

ILLUD etiam adjiciendum, quod Canonici & eorum Vicarii defectus ejuſdem Presbyteri in viſitandis infirmis vel aliis neceſſitatibus quæ in Parrochiis frequenter emergunt, quotiens pro cauſa rationabili eum abeſſe contigerit, infra Oppidum ſupplere debent.

HÆC autem aſſignata ſunt Presbytero: quarta pars oblationum, videlicet denariorum, panis, vini, candelarum, avorum:

QUARTA pars etiam minutarum decimarum, ſcilicet agnorum, vitulorum, porcorum, ancerum, mellis & lini.

QUARTA pars etiam denariorum qui ſolvuntur de hortis: ex tribus aliis partibus duas habebunt Canonici, tertiam Epiſcopus.

PRÆTEREA aſſignatæ ſunt Presbytero introductiones, confeſſiones, quatuor denarii nubentium, viſitationes, donationes decedentium, in quibus neque Epiſcopus neque Canonici vel eorum Vicarii aliquid percipient.

SI autem aliquis Sacerdotibus Canonicis vel eorum Vicariis in Eccleſia ſervientibus eleëmoſinas aliquas vel redditus aſſignaverit, Presbiter Parrochialis in ipſis nichil habebit.

UT autem ſuper hiis quæ præmiſſa ſunt & rationabiliter deciſa nulla quæſtio de cætero moveatur, ſed perpetuam firmitatem obtineant, præſenti Cartulâ ea conſcribi & Sigillis tam noſtro quàm prædictorum Canonicorum de voluntate & conſideratione noſtra & ipſorum communi fecimus confirmari, eorum qui interfuerunt nomina & ſigna ſubnotantes.

Signum Domini Stephani Tornacenſis Epiſcopi.
S. Daniëlis Henry.
Willelmi.
Balduwini, Canonicorum Comminenſium.
S. Rogeri Abbatis Ciſonienſis.
S. Magiſtri Willelmi Decani Inſulenſis S. Petri.
S. Riquardi Decani Curtracenſis.
S. Willelmi Presbyteri Sancti Baſilii.
S. Marcelli Capellani noſtri, & multorum aliorum tam Clericorum quàm Laïcorum.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo ſexto. 1196.

CAPUT

CAPUT XCV.

WALTHERUS *Rothomagenſis Archiepiſcopus donat anno* 1196. *Abbati S. Auberti Cameraci Altare Sanctæ Bovæ in Diœceſi Rothomagenſi ſuper Fluvio* Ælva.

UNIVERSIS Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, WALTERUS Dignatione Divinâ Rothomagenſis Archiepiſcopus ſalutem in Domino.

ADEO noſtri temporis homines ardor ambitionis invaſit, ut legitimæ Donationes ſeu quælibet alia miſericordiæ opera vix valeant malignantium calumpnias evitare, niſi Scripti memoriâ & multitudine Teſtium muniantur.

EAPROPTER ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire; Nos intuitu pietatis conceſſiſſe & dediſſe cariſſimis amicis & Fratribus noſtris Canonicis Sancti Auberti Cameracenſis, Eccleſiam Sanctæ Bovæ ſuper fluvium Ælvam ſitam, integrè & quietè & in perpetuum poſſidendam: ita quod Capellanus qui in dicta Eccleſia miniſtrabit, in omnibus ad jura Epiſcopalia pertinentibus reſpondebit & ſatisfaciet pro eis; ut nec etiam Synodo teneantur intereſſe nec ad hoc cogi debeant, ſed Capellanus qui in ea miniſtrabit eorum abſentiam ſupplebit.

ET ut noſtra Donatio rata & inconcuſſa permaneat, præſentis Scripti Auctoritate & Sigilli noſtri munimine duximus eam roborandam & confirmandam, Teſtibus

Johanne de Conſtantia Decano,
Wilhelmo de Conſtantia,
Richardo de Conſtantia Archidiacono,
Rogero de Fucardimonte,
Magiſtro Simone de Caucia,
Theobaldo Ambianenſi,
Magiſtro W. de Torint, Canonicorum Rothomagenſium,
Wilhelmo de Bruer, &
Henrico de Andel.

CAPUT XCVI.

INNOCENTIUS III. *Pontifex anno* 1197. *confirmat Privilegium Joannis Cameracenſis Epiſcopi, de quo ſupra cap.* 85.

Ex Archivis Abbatiæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Abbati & Conventui Sancti Auberti Cameracenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CUM à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

EAPROPTER, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, beneficium Præbendæ ab Johanne bonæ memoriæ Cameracenſi Epiſcopo in Eccleſia Beatæ Mariæ Cameracenſis Vobis canonicè collatum & ab ejuſdem loci Capitulo confirmatum, ſicut juſtè poſſidetis & quietè, devotioni veſtræ Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

NULLI ergo omnino hominum licitum ſit hanc noſtræ Paginam Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

SI quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Laterani II. Nonas Januarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT XCVII.

STEPHANUS *Tornacenſis Epiſcopus Præbendam in Eccleſia ſua Cathedrali extinguit anno* 1197. *ut in communes uſus Capituli convertatur. Quod ipſum confirmat Innocentius II. Pontifex, & Wilhelmus Archi-Epiſcopus Remenſis.*

Ex Archivis Eccl. Tornac.

STEPHANUS Dei permiſſione Tornacenſis Eccleſiæ humilis Miniſter omnibus, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, in perpetuum.

SICUT contra deſides & ſui juris contemptores inductæ ſunt præſcriptiones, ita & contra imminentia pericula ſeu damna ſagaci occurrendum eſt providentiâ & cautelâ; & quia temporibus noſtris dies mali ſunt, in quibus abyſſus negotiorum invocat abyſſum expenſarum: Nos Paternâ ſollicitudine cotidiana Fratrum & Canonicorum noſtrorum ſtipendia augeri deſideramus

ramus potiùs quàm minui, creſcere quàm perire.

Indeeſt quod communi conſilio & aſſenſu Capituli noſtri Præbendam quæ fuit Canonici noſtri Yvonis de Vinea, quæ ex medietate majorum & antiquarum Præbendarum conſtabat, & modernaium Præbendarum duas tertias contra tenebat, cujus etiam donatio pertinebat ad Capitulum, ſtatuimus in communes uſus ad negotia Capituli proſequenda in perpetuum convertendam; ut redditus ex inde provenientes Cellarii ſeu Ychonomi Canonicorum recipiant & eonſervent, & quotiens neceſſe fuerit ire vel mittere ad Curiam Domini Papæ, Principis, ſive Regis, aut Domini Remenſis Archiepiſcopi, ſive ad alias neceſſarias expenſas faciendas, de prædictæ Præbendæ fructibus ſumptus convenientes eis quos Eccleſia miſerit, provideant aut miniſtrent: ſicut autem ſuperfuerit, fideliter cuſtodiant; & ſi minus habundaverit; de communi Præbendarum aliarum utiliter ſuppleant & exponant.

Quod ne alicujus aſtutiâ valeat immutari, vel cujuſquam malitiâ poſſit perverti, præſentem Conſtitutionem Sigillo noſtro & Capituli noſtri fecimus confirmari, prohibentes ſub anathemate ne aliquis temerè præſumat contradicere, vel tam utilem diſpoſitionem noſtram & Capituli audeat infringere vel turbare: ad majorem etiam cautelam nomina eorum qui præſentes aſſenſum præbuerunt nibilominus fecimus ſubſcribi.

Signum Domini Stephani Tornacenſis Epiſcopi,
Arnulphi Decani,
Guſſuini Archidiaconi,
Theodorici Præpoſiti,
Johannis Cantoris,
Henrici Hoſpitalarii,
Gonteri quondam Chriſtianornm Decani,
Magiſtri Guinomari, Presbyterorum,
Willelmi de Bocarmes,
Magiſtri Thederici de Aldenardo,
Stephani Aurelianenſis, Diaconorum,
S. Johannis Laudunenſis,
Galteri de Jabecca,
Symoois de Oberch,
Balduini de Waſia,
Walteri de Atrio,
Hugonis de Popiola,
Mathei de S. Piato,
Stephani Pariſienſis,
Fulcandi Remenſis, Subdiaconorum,
Signum Goſſelini de Holai Accoliti.

Actum anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCVII. Menſe Octobri; Regnante glorioſo Rege Philippo ſecundo. 1197.

Datum per manum Magiſtri Ghiſelini Cancellarii noſtri.

Confirmatio Willelmi Archiepiſcopi Remenſis.

Willelmus Dei gratiâ Remenſis Archi-Epiſcopus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legarus omnibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Et memoriâ præſentium ad notitiam volumus pervenire futurorum, quod venerabilis Frater noſter Stephanus Epiſcopus Tornacenſis de communi conſilio & aſſenſu Capituli ſui præbendam quæ fuit Yvonis de Vinea quondam ejuſdem Eccleſiæ Canonici, quæ ex medietate majorum & antiquarum Præbendarum conſtabat & modernarum Præbendarum duas tertias continebat, cujus etiam donatio pertinebat ad Capitulum, ſtatuit ad communes uſus ad negotia Capituli proſequenda in perpetuum convertendam; ut redditus ex inde provenientes Cellerarii ſeu Ychonomi Canonicorum recipiant & conſervent, ut quotiens neceſſe fuerit ire vel mittere ad Curiam Domini Papæ, ſive Regis, aut noſtram, ſive ad alias neceſſarias expenſas faciendas, de prædictæ Præbendæ fructibus ſumptus convenientes eis quos Eccleſia miſerit, provideant aut miniſtrent. Si quid autem ſuperfuerit, fideliter cuſtodiant; & ſi minùs habundaverit, de eommuni aliarum Præbendarum utiliter ſuppleant & exponant.

Nos itaque tam laudabile factum approbantes & ratum habentes & illibatum, ne in poſterum alicujus aſtutiâ valeat immutari, præſentis Scripti paginâ communimus, & Sigilli noſtri Karactere confirmamus: ſtatuentes & ſub interminatione anathematis firmiter inhibentes, ne quis hanc noſtræ Confirmationis Paginam audeat infringere aut ei in aliquo temere contraire, ſalvâ in omnibus Apoſtolicæ Sedis Auctoritate.

Actum apud Caſtrum Theoderici anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCVII. 1197.

Datum per manum Mathæi Cancellarii noſtri.

Confirmatio Innocentii II. Pontificis.

Innocentius Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis Filiis Canonicis Eccleſiæ Beatæ Mariæ Tornacenſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cum à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum producatur effectum.

Eapropter dilecti in Domino Filii veſtris poſtulationibus gratam conniventiam impendentes, inſtitutionem quam ſuper fructibus Benefieii quod fuit olim Yvonis de Vinea, cujus etiam donatio ad Vos nullo medio pertinebat, de voluntate & conſilio Venerabilis Fratris noſtri Stephani Epiſcopi veſtri in Eccleſia veſtra feciſtis, videlicet ut fructus illi ad agenda communia negotia Capituli perpetuò debeant applicari, ſicut ipſa inſtitutio rationabiliter facta eſt & hactenùs obſervata & in Autentico exinde confecto pleniùs continetur, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omninò hominum licitum ſit hanc noſtræ Paginam Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoe attemptare præſumpſerit; indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT

CAPUT XCVIII.

PHILIPPUS, *cognomento* NOBILIS, *Comes ac Marchio Namurcenſis anno* 1198. *erigit Decanatum in Eccleſia Collegiata S. Petri in Caſtro Namurcenſi, quod Capitulum dein unitum fuit Cathedrali S. Albani Namurci.*

Communic. vir R. D. Rouvroy i T. L. Decanus Collegiatæ S. M. Namurci.

NOTUM ſit univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quod Vir Illuſtris PHILIPPUS Marchio ſecundus Namurcenſis piis Prædeceſſorum ſuorum benefactis, qui Eccleſiam S. Petri in Caſtro Namurcenſi fundaverunt, & de propriis prædiis & bonis ſuis duodecim in ea Præbendas Canonicales cum Officiis Præpoſituræ & Cuſtodiæ inſtituerunt, quibuſdam operibus lucidis aſſociari intendens, numerum Canonicorum in Eccleſia illa ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ejus Genitricis Glorioſæ Virginis Mariæ & Beati Petri Principis Apoſtolorum per inſtitutionem tredecimæ Præbendæ cum Officio Decanatûs augere voluit.

CONSIDERANS igitur ipſe Dominus Marchio Philippus, quod per curam tam temporalium quàm ſpiritualium Præpoſito ipſius Eccleſiæ tunc incombentem, Eccleſia in Officiis ſuis debitis ex proviſione deficiente detrimentum quandoque pati poſſet, dum Præpoſitus temporalium proviſionibus occupatus teneretur, Officium Decanatûs perpetuum de communi Canonicorum conſenſu & conſilio inſtitui decrevit.

AD hæc itaque ipſe Dominus Namurcenſis Eccleſiam de *Templues* cum ejus appendiciis & totam minutam decimam quam ipſe ibidem habeat, & totam minutam decimam de *Frizet* & de *Venden*. & de *Harbates*, excepto feno de *Harbates*, & vinum quod ad decimam illam pertinet, & omnia quæ ipſe Dominus Namurcenſis & ejus Anteceſſores ſolebant habere cum Inveſtito Eccleſiæ de *Frizet* & de appendiciis, & quindecim capones apud *Venden*. & vinginti ſolidos cenſus apud *Floreſſiam*, in omni proprietate & jure & dominatione Eccleſiæ Sancti Petri, ad communes Canonicorum uſus, in eleëmoſynam donavit, & quinque ſolidos censûs ad molendinum de *Dbuys*, convertendos in luminare olei ad Altare Beatæ Mariæ Magdalenæ, cum aliis cenſibus eidem luminari antea aſſignatis. De omnibus prædictis Eccleſiæ ſæpedictæ in eleëmoſynam aſſignatis dominatio & juſtitia tota ad ipſam Eccleſiam perpetuè pertinet. Luminare prædicti Altaris per Decanum Eccleſiæ componendum eſt. Officio autem Decanatûs aſſignavit idem Dominus Namurcenſis in beneficium perpetuum quidquid Inveſtitus ſolet habere in Eccleſia de *Frizet* & de *Venden*. & unum porcum quadraginta denariorum quoquo anno in paſuagiis Namurcen.

IN harum equidem eleëmoſynarum collationem ſæpedicti Domini Namurcen. pia fuit intentio, pro remedio animarum Patris ſui, & Matris ſuæ, & Avunculi ſui Henrici Comitis Namurcen. & Luſcelcb & Prædeceſſorum ſuorum, ac pro ſalute Domini ſui & Germani cariſſimi Principis Illuſtris Balduini Flandren. & Hainoën. Comitis, ſua quoque ſalute

AD hæc ſæpenominatæ Eccleſiæ Præpoſitus & Canonici de communibus Eccleſiæ ſuæ bonis Præbendam unam, benigno Domini Namurcen. interveniente conſenſu, inſtituerunt dandam ſemper per manum eorum, & per liberam eorum electionem Decano, quem honeſtum & ipſis neceſſarium elegerint, Sacerdotem ſcilicet, vel Diaconum infra annum ſuæ electionis ordinandum in Sacerdotem: qui electus à Capitulo, de continuo & aſſiduo apud Eccleſiam ſtatu & manſu juramentum præſtabit, Eccleſiæ quoque & Domino Namurcen. fidelitatem faciet, & Eccleſiæ in omni Officio Divino tamquam Canonicus deſervire tenebitur: & cum Præbenda à Capitulo ſibi data beneficium ſupradictum, id ſcilicet quod Inveſtitus in Eccleſia de *Frizet* & de *Venden* habere ſolet, & porcum in paſuagio habebit. Ipſe Decanus curam prædictarum Eccleſiarum de *Templues* & de *Frizet* tam pro ſua parte quàm pro parte Canonicorum gerere debet.

SI Decanus ab aſſiduo ſtatu & manſu Eccleſiæ ſe ſubſtraxerit, Præbendæ & Decanatûs beneficio privandus eſt. Decanus nullam aliam Præbendam in Eccleſia illa habere poteſt, ſed contentus illâ à Capitulo ſibi collatâ: unde ſi contigerit quod Capitulum aliquem de Canonicis ſuis quandoque in Decanum eligat, oportebit ipſum electum Præbendæ priùs habitæ renunciare, & illam Decanatui aſſignatam de manu Capituli canonicè ſuſcipere.

SI verò in electione Decani ſui quinque Canonici diſſenſerint, ita quod infra quinquaginta dies poſt ſui Decani defectum, communi conſenſu alium non elegerint, licebit D. Namurcenſi virum honeſtum & ad hoc idoneum conſilio Eccleſiarum B. Mariæ & S. Albani eligere.

DECANUS ad honorem Dei & venerationem Sacroſanctarum Reliquiarum ante Altare Beatæ Mariæ Magdalenæ repoſitarum quaqua die ante ſonitum horæ Primæ in propria perſona in ipſo Altari Divina celebrare tenetur, cum horis glorioſæ Virginis Mariæ, illis videlicet diebus quibus Eccleſiaſticus Ordo has Miſſas celebrari permittit: nec liceat Decano qui harum ſolemnia Miſſarum habet explere, Miſſas alias ante iſtas celebrare.

IN Miſſis illis pro remedio Parentum ſæpenominati Domini Namurcen. dicentur orationes, & pro Domini Comitis Flandren. & Hainoën,

noën. jamdicti & ſatiſdicti Marchionis Namurcen. ſalute, dum vixerint, fient ſpeciales, & poſt eorum deceſſum perpetuæ & ſpeciales pro remedio animarum ſuarum, tam in Collectis quàm Secretis, & poſt Communionem orationes. Divina Miſſarum illarum Dominicâ die de S. Spiritu, Feriâ ſecundâ pro Fidelibus defunctis, Feriâ tertiâ de Sancta Trinitate, Feriâ quartâ de S. Jacobo, Feriâ quintâ de S. Maria Magdalena, Feriâ ſextâ de Sancta Cruce, Sabbato de glorioſa Virgine Maria, cujus horæ ibidem voce ſuppreſſâ canendæ ſunt.

Ad luminare Miſſarum illarum Vir Nobilis Nicolaus de Condato cenſus trium ſolidorum apud Balaſtram per manum Domini Marchionis, de cujus feodo eſſe dignoſcebantur, in eleëmoſynam perpetuam contulit.

Scriptum hoc authenticum ſepties relegendum, in electione cujuſque Decani præcipue recitandum eſt.

Ut autem hæc omnia rata habeantur & inviolata permaneant, ſæpedictus Marchio Namurcen. præſentis & futuri annotatione & Sigilli ſui impreſſione ea firmavit; ad majorem evidentiam & conſervationem, Sigillo Domini ſui Fratris dicti Comitis Flandren. & Hainoën. Germani ſui cariſſimi eadem roborari decrevit: Eccleſia quoque S Petri hæc pleniùs approbans Sigilli ſui appoſitione confirmavit.

Teſtes de Eccleſia S. Petri.

Robertus Præpoſitus,
Gobertus primus Decanus noviter à Capitulo Electus,
Gilbertus Cuſtos,
Godeſcalcus,
Hellinus,
Nicolaus,
Euſtachius,
Giſlenus,
Heribertus,
Petrus,
Godinus,
Giſlenus, Canonici.

De Eccleſia B. Mariæ Teſtes.

Gilbertus Abbas,
Theodoricus Præpoſitus,
Wernerus Decanus,
Lambertus Cuſtos,
Godinus,
Nicolaus,
Berenerus, Canonici.

De Eccleſia S. Albani Teſtes.

Gilbertus Præpoſitus,
Petrus Decanus,
Adamus,
Joannes,
Renerus,
Lambertus,
Franco,
Philippus,
Godeſcalcus, Canonici.

De Hominibus fidelibus Domini Marchionis Namurcen. Teſtes.

Clarembaldus de Alta-Ripa,
Wilmus Patruus ipſius Marchionis,
Nicolaus de Condato,
Sigerus de Dampierre,
Walterus de Marbais,
Jacobus de Orbay,
Arnulphus de Merelmeiz,
Theodoricus de Birbay,
Godefridus de Thuin,
Simon de Moſcen,
Renardus de Strepi.

Actum anno Verbi Incarnati M. C. XCVIII. 1198.
Patre Sanctiſſimo Innocentio Papa III. Sanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Pontificatum regente, Adulpho Archiepiſcopo Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Dominium gubernante, Alberto Epiſcopo Leodienſis Eccleſiæ præſidente, Ottone Nobiliſſimo Viro Milite ſtrenuiſſimo Duce Aquitaniæ, Henrici quondam Saxonum Ducis Filio, & Philippo Duce Sueviæ Frederici quondam Romanorum Imperatoris Filio, pro Regno Teutonum & Imperio Romanorum litigantibus, Philippo Rege in Francia regnante, Richardo Rege in Anglia, dum ſcilicet Civitas Jheruſalem a Paganis Chriſtianæ Fidei inimicis occupata detineretur.

CAPUT XCIX.

Senatus Populuſque Tornacenſis, immunitatem à vectigalibus concedunt Abbatiæ S. Martini Ordinis S. Benedicti Tornacenſis, anno 1198. ob beneficia ſibi præſtita.

Ex MS Archivis Tornac.

Universis in Chriſto fidelibus ad quos Litteræ præſentes pervenerint, Præpoſiti, Jurati, Scabini, Electores cum reliqua Tornacenſi Cõia in perpetuum.

Cum Vir Nobilis Balduinus Flandriæ & Hanoniæ Comes, occaſione guerræ quæ inter ipſum & Illuſtrem Dominum noſtrum Philippum Regem Franciæ habebatur, Urbem Tornacenſem obſediſſet, tandem cooperante gratiâ Dei non ſine multo labore & difficultate maxima cum eo ita convenimus in pacem quod, receptis à Nobis quatuor mille marchis Flandrenſis monetæ, firmas treugas & firmam pacem nobis tenere ſpopondit, donec firma pax de incepta guerra omninò reformata eſſet inter ipſum & Dominum Regem.

Et quum grave viſum fuit Nobis tantam ſummam

ſummam pecuniæ pro communi omnium civium acquiſita pace exſolvere ſine ſubſidio omnium, Capitulo B. Martini Tornacenſis amicabiliter ſupplicavimus, ut nobis ad levamen tanti debiti de ſuis facultatibus intuitu caritatis ſubvenirent, qui noſtris poſtulationibus promptâ facilitate annuentes ita nobis de ſuo abundanter ſubvenerunt, ut eis ſemper proinde Nos teneri fateamur ad grates.

Ne igitur unde gratiam digniſſimè meruerunt & favorem, inde futuris temporibus libertatis Eccleſiæ offuſcetur titulus, aut juri ſuo præjudicium aliquod generetur, præſentium ſignificatione profitemur, & ad notitiam volumus pervenire futurorum, ut quod Nobis de mera liberalitate & omninò gratis contulerunt, ab omnis talliæ ſeu exactionis ſpecie qualibet indicamus alienum.

Et quum occaſione talliarum & exactionum quas aliquando ab eis voluimus extorquere, grandis inter Nos & ipſos nonnunquam altercatio fuit, ne fortè aliquando eis imponatur quod unquam aliquid nomine talliæ occaſione quâlibet Nobis impenderunt, præſentem Paginam ſub notatione Præpoſitorum, Juratorum, Scabinorum & Electorum in hoc conſentientium, & Sigillo Cõïæ noſtræ munitam ipſis fecimus conſcribi, per quod fideliter eis promittimus, quod occaſione vel exemplo hujus eleëmoſinæ ad conſequentiam non trahemus, ut aliquid ab eis nomine talliæ vel petitionis violentiâ quâlibet impoſterum requiramus. Eo tempore exiſtentibus Præpoſitis, Juratis, Scabinis & Electoribus Cõïæ Tornacenſis, quorum nomina ſubſcripta ſunt.

Signum Gerardi Capiel &
Joannis Raſor, Præpoſitorum.
Signum Everardi de Vinea,
Joannis Gornum,
Walteri de Canfeng,
Lelberti le Capon,
Theodorici Wambe,
Joannis le Godelent,
Henrioli del Caſteler,
Blancardi de Sancto Martino,
Petri Folviſage,
Joannis Seghebuede,
Henrici Morghel,
Walteri Rufi,
Stephani Wateblet,
Gonteri Cutine,
Joannis le Cbien,
Theodori de Wavrin,
Goſſuini Clerici,
Lamberti Biſſole,
Henrici Bance de Boc,
Joannis Wiſſe,
Henrici Suret,
Rudulphi de Viler,
Dei-amici de Bruleo,
Everardi de Atrio,
Sulberti le Juſtice,
Gommari le Blanc,
Wilielmi le Sauvage,
Joannis de Condato, Juratorum.
Signum Gommari de Barra,
Goſſuini Creſpiel,
Wicardi de Wandupont,
Henrici de Horca,
Dirini de Sancto Piato,
Goſuini Flamingi,
Ægidii Rogon,
Lelberti de Sancto Petro,
Arnulfi le Fort,
Gontheri le Bure,
Thomæ Mangi,
Walteri de Clanetcamp,
Balduini Fabri,
Stephani Maderlin, Scabinorum.
Signum Goſſuini Scabini,
Wilielmi Cordewan,
Henrici Wambe,
Gerulfi Lapart,
Joannis Ghernon,
Everardi del Caſteler,
Walteri de Vinea,
Goſſuini Buchan,
Guidonis de Valenchenis,
Lelliti Strabonis,
Walteri Fabri,
Olbandi de Vinea,
Walteri le Fol,
Nicolai Candron,
Gerardi Flamingi,
Goſſuini Lekebroke,
Goſſuini au Dent,
Henrici Taket,
Everardi Piet de Lievre,
Walteri Galet,
Everardi de Baiſni,
Guerrici le Juſtice,
Walteri Boroette,
Michaëlis de Porta,
Amandi le Juſtice,
Gerardi Leſquirnel,
Tetrici le Cambier,
Walteri le Tendeur,
Petri de Salinis,
Ægidii Bokehort, Electorum.

Actum Tornaci anno Dominicæ Incarnationis M.C.XCVIII. menſe Martio, regnante 1198.
glorioſiſſimo Rege Philippo ſecundo.

CAPUT C.

Litteræ Aſſociationis & Confraternitatis inter Abbatiam S. Albani Moguntiæ (quæ tunc erat Benedictinorum, nunc verò Illuſtris Eccleſia Collegiata) & Capitulum S. Albani Namurci, nunc Cathedrale, datæ circa annum 1200.

B.... Dei gratiâ Abbas Sancti Albani in Moguntia totuſque ejuſdem loci Conventus dilectis in Chriſto Fratribus Canonicis S. Albani in Namurco ſalutem cum ſinceræ & Fraternæ dilectionis perpetuitate.

Cum perveniſſent ad Nos Viri Venerabiles Eccleſiæ veſtræ Decanus cum aliis veſtris Canonicis, & per eos intellexiſſimus Eccleſiam veſtram in honore Glorioſi Martyris Albani noſtri Patroni ſpecialiter eſſe fundatam: ipſis de Reliquiis dicti Martyris cum humilitate petentibus, petitioni eorum juſtiſſimæ animo lubenti duximus annuere & mittere caras Reliquias, ut Eccleſia veſtra eo in ſolemniori habeatur veneratione.

Continuandæ Fraternitatis ducti dulcedine de pretioſiſſimi Martyris capite partem ad Vos per Viros prædictos tranſmiſimus: & Fraternam ſynceritatem Corpore & animâ perpetuâ conſervandam ſtabilitate ordinavimus.

Unde amicitiam veſtram pro ſalute animarum veſtrarum modis omnibus monemus & rogamus, quatenus Reliquias quas ad Vos tranſmittimus, cum timore Dei & reverentia hominum & Fraternitate inter Nos ordinatâ ſine intermiſſione conſervetis.

CAPUT CI.

Wilhelmus *Remenſis Archiepiſcopus S. R. E. Cardinalis ſupprimit anno* 1200. *Capitulum Canonicorum quod erat in Eccleſia S. Andreæ Elnone, ſeu in Fano S. Amandi, eorumque loco Benedictinos ejuſdem Abbatiæ ſubſtituit.*

Ex Theſauro Anecdotorum Tom. 1. Pag. 776.

Wilhelmus Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, S. R. E. titulo S. Sabinæ Cardinalis, omnibus ad quos Litteræ iſtæ pervenerint in Domino ſalutem.

Noverit univerſitas veſtra, quòd, cùm infrà ſepta Eccleſiæ S. Amandi quædam Eccleſia de Sancto Andrea à longis retrò temporibus haberetur, in qua erant ſæculares Præbendæ, quarum donatio pertinebat ad Abbatem S. Amandi, tempore procedente ipſe Abbas & Fratres S. Amandi piâ conſideratione ac zelo propagandæ Religionis inducti, cedentibus & decedentibus Canonicis, Monachos inſtituerunt ibidem, qui Domino diligentiùs ac honeſtiùs deſervirent.

Quia igitur hujuſmodi Factum nec à ratione deviat, nec derogat honeſtati, quin immò uſu longi temporis dignoſcitur approbatum, ſicut obſervatum eſt hactenus, & ſine calumnia pacificè & quietè obtentum, præſentis Scripti patrocinio, & Sigilli noſtri muniminè (a) confirmamus.

Actum anno Verbi Incarnati M. CC. Datum 1200.
per manum Matthæi Cancellarii noſtri.

(a) Eamdem mutationem ſuo Diplomate approbavit & confirmavit Innocentius Papa III, III. Idus Martii, Pontificatûs ſui anno quarto, & VIII. Idus Novembris, Pontificatûs ſui anno decimo tertio.

CAPUT CII.

Philippus ...... *Galliæ Rex Eccleſiam Cathedralem & Epiſcopum Atrebatenſem eximit à jure Regaliæ anno* 1203.

Ex Archivis Inſulenſibus.

Reverendo Patri ac Domino Goſsuino Dei gratiâ Tornacenſi Electo R.... ejus permiſſione Atrebatenſis Eccleſiæ Electus ſalutem & paratam ad obſequium voluntatem.

Sciat kariſſima Nobis Paternitas veſtra, quod Eccleſia noſtra Attrebatenſis tandem per Dei gratiam conſecuta eſt multò majorem & ampliorem libertatem, quàm uſque modo habuit, Sigillo & Karactere Regio confirmatam. Cujus rei ut certiores eſſe poſſitis, Regii authentici Tranſcriptum ſignatum Sigillo noſtro veſtræ duximus Paternitati mittendum.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex.

Noverint univerſi præſentes & futuri, quod vacante quoquo modo Sede Attrebatenſi, medio tempore Capitulum Attrebatenſe reſervabit penes ſe, ad opus Epiſcopi qui ſubſtituetur ibidem, omnia Regalia & omnes redditus & proventus Regalium & quidquid ad ipſum noſcitur pertinere: ita quod Nos nec in res, nec in homines Epiſcopi, nec in eorum res pro aliquo quod pertineat ad Regalia manum mittemus.

Et ſi medio tempore aliquam Præbendam vel aliquas Præbendas vacare contigerit, ſimiliter reſervabuntur ſubſtituendo Epiſcopo, ab ipſo conferendæ poſtmodum cum ad electionem fuerit perventum.

Canonici prædictæ Eccleſiæ liberè poterunt eligere non requiſitâ à Nobis vel à Succeſſoribus noſtris licentiâ eligendi: ſed Electum ſuum confirmatum Nobis præſentabunt, ut Nobis fidelitatem faciat ſicut alii Epiſcopi facere conſueverunt.

Quia verò R...... ipſius Eccleſiæ Electus & Canonici Attrebatenſes Nos humiliter rogaverunt, ut intuitu Dei expeditionem & exercitum noſtrum ipſi Electo & ſuis Succeſſoribus quitaremus, Nos amore Dei & ob remedium animæ noſtræ ipſi Electo & ejus Succeſſoribus illud in perpetuum remiſimus & quitavimus.

Has autem prædictas libertates Epiſcopo & Eccleſiæ Attrebatenſi in perpetuum concedimus, retentâ tamen Nobis procuratione noſtrâ quam Epiſcopus Attrebatenſis Nobis debet ſingulis annis, ſi ad locum illum acceſſerimus.

Quod ut perpetuum robur obtineat, Sigilli noſtri munimine & Regii Nominis Caractere inferiùs annotato præſentem Paginam præcepimus roborari.

Actum Pariſius anno Incarnati Verbi M.CC. 1203.
III. Regni verò noſtri vigeſimo quarto, aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna.

Dapifero nullo.
S. Guidonis Buticularii.
S. Matthæi Camerarii.
S. Drogonis Conſtabularii noſtri.

Data vacante ..... Cancellariâ.

CAPUT CIII.

Balduinus *Imperator Conſtantinopolitanus & Comes Flandriæ rogat anno* 1204. *Philippum Auguſtum Regem Franciæ & Ludovicum ejus Primogenitum, ut fundationem Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Cortraci perficiant.*

Ex Archivis Camerarum Rationum Inſulis.

Serenissimo Domino ſuo Philippo Dei gratiâ Illuſtri Francorum Regi, & dilectiſſimo Nepoti ſuo Ludovico Domini Regis Primogenito, Balduinus eâdem gratiâ fideliſſimus in Chriſto Imperator, à Deo coronatus Romanorum Moderator & ſemper Auguſtus, Flandriæ & Hannoniæ Comes, ſalutem & tam devotum quàm debitum in omnibus obſequium.

Sublimitati veſtræ notum facimus, quod cum ſitus Villæ Cortracenſis Nobis & felicis memoriæ M. Conſortis noſtræ Neptique veſtræ placeret plurimùm, & ſæpius ibi moraremur quàm in aliis locis terræ noſtræ, nec non ob reverentiam Reliquiarum quas cariſſimus Avunculus noſter Philippus quondam Comes Flandriæ dum peregrinationis ſuæ iter arriperet ibidem depoſuerat: quadam die dum Cortraci eſſemus, ſuper Altare Capellæ noſtræ Cortracenſis Deo vovimus & in manibus Capellanorum noſtrorum promiſimus, quod ibidem juxta Curtiam noſtram in honore Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Domini de noſtro fundaremus Eccleſiam, in qua duodecim Canonicos & Decanum qui tredecimus eſſet inſtitueremus; ita quod cujuſlibet Præbenda Canonici XX. & Decani XL. libras ad minus Flandriæ monetæ valeret.

Postea ſecundùm votum noſtrum Eccleſiam fundare incepimus, redditus eidem aſſignantes & quoſdam ibidem Canonicos inſtituentes: ſed impediente Crucis aſſumptæ negotio, quod vovimus, ad effectum ex toto non perduximus.

Cum verò poſt receſſum ſæpe reduceremus ad memoriam, quod Deo promiſſa non ſolveramus, cum legatur in Propheta *Vovete & reddite*; iram Dei metuentes, Litteris noſtris patentibus Avunculo noſtro G. Brugenſi Præpoſito ac Flandriæ Cancellario, cæteriſque Baillivis noſtris de Flandria mandavimus, quod votum noſtrum ſine dilatione & contradictione de noſtro, ſecundùm quod ſuperiùs dictum eſt, effectui manciparent.

Unde Celſitudinem Veſtram humiliter imploramus: ut ſi fortè per abſentiam noſtram in executione mandati hujus Baillivi noſtri negligentes extiterint, animarum noſtrarum ſaluti conſulentes Eccleſiam de noſtro fundari & de proventibus terræ noſtræ redditus, vel de noſtro aſſignari Canonicis ſecundùm quod ſupradiximus ſufficientes, diſtrictè præcipiatis: id ipſum fieri facientes, ſi Baillivi noſtri quod credere non poſſumus præcepto noſtro inobidientes inveniantur; ut ita nobis per manum veſtram à voto liberatis omnium bonorum & orationum, quæ in eadem impoſterum fient Eccleſia, participes eſſe mereamini.

Datum in Palatio noſtro Blakerne, anno Domini M. CC. IV. Menſe Martio.

CAPUT CIV.

HUGO DE PETRAPONTE *Epiſcopus Leodienſis confirmat fundationem Prioratûs de* Oignies, *Canonicorum Regularium, de quo fol.* 1193. *anno* 1204.

Ex Archivis Monaſterii.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. Hugo Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, Univerſis fidelibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, ſalutem in Domino.

Ex Officio Paſtorali Nobis injuncto tenemur Eccleſiis quæ in Diœceſi noſtra ſunt ſollicitudinem providam impendere, & pia vota in eis Domino famulantium contra perverſorum calumnias robore & authoritate noſtrâ præmunire. Hinc eſt quod Eccleſiam Beati Nicolai de Oignies, cum omnibus appenditiis ſuis, & in ea Domino ſamulantibus ſub protectione B. Mariæ Sanctique Lamberti & noſtra ſuſcipimus; libertatem hanc Fratribus ejuſdem Eccleſiæ confirmantes, ut Priorem ſibi idoneum eligant: electum verò, & ſibi præſentatum, Foſſenſis Eccleſiæ Capitulum ſine contradictione confirmabit; confirmatum verò, ut curam Fratrum ſuorum recipiat, Epiſcopo Leodienſi præſentabit: ſub ejuſdem autem Prioris obedientia Fratres in communi & de communi, ita quod nullus ſibi aliquid appropriet, religioſè vivant.

STATUIMUS etiam quod nullus in eadem Eccleſia Canonicatum habeat, niſi reſidens fuerit, & alibi redditus non habuerit.

SI quis autem Fratrum in incontinentia vel crimine aliquo deprebenſus fuerit, ſi correctus ſatisfacere noluerit, ſtatim ab eadem repellatur Eccleſia. Prior autem non niſi de communi aſſenſu Fratrum, quos eadem Eccleſia voluerit & poterit aſſumere, ſibi recipiat.

NIHIL niſi communicato conſilio commutet aut vendat. Quæcumque autem prædicta Eccleſia juſtis modis acquiſivit, vel acquiſitura eſt, authoritate noſtrâ confirmamus, ſub pœna excommunicationis inhibentes, ne quis eam ſuper hiis præſumat indebitè moleſtare, & hanc noſtræ Confirmationis Paginam auſu temerario infringere: quod ſi ſecerit, iram Omnipotentis Dei, & B. Mariæ & Sancti Lamberti incurrat.

POSSESSIONES autem ſæpe dictæ Eccleſiæ ſunt decima de *Roux* & terra *Curturiola*, decima feni de *Oingnies*, licentia acquirendi bonarium terræ circumquaque Eccleſiæ Beati Nicolai contiguæ, Jus Patronatûs Eccleſiæ de *Moulgnies*.

HÆC autem liberè contulerunt Balduinus Miles de Lopon, & Venerabilis Uxor ejus Oda, & ſolemniter Eccleſiæ eidem ſub teſtimonio Virorum Nobilium & Clericorum confirmata ſunt.

ACTUM eſt hoc publicè anno ab Incarnatione Domini M.C.C.IV. & eodem anno præ- 1204.
dicta Eccleſia Beati Nicolai IX. Kalendas Auguſti à Nobis eſt conſecrata.

CAPUT CV.

Abbas Eynhamenſis anno 1205. *renuntiat omni juri quod in Collegiatam Eccleſiam Eynenſem juxta Aldenardam antea prætenderat.*

Ex Archivis Tornacen.

P.... Dei permiſſione Archidiaconus, J. Decanus & Magiſter WILLERMUS de Haubordin Canonicus Atrebatenſis, omnibus præſentem Paginam inſpecturis in perpetuum.

CUM cauſa quæ inter Venerabilem Patrem Dominum Goſſuinum Tornacenſem Epiſcopum ex una parte, & Abbatem & Monachos Ehamenſes ex altera, ſuper Eccleſia de *Eines* vertebatur, Nobis per Litteras Domini Papæ impetratas de communi aſſenſu partium fuiſſet commiſſa; tandem poſt plures citationes, præſente Procuratore Epiſcopi & Eccleſiam de *Eines* pertinere ad Epiſcopum aſſerente, Walterus Abbas Ehamenſis comparuit coram Nobis, & Litteris Capituli ſui de ratihabitione monſtratis, omni ſuper dicta Eccleſia de *Eines* renuntiavit querelæ: recognoſcens pleniùs, quod ipſe & Capitulum ſuum, nullum penitus in eadem Eccleſia jus haberent.

NE igitur cauſa hæc coram Nobis ita amicabiliter expedita in recidivam poſtmodum veniat quæſtionem, in hujus rei teſtimonium præſentem ſcribi Paginam & Sigillorum noſtrorum ſecimus appenſione muniri.

ACTUM anno Verbi Incarnati M. CC. V. men- 1205.
ſe Januario.

CAPUT

CAPUT CVI.

HENRICUS I. *Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ confirmat anno* 1209. *Donationem terræ de* Valienpont *in Gallo-Brabantia, factam à Francone de Archenna Viro Nobili Fratribus Jeroſolymitanis.*

Ex Archivis Ordinis Melitenſis.

IN nomine Domini. Ego HENRICUS Dux Lotharingiæ omnibus tam præſentibus quam futuris notum facio, quod Franco Miles de Archenna, & Agnes Uxor ejus, & Filii ejus, omnem terram quæ deſcendebat de feodo de *Thienes*, quam tenent Fratres de *Valionpont*, eiſdem Fratribus liberam dimiſit, nichil ſibi inde retinens, vel heredibus ſuis, nec cenſum nec dominium: ita quod ampliùs non poterit eos inde convenire, non ammonere: nec Scabinus ejus inde poterit judicare, nec quicquam indicare.

OMNIA verò quæ tenent Fratres Templi, & omnes querelas, quæ ſunt inter eos, de aqua, de fonte, vel aliis rebus, & quod colunt vel tenent de feodo de *Thienes*, in terra, in pratis, in aqua, in boſco & in haia, prædictus Franco & Uxor ejus Agnes & Filii cum integritate liberum dimiſerunt, & werpiverunt; nec cenſum, nec dominium in his omnibus retinentes, ſed omnia Deo & prædictis Fratribus Templi cum omni libertate in titulum eleëmoſynæ conferentes.

Hoc autem totum factum eſt de conſenſu & laudamento Hugonis de Archenne, de quo idem Franco ea tenebat in feodo, & de conſenſu Waltheri de Roſaive, de quo præfatus Hugo hoc feodum tenebat.

PRÆFATUS verò Waltherus de Roſaive hæc omnia in manus meas reportavit ad opus Fratrum Templi, de conſenſu omnium qui in hac poſſeſſione aliquid juris habere dicebant.

EGO verò pro remedio animæ meæ, & Anteceſſorum meorum, eiſdem Fratribus hæc omnia contuli tanquam francum Allodium perpetuò jure poſſidenda, ut fidejuſſor & oſtagium de his omnibus fideliter conſervandis conſtitutus.

QUÆ ut in perpetuum rata & inconvulſa permaneant, Chartam hanc inde conſcriptam Sigilli mei appenſione duxi roborandam, ſub Teſtimonio fidelium meorum,

Caſtellani de Bruxella,
Robini de Thienelemont,
Oſtonis de Traſignies,
Waltheri de le Conteit,
Godefridi de Hodeberges,
Joannis de Goi,
Et Scabinorum Nivellenſium,
Waltheri Cace,
Adæ Pocial,
Bodini Muſe,
Symonis Cace.

ACTUM anno Verbi Incarnati M. CC. IX.

CAPUT CVII.

Epiſcopum Tornacenſem habere collationem duarum Præbendarum in Eccleſia B. Mariæ Cortraci, agnoſcit PHILIPPUS *Marchio Namurcenſis Flandriæ & Hannoniæ Procurator, anno* 1210.

Ex MS. Tornac.

EGo PHILIPPUS Marchio Namurcenſis, Flandriæ & Haynoniæ Procurator, præſenti Scripto notum facio univerſis, quod ratione juris quod habet Tornacenſis Epiſcopus in Eccleſia B. Mariæ Curtracenſi de duarum videlicet donatione Præbendarum, tale inter Me & dictum Epiſcopum Condictum interceſſit, quod prima Præbenda alia à Præbenda Magiſtri Johannis, quæ in eadem Curtracenſi Eccleſia vacabit, commutabitur, ſeu de vivo transferetur in vivum, ad donationem præfati Epiſcopi pertinebit: ita quod Ego, vel quicumque alius Procurationem Terræ Flandrenſis habebit, non poterit eam conferre, nec Capitulum ejuſdem Eccleſiæ alium ad eandem Præbendam recipiet in Canonicum & in Fratrem, niſi illum qui fuerit ſibi ex parte ejuſdem Epiſcopi præſentatus: ſalvis conceſſionibus quas benignè fecit idem Epiſcopus Simoni de Bellomonte Clerico meo, & Johanni Filio Magiſtri Roberti de Honecourt Canonici Tornacenſis de reſignatione & permutatione Præbendarum ſuarum.

De quo ut ſæpedictus Epiſcopus magis ſecurus exiſtat, permiſi ei, & firmiter conceſſi, quod de cætero eum contra hoc non rogabo vel faciam aliquo modo requiri: & inſuper Sigillo meo præſentem Paginam in teſtimonium roboravi.

ACTUM anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo, Menſe Februario.

CAPUT CVIII.

HENRICUS I. *Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux benefacit Monaſterio Oigniacenſi Ordinis S. Auguſtini (de quo ſuprà fol.* 1193.) *anno* 1210.

Ex Archivis Monaſterii.

HENRICUS Dei gratiâ Dux Lotharingiæ omnibus hoc Scriptum videntibus ſalutem.

SCIATIS quod Eccleſia Beati Nicolai de Oingnies in noſtro ſita Dominio & poteſtate, cum decimis de *Ayſeau* & de *Rues*, & omnibus aliis decimis vel poſſeſſionibus, quæ ad eam pertinent, in noſtra ſint protectione Et quia locum illum plurimùm diligimus, eum cum bonis prædictis, & cum bonis ſuis omnibus in noſtra protectione & defenſione ſecurè recepimus: volentes & ſtatuentes, quod diebus noſtris & Poſterorum noſtrorum hoc firmum & ſtabile ac perdurabile permaneat loco prædicto. Et ut ratum hoc permaneat, præſens Scriptum Sigillo noſtro munitum, in teſtimonium conſcribi fecimus.

QUICUMQUE autem in Eccleſia jam prænominata Deo famulantes infeſtare non dubitaverit, vel hanc noſtræ Protectionis & Confirmationis Paginam infringere præſumpſerit, offenſam noſtram ſe graviter incurriſſe cognoſcat, & Nos malefactoribus & injuriam eis facientibus viriliter opponemus.

ACTUM anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducenteſimo decimo, Menſe Septembri apud Filleum. 1210.

OIgniacenſe Monaſterium, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ſitum eſt ad Sabim fluvium quarto ſupra Namurcum milliari, versùs Brabantiæ limites. Initium accepit circa annum 1187. per tres Fratres Sacerdotes, Ægidium, Robertum & Joannem: qui venditis quæ poſſidebant, pretioque in pauperes diſtributo, novum communis habitationis locum delegerunt, tunc deſertum, qui modo *Oigniacus* dicitur.

Erat illic Capella ligneis parietibus inſtructa, fundata in honorem S. Nicolai Epiſcopi, & trium gallinarum redditibus dotata, quæ circa annum 1200. reædificata ſub invocatione ejuſdem S. Præſulis, in majorem Eccleſiam excrevit. Quin & parva hæc germanorum Fratrum Societas accedentibus pluribus Clericis eodem Divino Spiritu ſuccenſis, brevi in celebrem excrevit Communitatem, cui prædictus Ægidius primus Prior præfuit.

Inter primos Cœnobii Oigniacenſis incolas recenſetur Joannes de Nivella antea Decanus Eccleſiæ Collegiatæ S. Joannis Evangeliſtæ Leodii. & aliis dotatus Beneficiis, quibus omnibus abdicatis paupertatem hic amplexus eſt, & relictâ Sanctitatis famâ in Domino requievit.

Floruit item in odore boni Nominis Venerabilis ac Reverendus Pater Jacobus de Vitriaco S. Th Doctor in Academia Pariſienſi, qui anno 1207. Novellæ Familiæ Oigniacenſi aggregari voluit. Poſtmodum anno 1213. mandante Innocentio III. Pontifice & rogante Francorum Rege, Cruciatam contra Albigenſes Hæreticos prædicavit. Anno 1215. ad Concilium Lateranenſe acceſſit, decretoque bello ad recuperandam Terram Sanctam, Vitriacus Chriſtianorum expeditionibus interfuit, & anno 1218 Acconenſis Epiſcopus & per Syriam Legatus Apoſtolicus fuit conſtitutus. Poſt decennium creatus S. R. E. Cardinalis & Tuſculanus Epiſcopus, eâque dignitate præfulgens ſæpius ſuam viſitavit Oigniacenſem Eccleſiam, cui vivens mirificè benefecit, & moriens Romæ 1243. plurima donaria reliquit.

Non minori Sanctitate hìc claruit & veneratione fidelium frequentata requieſcit Beata Maria de Nivella, vulgò dicta *Oigniacenſis*, ibidem mortua die 23. Junii 1213. præſente ſupra laudato Joanne Vitriaco, qui ipſi fuerat à confeſſionibus, ejuſque vitam prorsùs admirabilem conſcripſit. Porro quæ Vitriacus de Beata hac Virgine ob nimiam materiæ & miraculorum multitudinem prætermiſerat, in Libris ſuis collegit B. Thomas Cantipratanus, utriuſque coætaneus.

Hæc ex Archivis ſuis, unà cum variis Diplomatibus communicavit Ampliſſ. D. DAUYA *Prior Oigniacenſis.*

CAPUT CIX.

PHILIPPUS *Comes & Marchio Namurcenſis in Eccleſia S. Albani**, *quæ nunc eſt Cathedralis, viginti Vicarios inſtituit, anno* 1211.

PHILIPPUS Marchio Namurcenſis, univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum.

NOVERIT univerſitatis veſtræ diſcretio quod, cum Eccleſiam in Namurco Sancti Albani Chriſti Martyris pretioſi inveniſſem aliquantum deſertam & quaſi vacuam, ſincerâ dilectione eam amplectens cum bona devotione in quampluribus eam reſtruxi, tam in Altaribus, quàm cooperturis, novoque Presbyterio, tam campanis quàm campanariis, ac dormitorio, pluribuſque aliis ipſi Eccleſiæ competentibus & neceſſariis: Glorioſiſque Sacroſanctorum Reliquiis & pretioſis ornamentis honoravi.

ASSENSU quoque Domini Hugonis Leodienſis Epiſcopi, à Viris Venerabilibus Domino Stephano ſcilicet Cantuarienſi Archiepiſcopo totius Angliæ Primate, & à Domino Bertranno Metenſi Epiſcopo, Dominicâ qua cantatur *Quaſi modo geniti*, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octavo feci conſecrari, & numerum Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, qui erat ſeptemdecim, auxi tribus Præbendis de propriis bonis meis, & effeci numerum plenum viginti Canonicorum.

HÆC

Hæc quidem non ex jactantia vel arrogantia refero, ſed ut perpetuæ ad conſervationem honoris & dignitatis Eccleſiæ tradatur memoriæ.

Postmodum autem ad honorem Dei & augmentandum ejuſdem Eccleſiæ in Divinis ſervitium, inſtitui in eadem Eccleſia viginti Beneficia, quæ dicuntur *Vicariæ*, conferenda viginti Clericis, Eccleſiæ eidem aſſiduè deſervituris. Non quidem ut in Vicariis illis perpetuitatem habeant, ſed de anno in annum tredecim eorum per Decanum, & per ſaniorem partem Canonicorum in Eccleſia reſidentium ſtatuendi ſunt in Feſto S. Johannis: duo verò per Præpoſitum, duo per Decanum, tres autem per Cuſtodem ejuſdem Eccleſiæ. Illi autem tres ad impoſitionem Cuſtodis pertinentes noctè jacere debent in Monaſterio pro ſecuriore Sanctuariorum & ornamentorum conſervatione.

Si verò viginti Vicarii illi in ſervitio Eccleſiæ negligentes reperiantur, aut de moribus inhoneſtis redarguendi videantur, amovendi ſunt per Decanum & per ſaniorem partem Canonicorum reſidentium, de anno in annum, ut prædictum eſt: nec eos tueri poteſt aut debet Præpoſiti ſeu Decani aut Cuſtodis interpoſitio, vel ad majorem Audientiam appellatio.

Ad ſuſtentationem igitur eorumdem Vicariorum dedi Eccleſiæ S. Albani in eleemoſynam perpetuam totam decimam meam totius Territorii & poteſtatis de *Templues*, quam Ego & Prædeceſſores mei à longis temporibus in proprietatem poſſederamus, ſalvis in ipſa decima quadraginta modiis annonæ omni anno ad Dominas Eccleſiæ S. Georgii prope Namurcum pertinentibus: Centum verò modii annonæ ipſius decimæ annuatim tradendi ſunt prædictis viginti Vicariis: quindecim verò modii de eadem decima tradendi ſunt annuatim Magiſtro Werrico quoad vixerit.

Eccleſia Sancti Albani decimam ſatiſdictam annuatim recipere tenetur, de qua quadraginta modios quoquo anno Dominabus S. Georgii & centum modios præfatis Vicariis quoquo anno & Magiſtro Werrico quindecim modios totâ vitâ ſuâ ſolvere debet plenariè: quod autem ſolutionibus illis ſupervenerit convertetur ſemper in quotidianas portiones diſtribuendas Canonicis qui Matutinis interfuerint, & in dormitorio jacuerint; qui verò in altero horum duorum, Matutinarum ſcilicet vel dormitorii defuerit, nihil in hac diſtributione percipiet. Præpoſitus autem & Decanus ejuſdem Eccleſiæ ſi Matutinis interfuerint, & in dormitorio jacuerint, duplicem habeant portionem.

Si verò in prædictis ſolutionibus defectus aliquis quandocumque emerſerit, ſatiſdicta Eccleſia de aliis bonis ſuis ad quotidianas diſtributiones faciendas ubicumque locorum ſibi aſſignatis, defectum illum ſupplere debet, & debitas ſolutiones prædictas adimplere.

Præterea contuli Eccleſiæ S. Albani decimam meam totam de *Vendren.* convertendam in viginti prædictas Vicarias, ſalvis vigintiquatuor modiis, qui præ aliis perceptionibus contingunt annuatim Capellano S. Jacobi Namurcenſis, ad ſuſtentationem Capellani mei duabus partibus ſpeltæ, tertia verò avenæ. Decima illa de *Vendren.* annuatim danda eſt ad cenſum de anno in annum in Feſto S. Johannis, vel in tres annos, ſi melior in hoc videatur commoditas. Cenſum illam, quæ & obedientia nuncupatur, habere poteſt qui meliorem indè commoditatem facere videatur, videlicet Canonicus S. Albani quilibet, vel Capellanus S. Jacobi Namurcenſis, ſeu Vicarius aliquis prædictorum, ſi de facienda ſolutione bonam ſecuritatem præſtare potuerit.

Quicumque Vicariorum prædictorum Sacerdotes fuerint, non eis liceat ad Horas diei Decano aut Cantori contradicere, quin per hebdomadas & per dies Officia expleant Presbiterorum.

Ut autem hæc omnia rata habeantur & inviolata permaneant, Scripto præſenti & Sigillo meo cum Sigillo S. Albani confirmata ſunt.

Actum anno Verbi Incarnati milleſimo du- 1211
centeſimo undecimo.

CAPUT CX.

Joannes de Bethunia *Cameracenſis Epiſcopus Abbatiam Premiacenſem Monialium Ordinis S. Auguſtini, quæ nunc eſt Cameraci, eximit à juriſdictione Abbatis Cantimpratani, atque à communione proventuum, bonorum &c. anno* 1214.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Johannes Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus univerſis fidelibus tam præſentibus quàm futuris in perpetuum.

Si quid ſani conſilii deliberatione ſtatuitur ad firmandum vel in melius promovendum propoſitum ſanctitatis, tantâ debet in ipſo conſtitutionis initio circumſpectione fundari, ut nequaquam deficiat inter mundi defectus, immò competentibus adjumentis jugiter roboretur & creſcat.

Firmum igitur ſemper eſſe volentes quod ad Sanctæ Religionis propaginem extendendam piæ recordationis ordinavimus ratione, Scripti hujus indicio notum facimus univerſis, quod cùm Domus de Premiaco Cantipratenſis Eccleſiæ membrum eſſet, & Sorores ibidem manentes cum Fratribus præfatæ Eccleſiæ tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus communitatem haberent:

Nos

Nos ſanctæ profeſſionis fervorem qui laudabiliter in utriſque vigebat proficere potiùs quàm deficere cupientes, cum Viris prudentibus & honeſtis ad locum acceſſimus memoratum, ſedulò tractaturi, qualiter in utroque Collegio fervor obſervantiæ regularis futuris temporibus permaneret vel potiùs augeretur,

Ad quod Fratres prædicti pariterque Sorores pio deſiderio ſuſpirantes Nobiſcum noſtræ ſe diſpoſitioni penitùs commiſerunt, ut videlicet ordinaremus de ſtatu ipſorum quod eorum ſaluti & commodis meliùs videremus in poſterum expedire.

Studiosius itaque cum Viris prudentibus qui Nobiſcum intererant conferentes, habito etiam cum Fratribus ac Sororibus antedictis tractatu, non nullas conſideravimus rationes & cauſas per quas intelleximus evidenter, quod ſtatus Sororum diutiùs in futurum durare non poterat, nec in ſancto propoſito numerus earumdem augeri, ſi in ſubjectione Beati Victoris & jam dictæ Cantinpratenſis Eccleſiæ remanerent; maximè cum Ordo præſcriptus in ſuæ profeſſionis conſortium tales ſicut dedicimus perſonas de facili non admittat.

Causas nichilominus alias rationabiles & honeſtas quæ Nos bene moverunt ac temporis futuri pericula colligentes ex pluribus argumentis, modis etiam omnibus affectantes, ut in loco præſcripto, videlicet apud *Premiacum*, in perpetuum ſervaretur & creſceret ad multorum ſalutem religioſi propoſiti ſanctitudo, ſæpedictas Sorores ab omni ſubjectione & debito quo præmiſſæ Eccleſiæ tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus tenebantur decrevimus eximendas.

Ita quod Abbas de *Cantimprato* præſente & conſentiente Capitulo ſuo publicè coram Nobis eaſdem ab obedientia, quâ eidem & Eccleſiæ tenebantur, abſolvit, ipſas Deo & Nobis emancipatas & liberas derelinquens.

De temporalibus autem bonis quæ communia fuerunt hactenus inter eos, ita inter ſe liberaliter ac pacificè convenerunt: quod ſæpiùs dicti Fratres Sororibus in perpetuum conceſſerunt locum de *Premiaco* cum ædificiis ibidem extructis, terram quoque uſque ad viginti quinque mencaldadas propè Domum eandem, quæ proximæ paludi cohæret; vivariolum etiam à bonæ memoriæ Johanne Prædeceſſore noſtro Sororibus ipſis datum ſub cenſu duodecim denariorum Nobis noſtriſque Succeſſoribus annuatim perſolvendo.

Protestati ſunt inſuper coram Nobis, quod in omnibus bonis quæ præfatis Sororibus eleëmoſynâ vel acquiſitione aliquâ provenient in futurum, nullum occaſione ſocietatis antiquæ de cætero jus requirent, ſed libera & integra remanere permittent uſibus earumdem.

Similiter præſcriptæ Sorores renuntiaverunt penitus omni juri quod huc uſque habuerant vel habere poterant in bonis & poſſeſſionibus univerſis Eccleſiæ prænotatæ; licet aliqua pars bonorum ipſorum vel per ipſas provenerit vel occaſione ipſarum, liberè conteſtaotes ſe nichilominus reclamaturas in eis, ſalvis tamen hiis quæ ſuperiùs ſunt expreſſa.

Sciendum præterea, quod ipſæ Sorores ſuper poſſeſſionibus ſibi ſicut dictum eſt aſſignatis cenſus & redditus conſuetos perſolvent, nec ab Eccleſia de Cantimprato quicquam deinceps ſuper hiis requiretur.

Ut igitur memoriale perpetuum habeat ordinatio tam ſalubris, ſitque tamquam legitimum ſempiternum in generationes futuras, eandem, ſicut ſuperiùs continetur, perpetuo Scripti hujus noſtrique Sigilli Teſtimonio curavimus confirmari, ac illorum qui Nobiſcum fuerunt ſubſcriptione.

Signum Bartholomei Sancti Auberti,
Hugonis S. Sepulchti Cameracenſis, Abbatum,
Magiſtri Gerardi Archidiaconi in Valencenis,
Magiſtri Johannis Theſaurarii,
Magiſtri Jacobi, Ywanni, Sacerdotum Canonicorum Beatæ Mariæ,
Magiſtri Willelmi Canonici S. Gaugerici,
Ægidii,
Willelmi, Canonicorum Sancti Auberti,
Lamberti Monachi Sancti Sepulchri.

Actum anno ab Incarnatione Domini M. CC. XIV. Menſe Auguſto. 1214.

CAPUT CXI.

Abbatia Monialium Ciſtercienſium, quæ nunc eſt in Wevelghem *juxta Cortracum, fundatur in vicina Parochia de* Moorſele *per* Joannam *Flandriæ Comitiſſam & * Margaretam *Caſtellanam Aldenardenſem anno* 1215.

Ex Ducheſne in Familia Gand.

Nos Joanna Comitiſſa Flandriæ & Hannoniæ. Notum facimus omnibus præſentes viſuris, fidelem meam ac dilectam Dominam Margaretam Caſtellanam Curtracenſem in præſentia mea in manus meas reſignaſſe domum ſuam & habitationem, cum omnibus reditibus, ſilvis, paſcuis, & omnibus aliis appendentiis pertinentibus ad dictum locum.

Et Ego ſimiliter dedi in eleëmoſynam perpetuam, dictam habitationem cum omnibus ad eam pertinentibus, ut dictum eſt, Abbatiæ & Conventui de *Moorſele* Ordinis Ciſtercien. &c. Teſtibus,

Guilielmo Præpoſito Brugenſi & Flandriæ Cancellario,
Ægidio Decano Cortracenſi,
Arnoldo de Aldenarda,
Michaële de Harnes,
Waltero de Cortraco, Clerico.

Actum anno M. CC. XV. die XV. Martii.

Ego

EGo SIGERUS Caſtellanus Gandenſis, & H. Filius meus Primogenitus. Univerſis præſentem Paginam inſpecturis.

NOTUM facimus, Nos veritate diligenti inquiſitâ cognoviſſe, quòd nihil juris in terra vel feodo ſive Allodio vel alia poſſeſſione, quæ in Parrochia de *Morſelle* Philippus Comes Flandriæ & Viromandiæ contra Arnulphum de Duc & Labekinum Fratrem ejus, cum omnibus quæ eis per forſmorturam accidere poterant, legitimè emit, habemus Quæ liberè habita dilectæ ſuæ MARGARETÆ Caſtellanæ Curtracenſi prædictus Comes in incrementum feodi, quòd de ipſo tenebat, liberè conceſſit, ut inde ſuam tamquam de proprio præfata M. faceret voluntatem, & hoc laudentibus & concedentibus R. Avo meo Caſtellano Curtracenſi, Marito prædictæ M, & univerſis Filiis ejus.

Nos ergo id, quod in prædictis noſtri juris eſſe putabamus, incalumniatum relinquentes, liberum ab omni vexatione dimittimus.

ET ut nulla ultra per Nos inde poſſit oriri calumnia, hæc Sigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

ACTUM anno Domini M. CC. XVII, menſe Aprili. 1217.

CAPUT CXII.

ADAM *Morinenſis Epiſcopus Privilegia & Poſſeſſiones Canonicorum S. Petri in Monte Caſleti confirmat anno* 1218.

Ex Archivis Cameræ Rationum inſulis.

ADAM Dei gratiâ Morinenſis Epiſcopus dilectis Filiis Sancti Petri Caſletenſis Eccleſiæ Canonicis eorumque Succeſſoribus in perpetuum.

QUONIAM in Sede juſtitiæ licet indigni præſidemus, unicuique Eccleſiæ noſtræ prælationis ſua jura conſervare & utilitati earum paterno affectu providere debemus. Juſtis itaque veſtræ petitionis deſideriis annuentes, bona veſtra quæ Comes Venerabilis Robertus Barbatus, ſicut ab omni exactione vobis libera conceſſit, privilegioque ſuo munivit, ita & Nos Vobis Epiſcopali quâ fungimur authoritate confirmamus, & Sigilli noſtri impreſſione ſignamus.

ADJICIENTES, ut quæcumque canonicè poſſidetis, ſeu in poſterum juſtè poſſeſſuri eſtis, firma & illibata vobis permaneant, ſalvo jure Teruanenſis Eccleſiæ. In quibus hæc propriis annotamus vocabulis. Sex berquarias terras duarum Præbendarum. Curtem de *Fleternes* in Caſtellatura Furnenſi. Terram etiam de *Hotkerka* cum toto ſervicio, excepto equitatu equitum extra patriam; & Miniſter Villæ miniſterium ſuum tantùm à Præpoſito & Fratribus recipiat, & vobis ſolis de miniſterio reſpondeat. Curtem de *Biſſinfela* in Caſtellatura Bergenſi. Duas etiam partes decimarum novarum terrarum, à tempore Comitatûs Roberti prædicti cultarum & colendarum, in Caſtellatura S. Audomari, Caſletenſi, Curtracenſi. Curtem de *Reineka* Curtem ad pedem Montis Caſletenſis. Quartam partem Allodii Radulphi Canonici, in agris, pratis, virgultis vel molendinis. Terras in *Staples*, in *Hasbroc*. Altare de *Herſinga*. Altare S. Nicolai in *Burgo* Caſletenſi, cum Domo Hoſpitali ſub muro ad Orientem poſita.

CONCEDIMUS etiam vobis Præpoſiti liberam electionem, & totius ſimoniacæ peſtis prohibemus contagionem.

NULLUS etiam Parochianum veſtrum abſque veſtra licentia recipere præſumat.

Si quis autem hujus Conceſſionis noſtræ Paginam ſciens, contra eam facere præſumpſerit, resque veſtras minuendo, alienando, diſtraxerit, donec errorem ſuum ſatisfaciendo correxerit, anathema ſit, & Divinæ ſubjaceat ultioni.

Qui verò jura veſtra vobis ſervaverit, beneficia Divinæ retributionis hìc inveniat, & apud diſtrictum Judicem in extremo examine præmia vitæ æternæ recipiat. Amen.

ANNO Dominicæ Incarnationis M. CC XVIII, menſe Octobri, Feriâ quintâ poſt Feſtum Sancti Remigii. Actum apud Bergas. 1218.

CAPUT CXIII.

GREGORIUS IX. *Pontifex Prioratui de* Oignies *Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Diœceſis olim Leodienſis nunc Namurcenſis, varia concedit Privilegia anno* 1227.

Ex Archivis Monaſterii.

GREGORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Priori S. Nicolai de *Oingnies*, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuam rei memoriam.

RELIGIOSAM vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat.

EAPROPTER, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S. Nicolai de Oingnies, in qua Divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra

noſtra Protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Prӕterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque Succeſſoribus illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis * .... cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

* Fit hic enumeratio ampla bonorum Monaſterii

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à Vobis decimas exigere debet vel extorquere præſumat. Liceat quoque Vobis Clericos vel Laïcos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra Profeſſionem fas ſit ſine Prioris ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtentu, diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium Literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce Divina Officia celebrare.

Crisma verò, Oleum Sacrum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines ſueriut promovendi, à Dioceſano Epiſcopo Vobis volumus ſine pravitate aliqua exbiberi.

Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu Oratorium de novo conſtituere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen Juſticiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laïcis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit Vobis de noſtra Auctoritate facultas.

Obeunte verò Te nunc ejuſdem loci Priore vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars majoris & ſanioris conſilii, ſecundùm Deum & B. Auguſtini Regulam providerint eligendum.

Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ in poſterum ſollicitudine providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infrà clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem ſundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Prӕterea omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum, à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter Vobis indultas, Apoſtolicâ Auctoritate confirmamus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſt. Authoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonicâ Juſtitiâ, & in ſupradictis decimis moderatione Concilii Generalis.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſoum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoria noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Gregorius Cath. Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Pelagius Albanenſis Epiſcopus.
Ego Conrardus Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus.
Ego Guido Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Oliverus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Stephanus Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbiter Cardinalis.
Ego Thomas Tituli Sanctæ Sabinæ preſbiter Cardinalis.
Ego Johannes Tituli Sanctæ Praxedis Preſbiter Cardinalis.
Ego Oct. Sanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis.
Ego Stephanus S. Adriani Diaconus Card.

Datum Anagniæ per manum Magiſtri Senebaldi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-cancellarii, II. Nonas Auguſti, Indict. quintâ decimâ, anno Incarnationis Dominicæ M.CC.XXVII. 1227.
Pontificatûs verò Domini Gregorii PP. IX. anno primo.

Digitized by Google

CAPUT CXIV.

Walterus *Vicarius Generalis Epiſcopi Cameracenſis conſentit anno* 1230. *in fundationem Abbatiæ Monialium Ordinis S. Auguſtini in* Haſpra, *inter Cameracum & Valencenas, quæ dein tranſlata fuit* Tornacum, *diciturque Abbatia de* Pratis.

Ex Archivis Abbatiæ.

WALTERUS Canonicus Cameracenſis & Archidiaconus in Brabantia Vices-gerens Domini Cameracenſis. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra quod cum quædam juvenculæ, videlicet Aalis de Auxeio & Sociæ ejus, gratiâ Sancti Spiritûs eas inſtruente, attendentes ſecundùm illud Eccleſiaſtici, quod *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud ibit cum illo* in perditionem. *Et omne opus electum juſtificabitur: Et qui operatur illud honorabitur in illo*, potiùs elegerint honorari & introduci cum prudentibus Virginibus ad nuptias veri Sponſi, quàm cum fatuis, extinctis lampadibus excludi in perditionem. Spretis quoque carnis illecebris ac voluptatibus mundanis, ardenti deſiderio cœleſti Sponſo adhærere perpetuò devoverint, ſeque ſuaque ſalubri conſilio Eccleſiæ penitus exponentes.

NOS autem, qui vices gerimus Venerabilis Patris ac Domini G. Cameracenſis Epiſcopi per totum Cameracenſem Epiſcopatum, attendentes earum devotionem ac ſalubre conſilium, juſtis earumdem petitionibus ac deſideriis inclinati, de conſilio bonorum Virorum Domum juxta *Aſpram*, quæ dicitur *Leproſorum*, cum ſuis appendentiis, quantum ad Dominum Epiſcopum pertinet, dummodo Primiacenſis Eccleſiæ teneant Ordinem & aſſumant habitum, ad Deo famulandum jugiter in perpetuum, duximus concedendum.

SALVO tamen in omnibus & per omnia jure Epiſcopali & ſalvo pariter jure Parochiali.

IN cujus rei Teſtimonium fecimus præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine roborari.

ACTUM anno gratiæ milleſimo ducenteſimo 1230
triceſimo, menſe Octobris.

CAPUT CXV.

Litteræ Epiſcopi Tornacenſis, quibus concedit præfatis Monialibus Sacellum Leproſorum in Haſpra *anno* 1231.

Ex iiſdem Archivis.

G... Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra quod cum quædam Juvenculæ, videlicet Aalis de Auxeio & Sociæ ejus gratiâ Sancti Spiritûs eas inſtruente, attendentes ſecundùm illud Eccleſiaſtici, quod *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud ibit cum illo* in perditionem. *Et omne opus electum juſtificabitur, & qui operatur illud honorabitur in illo*, potiùs elegerint honorari & introduci cum Virginibus prudentibus ad nuptias veri Sponſi, quàm cum fatuis, extinctis lampadibus, excludi in perditionem, ſpretis quoque carnis illecebris ac voluptatibus mundanis, ardenti deſiderio cæleſti Sponſo adhærere perpetuò devoverunt, ſeque ſuaque ſalubri conſilio Eccleſiæ penitus exponentes.

Nos autem earumdem attendentes devotionem ac ſalubre conſilium, juſtis earum petitionibus ac deſideriis inclinati, de conſilio bonorum Virorum Domum juxta *Aſpram*, quæ dicitur *Leproſorum*, cum ſuis appendiciis liberam & mancipatam ab omnibus indebitis exactionibus, quantum ad Nos pertinet, dummodo Primiacenſis Eccleſiæ teneant Ordinem, Inſtitutiones & Regulam, & aſſumant habitum ad Deo famulandum jugiter in perpetuum, duximus concedendum; ſtatuentes inſuper ut eadem Eccleſia Sanctimonialibus & Ancillis Domini deputata eâdem gaudeat libertate & emunitate quâ gaudet Eccleſia Primiacenſis de conceſſione Prædeceſſorum noſtrorum & à Nobis. Salvâ dumtaxat obedientiâ, jure & reverentiâ quam ſicut aliæ Conventuales Eccleſiæ Cameracenſi Epiſcopo & Eccleſiæ ſuæ tenebitur exhibere; ſalvo etiam jure Parochiali.

ILLUD autem ſpecialiter inhibemus, ne dicta Domus ad alium Ordinem quàm Eccleſiæ Primiacenſi aliquatenus transferatur.

ANNIVERSARIUM autem obitûs noſtri & Patris & Matris noſtræ in eadem Eccleſia penitus & ipſum annuatim Sanctimoniales tenebuntur in eadem Eccleſia celebrare.

IN cujus rei & noſtræ Confirmationis Teſtimonium præſentem Cartam Sigilli noſtri fecimus munimine roborari.

DATUM anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo primo.

G... Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum Nos Domum Leproſorii ſitam inter Monebians & Aſpre, de converſatione penitus ſæculari, ad frugem vitæ melioris & Religionis approbatæ, coöperante gratiâ Dei, & interveniente bonorum Virorum conſilio, tranſtulerimus, & Religioſis Sororibus de Ordine S. Victoris & Primiaeenſis Eccleſiæ ibidem conſtitutis ad famulandum & ſerviendum Domino Deo jugiter in perpetuum, aſſignaverimus, Capellaniam quæ dictis *Leproſis* ſerviebat, quam ad vitam ſuam tenet D. Petrus de Haſpre Capellanus, eiſdem Sororibus perpetuò duximus concedendam; annuentes ut de proviſione ipſius Capellaniæ & bonis ad eam ſpectantibus liberè faciant quod ſibi viderint expedire: poſt miniſterium ejuſdem Petri qui nunc miniſtrat in ea, de Beneficio ejus Capellanum ſibi idoneum, vel de habitu ſæculari, vel de Religione ſua, ſi hoc commodius eis viſum fuerit, proviſuræ.

In cujus rei Teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigillo noſtro duximus roborandas.

Actum anno Domini M.CC.XXXI. menſe Maio. 1231.

CAPUT CXVI.

Boneſſiæ in Namurceſio olim fuerat duplex Abbatia Monialium Ciſtercienſium; quarum una manſit Boneſſiæ, poſtmodum in Abbatiam Religioſorum immutata; altera tranſlata ad Fanum S. Deſiderii in Galliа, ſua bona hoc Diplomate tranſcribit anno 1231.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

EGo Elisabeth dicta Abbatiſſa & Conventus Sancti Deſiderii Ciſtercienſis Ordinis, univerſis præſentes Litteras audientibus ſalutem in perpetuum.

Notum facimus, quod Nos dilectis Filiabus noſtris Coabbatiſſæ noſtræ & Conventui de Bonneſſia communi aſſenſu omnes terras & poſſeſſiones cum omnibus Askeatiis quæ ad Nos ſpectabant, tempore quo noſter Conventus à Bonneſſia ad Sanctum Deſiderium ſe tranſtulit, cum integritate in perpetuum contulimus & omnino quittas clamavimus.

Etiam poteſtatem quam in Ordine noſtro Matres conſueverunt & debent habere Filiabus ſuis, habemus & perpetuò in Abbatia prædicta habebimus.

Quod ut ratum & firmum permaneat, præſentes Litteras Filiabus noſtris Sigillo noſtro & Sigillo Domini Jacobi Abbatis Triumfontium Viſitatoris noſtri contulimus roboratas.

Actum anno Domini M. CC. XXX. primo, 1231.
menſe Maio.

BOneſſia Abbatia Ordinis Ciſtercienſis ſita eſt in Diœceſi ac Comitatu Namurcenſi ad Mebaniam fluvium pari circiter trium milliarium intervallo à Namurco & Thenis.

Fuerunt illic quondam duæ Abbatiæ Monialium, ex utroque Mehaniæ latere conſtitutæ, quarum primitiva fundatio ignoratur: ſed illa quæ verſus Brabantiam ſita erat jam dudum deſiit.

Abbatiſſa ejus & Moniales relicto hoc domicilio aliud ſibi quæſierunt in Fano S. Deſiderii Oppido ad Campaniæ & Lotharingiæ limites ſito, ſuamque domum ac bona Monialibus Boneſſiæ remanentibus reliquerunt, uti patet ex ſuperiori Diplomate.

Poſtmodum Moniales Boneſſienſes à primævo pietatis fervore, & Regulæ Ciſtercienſis obſervantia factæ degeneres, ex hac Abbatia dimiſſæ ſunt anno 1461. per Abbates Molinienſem & Jardinetanum, Commiſſarios ab Abbate & Capitulo Generali Ciſtercienſi deputatos. Abbatiſſa ab omni regimine fuit depoſita, & cum tribus ſuis Monialibus quæ ſolæ ſupererant, ad Salſinienſem & Floridæ-Vallis Abbatias fuit relegata.

Porro Monialibus ſubſtituti fuerunt Religioſi ex prædictis Abbatiis Molinienſi & Jardinetana, quibus primus Abbas datus eſt Petrus Multoris Aloſtanus, profeſſus Jardineti.

Anno 1463. iiſdem pro Domo ſive Refugio traditum fuit à Magiſtratu Namurcenſi Begginagium ſive Cœnobium Sororum ſub tertia Regula S. Franciſci, Namurci fundatum ab anno 1403. per Gertrudem de Ponte: ſed propter vitam minùs Regularem dictarum Begginarum ſuppreſſum. Hujus Begginagii Fundatio infra ſubſequetur.

Hæc Documenta cum Diplomatibus benignè Nobis communicavit Ampliſſimus Dominus Alexander Parmentier *Abbas Boneſſienſis.*

CAPUT CXVII.

Gregorius IX. *Pontifex Fundationem Monaſterii* de Conſilio Beatæ Mariæ *confirmat anno* 1231.

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

GRegorius Epiſcopus Servus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ Monaſterii *de Conſilio Beatæ Mariæ*, ejuſque Sororibus tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuam memoriam.

Religiosam vitam eligentibus, Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eas à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat.

Eapropter, dilectæ in Domino Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus,

mus, & Monaſterium de Conſilio Beatæ Mariæ, in quo Divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Imprimis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & Beati Auguſtini Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alus juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis & eis quæ Vobis ſucceſſerint & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum domibus & pertinentiis ſuis, terras, prata, & poſſeſſiones juxta Haſpram, cum pertinentiis ſuis.

Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus decimas, vel aliud nomine decimarum aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à Vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Liceat quoque Vobis mulieres liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus inſuper ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro Profeſſionem, fas ſit abſque Abbatiſſæ ſuæ licentia, niſi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco diſcedere: diſcedentem verò abſque communium Litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat Vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis Interdicto, ſuppreſſâ voce Divina Officia celebrare.

Crisma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea Vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere.

Prohibemus etiam ut infra fines Parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum.

Ad hæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſæcularibuſve Perſonis, à vobis omninò fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut publicè uſurarii, nullus obſiſtat. Salvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas præterea ad jus Monaſterii veſtri ſpectantes, quæ à Laïcis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum & ad dictum Monaſterium ad quod pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra Auctoritate facultas.

Obeunte vero Te nunc ejuſdem Loci Abbatiſsâ, vel earum aliquâ quæ Tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violenciâ proponatur, niſi quam Sorores communi aſſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem & Beati Auguſtini Regulam, providerint eligendam.

Paci quoque & tranquillitati veſtræ Paternâ in poſterum ſollicitudine providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum, à Regibus, Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri Jhesu Christi, quatenus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Reate per manum Magiſtri Martini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii, ſeptimo Idus Novembris, Indictione quintâ,
Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducen- 1231.
teſimo xxxi, Pontificatûs verò Dompni Gregorii Papæ IX. anno quinto.

CAPUT CXVIII.

Godefridus *Epiſcopus Cameracenſis permittit anno* 1232. *Monialibus de* Haſpra *Ordinis S. Auguſtini, ut in alium locum commodiorem ſe transferant.*

Ex MS. Archivis Abbatiæ.

G...... Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus omnibus hoc Scriptum viſuris ſalutem io Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum dilectæ in Chriſto Abbatiſſa & Conventus *de Conſilio Beatæ Mariæ* juxta *Haſpram*, Ordinis Sancti Victoris Pariſienſis, dudum obtinuerint locum illum in quo manent ad præſens, de noſtro conſenſu, Domum ſcilicet juxta *Haſpre*: quia idem locus ſatis eis exiſtat incommodus & ineptus; Nos earum incommoditate perſpectâ & bonorum Virorum precibus inclinati, eiſdem benignè conceſſimus, ut alibi infra noſtram Diœceſim vel etiam extra ad locum ſe transferant aptiorem, ubi quantò commodiùs, tantò & devotiùs Domino famulentur.

Addidimus etiam conceſſioni prædictæ propter meliùs propagandum religionis effectum, ut locus prædictus juxta *Haſpram* cum appendiciis ſuis eiſdem à Nobis conceſſus, & omnes aliæ poſſeſſiones vel bona ipſis à Nobis collata, vel ab aliis per emptiones aut donum ſive eleëmoſynam acquiſita, remaneant in perpetuum uſibus & ſuſtentationi earum, ac ſi in dicto loco juxta *Haſpram* manerent.

Et ut noſtra conceſſio in poſterum ſtabilis & firma perſiſtat, Cartam eis præſentem tradidimus Sigilli noſtri Teſtimonio roboratam.

Datum anno gratiæ M CC.XXXII. Menſe Martio. 1232.

CAPUT CXIX.

Joanna *Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa juriſdictionem Præpoſiti & Capituli S. Donatiani Brugenſis promovet & auget anno* 1232.

Ex Archivis Epiſcopatûs Brugenſis.

Omnibus præſentes Litteras inſpecturis Joanna Fla: driæ & Hanoniæ Comitiſſa & Petrus de Collemedio Eccleſiæ Sancti Audomari Præpoſitus ſalutem in Domino.

Noveritis, quod cum magna quæſtio verteretur inter Nobilem Virum Fernandum Flandriæ & Hannoniæ Comitem & Nos Comitiſſam ex una parte, & Præpoſitum, Decanum & Capitulum S. Donatiani Brugenſis ex altera, ſuper hoſpitibus retinendis & recipiendis in terris ſuis, quos liberos cum bonis ſuis, ubicumque ea habuerint, ſe habere dicebant, & ſuper juriſdictione quam dictus Comes ſe in hoſpites prædictos habere dicebat, eum delinquebant in terra ſua: compromiſſum fuit Nobis ſub hac forma.

Fernandus Flandriæ & Hannoniæ Comes univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverint univerſi quod Nos ex una parte, & Willelmus Brugenſis Præpoſitus & Flandriæ Cancellarius & Robbertus Decanus totumque Beati Donatiani Brugenſis Capitulum ex altera; compromiſimus in Virum Venerabilem Magiſtrum Petrum de Collemedio Præpoſitum S. Audomari, ſuper damnis & injuriis hinc inde illatis, & reſtitutione & emendatione eorum ab utraque parte plenariè faciendis, tam pro Comite, quàm pro ſuis, & tam pro Eccleſia quàm pro ſuis, ad honorem Dei & Eccleſiæ, ad Dictum ipſius Præpoſiti.

De aliis autem omnibus querelis motis inter Nos & dictos Præpoſitum Decanum & Capitulum S. Donatiani, videlicet de hoſpitibus recipiendis & de juriſdictione ſuper hoſpitibus eiſdem, & omnibus aliis controverſiis, compromiſimus in Dominam Joannam Comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ & in prædictum Dominum Præpoſitum S. Audomari, ſub pœna mille marcharum argenti, ſalvis conſuetudinibus & privilegiis dictæ Eccleſiæ S. Donatiani: exceptis hiis quæ circa hæc bonâ fide ſecundùm intentionem eorum duxerint ordinanda ita tamen quod ipſi dicent in Dicto ſuo, quod credunt dictos Præpoſitum, Decanum & Capitulum S. Donatiani propter ipſorum ordinationem non venire contra juramentum ſuum. Debent autem terminare & dicere Dictum ſuum infra proximam Aſſumptionem Beatæ Virginis.

Et eſt ſciendum, quod dictus Præpoſitus S. Audomari de iis ſuper quibus in ipſum ſolum compromiſſum eſt, poterit ſimul de omnibus pronuntiare vel ſigillatim ſuper ſingulis articulis prout viderit expedire: ita quod poſtquam fuerit pronuntiatum ſuper uno articulo vel pluribus, non exſpitet Compromiſſum quoad alia, vel

Digitized by Google

vel quantum ad ea, ſuper quibus pronuntiatum fuerit ab eodem, ſi aliquid ſuper hiis duxerit corrigendum vel declarandum, donec de omnibus pronuntiatum fuerit infra terminum prædictum.

Et eodem modo poterunt facere dicta Comitiſſa & dictus Præpoſitus S. Audomari, ſuper iis de quibus in ipſos eſt compromiſſum. Et interim Nos & noſtri ſuperſedere debemus omnibus querelis motis coram quibuſcumque Judicibus, & movendis infra dictum terminum Compromiſſi.

Hæc autem Compromiſſio facta eſt de conſenſu & voluntate chariſſimæ Uxoris noſtræ Joannæ Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ, quæ Sigillum ſuum præſenti Scripto appoſuit.

1231. Actum anno Domini M.CC.XXXI. Menſe Septembri, feriâ ſextâ poſt Nativitatem Beatæ Mariæ, apud Ariam.

Hoc autem Arbitrium prorogatum fuit de conſenſu utriuſque partis uſque ad Feſtum Circumciſionis proximo ſequentis.

Auditis igitur hiis quæ à partibus ſæpè fuêre propoſita coram Nobis, & Privilegiorum Eccleſiæ diligenter intellecto tenore, ſic ſuper præmiſſis diffiniendum duximus & ordinandum.

Præpositus Decanus & Capitulum Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis recipere poterunt in terram ſuam bomines Comitis ſecundùm Privilegium ſuum, qui venient per proximitatem ſucceſſionis, ſeu per matrimonium, dum tamen in fraudem & dolum non eſſet factum matrimonium, ut propter hoc in terram Eccleſiæ pro libertate venirent, vel per advolationem, vel eos qui ibi habuerunt manſuram, vel prædeceſſores ſui, in qua ipſi ſuccedunt: per nullam autem emptionem nullum deinceps prædicti recipient, niſi per voluntatem Comitis & Dominorum Flandrenſium.

Hii qui ſunt modò in terra Præpoſiti & Capituli, remanebunt ibi cum franchiſia ſolita, exceptis hiis qui per dolum & fraudem à decem annis citra intraverunt ibi; de quibus tres homines electi inquirent diligenter veritatem, & de illis maximè quos Baillivus Comitis eis nominabit: & omnes quos invenerint non intraſſe per quatuor modos prædictos, vel alio modo legitimo, ſed per fraudem & dolum, illos removebunt. Inquiſitores jurabunt hoc facere bonâ fide, & per juramenta inquirent ab illis per quos ſcire poterunt veritatem. Et hæc inquiſitio fiet uſque ad Feſtum Nativit. B. Joannis Baptiſtæ.

Hæc dicimus de hominibus Præpoſiti & Capituli, qui non ſpectant ad Cancellariam, & de ſis tantùm qui ſunt in Caſtellania de Brugis: & eiſdem modis homines Eccleſiæ poterunt intrare, & non aliis, in terram Comitis memorati.

Item ne proceſſu temporis ſuper hiis fraus aliqua committatur, ordinamus & dicimus, quod quolibet anno Comes vel Baillivus Comitis poterunt ad Præpoſitum & Capitulum prædictos venire, ut amoveant eos qui fortè recepti fuerint in terra ſua alio modo quàm quatuor modis prædictis, & nominabuntur Præpoſito & Capitulo prædictis illi qui dicentur veniſſe in terram ſuam alio modo quàm eſt ſtatutum. Quo comperto, ſive per inquiſitionem ipſorum Præpoſiti & Capituli, ſive per probationem Comitis vel Baillivi coram eis factam, illos amovere Præpoſitus & Capitulum tenebuntur. Et eodem modo poterunt prædicti conqueri quolibet anno de ſuis, quos dicent in terram Comitis tranſiviſſe per quatuor modos prædictos; quos ſi Comes vel ejus Baillivus invenerit per inquiſitionem vel probationem Præpoſiti & Capituli coram ipſis factam, eos amovere tenebuntur; quia eiſdem modis quoad omnia de hoſpitibus hinc inde procedetur.

Item dicimus, quod ſi aliquis de hoſpitibus Eccleſiæ memoratæ in terra Comitis forisfaciat vel delinquat, & ad ipſius forisfactum à Baillivo vel hominibus Comitis capiatur, Ballivus Comitis faciet inde juſtitiam, ſicut de aliis hominibus qui non ſunt homines Eccleſiæ, & levabit inde emendam legitimam bonâ fide, ſicut de hominibus Comitis; & quia homines ſunt Eccleſiæ, non ipſos plus gravabit.

Si verò prædictæ Eccleſiæ homines, qui fecerunt forisfactum vel delictum, recederent de terra Comitis dearreſtati, hoc eſt, antequam caperentur ad præſens delictum, ſicut dictum eſt, Baillivus & homines Comitis non poterunt poſtmodum eos capere ſeu arreſtare; ſed oſtendent Præpoſito, & Præpoſitus inquiſitâ veritate per illos qui ſcire poterunt veritatem, & illos qui interfuerunt facto, ſive ſint homines Eccleſiæ, ſive Comitis, ſive alterius, judicabit forisfactum quàm citò poterit, bonâ fide, & ad minus infra ſex ſeptimanas, poſtquam ſibi fuerit oſtenſum; niſi per apparens legitimum impedimentum conſtiterit, ipſum judicare non potuiſſe infra ſex ſeptimanas prædictas, & ex tunc bonâ fide, quàm citiùs poterit, judicabit.

Cum autem per homines Comitis inquirere voluerit veritatem Baillivus Comitis, faciet eum habere veritatem. Emendam verò provenientem ex forisfacto prædicto, habobit Comes, & faciet ei ſolvere Præpoſitus infra menſem, bonâ fide, poſtquam fuerit judicata. Si verò emenda ſoluta non fuerit infra tempus prædictum, Baillivus Comitis ex tunc poterit arreſtare forisfactorem ſeu delinquentem, ubicumque ipſum invenerit in terra Comitis: debet tamen eum reddere Præpoſito, & Præpoſitus eum tantùm tenebit donec Comes habeat emendam adjudicatam.

Eisdem modis procedetur circa hoſpites Comitis, ſi forisfaciant vel delinquant in terra Eccleſiæ memoratæ.

Hæc dicimus de delictis & forisfactis illis, de quibus emenda pecuniaria levabitur. Si verò tale fuerit forisfactum vel delictum, propter quod capitalem debeat ſubire ſententiam delinquens vel forisfactor, vel debeat amittere membrum; ſi captus fuerit ab hominibus Comitis ad præſens forisfactum, Baillivus Comitis audiet cauſam & judicabit, ſicut & dictum eſt in alio caſu ſuprà: ſi verò non fuerit ad præſens forisfactum captus, Præpoſitus vel hii qui loco ſui ſunt, audient cauſam & judicabunt hoſpitem ſuum, & illo forisfactore ad mortem vel mutilationem membri per judicium condempnato, Baillivus

Comitis

Digitized by Google

Comitis, poſtquam tenuerit condempnatum, exequetur de ipſo juſtitiam manifeſtam, ſine commodo pecuniario, & ſine mora, bonâ fide. Si qua vero bona condempnatus habuerit quæ ſunt in terra Eccleſiæ, erunt Eccleſiæ ſeu Præpoſiti & Capituli; ea verò quæ ſunt in terra Comitis, erunt Comitis ipſius.

Prædicta omnia dicimus ſervanda tantummodo in Caſtellania de Brugis de hoſpitibus Comitis & Præpoſiti, dum tamen hoſpites Præpoſiti non ſpectent ad Cancellariam.

De hiis quæ ſpectant ad Villam Brugenſem, nichil dicimus, quia in Nos à partibus non extitit compromiſſum. Per hoc Dictum noſtrum quod arbitrando diximus, nolumus quod aliquid detrahatur vel accreſcat privilegiis conceſſis Eccleſiæ S. Donatiani, niſi in quantum per Nos eſt bonâ fide pro pace ſervanda inter Comitem & Eccleſiam ordinatum.

Actum apud Caſletum, die Jovis poſt Feſtum Beati Nicolai, anno Domini milleſimo du- 1232.
centeſimo triceſimo ſecundo.

CAPUT CXX.

Joannes *Epiſcopus Leodienſis donat anno* 1232. *Decimam de* Boneſſe *in Namurceſio, Monaſterio Sanctimonialium ibidem conſtituto, quod dein mutatum fuit in Abbatiam Religioſorum Ciſtercienſium.*

Ex MS. ejuſdem Abbatiæ.

JOannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino.

Universitati veſtræ notum facimus, quod Godefridus Miles de *Bonneſſe*, Franco Miles, Willelmus Hullumus, & Fogwinus Filii ſui, & Maria Filia ſua, in noſtra præſentia conſtituti, Decimam quam tenebant apud *Bonneſſe*, tam groſſam quàm minutam, & etiam apud *Boniſoul*, in manus noſtras liberè & abſolutè reportaverunt, & quidquid juris in eadem ſe dicebant habere, penitus quittaverunt coram Nobis.

Nos autem Domui de Bonneſſe, Ciſtercenſis Ordinis, in qua Religioſæ Sanctimoniales Domino die ac nocte devotè exhibent famulatum, pro noſtra & Prædeceſſorum noſtrorum ſalute, dictam Decimam conceſſimus & contulimus in eleëmoſynam poſſidendam, & eam Epiſcopali authoritate confirmavimus.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras eidem Domui contulimus, Sigilli noſtri charactere inſignitas.

Actum & datum apud Habos in die B. Agnetis, anno Domini milleſimo ducenteſimo trige- 1232.
ſimo ſecundo.

CAPUT CXXI.

Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini, ex Haſpra *transfertur ad Domum* Filiarum Dei *in Pratis Porcinis, juxta Tornacum, anno* 1233, *conſentiente Capitulo Tornacenſi.*

Ex Archivis Abbatiæ.

J.... Dei gratiâ Archidiaconus Cathalaunenſis, & S. de Claſtris Canonicus Tornacenſis, univerſis quibus hoc Scriptum videre contigerit, in Domino ſalutem.

Abbatissa & Conventus Monialium inſtituti quaſi de novo à Reverendo Patre Epiſcopo Cameracenſi, ad famulandum Deo ſub obſervantia regulari, Ordinis Eccleſiæ Primiacenſis, in loco qui dicitur *Conſilium Sanctæ Mariæ*, juxta *Haſpram*, propter varias loci ejuſdem, quibus artabantur, incommoditates, ad locum alium humanis neceſſitatibus commodiorem, perpetuò ſe transferre volentes, à Nobis humiliter poſtularunt, quatenùs eis, Divinæ intuitu pietatis, Domum, quæ dicitur *Filiarum Dei*, juxta Tornacum in pratis Porcinis, concederemus, ad inſtaurandum ibidem in laudem Dei & glorioſæ Virginis Abbatiam, & ut Nos ad præbendum hujuſmodi petitioni ſuæ aſſenſum inclinare poſſent faciliùs, & movere, Litteras Nobis patentes præfati Domini Cameracenſis Epiſcopi porrexerunt, in quibus continebatur expreſſè, quod ipſe Dominus Epiſcopus licenciabat eas, ut loco ſuo propter evidentes incommoditates relicto, locum ſibi vel in Cameracenſi, vel extra quærerent aptiorem, ut ſic temperato aliquantulum impedimento ſollicitudinis temporalis, ſollicitudo magis convaleſceret in Divinis.

Continebatur inſuper in Litteris ipſis, quòd prædictus Dominus Cameracenſis Epiſcopus conceſſit eiſdem Abbatiſſæ & Monialibus, ut dictus locus juxta *Haſpram*, cum appendiciis, & cum omnibus bonis & poſſeſſionibus ſuis, remaneant in perpetuum ad earum ſuſtentationem, ac ſi in ipſo loco juxta *Haſpram* reſidentiam facerent corporalem.

Nos itaque à Domino Tornacenſi Epiſcopo plenam

plenam habentes poteſtatem inſtituendi Ordinem in dicta Domo, vel etiam ſecundùm beneplacitum noſtrum aliud faciendi & componendi cum Capitulo Tornacenſi, ſuper jure Parochiali, cum ſita eſſet in ipſius Capituli Parochia Domus illa, factâ & confirmatâ compoſitione cum eodem Capitulo, dictis Abbatiſſæ & Conventui, Domum ipſam ad fundandum in ea Abbaciam ſuam, cum omnibus ad eam, tam intra Domum quàm extrà pertinentibus, liberaliter & benignè conceſſimus, attendentes quod per eas in hoc loco citiùs debeat Religio propagari, & quod etiam huic facto voluntas Domini Epiſcopi ſit acclinis.

Inhibemus autem, ne Domus iſta ad alium Ordinem quàm Eccleſiæ Primiacenſis aliquatenus transferatur: ſtatuentes ut hæc Domus ſeu Abbatia câdem gaudeat libertate & immunitate, quâ gaudet Eccleſia Primiacenſis, ſalvâ nichilominus obedientiâ, jure, & reverentiâ, quam ſicut aliæ Conventuales Eccleſiæ Epiſcopo & Eccleſiæ Tornacenſi tenebitur exhibere: ſalvo etiam, quod de pænitentibus quæ dicuntur *Filiæ* Dei, quæ in eadem receptæ ſunt Domo, ordinare poterimus pro noſtræ arbitrio voluntatis, vel ut cum Monialibus habitum Religionis aſſumant, vel ut ad alium vivendi modum, prout Dominus dederit, ſe convertant.

Salvo ſimiliter jure Parochiali & omnihus articulis quæ continentur in Litteris confectis ſuper compoſitione quam fecimus cum Capitulo Tornacenſi.

Et ut inter idem Capitulum & Domum ipſam locus controverſiis in poſterum eſſe non poſſit, tenorem Litterarum illarum ſeriatim annotari fecimus inferiùs ſub hiis verbis:

N. Decanus, & quod cum eo eſt Capitulum Tornacenſe, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Notum fieri volumus, quod Viri venerabiles J Archidiaconus Cathalaunenſis & S. de Claſtris Concanonicus noſter, Nobis Reverendi Patris noſtri Tornacenſis Epiſcopi præſentarunt Litteras, in hæc verba:

W. Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra, quod Nos Domum noſtram, quam de novo conſtrui fecimus de proprio in Pratis Tornacenſibus, cum omnibus ad ipſam Domum pertinentibus, in manibus dilectorum noſtrorum Johannis Archidiaconi Cathalaunenſis & Simonis de Claſtris Canonici Tornacenſis poſuimus, ut ipſi de eadem ordinent & diſponant, ſive de Ordine ibidem inſtituendo, ſive de componendo cum Capitulo Tornacenſi ſuper jure Parochiali, quod ibidem habere cognoſcuntur, in qua Parocbia ſita eſt ipſa Domus, ſive alia quæcumque faciendo, prout eis viſum fuerit expedire; ratum & firmum habituri quidquid de ipſa Domo & pertineneiis ejus, & etiam de præfatis articulis per ipſos ſtatutum fuerit, vel etiam ordinatum.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Datum apud Ponteſiam, Nonis Julii, anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſecundo.

Jam dictis Litteris in Capitulo noſtro perlectis, præfati Archidiaconus & ſuus Collega, Nobis humiliter ſupplicârunt, ut ob reverenciam & gratiam Epiſcopi noſtri Tornacenſis, & propter Divini cultûs augmentum, ſuſtineremus, ut in Domo, quam jam dictus Epiſcopus noſter conſtruxit in Pratis porchinis, infra limites Parochiæ noſtræ de Sancto Jacobo, poneretur Conventus mulierum Religioſarum, qui ſubſit plenè & immediatè Epiſcopo Tornacenſi, & de decimis quæ in prædicta Domo Nobis deberentur jure Parochiali, dicto Conventui gratiam faceremus.

Nos autem dictis petitionibus taliter duximus annuendum; quod placet Nobis, quod in loco illo ſit Conventus Religioſus, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum; & decimas quitamus de fructibus terræ infra ſepta illius Clauſtri: ſi tamen venderent fructus illius terræ vel arborum, tunc decimas Nobis refunderent de precio fructuum venditorum: inſuper decimam de nutrimentis animalium & avium infra ſepta ejuſdem Domûs nutritorum, exceptis ovibus, dicto Conventui quitamus liberaliter & libenter; dummodò ipſa animalia ſint ipſius Conventûs, & non nutriantur ibidem aliena animalia in fraudem Eccleſiæ Tornacenſis. De ovibus autem propriis, concedimus eidem Conventui decimas uſque ad centenarium numerum. Si verò talem numerum exceſſerint, de exereſcentibus dictæ Eccleſiæ decimas integrè ſolvere tenerentur.

Placet etiam Nobis, quod Capellanum habeant, qui ſubſit immediatè Capitulo Tornacenſi, ſicut Presbyteri Parochiales ipſius Civitatis, & Nobis reſpondeat per manum Preſbyteri Parochialis S. Jacobi, ſicut prædicti Parocbiales Presbyteri, de oblationibus, eaſdem integrè Parochiali Presbytero refundendo: & Capellaniæ donatio, ſi qua fuerit inſtituta, ad Tornacenſe Capitulum pertinebit. Si verò fuerit ibi Capellanus, qui ſuſcepit habitum ejuſdem Religionis, nichilominùs ſuberit ſuper omnibus prædictis, Capitulo Tornacenſi, ſalvâ Ordinis obedientiâ, in qua ſûberit Abbatiſſæ.

De Legatis verò Capellano factis habebit idem terciam partem, & duas partes tenetur refundere Capitulo Tornacenſi. Verùm ſi eleëmoſinas vel legata Conventui illius Eccleſiæ dari contigerit, integrè percipient; niſi fiant in præjudicium juris Eccleſiæ Tornacenſis, ſicuti de decimis pertinentibus ad Eccleſiam Tornacenſem. Si verò aliqua ſecularis perſona ibi moram faceret ultrà dimidium annum, ſive amplius viveret, ſive ex tunc decederet, talis perſona, & tota ſecularis familia dicti Conventûs Jura Parochialia Presbitero S. Jacobi perſolver, & de Sepultura ſua eidem Presbitero ſatisfiet, ſi aliàs quàm in atrio S. Jacobi ſibi eligat ſepulturam.

Quod ſi contingat in eadem Abbacia aliquem vel aliquam mori, qui vel quæ non ſit de

de Ordine illo, quicumque parùm vel multùm ibi manſerit, & ſepulturam alicubi alibi non eligat, poterit ibi ſepeliri, ſi hoc voluerit Abbatiſſa: ſalvo Jure Parochiali penitùs in oblationibus & candelis. Concedimus enim ut cimiterium habeat dictus Conventus, in quo, quicumque voluerit, ſibi poſſit eligere ſepulturam, ſalvo tamen, quod oblationes & candelæ integraliter, ut dictum eſt, Parochiali Presbitero refundentur.

Per hoc autem quod gratiam facimus dicto Conventui ſuper decimis fructuum terræ, arborum, & animalium, ſicut prædictum eſt, non renunciamus cæteris articulis contentis in Arbitrio, quod Ego Decanus, Magiſter S. & W. de Flamingeria, Canonici Tornacenſes tulimus, ad hoc electi & recepti, inter Capitulum & Venerabilem Patrem noſtrum Epiſcopum Tornacenſem.

Ut autem quæ prædicta ſunt, firmitatem habeant, nec poſſint cujuſquam tergiverſatione ſeu contradictione adnullari, præſenti Scripto non ſolùm Sigillum noſtrum, ſed & Sigilla Venerabilium Virorum præfatorum Archidiaconi Cathalaunenſis & Collegæ ſui, fecimus præſentibus Litteris apponi.

Actum anno Domini milleſimo ducente- 1232.
ſimo triceſimo ſecundo, Menſe Januario. In cujus rei firmitatem robur & teſtimonium Litteras præſentes roborari fecimus noſtrorum munimine Sigillorum.

Actum anno Domini milleſimo ducente- 1233.
ſimo triceſimo tertio, Menſe Aprili.

CAPUT CXXII.

Joannes *Appianus Leodienſis Epiſcopus fundat Abbatiam Molinienſem in Comitatu Namurcenſi, anno* 1233, *ibique inſtituit Moniales Ordinis Ciſtercienſis, quibus dein ſubſtituti fuêre Religioſi ejuſdem inſtituti*

Ex Fiſen Hiſtoria Leodienſi Tom 1. pag. 331.

JOannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus univerſis Fidelibus præſentes Litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem.

Noverint tam præſentes, quàm futuri, quòd ad petitionem piè viventium in Chriſto, ad ampliandum Dei cultum & ſalutem animarum, conceſſimus fieri Cœnobium Monialium Ciſtercienſis Ordinis, in loco, qui dicitur *Allodium B. Mariæ*, Diœceſis noſtræ; & ipſum Cœnobium cum univerſis perſonis ibidem Deo famulaturis, ſub protectione noſtra & B. Mariæ Sanctique Lamberti, cum omni libertate Ciſtercienſis Ordinis, ſuſcipimus: confirmantes eiſdem autoritate noſtrâ, quidquid in præſentiarum poſſident, vel juſtis modis de cetero poſſidebunt.

Ut autem prædicta robur ſuum obtineant inconvulſum, præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine roboramus; ſub pœna excommunicationis inhibentes, ne quis jam dictum locum Domino conſecratum, ſive perſonas appendentes injuſtè vexare præſumat.

Datum anno Domini milleſimo ducente- 1233.
ſimo triceſimo tertio, menſe Julio.

CAPUT CXXIII.

Gregorius IX. *Pontifex concedit Regulam Abbatiſſæ & Monialibus de Pratis juxta Tornacum anno* 1234. *eaſque donat Apoſtolica protectione.*

Ex Archivis Abbatiæ.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ Sanctæ Mariæ juxta Tornacum ejuſdemque Sororibus tam præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis, in perpetuam memoriam.

Prudentibus Virginibus, quæ ſub habitu religionis accenſis Lampadibus per opera ſanctitatis jugiter ſe præparant obviam Sponſo ire, Sedes Apoſtolica debet patrocinium impartiri, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus aut eas à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat.

Eapropter, dilectæ in Chriſto Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus; & Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ juxta Tornacum, in quo Divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti privilegio communimus.

Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Canonicus, qui ſecundùm Deum & Beati Auguſtini Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum

concesſione

conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis propitiante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & hiis quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum pertinenciis ſuis, cum poſſeſſionibus, pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, vel de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat.

Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas abſque contradictione aliquâ retinere.

Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro Profeſſionem fas ſit ſine Abbatiſſæ licentia de eodem loco, niſi artioris religionis obtentu, diſcedere: diſcedentem verò, abſque communi Litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & Interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce Divina Officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis Interdicto.

Crisma verò, Oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit; & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere.

Prohibemus inſuper, ut infra fines Parochiæ veſtræ nullus, ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro, Capellam ſeu Oratorium de novo conſtruere audeat, ſalvis Privilegiis Pontificum Romanorum.

Ad hæc novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis, ſæcularibuſve perſonis, à vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publicè uſurarii, nullus obſiſtat. Salvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à Laicis detinentur, ridimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis, de noſtra auctoritate, facultas.

Obeunte verò te, nunc ejuſdem loci Abbatiſsâ, vel earum aliquâ quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi quâlibet ſuhreptionis aſtuciâ ſeu violenciâ præponatur; niſi quam Sorores communi conſenſu, vel Sororum major pars conſilii ſanioris, ſecundùm Deum & Beati Auguſtini Regulam providerint eligendam.

Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ in poſterum ſollicitudine providere volentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſæcularium exactionum, à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præſatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ:

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatinus & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen.

Datum Laterani per manum Magiſtri Bartholomei Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarii, decimo Kalen. Aprilis, Indictione ſeptimâ, Incarnationis Dominicæ M.CC.XXXIV. Pon- 1235
tificatûs verò Domini Gregorii Papæ noni anno octavo.

CAPUT CXXIV.

WALTERUS *Tornacenſis Epiſcopus benefacit Monialibus de Pratis anno* 1234. *item* 1237.

Ex Archivis Abbatiæ.

WALTERUS Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERINT univerſi, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, quod Nos domum noſtram eum appendiciis, quam ædificavimus in Pratis porchinis juxta Tornacum, in fundo proprio & expenſis propriis, Domino devovimus & deputavimus in Abbaciam Monialium Sanctæ Mariæ Virginis de Ordine S. Victoris Pariſienſis, ad ſerviendum ibi Deo jugiter ſecundùm Ordinem B. Auguſtini, & tali Ordini & talibus Monialibus conceſſimus eandem in meram eleëmoſynam in perpetnum poſſidendam.

Contulimus etiam eidem Monaſterio fructus decimæ de Helchinio & de S. Geneſio, quam Nos invadiavimus ab Ægidio bonæ mem. Viro Nobili de Acri Monte, Advocato Tornacenſi, & homine noſtro ligio, pro ſexcentis libris Flandriæ: quam decimam ſi forte contingat redimi ab heredibus Ægidii prædicti, illas ſexcentas libras Flandriæ dedimus in eleëmoſynam Abbatiæ prædictæ ad redditus perpetuos illi loco comparandos, & in uſus & ſuſtentacionem Monialium prædictarum Domino in eodem loco famulantium convertendos.

IN cujus rei teſtimonium Litteras præſentes Sigilli noſtri munimine fecimus roborari.

ACTUM anno Domini milleſimo ducenteſimo 1234.
triceſimo quarto, Menſe Junio, fesiâ ſecundâ poſt Trinitatem.

WALTERUS Dei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra quod in noſtra præſencia conſtitutus Vir Nobilis Aneelmus Advocatus Tornacenſis, homo noſter, eum Sarra Uxore ſua, benignè quittavit Monaſterio Monialium Beatæ Mariæ in Pratis juxta Tornacum, Ordinis S. Victoris Pariſienſis, omne Jus & omnem actionem, ſi quæ ei competebant adverſus ipſum Monaſterium, ratione loci in quo ſitum eſt Monaſterium antedictum, Uxore ſuâ prædictâ præſente & conſentiente.

IN hujus autem rei memoriam præſentes Litteras eidem Monaſterio contulimus Sigilli noſtri munimine roboratas.

ACTUM Tornaci in Camera noſtra, anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſep- 1237.
timo, Menſe Novembri, in Die Animarum.

CAPUT CXXV.

Abbatia Boudeloënſis Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis (quæ nunc eſt Gandavi) recens erecta ſubjicitur Abbati Camberonenſi tamquam Patri Abbati, anno 1235.

Ex Hiſtoria Camberonenſi.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, Frater Theodericus dictus Abbas de Bodelo & ejuſdem Eccleſiæ Conventus, ſalutem in omnium Salutari.

QUONIAM ſuper Genealogia Domûs noſtræ nonnumquam apud quoſdam quæſtio ſcrupuloſa perſonuit, ac ſi veniſſet in dubium, cujus Abbatis vel Abbatiæ Domus noſtra de Bodelo dici vel eſſe Filia potiſſimùm debuiſſet: Nos ſuper re tam certa nolentes de cætero dubietatem aliquam ſive calumniam renovari, rei veritatem, à vicinis Abbatibus & Senioribus noſtris Viriſque fidelibus diligentiùs inquiſitam, redigi fecimus in Scripturam.

PRÆSENTIUM igitur teſtimonio notum facimus univerſis, quod ſicut certâ fidelium relatione didicimus, Domus noſtra de novo Ciſtercienſi Ordini cùm per Generale Capitulum incorporata fuiſſet, & ab Abbate Claræ-vallis, Conventus de Monachis Claræ-vallis ad Domum noſtram, commorandi gratiâ, deſtinatus, ibidem propter rerum omnium penuriam & defectum competenter ſuſtentari nequiret, Domini Claræ-vallis licentiâ & permiſſu, ad Domum Claræ-vallis, de qua venerant, ſunt reverſi.

EXINDE Domnus CONRADUS Abbas, qui tunc temporis Monaſterio præerat Claræ-vallis, Domûs noſtræ curâ nolens diutiùs onerari, Domno BALDUINO tunc temporis Abbati de Camberone, per Seniorum Claræ-vallis conſilium, & per Conventûs dictæ Domûs (ſicut intelleximus) beneplacitum & conſenſum, Domum noſtram *dedit in Filiam*, ut eam tam ipſe, quàm ſui Succeſſores Paternitatis jure regerent, & tanquam ſuam, Domûs ſuæ, Filiam perpetuò viſitarent.

CUM igitur extunc per Abbates Camberone fuerimus regulariter viſitati: Domûſque Camberonenſis, Nos cum Domo noſtra, Filii & eſſe meruimus & vocari; ſicut Abbati & Eccleſiæ Camberonenſi Paternitatis in nobis attribuimus

tribuimus Principatum: Abbatemque de Camberone Patrem noſtrum, & Domum de Camberone Matrem noſtram, immediatè & abſolutè fatemur.

SICUT alterius Abbatis cujuſlibet vel Abbatiæ Filios nos eſſe, tam pro præſentibus Nobis, quàm pro aliis pòſt futuris, ore rotundo & voce liberâ denegamus.

UTQUE hæc atteſtatio & denegatio modernorum tranſeat ad futuros, præſeotibus Litteris Sigillum noſtrum de communi conſenſu cenſuimus appendendum.

DATUM ab Incarnatione annn milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, in Octavis Purificationis B. Virginis. 1235.

CAPUT CXXVI.

PETRUS *Morinenſis Epiſcopus, Donationes quarumdam Eccleſiarum atque poſſeſſionum in ſua Diœceſi, in favorem Capituli Sancti Donatiani Brugenſis, confirmat.*

anno 1237.

Ex Archivis Epiſcopatûs Brugenſis.

PETRUS Dei gratiâ Morinenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus præſens Scriptum inſpecturis ſalutem in vero Salutari.

NOTUM facimus univerſitati veſtræ, quod Nos Divinæ pietatis intuitu, dilectorum noſtrnrum Decani & Capituli B. Donatiani in Brugis, Tornacenſis Diœceſis, piæ petitioni benignum præbentes aſſenſum, donationi eis factæ à Viris Illuſtribus Roberto & poſtea à Philippo quondam Comitibus Flandriæ, ſive ab aliis fidelibus, de bonis omnibus & poſſeſſionibus quas in Diœceſi noſtra poſſident, videlicet de Eccleſia de *Wilſcata*, & de Eccleſia de *Kemle*, cum omnibus decimis & terris ſibi attinentibus, item de Bodio de *Dickebuſch*, & de Bobio de *Formeſella*, & de Bodio de *Ipris*, & de Eccleſia de *Heſna*, cum Capellis ſibi attinentibus, item de *Dixmuda*, & *Clarcq*, conſenſum & Authoritatem noſtram, prout in Privilegiis donationis dictorum Comitum pleniùs contineri inſpeximus, impertimur, ipſam dnnationem ratificando, eaſdem Eccleſias cum univerſis decimis & terris ſibi attinentibus, duaſque partes decimæ de Iprenſi Parochia, & duas partes decimæ de Formeſella, & de Dickebuſch, prout Eugenius & Alexander Summi Pontifices Bodium eiſdem collatum à prædictis Comitibus in Confirmationibus ſuis interpretantur, & Novalia ejuſdem terræ ſimiliter, ſicuti in Litteris Confirmationis eorumdem Summorum Pontificum etiam plenè vidimus contineri, Authoritate noſtrâ Pontificali dictis Decano & Capitulo Beati Donatiani confirmantes.

ACTUM anno milleſimo ducenteſimo trige- 1237.
ſimo ſeptimo, menſe Junio.

CAPUT CXXVII.

GOSWINUS *de Nova-villa Miles, donat Abbatiæ Alnenſi Ordinis Ciſtercienſis, in Diœceſi Leodienſi, Decimam Parochiæ S. Medardi in Gallo-Brabantia, anno* 1244.

Ex Archivis Equitum Melitenſium.

EGo ROBERTUS Advocatus Attrebatenſis, & Dominus de Bethunia, cum Eliſabetha Uxore mea, notum facimus, tam præſentibus, quàm futuris, quod GOSSUINUS de Novavilla, Anſelmi Militis Filius, in præſentia noſtra, coram Feodalibus noſtris Paribus ſuis, de pleno laudamento noſtro & conſenſu, Decimam quam habebat in Parochia de S. Medardo, cum jure Patronatûs, & quidquid in Eccleſia ejuſdem Villæ poſſidebat, vel poterat poſſidere, Eccleſiæ Alnenſi contulit in eleëmoſinam, perpetuò poſſidendam.

ITA tamen, quod fructus Decimæ in uſum tam Monachorum, quàm Converſorum infirmitate laborantium, abſque retractatione convertantur. Alioquin ſæpedicta Decima ad eundem Goſſuinum vel ejus heredes abſque contradictione liberè revertatur.

UT autem hæc eleëmoſina, tam piè ordinata, rata & inconcuſſa permaneat, perpetuam eleëmoſinam eandem Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam.

ACTUM anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto, Menſe Julio.

CAPUT CXXVIII.

INNOCENTIUS IV. *Pontifex confirmat anno 1245. poſſeſſiones Monialium Boneſſienſium Ordinis Ciſtercienſis in Comitatu Namurcenſi, in quarum locum dein ſucceſſerunt anno 1461. Religioſi ejuſdem Ordinis.*

Ex Archivis Monaſt.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus, Abbatiſſæ Monaſterii de Boneffia, omnibus Sororibus tam præſentibus, quàm futuris, Rectoribus, quàm Profeſſis.

RELIGIOSAM vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eas à propoſito revocet, aut robur quod abſit ſacræ Religionis enervet.

QUAPROPTER, dilectæ in Chriſto Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de Boneffia, Leodienſis Diœceſis, in quo Divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

INPRIMIS ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum, à vobis ante Concilium Generale ſuſceptam, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

PRÆTEREA quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium impræſentiarum juſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, domos, terras, decimas, redditus, poſſeſſiones, & alia bona quæ habetis in Villa quæ dicitur *altera Eccleſia*, & in Villis de *Croloer*, & de *Awans*, domos, terras, decimas, redditus, poſſeſſiones, & alia bona quæ habetis in Villa de *Borlos*, domos, terras, decimas, redditus, poſſeſſiones, & alia bona quæ habetis in Villis de *Towers*, de *Waſege*, de *Liernut*, de *Marneffle*, & de *Wandengnees*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum pratis, terris, nemoribus, uſuagiis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis.

SANE laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium Generale, ac etiam novalium quæ propriis ſumptibus colitis, à quibus novalibus aliquis hactenùs non percepit, ſive de ortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

LICEAT quoque vobis perſonas liberas & abſolutas è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere.

PROHIBEMUS inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro Profeſſionem fas ſit ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem verò abſque communium Litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.

ILLUD diſtrictiùs inhibentes, ne terras ſeu quodlibet Beneficium Monaſterio veſtro collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, abſque conſenſu totius Capituli vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes, aut alienationes aliter quàm dictum eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus.

INSUPER Authoritate Apoſtolicâ inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel quælibet alia perſona ad Synodos, vel Conventus forenſes, vos ire, vel judicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domos veſtras causâ ordines celebrandi, cauſas tractandi, aut aliquos Conventus publicos convocandi, venire præſumat, nec regularem Abbatiſſæ veſtræ electionem impediat, aut de inſtituenda, vel removenda ea quæ pro tempore fuerit, contra Statuta Ciſtercienſis Ordinis, ſe aliquatenùs intromittat.

PRO Conſecrationibus verò Altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro Deo .... vel pro quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat: alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtrâ fretus Authoritate quod poſtulatur impendat.

QUOD ſi Sedes Diœceſani Epiſcopi fortè vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur.

QUIA verò interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones

Monialium,

Monialium, vaſorum, & veſtium, ac conſecrationes Altarium, Authoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis.

Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel Interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod Decimas ſicut dictum eſt non perſolvitis, ſive aliquâ occaſione eorum quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint; ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ Indulta prolatam decernimus irritandam. Nec Litteræ ullæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis Ordinis, & contra Indulta Apoſtolicorum Privilegiorum conſtiterit impetrari.

Præterea cum commune Interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis & Interdictis, Divina Officia celebrare.

Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paternâ in poſterum ſollicitudine providere volentes, Authoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates, à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum, à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti Privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur earum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Authoritate, & in prædictis decimis moderatione Concilii Generalis.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hìc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Petrus ... S. Marcelli Presbiter Cardinalis.

Ego Frater Joannes ..... S. Laurentii in Luan. Presbiter Cardinalis.

Ego Oto ...... & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus.

Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.

Ego Will ...... Sabinenſis Epiſcopus.

Ego Ægidius SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Octavianus S. Mariæ in ...... Diaconus Cardinalis.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis.

Ego ...... Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Morini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii V. Kal. Septembris Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno M.CC.XLV. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ. IV. anno tertio. 1245

CAPUT CXXIX.

Innocentius IV. *Pontifex confirmat donationes factas Abbatiæ Monialium de Pratis Porcinis Tornaci anno* 1246.

Ex Archivis Abbatiæ.

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis in Chriſto Filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii de *Pratis* Ordinis Sancti Victoris, Tornacenſis Diocesis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Prudenter attendens Venerabilis Frater noſter Tornacenſis Epiſcopus, quod Eccleſiarum Prælatos decet & ſacram Religionem plantare, & plantatam etiam conſovere, Monaſterium veſtrum de novo conſtruxit, eique annuum redditum ſexaginta librarum Flandrenſium, quas per ſuam acquiſivit induſtriam, conceſſit, ſui Capituli accedente conſenſu, ſicut Nobis ſignificare curavit, humiliter ſupplicando ut factum & conceſſionem hujuſmodi Apoſtolico curaremus munimine roborare.

Nos igitur ipſius Epiſcopi precibus inclinati, quod ab eo piè ac providè factum eſt in hac parte, ratum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

Paginam

Paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni quarto Nonas Januarii Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CXXX.

Henricus II. *Brabantiæ Dux benefacit anno* 1248. *Eccleſiæ Collegiatæ S. Odæ Rodenſis, in diſtrictu Sylvæducenſi, in eaque erigit Decanum.*

Ex MS Authent. Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, univerſis præſentem Paginam inſpecturis ſalutem & ſcire veritatem.

Cum in cunctis plerumque locis in Sancta Eccleſia præ defectu capitis membra diſſolvantur, ex quo Canonicam diſciplinam venire contingit à pluribus in comtemptum: ne Divina Juſtitia arguere Nos valeat in futuro deſidiæ vel torporis, ſi in horum regimine, quæ noſtræ proviſioni à cœleſti Rege ſunt commiſſa, negligentes inveniamur & remiſſi, ad honorem Salvatoris proponimus hujuſmodi defectibus quantocius obviare.

Verum cum ex ordine Miniſtrorum dictæ Matris Eccleſiæ non modica pulchritudo conſurgat, & in Eccleſia B. Odæ de Rode hujuſmodi Miniſtrorum ſit defectus, pro quo ibidem Domino minùs dignè miniſtratur, ipſam Eccleſiam tam in Capite, quàm in membris, Divino cultui neceſſarius, annuente Domino, decrevimus relevare.

Tenore igitur præſentium ordinamus, quod in dicta Eccleſia Rodenſi Decanus ſtatuatur, ſufficiens & idoneus, qui ſubditos ſuos bonis informet moribus, & eorum corrigat & emendet exceſſus: eidem pro Beneficio de *Enſchot Eccleſiam* ad noſtram collationem antea pertinentem, cum omni integritate totaliter aſſignantes: hoc ſalvo, quod Vicario ibidem pro tempore celebranti redditus competentes reſerventur. Et ut decedente Decano dicti loci, vel cedente, ſemper utilis eligatur, ipſam electionem ad Capitulum Rodenſe decernimus pertinere: cui, electione celebratâ, Nobis à Capitulo præſentato, ſi fuerit idoneus, dictum Beneficium tenebimur elargiri. &c.

Actum anno M.CC.XLVIII. 1248

Hoc Diploma deſumpſimus ex Conſiliis Viri Clariſſimi Nicolai Everardi J. U. D. Lovanienſis & quondam à Præſidis Conſilii Supremi Mechlinienſis, qui conſilio ſuo 58. & 59. fusè diſcutit controverſiam inter quemdam Summo Pontifice proviſum de hoc Decanatu Rodenſi, & alium electum à Capitulo.

Fuerunt autem in hac Eccleſia Collegiata Rodenſi præter Decanum novem Canonici, habentes Præbendas opulentas: ſed ubi Majoria Sylvæducenſis ceſſit Dominio Ordinum Confœderatorum, ſuppreſſum quoque fuit hoc Capitulum.

Vide plura de eodem in Hiſtoria Epiſcopatûs Sylvæducenſis Bruxellis editâ anno 1721.

CAPUT CXXXI.

Controverſia inter VValtherum Epiſcopum Tornacenſem & Abbatem S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli, circa Prioratum de Cokelare, *olim juxta Brugas, anno* 1248. *dirimitur.*

Ex Archivis Tornacen. Gillebertus Dei permiſſione Abbas S. Bertini totuſque ejuſdem loci Conventus. Omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Notum facimus, quod cum inter Nos ex una parte, & Venerabilem Patrem Walterum Dei gratiâ Tornacenſem Epiſcopum ex altera, ſuper viſitatione & procuratione ratione viſitationis quam idem Epiſcopus petebat in Domo noſtra de *Kokelare* Tornacenſis Diœceſis, quæſtio verteretur, tandem pro bono pacis in Viros Venerabiles Magiſtros Willelmum de Gandavo Decanum Inſulenſem & Willelmum Sprok Canonicum Herlebecchenſem compromiſimus, ſub forma infra ſcripta, qui Dictum ſuum protulerunt in hunc modum:

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis Magiſtri W. de Gandavo Decanus Inſulenſis & W. dictus Sprok Canonicus Herlebeccenſis ſalutem in Domino.

Noverint univerſi, quod cum inter Venerabilem Patrem Walterum Dei gratiâ Tornacenſem Epiſcopum ex una parte, & Gillebertum Abbatem & Conventum Sancti Bertini ex altera, ſuper viſitatione & procuratione ratione Viſitationis quam idem Epiſcopus petebat in Domo ipſorum de *Cokelare* Tornacenſis Diœceſis, ſuborta fuiſſet materia quæſtionis, tandem propter bonum pacis, dictus Epiſcopus de conſenſu Decani & Capituli Tornacenſis, & iidem Abbas & Conventus ſuper dicta controverſia in Nos compromiſerunt ſub hac forma:

G. Dei permiſſione Abbas S. Bertini ejuſque Conventus,

Conventus, univerſis præſentes Litteras inſpectaris ſalutem in Domino. Notum facimus univerſis, quod cum inter Venerabilem Patrem W. Epiſcopum Tornacenſem ex una parte, & Nos ex altera, ſuper viſitatione & procuratione, ratione viſitationis, quam idem Epiſcopus petebat (1) in Domo noſtra de *Cokelare* Tornacenſis Diœceſis, quæſtio verteretur; Nobis dicentibus ex adverſo quod Abbates Sancti Bertini viſitationem, procurationem ratione viſitationis, inſtitutionem, deſtitutionem, nec non correctionem & ſimilia, per quæ plena ſubjectio declaratur, legitimè præſcripſerunt contra dictum Epiſcopum, & quod diu in poſſeſſione pacifica à quadraginta annis citrà & ſuprà, fuerant prædictorum: & quod nec ipſe nec Anteceſſores ſui umquam habuerant in loco prædicto procurationem antè dictam, cum omnia prædicta ad Eccleſiam S. Bertini pertineant ratione prædictâ, ac etiam Privilegiorum Eccleſiæ S. Bertini indultorum: tandem pro bono pacis, ſuper dicta diſcordia & procuratione, compromiſimus in Viros venerabiles Magiſtrum Willermum Decanum Inſulenſem, & Magiſtrum Willermum dictum Sprok Canonicum Herlebechenſem, ſub pœna centum librarum Pariſienſium, ratum & firmum habituri ſub dicta pœna, quidquid per dictos Arbitros ſuper prædictis ſtatutum fuerit, ſeu amicabiliter ordinatum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, feriâ ſecundâ poſt *Miſericordia Domini*.

Nos autem ſecundùm formam nobis traditam procedentes, dictam diſcordiam de conſenſu partium terminavimus in hunc modum.

Inprimis ordinavimus, quod quia Prioratus de *Cokelare* ſitus eſt in Dioceſi Tornacenſi, ſecundùm conſuetudinem aliorum Monaſteriorum habentium Domos hujuſmodi in Dioceſibus alienis, in Monaſterio S. Bertini in anno in quo ipſum Epiſcopum ad idem Monaſterium contigerit declinare; ab Abbate & Conventu habeat (2) unam Giſtam, & quia raro contingit quod Epiſcopi Tornacenſes ad partes illas accedant, ordinamus quod in quocumque anno dictus Epiſcopus non receperit dictam Giſtam in Monaſterio ſupra dicto, ſolvant ei dicti Abbates & Conventus pro Giſta illa Tornacenſi, quatuor libras Flandrenſes feriâ ſecundâ poſt *Miſericordia Domini*, ut dictus Epiſcopus & ejus Succeſſores favorabiliores & promptiores ſint ad defendenda bona Monaſterii memorati conſiſtentia in Dioceſi Tornacenſi.

Dicimus etiam arbitrando, quod dictus Epiſcopus in dicto Prioratu habeat viſitationem; ſed ſi tempore viſitationis ibidem aliquid invenerit corrigendum, debet monere Abbatem in præſentia ibidem commorantium, ſive abſens fuerit ſive præſens, ut exceſſum inventum corrigat infrà menſem, & ſi infrà dictum tempus correctus non fuerit per Abbatem, ex tunc Epiſcopus ad corrigendum exceſſum repertum, manum poterit apponere, & non antè.

Dicimus etiam & ordinamus, quod dictâ Giſtâ dictus Epiſcopus ſit contentus, nec aliquid nomine procurationis petere poterit ratione dicti loci, ſive ſemel in anno, ſive pluries ex quacumque cauſa ad locum diverterit ſæpedictum.

Sed ſi contingeret ipſum ob aliquam cauſam ibidem moram facere tempore viſitationis, ſeipſum & ſuos, & ſuis expenſis propriis, & ſine præjudicio & cuſtu dicti loci, in omnibus tenebitur procurare.

Dicimus etiam & ordinamus ſub pœna prædicta, quod dictus Epiſcopus tradat Abbati & Conventui prædictis Litteras ſuas patentes Sigillo ſuo & Sigillo Capituli ſigillatas, in quibus contineatur hoc Dictum noſtrum ſive Ordinatum; contineatur nihilominùs in eis, quod ipſum approbent & ſuſcipiant ſub pœna prædicta fideliter obſervandum.

Datum anno Domini M. CC. XLVIII. feriâ ſecundâ poſt *Miſericordia Domini*. 1248.

Nos verò Dictum ipſorum ſive Ordinatum ab eis approbavimus & ſuſcepimus ſub pœna prædicta firmiter obſervandum.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, feriâ tertiâ poſt *Jubilate*. 1248.

De Gilleberto illo Abbate videatur Malbrancq de Morinis Tom. 3. lib. 11. pag. 555. & 581. Et Yperum hujus Gilleberti Succeſſorem, in Chronico S. Bertini, parte. 4. in Theſauro novo Anecdotorum PP. Martene & Du Rand. Tom. 3. fol. 731. ubi privilegia hìc annumerata recenſentur.

(1) In Domo nostra de Cokelare. ſeu Coelsee. Vicus eſt juxta Brugas in Decanatu Giſtellenſi; ſed Præpoſitura ejuſque ædificia jam dudum deſierunt.

De hac Domo loquitur Stephanus Tornacenſis Epiſcopus in Epiſtola 184. edit. Molinet. ad Lambinum ſeu Lambertum Morinenſem Epiſcopum ſcripta: *Monachi veſtri de Sancto Bertino, Eccleſiam habens*, ait, *apud Coclers*, quæ ipſis data eſt à Balderico Epiſcopo Tornacenſi anno 1106. Hiſtoriam Donationis Eccleſiæ de Coclara narrat Malbrancq de morinis lib. 9. cap. 29. & Cartam refert. Sed Stephanus conquerebatur, quod iò Eccleſia illa, *per annuos & conductitios mercenarioſque Sacerdotes &c. Parochialia* miniſtrarent, *quod*, ait, *ſacris Canonibus inhibitum eſt.*

(2) Habeat unam Gistam, Giſtum ſeu Giſta inductum videtur ut Epiſcopus ſeu Archidiaconus Eccleſias ſuæ Diœceſis viſitantes in publica diverſoria pernoctare non cogerentur, quod indecorum videbatur; ſed ne ejuſmodi procurationibus gravarentur Parochi, eorum numerus in anno definitus eſt; ut hìc videmus. Deinde Giſtarum expenſæ definitæ, in nudam præſtationem abierunt; etiam & Giſtæ Regiæ: nam proſtant in veteri Regeſto & in Rotulo pergamineo Cameræ computuum Pariſienſis, hæc verba: *Giſta qua Dominus Rex cæpit anno Domini 1223. die Sancta Catharina in Domo Epiſcopi* Attrebatensis, Gistum 189. lib.

CAPUT

CAPUT CXXXII.

BALDUINUS *Dominus de Commines Fundator Collegii Canonicorum S. Petri in Comminio, jus Patronatûs & collationem Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ cedit Epiſcopo Tornacenſi, anno* 1250. *quod ratum habet Alexander* IV. *Pontifex.*

Ex Archivis Tornacen.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

JUSTIS petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

CUM igitur, ſicut petitio tua Nobis exhibita continebat, Nobilis Vir BALDUINUS Dominus de Commines & Balduinus Filius ejus Milites, jus Patronatûs quod habebant in Eccleſia loci ejuſdem, prout ſpectabat ad eos, tibi & Succeſſoribus tuis liberalitate providâ duxerint concedendum, pro ut in Litteris inde confectis pleniùs continetur: Nos tuis ſupplicationibus inclinati conceſſionem hujuſmodi, ſicut provide facta eſt, ratam & gratam habentes, eam Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Tenorem Litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt:

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis BALDUINUS Dominus de Commines & Balduinus ejus Primogenitus Milites ſalutem in Domino.

NOVERITIS quod Nos reportavimus liberè & abſolutè werpivimus, & effeſtucavimus in manus Illuſtris Dominæ Flandriæ Comitiſſæ, de conſenſu & voluntate ejus, ad opus Reverendi Patris Epiſcopi Tornacenſis & Succeſſorum ejus, Patronatum Eccleſiæ de Commines, cum jure conferendi Præbendas & beneficia dictæ Eccleſiæ, & ceſſimus eis totum jus quod Nobis & Succeſſoribus noſtris competebat vel competere poterat in eodem, coram hominibus dictæ Comitiſſæ, divinæ pietatis intuitu, & ob remedium animarum noſtrarum dictum Patronatum in eleëmoſynam contulimus eiſdem, & promiſimus ambo coram dictis hominibus, fide & juramento corporaliter præſtitis à Nobis, quod contra Collationem prædictam de cætero per Nos vel per alium non veniemus nec ipſum vel Succeſſores ſuos moleſtabimus vel per alium procurabimus moleſtari ſuper ipſa, & quod non quæremus artem vel ingenium per quas Epiſcopus vel ejus Succeſſores dampnum ſuſtineant vel moleſtiam de ea.

Prædictâ autem Collatione ſicut dictum eſt factâ coram hominibus dictæ Comitiſſæ, iidem ſubmoniti ſicut moris eſt à Domina Comitiſſa, ſub juramento ſuo dixerunt, quod ritè & ſecundùm legem Patriæ dicta Collatio à Nobis facta eſſet, & quod Nos tantum feceramus de Patronatu antedicto, quod nichil juris Nos & hæredes noſtri habeamus in eodem, nec impoſterum aliqua de cauſa habere poterimus, & quod dicta Domina Comitiſſa liberè & abſolutè poterat dictum Patronatum dicto Epiſcopo conferre.

Undè & ipſa Domina Comitiſſa in continenti coram Nobis & hominibus prædictis ejuſdem, nec non & coram pluribus aliis tam Clericis quam Laïcis, dictum Epiſcopum & ſuos Succeſſores legitimè inveſtivit & in eleëmoſynam contulit pacificè & quietè in perpetuum poſſidendum ab iiſdem. Inſuper Nos ambo ad majorem firmitatem præmiſſorum dictum Patronatum cum jure conferendi beneficia & Præbendas Eccleſiæ de Commines, in ipſa Eccleſia ſuper majus Altare obtulimus, & ipſi Epiſcopo & Succeſſoribus ſuis in eleëmoſynam contulimus, præſentibus ipſo Epiſcopo, Magiſtris Waltero Theſaurario, P. de Harlebeca Cancellario Tornacenſi, & pluribus aliis tam Clericis quàm Laïcis, & juravimus ibidem ſuper Altare, quod contra prædictam Collationem per Nos vel per alium non veniemus.

UT autem dicta Collatio rata & inconvulſa permaneat, præſentes Litteras dicto Epiſcopo Sigillis noſtris contulimus roboratas.

ACTUM Inſulis in Aula Dominæ Comitiſſæ, anno Domini M. CC. L. feriâ ſecundâ ante Diviſionem Apoſtolorum. 1250.

NULLI ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationes infringere vel ei auſu temerario contraire;

SI quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

DATUM Anagniæ v. Kal. Novembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

CAPUT CXXXIII.

Margareta Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa anno 1250. *componit pacem inter VValterum Epiſcopum Tornacenſem & Balduinum Comminii Dominum, ſuper juriſdictione Hoſpitum Epiſcopi, & Collatione juris Patronatûs de* Commines *in favorem Epiſcopi.*

Ex Archivis.

MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, ſalutem in Domino.

NOVERITIS, quod cum controverſia mota eſſet iuter Reverendum Patrem Walterum Dei gratiâ Epiſcopum Tornacenſem ex una parte, & Virum Nobilem BALDUINUM Dominum de *Commines* & Balduinum Filium ejus Primogenitum ex altera, ſuper juſticiis quas dictus Epiſcopus dicebat ſe habere in terris ſuis in Parrochia de *Commines* tam in Villa de *Commines* quàm extrà, dictis Domino de *Commines* & ejus Filio contrarium aſſerentibus. Tandem mediantibus bonis Viris quædam pax intervenit de conſenſu noſtro iuter dictas partes: videlicet, quod dicti Dominus de *Commines* & ejus Filius habebunt omnimodam juſtitiam in terris Epiſcopi, Canonicorum, & Eccleſiæ, iufra Villam vel Burgum de *Commines*, & extra eandem Villam in Vico qui ducit versùs Domum Epiſcopi, uſque ad poncellum infra terminos expreſſos pleniùs in Litteris dictorum B. Domini de *Commines* & B. Filii ejus Primogeniti.

DICTUS verò Epiſcopus & ejus Succeſſores habebunt omnimodam juſticiam, altam ſcilicet & baſſam, in terris ſuis, Canonicorum & Eccleſiæ de *Commines*, in Parochia de *Commines* jacentibus ubicumque extra Villam ſive Burgum de *Commines*, & Vicum qui vadit versùs Domum Epiſcopi, uſque ad poucellum extra terminos prænotatos; ſecundùm modum & conditiouem qui pleniùs continentur expreſſi in dictis Litteris dictorum B. Domini de *Commines* & B. Filii ejus Primogeniti, ſuper hoc confectis & traditis Epiſcopo memorato: quarum tenorem, ad majorem ſecuritatem ipſius Epiſcopi, de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis BALDUINUS de *Commines* Dominus & Balduinus Filius ejus Primogenitus Milites, ſalutem in Domino.

NOVERITIS quod cum quædam controverſia mota eſſet inter Reverendum Patrem WALTERUM Dei gratiâ Epiſcopum Tornacenſem ex una parte, & Nos ex altera, ſuper juſticiis quas Nos dicebamus habere iu terris Epiſcopi in Parrochia de *Commines*, ubicumque jacerent, tam infra Villam de *Commines* quàm extra.

TANDEM, mediantibus bonis Viris, ſuper dictis juſticiis inter Nos talis compoſito interceſſit: videlicet quod Nos & hæredes noſtri debemus habere omnimodam juſticiam in terra dicti Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ, infra Villam ſive Burgum de *Commines*, & extra Villam ſive Burgum à porta occidentali Villæ, in Vico qui ducit ad Domum Epiſcopi uſque ad poncellum, & à poncello infra rivulum currentem ſub dicto poncello, uſque ad foſſatum Villæ prædictæ, & in terris jacentibus infra dictum Vicum & foſſatum; ſecundùm quod protenditur rivulus prædictus uſque ad dictum foſſatum; & ab alia parte vici prædicti ſimiliter infra rivulum versùs occidentem, quantùm extenduntur curtes Hoſpitum, ſive orti, versùs occidentem, & à dicto rivulo versùs Liſam, uſque ad viam, quæ venit à porta prædicta & dirigitur versùs occidentem; item à domibus in quibus manent Hoſpites Alardi Clerici in dicto Vico ſitis à latere aquilonari versùs Liſam, directâ lineâ uſque ad Liſam & uſque ad foſſatum Villæ.

TALI tamen modo, quod Serviens Epiſcopi ſemper qoando voluerit, redditus Epiſcopi, ſive cenſum, cambagium, introitum & exitum, & alia jura ſua, ſi qua ſint quæ debentur ei, ab Hoſpitibus manentibus in dictis terris Epiſcopi & Canonicorum, accipere poterit & pandare propriâ auctoritate, cum forefacto duorum ſolidorum, quod forefactum erit ipſius Epiſcopi & Canonicorum, ſecundùm quod hactenus facere conſuevit idem Epiſcopus vel Serviens ejus: & Nos vel noſter Ballivus tenemur ſtatim ſine contradictione commodare Epiſcopo vel ejus Nuncio Scabinos noſtros ad pandandum dictum redditum, cum fuerimus requiſiti.

JUSTICIA verò omnimoda alta & baſſa terrarum ipſius Epiſcopi & Canonicorum de *Commines*, ſive Eccleſiæ, ubicumque jaceant in Parrochia de *Commines*, extra dictos terminos à foſſato Villæ à parte auſtrali & ſuper Liſam, & versùs occidentem, & ubicumque ſint terræ ipſæ, erit Epiſcopi antedicti.

ET condictum eſt, quod ſi Hoſpites delinquant infra juſticiam noſtram prædictam vel forefaciant, Nos vel noſter Ballivus poterimus eos capere ad præſens forefactum, vel ad recens forefactum in locis prædictis in quibus habemus juſticiam, & facere juſticiam de eis ſecundùm legem Villæ, & levare emendam noſtram de dicto forefacto bonâ fide, ſicut de hominibus noſtris, nec eos gravare poterimus ampliùs quia ſunt homines Epiſcopi vel Canonicorum: & ſi homines Epiſcopi vel Canonicorum, qui fecerint forefactum vel dilectum, recederent de terra noſtra prædicta dearreſtati, hoc eſt, antequam ca-

Digitized by Google

perentur ad præſens ſive delictum : Nos vel noſter Ballivus non poterimus eos poſtmodum capere vel arreſtare ; ſed faciemus judicare emendam noſtram bonâ fide, ſicut de Hoſpite noſtro, & mandare debebimus Epiſcopo vel ejus Ballivo quantitatem emendæ ; & Epiſcopus vel ejus Ballivus infra ſex ſeptimanas, poſtquam nuntiatum erit ei à Nobis per Litteras noſtras, vel per certum Nuntium noſtrum, debet Nobis Epiſcopus vel ejus Ballivus facere ſolvi à dicto Hoſpite ſuo jam dictam emendam bonâ fide ; niſi per apparens legitimum impedimentum conſtiterit, quod hoc non poſſit facere Epiſcopus infra terminum prætaxatum : & iterum poterit dictus forefactor intrare terram noſtram, ubicumque eam habuerimus, liberè & impunè.

Si verò non eſſet Nobis emenda ſoluta à dicto Hoſpite, ut dictum eſt, infra tempus prænotatum, Nos vel Ballivus noſter poterimus capere in terra noſtra benignè eum & ſine læſione corporis ſui, ubi ipſum invenerimus in eadem : tenebimur tamen eum reddere ſtatim Epiſcopo vel ejus certo Nuntio, & Epiſcopus debebit eum tenere quouſque emenda noſtra Nobis ab ipſo fuerit perſoluta. In recenti etiam maleficio Nos & Ballivus noſter poterimus eum ſequi & ipſum capere fugientem, & adhuc currentem in terra Epiſcopi & Canonicorum, ſine ejus læſione ; ſed tenemur eum ſtatim reddere Epiſcopo vel ejus Servienti ; vel tenere benignè, quo uſque alter eorum ipſum duxerit à Nobis requirendum :

Si autem dicti Hoſpites tale forefactum perpetraverint in noſtra Juſticia jam dicta, propter quod capitalem ſententiam vel membri mutilationem debeant ſuſtinere ; ſi captus fuerit delinquens vel forefactor ad præſens ſive recens delictum, Nos poterimus facere judicari dictum forefactum, & ſecundùm Legem Villæ de *Commines* punire malefactorem, ſecundùm quod ſuperiùs eſt expreſſum. Si verò receſſerit dearreſtatus, Ballivus Epiſcopi ſi ipſum tenuerit, poterit facere Juſticiam de eodem. Sin autem poſtmodùm infrà Juſticiam noſtram captus fuerit, Nos ipſum ſecundùm exigentiam delicti ſui puniemus. Et ſi condemnatus habeat aliqua bona, Epiſcopus habebit ea quæ habet in terra Epiſcopi, & Nos ea bona habebimus quæ in terra noſtra habere comperitur : poſſumus etiam Nos vel Ballivus noſter talem malefactorem in recenti maleficio ſequi & capere in dictis terris Epiſcopi & Canonicorum, ſed tenebimur eum captum ſtatim reddere Epiſcopo vel ejus Servienti, prout ſuperiùs eſt notatum.

Et ſciendum, quod Epiſcopus & ejus Ballivus idem Jus ſimpliciter & ex toto in Hoſpites noſtros, & in homines qui ſunt de Juſticia noſtra, habent, ſi delinquant vel forefaciant in terris Epiſcopi Canonicorum & Eccleſiæ, quod nos habemus in Hoſpites eorundem, & ipſos juſticiare poterunt, ſequi, capere, & emendas levare in terris noſtris, ſicut Nos de ſuis, & omnia ſimpliciter & generaliter facere poterunt de Hoſpitibus noſtris, quæ de ſuis nobis conceſſa ſunt, prout ſuperiùs ſunt expreſſa.

Notandum inſuper, quod Hoſpites noſtri, qui manent in noſtra Juſticia, non poſſunt tranſire vel domicilia ſua transferre in terras Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ, niſi in caſibus ſubnotatis.

Videlicet per ſucceſſionem vel proximitatem ſucceſſionis, utpotè quando terræ vel manſuræ ſitæ in dictis terris ad eos devenerunt per formorturam ; item per matrimonium ſive maritagium ; ut ſi Hoſpes vel homo de noſtra Juſticia mulierem, vel mulier virum, habentes manſuras, domum vel terras in terris Epiſcopi Canonicorum & Eccleſiæ, duxerint & matrimonialiter ad invicem fuerint copulati : nec poterimus prohibere ne ad invicem liberè contrahant matrimonia homines de Juſticia noſtra cum Hoſpitibus eorumdem.

Item homines noſtri qui à decem annis & citra manſuras ſive domos habuerint in dictis terris, ipſi & prædeceſſores ſui quibus ſuccedunt, tranſire poterunt ſine contradictione ad terras antedictas ; illi etiam tranſire poterunt qui per proximitatem emerint domum, manſuram vel terras erga Hoſpites Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ.

Unus tamen Burgenſis vel homo de Juſticia noſtra prædicta, habens terras vel manſos in dictis terris, non poterit eas vendere alii Burgenſi vel homini de noſtra Juſticia, ut ad dictas terras in noſtram læſionem tranſeat ad manendum ; nec in fraudem poteſt aliquis de Juſticia noſtra terras vel manſos emere ſub prædictis per proximitatem, ita quod Jus ſuum alii de Juſticia noſtra cedat quod ipſi competebat ; & in nullo alio caſu, quàm in prædictis, homines de Juſticia noſtra dictas terras intrare poſſunt ad manendum, niſi de noſtra voluntate.

In omnibus autem caſibus antedictis tranſire poterunt liberè & ſine contradictione homines noſtri ad dictas terras, ſecundùm quod ſuperiùs eſt expreſſum.

Poſſunt & Hoſpites Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ quicunque vendere terras & manſos extraneis, qui non ſunt de Juſticia noſtra, & Epiſcopus & Canonici poſſunt indifferenter recipere in terras ſuas omnes extraneos, qui non ſunt de noſtra Juſticia, liberè & pro ſua voluntate ad manendum.

Et ſicut Hoſpites noſtri vel homines de juſticia noſtra non poſſunt tranſire ad dictas terras niſi in caſibus prænotatis ; eodem modo nec homines Epiſcopi Canonicorum & Eccleſiæ in terras Juſticiæ noſtræ recipere poterimus ad manendum, nec ipſi tranſire, niſi de dictorum Epiſcopi & Canonicorum expreſſa voluntate.

Notandum eſt, quod dictus rivulus ſub poncello non poterit obſtrui ullo modo : immo Hoſpitibus Epiſcopi Canonicorum & Eccleſiæ, & noſtris, communis erit uſus ejus.

Poſſunt & Epiſcopus & Canonici garbas ſuas, ubicumque eas habuerint in Parrochia de *Commines*, liberè & ſine contradictione vendere, quando & quibus voluerint ad ſuum melius, & de ipſis ſimpliciter & totaliter ſuam facere voluntatem.

Inſuper Hoſpites Epiſcopi manentes infra

Juſtic-

Digitized by Google

Juſticiam noſtram, ſive infrà Villam ſive extrà, habentes terram ſub Epiſcopo, debebunt eſſe Scabini Epiſcopi, ſi ipſe voluerit & eis dictaverit hoc faciendum.

POTERUNT & Hoſpites Epiſcopi vel Scabini ejus cenſum quærere, ſi eo indiguerint, apud Inſulas ab hominibus Dominæ Comitiſſæ: nec poterimus Nos vel Ballivus noſter falſas occaſiones quærere, Hoſpites Epiſcopi, Eccleſiæ & Canonicorum contra Juſticiam aggravandi; nec Epiſcopus vel Ballivus ſuus Hoſpites noſtros è converſo; ſed debebimus ad invicem Nos juvare bonâ fide, & facere Legem & Juſticiam Hoſpitibus noſtris invicem fieri bonâ fide ſine mora, cum fuerimus alter ab altero requiſiti.

PRÆTEREA, ad majorem ſecuritatem præmiſſorum, Nos ambo dictas Juſticias terrarum Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ prædictorum, extra terminos prænotatos, ubi Nos habemus Juſticiam ſecundùm modum & conditiones prænotatas, reportavimus liberè & abſolutè werpivimus & effeſtucavimus in manus Illuſtris Dominæ M. Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſæ, coram hominibus ejuſdem Dominæ Comitiſſæ paribus noſtris in hoc, videlicet Domino Ægidio de Brugis Præpoſito Sancti Petri Duacenſis, Magiſtro Johanne de Marnis Cantore Inſulenſi, Domino Willelmo Caſtellano de Maldenghem, Gerardo de Marbes, Sygero de Moskre, Rogero de Foreſto, Ægidio Filio ejus, Andrea de Oſtekerke, Johanne de Waskebal, Rogero Præpoſito de Halonwin, Joanne de Haye, Hoſtone de Contrecuer & Hellino de Pouvrevil, Militibus.

REPORTAVIMUS & liberè & abſolutè werpivimus & effeſtucavimus in manus dictæ D. Comitiſſæ, de conſenſu & voluntate ejus, ad opus dicti Epiſcopi & Succeſſorum ejus, Patronatum Eccleſiæ de *Commines* cum jure conferendi Præbendas & Beneficia dictæ Eccleſiæ, & ceſſimus eis totum jus quod Nobis & Succeſſoribus noſtris competebat vel competere poterat in præmiſſis, coram hominibus antedictis, Divinæ pietatis intuitu, & ob remedium noſtrarum animarum dictum Patronatum contulimus in eleëmoſynam eiſdem, & promiſimus ambo coram eis fide & juramento corporaliter præſtitis à Nobis, quod contra pacem & collationem prædictas de cætero per Nos vel per alium non veniemus; nec ipſum vel Succeſſores ſuos moleſtabimus, vel per alium procurabimus moleſtari, nec quæremus artem vel ingenium per quas Epiſcopus vel ejus Succeſſores dampnum ſuſtineant vel moleſtiam de præmiſſis.

PRÆMISSIS autem omnibus, ſicut dictum eſt, factis coram hominibus antedictis, iidem ſubmoniti, ſicut moris eſt, à Domina Comitiſſa, ſub juramento ſuo dixerunt, quod omnia ritè & ſecundùm legem patriæ à Nobis facta eſſent, & quod Nos tantum feceramus de juſticiis & Patronatu antedictis, quod nihil juris Nos & hæredes noſtri habeamus in præmiſſis; nec in poſterum aliqua de cauſa habere poteramus, & quod dicta Domina Comitiſſa liberè & abſolutè poterat dictas juſticias & Patronatum dicto Epiſcopo conferre.

UNDE & ipſa Domina Comitiſſa incontinenti coram Nobis & hominibus prędictis ejuſdem, nec non & coram pluribus aliis tam Clericis quàm Laïcis, dictum Epiſcopum & ſuos Succeſſores legitimè inveſtivit, & in eleëmoſynam contulit pacifice & quietè in perpetuum poſſidendos ab eiſdem.

INSUPER Nos ambo ad majorem firmitatem præmiſſorum dictum Patronatum cum jure Beneficia conferendi & Præbendas Eccleſiæ de *Commines*, in ipſa Eccleſia ſuper majus Altare obtulimus, & ipſi Epiſcopo & Succeſſoribus ejus in eleëmoſynam contulimus, præſentibus ipſo Epiſcopo, Magiſtris Waltero Theſaurario, Petro de Harlebecano Cancellario Tornacenſi, & pluribus aliis tam Clericis quàm Laïcis. Et juravimus ibidem ſuper Altare, quod contra prædictam collationem per Nos vel per alium non veniemus. Ut autem prædicta omnia rata & inconvulſa permaneant, præſentes Litteras dicto Epiſcopo Sigillis noſtris contulimus roboratas.

ACTUM Inſulis in Aula Dominæ Comitiſſæ, anno Domini M.CC. L. Feriâ ſecundâ ante Diviſionem Apoſtolorum reportaverunt & in manus noſtras liberè & abſolutè dicti Balduinus Dominus de *Commines* & Balduinus Filius ejus Primogenitus werpiverunt & effeſtucaverunt, ad opus dicti Epiſcopi & Succeſſorum ejus, juſticias dictarum terrarum Epiſcopi, Canonicorum & Eccleſiæ de *Commines*, ubicumque jaceant in Parrochia de *Cōmmines*, extra terminos notatos expreſſiùs in Litteris præſcriptis eorumdem, coram hominibus noſtris, pluribus ipſorum ad hoc ſpecialiter vocatis & in eiſdem Litteris nominatis, ſub modis & conditionibus omnibus qui ibidem pleniùs continentur expreſſi.

Inſuper contulerunt in puram eleëmoſynam coram Nobis, & reportaverunt ſimiliter in manus noſtras liberè, & abſolutè werpiverunt & effeſtucaverunt, ad opus dicti Epiſcopi & Succeſſorum ejus, Patronatum Eccleſiæ de *Commines*, & jus conferendi Præbendas omnes & alia Beneficia quæcumque in dicta Eccleſia, exceptâ ſolâ Capellaniâ Menſæ ſuæ ſive Domûs, cujus collationem ſibi & hæredibus ſuis reſervavit, coram hominibus antedictis, & promiſerunt dicti Balduinus & Balduinus ejus Filius fide & juramento corporaliter præſtitis ab ipſis, coram Nobis & dictis hominibus noſtris: quod nihil juris in dictis juſticiis, Patronatu & jure conferendi Præbendas prædictas & Beneficia in dicta Eccleſia in poſterum per ſe vel per alium reclamabunt, & quod ipſum Epiſcopum & Succeſſores ſuos non moleſtabunt, vel procurabunt per alium moleſtari ſuper ipſis. Inſuper quod artem & ingenium non quærent, per quas dicti Epiſcopus & ejus Succeſſores dampnum ſuſtineant vel moleſtiam de præmiſſis.

Nos autem, omnibus præmiſſis ritè factis, ſicut dictum eſt, ſubmonuimus homines noſtros prædictos, ſicut moris eſt in talibus: qui ſub juramento ſuo dixerunt, quod omnia ritè & ſecundùm legem patriæ à dictis Balduino & Balduino ejus Filio facta eſſent, & quod tantum ambo feciſſent

feciſſent, quod nichil juris in prædictjs juſticiis, Patronatu & jure confereodi Præbendas prædictas & beneficia, habebant ipſi & hæredes eorum vel habere poterunt in futurum; & quod Nos de dictis juſticiis & Patronatu noſtram ſimpliciter & abſolutè poteramus facere voluntatem.

Unde Nos, omnibus præmiſſis ritè factis, ut dictum eſt, in præſentia dictorum hominum noſtrorum, dictas juſticias & Patronatum cum jure conferendi Præbendas & beneficia, contulimus, Divinæ pietatis intuitu, & ob remedium animæ noſtræ & Prædeceſſorum noſtrorum, liberè & abſolutè & abſque omni ſervitio & jure feodali exemptos, dicto Epiſcopo & ſuis Succeſſoribus in perpetuum poſſidendos ab eiſdem pacificè & quietè: eo tamen ſalvo quod dictus Epiſcopus & Succeſſores ſui, ſi indiguerint auxilio, Nos & Succeſſores noſtros Comites Flandriæ, qui pro tempore fuerint, advocabunt: nec alium Dominum ſecularem quàm Nos in ſuis neceſſitatibus poterunt advocare. In cujus rei Teſtimonium & robur perpetuum præſentes Litteras dicto Epiſcopo Sigillo noſtro dedimus roboratas.

ACTUM Inſulis in Aula noſtræ Comitiſſæ anno Domini M. CC. L, feriâ ſecundâ ante Diviſio- 1250.
nem Apoſtolorum.

CAPUT CXXXIV.

WALTERUS *de Marviſio Epiſcopus Tornacenſis agnoſcit Comitem Flandriæ Advocatum Eccleſiæ de* Commines *anno* 1250.

Ex iiſdem Archivis.

WALTERUS Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra, quod in Juſticiis terrarum noſtrarum, Canonicorum & Eccleſiæ Comminenſis, quas habemus in Parrochia de *Commines*, item in Patronatu & jure conferendi Præbendas & Beneficia cætera Eccleſiæ Comminenſis, exceptâ ſolâ Capellaniâ quæ ſpectat ad Menſam Domini de Commines, quos Nobiles Viri Balduinus Dominus de Commines & Balduinus Filius ejus Primogenitus Milites, Divinæ pietatis intuitu ac pro remedio animarum ſuarum & Prędeceſſorum eorumdem, Nobis & Succeſſoribus noſtris in eleëmoſynam contulerunt, & liberè & abſolutè in manus Illuſtris Dominæ M. Flandriæ & Haynoniæ Comitiſſæ ad opus noſtrum & Succeſſorum noſtrorum reportaverunt, non poſſumus alium Dominum ſecularem quàm Illuſtrem Domioum Comitem Flandriæ, qui pro tempore fuerit, Advocatum pro habendo auxilio poſtulare, vel etiam invocare.

IN cujus rei teſtimonium & in ſignum conſensûs Virorum Venerabilium Decani & Capituli Tornacenſis, Sigillum noſtrum unà cum Sigillo eorumdem præſentibus Litteris duximus apponendum.

DATUM anno Domini M.CC.L. feriâ ſe- 1250.
cundâ antè Diviſionem Apoſtolorum.

CAPUT CXXXV.

WALTERUS *de Marviſio Tornacenſis Epiſcopus obligationem ſuſcipiendi Ordines ſacros annectit Cortracenſibus Præbendis, de conſenſu* MARGARETÆ *Comitiſſæ Flandriæ, ejuſdem Eccleſiæ Patronæ, anno* 1251.

Ex Autentico.

WALTERUS Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

VIDENTES jam in pluribus adimpletum quod prædixit Apoſtolus, quia io noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, in quibus homines ſeipſos amantes & ſuis deſideriis ſatisfacere cupientes, potiùs quærunt quæ ſua ſunt, quàm quæ ſunt Jeſu Chriſti, & ſtipendia cupiunt......

VOLENTES ergò huic morbo, quantùm in Nobis eſt, occurrere, & quod poſſumus remedium adhibere, ut hii qui vivunt de Altari ſerviant in eodem: ordinavimus in Eccleſia Curtracenſi, de conſenſu & voluntate Illuſtris Dominæ Marguaritæ Flandrenſis & Hainoniæ Comitiſſæ Patronæ dictæ Eccleſiæ, nec non Decani & Capituli ejuſdem, ut Præbendæ Walteri de Roddenbergh, Joannis de Tornaco, Simonis, Magiſtri Alani, & Præbenda annexa Decanatui, Sacerdotibus jam promotis vel in proximo promovendis; item Præbendæ Arnoldi de Curtraco, Fromaldi, Rogeri de Brugis & Magiſtri Willelmi de Pirona, Diaconibus; & Præbendæ Rogeri dicti Goſſiel, Fœlicis, Damiani & Nicholai de Praet, Subdiaconibus jam promotis vel in proximo promovendis de cætero conferantur: qui ſecundùm quod ordinatum eſt à Nobis Auctoritate Apoſtolicâ, reſideant in dicta Eccleſia per quadraginta ſeptimanas in anno continnè, vel per intervalla, ſive per dies, & Officium ſuum exequantur in Ordine ſuo ſi-

cut decet. Ut autem hæc Ordinatio rata permaneat & inconcuſſa, dictam Ordinationem ſcribi fecimus & Sigillo noſtro roborari.

Nos autem Marguarita Flandriæ & Haynooiæ Comitiſſa, pro Dei ſervitio ampliando ob remedium animæ noſtræ, & animarum Prædeceſſorum noſtrorum, prædictis omnibus conſenſum adhibemus, Patronatûs noſtri in omnibus jute ſalvo.

In ſignum conſensûs noſtri Sigillum noſtrum præſentibus apponi facientes.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, feriâ tertiâ poſt Purificationem Beatæ Virginis. 1251;

CAPUT CXXXVI.

Wulfardus *de Maelſtede Vir Nobilis donat Capitulo B. M. Cortracenſi jus Patronatûs Eccleſiæ de* Hulſt *in Flandria, anno* 1251.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

Omnibus & ſingulis fidelibus Chriſtianis has præſentes Litteras viſuris (1) Wulfardus Dominus de Maelſtede, Miles, ſalutem in Domino.

Notum ſit iiſdem, quod Nos jus Patronatûs, quod habemus in Eccleſiam Parochialem de (2) Hulſto, donavimus, cum conſenſu Gerardi Filii noſtri & hæredis, Venerabilibus ac circumſpectis Decano & Capitulo de Cortraco, cum omnibus ad prædictum jus Patronatûs pertinentibus, ad quietè ac pacificè poſſidendum in perpetuum.

Revocantes omne Jus quod habemus, vel antehac habuimus, nomioandi Perſooas ad regimen prædictæ Eccleſiæ: quod jus nominandi nos præſatis Decano & Capitulo liberum & abſque ulla limitatione concedimus ac largimur: Nobis nihilominùs reſervantes collationem cuſtodiæ in præſata Eccleſia.

Item prænominati Decanus & Capitulum ad Nos etiam tranſportaverunt collationem certæ Capellæ, quam de facto poſſidet Alexander, in Eccleſia Cortracenſi, fundatam à Waltero de Bernhem, Milite: ita ut Nobis & Succeſſoribus noſtris in perpetuum liceat prædictam Capellaniam conferre.

Et ut hæc Donatio à Nobis facta, iiſdem Decano & Capitulo firma & ſtabilis maneat in perpetuum, oeque à Nobis & Succeſſoribus ooſtris poſſit revocari, has præſentes Litteras viſum fuit Sigillo noſtro, & Gerardi Filii noſtri prænominati Sigillo munire.

Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, menſe Januario. 1251

(1) Wulfardus de Maelstede. Familia de Maelſtede olim fuit illuſtris & potens. Anno 1580, vel circiter, N. Filia & heres Wulfardi de Maelſtede, Vice-Comitis Zelandiæ, Dominium illud in dotem attulit Joanni de Renesſe. Indè ex Familia Reneſſia per nuptias tranſiit ad Gerardum de Ghiſtelle & Bevere.

Ex Familia Ghiſtellana rursùs per nuptias tranſiit unà cum Dominio Axellano ad Theodoricum vander Gracht, cujus Filius Franciſcus Uxorem habuit Annam de Halluin. Waltherus verò, Franciſci Filius, Maritus Iſabellæ de Vlierden, anno 1577. à Belgis rebellantibus in Germaniam miſſus, indè Matthiam Archiducem ad Belgii Regimen ſuſcipiendum reduxit.

Poſtremò devolutum fuit ad Familiam Roberti Deſclaibes, Comitis de Clairmont, Baronis de Heule, Mortſele, Gracht, Domini de Maelſtede &c.

(2) Hulstum, Oppidum Flandriæ munitum, nunc ſub Hollandis.

CAPUT CXXXVII.

Innocentius IV. *Committit Hugonem Cardinalem Legatum ſuum, ad concedendum Henrico Duci Brabantiæ duas tertias Decimarum novalium, in Dominiis ipſius ad culturam redigendarum, anno* 1253. *quas Decimas idem Dux reſtituit Eccleſiis per ſuum Teſtamentum, quod habetur ſuprà Pag.* 207.

Ex Archivis Eccleſiæ S. Petri Lovanii.

Universis præſentium inſpectoribus F. de Fiiderbeke Ordinis S. Benedicti, A. de Parco Ordinis Præmonſtratenſis, Abbates, & G. Præpoſitus B. Gertrudis in Lovanio ſalutem & ſcire veritatem.

Noveritis, Nos vidiſſe anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo in die Sanctorum Ionocentium Litteras Domini Innoccotii Papæ, non cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, in hæc verba:

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio H. tituli S. Sabinæ Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictinnem.

Ex parte dilecti Filii Nobilis Viri Henrici Ducis Brabantiæ Nobis extitit ſupplicatum, ut, cùm ipſe in obitu Patris ſui gravibus remanſerit debitis obligatus, ac propter hoc Romanæ Eccleſiæ ac cariſſimo in Chriſto Filio noſtro W. Regi Romanorum illuſtri, aſſiſtere hactenus nequiverit, prout geſſit & gerit in votis, eidem in relevationem debitorum

Digitized by Google

debitorum hujuſmodi, quo potentior fiat in ſubſidium Regis ejuſdem, decimas terrarum quas in ipſius Dominiis de novo contigerit redigi ad culturam, tertiâ parte decimarum ipſis Rectoribus Eccleſiarum in quarum conſiſtunt Parochiis, ad perſonaliter in eis deſerviendum, reſervatâ, concedere de ſpeciali Apoſtolicæ Sedis gratia curaremus.

Quo circa Diſcretioni tuæ præſentium authoritate committimus, ut ſuper hoc agas vice noſtrâ prout negotio Eccleſiæ ac utilitati præfati Regis tua prudentia viderit expedire.

DATUM Peruſii V. Idus Martii, Pontificatûs noſtri anno decimo.

CAPUT CXXXVIII.

JACOBUS *Attrebatenſis Epiſcopus, Sororibus Converſis amandatis ex Eccleſia de* Beaurepaire, *inſtituit Canonicos Regulares Ord. S. Auguſtini, anno* 1255.

Ex Spicilegio Dacheriano.

JACOBUS miſeratione Divinâ humilis Attrebatenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

NOVERITIS quòd Nos, pro utilitate & honeſtate Eccleſiæ de *Beaurepaire* noſtræ Diœceſis providere volentes, ſtatuimus & ordinamus, ut loco Converſarum nunc ibi degentium ſubrogentur Canonici ibidem ſecundùm B. Auguſtini Regulam, Domino in perpetuum ſervituri: ita quod ex nunc in antea quinque Canonici ibi erunt, & quando Converſas ejuſdem Eccleſiæ continget decedere, unus Canonicus loco duarum Converſarum inſtituetur ibidem, donec Canonicorum, quorum unus Prioris geret officium, numerus octonarius impleatur.

Qui ſiquidem Prior providentiam & ſollicitudinem præfatæ Eccleſiæ & Canonicorum ipſorum ſub Abbatis Ciſonienſis obedientia procurabit: noſtro, Archidiaconi loci, & aliorum miniſtrorum noſtrorum in ipſis Eccleſiæ perſonis & rebus, in omnibus & per omnia, jure ſalvo.

ACTUM & datum anno Domini milleſimo 1255.
ducenteſimo quinquageſimo quinto, Sabbato poſt Exaltationem Sanctæ Crucis.

CAPUT CXXXIX.

MARGARETA *Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Decimas Parochiæ de* Maercke, *ſibi à Joanne Aldenardæ Domino conceſſas, donat Capitulo Beatæ Mariæ Cortraci anno* 1268. *reſervato tamen ſibi ac Succeſſoribus Comitibus Flandriæ jure Patronatûs.*

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

NOS MARGHARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus univerſis, quod Nos Litteras dilecti & fidelis noſtri Johannis dicti Domini de Audenarde & Domini de Roſeto, Sigillo ſuo ſigillatas, vitio ac ſuſpicione carentes, vidimus in hæc verba:

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis Johannes dictus Dominus de Audenarda & Dominus de Roſeto ſalutem in ſalutis Autore.

NOVERITIS quod Guido de Houte fidelis noſtet & Gertrudis ejus Uxor, de auctoritate dicti Guidonis ſui legitimi Curatoris, ad hoc ſibi dati, in præſentia Johannis dicti Marteel Baillivi noſtri, Johannis dicti Alani, Willelmi le Bitre & Sigeridi Mouſcre, hominum noſtrorum à Nobis ad hoc principalitet deputatorum, de conſenſu & voluntate noſtra quandam parvam decimam bladi valentem circiter ſexaginta ſolidis Flandrenſibus annuatim, iacentem juxta Parochiam de *Marka* propè confinium Parochiæ Curtracenſis, & omnem aliam decimam quam ipſe Guido habuit & tenuit apud *Markam*, & etiam præſentationem ſeu jus Patronatûs Parochialis Eccleſiæ dictæ Villæ de *Marka*, quæ omnia idem Guido & ejus Prædeceſſores à Nobis & Prædeceſſotibus noſtris tenebant in feodum ab antiquo, unà cum alio feodo ſuo de quo remanet H..... donaverunt, tranſtulerunt & guerpiverunt ac effeſtucaverunt in manus dicti Baillivi noſtri, nomine Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ Margharetæ Flandtiæ & Hannoniæ Comitiſſæ, & ipſa liberè reportaverunt, renuntiantes omni juri quod habuerunt, ſeu ſibi competentiis in prædictis. Et hoc ad opus & utilitatem Eccleſiæ B. Mariæ Curtracenſis, ſi dictæ Dominæ placuerit & ſibi expediens videatur.

VOLENTES & concedentes quod ipſa Domina Comitiſſa præfata bona, ſi voluerit, ſibi retineat, vel reſignet, liberè reportet & transferat in Eccleſiam Beatæ Mariæ prædictam, pro ſuæ libito voluntatis, hominibus noſtris paribus dicti Guidonis, ad ſummonitionem dicti Baillivi noſtri, præmiſſa poſſe legitimè fieri judicantibus: & quod idem Guido & ejus Uxor tantum ſecerant de prædictis, quod in eiſdem bonis nihil juris habuerunt, nec de cætero in eiſdem poterant reclamare.

PRÆDICTUS quoque Baillivus noſter prædicta bona & jura omnia, prout ſupra ſunt expreſſa, in manus ſuas reportata de voluntate noſtra nomine dictæ Comitiſſæ, ut eadem bona & jura ſibi retineat, vel transferat, ipſa Domina Comitiſſa in Eccleſiam Curtracenſem prædictam, in præſen-

tia prædictorum hominum noſtrorum, ac etiam hominum ipſius Dominæ Comitiſſæ ad hoc ſimiliter vocatorum, in manus Michaëlis de Elſtlande Baillivi Curtracenſis nomine dictæ Comitiſſæ liberè reportavit: & Nos prædicta omnia, quæ prædictus Guido de nobis tenebat in feodum, quantum in nobis eſt quittamus, liberamus ac eximimus ab omni quiete & ſervitio feodali. Concedentes quod præfata Domina Comitiſſa prædicta bona & jura ab omni onere & ſervitio libera & exempta ſibi retineat & habeat, vel conferat & transferat in ipſam Eccleſiam Curtracenſem, ab ipſa Eccleſia pacificè & liberè in perpetuum poſſidenda. Quæ bona omnia à feodo dicti Guidonis excerpta & à Nobis ab omni feodali onere & ſervitio liberata præfatæ Dominæ Comitiſſæ concedimus, ut ea habeat & ſibi retineat, vel conferat Eccleſiæ Curtracenſi, pro ſuæ libito voluntatis.

INSUPER dicta Gertrudis Uxor ipſius Guidonis in præſentia dictorum Baillivi & hominum recognovit, ſe in præmiſſis ſpontaneè conſenſiſſe, & quod nec vi nec metu ſeu cavillatione ad hoc fuit inducta: promittens fide & juramento præſtitis ab eadem, quod contra præmiſſa per ſe non veniet, nec per alium imposterum venire curabit ſeu etiam procurabit.

DATUM & actum anno Domini M.CC.LX. ſeptimo, Menſe Novembri.

IN cujus rei teſtimonium præſentes Litteras contulimus ad preces dictorum Guidonis & ejus Uxoris, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum & actum ut ſupra.

Nos igitur MARGHARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa ſuprà nominata, parvam decimam bladi valentem circiter ſexaginta ſolidis Flandrenſibus annuatim, jacentem juxta Parochiam de *Marka*, prope Confinium Parochiæ Curtracenſis, & omnem aliam decimam quam Guido de Honta tenuit in Parochia de *Marka*, in manus noſtras, ut in præſcriptis Litteris continetur, legitimè reportatas, ab omni onere & ſervitio feodali exemptas, Eccleſiæ noſtræ S. Mariæ Curtracenſis in puram & perpetuam eleëmoſynam contulimus, pro animæ noſtræ ac animarum Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum remedio, ab ipſa Eccleſia in perpetuum liberè poſſidendum: concedentes nihilominus prædictę Eccleſię Curtracenſi, quod infra Parochiam de *Marka* prædicta Eccleſia noſtra Curtracenſis decimas emere & acquirere valeat, ac ſi Jus Patronatûs in eadem Parochia liberè obtineret: & quod nulla alia Eccleſia, præterquàm noſtra Eccleſia Curtracenſis prædicta, de cetero aliquas decimas emere ſeu acquirere poſſit in Parochia de *Marka* prædicta, abſque conſenſu Decani & Capituli Curtrac. Eccleſiæ memoratæ.

DE Jure verò Patronatûs & præſentatione Parochiæ de *Marka* taliter ordinamus: quod Nos præſentationem dictæ Parochię de *Marka* Nobis & noſtris Succeſſoribus Comitibus Flandriæ retinemus tali modo: quod quandocumque Parochiam ipſam vacare contigerit, Nos & noſtri Succeſſores prędicti perſonam idoneam nobis à Decano & Capitulo ipſius Eccleſiæ Curtracenſis per Litteras ſeu vivâ voce eorum nominandam ſeu mittendam, in perpetuum tenebimur Domino Tornacenſi Epiſcopo præſentare, & operam præbere ad id, quod hujuſmodi perſona idonea per dictum Dominum Epiſcopum Tornacenſem modo debito ad ipſam Parochiam admittatur: Nos & heredes noſtros Comites Flandriæ ad præmiſſa omnia obligantes.

IN cujus rei teſtimonium & munimen præſentibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum.

EGO etiam GUIDO Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis, prædictæ Dominę Comitiſſæ Filius, præmiſſis omnibus prout per Dominam Matrem meam kariſſimam Margharetam Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam ſupra ſunt conceſſa, meum aſſenſum præbeo & conſenſum: promittens pro me & meis Succeſſoribus Comitibus Flandriæ, prædicta omnia ipſi Curtracenſi Eccleſiæ firmiter in perpetuum obſervare.

IN cujus rei teſtimonium & munimen, unà cum Sigillo kariſſimæ dictæ Dominæ Matris meæ præſentibus Sigillum meum duxi Litteris apponendum.

DATUM anno Domini M. CC. LXVIII. die Jovis 1268.
poſt Diviſionem Apoſtolorum.

CAPUT CXL.

MARGARETA *Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa confirmat anno* 1269. *Ceſſionem Eccleſiæ S. Gaugerici Valencenis à Priore S. Salvii, in favorem Canonicorum, qui ab Eccleſia Aulæ Comitis ſeſe eò tranſtulerunt.*

Ex Authentico.

NOs MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod cum Viri Religioſi Radulphus Prior & Conventus ſancti Salvii juxta Valencenas Ordinis Cluniacenſis, ad preces & inſtantiam noſtram benignè conceſſerint, ut Canonici noſtri Beatæ Mariæ ad Aulam in Valencenis ſe transferre valeant ad Eccleſiam Sancti Gaugetici, in eadem Eccleſia de cætero Domino in perpetuum ſervituri, ſub certa ordinatione à Reverendo Patre Domino Nicolao Dei gratiâ Cameracenſi Epiſcopo conceſſa & ſuis Litteris confirmata, volumus, laudamus, & tenore præſentium approbamus, ſicut in inſtrumento ſuper hoc confecto ſigillorum prædictorum Decani & Capituli munimine roboraro pleniùs continetur; cujus Inſtrumenti tenorem hic duximus inſerendum, cujus tenor taliſ eſt:

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis Decanus & Capitulum Beatæ Mariæ ad Aulam in

Valencenis ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, quod cum in arcto loeo & nimis repoſito, videlicet in Capella ſita juxta Aulam Dominæ Comitiſſæ in Valencenis, diutiùs habitaſſemus Divino Cultui inſiſtentes, qui locus valdè remotus eſt ab hoſpitiis noſtris, propter quod formidoloſum erat nobis ad dictum locum matitunalibus horis accedere, maximè tempore hiemali; ac propter remotionem dicti loci, pauci de Villa Valencenenſi ad Divinum quod agebamus ibidem Officium accedebant:

Nos cupientes ampliorem locum habere in tali ſitu ubi tutè poſſemus accedere tam ad diurnas horas quàm etiam & nocturnas Divinum Officium expleturi, & major multitudo populi ad nos poſſet confluere, & ex noſtro humili ſervitio ad devotionem accendi, nos rogari procuravimus Perexcellentem & in Christo cariſſimam Dominam & Patronam noſtram, Dominam Margaretam Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam, viros Religioſos Dominum Radulphum tunc Priorem & Conventum Sancti Salvii juxta Valencenas, Ordinis Clugniacenſis, ut Eccleſiam Parochialem Sancti Gaugerici Valencenis in qua jus obtinent Patronatûs, nobis ſub certa ordinatione inferiùs annotata, & Reverendi Patris Domini Cameracenſis Epiſcopi authoritate firmata, conſenſu dictæ Dominæ Comitiſſæ Patronæ noſtræ ſuper hoc jam obtento, concedere dignarentur;

Qui dictæ Dominæ Comitiſſæ & dicti Reverendi Patris Domini Cameracenſis Epiſcopi precibus inclinati, ut in dicta Eccleſia Sancti Gaugerici cultus augmentaretur divinus, eandem Eccleſiam Sancti Gaugerici nobis quantum in ipſis eſt conceſſerunt, cum omni jure Patronatûs quod in eadem Eccleſia habere noſcuntur, videlicet collatione Parochiæ & Capellaniarum nunc in ipſa Eccleſia exiſtentium ac in poſterum fundandarum, ac aliorum beneficiorum in poſterum in dicta Eccleſia inſtituendorum, quocumque nomine cenſeantur, & portione ſolita quam pro parte quam habent in oblationibus ejuſdem Eccleſiæ hactenus perceperunt in ea, tribus videlicet partibus oblationum & minutarum decimarum, quæ nunc ultimo dabantur ad firmam ſingulis annis pro quadraginta libris albis & centum libris ceræ fuſilis.

Dicta verò Eccleſia S. Salvii ſingulis annis tenebatur dicto Domino Cameracenſi Epiſcopo ſpecialiter pro dicta Eccleſia Sancti Gaugerici in dimidio modio avenæ & tribus ſolidis alborum, pro quodam redditu qui vulgò *Soignia* nuncupatur, ſolvenda tempore Synodali, & in anno biſſextili ipſa *Soignia* duplicatur.

Debebat etiam dicta Eccleſia Sancti Salvii pro dicta Eccleſia Sancti Gaugerici Capitulo Beatæ Mariæ Cameracenſis unam unciam auri ſingulis annis in feſto Sancti Remigii perſolvendam.

Item tenebatur dicta Eccleſia Sancti Salvii Presbytero Sancti Gaugerici ſingulis annis in uno modio bladi, & uno modio avenæ ad menſuram Valencenenſem: quæ omnia ſolvere tenebimur annuatim, & ſic adepti ſumus dictam Eccleſiam Sancti Gaugerici, ordinante dicto Domino Cameracenſi Epiſcopo, modo inferiùs annotato:

Eccleſia videlicet Sancti Salvii habebit integrè per omnia decimas ſuas majores ſicut priùs habebat, & pro firma quam ipſa Eccleſia Sancti Salvii in dicta Parochiali Eccleſia Sancti Gaugerici percipere conſuevit, tenebimur ipſi Eccleſiæ Sancti Salvii de cætero in perpetuum ſingulis annis in quadraginta libris albis, & centum libris ceræ fuſilis, quatuor terminis perſolvendis, decem videlicet libris albis & viginti quinque libris ceræ in Feſto Nativitatis Domini, in Paſcha totidem, in Feſto Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ totidem, & in Feſto Sancti Remigii totidem: & de hoc fecimus ei aſſignamentum primò ad octo libras albas quas habemus annuatim ad Cambium Valencenenſe, duobus terminis perſolvendas, medietatem videlicet in Nativitate Domini, & aliam medietatem in Nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ:

Item ad ſeptem libras albas quas debent nobis ſingulis annis hæredes Joannis quondam Rouſelli ſuper ſex modiatas terræ ſitas prope nemus Dominæ Comitiſſæ, quod dicitur *Roulen*, quas ſex modiatas terræ ſaiſire poſſumus, ſi dictos hæredes deficere in ſeptem librarum ſolutione contingat, & de hoc Eccleſiam Sancti Salvii per omnia loco noſtri, ut id quod poſſumus de dicta terra facere, poſſint ipſi.

Item aſſignavimus dictam Eccleſiam ad quadraginta ſolidos alborum, quos habemus annuatim ſuper domum Simonis dicti Canis.

Item ad ſexagidta & decem ſolidos Turonenſes, quos habemus annuatim ſuper quindecim octoliatis terræ ſitis in territorio de *Aubri*, quam terram tenet nunc Petrus dictus Wibaus.

Item ad majorem firmitatem aſſignamenti Prior dictæ Eccleſiæ Sancti Salvii, qui pro tempore fuerit, tenebit totum terragium noſtrum juxta Sanctum Vedaſtum prope Valencenas; tali modo, quod poſtquam ſuper his omnibus aſſignatis de quadraginta libris albis & centum libris ceræ, vel decem libris prædictis centum libris ceræ ſibi plenariè fuerit ſatisfactum annuatim, nos de toto reſiduo gaudere poterimus abſolutè.

Et ſciendum, quod nec ...... nec aliquod aliud incommodum ſuperveniens poterit impedire, quin Eccleſia Sancti Salvii prædicta redditum quadraginta librarum alborum & centum librarum ceræ plenè percipiat & percipiet.

Inſuper per dictum Reverendum Patrem Dominum Cameracenſem Epiſcopum nobis omnibus volentibus & conſentientibus extitit ordinatum, quod Prior Sancti Salvii qui nunc eſt & alii qui ſuccedent eidem, is qui pro tempore fuerit, erit Canonicus noſter, & habebit unam de quatuor Præbendis quas habemus apud rivos in Cameraceſio, eo per omnia modo quo illi Canonici qui alias tres tenent; ſalvo tamen quod ſi augmentantur aliæ, & illa Sancti Salvii pro eadem portione augmentabitur; ſi verò aliquo caſu minuerentur, illa nullam diminutionem patietur: nec tenebitur idem Prior dictam Præbendam perſonaliter deſervire, ſed faciet illam per unum de Monachis ſuis quem voluerit deſervire, eo modo quo ſuas deſerviunt Canonici qui reſidentiam intenduot facere in dicta Præbendali Eccleſia, habitu tamen non mutato.

Si verò contingat dictum Monachum (quod abſit)

abſit) aliquod delictum committere propter quod aliquis Canonicus ejuſdem Eccleſiæ à ſuo officio amoveri deberet, vel à cœtu aliorum Canonicorum excludi, Prior monendus erit ex parte Capituli, ut ipſum Monachum à loco amoveat, donec in Clauſtro S. Salvii debitam ſecundùm Ordinem Clugniacenſem & Statuta Ordinis, vel ad arbitrium Prioris pœnitentiam egerit pro delicto, quâ perfectâ, ad dictam Eccleſiam redire poterit, ſi Priori placeat, tempore quo Canonicus rediret tali vitio irretitus.

SCIENDUM eſt etiam, quod Prior pro voluntate ſua Monachum ſuum amovere poterit quoties ſibi placuerit, & alium inſtituere qui bonæ vitæ & ſcientiæ competentis exiſtat.

ITEM ſciendum eſt, quod Prior in novitate ſua, in adventu ſuo ad Eccleſiam noſtram, fidelitatem præſtabit eo modo quo ab aliis Canonicis præſtari conſuetum eſt, & Nos ipſum ad oſculum pacis recipiemus cum devotione pariter & honore, adhibitis ſolemnitatibus quæ in talibus conſuetæ ſunt adhiberi.

MONACHUS quoque ad dictam Præbendam deſerviendam à Priore, ut dictum eſt, deputatus, diſtributiones quotidianas tam in Matutinis quàm in Horis Diurnis & Veſperis & Officiis mortuorum & aliis Beneficiis, ſicut unus de nobis reſidentiam facientibus, plenè per omnia percipiet & habebit.

PRÆTEREA Nos Decanus & Capitulum, Priorem S. Salvii, quicumque pro tempore fuerit, tamquam Concanonicum noſtrum, poſtquam fidelitatem præſtiterit antedictam, ad Conſilia, Capitula, & tractatus noſtros de cetero advocare tenemur; quod ſi non faceremus, id quod unus de nobis non vocatus ad aliquod prædictorum poſſet facere tanquam ſpretus, poterit idem Prior.

ITEM ſi per Monachum deſervientem Præbendæ mandavimus Priori, ut ad certam diem & certum Capitulum veniat, tempore tamen competenti ſibi prout decuerit aſſignato, Prior habebitur pro vocato: præterea ſi Prior abſens fuerit, Nos ipſum ſicut unum de nobis abſentibus ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ noſtræ expectare tenemur: & habebit ipſe Prior in omnibus Conſiliis, Capitulis, tractatibus & Præbendarum Parochiæ & aliorum Beneficiorum collationibus primam vocem poſt Decanum, & in ipſius electione Decani primam præ ceteris nominationem habebit.

SI autem Domus S. Salvii prædicti aliquando committatur alicui cuſtodienda qui verus Prior non ſit; Conſiliis, Capitulis & tractatibus noſtris vel aliis gerendis negotiis non poterit intereſſe.

Nihilominus tamen Monachus unus dictæ Domûs dictam Præbendam deſerviet, & habebit plenariè, tam in groſſis quàm in diſtributionibus ſeu Beneficiis antedictis Præbendam in rivis prædictam, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum.

ET ſciendum, quod collatio Capellaniarum in dicta Eccleſia S. Gaugerici nunc exiſtentium, quæ Capellaniæ ad collationem Prioris S. Salvii uſque ad hæc tempora pertinebant, & etiam aliarum Capellaniarum & Beneficiorum, quocumque nomine cenſeantur, in poſterum in Eccleſia S. Gaugerici prædicta inſtituendorum, & etiam collatio Theſaurariæ dictæ Eccleſiæ S. Mariæ, quæ uſque nunc ad collationem dictorum Decani & Capituli pertinebat, nomine recompenſationis Præbendæ illius quam Priorem prædictum Succeſſoreſque ſuos Priores S. Salvii habere contigerit in eadem Eccleſia, cujus collatio ad Dominam Comitiſſam Prædeceſſoreſque ſuos Comites Hannoniæ antea pertinebat, ad Dominam Comitiſſam Succeſſoreſque ſuos Comites Hannoniæ in perpetuum pertineat & debeat pertinere; hoc autem ſalvo, quod quando Domina noſtra Comitiſſa aut ſui Succeſſores Comites Hannoniæ moram facient Valencenis, diebus ſingulis in Eccleſia S. Mariæ prædicta, Divina, Miſſam ſcilicet & Horas Canonicas celebrent duo, ſi neceſſe fuerit, Capellani à nobis Decano & Capitulo mittendi: quotidiè autem unus, ſecundùm morem in Capellis Dominæ Comitiſſę in Hannonia conſuetum, ſalvis oblationibus quæ in dicta Capella fient his quibus debent eſſe ſalvæ, prout in ipſa Capella hactenus extitit conſuetum.

ET ut hæc omnia perpetuo robore ſolidentur, Nos omnes & ſinguli promiſimus bonâ fide, præſtitis corporalibus ſacramentis pro Nobis noſtriſque Succeſſoribus, omnia & ſingula in hac ordinatione contenta, ſine diminutione aliqua vel fraude vel dolo aliquatenus interjectis, fideliter in perpetuum ſervaturos.

ET in his omnibus Domina Comitiſſa tanquam Patrona noſtra ſuum beneplacitum adhibuit & conſenſum, & ad inſtantiam noſtram Sigilli ſui robore approbavit.

DOMINUS etiam Reverendus Pater Cameracenſis Epiſcopus, ſolerti deliberatione præhabitâ, hanc Ordinationem mediante Peritorum conſilio confirmavit, & ſui Sigilli roboravit munimine.

IN cujus rei teſtimonium, præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas.

DATUM anno Domini M. CC. LXIX. menſe 1269
Septembri.

Nos igitur Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa hanc Ordinationem ſicut prędictum eſt præſentibus Litteris approbamus, in cujus rei teſtimonium & munimen præſentibus Litteris duximus Sigillum noſtrum apponendum.

DATUM anno Domini M. CC. LXIX. menſe 1269
Septembri.

CAPUT

CAPUT CXLI.

MARGARETA *Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Oppidanis Aldenardenſibus Scabinos & Magiſtratum conſtituit anno* 1272.

Ex Archivo Oppidi

NOs MARGUARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facimus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis, quod cum ex parte Scabinorum & Communitatis Villæ de Audenarde eſſemus multotiens requiſiti, ut eis Scabinagium de anno in annum concederemus: & Nos utilitatem Villæ prædictæ in hoc conſiderantes, petitionem dictorum Scabinorum duximus admittendum: ita videlicet, quod Nos, Succeſſoreſque noſtri, in die Purificationis B. Virginis quolibet anno Scabinos de cetero eligi, vel per aliquem dc noſtro Juratum per noſtras patentes Litteras, ſi præſentes non fuerimus, eligi faciemus, ita quod quicumque in anno uno in Scabinum admiſſus, per annum proximo ſequentem non poterit eſſe Scabinus.

ET ſi infra terminum alicujus anni currentis dictos Scabinos Aldenardenſes aut aliquos ex eis in dicto Scabinagio inutiles viderimus, Nos illos amovere poterimus & alios loco eorum inſtituere ſeu facere inſtitui, uſque ad Purificationem B. Virginis ſequentem, & non ulteriùs in ipſo Scabinagio remanſuros.

DUO Fratres ſimul, Pater & Filius ſimul, Avunculus ſive Patruus & Nepos ſimul, duo Conſanguinei Germani ſimul, habentes duas Sorores, vel aliquis cum aliquo, cujus Sororem habet ſimul, Socer & Gener ſimul eligi non poterunt in Scabinos, niſi fortè contigerit quod alter eorum tempore Scabinatûs ſui Filiam vel Sororem Uxoris alterius ſibi duxerint in Uxorem.

PRÆTEREA qui in Carta furum Villæ Aldenardenſis ob furtum ſcripti ſunt, vel qui de falſificatione monetæ convicti, aut de manifeſto perjurio vel alio enormi crimine notati, aut manifeſtè uſurarii fuerint, à nobis præfici non poterunt in Scabinos.

ET ſciendum, quod ſi prædictâ die Purificationis B. Virginis prædictæ in Villa Aldenardenſi non fuerimus, vel aliquem non miſerimus pro Scabinis eligendis, ut dictum eſt, Scabini qui præcedenti tempore fuerant Scabini, ſui fungentur Officio Scabinatûs donec alii ſint electi, quoad hoc tantummodo ut treugas accipiant & ut debita coram eis recognoſcantur, & ut pandent ad legem, ſecundùm quod hactenus conſueverunt.

QUÆ ut rata & firma permaneant, præſentes Litteras dictis Scabinis & Communitati Villæ Aldenardenſis conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas.

ET Ego Guido Filius dictæ Dominæ Comitiſſæ, Comes Flandrenſis & Marchio Namurcenſis, præmiſſis omnibus prout per cariſſimam Dominam & Matrem meam conſenſa ſunt, meum conſenſum adhibeo pariter & aſſenſum, & ea prædictis Scabinis & Communitati Villæ Aldenardenſis promitto pro me & meis Succeſſoribus in perpetuum obſervare.

IN cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris Sigillum meum duxi apponendum.

DATUM anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, menſe Januario. 1272.

CAPUT CXLII.

Eadem MARGARETA *Comitiſſa Paſtorem Eccleſiæ S. Gaugerici Valencenis annumerat Canonicis Aulæ Comitis ibidem, anno* 1275.

Ex Authentico.

NOs MARGARETA Flandriç & Hannoniæ Comitiſſa notum facimus univerſis, quod Nos noſtrum præbemus aſſenſum, propter evidentem utilitatem Eccleſiæ noſtræ Beatæ Mariæ ad Aulam Valencenenſem, & ſuſpectam calumniam, controverſiam, diſſonantiam, & diſcordiam, inter Decanum & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ noſtræ prædictæ ex una parte, & Presbyterum Parochialem Eccleſiæ S. Gaugerici in Valencenis, ad quam Eccleſiam Sancti Gaugerici Decanus & Capitulum Beatæ Mariæ ad Aulam de conſenſu noſtro & Reverendi Patris bonæ memoriæ N. quondam Cameracenſis Epiſcopi ſunt tranſlati, & Clericos & Capellanos ejuſdem Eccleſiæ Sancti Gaugerici ex altera, in poſterum evitandas, ut Præbenda una tertia Presbyteralis Eccleſiæ ipſius Beatæ Mariæ prædictæ, ad collationem Capituli vel noſtram quocumque modo ſpectans & primò vacatura, Curæ Parochiæ Sancti Gaugerici in Valencenis perpetuò annectatur, uniatur, & etiam deputetur.

ITA tamen, quod ſi Decaniam, Theſaurariam, Cancellariam, ſive Scolaſtriam, & Præbendam deputatam Miſſæ quæ quotidiè pro defunctis celebratur, primò vacare contingeret; nolumus eas ſub iſto Statuto contineri, nec ad alios uſus tranferri: ſalvâ tamen in omnibus & per omnia ordinatione ſuper Præbendarum æqualitate.

qualitate. Ita quod Presbyter Sancti Gaugerici, qui pro tempore fuerit, dictæ ſit Eccleſiæ Beatæ Mariæ Canonicus, & Vice-Decani & Capituli tamquam eorum Vicarius ipſius Parochiæ Curam gerat, & percipiat & habeat in omnibus & per omnia, ſicut unus de aliis Eccleſiæ noſtræ Canonicis.

Parochia verò prædicta ſive Præbenda Parochialis, quoties eam vacare contigerit, à dictis Decano & Capitulo perſonæ idoneæ conferatur, videlicet Sacerdoti jam promoto, vel Diacono qui in primis Ordinibus poſt receptionem Præbendæ in Ordine Presbyteratûs tenebitur promoveri, & hoc ante ſuam receptionem proprio firmabit juramento.

Proventus autem omnes & redditus, decimæ & obventiones, ad prædictam Parochiam nunc ſpectantes, & omnia alia ſive proventus ſive jura quæ uſque nunc jure Parochiæ ad ipſum Curatum ſpectaverunt, communibus Decani & Capituli cedant uſibus, & ad Capitulum ante dictum imperpetuum pertineant & etiam devolvantur.

Parochialis autem Presbyter, qui pro tempore fuerit, ſupradictæ Præbendæ proventibus tamquam Capituli Vicarius perpetuò ſit contentus, nullam de cætero ſuper redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, decimis, ſeu aliis omnibus jure Parochiali ad ipſum nunc ſpectantibus, moturus contra dictum Capitulum quæſtionem: & hæc omnia ante ſui receptionem proprio juramento ſe ſervaturum promittet:

Quod etiam Capellani inſtituti & inſtituendi, Clerici & alii officia habentes in eadem Eccleſia Sancti Gaugerici, ad ſervitium Eccleſiæ & Capituli Beatæ Mariæ prædictæ tam diurnum quàm nocturnum perſonaliter teneantur & obligentur, prout Decano & Capitulo viſum fuerit expedire, & hæc omnia dicti Capellani, Clerici & alii Officia habentes in eadem Eccleſia S. Gaugerici prænominati, ſe ſervaturos, ante ſui receptionem proprio firmabunt juramento.

Hæc autem omnia prædicta (quantum in Nobis eſt) tamquam Eccleſiæ Patroni concedimus & rata habemus, non obſtante quod prædicta Præbenda Presbyteralis primò ſpectans ad collationem Capituli, per reſignationem vel aliter ad noſtram poſſet collationem in futuro pertinere.

In cujus rei Teſtimonium & munimen præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine fecimus ſigillari.

Datum & actum anno Domini M.CC.LXXV. Sabbato poſt Purificationem Beatæ Virginis Mariæ, menſe Februario. 1275.

Et erat inferiùs Sigillum appenſum ex materia alba, cui erat appenſa effigies dictæ Dominæ Margaretæ ex una, & inſignia ab altera partibus.

CAPUT CXLIII.

Rudolphus *de Habſpurg Imperator, Abbatiam Aureæ-Vallis Religioſorum Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi, nunc Obſervantiæ Strictioris, ſuâ Protectione donat anno* 1276. *eamdemque commendat Philippo* III. *Regi Francorum.*

Ex Theſauro Anecdot.

Illustri & Magnifico Principi Domino Dei gratiâ Francorum Regi, Rudolphus eâdem gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ſalutem & integræ dilectionis augmentum.

In Regum thronis ſublimibus & quibuſlibet aliarum tribunalibus Poteſtatum, quæ Catholicæ Fidei fulgor illuminat, ubi præſertim locorum habilitate contiguâ vicinantur, ea præcipuè debet votorum vigere conformitas, ea convaleſcere debet indiſſociabilitas animorum, ut alterutrius imminente diſpendio, effectivo compaſſionis alternæ ſolatio recreentur.

Quod utique quia veſtræ Serenitati libenter offerimus, Vobis & veſtris in opportunitatibus profuturum, id ipſum à Vobis ſub firmæ ſpei fiducia, non immeritò vice reciprocâ præſtolamur.

Sane porrecta nobis Religioſorum Abbatis & Conventûs Aureæ-Vallis, Ciſtercienſis Ordinis, Trevirenſis Dioceſis, petitio continebat, ut cum ipſis à Romani Imperii corde longè ſepoſitis ſub Imperialis protectionis umbraculo reſpirare non liceat, malignorum in eos protervià ſæviente, apud Vos eiſdem dignaremur aſſiſtere, quod eorum quieti & paci velletis intendere cum effectu.

Quia igitur de Regali veſtra benignitate confidimus, quod ex indito cælitus veſtris præcordiis à clarorum Progenitorum veſtrorum propagatione ſinceræ devotionis ardore, ſuper hoc pio negotio facilè curas veſtras & operas noſtris deſideriis applicetis, Celſitudinem veſtram attentè rogandam duximus & hortandam, quatinus pro Divina Sacrique Romani Imperii reverentia, & pro veſtra ſalute, noſtram in hoc caſu abſentiam ſupportantes, prædictis Abbati & Conventui vice noſtrâ & Auctoritate præfati Imperii juxta continentiam privilegiorum, quæ ipſis conceſſiſſe dinoſcimur, in Perſonis & rebus quibuſlibet, nec non ſuper omnibus libertatibus ſibi per quoſcumque conceſſis, & juribus, contra quoſcumque cujuſlibet conditionis, qui adversùs eoſdem violenter aut injurioſè proterviant, ſalvo jure ipſius Imperii, veſtræ gratioſæ defenſionis & opportunæ protectionis auxilium, patrocinium & levamen ex Regia bonitate di-

gnemini tam libenter quàm liberaliter impertiri. Hoc enim procul dubio Vobis cedet ad meriti cumulum apud Deum & apud homines, ad Magnifici Nominis incrementum.

Datum Nurembergi iv. Nonas Februarii, Indictione iv, Regni noſtri anno iii, anno verò ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſi- 1276
mo ſeptuageſimo ſexto.

CAPUT CXLIV.

Philippi *Arboſii Tornacenſis Epiſcopi Ordinatio pro Paſtoribus & Capellanis Eccleſiæ S. Martini Cortraci, anno* 1356.

Ex Archivi Cameræ Rationum Inſulis.

Universis præſentes Litteras inſpecturis Philippus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam,

Paſtoralis Officii noſtri debitum exercere credimus, Altiſſimoque Creatori, qui Princeps eſt pacis, gratum opus impendere arbitramur, dum circa hoc præbet noſtra ſollicitudo ſtudium, per quod inter diſcordes, potiſſimè ſubditos noſtros, poteſt pax & concordia reformari, & omni amputatâ diſſenſionis materiâ caritas enutriri.

Sane cum lis ſeu controverſia & quæſtionis materia moveretur ſeu moveri ſperaretur, inter dilectos Nobis in Chriſto Filios Joannem & Philippum Presbyteros Curatos Parochialis Eccleſiæ S. Martini Curtracenſis, noſtræ Diœceſis, & eorum vicem gerentes ex una parte, & Capellanos perpetuos ejuſdem Eccleſiæ tam univerſaliter quàm particulariter ex altera; occaſione ſive causâ diſtributionum quotidianarum & obituum ab ipſis lucrandorum & percipiendorum in Eccleſia prædicta, videlicet quibus diebus & horis & per quos & qualiter debeant lucrari; ipſæque partes proborum tandem fretæ conſilio ad noſtram præſentiam propter hoc perſonaliter accedentes, voluerunt & expreſsè conſenſerunt, nobis humiliter ſupplicando, quod Nos de & ſuper lite, controverſia, & quæſtione hujuſmodi, & exinde dependentibus, expenſiſque in proſecutione hujuſmodi negotii hinc inde factis, cognoſcere, decidere & ordinare vellemus ſummariè & de plano, prout nobis expediens videretur.

Nos igitur humili ſupplicationi earumdem partium favorabiliter inclinati, & prout noſtro incumbit officio, pacem & concordiam inter partes prædictas more Patris benevoli confovere nec immeritò affectantes, ſuper præmiſſis inquiſivimus & inquiri fecimus diligenter, cauſas motivas & rationes utriuſque partis coram nobis perſonaliter comparentis ſollicitè perſcrutando, ſuper quibus, habitâ deliberatione maturâ, conſideratiſque principalibus circa hoc contingentibus, Decretum, voluntatem & ordinationem noſtras pronuntiavimus & pronuntiamus in hunc modum.

Primò pacem, concordiam, dilectionem & fraternitatem ſinceram dictis partibus injungimus perpetuis temporibus inter ipſas obſervandam, remiſſis hinc inde rancoribus & diſſenſionibus quibuſcumque.

Item ordinamus & pronuntiamus, quod dicti Curati & eorum Succeſſores in perpetuum omnibus & ſingulis diſtributionibus quotidianis ac etiam obitibus duplicem recipiant portionem, ſi præſentes fuerint horis & obitibus in dicta Eccleſia celebrandis & faciendis, vel in viſitationibus Parochianorum, ſeu negotiis dictæ Eccleſiæ, aut infirmitate corporis infra ſuam Parochiam præpediti.

Item quod omnes & ſinguli Capellani perpetui ad Presbyteratûs Ordinem promoti, Capellanias ex nunc fundatas & confirmatas in dicta Eccleſia obtinentes, & dictorum Capellanorum Succeſſores, recipiant obitus & quotidianas diſtributiones dictæ Eccleſiæ pro æqualibus portionibus, dummodo præſentes fuerint vel infirmi, ſeu pro negotiis Eccleſiæ præpediti: & omnes alii Capellani dictæ Eccleſiæ in Presbyteros minimè nunc promoti, dum promoti fuerint, recipiant diſtributiones & obitus ſicut alii jam promoti.

Hoc addito, quod omnes Capellani in dicta Eccleſia beneficiati, ſeu Capellanias perpetuas obtinentes, dum & quoties obitus lucrati fuerint ad Vigilias, remaneant ſimiliter & ad Miſſam: & quia frequenter plures de dictis Capellanis, lucratis obitibus qui diſtributionibus Miſſæ & Veſperarum longè majoris valoris exiſtunt, ab Eccleſia conſueverunt recedere, nec in magna Miſſa & Veſperis altâ voce decantatis intereſſe volebant, non curantes diſtributiones Miſſarum & Veſperarum, propter earum parvitatem, lucrari: Nos volentes ipſos ad intereſſendum majori Miſſæ & Veſperis inducere, ſtatuimus & ordinamus, quod prædicti Capellani obitibus per eos lucratis Chorum non exeant vagabundi, ſed remaneant cantantes in Veſperis & ad majorem Miſſam, quando & quoties eas cantari contigerit altâ voce; alioquin deficientes in præmiſſis privati ſint lucro diſtributionum quas lucrati fuiſſent in dictis Veſperis & Miſſis altâ voce celebrandis remanendo, & tantumdem de ſuo amittant, quod eiſdem deficientibus defalcetur de his quæ proximo lucrati erunt vel lucrabuntur in Eccleſia ſupradicta.

Item ſi in eadem Eccleſia ſit defectus Capellanorum pro ſerviendo Altari, & miniſtrando in Diaconatûs & Subdiaconatûs Officiis diebus Feſtivis

Feſtivis ad Miſſsm, & ad Chorum tenendum in ipſis Miſſis vel Veſperis, tunc poterunt Curati prædicti recipere Presbyteros mercenarios pro illa vice, & dare eis illam portionem quam dicti Capellani lucrati fuiſſent ſi præſentes tunc fuiſſent. Item quod omnes & ſinguli Capellani inſtituendi in Capellaniis deinceps fundandis in Eccleſia prædicta, ac etiam Succeſſores Domini Joannis David in Capellania quam obtinet in Eccleſia ſupradicta, nihil in præmiſſis vel altero præmiſſorum recipiant, niſi reditus annuos & perpetuos nomine & ad opus diſtributionum dictæ Eccleſiæ aequiſiverint ſeu acquirant de Conſilio Curatorum & duorum Capellanorum antiquorum Eccleſiæ memoratæ reſidentiam facientium in eadem.

Item quòd dicti Curati & Capellani, dum præſentes erunt in Officio Divino in Eccleſia prædicta, ad ſubmonitionem Hebdomadarii ſeu Curatorum prędictorum Miſſam de requiem celebrare, Evangelium & Epiſtolam legere, & Chorum tenere neceſſariò teneantur, ſicut hactenus in eadem Eccleſia extitit obſervatum: alioquin contradicens ſeu deficiens in præmiſſis aut rebellis, privetur lucro quod in dicta hora lucrari debebat, & tantumdem de ſuo amittat, quod eidem contradicenti ſeu deficienti aut rebelli in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum defalcetur de his quæ proximo ipſum lucrari contigerit in Eccleſia ſæpedicta.

ITEM quod omnia & ſingula bona deinceps leganda & conferenda ſeu donanda ad opus obituum & diſtributionum dictæ Eccleſiæ, ſint inter Curatos & Capellanos prædictos communia, & diſtribuantur inter ipſos juxta ordinationem ſupradictam; leganda verò dictis Presbyteris Curatis ſeu eorum vicem gerentibus pro perſonis ſuis, ipſis Curatis vel Vice-Curatis remaneant in eorum privatum commodum totaliter committenda, nihil tamen Vice-Curati prædicti Curatis ipſis abſentibus vel præſentibus percipient in obitibus vel diſtributionibus ſupradictis tamquam Vice-Curati, niſi iidem Vice-Curati Capellanias perpetuas in eadem Eccleſia poſſideant, quo caſu in ipſis obitibus & diſtributionibus percipere poterunt & debebunt ut alii Capellani dictæ Eccleſiæ, modo, formâ & conditionibus ſuperiùs annotatis.

ET his mediantibus una pars alteri expenſas aliquas in perſecutione præſentis negotii præmiſſorum occaſione factas petere inpoſterum non poterit nec debebit; imò quælibet ipſarum partium ſuas proprias ſupportabit.

CÆTERUM ſi in prædictis vel aliquibus eorum dubium vel obſcuritas aliqua oriatur, prædictum dubium declarandi & ſingula & omnia interpretandi, corrigendi, revocandi in toto vel in parte, Nobis & Succeſſoribus noſtris Tornacenſibus Epiſcopis poteſtatem plenariam retinemus.

QUÆ omnia & ſingula partes ipſæ hinc inde laudaverunt & approbaverunt, pro ſe ſuiſque Succeſſoribus perpetuo bonâ fide tenere promiſerunt & inviolabiliter obſervare.

IN quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum Teſtimonium Sigillum noſtrum ad perpetuam rei memoriam præſentibus duximus apponendum.

DATUM & actum Tornaci die XVI. menſis Martii, anno Domini M. CCC. LVI. 1356

CAPUT CXLV.

PETRUS *de Andrea Cameracenſis Epiſcopus in Eccleſia ſua Cathedrali conſtituit XVI. Præbendas Sacerdotales, anno* 1361.

Ex Archivis Capituli.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis, PETRUS Dei gratiâ Cameracenſis Epiſcopus, ac Præpoſitus, Decanus, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, ſalutem in Domino ſempiternam.

NON debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundùm varietatem temporum Statuta varientur humana: præſertim quando neceſſitas urgens vel utilitas evidens hoc expoſcit.

SANE notorium fuit ab antiquo, & adhuc eſt in Eccleſia noſtra Cameracenſi, quod ſingulæ Præbendæ dictæ Cameracenſis Eccleſiæ, quæ primo & ſecundo locis vacarent, etiamſi priùs erant Sacerdotales, per eorum vacationes in hujuſmodi primo & ſecundo locis contingentes liberæ eſſent, & per Nos Epiſcopum conferendæ.

PRÆBENDÆ verò tertio loco vacantes, Sacerdotales fierent; & conferri non poſſent, niſi Presbyteris jam promotis; & quod ad Nos Capitulum ſpectarent Collationes dictarum Præbendarum tertio loco vacantium, tenerenturque dictas Præbendas Sacerdotales obtinentes perſonaliter reſidere, ceteris Præbendis primo vel ſecundo loco vacantibus vel vacaturis liberis exiſtentibus, & per Nos Epiſcopum, ut dictum eſt, conferendis, prout in Litteris, Conceſſionibus, Ordinationibus & Confirmationibus Apoſtolicis ſuper hoc confectis pleniùs continetur.

EX qua quidem Ordinatione ſequebatur, & pluries ſubſecuta fuit tanta dictarum Præbendarum & conditionis earum incertitudo, propter diverſas, & in diverſis ac remotis locis contingentes earum vacationes, quod commodè ſciri non poterat, quo loco & ordine vacaviſſent, nec per conſequens, utrùm eſſent Sacerdotales, an liberæ, nec utrùm earum Collationes ad Epiſcopum vel ad Nos Capitulum pertinerent.

PLURESQUE præbendarum ipſarum primo

Digitized by Google

vel ſecundo loco vacaſſe credebantur, & ſic tamquam liberæ per Nos Epiſcopum vel Prædeceſſores noſtros conferebantur, vel collatæ fuerunt, quæ propter vacationes aliarum tunc ignotas, cum in remotis forſitan contigiſſent, reperiebantur poſtmodum Sacerdotales; cum veraciter tertio loco vacaſſent, & eſſent per Nos Capitulum conferendæ.

SICQUE collationes Epiſcopales non valuerant, & illi quibus collatæ fuerant amovebantur ab eis, vel omnino, quia forſitan earumdem Sacerdotalium capaces non erant, vel ſi capaces erant, novis indigebant collationibus Capitularibus; & è contra.

SEQUEBATURQUE per hujuſmodi vacationes occultas & ignotas tanta ſtatûs ipſarum Præbendarum confuſio, quod vix erat aliquis Canonicus qui de ſtatu ſuo, ſeu de conditione Præbendæ non eſſet dubius & incertus.

NOS igitur Epiſcopus & Capitulum memorati volentes præmiſſis & aliis inconvenientiis, & præmiſſis contingentibus, & quæ contingere poſſent impoſterum, obviare, nec non tollere materiam litium, diſſenſionum, diſcordiarum, quæ poſſent inter Nos Epiſcopum & Capitulum, ac etiam inter Canonicos noſtros ratione talis incertitudinis & dubii ſuſcitari, nec non providere, quod tam Collatores, quàm illi quibus conferendæ fuerint, ſcire poſſint & facere, quod eis ratione Præbendarum ipſarum incumbet:

PROINDE deliberatione præmiſſâ duximus ordinandum, ac ordinamus & ſtatuimus, quod ſexdecim Præbendæ dumtaxat, quæ in præſenti creduntur, habentur, & reputantur opinione communi Sacerdotales, videlicet illæ quas nunc Domini ac Magiſtri Robertus de Conchiaco Præpoſitus, Decanus pro Decanatu, Guilielmus de Monte Cornuto, Petrus de Cornoue, Hugo Falai, Joannes de Brali, Guilielmus Armigote, Petrus Brunelli, Cardinalis Magol, Odo Bentii, Martinus de Sancto Petro veteri, Bertrandus Bertrandi, Jacobus Andrès, Reginaldus de Buſiaco, Hugo Gayte, Petrus d'Ivus. D. Daſne Canonici ejuſdem Eccleſiæ, tamquam Sacerdotales obtinent, pro Sacerdotalibus in perpetuum habeantur.

ET quando, quoties, qualitercumque vacabunt, per Nos Capitulum & Succeſſores noſtros liberè conferantur; cæteris omnibus ipſius Eccleſiæ Præbendis liberis perpetuò manſuris, & per Nos Epiſcopum & Succeſſores noſtros, quotieſcumque & qualitercumque vacaverint, liberè conferendis,

NEC per vacationes earum præſentes vel præteritas Nobis ignotas vel impoſterum contingentes, mutetur hujuſmodi conditio vel ſtatus earum,

QUAM quidem Ordinationem præſentem, utiliter & providè factam, inviolabiliter obſervare bonâ fide promittimus, Nos & Succeſſores noſtros ad hæc efficaciter obligantes: Statutis, privilegiis, & conſuetudinibus de liberis & Sacerdotalibus Præbendis, in aliis omnibus ſemper ſuis robore & valore remanentibus & duraturis,

JURE ſervato Nobis Epiſcopo in collationibus Canonicatuum & Præbendarum reſignandarum ex cauſa permutationis; Nobiſque Præpoſito, Decano, & Capitulo ſupradictis in iiſdem.

IN cujus rei Teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus Litteris duximus apponenda.

DATUM Cameraci anno M. CCC. LXI, quartâ 1361
decimâ die menſis Junii.

CAPUT CXLVI.

CAROLUS IV. *Imperator committit anno* 1377. *Protectionem Eccleſiæ Cameracenſis, Epiſcopo Leodienſi, Duci Brabantiæ, Comiti Flandriæ & Aloſti, nec non Hanoniæ ac de Lyncio Comitibus, & Nobilibus de Bellomonte.*

Ex Archivis MS. Eccleſiæ Camerac.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

CAROLUS IV. Divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

VENERABILI Epiſcopo Leodienſi, Illuſtribus Duci Brabantiæ, Flandriæ & Aloſti, nec non Hannoniæ ac de Lyncio Comitibus, Principibus & Nobilibus de Bellomonte in Hannonia, nec non Seneſchallo Hannoniæ, ſuis & Imperii Sacri Fidelibus dilectis, gratiam & omne bonum.

ETSI de innata Imperialis manſuetudinis benigna clementia, in ſingulorum ſubjectorum nobis commodis, noſtra delectetur Serenitas, ſanctarum tamen Eccleſiarum quieti, & earum procurandis honoribus, ad Dei laudem & noſtræ ſalutis augmentum, ſinceriori ſemper affectu intendimus; ut hi, quos Divina providentia ſuo deputare curavit miniſterio, ſub regimine noſtro felici, eò devotiùs famulentur Altiſſimo, quò majoris defenſionis dulcedine ſenſerint ſe munitos.

Sanè pro parte honorabilium Præpoſiti, Decani & Capituli Eccleſiæ Cameracenſis, devotorum noſtrorum, gravem querelam accepimus, continentem, quod nonnulli tam Eccleſiaſtici quàm ſæculares Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitatum quoque, Oppidorum & Villarum Communia, nec non aliæ privatæ perſonæ,

perſonæ, ſuæ ſalutis immemores, & manus ſuas ad vetita extendere non verentes, prædictos Præpoſitum, Decanum, Capitulum, & eorum Eccleſiam ac Juſtitiarios & ſervitores, hominesque Villarum & locorum ad eos Jure Dominii vel quaſi pertinentium, in juriſdictione ſua alta & baſſa, meroque & mixto imperio, ac ſignanter facultate & auctoritate juris proſcribendi, ac honore ſæculari perpetuò privandi, & aliàs, corrigendi & puniendi homicidas & alios delinquentes, ac igne cremandi ad morem partium illarum, domus homicidarum hujuſmodi, illarumque exercitio & executione liberis, nec non in variis aliis juribus, libertatibus, gratiis, privilegiis, & indultis ad dictos Præpoſitum, Decanum, Capitulum & Eccleſiam ſpectantibus, & eis conceſſis, in legibus quoque, conſuetudinibus, uſibus, & obſervantiis rationabilibus, & legitimè præſcriptis, Villarum & locorum eorumdem impediunt, moleſtant pariter & perturbant.

Nonnulla etiam de juribus, poſſeſſionibus, rebus, & bonis dictæ ſuæ Eccleſiæ uſurpant, detinent, & occupant, eiſdemque poſſeſſionibus, rebus & bonis, ac etiam Villis & locis prædictis Tallias & Collectas imponunt, impoſitas exigunt & extorquent. Prædictos quoque Præpoſitum, Decanum, Capitulum & Eccleſiam, ac Villas & ſubditos eorundem, in corporibus & rebus deaſſecurant, pariter & diffidant, ac multas alias injurias intolerabiles ipſis inferunt & inferri procurant, contra Deum, Juſtitiam & omnem rationem.

Verùm cùm præfati Præpoſitus, Decanus, Capitulum & Eccleſia non habeant neque recognoſcant alium quàm Imperatorem aut Regem Romanorum ſuperiorem in bonis ſuis temporalibus ſub Imperio conſtitutis, ipſiſque reddatur difficile valdè pro præmiſſis & aliis querelis continuò emergentibus, Imperatoriæ Majeſtatis pro Juſtitia conſequenda Provinciam accedere: extitit pro parte eorundem humiliter ſupplicatum, quatenus ipſis de opportunæ proviſionis dignaremur remedio providere.

Nos igitur dictis Præpoſito, Decano, Capitulo & Eccleſiæ ac ſubditis & ſervitoribus eorundem adverſus impeditores, præſumptores, offenſores & injuriatores prædictos, illo volentes condigno ſubvenire remedio, per quod illorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, & ut ceſſantibus tantarum turbationum offenſis deinceps incrementis optatis proficiant, cultuſque Divinus in dicta Eccleſia perampliùs augeatur:

Non improvidè, neque per errorem, ſed animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, Nobilium noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium accedente conſilio, de certa noſtra ſcientia, & de Cæſareæ plenitudine poteſtatis, vobis & præcipuè Tibi Comiti Flandriæ & Aloſti, tenore præſentium committimus & ſerioſè mandamus, quatenus Vos vel duo aut unus veſtrum, per Vos, alium, vel alios, præfatis Præpoſito, Decano, Capitulo & Eccleſiæ defenſionis efficacis præſidio aſſiſtentes, non permittatis ipſos Præpoſitum, Decanum, Capitulum & Eccleſiam, Juſtitiarios, aut Officiarios ſuos ac ſubditos, & tam ipſius Eccleſiæ quàm Capituli & ſingulorum Canonicorum familiares & ſervitores, tam Balivum, Procuratorem, Furnarium, Lathomum, Nuncium pixidem Capituli deferentem, Carpentatorem, Campanarium, Pulſatores Capituli dictæ Eccleſiæ Cameracenſis, & alios familiares eorum (quos omnes & ſingulos ex nunc, ſub noſtra Imperiali protectione ſuſcipimus, & de juriſdictione dictorum Præpoſiti, Decani & Capituli eſſe volumus, & etiam decernimus, eoſq; omnes & ſingulos ſupradictos familiares ſub familiarium vocabulo comprehendimus, & etiam volumus comprehendi) ſuper, & in juriſdictionibus, libertatibus, gratiis, privilegiis, uſibus, conſuetudinibus, concordiis, compoſitionibus factis & obſervatis, facultate etiam & auctoritate prędictis, ac aliis juribus dictæ Eccleſiæ, poſſeſſionibus quoque, rebus & bonis ejuſdem quibuſcunque, indebitè per quemcunque turbari, impediri, vel moleſtari, aut eorundem occaſione ipſis inferri quæque gravamina ſive damna; facientes nihilominus ut de damnis hujuſmodi injuriarum & violentiarum occaſione irrogatis, eiſdem, & de expenſis propterea factis ipſis plenariè ſatisfiat.

Vos enim & quemlibet veſtrûm in ſolidum facimus, conſtituimus & ordinamus, Imperatoriâ Auctoritate & de certa ſcientia, Conſervatores, Judices & Protectores perpetuos omnium & ſingulorum privilegiorum, libertatum, gratiarum, juriſdictionum, & indultorum tam à Prædeceſſoribus noſtris Divis Romanorum Imperatoribus ſeu Regibus, quàm Nobis ipſis ſeu quibuſcunque aliis, prædictis Præpoſito, Decano, Capitulo vel Eccleſiæ, conceſſorum, aut in antea concedendorum, ac etiam uſuum & obſervantiarum familiarium, ſervitorum & ſubditorum, concordiarum & compoſitionum prædictarum; quæ omnia & ſingula Auctoritate Imperatoriâ confirmamus, & præſentibus pro inſertis haberi volumus.

Nec non etiam aliorum jurium, poſſeſſionum, rerum & bonorum ad dictam Eccleſiam pertinentium, omnium & ſingulorum, præſertim in his quæ temporalem juriſdictionem concernunt.

Nihilominus vobis ac veſtrûm cuilibet in ſolidum, eâdem auctoritate concedentes in perpetuum, plenariam poteſtatem, facultatem & auctoritatem, univerſos & ſingulos hujuſmodi privilegiorum, libertatum, gratiarum, juriſdictionum, jurium, poſſeſſionum, uſuum & obſervantiarum familiarium ſervitorum & ſubditorum, concordiarum ſeu compoſitionum, rerum, aut bonorum dictæ Eccleſiæ impeditores, turbatores, moleſtatores, occupatores, detentores, uſurpatores, ac eos qui poſſeſſionibus rebus aut bonis hujuſmodi, ſeu Villis & locis, ſubditis familiaribus, & ſervitoribus prædictis ad dictam Eccleſiam pertinentibus & eorum ſubditis Tallias & Collectas impoſuerint, eaſque ab ipſis exegerint vel extorſerint, ſeu qui præfatos Præpoſitum, Decanum, Capitulum, & Eccleſiam aut

aut Villas vel ſubditos familiares & ſervitores eorundem deaſſecuraverint, vel diffidaverint, aut eiſdem alia qualiacumque damna, gravamina, vel injurias irrogaverint, per ſe, alium, vel alios, directè vel indirectè, ſive injuriæ & offenſiones hujuſmodi in corporibus, ſive in bonis aut rebus evenerint, quovis modo, cujuſcunque præeminentiæ, ſtatûs vel conditionis fuerint, ſi etiam Principis aut aliâ quacunque præfulgeant dignitate, ad inſtantiam dictorum Præpoſiti, Decani & Capituli conjunctim vel diviſim, aut cujuſcunque Eccleſiæ de gremio Eccleſiæ ſupradictæ, aut officiatorum ejuſdem Eccleſiæ ibidem ſervientium, vel ad officium ejuſdem Eccleſiæ & Capituli deputatorum, vel aliàs ex officio coram vobis & hominibus veſtris feudalibus, quos ad hoc duxeritis aſſumendos, legitimè in jus vocandi, & in cauſis deſuper movendis ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, juxta ſtylum & morem Imperialis Curiæ debitè procedendi, & de offenſis, violentiis & injuriis hujuſmodi univerſis & ſingulis ritè cognoſcendi, nec non impeditores, turbatores, moleſtatores, occupatores, detentores, uſurpatores, Talliarum & Collectarum impoſitores, exactores vel extorſores, deaſſecuratores aut diffidatores, ac alios offenſores ac injuriatores prædictos omnes & ſingulos, ſeu offenſiones & injurias prædictas directè vel indirectè, per ſe, alium, vel alios quomodolibet procurantes, vel per provocationem, ſeu appellationem ad duelli conflictum, ad proſcriptionem & privationem honoris ſæcularis perpetuam, mediante hujuſmodi hominum feudalium veſtrorum judicio, etiam adhibitâ ad hoc executione materialis gladii rigoroſâ, ac pœnâ Banni Imperialis, nec non privationem effectualem omnium & ſingulorum privilegiorum, libertatum, gratiarum, & indultorum à Nobis Prædeceſſoribuſque noſtris Divis Imperatoribus aut Regibus Romanorum conceſſorum, aut aliàs prout & in quantûm juxta delinquentium demerita vobis congruum & expedire videbitur, compellendi, puniendi, mulctandi, & corrigendi uſque ad ſatisfactionem de commiſſis condignam; decernentes ex certa ſcientia, & hoc Imperiali perpetuo ſtatuentes Edicto, ac volentes, quòd proſcripti, & bonore ſæculari perpetuò privati, ac Banno Imperiali ſubjecti, privilegiis quoque, libertatibus, gratiis & indultis Imperialibus exuti & privati, juxta morem & formam ſupradictos, pro proſcriptis & honore ſæculari perpetuò privatis, Banno Imperiali ſubjectis, ac privilegiis, libertatibus, gratiis & indultis hujuſmodi exutis & privatis, ab univerſis noſtris & Imperii Sacri fidelibus, ac per ipſius Imperii latitudinem in quibuſcumque factis & negotüs, habeantur, teneantur, cenſeantur, ac etiam reputentur.

Supplentes omnem defectum; ſi quis in præmiſſis aut ipſorum aliquo prætextu ſolemnitatis obmiſſæ, obſcuritatis vel dubiæ interpretationis verborum, vel ſententiarum, compertus fuerit quovis modo. Non obſtantibus quibuſlibet aliis privilegiis, libertatibus, gratiis & indultis, ſtatutis, legibus, conſuetudinibus, obſervantiis, ceremoniis publicis vel privatis, Civitatum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcunque, etiamſi talia forent, de quibus & eorum tenore fieri deberet in præſentibus mentio ſpecialis. Quibus omnibus & ſingulis, in quantum præmiſſis præjudicant aut præjudicare poſſent, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine & de certa noſtra ſcientia, penitus derogamus.

Nulli ergo penitus hominum liceat, hanc noſtræ conceſſionis, confirmationis, voluntatis, mandati, conſtitutionis, ſuſceptionis in protectionem, decreti, ſtatuti, defectûs ſuppletionis, Paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, præter noſtram indignationem graviſſimam, pœnam centum marcarum auri puriſſimi totiens quotiens fuerit contrafactum (quarum medietatem noſtri Imperialis ærarii, reſiduam verò partem paſſorum injuriam, uſibus applicandam decernimus ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum.

Signum Sereniſſimi Principis, Domini D. Caroli IV. Romanorum Imperatoris Invictiſſimi & Glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus ſunt rei,

Venerabilis Gerhardus Cameracenſis, &
Henricus Warmienſis Eccleſiarum Epiſcopi,
Illuſtres Albertus Saxoniæ & Lunnenburgenſis,
Henricus Brigenſis,
Buniſlaus Lignicenſis, &
Wenceſlaus Oſſaniæ, Duces.
Spectabiles Engerahdus de Couciacn, &
Joannes de Hardecke Comites, &
Joannes Landtgravius de Lewtembergh Comes in Hals, Nobiles:
Petrus de Wartemberg Imperialis Curiæ noſtræ Magiſter,
Thimo de Coldicz Cameræ noſtræ Magiſter,
Albertus de Steremberg,
Hiniro de Lipa,
Harolo de Swiereticz,
Ieſto Suenus de Gyelz, & alii quamplures noſtri & Imperii Sacri Principes Nobiles, & fideles.

Præsentium ſub Bulla aurea typarin noſtræ Majeſtatis impreſſa Teſtimonio Litterarum.

Datum Cameraci, anno Domini M. CCC. LXXVII, Indictione quintâ-decimâ, decimo Kal. Januarii, Regnorum noſtrorum anno triceſimo ſecundo, Imperii verò viceſimo tertio. 1377

Et Ego Nicolaus Præpoſitus Cameracenſis, Cæſaris Protonotarius, vice & nomine Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini D. Cunonis Archiepiſcopi Trevirenſis, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellarii, recognovi.

CAPUT CXLVII.

WENCESLAUS *&* JOHANNA *Duces Brabantiæ, Lovanienſes tumultuantes in gratiam recipiunt, intercedente Epiſcopo Leodienſi, & pacem inter eos componunt, ac Privilegium eligendi Conſulem & Magiſtratum confirmant, anno* 1382.

Ex Archivis Oppidi Lovanienſis.

WENCESLAUS Bohemus Dei gratiâ Dux Luceburgi, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, & Marchio Sacri Imperii, & JOHANNA eâdem gratiâ Duciſſa Ducatuum & Marchioniſſa Marchionatûs prædictorum, notum facimus & manifeſtum omnibus præſentibus & poſtmodum futuris, has Litteras viſuris & legi audituris, quod, quoniam elapſo tempore diſſenſio, diſcordia & commotio exortæ fuerunt inter bonos ſubditos noſtros de Tribubus Patriciis Oppidi noſtri Lovanienſis, qui prædicto noſtro Oppido exceſſerant, ab una parte; & bonos ſubditos noſtros de Tribubus Fratrum de Gilda & Opificum qui intra dictum Oppidum erant, ab altera parte: ſuper quibus diſcordia, diſſenſione & commotione, Nos maturâ deliberatione & conſilio boni noſtri Conſilii Baronum noſtrorum, Militum & bonarum noſtrarum Civitatum Brabantiæ in communi, bonam pacem & legitimam placationem feceramus & ordinaveramus inter omnes bonos ſupradictos ſubditos noſtros, de quibus actum eſt die datæ decimâ ſeptimâ Septembris anno Domini M. CCC. LXXXII; ſuper qua bona pace & placatione ita per Nos confecta, rurſum magna diſcordia & diſſenſio ortæ erant atque inciderant, inter noſtros prædictos bonos ſubditos, unde multa inordinata & damna cædium, incendiorum, exactionum incendiariarum, expulſionum, atque aliorum infortuniorum tam in prædicto noſtro Oppido quàm extra illud acciderunt & contigerunt, in magnam contrarietatem & præjudicium noſtræ Perſonæ & Authoritatis, & in exitioſum detrimentum ſupradicti noſtri Oppidi & univerſæ noſtræ ditionis: propter quas cauſas & certa malefacta & infractiones inobedientiarum, quas Oppidum noſtrum Lovanienſe contra Nos, contra bonas noſtras Civitates & univerſam ditionem commiſerat, Nos Dux ſupradictus cum Conſanguineis, amicis & miniſtris noſtris, & cum bonis Civitatibus Brabantiæ in campum venimus uſque ad prædictum noſtrum Oppidum Lovanienſe, ut magnam illam inordinationem & exitioſum detrimentum corrigeremus & terminaremus ad commodum & utilitatem Oppidi noſtri Lovanienſis & univerſæ noſtræ ditionis. Et quoniam Oppidum noſtrum Lovanienſe de bona informatione & conſilio Reverendi noſtri in Chriſto Patris cari Cognati noſtri D. Arnoldi de Hoerne Epiſcopi Leodicenſis, ejuſque boni Conſilii bonæ ipſius Civitatis Leodicenſis aliorumque ejus bonorum Oppidorum, noſtri boni Conſilii & noſtrorum bonorum Oppidorum Brabantiæ, quæ in eum finem plurimùm laboraverunt, clementiam noſtram imploravit,

IDCIRCO Nos de bona providentia Conſanguineorum & amicorum noſtrorum, & de conſilio & ſeriis precibus prædicti cari noſtri Cognati Leodicenſis, ejus boni Conſilii & bonorum ejus Oppidorum, noſtri boni Conſilii, noſtrorum Baronum, Militum, Scutariorum, & noſtrorum bonorum Oppidorum Brabantiæ, prædictum noſtrum Oppidum & bonos ſubditos noſtros Lovanienſes univerſaliter ſuſcepimus & admiſimus in noſtram tutelam & clementiam, noſtrumque Oppidum omneſque bonos ſubditos noſtros Lovanienſes ex utraque parte ſimul univimus, ſtabilivimus & conſtituimus in bona, integra, vera & perfecta pace: ut ſint & maneant in quiete & pace in perpetuum, mediantibus punctis & articulis hìc ſubſequentibus.

PRIMO, ut bona, omnimoda, vera, integra plenaque pax ſit & maneat in perpetuum inter omnes bonos ſubditos noſtros Lovanienſes qui extra Oppidum fuerunt, ab una parte; & omnes bonos ſubditos noſtros Lovanienſes qui intra Oppidum fuerunt, ab altera parte: ſuper omnibus cædibus, omnibus incendiis, exactionibus incendiariis, expulſionibus & omnibus aliis damnis, & cauſis quæ contigerunt & inciderunt intra aut extra dictum noſtrum Oppidum uſque ad hodiernam diem: & proinde introibunt & introire poterunt Lovanium omnes boni noſtri ſubditi qui foris fuerunt, ibidemque pacificè & tranquillè commorari.

2. ITEM omnibus noſtris bonis ſubditis Lovanienſibus, eorumque adjutoribus ab utraque parte qui intus aut foris fuerunt, condonavimus & remiſimus omnes infractiones & forefacta, quibus contra Nos & noſtram Dignitatem delinquere aut aberraré potuerint, uſque ad hodiernam diem, foris & intus, quoad omnes cauſas hoc bellum & tumultum concernentes, ita ut ipſi omnes univerſaliter cum ſuis corporibus & bonis ſemper deinceps commoraturi ſint & commorari poſſint in quiete & pace, ac ſi nulla umquam in re contra Nos aberraſſent aut deliquiſſent.

3. ITEM quod novemdecim perſonæ hìc infra nominatæ, ſcilicet Joannes van Molenbeke, Gerardus van Goetſenhoven, Godefridus van Langdorp, Froyanus van den Scheverſtene, Godefridus de Langhe, Walterus Amelrix, Zegerus Vennemynnen, Wilhelmus van Levedale, Godefridus Vennevreſwinen, Hermannus Bytyſer, Dionyſius de Wingarden dictus in de Broec, Wilhelmus frater ejus, Ulricus à Sancto

 Trudone,

Trudone, Rumoldus Salichs, Henricus de Becker, Walterus de Beeker, Arnoldus Slobbe, Henricus Herrioen & Matthias Wouterman propter honorem noſtrum diſceſſuri & futuri ſint extra noſtrum Oppidum Lovanienſe & extra noſtros limites & ditionem Brabantiæ uno anno & unâ die proximè ſecuturis à data harum Litterarum, inoffenſi & illæſi à Nobis & ab omni moleſtia à noſtra parte, & omnium bonorum Subditorum noſtrorum Lovanienſium qui intra aut extra dictum noſtrum Oppidum fuerunt. Quodque ipſorum uxores, liberi, & ipſorum bona poterunt manere intra dictum noſtrum Oppidum, aut eos ſubſequi, prout voluerint, pacificè & tranquillè inviolati. Finito autem ſupradicto anno & die unâ, poterunt rurſum redire ad Oppidum noſtrum Lovanienſe cum bonis ſuis, ut inibi velint pacificè & tranquillè commorari, prout alii boni ſubditi noſtri, & prout patentès noſtræ Litteræ quas ipſis deſuper tradidimus plenè continent & comprehendunt: hoc excepto, quod numquam ſcarmaturi ſint contra Nos, contra Dignitatem noſtram, neque contra jura noſtri Oppidi Lovanienſis, neque venturi ad ullum regimen dicti noſtri Oppidi: ſimiliterque etiam boni ſubditi Lovanienſes qui extra dictum noſtrum Oppidum fuerunt non venient ad regimen dicti noſtri Oppidi qui verè & legitimè deprehenſi fuerint anteactis temporibus in eo conſpirationem feciſſe.

4. Item quod Oppidum noſtrum Lovanienſe deinceps regetur à Magiſtris Communitatis, Scabinis, & Juratis de Conſilio Oppidi, & Gilda dicti noſtri Oppidi ac Decanis Gildæ, qui eum in finem eligentur, conſtituentur, & Jurati erunt de anno in annum ſecundùm Chartas & Privilegia quæ dicto noſtro Oppido Lovanienſi deſuper indulſimus atque conceſſimus, quodque præter ipſos nemo alius iſti regimini ſe interponet aut ingeret: hoc equidem excepto, quod Jurati ex decem Opificiis Lovanienſium prout inter ſe conjuncti ſunt, quilibet Jurati inter ſe, præcipuè ſingulis diebus Dominicis, poterunt congregari in loco aliquo, quem Conſilium Oppidi quibuſlibet Juratis decem Opificiorum idcircò aſſignabit, ut ibidem audiant & examinent an aliquis Opificum ſuorum aut alius quiſpiam quiſquis fuerit, res quaſdam machinari ſtudeat contra noſtram Dignitatem aut contra jura dicti noſtri Oppidi, aut pravum aliquod conſilium ſeu propoſitum exequi velit, aut an aliqui ipſorum Opificum læſi ſint à ſubditis noſtris intus aut foris: Quod tunc Jurati duo illius Opificii ad quod cauſa pertinebit ſub juramento ſuo illud producent & exhibebunt coram Conſilio dicti noſtri Oppidi, quodque tum Conſilium noſtri Oppidi cum ad ipſos delatum fuerit illud corrigent & expediri facient ſub juramento ſuo prout ipſis æquum videbitur, ſalvis noſtræ Dignitatis & prædicti Oppidi noſtri juribus.

5. Item quod quando ſupraſcripti Jurati ex decem Opificiis de anno in annum electi fuerint, quodlibet tunc Opificium, Juratum ſuum Oppido præſentabit, ut ejus juramentum excipiat, illudque ita præſtabunt ſupra Sacroſancta: Quod ſi de aliquo ſcirent aut intelligerent qui eorum Opificii eſſet, aut de alio quopiam quiſquis fuerit, quod pravum aliquod conſilium aut propoſitum exequi vellet contra noſtram Dignitatem aut contra prædicti noſtri Oppidi jura intus ſeu foris, quod ipſi hoc protinùs ſub juramento ſuo deferent ad Conſilium prædicti noſtri Oppidi.

6. Item ut omnes noſtri prædicti boni ſubditi Lovanienſes inter ſe quietè & bonâ tranquillitate ſint atque permanere poſſint, volumus Nos ac conſentimus, ut bona Cuſtodia ac Vigilia in noſtro Oppido Lovanienſi conſtituatur & ordinetur, eaque congruenter & ut ratio poſtulat, ſuſtentetur cum conſilio Magiſtrorum Communitatis, Scabinorum, Juratorum de Conſilio Oppidi & Juratorum ex Opificiis, ad arcendum ab Oppido noſtro & bonis Lovanienſibus omnem inquietudinem pravumque conſilium, & ad iſtam Cuſtodiam & Vigiliam augendum aut minuendum, prout eis videbitur expedire & conveniens erit. Et dum iſta Vigilia ita diſpoſita & conſtituta erit, tunc ea deferetur ad Villicum noſtrum Lovanienſem, qui requiretur, ut mandet & mandari faciat noſtro nomine iſtam Vigiliam taliter obſervari, ſub tali mulcta quæ deſuper conſtituetur ad utilitatem noſtram, & prædicti Oppidi noſtri utilitatem: utque noſter Villicus ipſe ſe Vigiliæ adjungat, aut vigilare jubeat ſuos Satellites aut juratos famulos: Volumuſque ut noſter ſupradictus Villicus Vigiliam indicat aut indici jubeat ad requiſitionem Oppidi noſtri. Quod ſi contingeret noſtrum dictum Villicum, ejus Satellites aut ejus famulos iſti Vigiliæ non adeſſe, dum fuerint requiſiti; tunc illi qui ad illam Vigiliam conſtituti erant, iſtam Vigiliam ſervabunt & facient prout fuerit ordinata; quodque mediantibus hiſce Cuſtodiis & Vigiliis omnes aliæ Ordinationes Marcſcallorum, Præfectorum excubiarum, Comitum Stabuli, & Centurionum omninò abolitæ erunt, ita ut noſtrum Oppidum prædictum & boni ſubditi Lovanienſes deinceps permanere poſſint in quiete & tranquillitare.

7. Item quod noſtrum Oppidum Lovanienſe exhibebit legitimum computum coram Nobis, aut noſtro Conſilio & bonis Civitatibus Brabantiæ, ad requiſitionem noſtram, ab eo tempore quo hoc regimen ſubſtitit, videlicet ab anno ſeptuageſimo octavo uſque nunc.

8. Item quod Oppidum noſtrum Lovanienſe Nobis reſtituet atque perſolvet tale damnum quale Nobis intulerunt in Sylva noſtra de Loo ſecundùm legitimam veritatem.

9. Item quod Officinæ Cereviſiariæ ad medium milliare ab Oppido noſtro exiſtentes, Oppido noſtro Lovanienſi permanebunt, quantum eſt in noſtra poteſtate atque Litteræ noſtræ deſuper à Nobis datæ comprehendunt & continent.

10. Item quod omnes Oppidi noſtri Lova-

nienſis

nienſis Cives foranci ferent & perſolvent debita & onera prædicti Oppidi noſtri, quæ modo pendit, ſicut Cives intra muros Oppidi commorantes.

11. Item volumus ut omnes cauſæ ex quibus Oppidum noſtrum & boni ſubditi Lovanienſes offenſionem aut inimicitias incurrere potuerunt ex parte Dominorum Arſchoti, Weſemaliæ, Riveriarum & Lintræ propter facta quæ antehac contigerunt, manifeſtè abolitæ ſint quoad omnia; ita ut noſtrum prædictum Oppidum & boni ſubditi Lovanienſes deſuper in quiete & tranquillitate conſtituantur, & ſupradictorum amicitiâ gaudere poſſint, iiſque obſequium & rem gratam præſtare pro ſua poſſibilitate, ut omnes noſtri Cives & boni ſubditi Lovanienſes ſecurè, quietè & tranquillè deinceps ire poſſint & redire propter negotia ſua & mercatus, quodque omnes cauſæ quæ inciderunt atque inter ipſos contigerunt intrà aut extrà noſtrum prædictum Oppidum, quocumque modo acciderit, uſque ad hodiernam diem omninò abolitæ erunt & condonatæ.

12. Item quoad hujuſmodi reditus vitalitios pro Capitali ſumma, quales multi boni homines habebant ad onus noſtri Oppidi Lovanienſis, quorum conſtitutionis Litteræ pro maxima parte dilaceratæ ſunt, volumus ut iſti reditus vitalitii penitùs remiſſi ſint, & maneant; nam iſti boni homines illis vitalitiis reditibus diutiùs ſunt gaviſi quàm valebat eorum pecunia, propter quam ipſis reditus is vitalitius erat attributus, utque noſtrum prædictum Oppidum ab hujuſmodi omninò exoneretur neque ea præſtare obligetur.

13. Item quoad hujuſmodi pecuniam quam Oppidum noſtrum Lovanienſe dudum perſequitur, popoſcitque Dominos Rolandum de Bornevalle, Gerardum van Redingen, aliosque, quam ob rem noſtrum dictum Oppidum ipſorum bona occupari juſſit atque arreſtari; Hæc eſt mens noſtra ut dictum noſtrum Oppidum hanc pecuniam conſequatur. Nos ſiquidem dicto noſtro Oppido ſpopondimus & Sigillo munivimus efficere ut debitum ſuum conſequatur, eo ſalvo ut ipſi poſſint, ſi voluerint, in Oppido noſtro Lovanienſi procedere in judicio & ad ſententiam, quodque Magiſtri Communitatis ex parte Oppidi noſtri eos deſuper conventuri ſint, ipſi autem pro ſe reſponſuri ſint, atque ita quidquid ipſis Jus & Sententia præſcripſerit adimpleturi ſint. Quod ſi non compareant in Judicio intrà octiduum poſt Oppidi requiſitionem, tunc poterit Oppidum noſtrum & boni ſubditi Lovanienſes ipſorum bona propterea occupare donec eis perſolutum ſit.

14. Item conſentimus ut prædicto noſtro Oppido Lovanienſi, exteriora ſua mœnia atque portas munire & in meliorem ſtatum adducere liceat, prout maximè poterit, illudque ſumant atque perficiant ex mœnibus ſuis & portis interioribus ad ſuam utilitatem.

15. Item conſentimus ut prædictum noſtrum Oppidum Lovanienſe terras de Loe incultas vendere & elocare poſſit in terras arabiles, ut ipſi maximè commodum & utile erit, reſarvato Nobis & noſtris heredibus nummo uno antiquo Anglico censûs hereditarii in ſingula jugera quæ Oppidum noſtrum elocabit & vendet, deſuperque fidejuſſores erimus omnibus qui prædictas terras de Loe à noſtro Oppido ement aut conducent.

16. Item quoniam in hac prædicta bona Pacificatione inprimis ſtipulatum & tranſactum erat, ut Nobis per mœnia noſtri Oppidi via ſterneretur ad intrandum uſque in arcem noſtram, atque propter amicas preces Reverendi Patris cari noſtri Cognati Epiſcopi Leodicenſis ſupradicti, ejus Conſilii, & ejus bonarum Civitatum, illum articulum prædicto noſtro Oppido condonavimus, atque ipſis hunc ſumptum & laborem dimiſimus, propter quam gratiam & clementiam ac propter quaſdam alias infractiones atque delicta quæ adversùm Nos dictum noſtrum Oppidum commiſerat, conſtitutum eſt per præfatum noſtrum carum Cognatum Leodicenſem ejuſque Conſilium atque bonas Civitates, ut prædictum noſtrum Oppidum Lovanienſe Nobis hoc præſtet obſequium, perſolvendi undecim millia * mottoeniorum monetæ noſtræ Brabantiæ, in talem diem præſtitutum ut deſuper conventum eſt, utque Litteris continetur quas ſuper eo ab Oppido noſtro Lovanienſi recepimus. * Mottenen.

17. Item quod Nos reditus omnes noſtros, quos habemus ſuper & in Oppido noſtro Lovanienſi, deinceps habituri & recepturi ſimus pacificè & tranquillè ad diem præſtitutam quâ eorum ſolutio cadit & exit de anno in annum, atque poſtergata eorum & vectigalium precariorum, omniumque aliorum debitorum quæ prædictum noſtrum Oppidum Nobis debet, & quæ juxta legitimum & bonum computum reperientur, dictum noſtrum Oppidum Nobis præſtabit & ſolvet in talem diem præſtitutam, prout Litteræ patentes continent quas Nobis deſuper prædictum noſtrum Oppidum tradidit, excepto tamen, ſi noſtrum dictum Oppidum ex ſupradictis vectigalibus precariis quidquam ſolverit civibus noſtris Lovanienſibus, id indè prædicto noſtro Oppido defalcare jubebimus, eo modo & juxta praxim quâ in aliis noſtris Brabantiæ Oppidis factum eſt.

18. Item tranſactum eſt, ut Oppido noſtro Lovanienſi tradamus Litteras noſtras patentes, ut nullibi in Provinciis noſtris quidquam in pignus occupetur eorum quæ ſunt Oppidi noſtri Lovanienſis ratione cujuſcumque reditûs perſonalis, quem extraneis hominibus à Provinciis noſtris debet, uſque ad terminum annorum decem proximè ſequentium à data iſtarum litterarum, exceptis creditoribus talium redituum terrarum Leodicenſis & Loſſenſis, ut ipſi pignus juridicè invadere poſſint pro ſuis reditibus perſonalibus Lovanienſibus in Provincia Brabantiæ caſu quo ipſis non perſolverentur.

19. Item quod Oppidum noſtrum Lovanienſe tributum ſuum in Molendina rursùs poſſit conſtituere, quod abrogaverat.

20. Item quoniam volumus & intendimus, ut hæc noſtra Pacificatio perpetua firma & ſtabilis permaneat, tranſactum eſt & conſtitutum, ut perſonæ octo prædicti noſtri Oppidi dé anno in annum idcircò ſtatuantur & eligantur, ut præfatam Pacificationem cuſtodiant & conſervent, quarum altera medietas aſſumetur ex bonis noſtris ſubditis Patriciis, & altera ex bonis noſtris ſubditis Fratrum de Gilda & Opificiorum, eligenturque de anno in annum prout ibidem eliguntur Decani Gildæ: quibus octo perſonis Nos ex parte noſtra plenam poteſtatem tribuimus in præfata Pacificatione, ut ſi quiſquam alterutrius partis aliquem alterius partis cædat, lædat, aut lædi aut cædi jubeat, quocumque id loco fuerit intùs aut foris, velitque ſuſtinere nequaquam hoc contigiſſe propter cauſas ad hanc Pacificationem ſpectantes, verùm propter aliam quamdam cauſam, quam ideò poſſet allegare, tum volumus ut partes, quas inter hoc inciderit, compareant ambæ coram prædictis octo perſonis, illiſque deſuper exhibeant ſuas rationes & cauſas, & quidquid tum prædictæ octo perſonæ conſideratis & anditis ambarum rationibus & cauſis ſuper eo per pluralitatem ſuffragiorum ſub juramento ſuo & ſecundùm conſcientiam ſuam decreverint, an vel pacis infractores habendi ſint, an non ſint, hoc ipſum ratum permanebit & procedet in executionem. Quod ſi quis non compareat coram prædictis octo perſonis intrà quatuordecim noctes poſtquam hoc in Oppido noſtro Lovanienſi affixum ad muros mandatum fuerit, deſuper prędictæ octo perſonæ procedent ulteriùs ſub juramento ſuo tanquam contra eum qui ſe ſontem agnoſcit, ac ſi ille, qui tali modo citatur, in Provincia Brabantiæ exiſteret: Et ſi quis tali modo citetur habebit in omni negotio ſalvum conductum iens & rediens præſcriptis quatuordecim noctibus durantibus. Quod ſi contingat, illum qui tali modo citatus fuerit, extra Provinciam degere, tum duo propinquorum aut amicorum ejus comparebunt coram prædictis octo perſonis, eiſque notum facient intrà eaſdem quatuordecim noctes ſub juramento ſuo ſupra Sacroſancta, ipſum qui tali modo citatus fuerit, in Provincia non degere, credeturque ipſis ſub eodem juramento, fore ut id ipſum ei nuntiari curent intrà octiduum poſtquam iis innotuerit hominem iſtum in Provinciam veniſſe. Quod ſi tum iſte non compareat coram prædictis octo perſonis intrà quatuordecim noctes à die quâ id ipſi nuntiatum fuerit, tum ipſi deſuper ulteriùs procedent tanquam contrà eum qui ſe ſontem agnoſcit: Et ſi quis aliquam querimoniam faciat aut nuntiet prædictis octo perſonis circa cauſas quaſdam prædictam Pacificationem attingentes, jurabit ſupra Sacroſancta querimoniam ſuam veram & juſtam eſſe, quodque ad id nec rogatus nec illectus nec coactus ſit. Nemo inſuper citabitur niſi anteà de eo querimonia facta fuerit, ut ſupradictum eſt.

21. Item ſi etiam contingeret quempiam alterutrius partium alicui alterius partis convicium facere improbis aut turpibus verbis aut debacchari velle ſine læſione & cæde, velletque etiam ſuſtinere nequaquam hoc contigiſſe propter hujuſcemodi cauſas, volumus etiam, ut partes quas inter hoc inciderit, compareant ambæ coram prædictis hiſce octo perſonis, intrà tempus eoque modo ut ſuprà eſt declaratum, iiſque deſuper exhibeant ſuas rationes & cauſas, iiſque auditis, ſi tum prædictis octo perſonis videatur per pluralitatem ſuffragiorum ſub juramento ſuo & ſecundùm ſuam conſcientiam quod iſtud propter ejuſmodi cauſas contigerit, quamcumque tum correctionem peregrinationum ipſi conſtituerint alicui partium imponere, volumus ut iſtam peregrinationem faciant ſine ulla dilatione prout conſtituta fuerit, in eumque finem præſtabit accuſator juramentum ſuum ut ſupraſcriptum eſt.

22. Et ſi quis hanc Pacificationem umquam violet, pacis & pacationis infractor ſit, neque ipſi umquam deinceps commorari liceat in Provinciis noſtris neque in Leodicenſi aut Loſſenſi, ſi illic invadatur & juridicè convincatur quod Pacificationem prædictam violaverit; & Oppidum noſtrum Lovanienſe ipſorum bona invadet & occupabit ubicumque illa in Provinciis noſtris repererit: erimuſque Nos deſuper prædicto noſtro Oppido fidejuſſores, qualiter & ipſis etiam ſpopondimus in aliis ipſorum Diplomatibus circà eos qui ſe opponerent contra Oppidum noſtrum in nocumentum Oppidi noſtri; Noſque idcireò & bonæ noſtræ Civitates Brabantiæ talem invademus, ei nocebimus, eumque perſequemur in corpore & bonis pro poſſibilitate noſtra, quibuſcumque in terris commorabitur. Et ſi quis in Provincia noſtra Brabantiæ, ſeu in Oppido ſeu foris, hoſpitio eum recipiat qui ſecundùm legitimam veritatem ejuſmodi pacis & Pacationis infractor eſſet, is jure corporis ſui & bonorum excidet: quod ſi Oppido noſtro Lovanienſi innoteſcat quod eos aliqui in Oppido ſeu foris hoſpitio receperint in dicta noſtra Provincia Brabaotiæ volentes & ſcientes, idque exhibeat Oppidum noſtrum Lovanienſe Villico noſtro Lovanienſi, volumus Nos ut ipſe tum ad requiſitionem noſtri Oppidi prædicti protinùs equum conſcendat, illucque feratur, Lovaniumque adducat prædictas perſonas eoſque qui ipſas in Oppido ſeu foris hoſpitio receperint: Et ſi Villicus noſter Lovanienſis id non protinùs præſtaret ad Oppidi noſtri requiſitionem, tunc Oppidum noſtrum Lovanienſe idem ipſum præſtare poterit abſque ulla noſtri offenſione, ſuper quo Nos ei fidejuſſores erimus, & prædictus noſter Villicus deſuper quod juris exequetur ſine dilatione.

23. Item confirmamus prædicto noſtro Oppido omnibuſque bonis noſtris ſubditis Lovanienſibus omnes ipſorum Cartas Diplomaticas, privilegia, conſuetudines, uſus & conceſſiones quæ in Archivis habent, quibus uſi ſunt & quæ iis conceſſa ſunt à Nobis & Prædeceſſoribus noſtris, volumuſque ut in poſterum omnes noſtri Oppidani & boni ſubditi Lovanienſes & alii quicumque ſub Juriſdictione & Territorio Lova-

nienſi commorantes habeantur & tractentur viâ juris & juſtitiæ ad requiſitionem noſtri Oppidi Lovanienſis in omnibus cauſis quæ juri & juſtitiæ ſubjacent, & ſalvâ noſtrâ Dignitate.

Et Nos Dux & Duciſſa ſupradicti bonâ fide promittimus pro Nobis, Heredibus noſtris & Poſteris, prædicto noſtro Oppido & omnibus noſtris bonis ſubditis Lovanienſibus, quod hæc omnia ſupraſcripta, confirmationes & vincula pacis in ſingulis punctis prout ſuprà deſcripta ſunt in perpetuum firma & ſtabilia ſervabimus, & curabimus obſervari: Quapropter in teſtimonium veritatis ac in perpetuam memoriam & confirmationem omnium ſupraſcriptorum haſce præſentes Litteras ſigillis noſtris juſſimus communiri, rogamuſque ulteriùs Reverendum in Chriſto Patrem carum Cognatum noſtrum Epiſcopum Leodicenſem ejuſque bonas Civitates, Leodicenſem, Huenſem, Dionantenſem, Trudonenſem & Civitatem Trajectenſem, ut quoniam ſupradictæ Pacis teſtes & amicabiles mediatores fuerunt, ſigilla ſua cum noſtris velint hiſce Litteris ad notitiam veritatis appendere.

Et Nos Arnoldus ab Horna Dei gratiâ Epiſcopus Leodicenſis & Comes Loſſenſis, & Nos pro maxima parte Jurati & Conſiliarii Civitatum Leodicenſis, Huenſis, Dionantenſis, Tongrenſis, Trudonenſis & Trajectenſis, quoniam tanquam amicabiles mediatores interfuimus ubi hæc ſupraſcripta Pacificatio in hunc modum ſtipulata & confecta eſt, ad petitionem noſtri ſupradicti cari Cognati & Cognatæ Domini & Dominæ Ducis & Duciſſæ Luceburgi & Brabantiæ prædictorum, ſigilla noſtra ad notitiam veritatis hiſce præſentibus Litteris appendi juſſimus quocumque dolo ſepoſito.

Rogamus etiam ulteriùs & requirimus ad majorem horum certitudinem fideles noſttos Conſiliarios, Barones, Equites & Milites Provinciæ noſtræ Brabantiæ hic infrà nominatos: videlicet, Dominum Reinaldum à Falcoburgo Dominum Bornæ & Sitterii: Dominum Suederum ab Abcouda Dominum Gasbecæ, Puttæ & Stryarum, Dominum Joannem Dominum Weſemaliæ & Faleſiæ hereditarium Marſcalcum Brabantiæ, Dominum Henricum Dominum Diſthæ Burchgravium Antverpiæ, Dominum Joannem Dominum Leccæ & Bredæ, Dominum Joannem Dominum Rotſelariæ hereditarium Seneſcallum Brabantiæ, Dominum Joannem Dominum Bouchoudæ Burchgravium Bruxellæ, Dominum Henricum à Bautreshemo Dominum Bergarum ad Zomiam, Dominum Reinardum Dominum Schoonvorſtæ & Sichenarum, Dominum Guilielmum ab Horna Dominum Duffiæ Gelæ & Herlarii, Dominum Joannem Dominum Withemi noſtrum Seneſcallum Brabantiæ, Dominum Joannem Dominum Bornevallis, Dominum Florentium à Stalla Dominum Riveriarum, Dominum Raſonem à Riveriis Dominum Lintræ inferioris, Dominum Guilielmum Dominum Wuariæ, Dominum Henricum à Lecca, Dominum Arnoldum à Meſelino Burchgravium Furæ, Dominum Rolandum à Bornevalle, Dominum Arnoldum à Crainhemo Dominum Grobbendongæ, Dominum Arnoldum à Molebeſia, Dominum Henricum à Meldert, Dominum Joannem à Meldert, Dominum Carolum ab Immerzella, Dominum Joannem Leonem, Dominum Joannem à Calſtris, Dominum Guilielmum à Wilra, Dominum Joannem Burchgravium Montenacæ, Dominum Walterum à Maloponte, Dominum Guilielmum à Winchella, Dominum Joannem Pylyſer, Dominum Joannem à Scadebrouca, Dominum Henricum à Bergis, Dominum Joannem ab Ophemo, Dominum Everardum t'Serclaes, Dominum Nicolaum de Swaeff, Dominum Henricum à Bautreshemo, Dominum Henricum ab Heverla, Equites: Joannem Dominum Cranendungæ Seveborniæ & de Hoeps, Joannem à Kuyc Dominum Hoochſtratæ & Vorſelæ, Joannem Comitem à Meeghen, Joannem ab Heverla hereditarium Cubicularium Brabantiæ, Joannem Clutingum Dominum Marchianarum noſtrum Marſcalcum noſtrorum hoſpitiorum, & Renerum ab Hollandia noſtrum Quæſtorem Brabantiæ, atque ulteriùs noſtras bonas Civitates Lovanienſem, Bruxellenſem, Sylvæducenſem, Thenenſem, Leeuwenſem, Nivellenſem, Lyranam, Geldonienſem, Herentalienſem, Vilvordienſem, Halenſem, Landenſem, Arſchotanam, Dieſthenſem, Sichenienſem, Bredanam, Bergenſem ad Zomiam, Steenbergenſem & Gemblacenſem, quoniam ipſi ſupradictæ Pacificationi & reconciliationi interfuerunt quas de eorum conſilio pro prædicto noſtro Oppido & omnibus noſtris bonis ſubditis Lovanienſibus confecimus, ut ipſi hæc omnia, articulos & confirmationes pacis ſupraſcriptæ ſervare velint nobiſque opem præſtare ut ſerventur & executioni mandentur, quemadmodum Nos ipſi ſupra promiſimus, caſu quo quiſpiam umquam iis ſe opponeret aut contrarium faceret, atque ut in confirmationem & in teſtimonium veritatis ſigilla ſua cum noſtris hiſce velint Litteris appendere, ſalvis noſtrarum bonarum Civitatum & noſtrorum Municipiorum ſuis juribus.

Et Nos Conſiliarii, Barones, Equites, Milites, Civitates & Municipia ſupra nominati, quoniam ſupradictæ Pacificationi & reconciliationi interfuimus quas noſtri præfati cari clementes Dominus & Domina Dux & Duciſſa Lucenburgi & Brabantiæ de noſtro conſilio pro ſuo Oppido & omnibus ſuis bonis ſubditis Lovanienſibus confecerunt, nos bonâ fide promittimus nos hæc omnia, articulos & confirmationes pacis ſupraſcriptæ ſervaturos eſſe, opemque præſtituros ut ſerventur, prout ſupraſcriptum eſt, caſu quo quiſpiam umquam iis ſe opponeret aut contrarium faceret, atque eapropter in confirmationem & in teſtimonium veritatis ad petitionem & requiſitionem noſtrorum præſatorum carorum clementium Domini & Dominæ ſigilla noſtra cum ipſorum appendimus hiſce Litteris.

Et Nos Dux & Duciſſa ſupraſcripti, nullate-

nus

nus volumus, ut quantumvis aliquod aut plura ſigilla eorum qui ſupra nominati ſunt hiſce Litteris deforent aut frangerentur, ipſæ propterea tantillum minoris eſſent valoris; ſed ut ſint perdurentque in ſuo robore, velut ſi omnia ſigilla integra hiſce dependerent, quovis dolo ſepoſito.

Datum die Converſionis S. Pauli, anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo, 1382
juxta ſtylum Curiæ Cameracenſis.

CAPUT CXLVIII.

PHILIPPUS, *cognomento* AUDAX, *Dux Burgundiæ, & Comes Flandriæ, Inſulis Flandrorum inſtituit anno* 1385. *Cameram Rationum, ſive Conſilium ſuum, inde anno* 1409. *tranſlatum Gandavum.*

PHILIPPUS Filius Regis Franciæ, Burgundiæ Dux, Flandriæ Comes, Artheſiæ, Burgundiæ, Palatinus, Dominus Salinarum, Comes Rethelii, Dominus Mechliniæ, omnibus has præſentes Litteras viſuris ſalutem.

NOTUM facimus, quoniam tam propter negotia Domini noſtri Regis, & Regni ejus, quàm propter regimen ceterorum noſtrorum Dominiorum, conveniat Nos ſæpiùs in partibus remotis agere, Noſque abſentare à Provincia noſtra Flandriæ; Nos ex judicio Conſilii noſtri ordinaſſe ac deputaſſe certos Viros notabiles, Conſiliarios noſtros, & Homines Rationum noſtrarum, deſignatos in aliis Litteris noſtris unicuique eorum eam ob rem expeditis, ut maneant & continuatam reſidentiam faciant in Oppido noſtro Inſulenſi.

ET dari ipſis mandavimus inſtructiones, ſuper negotiis, quæ ad ipſos volumus pertinere, quibus hæ præſentes Litteræ annectuntur: & dedimus eis, atque tenore præſentium damus poteſtatem, & mandatum ſpeciale proſequendi, agendi, intertenendi atque perficiendi res omnes in præfatis inſtructionibus memoratas, cum omni eo, quod de jure & æquitate ex inde poteſt ac debet dependêre.

PROINDE requirimus atque mandamus cæteris noſtris Conſiliariis, in prædicta noſtra Provincia Flandriæ commorantibus, ut cum ſupradictis noſtris Conſiliariis, & Hominibus Rationum prædictarum, efficiant, conveniant, & diligenter intendant, ad conſulendum atque expediendum facta & negotia ſuperventura, & coram ipſis terminanda.

PRÆTEREA mandamus, & diſtrictè injungimus noſtris Ballivis, Schultetis, Officialiis & ſubditis, prædictæ noſtræ Provinciæ, nec non Terrarum noſtrarum Mechlinienſis & Antverpienſis, ut prædictis noſtris Hominibus Conſilii & Rationum, in omnibus quæ ad unumquemque eorum pertinebunt, ſecundùm tenorem prædictarum inſtructionum, circumſtantias & conſequentias earumdem, obediant, & conveniant diligenter.

IN cujus Teſtimonium præſentibus noſtrum Sigillum apponi juſſimus.

DATUM Pariſiis die v. Februarii anno ſalutis M. CCC. LXXXV.

HAnc Conſilii Flandrenſis Erectionem ſecundùm Originale Gallicè editum refert Liber Statutorum ac Decretorum Provinciæ Flandriæ Tomo I. ubi & continentur eodem gallico idiomate Articuli XXI. quos Dux Philippus præſcripſit iis quos Conſiliarios nominavit.

Poſtmodum anno 1409. Joannes cognomento Intrepidus Philippi Filius, itidem Dux Burgundiæ ac Comes Flandriæ, per Diploma gallicè editum Duaci die 17. Auguſti, quod etiam videre eſt in præfato Libro, Conſilium iſtud diviſit. Partem Conſiliariorum pro Auditione Computuum, ſive pro Financiis relinquens Inſulis; aliam verò partem pro adminiſtranda Juſtitia Civili atque criminali transferens Gandavum.

Extat quoque in Libro præcitato Regulamentum gallicè editum ab eodem Duce, continens Articulos XLIV, quibus Conſiliarii Gandavi reſidentes ſeſe conformare tenerentur. Fuêre autem in prima Inſtitutione deſignati præter Præſidem Conſiliarii octo, item unus Advocatus Fiſcalis, unus Graphiarius, unus Notarius, unus Procurator Generalis, duo Huſſiarii, unuſque Cuſtos Archivorum.

In favorem ejuſdem Conſilii alia Decreta edita fuere; anno 1497. per Philippum Ducem Burgundiæ dein Regem Hiſpaniæ, item annis 1522. 1531. & 1533. per Carolum V. Cæſarem, quæ vide in Libro præfato.

Alia verò Conſilii ſupra memorati pars, ſive Camera Rationum Inſulis fixa remanſit, uſque ad annum 1667. quo Urbe iſtâ in Ludovici XIV. Francorum Regis poteſtatem reductâ, primò Brugas, dein anno 1681. Bruxellas tranſlata fuit. Remanſerunt tamen Inſulis Archivia ſub unico Cuſtode, ibique aſſervantur ut minus quindecim mille Originalia vel Autenticata Diplomata.

PRÆSIDES CONSILII FLANDRIÆ.

I. PETRUS ZYPÆUS, vulgo *Van den Zype*, Iprenſis, Legum Doctor, nec non à Comite Flandriæ conſtitutus Gubernator Caſtellaniarum Inſulenſis, Duacenſis, atque Orchiacenſis, novo Provinciæ Flandriæ Senatui primus præfectus fuit. Obiit anno 1404.

II. PETRUS DE CAMDONCK J.U.D. paulò poſt conſtitutus Brabantiæ Cancellarius, vixit anno 1407. Vide ſupra pag. 1014.

III. SIMON DE FORNELLIS, anno 1407.

IV. GOSWINUS LE SAUVAGE.

V. ÆGIDIUS VANDER WOESTYNE.

VI. ADRIANUS COLLIN, vixit anno 1465.

VII. THOMAS DE PLAINE.

VIII. PAULUS DE BAENST.

IX. PHILIPPUS WIELANDT, deſignatus Præſes anno 1488; inde evocatus Mechliniam anno 1504. atque inter Conſiliarios ejuſdem Supremi Senatûs adlectus.

X. JOANNES SILVAGIUS, Vulgò *Le Sauvage*, anno 1509. deſignatus Cancellarius Brabantiæ. Vide ſupra pag. 1015.

RICHARDUS

XI. Richardus Rouier, è Conſiliario Supremi Conſilii Mechliniæ, Præſes Flandriæ, vixit ad annum 1518.

XII. Nicolaus Uytten hove, Gandavenſis, vitâ functus 11. Februarii 1527.

XIII. Petrus Taisnil, anno 1540. Præſes Sanctioris Conſilii Bruxellæ, obiit anno ſequenti.

XIV. Ludovicus Hellewegh, obiit anno 1556.

XV. Adrianus Vander Borch, obiit in Anglia anno 1557. Legatus Regis Hiſpaniarum ad Mariam Reginam.

XVI. Jacobus de Blasere, primò Vice-Præſes abſente Prædeceſſore, dein ejus Succeſſor, obiit anno 1558.

XVII. Jacobus Martens, mortuus anno 1573.

Adolphus a Meetkercke, Brugenſis, Penſionarius Franconatûs Brugenſis, à Duce Alenſonio & Statibus contra Regem Hiſpaniæ rebellantibus electus Penſionarius anno 1580, paulò poſt cedere coactus, in Angliam recedit, ibique extremum diem obiit anno 1591.

XVIII. Guilielmus Pamelius, anno 1584 creatus Præſes Conſilii Sanctioris Bruxellæ, vivere deſiit anno 1596.

XIX. Nicolaus Damant, Vice-Comes Bruxellenſis, anno 1585. factus Cancellarius Conſilii Brabantiæ, ubi obiit anno 1616. Vide pag. 1015.

XX. Jacobus Botart.

XXI. Joannes Liebaert, anno 1605. deſignatus Præſes Supremi Conſilii Mechliniæ, è vivis exceſſit anno 1622. Vide pag 1046.

Guilielmus Van Corenhuyse, Conſilii primùm Hollandici, dein Flandrenſis Senator, fit Præſes Flandriæ anno 1605, moritur anno 1617. XXII.

Marcus de Hertoghe, factus Præſes 8. Auguſti 1617, vitâ functus initio anni 1626. XXIII.

Guilielmus Wyts, Præſes à die 20. Januarii 1626, uſque ad obitum 28. Decembris 1641. XXIV.

Aurelius Augustinus Malinæus, è Conſiliario Brabantiæ nominatur anno 1642. Præſes Flandriæ: ſed reclamantibus Flandris, eò quod Brabantus eſſet, declaratus eſt primò Sanctioris Conſilii Senator, dein etiam Supremi Conſilii Belgici coram Philippo IV. Hiſpaniarum Rege Madriti, ubi obiit anno 1662. XXV.

Philippus Guilielmus de Steenhuyse, Baro de Poederle, antea Conſiliarius Supremi apud Mechlinienſes Conſilii, fit Præſes Flandriæ 14. Julii 1649; deinde Cancellarius Brabantiæ, Bruxellis vitâ functus eſt anno 1668. Vide pag. 1015. XXVI.

Joannes Baptista de la Faille, Toparcha de Aſſenede, factus Præſes Flandriæ 22. Januarii 1650. XXVII.

Ludovicus Errembaut, creatus Præſes Flandriæ 7. Martii 1668: Gandavo diſceſſit cum Gallis anno 1679, atque à Rege Ludovico XIV. renuntiatur Præſes Supremi Senatûs Tornacenſis, ibique mortuus eſt. XXVIII.

Antonius vander Piet, deſignatus Præſes 2. Auguſti 1679, vivere deſiit initio anni 1706. XXIX.

Antonius Sersanders de Luna, Toparcha de Oudermeire, fit Præſes Flandriæ die 3. Februarii 1706. Obiit 30. Septembris 1721. XXX.

CAPUT CXLIX.

Urbanus IV. *Pontifex in Urbe Colonienſi inſtituit anno* 1388. *Univerſitatem Studii Generalis, ad normam Academiæ Pariſienſis.*

Ex Archivo Univerſitatis Colonienſis.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

In Supremæ Dignitatis Apoſtolicæ ſpecula ſuperni diſpenſatione conſilii, licet immeriti, conſtituti, ad univerſas fidelium regiones noſtræ vigilantiæ creditas, earumque profectus & commoda tanquam univerſalis Gregis Dominici Paſtor, commiſſæ Nobis ſpeculationis apicem, quantum Nobis ex alto permittitur, extendentes, fidelibus ipſis ad quærendum Litterarum ſtudia, & ſcientiæ Margaritam, cujus, dum invenitur, glorioſa eſt poſſeſſio & fructus ſuaviſſimi, per quam pelluntur ignorantiæ nubila, ac erroris eliminatâ caligine mortalium curioſa ſolertia ſuos actus & opera diſponit & ordinat in lumine veritatis, per quam etiam Divini nominis fideique Catholicæ cultus protenditur, juſtitia colitur, tam publica quàm privata res geritur utiliter, omniſq; proſperitas humanæ conditionis augetur.

Ob hoc igitur magno, nec mirum, deſiderio ducimur, ut Litterarum ſtudia, in quibus pretioſa ipſius ſcientiæ Margarita reperitur, laudanda ſuſcipiant incrementa, frequentiùs invaleſcant, præſertim in locis illis, quæ ad multiplicanda doctrinæ ſemina & germina ſalutaria producenda, apta & idonea dignoſcuntur.

Nos præmiſſa attendentes & etiam fidei puritatem & devotionem eximiam quam dilecti Filii ..... Conſules..... Scabini, Cives & commune Civitatis Colonienſis devoti noſtri & Eccleſiæ Romanæ Filii ab olim ad ipſam Eccleſiam & Nos habuiſſe dignoſcuntur, illamque ſucceſſione temporum de bono in meliùs ſtuduerunt augmentare, dignum ducimus & æquitati conſonum exiſtimamus, ut Civitas ipſa, quam Divina gratia multarum prærogativâ bonitatum, & fœcunditate virtutum gratioſè dotavit, ſcientiarum etiam ornetur muneribus, & etiam amplietur, ita ut viros producat conſilii maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diverſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant univerſi Litterarum cupientes imbui documentis.

Præmissis igitur diligenti examinatione penſatis, non ſolùm ad ipſius Civitatis, ſed etiam regionum circumjacentium incolarum commodum & profectum, paternis affectibus anhelantes, dictorum etiam Conſulum, Scabinorum, Civium & Communis gratiam noſtram ſuppliciter implorantium, in hac parte devotis ſupplicationibus favorabiliter annuentes, ad laudem Divini Nominis & Fidei propagationem Orthodoxæ, Auctoritate Apoſtolicâ ſtatuimus & etiam ordinamus ut in dicta Civitate Colonienſi ſit de cetero Studium Generale adinſtar Studii Pariſienſis, illudque perpetuis futuris temporibus vigeat tam in Theologiæ & Juris Canonici, quàm alia qualibet licita Facultate, quodque Legentes & Studentes ibidem omnibus libertatibus & immunitatibus conceſſis Magiſtris in Theologia ac Doctoribus Legentibus & Studentibus commorantibus in dicto Pariſienſi Studio Generali gaudeant.

Insuper Civitatem & Studium præfata ob

Digitized by Google

profectus publicos, quos exinde provenire ſperamus, amplioribus honoribus proſequi intendentes, Auctoritate ordinamus eâdem, ut ſi qui in eodem Studio Colonienſi fuerint, qui proceſſu temporis Bravium meruerint in illa Facultate, in qua ſtuduerunt, obtinere, ſibique docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac Magiſterii ſeu Doctoratûs honorem petierint elargeri per Magiſtrum ſeu Magiſtros, Doctorem vel Doctores illius Facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, Præpoſito Eccleſiæ Colonienſis, qui pro tempore fuerit, vel ejus ſufficiente & idoneo, quem ad hoc idem Præpoſitus duxerit deputandum, Vicario, Præpoſiturâ verò ipſius Eccleſiæ vacante, illi, qui ad hoc per dilectos Filios Capitulum ipſius Eccleſiæ deputatus extiterit, præſententur, idemque Præpoſitus vel Vicarius, aut Deputatus, ut præfertur, Magiſtris & Doctoribus in eadem Facultate actu inibi regentibus convocatis, illos ſic præſentatos in his, quæ circa promovendos ad Magiſterii ſeu Doctoratûs honorem requiruntur juxta modum & conſuetudinem, quæ ſuper talibus in generalibus ſtudiis obſervantur, obſervatis, examinare ſtudeat diligenter, eiſque, ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint, hujuſmodi licentiam tribuat, & Magiſterii, ſeu Doctoratûs honorem conferat, & etiam largiatur.

Illi verò qui in eodem ſtudio dictæ Civitatis examinati, & approbati fuerint, ac docendi licentiam & honorem hujuſmodi obtinuerint, ut eſt dictum, ex tunc abſque examine & approbatione alia, legendi & docendi tam in Civitate prædicta, quàm in ſingulis aliis generalibus ſtudiis, in quibus voluerint legere & docere, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis Apoſtolicâ vel quacumque firmitate aliâ roboratis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtri ſtatuti & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Peruſii xii. Cal. Junii, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Anno 1388. die 22. Decembris. horâ Terriarum vel quaſi, facto ſermone latino ad Clerum, more ſolito, in Domo Capitulari, quæ nunc eſt Schola ſeu Aula Theologica, Eccleſiæ Majoris congregati Prænobiles, ſtrenui & Ampliſſimi Domini Conſules & Majores Civitatis Colonienſis, & ejus nomine retroſcriptas Litteras Apoſtolicas publicari fecerunt, intimando cum hoc, quod ipſi hujuſmodi ſtudium jam acceptarunt & illud ipſum manutenere, Magiſtriſque & Scholaribus de libertatibus & immunitatibus congruis, & ad inchoandum & continuandum lecturas ſuas in Sacra Theologia & aliis Facultatibus. de ſolennibus Magiſtris & Doctoribus providere velint. prout opportunum & neceſſarium fuerit.

Et quia vigore hujus Indulti Apoſtolici huic Univerſitati Generalis Studii Colonienſis eadem Privilegia, quæ Univerſitati Pariſienſi, à Sancta Sede Apoſtolica conceſſa ſunt, quæ inter alia hoc habet: Quod non ſolùm Statuta condere poſſit, *Uti patet in Cap. 11. Ex Litteris ii De conſtitut.*

Sed etiam à ſententia Univerſitatis Pariſienſis non appelletur, *Uti ex Rebuffo & aliis refert Rodolphin in praxi judic. pag. 1. Cap 13 n. 113. verſ. Ibi. A ſententia Univerſitatis Studii Pariſienſis, &c.*

Ita etiam Univerſitas noſtra Colonienſis ſtatim poſt hujus Bullæ publicationem anno 4. 1392. die 6. Decembris, ſua Statuta tam generalia quàm ſpecialia pro qualibet Facultate edidit, atque inter alia ſtatuit: Quod nemo extra Civitatem aliquem evocare debeat. *Art. 3.*

CAPUT CL.

Bonifacius IX. *Omnes libertates, immunitates, & Privilegia à Prædeceſſoribus ſuis, à Regibus, Principibus, aliiſque, Oppido Lovanienſi conceſſa confirmat anno* 1392.

Ex Archivis Oppidi Lovanienſis.

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Abbati Monaſterii Parchenſis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Magnæ devotionis & ſinceritatis affectus, quem dilecti Filii Scabini & Communitas Villæ Lovanienſis, Leodienſis Diœceſis, ad Nos & Romanam Eccleſiam, non ſine magnæ laudis præconio, gerere dinoſcuntur, dignè meretur, ut votis eorum, illis præſertim, per quæ ipſorum ſtatus augeri ſperatur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

Sane petitio pro parte prædictorum Scabinorum & Univerſitatis Nobis nuper exhibita continebat: Quod olim felicis recordationis Urbanus IV. & ſucceſſivè Gregorius XI. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri Litteras eorum ipſis Scabinis & Univerſitati duxerunt concedendas, quas etiam noſtræ petierunt Confirmationis munimine roborari; quarum quidem Litterarum tenores ſunt tales:

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Scabinis & Communitati Villæ Luvanienſis, Leodienſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Devotionis veſtræ ſinceritas, quam ad Nos & Romanam Eccleſiam geritis, promeretur, ut vos paterno proſequentes affectu petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus.

Tenores ſiquidem quarumdam Litterarum felicis recordationis Urbani Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipiunt: *Vetuſtate conſumi*, & quas inſpici & examinari fecimus diligenter, de verbo ad verbum, ad veſtræ petitionis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui tales ſunt:

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei,

Dilectis Filiis Scabinis & Communitati Villæ Lovanienſis, Leodienſis Diocesis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Apostolicæ Sedis benignitas ſincerè obſequentium vota fidelium favore benevolo proſequi conſuevit, & illorum perſonas, quas in ſua devotione promptas invenerit & ferventes, quibuſdam titulis decentiùs decorare.

Ut igitur ex devotione, quam ad Nos & Romanam Eccleſiam habere noſcimini, ſentiatis vobis favorem Apoſtolicum accreviſſe, veſtris precibus inclinati, quod Auctoritate Litterarum Sedis Apoſtolicæ vel Legatorum ejus, quæ de hac indulgentia plenam & expreſſam de verbo ad verbum mentionem non fecerint, trahi extra Villam Lovanienſem ad judicium nequeatis inviti, quamdiu parati fueritis coram veſtro Ordinario infra terminos ejuſdem Villæ de vobis conquerentibus ſtare juri, Authoritate vobis præſentium indulgemus: eâdem Authoritate nichilominus decernentes, ut ſi aliquid contra hujuſmodi noſtræ Conceſſionis tenorem à quoquam extiterit propriâ temeritate præſumptum, ſit irritum & inane; & ſi fortè aliquæ ſententiæ in vos hac occaſione prolatæ fuerint, nullum robur obtineant firmitatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii vi. Nonas Julii, Pontificatûs noſtri anno primo. Item

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto Filio Abbati Monaſterii Affligemenſis, Ordinis Sancti Benedicti, Cameracenſis Diocesis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum dilectis Filiis Scabinis & Communitati Villæ Lovanienſis, Leodienſis Diocesis, ex ſpeciali gratia duxerimus concedendum, quod Auctoritate Litterarum Sedis Apoſtolicæ vel Legatorum ejus extra Villam Lovanienſem ad judicium nequeant evocari quamdiu parati fuerint coram ſuo Ordinario infra terminos ejuſdem Villæ de ipſis conquerentibus ſtare juri, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus non permittas ipſos ſuper hiis contra Conceſſionis noſtræ tenorem ab aliquibus indebitè moleſtari, moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Datum Viterbii vi. Nonas Julii Pontificatûs noſtri anno primo. Item

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Scabinis & Communitati Villæ Lovanienſis, Leodienſis Diocesis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Justis petentium deſideriis dignum eſt Nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates, ſive Privilegia, ſeu alias indulgentias, à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, à Regibus, Principibus & Comitibus, vel aliis Chriſti fidelibus, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum rationabiliter vobis conceſſas, necnon bonas conſuetudines quas hactenus obſervaſtis, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus & præſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii iii. Nonas Julii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, ſupradictas Litteras & contenta in eis Auctoritate Apoſtolicâ innovamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus vobis de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodò obſervari.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ Innovationis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Villam-novam Ammonenſis Diocesis, vi. Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno primo.

Nos igitur qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi Scabinorum & Univerſitatis, ut etiam devotio hujuſmodi eorum ad Nos & prædictam Eccleſiam ferventiùs augeatur, in hac parte ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ, de qua in hiis & aliis fiduciam in Domino gerimus ſingularem, per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus hujuſmodi Litteris per te diligenter viſis & examinatis, ſi eas veras & omni ſuſpicione carentes, & per ipſos Prædeceſſores conceſſas fore inveneris, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, eas Auctoritate noſtrâ approbes & confirmes, non permittens eoſdem Scabinos & Communitatem, contra ipſorum Prædeceſſorum, prædictarum & noſtrarum Litterarum hujuſmodi tenores, per aliquem ſeu aliquos, communiter vel diviſim moleſtari indebitè vel vexari. Nichilominùs proceſſus quos ſuper hiis per te forſan haberi contigerit, quoties expedierit & prout juſtum fuerit, aggravare procures, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo. Non obſtante, ſi aliquibus communiter vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Peruſii II. Kalendas Novembris, Pontificatûs noſtri anno tertio.

CAPUT CLI.

Begginagium Namurci inſtituitur anno 1427, *quod dein ceſſit in Refugium Abbatiæ Boneſſienſis, Ordinis Ciſtercienſis, in Namurceſio.*

Ex Archivis Abbatiæ Boneſſienſis.

JOANNES Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis, univerſis & ſingulis præſentes viſuris & audituris ſalutem.

NOTUM facimus, quod Nos teſtamentariam diſpoſitionem honeſtæ quondam mulieris Domicellæ Gertrudis de Ponte, relictæ Colardi de Ponte Oppidani dum vixit Oppidi Namurcenſis, noſtræ Leodienſis Diœceſis, inſtrumento publico per Henricum quondam de Blamont Presbyterum, Imperiali Authoritate Notarium, confecto ac conſcripto & ſignato, cui præſentes noſtræ Litteræ ſunt infixę, quoad Legata per ipſam Gertrudem Begginagio ſeu Domui pauperum Begginarum in eodem inſtrumento nominatè & diſtinctè facta, & ordinationem ac inſtitutionem Miſſarum perpetuò celebrandarum, nec non legata pro Miſſis hujuſmodi celebrandis, per dictam Teſtatricem facta & in inſtrumento prædicto deſcripta, laudamus, approbamus & authoritate noſtrâ ordinariâ tenore præſentium confirmamus.

ET inſuper ut Capella per Executores Teſtamenti ſeu ultimæ voluntatis prædictæ Teſtatricis & ex ejus diſpoſitione in dicto Begginagio ædificata, ac Altare in eadem Capella conſtructum in honore Dei & glorioſæ Virginis Mariæ, per Reverendum Patrem Dominum Theodoricum Epiſcopum Roſſenſem, vel alium Vicarium noſtrum, in Pontificalibus conſecretur, tenore præſentium concedimus & indulgemus.

IN quorum omnium teſtimonium, Sigillum noſtrum ad cauſas præſentibus duximus appendendum, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo 1427.
quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, menſis Maii die ſeptimâ.

CAPUT CLII.

Teſtamentum PHILIPPI BONI *Belgarum Principis, Ordinis Aurei Velleris Inſtitutoris &c. factum Rethely, octavâ Decembris* 1441.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis, traductum ex lingua Gallica.

PHILIPPUS (1) Dei gratiâ Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Comes Flandriæ, Arteſii, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci, Sacri Romani Imperii Marchio, Dominus Friſiæ, Salinarum & Mechliniæ, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

NOTUM facimus hiſce: quum nihil certius ſit morte, mortis autem horâ nihil incertius, Nos inteſtati decedere nolentes, fecimus & facimus, prout bonum Catholicum decet, Teſtamentum noſtrum & diſpoſitionem ultimæ voluntatis, formâ modoque ſequenti; revocando expreſsè omnia Teſtamenta, (2) Codicillos & alias ultimæ voluntatis diſpoſitiones, quas antehac fecimús, niſi in quantum conformes aut in ſubſtantia ſimiles fuerint his, quæ præſentibus Litteris continentur.

AC primò quidem, ubi Deo Omnipotenti placuerit, ut vitam cum morte commutemus, animam ipſi noſtram commendamus, nec non Benedictæ, Glorioſæque Virgini Mariæ, Domino S. Apoſtolo Andreæ, & univerſo Cœtui Sanctorum, Sanctarumque Paradiſi.

TUM verò eligimus Sepulturam noſtram, volumuſque & ordinamus, ut corpus noſtrum, ubicunque locorum Nos mori contigerit, transferatur, terræ manderur, & humetur, in noſtro Carthuſianorum templo propè *Diviodunum, * Dijon.
juxta & ad locum defuncti Chariſſimi Domini & Patris noſtri, cui Deus miſereatur, rectà incedendo versùs ſummum Altare: & ſi accideret, ut ex cauſa quadam aut neceſſitate alibi ponamur, id non niſi per modum depoſiti forè intelligimus, ſed quàm primùm fieri poſſit, inde transferri & in præfato noſtro Carthuſianorum templo, eo quo dictum eſt modo, ſepeliri intendimus; niſi aliter noſtrum ante obitum ipſi ordinaverimus.

Volumus etiam, ut monumenta & ſimulacra, tam memorati Domini & Patris quàm noſtra, quantocyus fiant, perficiantur & collocentur, ab Executoribus infrà nominandis, quemadmodum ea jam ordinavimus & digeſſimus; ſi viventes

(1) PHILIPPUS Bonus, Burgundiæ Dux, natus Divione 30. Junii 1396, Patrem habuit Joannem dictum *Intrepidum*, Burgundiæ Ducem, Comitem Niverniæ &c. Matrem verò Margaretam Bavaram. Succeſſit Philippo I. cognato ſuo in Provincia Brabantiæ, Lotharingiæ, Limburgi & Marchionatûs ſacri Romani Imperii, & ſeptemdecim Belgii Provincias conjunxit. Conjuges ei fuere Michaelia de Francia, Bonna de Arteſia, & Iſabella Luſitana, quacum nuptias celebrans, inſignem Aurei Velleris Ordinem 19. Januarii 1430. Brugis inſtituit, ibique anno ætatis 70, 15. ſcilicet Junii 1460. animam reddidit, corpus verò Divionem in Burgundiam ſepeliendum tranſlatum fuit.

(2) Aliud adhuc anno 1426. hic Princeps fecerat Teſtamentum; ſed cum illud præſenti, octavâ Decembris 1441. condito, revocaverit, omittendum duximus.

tes ipſi ea fieri & collocari necdum curaverimus.

Porrò volumus & præcipimus, ut omnia & ſingula debita, quibus tempore noſtri deceſsûs obnoxii erimus, & de quibus legitimè Executoribus Teſtamentariis conſtiterit, ex bonis noſtris maximè liquidis perſolvantur, aut perſolvi ab illis curentur, idque quamprimùm commodè fieri poterit, ad ſublevandam animam noſtram.

Damus ac legamus Religioſis, Priori, & duplici Conventui Garthuſianorum propè Diviodunum cenſum amortiſatum * & irrevocabilem centum librarum Turonenſium; ad quem comparandum volumus & jubemus, ut ab Executoribus infra nominandis ſumma mille & quingentarum librarum bonæ monetæ Regiæ, ſtatim poſt deceſſum noſtrum (ſi vivi eam non dederimus) ex bonis noſtris numeretur dictis Religioſis, cum in finem, ut inde coëmant cenſum illum ceotum librarum Turonenſium, aut quantum hâc ſummâ acquirere poterunt: qui quidem Religioſi tenebuntur propterea in perpetuum celebrare, in obitum noſtrum & Anniverſarium, qnotidie Miſſam pro defunctis, dicendam ab uno illorum, ſtatim poſt noſtrum ex hac vita deceſſum & noſtram in dicto Templo ſepulturam, pro animæ noſtræ refrigerio & ſalute. Quocum damus & relinquimus iiſdem Religioſis Priori & duplici Conventui Carthuſianorum propè Diviodunum alium huic ſimilem centum librarum Turonenſium cenſum à caduco liberum: cui acquirendo jubemus ac ſtatuimus, ut ipſis à dictis noſtris Executoribus (niſi viventes ipſi dederimus) ſtatim poſt deceſſum noſtrum erogetur ac tradatur, ſumma mille quingentarum librarum bonæ monetæ Regiæ, quam in emptionem & acquiſitionem iſtius annui reditûs centum librarum Turonenſium, vel majoris, ſi poſſint, impendent; pro quibus obſtricti erunt celebrare officia & recitare minores devotionis preces, in refrigerium animarum, Chariſſimi Domini ac Patris noſtri defuncti, defunctæque Chariſſimæ Dominæ Matris noſtræ; pro anima item noſtra & dilectiſſimæ, amantiſſimæque Conjugis noſtræ Duciſſæ Bonnæ de Arteſia, cui Dominus ignoſcere dignetur; talia ſcilicet officia & ſuffragia, qualia ordinaverimus, & de quibus inter Nos & ipſos convenerit, aut de quibus poſt obitum noſtrum inter ipſos & Executores infra nominandos conventum ac diſpoſitum erit; ſi viventes ipſi non diſpoſuerimus.

* Rente amortie.

Item volumus & præcipimus, ut ſumma duorum millium librarum monetæ Regiæ iiſdem Religioſis Carthuſianis propè Diviodunum (præter illa duo millia librarum, quæ jam eandem ob cauſam à Nobis acceperunt) ſtatim poſt deceſſum noſtrum à dictis Executoribus ſemel exſolvatur, ad coëmendos cenſus perpetuos & irrevocabiles, quot & quales pro ea pecunia habere poterunt; quo pacto tenebuntur ab eo etiam momento & deinceps in perpetuum bene & decenter totum Monaſterium, ejuſque ædificia non ſolùm conſervare, verùm & reædificare, ſi, quod Deus avertat, bello deſtructa, aut aliter ruinam paſſa fuerint.

Damus item & legamus Priori & Conventui Carthuſianorum propè * Belnam centum librarum Turonenſium cenſum irrevocabilem, in fundationis ipſorum augmentum, eumque in finem, ut anima noſtra, animæque Prædeceſſorum ac Succeſſorum noſtrorum comprehendantur precibus illorum, earumque participes reddantur.

* Beaune.

Hunc cenſum, ut acquirere poſſint, ſi viventes ipſi non proſpexerimus, volumus & præcipimus, nt ſtatim poſt deceſſum noſtrum ex bonis facultatis noſtræ ſumma 1500. librarum bonæ monetæ Regiæ ipſis expendatur, ad præſcriptum Executorum infra nominandorum; quam 1500. ſummam ad coëmendum & acquirendum illum 100. librarum cenſum, aut tantum quantum indè habere poterunt, adhibebunt; Prior autem & Conventus propterea adſtricti erunt, augere numerum Fratrum Domûs hujus uno Religioſo, qui ejuſque Succeſſores in dicta Religione perpetuis temporibus in hoc loco ſpecialiter pro noſtra, noſtrorumque antedictorum Prædeceſſorum & Succeſſorum ſalute orare tenebuntur.

Damus item & legamus Religioſis, Priori & Conventui Carthuſianorum * Lugnienſium propè Barberanum 60. librarum cenſum irrevocabilem, ad quem comparandum volumus & mandamus, ut ſumma 900. librarum ipſis ſtatim poſt deceſſum noſtrum in bona moneta Regia, niſi vivi eam dederimus, ex bonis liberæ diſpoſitionis noſtræ ab Executoribus infra nominandis præbeatur; quam ſummam 900. librarum impendent ad emendas & acquirendas dictas 60. libras cenſuales, aut quod indè habere poterunt. Prior verò & Conventus hinc in omne ævum obſtricti erunt augere numerum Fratrum ſnorum uno Religioſo, qui & ipſi ſuccedentes in Ordine perpetuis temporibus in iſto loco ſpecialiter orare tenebuntur pro ſalute animæ noſtræ, animarumque tam Prædeceſſòrum quàm Succeſſorum noſtrorum.

* Lugni.

Damus quoque & legamus Religioſis, Conventui & Abbati Ordinis Ciſtercienſis ſimilem cenſum librarum centum Turonenſium, à caduco liberum & irrevocabilem: cui comparando, ſi ipſi Nos in vivis non proſpexerimus, volumus & jubemus, ut mox poſt mortem noſtram ſumma 1500. librarum bonæ monetæ Regiæ, ex bonis noſtræ diſpoſitionis & ex præſcripto Executorum inferiùs nominandorum, detur & tradatur, quâ ſummâ ipſi Religioſi cenſum dictarum librarum 100. Turonenſium, aut majorem ſi poterunt, in commodum dictæ Eccleſiæ Ciſtercienſis emere & acquirere ſatagent.

Qui quidem Religioſi hanc ob cauſam obligabuntur ad Miſſam pro defunctis quotidiè & in perpetuum dicendam, celebrandamque in dicta Eccleſia, incipiendo ſtatim poſt obitum noſtrum, pro refrigerio & ſalute animæ noſtræ, animæque chariſſimæ & amatiſſimæ Conjugis noſtræ Duciſſæ præſentis, animarum item dilectiſſimarum Conjugum noſtrarum defunctarum, Michaeliæ de Francia, & Bonnæ de Arte-

ſia

ſia (quibus Deus propitius eſſe velit,) pro animarum denique ſalute ſupradictorum Prædeceſſorum ac Succeſſorum noſtrorum. Atque hanc Miſſam dicti Religioſi, Abbas & Conventus, utì modò memoratum, dici & celebrari curabunt, per quatuor Religioſos Sacerdotes, ejuſdem Monaſterii, quos ſingulis annis nominabunt, ut quiſque eorum unus poſt alterum illam per ſeptimanam celebret; unicuique autem eorum quatuor, quo meliùs neceſſitatibus ſuis ſubvenire poſſint, Abbas & Conventus, ultra ordinarium ipſorum, decem libras Turonenſes quotannis ſubminiſtrabunt, medietatem ſcilicet in Feſto S. Joannis Baptiſtæ; alteram verò medietatem in Natali Domini: quo pacto etiam tenebuntur Abbas & Conventus in perpetuum curam habere, ut omni anno celebrentur duo Anniverſaria ſolemnia, in refrigerium animæ noſtræ, animarumque ſupradictarum: ſcilicet Vigiliæ dicentur veſperi, in Choro Eccleſiæ, & altero die Miſſa pro defunctis cantabitur ad ſummum Altare; quorum Anniverſariorum primum fiet illo die, quo ex hac vita exceſſerimus, vel proximâ feriatâ ſequenti; alterum medio anno poſt aut circiter; & in quovis horum Anniverſariorum volumus ut dictæ Eccleſiæ Conventus habeat pro obſonio 100. aſſes Turonenſes, qui ex dictis centum libris Turonenſibus deſumentur; reſiduum verò hujus cenſûs, quod ad 50. libras aſcendit, in communem utilitatem præfatæ Eccleſiæ Ciſtercienſis cedet.

SIMILITER & cum omnibus iiſdem oneribus damus & legamus Religioſis, Abbati, & Conventui * Claræ-Vallis cenſum irrevocabilem librarum centum Turonenſium, de quo comparando, ſi vivi non providerimus, volumus & jubemus, ut ſtatim poſt noſtrum deceſſum ex bonis noſtræ diſpoſitionis liberæ ſumma 1500. librarum bonæ monetæ Regiæ ipſis detur & tradatur ex præſcripto Executorum infra nominandorum; quam ſummam Religioſi iſti collocabunt in acquirendo dicto cenſu centum librarum Turonenſium, aut tanto, quantum pro ea pecunia habere poterunt, in commodum dictæ Eccleſiæ & Monaſterii Claræ-Vallenſis, & eâ lege quâ ſuprà.

* Clairvaux.

PARITER item ac iiſdem conditionibus omnibus damus & legamus Religioſis, Abbati & Conventui * S. Antonii Viennenſis cenſum irrevocabilem librarum 100. Turonenſium, cui comparando, ni ipſi tempore vitæ noſtræ proſpexerimus, volumus & jubemus, ut ſtatim poſt deceſſum noſtrum ſumma 1500. librarum Turonenſium bonæ monetæ Regiæ ipſis porrigatur ex præſcripto Executorum infra nominandorum, & ex bonis executioni eorum committendis; quâ ſummâ ipſi Religioſi cenſum 100. librarum Turonenſium, aut quantum poterunt, acquirent, pro majori commodo dictæ Eccleſiæ & Monaſterii S. Antonii, eoque onere quo ſuprà.

* S. Antoine de Viennois.

PORRÒ iiſdem omnibus & ſimilibus conditionibus, quibus ſuprà de Ciſtercienſibus dictum eſt, damus & legamus Religioſis, Abbati & Conventui * Sancti Ogendi Montis Juræ, vulgò Sancti Claudii, in noſtro Burgundiæ Comitatu, cenſum librarum centum Turonenſium, irrevocabilem, de cujus emptione, ſi viventes ipſi non providerimus, volumus & jubemus, ut ſtatim poſt noſtrum deceſſum ſumma 1500. librarum bonæ monetæ Regiæ ipſis detur & tradatur ex præſcripto Executorum infra nominandorum, & ex bonis executioni eorum committendis; quâ ſummâ prædicti Religioſi cenſum illum 100. librarum Turonenſium, aut quantum poterunt, inde acquirent, in utilitatem dictæ Eccleſiæ & Monaſterii S. Ogendi, eâque lege quâ ſupra.

* S. Oyent de Joux.

VOLUMUS item & ordinamus, ut in Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus Veſontii, Auguſtoduni, Cabilloni, Matiſconi, Altiſſiodori, Ambiani, Arteſii, Cameraci, Tornaci & Teruanæ, in unaquaque earum celebretur obitus & Anniverſarium ſolemne ſingulis annis & in perpetuum eo die, quo ex hac vita ad alteram tranſierimus: Vigiliæ nimirum dicentur ad Veſperas, & Miſſa pro defunctis ſequenti mane, atque ob hoc damus & legamus cuivis harum Eccleſiarum 300. libras bonæ monetæ Regiæ, quæ pro omnibus decem conſtituant ſummam 3. millium librarum, ſemel ſolvendam & impendendam in emptionem cenſuum & redituum ad commodum dictarum Eccleſiarum, quo meliùs onera horum Officiorum & Anniverſariorum ferre poſſint.

VOLUMUS præterea & ſtatuimus, ut omnes illi cenſus, quos Eccleſiæ, in quibus per hoc Teſtamentum fundationes perpetuas inſtituimus, coëment, à jure caduci & tributis liberi ſint, eoſque ex nunc pro tunc, quantum opus eſt, inde liberamus, & jubemus, ut pariter ab Herede noſtro liberentur, ac deſuper literæ Eccleſiis, in forma quâ convenit, expediantur, quos cenſus intelligimus & volumus acquiri.

DAMUS & legamus quoque omnibus Conventibus quatuor Ordinum mendicantium in Provinciis noſtris, Ducatibus & Comitatibus, Burgundiæ, Carolegii, Matiſconi, Altiſſiodori, Brabantiæ, Limburgi, Flandriæ, Arteſii, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci, cuilibet iſtorum Conventuum 20. libras pro una vice, ut ſemel ſaltem obitum & Anniverſarium ſolemne in qualibet eorum Eccleſia, pro ſalute animæ noſtræ, animarumque ſupradictorum, celebrent.

ULTERIUS, Conventibus Fratrum Prædicatorum, Minoritarum, & Carmelitarum Urbis noſtræ Atrebatenſis damus & legamus 1000. libras ſemel ſolvendas; nempè Conventui Fratrum Prædicatorum 400. libras, unicuique verò duorum reliquorum Conventuum 300. libras, quas in reparationem & refectionem ædificiorum, Templorum & Monaſteriorum ſuorum, quæ belli occaſione diruta & deſtructa fuerunt, impendent, eâ lege etiam, ut teneantur perpetuò Religioſi iſti quotannis in unoquoque horum trium Conventuum celebrare Anniverſarium ſolenne, eo die quo è vivis exceſſerimus.

VOLUMUS item & ordinamus, ut de bonis noſtris

noſtris & facultatibus liberis deſumatur ſumma 10000. librarum monetæ Regiæ, & detur atque diſtribuatur, quamprimum commodè fieri poterit, poſt obitum noſtrum, ex præſcripto Executorum infra nominandorum, inter Eccleſias indigentes, Hoſpitalia, & pia loca noſtrarum ditionum, Ducatuum & Comitatuum Burgundiæ, Carolegii, Matiſconi, & Altiſſiodori.

Volumus pariter & ordinamus, ſimilem ſummam 10000. librarum monetę Regię deſumi ex bonis noſtris & diſtribui ſecundùm diſpoſitionem dictorum Executorum, inter Eccleſias egentes & Xenodochia & pia loca ditionum noſtrarum, Brabantiæ, Limburgi, Flandriæ, Arteſiæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci.

Damus quoque & legamus domeſticis & Palatii noſtri famulis ſummam 20000. librarum ſemel ſolvendam, ut compenſemus quodammodo ſervitia eorum, atque ut ipſi magis teneantur Deum pro Nobis orare; quæ pecunia diſtribuatur inter ipſos, à dictis Executoribus, & ex horum diſpoſitione, ſcilicet 10000. librarum dentur Equitibus, Nobilibus, Conſiliariis, Secretariis, & Capellanis, qui tempore obitûs noſtri Nobis ſervire invenientur, unicuique ſecundùm ordinem ſuum, & prout Nobis diutiùs inſervierit, aut ubi meliùs collocata pecunia videbitur, denique prout quiſque indigentior fuerit, & minus utilitatis ex Nobis ceperit. Reliqua 10000. librarum (censûs annui) dentur iis, qui minoris conditionis ſunt, ut Coquis, Falconariis, Venatoribus, Famulis actu ſervientibus & aliis inferioris gradûs perſonis, unicuique juxta ſtatum ſuum, aut prout meliùs impenſa pecunia videbitur, aut prout quiſque diutiùs ſervierit, & minus utilitatis ex Nobis ceperit, quemadmodum ſupra dictum eſt.

Volumus ampliùs & ordinamus, ut Donationes & Ceſſiones plurium terrarum & Dominiorum chariſſimæ & amatiſſimæ Duciſſæ Conjugi noſtræ factæ, perinde ut aſſignatio Douarii ſui, cum facultate ipſi de bonis à Nobis acceptis teſtandi conceſſa, aut ſaltem de parte eorum, ſubſiſtant & firmiter valeant: quas omnes & ſingulas his præſentis Teſtamenti noſtri tabulis iterum in commodum dictæ noſtræ Conjugis confirmamus.

Volumus denique & ordinamus, ut Cubicularii, aliique famuli noſtri, cujuſcunque conditionis fuerint, donis, remunerationibus, officiis & penſionibus ad vitam datis, quoad vixerint, gaudeant, ſecundùm Litterarum, quas hac de re à Nobis obtinuerunt, tenorem.

Tum verò facimus, nominamus & inſtituimus Heredem & Succeſſorem noſtrum in univerſa bona noſtra, terras & Dominia, chariſſimum & dilectiſſimum Filium noſtrum (3) Carolum, Comitem *Carolegii, Dominum *Caſtri Belini: & ſi contingeret (quod Deus nolit) ipſum ante Nos vitâ defungi, nec tempore noſtri deceſsûs alios Nobis eſſe Liberos aut Succeſſores legitimos, maſculos, fœminaſve, ex Nobis aut noſtro Filio deſcendentes; tali caſu volumus & conſentimus, ut bona noſtra, terræ & Dominia, perveniant & devolvantur ad eos eaſve ex Sororibus, Nepotibus, Conſanguineis, & Cognatis proximis, ad quos jure devolvi debent; ita tamen ut hoc Teſtamentum noſtrum operâ & directione Executorum noſtrorum infra nominatorum adimpleri curent.

* Charolois

* Chateau Belin.

Volumus porrò ut dictus noſter Filius Comes Carolegii, ſi Nobis ſuperſtes fuerit, & deinceps omnes alii noſtri Heredes, qui in Comitatu Flandriæ ſuccedentes, Comites ejus erunt, impoſterum teneantur quotannis ſummam quingentorum ducatorum aureorum dare, ac ſuis ſumptibus mittere Religioſis Franciſcanis Montis Sion, in commodum commune Conventûs & Religioſorum iſtorum, quibus damus & legamus hanc ſummam annuam perpetuamque; dicto noſtro Comitatui Flandriæ, omnibuſque ac ſingulis in illo Succeſſoribus, expreſſe & in perpetuum hoc onus imponentes.

(4) Cornelio Filio noſtro naturali, quamvis aliundè jam aliqua acquiſita bona habeat, damus & legamus 6000. libras monetæ Regiæ in reditum hereditarium, quo ipſe & heredes ex ipſo directâ lineâ & juſto matrimonio deſcendentes gaudeant, ita ut reditus ille rectè ipſi & ſecurè in Provinciis noſtris citerioribus, uti Brabantia, Flandria, Arteſia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, aut Namurco, intra annum à noſtro deceſſu conſtituatur & aſſignetur, in qua ſumma 6000. librarum volumus & intelligimus comprehendi reditus illorum prædiorum & Dominiorum, quæ jam à Nobis habet, aut adhuc ante mortem noſtram habiturus eſt; quod autem tempore mortis noſtræ illis 6000. librarum deërit, Executores noſtri Teſtamentarii ipſi re & effectu ex bonis eorum executioni commiſſis, quemadmodum dictum fuit, ſuppeditabunt, hâc adjectâ conditione, ut ſi abſque talibus heredibus ex legitimo matrimonio procreatis diem ſuum obiret, reditus ille & aſſignationes ſuper hoc traditæ revertantur ad heredem vel heredes noſtros, ad quos ſpectat.

Quod ſi loco redituum, ut convenire videtur, ipſi poſſeſſiones quædam ditionis noſtræ & Domanii datæ fuerint, heres aut heredes noſtri, ad quos ſpectat, illas recuperare poterunt, modò priùs alias ipſi, alibi in ſupra nominatis noſtris Provinciis non minùs bene ſitas, nec minorem quàm priores fructum ferentes, quæ tamen neutiquam ex Domanio noſtrarum ditionum ſint, tradiderint.

(5) Antonio

(3) Carolus Comes Carolegii. Filius ejus unicus quem genuit ex Iſabella Portugalliæ. Patri ſuo ſucceſſit anno 1467. qui audit *Audax*, *Terribilis* & *Temerarius*. Occiſus eſt prope Nanceium, 5. Jan. 1477. & Brugis ſepultus in Eccleſia Divæ Virginis ſub magnifico Mauſoleo, non niſi unicâ Filiâ relictâ, cui nomen Maria Burgundica, quæ nupta fuit Maximiliano Archiduci Auſtriæ, dein Imperatori.

(4) Cornelius, Dominus de Beveren, natus ex Catharina Scaers, etiam notha, reliquit Filium naturalem, quia mortuus eſt cælebs.

(5) Antonio quoque Filio noſtro naturali damus & legamus ſimilem reditum hereditarium 2500. librarum monetæ Regiæ, quo ipſe & heredes ex eo rectâ lineâ deſcendentes juſtoque matrimonio nati gaudeant, eumque cenſum volumus ipſi rectè & ſecurè conſtitui & aſſignari in Provinciis noſtris citerioribus, ut Brabantia, Flandria, Arteſia, Hanonia, Hollandia, Zelandia, aut Namurco, intra annum ab obitu noſtro; eâ tamen lege, ut ſi abſque talibus heredibus, in linea recta ex ſe & ex juſto matrimonio ortis, decederet, reditus illi & aſſignationes ſuper hoc traditæ revertantur ad heredem vel heredes noſtros, ad quos ſpectat: quod ſi loco censûs, nti convenire videtur, ipſi datæ fuerint terræ quædam ditionis noſtræ ac Domanii, heres aut heredes noſtri, ad quos ſpectat, illos poterunt recuperare, tradendo ipſi priùs æquales alias, alibi in ſupradictis ditionibus noſtris ſitas, quæ quidem non ex Domanio ditionum noſtrarum, ejuſdem tamen reditûs ſint, cujus fuerant illæ, quæ primitus datæ erant.

(6) Mariæ Filiæ noſtræ naturali damus & legamus ſummam 15000. librarum monetæ Regiæ, pro dote, atque ut tota, aut major ad minimum ejus pars, in cenſus & fundos, pro ſuo, ſuorumque commodo, acquirendos impendatur.

(7) Alteri noſtræ Filiæ naturali, quæ nunc commoratur in domo Petri du Cheſne, Ærarii noſtri in Brabantia Præfecti, damus ſimiliter & legamus ſummam 12000. librarum monetæ Regiæ, in dotis vicem, atque ut tota aut maxima ſaltem pars ejuſdem, in cenſus & fundos impendatur, ad ſuum, ſuorumque commodum.

(8) Item Filiæ noſtræ naturali, quæ nunc in Flandria commoratur, damus pariter & legamus in dotem, ſemel ſummam 10000 librarum, atque ut impendatur tota, aut ſaltem major ejus pars, in cenſus & fundos ſibi, ſuiſque proficuos.

Quod ad Ordinem noſtrum Velleris Aurei, quem aliquo abhinc tempore inſtituimus & ereximus, attinet: quum Fundationes ejus, Domus & reliquæ inſtitutiones nondum ſint perfectæ penitùs & expletæ, multo minùs illa, per quam juſſimus, ut in Urbe noſtra Diviodunenſi loca & areæ ad ædificia inibi exſtruenda, ac cenſus ad alendos ſuſtinendoſque duodecim Equites, pauperes quidem, ſed antiqui generis & bonæ famæ, acquirantur: cum etiam neſciamus an Deo placuerit hanc nobis concedere gratiam, ut ante obitum noſtrum omnes iſtas fundationes & inſtitutiones perficere poſſimus, idcirco volumus & præcipimus, ut ſi quid mortis noſtræ tempore faciendum perficiendumve ſupererit, ſive in ædificiis exſtruendis, ſive in cenſibus & fundis acquirendis, id omne perficiatur & expleatur ex bonis noſtræ diſpoſitionis, eo modo quo Executores in capitulo dicti Ordinis ordinatum à Nobis fuiſſe invenient.

Præterea volumus, ut in Urbe noſtra * Dolenſi, pro bono & incremento Univerſitatis illius, quæ Filiæ inſtar Nobis eſt, ſumptibus noſtris, aut ex bonis noſtris paratæ executionis fundetur Collegium, in quo Magiſter & duodecim Scholares pauperes ex natione & Provincia noſtra, ſive Ducatûs ſive Comitatûs Burgundiæ, enutriantur, in quorum alimenta cenſus & reditus perpetui; in habitationes item domus & ædificia coëmantur, eumque in finem uſque ad ſummam 10000. librarum aut minus, ſemel impendatur, ex ſententia ſcilicet & diſtributione dictorum Executorum.

* Dole en Bourgogne.

Quandoquidem per Teſtamentum noſtrum antehac factum, itemque per Litteras à Nobis viventibus datas & conceſſas dilecto noſtro & fideli Equiti & Cancellario Illuſtri Nicolao Rolino * Anthunii Domino (conſiderantes maximè Ordinem Equeſtrem à Nobis ipſi collatum fuiſſe) eidem donavimus, &, ut ſtatim poſt obitum noſtrum ipſe, ipſiuſque heredes in perpetuum eo fruantur, ceſſimus Caſtrum, Oppidum & Diſtrictum *Monevrei in Comitatu noſtro Burgundiæ, cum omnibus quæ eò pertinent, cujuſcunque generis ſint, & reditum 500 librarum, *Eſtevenons* dictarum, producere æſtimantur, cum omni Juriſdictione ſuperiore, minore & inferiore, cumque eiſdem prærogativis, quibus gaudent reliqui, qui ſuperiorem Juriſdictionem in præfato noſtro Comitatu tenent; hoc tamen pacto, ut Heredes noſtri ex Nobis legitimè deſcendentes, maſculi, fœminæve, poſſint quotieſcunque velint id omne à dicto noſtro Cancellario ejuſque heredibus ſummâ decem millium aureorum, *Salus* dictorum, aut ſummâ 15000. librarum, unâ vice, re & effectu perſolvendâ redimere; quemadmodum negotium hoc pleniùs declaratum eſt in Litteris, quas dictus Cancellarius noſter à Nobis obtinuit; ideo Nos ex certa ſcientia & intuitu obſequiorum fidelium, quæ dictus Cancellarius Nobis indies præſtat, approbamus hoc præſenti noſtro Teſtamento, ratas habemus & confirmamus dictas donationes, ceſſiones, & omnia, quæ in præfatis Litteris aut in clauſula prioris noſtri Teſtamenti, ubi hâc de re mentio fit, continentur; inſuper & ex abundanti, aut in quantum opus fuerit, hoc noſtro Teſtamento dictas donationes, ceſſioneſque denuò facimus, & ſtabilimus.

* Anthoeng.

* Monevrey.

Præterea cum relatum Nobis ſit, Principem Arauſionenſem noſtrum Cognatum jus aliquod ad terras Caſtri-belini, *Orgeletii, & alias in Comitatu noſtro Burgundiæ, quæ Comitis Tor-

* Orgelet.

(5) Antonius, Dominus de Bevere, de la Roche, Comes de Steenberghe; creditur Filius Joannæ de Preſle. Certum eſt interea Ducem Philippum habuiſſe Filium naturalem nomine Antonium natum ex Joanna de Maireſſe nupta deinde Joanni de Freſin & mortua anno 1480; inde inferri poteſt eum duos habuiſſe Filios naturales ejuſdem nominis Hic Antonius Dominus de Bevere duxit Mariam de la Vieuville, unde poſteritas.

(6) Maria nata ex Joanna * *Caſtellana* dicta *du Boſquiel* nupſit anno 1453. Renato de Beauffremont, Domino de Chagny, Aurei Velleris Equiti.

* La Chatelaine.

(7) Anna nata ex N. de Steenberghe, nupſit primò Adriano de Borſele, Domino de Brigdam, Equiti Aurei Velleris, qui obiit 1468; ſecundò Adolpho de Cleves, Domino de Raveſtein, Equiõ Aurei Velleris. Vide Supplementum Philippi Comminæi in 8. Bruxellis editum 1722. pag. 412.

(8) Jolanta, nupſit Joanni d'Ailly * Vice-Domino Ambianenſi.

* Vidame d'Amiens.

* Tonne-ſe, *Tornoduri fuêre, & quas dicto Filio noſtro Carolegienſi dedimus, prætendere; volumus (quamvis illi Principi nullum jus competere perſuaſum habeamus) & præcipimus, ut ipſi via juris, ſi requirat, in ſupremo Tribunali noſtro Dolenſi pateat, & per hos, qui Tribunal illud conſtituunt, vocatis auditiſque Filio noſtro ejuſque Procuratore, & aliis, qui eò vocari debent, jus ac juſtitia adminiſtretur.

Ut Regimini etiam noſtrarum Provinciarum, terrarum, ditionumque proſpiciamus, ſi Nos ex vivis excedere contingat, ſuperſtite quidem dicto Filio noſtro Carolo Comite Carolegii, ſed adhuc ſub tutela exiſtente; volumus & ordinamus primò, quod perſonam ejus reſpicit, ut durante minore ſuâ ætate, & uſque dum ad competentem ætatem pervenerit, nutriatur & alatur apud chariſſimam & amatiſſimam Conjugem noſtram Duciſſam Matrem ſuam, in Regionibus, terris, & Dominiis noſtris, non alibi.

Deinde quod ad gubernationem ipſam iſtarum Provinciarum durante ſuâ minore ætate attinet, volumus & ordinamus, ut dicta Conjux noſtra, tanquam caput ac præcipua; tum verò dilecti & fideles, Epiſcopus Tornacenſis, Archiepiſcopus Veſontinus, nec non Epiſcopus Cameracenſis, qui tales nunc exiſtunt; Cancellarius item noſter Anthunii Dominus; Illuſtris Antonius Dominus Croyæ & Renticæ, Conſanguineus noſter & primus Cubicularius; Illuſtris Joannes Comes Friburgi & * Novocomi, Con-
* Neucha-tel. ſanguineus noſter & Burgundiæ Mariſcallus; Illuſtris Joannes Croyus, Dominus Charry & Molineti, Conſanguineus noſter & Præfectus Hanoniæ; Domini de Rubais & de Santes; Illuſtris Joannes Bont Cancellarius noſter Brabantiæ; Illuſtris Colartius Cominæus ſupremus noſter Flandriæ Præfectus; & Magiſter Stephanus Armenerius, Parlamentorum noſtrorum Burgundiæ Præſes; cum reliquis tali vel talibus, quos præfata Conjux noſtra, & alii ſupra nominati neceſſarios judicaverint, gubernationem illam & adminiſtrationem exerceant, in omnibus quæ evenerint negotiis, tam in iis quæ juſtitiam, reditus, politiam, & Provinciarum Regimen ſpectant, quàm in aliis quibuſcunque: cum poteſtate conferendi officia, cujuſcunque ſtatûs & conditionis ſint, quàm diu duraverit minor ætas dicti Filii noſtri.

Quo præſens hoc Teſtamentum noſtrum compleatur omninò atque effectum ſortiatur, eligimus & nominamus Executores ejuſdem, dictam noſtram chariſſimam & amatiſſimam Conjugem noſtram Duciſſam; Reverendum in Deo Patrem Epiſcopum Altiſſiodorenſem Confeſſorem noſtrum; & in ejus abſentia, aut dum non poterit vacare iſtis negotiis, Reverendum in Deo Patrem Epiſcopum Salumbriæ, Confeſſorem dictæ Conjugis noſtræ; dictos Epiſcopum Tornacenſem, & Archiepiſcopum Veſontinum; dictum Cancellarium noſtrum, Illuſtrem Nicolaum Rolinum Anthunii Dominum; dictum noſtrum conſanguineum, Conſiliarium & primum Cubicularium, Illuſtrem Antonium Dominum Croyæ & Renticæ; dictum Conſanguineum noſtrum & Mariſcallum Burgundiæ, Illuſtrem Joannem Comitem Friburgi & Neocomi; ac dictum Illuſtrem Hugonem Lanoyum Dominum Sanctii: quibus modò nominatis ſeptem, vel ſex aut quinque ex iis (quorum Caput dictam Conjugem toties quoties potuerit aut voluerit iſtis negotiis vacare, tum verò dictos noſtros Confeſſorem & Cancellarium eſſe volumus) plenam poteſtatem, authoritatem & mandatum ſpeciale damus, ut præſens hoc Teſtamentum noſtrum & ultimæ voluntatis declarationem, in omnibus & ſingulis articulis ſuis, re & effectu debitæ executioni mandent.

Quam ob cauſam volumus & præcipimus, ut omnia noſtra bona, mobilia, & credita mobiliaria ad Nos ſpectantia, cujuſcunque generis & ubicunque locorum tempore mortis noſtræ extiterint, ipſis tradantur; quemadmodùm ab hoc inſtanti pro futuro tradimus, inque poſſeſſionem eorum eoſdem mittimus; volentes ut ſtatim poſt deceſſum noſtrum ea occupent, atque interveniente juſto & legitimo inventario realem ac corporalem eorum poſſeſſionem, detentionemve apprehendant, aut apprehendi faciant.

Atque ad meliùs exequendum ea, quæ in præſenti hoc Teſtamento noſtro ſtatuimus, volumus ampliùs & ordinamus, ut dicti Executores noſtri accipiant & in poteſtate habeant medietatem omnium cenſuum, redituum & emolumentorum ex Provinciis noſtris, terris & dominiis provenientium, ſive dominia ſint ſive ſubſidia, deductis tamen oneribus ordinariis; inchoando ſtatim ab obitu noſtro & ſic proſequendo tam diu & eò uſque, donec præſentibus noſtri Teſtamenti tabulis quoad omnes articulos prorſùs ſatisfactum fuerit. Quibus Executoribus ſuprà nominatis damus & legamus, ſcilicet dicto Epiſcopo Antiſſiodorenſi Confeſſori noſtro ſummam 1000. librarum monetæ Regiæ ſemel ſolvendam; & dicto Epiſcopo Salumbriæ Confeſſori Conjugis noſtræ ſummam 500. librarum monetæ Regiæ itidem ſemel ſolvendam; reliquis verò poſt hos nominatis unicuique gemmam valoris 100. aureorum, quos *Salus* vocant, in memoriam noſtri.

Volumus quoque, ut iſti Executores deliberent inter ſe & conſtituant ex ſententia ſua unum aut duos perſpectæ fidei viros & bonos OEconomos, quibus accepta & expenſa bonorum noſtrorum teſtamentariorum committentur, quique viciſſim juſtam & exactam rationem eorum reddere, & reſidua, ubi & uti convenerit, reſtituere tenebuntur.

Præsens hoc Teſtamentum noſtrum ejuſque publicationem & executionem ſubjicimus Juriſdictioni Eccleſiaſticæ & ſæculari; ſcilicet Sanctiſſimo Patri noſtro Pontifici, nec non Tribunali Rotæ, quæ in Curia Romana eſt, itemque Domino noſtro Regi & Curiæ ejus in ſupremo Senatu ſeu Parlamento Pariſienſi; volentes & conſentientes, nt poſt obitum noſtrum Executores ſupra nominati poſſint ſubmiſſionem iſtam dictis Curiis Romanæ & Pariſienſi, utrique aut uni ſaltem harum, prout ipſis viſum fuerit, præſtare: vi quarum ſubmiſſionum Heredes & Succeſſores

noſtri, & omnes, ad quos pertinere contigerit, cogantur, tam per Cenſuram Eccleſiaſticam quàm per realem bonorum executionem, aut alium quemvis modum debitum, rata habere, ſubminiſtrare & effecta dare ea omnia, quæ ſuperiùs dicta fuerunt, in quantum ad ipſos pertinere poterit.

Et quamvis magna pars bonorum, ditionum, terrarum & Dominiorum noſtrorum extra Regnum ſita, dicto Domino meo Regi non ſubjecta ſit, eo tamen non obſtante volumus, ut hæc quoque pars Juriſdictionem ſortiatur in Curia Parlamenti, eo reſpectu, in quantum nempè præſens Teſtamentum noſtrum, ejus executio, & quæ ab ipſa executione pendent, illam Curiam reſpicere poſſunt, non aliter, nec ultra.

Volumus etiam, ut ſi qui ex præfatis Executoribus nequeant, nolintve intereſſe & vacare dictæ executionis negotiis, vel etiam diem obierint, antequam peniiùs perfecta fuerit hæc executio, tunc in locum eorum alii capaces & idonei ſubſtituantur, & ſubrogentur, ab eadem Curia Parlamenti Regii, cui quidem ſpecialiter committimus executionem præſentis noſtri Teſtamenti.

Et ſi contingeret (quod Deus avertat) Nos ex hac vita abſque legitimis Heredibus ex Nobis deſcendentibus decedere, aut dictum noſtrum Filium Comitem Carolegium ante Nos ſine legitimo Herede ex ipſo deſcendente diem obire, Sorores autem noſtras, Nepotes, Nepteſve, Conſanguineos & Proximos, ad quos quaſve ſucceſſio in ditiones, terras, Dominia, & bona noſtra tunc devolveretur, contradicere huic executioni, ejuſque effectum, ſive in totum, ſive ex parte impedire velle; eo caſu illum, illam, illoſve contradicentes & impedire volentes, ſucceſſione in bona noſtra privamus & excludimus, privatoſque ac penitus excluſos volumus, ab hoc inſtanti tanquam pro futuro, & de futuro tanquam pro præſenti: pars verò ſive portio contradicentium accreſcat illi, illiſve cæterorum noſtrorum Heredum, qui executioni hujus Teſtamenti noſtri re & effectu conſentire voluerint.

Quod ſi ita defecerint dicti proximi noſtri Heredes, ut & ipſi & quilibet eorum contradicere huic Teſtamento noſtro, ejuſque executionem impedire auſi ſint; eo caſu volumus & præcipimus, ut ditiones, terræ & Dominationes noſtræ cadant & devolvantur in cæteros noſtros Agnatos & Cognatos, licet in remotiori gradu Conſanguinitatis conſtitutos; modò ad poſtulationem præfatorum Executorum explendo huic Teſtamento conſentire & facto operam dare voluerint. Quo caſu (deficientibus nempè omnibus noſtris Heredibus proximis, qui jure in noſtra Dominia & bona ſuccedere deberent) volumus ut dicti Executores poſſint ſeligere unum aut plures ex noſtris Propinquis & Conſanguineis, qui ſufficiant & valeant tueri ditiones noſtras, terras & Dominationes, & qui effectu, prout dictum eſt, explendo huic præſenti Teſtamento noſtro operam dare velint, quos eo caſu volumus & jubemus eſſe Heredes noſtros, & in omnes noſtras Provincias, terras, Dominia, & bona ſuccedere, reliquos hoc dicto caſu his privantes & excludentes.

Volumus adhuc & jubemus, ut omnia & ſingula dona ac legata à Nobis data & relicta, quemadmodum ſuperiùs declaratum fuit, ſint & maneant valida; non obſtantibus quibuſcunque prioribus conſtitutionibus, à Nobis aut Prædeceſſoribus noſtris editis, ne detur aut alienetur quicquam de Domanio noſtro; nec obſtante ipſo Edicto haud ita pridem à Nobis promulgato: Ne donationes, quas fecerimus, validæ ſint, niſi Litteræ ſignatæ fuerint à Magiſtro Joanne Alberto Secretario noſtro, certique Conſiliarii & Cubicularii ad hoc deputati præſentes extiterint; non obſtantibus denique quibuſcunque aliis conſtitutionibus, reſtrictionibus, mandatis & prohibitionibus, quæ contra executionem & plenum effectum eorum omnium & ſingulorum, quæ ſuperiùs dicta ſunt, dici & allegari poſſent.

Intelligimus quoque & volumus, ut hæc præſens Ordinatio noſtra in omnibus & ſingulis ſuis Capitibus vim & vigorem Teſtamenti ſolemnis & nuncupativi, aut ad minimum Codicilli, aut etiam diſpoſitionis de ultima voluntate habeat, vel alio, quo maximè modo poterit, valeat.

Unde Nos Authoritate noſtrâ Principis, & in quantum unquam poſſumus, omnes defectus & ſolennitates ſupplendo, volumus ut ultimæ huic voluntati noſtræ omninò prorsùs ſatisfiat, per omnes & ſingulos ſuos articulos, ſine infractione ulla. Ad quem effectum ſubjicimus, obligamus, & in hypothecam damus omnia & ſingula bona noſtra, mobilia & immobilia, præſentia & futura quævis, renuntiantes omnibus illis quæ adversùs præfata vel aliqua eorum dici & allegari in contrarium poſſint, ſive facti, ſive juris, ſive conſuetudinis ſint, quin ipſi juri, quod dicit: Generalem renuntiationem non valere, niſi ſpecialis præceſſerit.

Volumus denique ut Litteris publicationis aut earum apographis, vulgò *vidimus* dictis, quæ poſt deceſſum noſtrum indè deſcribentur, atque in forma probante & ſub Sigillo authentico expedientur, collatis tamen priùs quemadmodum oportet cum Originali, plena fides adhibeatur, tanquam huic ipſi Originali.

In quorum teſtimonium his præſentibus manu noſtrâ ſubſcriptis, Sigillum noſtrum apponi curavimus.

Datum in Urbe Rethelenſi, die octavâ Decembris, anni gratiæ milleſimo quadringenteſi- 1441.
mo quadrageſimo primo.

Dux Philippus plures alios Filios & Filias naturales habuit, quorum nomina hìc ponimus.

Philippus mortuus infans.

David à Burgundia, Epiſcopus Theroanenſis & Ultrajectinus, natus ex Coleta Caſtellana, dictâ *Du Boſquiel*, nupta deinde Stephano De Bours dicto Maillotin, Præfecto Stabuli Ducis & Gubernatori diſtrictûs De la Gorghe in Agro Inſulenſi.

Philippus à Burgundia, Dominus de Sommeldyck, Blatin, &c. Architalaſſus, & Aurei Velleris Eques, deinde Epiſcopus Ultrajectinus, natus ex Margareta van *Preſt* & legitimatus anno 1505.

Raphael

RAPHAEL à Burgundia Abbas S. Bavonis Gandavi.

JOANNES à Burgundia Præpoſitus B. Mariæ Brugis & S. Audomari, natus ex Margareta Scupelins, quæ nupſit poſtea Hieronimo van Vive.

BALDUINUS à Burgundia, Dominus de Falais, Bredam & Sommeldyck, natus ex Catharina de Thieffries, duxit Marinam Manuel, unde poſteritas.

HIERONYMUS & BALDUINUS, vocabantur anno 1461 & 1463. Parvi Nothi Burgundiæ. *Vide Supplementum Philippi Comines pag. 326. editionis Bruxellenſis.*

* Celie. CATHARINA à Burgundia, nata ex Domicella * Celia, nupſit anno 1470. Humberto de Curien, Toparchæ de la Cueille, à Cubiculis Carolo Duci Burgundiæ, qui poſtea partes Ludovici XI. Galliarum Regis ſecutus eſt. Nupſit deinde dicta Domicella Celia Nicolao de Harlay.

CORNELIA à Burgundia, nupta Adriano de Toulongeon, Domino de Mornay.

MAGDALENA à Burgundia, nupta N.... de Bonpar Toparchæ de l'Aage & de Cournon, Baroni d'Adez.

MARIA à Burgundie, Religioſa.

CATHARINA à Burgundia, Religioſa.

MARGARETA à Burgundia, quæ Perſonam egit in convivio dicto *Du Faiſan*, anno 1454, ſecundùm Oliverium de la Marche.

CAPUT CLIII.

Litteræ Confœderationis quinque Capitulorum, S. Gudilæ Bruxellis, S. Rumoldi Mechliniæ, S. Petri in Anderlecht, S. Gummari Liræ, & S. Petri Turnhauti, anno 1444. Poſtmodum acceſſerunt Capitula B. Mariæ Teneramundanum, & S. Gaugerici Haltrenſe.

Ex Archivis Capituli Anderlechtenſis.

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis vel audituris, ſalutem & omne bonum.

QUONIAM, ut ait Apoſtolus, *omnes in Chriſto unum ſumus*, obligati ut membra ejuſdem Corporis invicem tueri, & quoad poſſibile eſt injuſtè opprimentibus juſtâ defenſione quæ juris naturalis eſt, cuique omnis poſitivi juris ordinatio contraria cedit, ex animo viriliterque reſiſtere; Notum facimus, quod nos Decani & Capitula Sanctæ Gudilæ Bruxellenſis, Sancti Rumoldi Mechlinienſis, Sancti Petri Anderlechtenſis, Sancti Gummari Lyrenſis ac Sancti Petri Turnothenſis Eccleſiarum, Cameracenſis Diœceſis, attentè conſiderantes nos & ſubditos noſtros per Vicarium & Officialem Reverendi in Chriſto Patris & Domini noſtri Epiſcopi Cameracenſis, & alios, à pauco tempore citatos, contra juſtitiæ tramitem & omnem æquitatem plus ſolito gravatos eſſe & fuiſſe, timenteſque veriſimiliter ex jam factis plus in futurum gravari poſſe, & gravaminibus hujuſmodi propter divitias majoremque potentiam, atque cujuſlibet ſuppoſitorum noſtrorum paupertatem & litis ſumptuosè deducendæ inſufficientiam occurrere non poſſe, niſi nobis de remedio provideatur opportuno;

CONSIDERANTES etiam, Societates, Confœderationes ſeu Confraternitates ſuper re etiam ſolo poſitivo jure licita initas nedum à jure permiſſas, ſed etiam laudatas eſſe: legitur enim in Chronico Anaſtaſii, qualiter Theſſalonicenſes Epiſcopi ob metum Imperatoris Anaſtaſii, Thimotheo Conſtantinopolitano Epiſcopo conſenſerunt, qui Concilium Calcidonenſe anathematizaverat: quadraginta verò Epiſcopi Illiricæ & Græciæ convenientes in unum per profeſſionem in ſcriptis factam à proprio Metropolitano diſceſſerunt, & Romam mittentes Romano Epiſcopo communicare in ſcriptis ſe profeſſi ſunt. Et paulò poſt cum Dioſcorus minor manûs impoſitionem accepiſſet à Rege, receſſerunt multitudines populorum dicentes quod, ſecundùm quod continent Canones ſanctorum Apoſtolorum, non eſt factus Epiſcopus, & ideo non recipietur:

NOLENTES præfato Domino Cameracenſi aut ejus juriſdictioni aliive in aliquo derogare, imò ſemper reverentiam, obedientiam, & honorem debitos exhibere, ſed jura noſtra & ſubditorum noſtrorum cum bona informatione & juſtitia intacta conſervare, Societatem, Confœderationem ſive Confraternitatem pro nobis & adhæſuris, ſub beneplacito & benevolentia S. D.N. Papæ Engenii IV. & metuendiſſimi Domini noſtri Burgundiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Ducis, Principis, Patroni & Defenſoris noſtri ſpecialis, Spiritu Sancto, qui ubi vult ſpirat, ut ſperatur coöperante, & verâ charitate moti, fecimus & facimus per præſentes in modum qui ſequitur:

VIDELICET, quod nos invicem & ſubditos noſtros tuebimur & defendemus in bona juſtitia, contra quoſcumque Judices Eccleſiaſticos, quâcumque authoritate, aut dignitate, etiam Pontificali fulgentes, nos injuſtè aut de facto opprimentes, ſeu opprimere volentes.

ITA quod ſi aliquis ex nobis vel ſubditis noſtris ſe gravatum aut oppreſſum opprimive timeat aut gravari in futurum, caſum Capitulo ſuo ad longum exponet, & illud de eodem & meritis cauſæ diligentiſſimè informabit. Quod ſi ex informatione ſummaria & veriſimili reperiat rem ita eſſe, ſcribet aliis Capitulis de Confraternitate talem adveniſſe caſum, qui eſt contra tale vel tale Privilegium aut Statutum, vel talem aut talem ſuam conſuetudinem, quare ſibi videtur quod talis ſit cum juſtitia à Confraternitate defendendus. Sicque rogabit & requiret alia Capitula, ut ſcribant opinionem ſuam; & ſi omnia vel major pars eorum conſentiant primo Capitulo ſcribenti, tunc defendetur per omnia Capitula, conſilio, auxilio & favore, ac etiam expenſis æqualiter ab omnibus exburſandis.

Si tamen inveniatur poſtmodum, illum prætendentem ſe gravatum, Capitulum ſuum malè informaſſe, ſolvet expenſas per omnia Capitula jam factas & ob eam cauſam neceſſariò fiendas, ſi ſit ſolvendo; alioquin graviter puniatur ac corrigatur; & taliter, quod cæteris cedat in exemplum.

Itemque hanc Confraternitatem procurabimus confirmari per S. D. N. Papam & per inclytum D. N. Ducem prænarratos. Item quoad expenſas pro confirmatione hujuſmodi Confraternitatis nobis aut ſubditis noſtris, modo & formâ quibus ſupra, defendenda habendas & ſupportandas, ordinabitur per quodlibet Capitulorum prædicturum modus ſibi conveniens & magis aptus; & contribuent omnes per Fraternitatem defendi cupientes, & qui ſub protectione alicujus Capituli eſſe conſueverunt, & non alii.

Et ne fortè in præmiſſis fraus aliqua committatur, ſed omnia planè procedant, ipſaque Confraternitas firmiùs ſervetur, jurabit quilibet noſtrûm in forma quæ ſequitur:

Ego N. juro ad hæc ſancta Dei Evangelia, quod Confraternitatem inter Capitula, Bruxellenſe, Mechlinienſe, Lyrenſe, Anderlechtenſe & Turnotenſe initam & juſtiſſimâ cauſa factam, fideliter obſervabo & manutenebo toto poſſe, ad quemcumque ſtatum umquam devenero, & quod bene & legaliter deliberabo ſuper defenſione & tuitione prætendentis ſe gravatum, prece, pretio, odio & amore ſecluſis: nec propter damnum vel expenſas per me hâc occaſione ſuſtinendum contra gravatum deliberabo, & quod nunquam aliquem Canonicum aut Capellanum recipiam, niſi præmiſſa quatenus eum tangunt, juraverit: ſic me juvet Deus & hæc Sancta Dei Evangelia.

Et quodlibet Capitulum procurabit cum effectu, quod ſubditi ſui id ipſum juramentum, quatenus ipſos ſubditos concernit, realiter præſtabunt. In quorum omnium & præmiſſorum ſingulorum teſtimonium has patentes Litteras inde fieri, & noſtrorum Sigillorum munimine fecimus communiri.

Datum & actum Bruxellæ in loco Capitulari Eccleſiæ B. Gudilæ conſueto, anno Domini M. CCCC. XLIV, menſis Maii die nonâ. 1444.

CAPUT CLIV.

Nicolaus V. *Pontifex confirmat Confraternitatem ſeu Confœderationem ſeptem Capitulorum, de quibus Capite præcedenti, anno* 1446.

Ex iiſdem Archivis Anderlechtenſibus.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Archidiacono Antverpienſi in Eccleſia Cameracenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Rationi convenit, & congruit æquitati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu Apoſtolicæ ſuper illis Litteræ confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum.

Dudum ſiquidem pro parte Filiorum dilectorum S. Gudilæ Bruxellenſis, S. Rumoldi Mechlinienſis, S. Petri Anderlechtenſis, S. Gummari Lyrenſis, S. Petri Turnothenſis, B. Mariæ Teneramundenſis, & S. Gaugerici Halterenſis, Cameracenſis Diœceſis, Eccleſiarum Decanorum, Capitulorum, ſingulorumque Canonicorum & perſonarum earumdem Eccleſiarum, felicis recordationis Eugenio Papæ IV. Prædeceſſori noſtro, expoſito,

Quod olim ipſi conſiderantes, quod perſonæ & ſubditi Eccleſiarum prædictarum, tam per Vicarios, Officiales, & Servitores Epiſcoporum Cameracenſium pro tempore exiſtentium, quàm alias diverſas perſonas quanduque præter & contra æquitatis & juſtitiæ tramitem, nonnunquam verò pro minima re ſæpiùs gravati fuerant, & indies gravabantur ac moleſtabantur,

Furmidantesque, & ex præteritis quæ futurorum certitudinem & cautelam præſtant, colligentes ipſus per eoſdem Vicarios, Officiales, & Servitores in Juribus & Libertatibus Eccleſiaſticis, ac aliàs ſucceſſu temporis plus gravari, perturbari & inquietari poſſe,

Ac etiam attendentes, quod multorum ex perſonis & ſubditis prædictis ad defendendum ſe ſuper motis eis pro tempore quæſtionibus, ad proſequendum cauſas deſuper facultates minimè ſuppeterent:

Ad obviandumque inconvenientiis & diſpendiis, quæ propterea plerumque provenerant, nec non etiam ſuccurrendum perſonis & ſubditis eiſdem in ſubortis pro tempore contra eos diſſenſionum quæſtionumque materiis, ac aliàs ad manutenendum & conſervandum Jura, Privilegia & Libertates Eccleſiarum & perſonarum hujuſmodi, quamdam honeſtam ac rationi & æquitati conſonam, amicitiæ quoque & tranquillitatis productivam inter ſe fecerant Confraternitatem ſive Societatem:

Ac inter alia maturâ deliberatione præviâ ordinaverant, quod ipſi Decani, Canonici & Capitula ſeſe ac quoſcumque eorum ſubditos, nec non Jura, Privilegia & libertates hujuſmodi per viam Juſtitiæ & æquitatis contra quoſcumque tuerentur & defenderent:

Quodque ſi quis ex eis ac ſubditis prædictis aſſereret ſe per quempiam gravatum, ſive oppreſſum, vel ſe gravari aut opprimi poſſe veroſimiliter, hujuſmodi gravaminis ſive oppreſſionis caſum & modum ſuo Capitulo ſeriatim & ad longum, à veritate nullatenùs deviando, exponeret, & ex tunc, ſi Capitulum hujuſmodi

ipſum

ipſum caſum in præjudicium, diſpendium, & læſionem Jurium, Privilegiorum & libertatum Eccleſiæ, ubi dictum Capitulum foret, cedere, aut redundare reperiret, hujuſmodi caſum & modum ſingulis aliis Capitulis præfatis & ſingularibus ex illis perſonis tranſmittere, & inſinuare teneretur:

Et deſuper Decani, Canonici & ſingulares perſonæ Capitulorum eorumdem, ſuas, utrùm caſus ipſe juſtus & æquitati conſormis, & per conſequens defendendus foret, aut ne, opiniones & motiva ſcribere & ſuper hoc aviſare, ac ex tunc ſinguli eorumdem caſum prædictum, ſi ut præmittitur juſtus foret & defendendus videretur, communibus ſumptibus & expenſis defendere tenerentur:

Si verò taliter gravatus & oppreſſus ſuum Capitulum hujuſmodi malè & ſiniſtrè informaſſe reperiretur, factas per ipſa Capitula propterea & exindè neceſſariò faciendas expenſas & intereſſe, quoad hoc, ſi ſolvendo eſſet, ſolveret; alioquin juxta casûs hujuſmodi exigentiam puniretur & corrigeretur taliter, quod aliis cederet in exemplum.

Nonnulla quoque alia ſalubria & honeſta ac commune bonum contingentia fecerant & ordinaverant, prout in contentis deſuper confectis Litteris ſive inſtrumentis publicis dicebantur contineri; ac ſubjunctn Prædeceſſori prædicto, quod Fraternitas ſive Societas hujuſmodi per quamplures notabiles & peritos commendata & laudata fuerat, ac in præjudicium vel diſpendium ſive læſionem Juris ac Juriſdictionis Ordinarii loci, vel cujuſvis alterius nullatenùs proceſſerat, ipſique Decanus, Canonici, Capitula & perſonæ Ordinario prædicto aliiſque ſuis Superioribus, in omnibus in quibus tenentur, ſe obtemperaturos offerrent, & obedire & ſemper parati exiſterent,

Ac pro parte Decanorum, Capitulorum, Canonicorum & perſonarum eidem Prædeceſſori ſupplicato, ut Confraternitati ſive Societati, nec non per ipſos Decanum, Capitula & Canonicos circa conſervationem jurium, privilegiorum & libertatum Eccleſiarum, ac aliorum præmiſſorum factis & ordinatis hujuſmodi, ac in dictis Litteris ſive inſtrumentis contentis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ Confirmationis adjicere dignaretur:

Præfatus Prædeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus voluit & conſenſit, videlicet decimo Kal. Martii Pontificatûs ſui anno ſextodecimo, certo dari Judici in mandatis, ut ſi erat ita, circa Confraternitatem ſive Societatem hujuſmodi, & pro illius conſervatione facta & ordinata, necnon prout illas contingebant, omnia & ſingula in dictis Litteris ſive inſtrumentis contenta auctoritate Apoſtolicâ approbaret & confirmaret.

Ne autem Decani, Capitula, Canonici & perſonæ prædicti, voluntatis & Prædeceſſoris conceſſionis hujuſmodi, pro eo quod ſuper illis Litteræ hujuſmodi Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, confectæ non fuerunt, fruſtrentur effectu, volentes & eâdem authoritate decernentes, quod voluntas Prædeceſſoris & Conceſſio prædictæ ſuum à dicta die decimo Kal. Martii ſortiantur effectum, ac ſi ſuper eis præfati Prædeceſſoris Litteræ ſub ipſius diei data confectæ fuiſſent,

Quodque præſentes Litteræ ad probandum plenè voluntatem Prædeceſſoris & Conceſſionem hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus ſi Confraternitatem ſive Societatem prædictam juſtam & rationabilem, necnon præmiſſa veritate niti compereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, omnia & ſingula per Decanos, Capitula & Canonicos ſupradictos circa Confraternitatem ſive Societatem hujuſmodi, & ut illa vigeat & conſervetur, facta & ordinata, necnon quæcumque in ipſis Litteris ſive inſtrumentis contenta & quæcumque inde ſecuta, Authoritate noſtrâ ratifices, approbes pariter & confirmes, ſupplendo omnes defectus ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, non obſtantibus quibuſcumque Apoſtolicis ac Provincialibus & Synodalibus editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,
anno Incarnationis Dominicæ milleſimo qua- 1446
dringenteſimo quadrageſimo ſexto, quarto-decimo Kalend. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno primo.

Confœderatio hæc fuit inita à Capitulis Flandro-Belgicis, eò quod nimis frequenter ad ipſam Urbem Cameracenſem pro litibus evocarentur.

Primò deſuper inter ſe conconvenerant quinque Capitula, S. Gudilæ Bruxellis. S. Rumoldi Mechliniæ, S. Petri in Anderlecht. S. Gummari Liræ, & S. Petri Turnhauti, quorum Acta exhibetur ſupra. Cap. præcedenti.

Iis poſtmodum acceſſerunt Capitula B. M. Teneramundæ & S. Gaugerici in Haeliert, nunc Aloſti.

Litteras Nicolai V. Pontificis executioni mandavit in Belgio Guilielmus Bont J. U. D Archidiaconus Antverpienſis in Eccleſia Cameracenſi & Cantor ad S. Gudulam Bruxellis, &c. Executor Apoſtolicus ad ſupraſcripta deputatus.

CAPUT CLV.

SIxtus IV. *Pontifex ſtatuit anno* 1474. *ut ad* VIII. *Præbendas Presbyterales in Eccleſia Metropolitana Colonienſi nemo aſſumatur niſi Doctor S. Theologiæ vel Decretorum aut Legum, vel ſaltem Licentiatus.*

Ex Hiſtoria trium Regum Coloniæ per P. Grombach

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Creditam Nobis deſuper regendæ militantis Eccleſiæ providentiam exſequi Deo adjuvante cupientes, ad ea libenter intendimus, ut debemus, per quæ ſingulæ Orbis Eccleſiæ, præſertim Metropolitanæ inſignes & famoſæ, perſonarum utilium fulcitæ præſidiis, ad Altiſſimi laudem & gloriam condignis honoribus & venuſtatis proficiant incrementis; eorumque bona & jura à quorumcumque occupatione obſervari valeant illæſa.

Sane pro parte Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Eccleſia Colonienſis inſignis Metropolitana, cujus Sanctus Maternus, S. Petri diſcipulus, primus Præſul exſtitit, adeo inclyta & præclara exiſtit, quod nulli niſi illuſtres, & magni nobiles, qui ex ſextodecimn adſcendente & ex illo gradatim deſcendentibus nobilibus Anteceſſoribus ſuis rectâ lineâ ſunt procreati, illius Canoniatus & Præbendas aſſequi poſſent; octo Canonicatibus & Præbendis totidem duntaxat exceptis, quorum duo pro Graduatis in Univerſitate Studii Colonienſis reſervati exiſtunt, reliqui verò per ignobiles & plebeos, frequentiùs quoque per humiles perſonas, aut familiares quorumdam Canonicorum dictæ Eccleſiæ, qui familiares ipſos in Canonicos dictæ Eccleſiæ recipi procurant; ſeu rudes & indoctos, qui illos vigore gratiarum exſpectativarum ipſis conceſſarum aſſequuntur. Et quod valdè decori & utilitati dictæ Eccleſiæ & jurium illius conſervatinni, nec non qualitatibus & præeminentiæ nobilium Canonicorum prædictorum convenire videtur, quod dictæ octo Præhendæ duntaxat per viros illuminatos & ſcientiâ præditos, etſi non carne, ſcientiâ tamen & virture nobilitatos, quorum prudentiâ & conſilio dicta Eccleſia, quæ deſtituta & depauperata exiſtit, ſua recuperare poſſet, duntaxat obtineantur; prout in nonnullis Alemannieæ nationis Eccleſiis tam ex Statutis, quàm ex laudabilibus conſuetudinibus, quæ per nonnullos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros confirmata fuerunt, hactenus obſervatur.

Quare pro parte ejuſdem Imperatoris, qui ad Eccleſiam ipſam ſpecialem gerit devotionis affectum, Nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut quod de cetero perpetuis futuris temporibus dicti ſex Canonicatus & Præbendæ, dum pro tempore vacaverint in quibuſcunque menſibus, per dilectos Filios Dacanum & Capitulum Eccleſiæ Doctoribus vel Licentiatis in Theologia, aut in utroque vel altero jurium, qui cum rigore examinis in Univerſitate alicujus Studii, loco in quo illud viguerit, generalis promoti fuerint, duntaxat conſerri debeant & de illis provideri.

Nos igitur qui dictæ Eccleſiæ ſplendorem & venuſtatem appetimus, hujuſmodi petitionibus inclinati Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia ſtatuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus prædicti ſex Canonicatus & Præbendæ, non ignobilibus plebeis, humilibuſque perſonis & familiaribus prædictis, ſed duntaxat Doctoribus, & Licentiatis in Theologia, vel altero Jurium, in aliquo Studio generali cum rigore examinis duntaxat conferri poſſint, & debeant.

Datum anno MCCCC. LXXIV. Pontificatûs 1474.
anno tertio.

CAPUT CLVI.

Joannes de Horne *Epiſcopus Leodienſis confirmat anno* 1493. *fundationem Capituli S. Petri de* Boxtel *in Campinia, factam ab* Henrico de Ranst *Toparcha de* Boxtel, *quod Capitulum, dein ſubjectum Epiſcopatui Buſcoducenſi, nunc deſiit.*

Ex Archivis Familiæ Hornanæ Principis.

JOhannes de Hoern Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Leodienſis univerſis & ſingulis has præſentes Litteras ſive præſentia viſuris lecturis & legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam.

Chriſti fidelium vota quibus cultus Altiſſimi in Divinis & militantis Eccleſiæ ſtatus in laudem ipſius Dei & ſalubre commodum animarum adaugeri dinoſcuntur, facilè exaudiri & ea favoribus proſequi opportunis, juſtum & pium ac eidem Altiſſimo acceptum eſſe arbitramur.

Sane

Sane Nobis pro parte nobilium & generoſarum ac venerabilis & honorabilium perſonarum, Domini Henrici de Ranſt Domini temporalis de *Bextel* & *Keſſel* &c. Militis Ducatûs Brabantiæ, ac Dominæ Henricæ ejus Conjugis legitimæ, nec non Domini Henrici de Lotthum Decani Eccleſiæ Sancti Joannis Trajectenſis & Inveſtiti Parochialis Eccleſiæ Villæ de *Boxtel* noſtræ Diœceſis, atque Theodorici Brants Eccleſiæ Parochialis de *Gemonde* & Altaris Sancti Nicolai eidem Eccleſiæ annexi, Johannis Liberti S. Johannis Evangeliſtæ, Walteri de Thuyl B.Crucis ad primam fundationem, Walteri de Deſſchel dictæ S.Crucis ad ſecundam fundationem, & Leonardi de Boſſchot B. Laurentii Altarium in prætacta Parochiali Eccleſia de *Bextel* ſitorum, Rectorum modernorum petitio exhibita continebat, qualiter ipſi zelo devotionis accenſi & piè moti antetactam Eccleſiam Parochialem de *Boxtel*, quę nunc lata, ſpatioſa & populoſa exiſtit, ac cujus & ſingulorum Altarium prætactorum, & Altaris B. Mariæ quod nunc vacat, in eadem Eccleſia ſituatorum, ſex videlicet in numero, Rectorum ad illam & illa nominationes & præſentationes, eis vacantibus, ad præfatum Dominum temporalem dictæ Villæ de *Boxtel* jure Patronatûs Laïcalia ſpectant & pertinent, in Collegiatam Eccleſiam, ad finem ut Officium Divinum nocturnum & diurnum dictim de cetero per Decanum & Canonicos inibi creandos decenter & devotè, ad præfati Omnipotentis Dei Beatiſſimæque Virginis Mariæ ejus Genitricis, B. Petri Apoſtoli ejuſdem Eccleſiæ Patroni, & omnium SS, ac in remiſſionem omnium peccatorum & ſalutem animarum ad ipſam Eccleſiam pro Divinis audiendis confluentium, erigi & inſtitui exoptant, & fervore charitatis ducti anhelant, juxta & ſecundùm quoſdam conceptus, Statuta, ordinationes, modos & conditiones per & inter eoſdem exponentes conceptos, habitos & ordinatos, ac de eorum conſenſu concluſos, in quodam inſtrumento publico, manu, ſigno & nomine diſcreti Johannis Amelrici Clerici Leodienſis Diœceſis, Notarii publici, prout apparebat, ſubſcripto & ſignato, coram Nobis exhibito, & cui præſentes noſtræ Litteræ transfiguntur, contentos & deſcriptos.

Quapropter Nobis ſupplicarunt præfati exponentes humiliter, quatinus omnes & ſingulos conceptus, ordinationes, Statuta, modos & conditiones in prætacto inſtrumento contentos contentaſve & contenta confirmare & approbare, ac antetactam Eccleſiam Parochialem de *Bextel* hiis mediantibus in Collegium ſeu Eccleſiam Collegiatam erigere, ad inſtar ſecundariarum Eccleſiarum Leodienſium, præfatoſque D. Henricum in primum Decanum, & ipſum ac Dominos Rectores, futurum dicti Altaris Sanctæ Mariæ, Theodoricum Brants, Johannem Liberti, Waltherum de Thuyl, Walterum de Deſſchel, & Leonardum de Boſſchot, Presbyteros Rectores beneficiorum prætactorum, & adhuc duos, ut in dicto inſtrumento continetur, nominatos in Canonicos Præbendatos ejuſdem Eccleſiæ de *Boxtel*; nec non beneficia & Altaria hujuſmodi cum eorum ſingulis fructibus, juribus, redditibus, proventibus, emolumentis & obventionibus univerſis, ſub modis, formis & conditionibus in eodem inſtrumento expreſſis, Menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ de *Boxtel* in Collegiatam Eccleſiam erigendæ, applicare, aſſignare & appropriare, ac eis in hujuſmodi Collegio erigendo in hiis & aliis opportunis noſtrâ auctoritate ordinariâ providere, noſtrumque conſenſum adhibere vellemus & dignaremur:

Unde Nos Johannes Epiſcopus Leodienſis antedictus, qui Eccleſiam Dei promoveri & cultum Divinum augeri noſtris in temporibus, internis viſceribus & devotionis fervore ſuccenſi, hujuſmodi ſupplicationibus benigniùs inclinati, de conſenſu venerabilis Confratris noſtri Archidiaconi Campinię in Eccleſia noſtra Leodienſi & Decaoi Chriſtianitatis Concilii Beeckenſis noſtræ Leodienſis Diœceſis, prætactam Eccleſiam Parochialem de *Boxtel* in Collegium & Collegiatam Eccleſiam adinſtar aliarum noſtrarum ſecundariarum Eccleſiarum Leodienſium, necnon dictum Dominum Henricum pro nunc Rectorem dictæ Eccleſiæ Parochialis de *Bextel*, in primum Decanum; & eundem Dominum Henricum, necnon præfatos Dominos Rectores, dicti Altaris B. Mariæ nominandum Theodoricum Brants, Johannem Liberri, Walterum de Thuyl, Walterum de Deſſchel & Leonardum de Boſſchot Presbyteros Rectores Beneficiorum & Altarium prædictorum, ac alios duos idoneos, ut prænarratur, nominatos in Canonicos Præbendatos ejuſdem Eccleſię de *Bextel*, erigimus, facimus, dictâ noſtrâ auctoritate ordinariâ creamus, nominamus, & inſtituimus, atque prætactam Curam ejuſdem Eccleſiæ de *Boxtel*, dictaque Beneficia & Altaria ſex, videlicet Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Nicolai, Johannis Evangeliſtæ, Crucis ad primam fundationem, Crucis ad ſecundam fundationem, & Laurentii in eadem Eccleſia de *Bextel* ſita, cum omnibus & ſingulis juribus ſuis, redditibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis, atque cenſus, redditus & bona Altarium Sanctarum Catharinæ & Barbaræ in eadem Eccleſia materialiter conſtructorum & nundum conſecratorum, Menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ Collegiatæ de *Boxtel* incorporamus, approbamus, concedimus & aſſignamus perpetuis futuris temporibus, ſub modis, formis & conditionibus in dicto inſtrumento contentis, atque omnes & ſingulos conceptus, conditiones Statuta & ordinationes ſupratacta & in dicto inſtrumento contenta, in toto & in qualibet parte ratificamus, laudamus, approbamus & confirmamus, decernentes illos & illa ac illas, ex nunc & perpetuò inviolabiliter obſervanda eſſe & obſervari debere, nec non dictum Collegium ſive prætactam Eccleſiam Collegiatam de *Boxtel* ſic per Nos erectam, ac Dominos Decanum, Capitulum, Canonicos, Capellanos, Altariſtas, Officiatos, Chorales, & ſingula illius ſuppoſita, libertatibus, exemptionibus, & privilegiis noſtrarum aliarum ſecundariarum Eccleſiarum Civitatis & Diœceſis Leodienſis, & adinſtar illarum libertamus, eximimus & communimus, ſi ...... ibi ad Horas Canonicas

Canonicas decantandas ſervetur uſus ordinarius noſtræ Eccleſiæ Leodienſis tamquam totius Diœceſis noſtræ Leodienſis matricis, exceptis Feſtis Patroni & Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ, ac aliis ſingularibus Feſtis Sanctorum ſi quæ habeantur in eadem Eccleſia, & quod alia Officia Divina, Miſſas & exequias defunctorum ac anniverſaria & proceſſiones celebrandas & celebranda, de quibus ſupra non eſt expreſſum, & ceremonias obſervandas, conformabunt ſe ceremoniis, Statutis, & ordinationibus aliarum noſtrarum ſecundariarum Leodienſium, juxta eorum Statutorum qualitatem & exigentiam.

Ipsi etiam Dominus Decanus & Capitulum quoad Curam dictæ Eccleſiæ & adminiſtrationem Sacramentorum Eccleſiaſticorum, & exceſſus ſi qui circa illa commiſſi fuerint, ſuberunt juriſdictioni noſtræ in præmiſſis, tamen hiis conditionibus adjectis & illis ſalvis ac reſervatis, videlicet, ut præfati Domini Decanus & Capitulum ſingulis annis in profeſto B. Ægidii ratione jurium abſentiæ octo uncias argenti puri Brugenſis aut Antwerpienſis perpetuis temporibus Nobis ad Cathedraticum obſomium & ſubſidium, terminis, locis, modis, & ſub pænis conſuetis, Nobis & noſtris Succeſſoribus Epiſcopis Leodienſibus & Prælatis dictæ noſtræ Eccleſiæ Leodienſis exſolvere, de illiſque realiter ſatisfacere, atque anniverſarium pro Nobis & noſtris Succeſſoribus Epiſcopis Leodienſibus, in eadem Eccleſia de *Boxtel* ſecundâ die feriatâ quolibet anno perpetuò poſt Feſtum Eccleſiæ Domini ſolempniter celebrare & facere, ac pro ſalubri ſtatu ipſius Epiſcopi Leodienſis orare tenebuntur, habebunt, & aſtricti erunt; atque Vicarii pro tempore ejuſdem Eccleſiæ Conciliis noſtræ Leodienſis Diœceſis celebrandis more aliorum Vicariorum & Inveſtitorum aliarum Eccleſiarum Parochialium dictæ noſtræ Leodienſis Diœceſis, intereſſe, & illa viſitare, mandataque noſtra Eccleſiaſtica recipere & exequi tenebuntur, non obſtantibus exemptionibus, privilegiis, & libertatibus prætactis.

Cum autem ad introductionem eorundem Dominorum Decani & Capituli Capitulum repræſentare debentium de præſenti aliis arduis occupati negotiis intendere nequeamus, Venerabiles Viros Dominos Magiſtrum Petrum de Cortenbaren Sigill. & Johannem de Dorne Canonicum Leodienſem, quibus in hac parte vices noſtras committimus tam conjunctim quàm diviſim, in Domino exhortamur, quatenus accedentes prætactam Eccleſiam de *Boxtel* ſic per Nos in Collegiatam Eccleſiam erectam, accedant coram Parochianis ejuſdem Eccleſiæ, eâdem erectione priùs publicatâ, & eoſdem Dominos Decanum & Canonicos creatos ad dictam Eccleſiam reverenter inducant, & eis ſtalla in Choro ipſius Eccleſiæ à dextris & à ſiniſtris, ac loca in Capitulo hinc inde aſſignent, & deputent, injungentes ipſis & mandantes per hujuſmodi noſtras patentes Litteras, ut hujuſmodi ſtalla & loca pro ſe & ſuis Succeſſoribus Decanis & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ in actibus Chori & Capitularibus proceſſionibuſque & cantu, poſtquam illa Canonicali jure aſſumpſerint, perpetuò teneant & obſervent, præſentibus & ſupranarratis ſemper firmis & efficacibus remanentibus & in ſuo robore duraturis.

In quorum præmiſſorum fidem & teſtimonium Sigillum noſtrum ad cauſas præſentibus Litteris duximus appendendum, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo 1493
nonageſimo tertio, menſis Januarii die ſecundâ.

CAPUT CLVII.

Philippus Pulcher *Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. appellat à variis oneribus & gravaminibus, à Romana Curia ſubditis ſuis impoſitis, anno* 1497.

IN nomine Domini amen.

Hujus præſentis publici inſtrumenti tenore cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à Nativitate ejuſdem Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione decimâ quintâ, menſis Maii die duodecimâ, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Alexandri Divinâ providentiâ Papæ ſexti anno quinto, in Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Principis & Domini noſtri, Domini Philippi Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comitiſque Flandriæ &c. publicè in Aula Domûs ſuæ Brugis, unà cum Illuſtri & Nobili ac ſuæ Celſitudinis Cancellario, & Dominis de Magno Conſilio, pro Tribunali ſedentis & Conſiſtorium publicum tenentis, noſtrorumque Notariorum publicorum, ac multorum aliorum proborum Virorum & Dominorum præſentia, perſonaliter conſtitutus egregius & ſpectabilis Vir Magiſter Joannes Rouſſelli Dominus de Hornettes, in utroque Jure Licentiatus, præfati Illuſtriſſimi Principis noſtri Domini Philippi Archiducis Auſtriæ &c. Conſiliarius, ejuſque Celſitudinis Procurator Generalis, ſeu Fiſcalis, habens & tenens ſuis in manibus quandam provocationis ſeu appellationis papiri cedulam tenoris infraſcripti, dixit ſe tam vice & nomine prælibati Domini Archiducis, quàm etiam Eccleſiarum Prælatorum, perſonarum Eccleſiaſticarum quarumcumque, ac aliorum ejuſdem Domini Archiducis ſubditorum, provocare & appellare velle, prout de facto provocavit & appellavit, apoſtolos petiit, Dominumque Archiducem ac alios ſubmiſit, proteſtatus fuit, atque & alia fecit, prout & quemadmodum in eadem papiri cedula

cedula, quam ibidem coram tota coocione publicè & altâ voce perlegit, latiùs & pleniùs continebatur, cujus tenor ſequitur de verbo ad verbum, & eſt talis:

Cum Vas electionis Paulus Apoſtolus Spiritûs Sancti gratiâ ac infallibili veritate perſuſus, Principes, inferiores Prælatos ae Rectores admonendo & præcipiendo edocuerit, dicens: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, & immarceſſibilem gloriæ coronam percipietis &c.* meritò igitur adversùs eos qui plebem ſuam, ſicut eſcam panis devorare, aut ſicut tineam res ſuas publicas corrodere & opprimere moliuntur, ipſi Principes obſiſtere ac deſuper providere aſtringuntur omni viâ juris atque remediis opportunis.

Cumque etiam gravatis ſive oppreſſis gravarique & opprimi veriſimiliter timentibus, tam pro gravaminibus judicialibus quàm extrajudicialibus, appellationis remedium à ſanctis Patribus & juriſconſultis ſalubriter ſit inſtitutum; hinc eſt quod Ego Joannes Rouſſelli, Dominus de Hornettes, in utroque Jure Licentiatus, Illuſtriſſimique & Excellentiſſimi Principis & Domini noſtri Domini Philippi Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comitis Flandriæ &c. Conſiliarius, ejuſque Celſitudinis Procurator Generalis ſeu Fiſcalis, auditis gravibus & lamentabilibus querimoniis populorum, & Statuum Patriarum ac Provinciarum in & ſub ejuſdem Domini Archiducis ditione exiſtentium, ſuper inſupportabilibus oneribus eis à Romana Curia impoſitis, & quæ indies magis ac magis augmentantur, & ut ex multis pauca referam, (citra tamen animum euiquam injuriandi, vel aliquid proferendi, quod in alicujus contumeliam redundare poſſit) quamvis annatarum ſeu vacantium exactiones à jure communi noſtro parum exorbitantes præſertim pro beneficiis in dicta Curia vacantibus, aut pro exemptis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis, ibidem expeditis, fuerint hactenus patienter toleratæ, nonnulli tamen dictam Curiam ſectantes, ut eo ampliùs hujuſmodi annatæ affluerent, & de omnibus fere beneficiis pro ſuo nutu diſponerent, pecuniarum exinde acquirendarum gratiâ, pro beneficiis hujuſmodi aſſequendis, reſervationes tam generales quàm ſpeciales, & etiam gratias expectativas cum decretis irritantibus, antelationibus, & aliis clauſulis derogatoriis, ſubtili quodam, ut experientia docet, & inquiſito ingenio adinvenerunt, piam Principum & aliorum Fundatorum intentiooem paſſim fraudando, & penitus enervando:

Quibus ex rebus factum eſt, præter Divini cultûs diminutinnem, ut vagandi materia, litigandi rancores & odia ſuſcitandi, mortem proximi cupiendi, litigantibus eorumque parentibus tempus & facultates ſuas incaſſum conſumendi, & ad ſummum Regna & Provineias pecuniis evacuandi occaſio detur.

Huc etiam accedit, quod licet, ſecundùm Sanctorum Patrum Decreta, Dignitates & Beneficia Eccleſiaſtica deberent ſimpliciter & ſine ulla diminutione conferri; tamen cum in dicta Curia de illis providetur, reſervantur pluribus diverſæ ſuper his penſiones, &, quod deterius eſt, Epiſcopatus, Abbatias, cæteraſque Dignitates, & eas pinguiores & opulentiores ſatagunt & procurant dari in commendam nonnullis extraneis non reſidentibus in eiſdem, ignotis Principi, populo ingratis, Patriæ ſuſpectis, & periculoſis, idque nullâ Principis nominatione vel conſenſu præeedente, in grave Eccleſiarum & Patriarum detrimentum, contraque omnium antiquorum Patrum & Sacrorum Conciliorum Generalium prohibitionem & doctrinam:

Quibus rationibus jam pridem impulſus Sereniſſimus Romanorum Rex ipſe pro ſe & pro dicto ejus Filio, proque univerſis populis Dominiorum & Provineiarum ſuarum tunc ſimul io unum congregatis, & de omoibus his tunc graviter conquerentibus indulſit, promittendoque annuit illis, ſacra imitando Decreta, quod nullas poſthac in Eccleſiis & Beneficiis terrarum & Dominiorum ſuorum admitteret commendas, nec in illas quomodolibet conſentiret.

Præterea, quod gravius & durius eſt toleratu, electionibus nonnunquam ritè & canonieè eelebratis, & per ipſam Sedem Apoſtolicam admiſſis & confirmatis, & integrè etiam annatâ perſolutâ, nonnulli prætextu talium prætenſarum reſervationum lites in dicta Curia iterum movere & contra triennales poſſeſſores procedere non verentur, quod ſi contingat cauſas in partibus agitari, cauſæ ipſæ judieibus pro impetrantium libidine committuntur: inde fit ut interdum altera partium notoriè pœnis & cenſuris contra juris ordinem temerè opprimatur, monitoria quoque præciſa, parte inauditâ & à defenſionibus prorſus excluſâ, plerumque decernuntur & fraudulenter exequuntur.

Ab hujuſmodi itaque & aliis illatis & comminatis gravaminibus, & colligibilibus ex ipſis etiam notoriis, Ego Johannes Rouſſelli Procurator præfatus, vice & nomine prælibati Domini Archiducis, tam pro ſe, quàm etiam pro Eccleſiis, Prælatis, Perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque, ac aliis dictarum ſuarum Patriarum & Provineiarum perſonis & ſubditis, eiſque in hac parte adhærentibus & adhæſuris, ſentiens præfatum Dominum Archiducem & tres ſuarum Patriarum Status & ſubditos ex hiis evideoter & multipliciter gravatos & oppreſſos, timenſque veriſimiliter impoſterum ampliùs gravari poſſe, omnibus modo viâ formâ & causâ quibus poſſum & valeo melioribus, inhærendo ſemper appellationibus jam antehac præmiſſorum occaſione interpoſitis, ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Alexandrum minùs conſultum in melius & peramplius cum Deo conſuleodum, & in defectum proviſionis condignæ ad Sacrum Generale Concilium proximè celebrandum, ſeu ad illum vel illos ad quem vel ad quos hujuſmodi meam appellationem devolvi contigerit, provocavi & appellavi, & ſemper dictis prioribus appellationibus, ut præmittitur, interjectis inhærendo provoco

voco & appello in hiis ſcriptis, ſubmittens præfatum Dominum Archiducem, Prælatos, cæteraſque Eccleſias, ac omnes ejus Provincias & ſubditos & eis adhærentes & adhæſuros, tuitioni & ſalvigardiæ Dei Omnipotentis ſuorumque ſuperiorum in hac parte;

Protestando inſuper expreſsè, quod ſi fortè in præjudicium appellationis vel appellantium prædictorum quicquam attemptari vel quomodolibet innovari contigerit, de injuriis, nullitate, & hujuſmodi attemptatis reparandis ſeu reparari faciendis, viâ juris ac omnibus remediis ad hoc neceſſariis & opportunis, præſtando etiam de hac mea appellatione publicanda, inſinuanda, intimanda & proſequenda loco & tempore opportunis; petens quibus ſupra nominibus à Vobis Notariis publicis apoſtolos inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè mihi dari & decerni, ſaltem teſtimoniales, ſalvo tamen ſemper jure addendi vel diminuendi &c.

De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis, Magiſter Johannes Rouſſelli Conſiliarius & Procurator prædictus, tam nomiue Illuſtriſſimi Principis, quàm etiam omnium aliorum prædictorum petiit ſibi fieri & dari à Nobis Notariis publicis infraſcriptis inſtrumentum unum vel plura. Acta fuerunt hæc in Oppido Brugenſi, Tornacenſis Dioeceſis, in Aula Domûs præfati Domini Archiducis, ſub anno, Indictione, menſe, die & Pontificatu præſcriptis, præſentibus ibidem Illuſtri, Generoſis, Clariſſimis, Nobilibus, & Magnificis Viris Dominis Thoma de Pleumes Milite, Domino de Maigny Cancellario, Engelberto Comite de Naſſou Domino de Breda &c. Bernardo Marchione Badenſi, Philippo de Burgundia Domino de Beuris & de Veris, Balduino de Burgundia Domino de ...... Balduino de Lannoy Domino de Molembeis, Hugone de Melun Burgravio Gandenſi, & Jacobo de Lucemburch Domino de Fiennes Militibus, Joanne Vincencii Præpoſito Caſletenſi, Ricardo de Capella Cantore & Canonico Sancti Donatiani Brugenſis, Ludovico Veury Decano Dolenſi, Thoma de la Papoire Domino de Pippoy, Judoco Quicny Domino de Elſen, Gerardo des Pleumes, Johanne Sucquet, Fernando de Lucerne & Johanne Doublet Conſiliariis & Magiſtris Requeſtarum hoſpicii, Gerardo Numan Audientiario, Laurentio du Blioul Ordinis Velleris Grafiario, Johanne de Longavilla, Bartholomeo le Febure, Hugone le Cocq, & Joanne le Borgne Secretariis ordinariis, ac pluribus aliis Nobilibus, Conſiliariis, & Secretariis prælibati Excellentiſſimi Principis noſtri, & ejus Curiam ſequentibus, in multitudine copioſa ibidem congregatis, Teſtibus aſtantibus, ad præmiſſa & alia audiendum & videndum vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego Bernardinus de Salmatis, Clericus Tornacenſis Dioceſis, publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus, nec non Venerandorum Patrum Dominorum Decani & Capituli inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Donatiani Brugenſis dictæ Dioceſis Scriba & Notarius, quia prædictæ appellationis interpoſitioni, apoſtolorum petitioni, proteſtationi, ſubmiſſioni, præmiſſiſque omnibuſque ſingulis, dum ſic ut præmittitur agerentur & fierent, unà cum prænominatis Nobilibus ac Teſtibus, nec non Joanne Canis Illuſtriſſimi Principis noſtri Secretario digniſſimo, & Gregorio Nys, Artium Magiſtris & Notariis publicis, unà mecum interpellatis præſens interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, ſcivi & audivi, igitur hoc præſens publicum inſtrumentum manu alterius ſcriptum confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis me in hac propria manu ſubſcribendo ſignavi in fidem præmiſſorum, rogatus & unà cum præ & infraſcriptis Notariis requiſitus. *Signatum:* Bernardinus de Salmatis.

Et Ego Gregorius Nys in Artibus Magiſter, publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius, quia prædictæ appellationis interpoſitioni, apoſtolorum petitioni, proteſtationi aliiſque præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut præmittitur fierent dicerentur & agerentur, unà cum Magiſtro Bernardino Notario præſcripto, & Domino Johanne Notario ſubſcripto, unà cum præſcriptis Teſtibus vocatis præſens interſui, eaque ſic fieri vidi, ſcivi & audivi; ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu alterius, me aliis occupato negotiis, fideliter ſcriptum ex inde confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignum meum manuale ſolitum & conſuetum hic apponendo in fidem robur & valedinis Teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus & rogatus. *Signatum:* G. Nys.

Et Ego Joannes Canis Clericus Morinenſis Dioceſis, Artium Magiſter, ac publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius, quia prædictæ appellationis interpoſitioni, apoſtolorum petitioni, proteſtationi, ſubmiſſioni, præmiſſiſque omnibus & ſingulis dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum Magiſtris Bernardino de Salmatis, & Gregorio Nys Notariis publicis mecum dicto actu rogatis ac Teſtibus præſcriptis præſens interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, ſcivi & audivi, ideo huic publico præſenti inſtrumento manu alterius ſcripto, Signum meum inſtrumentis apponi conſuetum appoſui, me etiam hìc propriâ manu unà cum dictis Notariis ſubſcribendo in fidem præmiſſorum requiſitus & rogatus. *Signatum:* Joannes Canis Notarius.

CAPUT

Hujus Appellationis meminit Philippus Pulcher in Edicto ſuo edito 20. Maii 1497 circa Bullas exſpectativas aliaſque proviſiones Apoſtolicas: in quo Edicto declarat, ſe eidem Appellationi adhærere, eamque laudare. Extat hoc Edictum Gallicè vol, 1. Edictorum Flandriæ Lib. 1. Rub. 8. fol. 209.

Digitized by Google

CAPUT CLVIII.

Petrus Quicke *Epiſcopus Tornacenſis, in Eccleſia S. Salvatoris Brugis inſtituit Capitulum Canonicorum cum Decano, anno* 1501.

Ex MS. Archivis Capit. S. Salvatoris.

PETRUS (1) Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Tornacenſis, univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

HODIE ſtatum Eccleſiæ noſtræ (2) S. Salvatoris Brugenſis, noſtræ Diœceſis, in melius reformantes, ex debito Paſtoralis Officii noſtri, motu proprio, & ut Viri probi, graves, & eruditi in dicta Eccleſia noſtra libentiùs perſonaliter reſideant, nomen Capellanorum & aliorum Beneficiatorum de gremio Chori dictæ Eccleſiæ noſtræ abolevimus, & extinximus;

IPSOSQUE, & ejuſdem Eccleſiæ noſtræ pro tempore Curatos, Canonicos deinceps vocari volumus, mandamus & præcipimos; & eorum Collegium in Canonicorum Capitulum ereximus; nec non almutia, cappas, omniaque inſignia Capitularia inſtar aliorum Capitulorum ejuſdem Oppidi cum plena integritate conceſſimus & indulſimus; prout in aliis noſtris deſuper confectis Litteris latiùs continetur.

VERUM ut hujuſmodi Capitulum per Nos erectum, copiâ dignorum Virorum prætulgeat, per quos honor ejuſdem Eccleſiæ noſtræ peramplius creſcere dignoſcatur, agendaque Capituli prædicti ſalubrius dirigi poſſint pariter & gubernari, nomen Rectoriæ dictæ Eccleſiæ noſtræ, quæ, illius vacatione occurrente, per Collegium dictorum Beneficiatorum electiva fuit, jam per obitum quondam Magiſtri Judoci de Smet, illius dum vixit noviſſimi Rectoris, vacantis, etiam abolemus & extinguimus;

ILLAMQUE in Decanatum, & eo nomine perpetuam Eccleſiaſticam Dignitatem, per Capitulum, illius vacatione occurrente, electivam, cui Cura animarum omnium Suppoſitorum dictæ Ecceleſiæ noſtræ, quæ Rectori pro tempore exiſtenti imminere ſolebat, de cætero imminebit:

SINGULASQUE Curæ dictæ Eccleſiæ, quæ per tres Rectores portionariè regi & gubernari conſuevit, Portiones, quarum primam Magiſter Joannes de Cauwenberghe, ſecundam Magiſter Nicolaus Horun, & tertiam, in lite ut aſſeritur exiſtentem, Magiſter Jacobus Hellin Presbyteri poſſident, in perpetuas Eccleſiaſticas Dignitates collativas, primam videlicet in Perſonatum, ſecundam in Præpoſituram, & tertiam Portiones prædictas in Theſaurariam, cum inſigniis ad Dignitates requiſitis, Curâ animarum, quæ eis imminet, remanente, motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, animo deliberato, auctoritate noſtrâ prædictâ erigimus, & Dignitates deinceps fore decernimus.

PRÆDICTASQUE Portiones, primam videlicet Perſonatum, ſecundam verò Præpoſituram, & tertiam Theſaurariam, prædictoſque videlicet Magiſtros Joannem de Cauwenberghe primæ Perſonam, Nicolaum Horun ſecundæ Præpoſitum, & Jacobum Hellin tertiæ Theſaurarium, Portionum prædictarum modernos poſſeſſores, eorumque Succeſſores qui pro tempore erunt, deinceps vocari & nominari volumus, prout Nos etiam illas & illos tales vocamus & nominamus.

CUM autem Rectoria prædicta, quam in Decanatum & Dignitatem electivam ereximus, nullos habuerit vel habeat certos fructus, qui onera illius in toto vel in parte ſuſtinere poſſent, præterquam aliqua parva emolumenta, occaſione receptionis Beneficiatorum dictæ Eceleſiæ noſtræ caſu occurrente advenientia, quæ tam propter casûs raritatem, quàm profectûs exiguitatem non veniunt quodammodo æſtimanda; ne propterea hujuſmodi Dignitas Decanalis à memoria labatur vel extinguatur, ſed in ſua erectione conſervetur & augeatur; Nos titulum Canonicatûs & Præbendæ dictæ Eccleſiæ per mortem primi Canonici decedentis, dummodo tamen Canonicos ipſe aliquarum Portionum prædictarum Curatus non exiſtat, vel aliàs per reſignationem ſimpliciter in favorem Præbendæ dictæ Decanalis Dignitatis in manibus noſtris vel alterius cujuſcumque ad hoc poteſtatem habentis faciendam vacaturorum, poſt vacationem hujuſmodi ex nunc prout ex tunc, & è converſo, ſupprimimus & extinguimus, ſuppreſſoſque & extinctos eſſe cenſemus.

PRÆBENDAM verò dicti Canonicatûs ſic ſuppreſſi & extincti, dicto Decanatui pro Menſa Decani pro tempore exiſtentis; nec non onera dictis Canonicatui & Præbendæ jam annaliter ex vi Fundationis incumbentia, ne Fundatoria fraudetur intentio, eidem Decanatui applicavimus

(1) PETRUS QUICKE, Gandavenſis, Monachus primùm Ciſtercienſis Abbatiæ B. M. de Dunis, dein Abbas S. Amandi Elnonenſis, conſecratus eſt in Epiſcopum Tornacenſem anno 1497. Brugis in Eccleſia S. Salvatoris, quam dein Collegiatam fecit. Rexit tempore difficillimo, Competitorem nactus Ludovicum Pot, qui etiam fuit Lactorenſis Epiſcopus. Vivere deſiit Quickius Epiſcopus Valencenis anno 1506, ſepultus in Abbatia S. Amandi.

(2) S. SALVATORIS ECCLESIA BRUGIS in Collegiatam evecta anno 1501. primò præter Decanum, & tres Paſtores trium (ut vocant) Portionum ſen Diſtrictuum in eâdem Eccleſia, viginti habuit Canonicos: qui anno 1600. ad numerum duodenarium redacti ſunt. Præbendas alternatim conferunt Epiſcopus Brugenſis & Capitulum. Vide Diploma ſupra editum pag. 1108. & corrige in Notis, quæ hic emendanda obſervavimus.

mus & applicamus; illaque & Miſſas ex Fundatione celebrari debitas per Decanum pro tempore exiſtentem ſupportari & celebrari volumus;

Ordinantes, quod vacatione dicti Decanatûs occurrente, quoties illa occurrerit, Domini Capitulares dictæ Eccleſiæ noſtræ ad electionem novi Decani procedant, & unum è Canonicis Præbendatis dictæ Eccleſiæ noſtræ, & non alium, in Decanum canonicè aſſumant.

Qui ſic aſſumptus, ſuæ electionis Confirmationem, quam Nobis & Succeſſoribus noſtris Tornacenſibus Epiſcopis reſervamus, tenebitur obtinere: alioquin jus inde diſponendi ad Nos & Succeſſores noſtros Tornacenſes Epiſcopos plenariè devolutum fore cenſemus.

Cui quidem Decano pro tempore exiſtenti Perſona, Præpoſitus, & Theſaurarius prædicti qui ſunt & pro tempore erunt, tanquam Canonici & Capitulares, non autem ad cauſam Curæ animarum eis imminentis, ſubjecti eſſe dignoſcantur.

Nos etiam cum Canonicis ſingulis ſupradictis, etiam ſi dictorum Portionum Curati exiſtant, quatenus retinendo hujuſmodi ſuos Canonicatus & Præbendas & Dignitates ex portionibus prædictis erectas, vel aliàs de novo erigendas, dummodo Capitulares fuerint, ut ad dictum Decanatum canonicè aſſumi, & poſtquam aſſumpti & per Nos confirmati fuerint, eundem Decanatum, nec non priores Canonicatus & Præbendas, Dignitateſque ex dictis portionibus jam erectas, & aliàs de novo erigendas, quos & quas priùs obtinuerunt, ſimul ſub tecto dictæ Eccleſiæ noſtræ, fructuum exiguitate attentâ, retinere poſſint & valeant, quantum opus eſt, eâdem Authoritate Noſtrâ diſpenſavimus & diſpenſamus; idque eis & cuilibet eorum in ſolidum gratioſè concedimus & indulgemus.

Datum & actum Antverpiæ, Cameracenſis Diœceſis, ſub Sigillo noſtro ſubtus appenſo, anno Domini milleſimo quingenteſimo primo, 1501.
menſis Septembris die vigeſimâ ſeptimâ.

CAPUT CLIX.

Ludovicus Guillard, *Epiſcopus Tornacenſis, erectionem Capituli Canonicorum in Eccleſia S. Salvatoris Brugis, factam anno* 1501. *à Prædeceſſore ſuo* Petro Quicke, *confirmat & ampliat anno* 1518.

Ex iiſdem Archivis.

Ludovicus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Tornacenſis, univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis, lecturis pariter & audituris, ſalutem in eo, qui eſt omnium ſalus & ſempiterna protectio.

Zelus Domûs Dei, & dilectionis Chriſti fidelium, præſertim Deo fideliter jugiterque militantium, Nos inducunt, ut ad ea concedenda Nos eò faciliores & propriores reddamus, quò quæ ſalubriter per Nos conceſſa fuerunt, eadem ad honorem & laudem ejuſdem Omnipotentis Dei ac Eccleſiæ ſuæ Sanctæ proſperum ac tranquillum ſtatum, nec non Eccleſiaſtici cœtûs augmentum vergere conſpexerimus, & eſſe profutura.

Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Prædeceſſores noſtri Tornacenſes Epiſcopi piè conſiderantes Eccleſiam noſtram S. Salvatoris in inſigni Oppido Brugenſi noſtræ Diœceſis, ſolemni opere conſtructam, venerabilem & inter multas Parochiales ejuſdem Oppidi Eccleſias capitalem & magis inſignem, habereque locum eapitularem, arcam, campanam, & coërcionem in omnes dignæ Eccleſiæ Beneficiatos Clericos & Servitores, ut pene nil pro nomine Capellanorum niſi nomen Canonicorum deeſſe videretur; nomen Capellanorum aboleverunt & extinxerunt; ipſoſque Capellanos, & dictæ Eccleſiæ tres Curatos Portionarios, à quibus tamquam Paſtoribus regi ſolebat, Canonicos ex tunc in antea vocari voluerunt, præceperunt & mandarunt; ac eorum Collegium in Canonicorum Capitulum erexerunt, almutia, cappas, & alia inſignia Capitularia inſtar aliorum Capitulorum ejuſdem Oppidi eis concedendo & indulgendo.

Erectio Canonicatuum.

Et deinde ut hujuſmodi Capitulum ſic in Collegiatum erectum, copiâ virorum dignorum præfulgeret, per quos agenda ipſius Capituli utiliùs & ſalubriùs dirigerentur, nomen Rectoriæ ibidem, quæ illius vacatione occurrente, per Collegium dictorum Beneficiatorum electiva fuit, tunc per obitum quondam Magiſtri Judoci Fabri, illius dum vixit noviſſimi Rectoris vacantis, etiam aboleverunt & extinxerunt; illamque in Decanatum & eo nomine perpetuam Dignitatem, per Capitulum illius vacatione occurrente electivam, cum Cura animarum omnium Suppoſitorum dictæ Eccleſiæ noſtræ, quæ Rectori pro tempore exiſtenti imminere ſolebat, & ex tunc in antea immineret;

Erectio Decanatus.

Singulaſque Curæ dictæ Eccleſiæ noſtræ, quæ per tres Rectores Portionarios regi & gubernari conſuevit, Portiones, quarum primam Magiſter Joannes de Couwenbergh, ſecundam vero Magiſter Nicolaus de Hoome, & tertiam in lite ut aſſerebatur exiſtentem Magiſter Joannes Hellin, Presbyteri, tunc poſſidebant, in perpetuas Eccleſiaſticas Dignitates collativas; primam videlicet in Perſonatum, ſecundam in Præpoſituram, & tertiam Portiones prædictas in Theſaurariam, cum inſigniis & Dignitatibus requiſitis,

Erectio Paſtoratuum in Canonicatus & Dignitates.

quiſitis, Curâ animarum quæ eis imminebat remanente, Authoritate ſuâ Ordinariâ etiam erexerunt, Dignitates deinceps fore decernentes.

Prædictasque Portiones, primam videlicet Perſonatum, ſecundam verò Præpoſituram, & tertiam Theſaurariam, prædictoſque videlicet Magiſtros, Joannem de Coudenbergh primæ Perſonam, Nicolaum de Hoorne ſecundæ Præpoſitum, & Jacobum Hellin tertiæ, Portionum prædictarum modernos poſſeſſores, eorumque Succeſſores qui pro tempore forent, Theſaurarium, deinde vocari & nominari volentes.

Præbenda unita Decanatui.

Et dicto Decanatu in Dignitatem electivam, ſicut præmittitur, erecto, propter exiguitatem & tenuitatem fructuum & emolumentorum ſibi incumbentium, Præbendam primi Canonicatûs in dicta Eccleſia ex tunc in anrea per illius noviſſimi poſſeſſoris obitum vacantis, extincto nomine Canonicatûs, pro Menſa ipſius Decani pro tempore exiſtentis, ſupportatis tamen per Decanum oneribus ex vi fundationis illi incumbentibus, perpetuò applicantes & applicatam eſſe volentes, pro noſtra authoritate jam applicata exiſtit: ſicut hæc & alia per inde confectas præfatorum Prædeceſſorum noſtrorum & noſtras Litreras lucidiùs conſtare dignoſcuntur.

Erectio Scholaſtriæ & Cantoriæ.

Nos Ludovicus Epiſcopus antedictus, qui non minore favore quàm præfati Anteceſſores noſtri erga prædictam Eccleſiam & illius ſuppoſita & membra afficimur, eamque & ea pro viribus benignè & favorabiliter proſequi & ampliare ſatagimus, piè conſiderantes in eadem noſtra Eccleſia duas eſſe Præbendas, quæ *Majoris Altaris* vulgò vocantur, quarum alteram venerabilis Vir Magiſter Joannes Blocqueel Curiæ noſtræ Tornecenſis ſigillifer, alteram verò Domious Petrus de Weſtvoorne Presbyteri reſpectivè nunc obtinent & poſſident; quas ut eò libentiùs Viri probi & graves ad eandem Eccleſiam confluerent, & illius promotiones anhelarent, quò ſe viderent ibidem amplioribus honoribus & prærogarivis præditos; utque Eccleſia ipſa ex eorum fideli ſervitio & miniſterio proſperius ſuſcipiat incrementum; benè expediret & honeſtati congrueret in perpetuas Dignitates Eccleſiaſticas collativas, dictam videlicet Magiſtri Joannis Blocqueel in Scholaſtriam, & ſecundam Domini Petri prædictorum in Cantoriam erigi; ipſoſque & eorum Succeſſores pro tempore exiſtentes Scholaſticos & Cantores reſpectivè vocari.

Notum igitur facimus, quod Nos, Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, & omnia per eos in dicta Eccleſia erecta, geſta & peracta approbando & confirmando, prædictis attentis, & firmâ ſpe ducti, quod prædicti Domini Joannes Blocqueel & Petrus Weſtvoorne fidelirer & laudabiliter in prædicta Eccleſia ſervient & laborabunt, dictaque ſua Beneficia & Dignitates antedictas de bonis ſibi à Deo collatis ampliùs augmentare ſtudebunt: prædictas duas

Præbendæ Majoris Altaris ad collationem Epiſcopi.

Præbendas *Majoris Altaris* antiquitùs appellatas, in Dignitates Eccleſiaſticas collativas, ad noſtram plenam collationem & diſpoſitionem, illarum vacatione occurrente, ut priùs ſpectantes, primam ſcilicet dicti Magiſtri Joannis Blocqueel in Scholaſtriam, & ſecundam Domini Petri in Cantoriam;

Ita quod præfatus Magiſter Joannes Blocqueel, & ſui poſt eum in dictis Canonicatu & Præbenda Succeſſores, Scholaſticus, qui circa regimen Scholarum & pueros Chorum viſitantes; dictus verò D. Petrus de Weſtvoorne, & Succeſſores ſui in eodem Beneficio, Cantor, qui circa Magiſtrum Cantûs, Clericos inſtallatos, pueros Chorales & Chori cerimonias, curam, ſollicitudinem & correptionem reſpectivè, ſicut in Eccleſia S. Donatiani prædicti Oppidi dumtaxat haberent, & rebelles inobedientes per Decanum & Capitulum antedictæ Eccleſiæ juxta caſuum exigentiam puniri facerent & procurarent, reſpectivè vocentur & appellentur, cum inſigniis ad Dignitatem Eccleſiaſticam requiſitis, expreſſo ad hoc interveniente prædictorum Decani & Capituli conſenſu, Authoritate noſtrâ Ordinariâ ereximus & erigimus;

Volentes, cenſentes, & ordinantes, quod præfarus Magiſter Joannes Blocqueel Scholaſticus, dictus verò Dominus Petrus Cantor, ac Succeſſores eorumdem poſt eos, dictorum Canonicatuum poſſeſſores pro tempore exiſtentes, vocentur & nominentur:

Conditione tamen adjectâ, quod ille qui ex dictis Cantore & Scholaſtico Senior fuerit in receptione, alterum præcedet in Choro, Capitulo, Proceſſionibus & ſingulis aliis Actis.

Paſtores S. Jacobi & S. Walburgis annumerantur Canonicis.

Quodque Curati Eccleſiarum Parochialium SS. Jacobi & Walburgis prædicti Oppidi conſuerum ſuum locum ſemper obtinebunt;

Officiati autem antedictæ Eccleſiæ, qui aliquando Scholaſticus & Cantor appellari conſueverunt, deinceps Magiſter Scholarum & Cantûs reſpectivè appellentur: ſuperioritate tamen dicti Decani in eadem Eccleſia & jure cujuſlibet in omnibus ſemper ſalvis.

Dotatio Scholaſtriæ & Cantoriæ.

Et ne hujusmodi Dignitates ſine dote erectæ cenſeantur, præfatus Magiſter Blocqueel in augmenrum dictæ Scholaſtriæ dedit & donavit perpetuò Domum & fundum quos obtinet & poſſidet hodierno die ſitos in platea argentea infra limites dictæ Parochiæ S. Salvatoris, vulgo nominatos *de Weirelt*; omneque jus & actionem ſibi in eis quomodolibet competentes, præfatæ Eccleſiæ ad opus hujuſmodi Scholaſtriæ & Scholaſtici ex nunc ceſſit & tranſportavit, nihil eorum ſibi reſervando: ſalvo onere unius libræ groſſorum reditûs vitalis ad vitam Antoniæ filiæ Jacobi de Landeghem, ſibi ſuper dictis domo & fundo aſſignato ſeu aſſignando & ſolvendo, ſi & cum ad ſtatum honeſti Conjugii vel Religionis pervenerit, redimibili tamen denario octavo.

Præfatus verò Dominus Petrus in augmentum hujuſmodi ſuæ Cantoriæ convênit, & fide mediâ promiſit acquirere, & juxta poteſtatem ſibi per Capitulum antedictæ Eccleſiæ traditam emere pretio ſexaginta librarum groſſorum monetæ Flandricæ domum & fundum quos nunc inhabitat præfatus Magiſter Joannes Blocqueel, etiam ſitos in eiſdem vico & Parochia,

Digitized by Google

appellatos *den Blauwen Hemele*, eoſque ſic acquiſitos, prædictæ Eccleſiæ ad opus hujuſmodi Cantoriæ dare, conferre & perpetuò aſſignare: ſalvâ tamen ſimili facultate hujoſmodi domum onerandi pro ſuo anniverſario, ſummam unius libræ groſſorum non excedendo.

Volentes inſuper & ordinantes, juxta deſiderium ipſorum DD. Joannis & Petri Fundatorum, quod quicumque poſt eos dictarum Scholaſtriæ & Cantoriæ poſſeſſores fuerint, perſonaliter reſideaot in eadem Eccleſia, & ſuis Dignitatibus inſerviant; alioquin fructibus, redditibus & proventibus earumdem omninò careant & fruſtrentur; dictique fructus, redditus & proventus cedant & maneant diſpoſitioni & ordinationi Decani & Capituli antedictæ Eccleſiæ, non obſtaotibus quibuſcumque privilegiis, indultis, gratiis, libertatibus, immunitatibus & perſonis quibuscumque, ſub quibusvis ipſorum tenoribus datis, indultis & coaceſſis, dandiſve, indulgendis & concedeodis.

Quocirca mandamus dilectis noſtris Decano & Capitulo antedictæ Eccleſiæ, quatenus, recepto à dictis Magiſtro Joanne & Petro ſolito & debito juramento, eos, videlicet dictum Magiſtrum Joaonem io Scholaſtriæ, Petrum verò in Cantoriæ hujuſmodi corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem reſpectivè ponant & inducant, ac eos & eorumdem quemlibet pro talibus teneant & habeant, ac teoeri & haberi faciant, adhibitis ſolemnitatibus in talibus ſolitis & conſuetis.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Litteris ad perpetuam rei memoriam Sigillum noſtrum magnum duximus apponendum.

Datum in dicto Oppido Brugenſi præfatæ
noſtræ Dioeceſis, anno à Nativitate Domini mil- 1518.
leſimo quingenteſimo decimo octavo, Indictione ſextâ, menſis verò Novembris die vigeſimâ, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Leonis Divinâ providentiâ Papæ X. anno ſexto, præſentibus ad hoc Venerabilibus & circumſpectis ac egregiis Viris, Dominis ac Magiſtris Petro Cotrel in Legibus Licentiato Archidiacono Brugenſi & Canonico Eccleſiæ noſtræ Tornacenſis ac Sancti Jacobi Brugenſis, & Guilielmo Bernard ejuſdem Eccleſiæ noſtræ Tornacenſis etiam Canonico, & unius trium Portionum prædictæ Eccleſiæ noſtræ S. Salvatoris Brugenſis reſpectivè Curatis Presbyteris, Teſtibus ad præmiſſa vocatis, requiſitis pariter & rogatis.

CAPUT CLX.

Carolus V. *Imperator Civitatem Moſætrajectinam in perpetuum unit Ducatui Brabantiæ anno* 1530.

Ex MS. Carolus V. Divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Caſtellæ, Arragoniæ, Legionis, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, Hungariæ, Croatiæ, Navarræ, Granatiæ, Sardiniæ, Corſicæ, Mureiæ, Giennis, Algarbi, Gibraltaris, ac Iaſularum Canariæ & Indiarum ac Terræ firmæ Maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Cariothiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, &c. Comes Flandriæ, Habsburgi, Tirolis, Brachiniæ, Arteſiæ, & Burgundiæ, Comes Palatinus, Haoniæ, Zelandiæ, Ferretis, Hiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceratunæ, & Zutphaniæ, Lantgravius Alſatiæ, Marchio Burgoviæ, Oriſlani, Ciatziani & Sacri Romani Imperii, Princeps Zueviæ, Catholoniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Phriſiæ, Marchiæ, Sclavooiæ, Portis Naonis, Biſcaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Cùm Nos ſuperioribus annis concordibus Principum Electorum ſuffragiis ad Romani Imperii ſolium evecti eſſemus, & deindè hoc anoo in Urbe Bononia à Sanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtio Clemente Divinâ providentiâ Papâ VII, Sanctæ Romaoæ, univerſaliſque Eccleſiæ Pontifice Maximo Imperiale diadema ſuſcepiſſemus, incredibile dictu quàm ac ſummè, acceſſione & incremento Dignitatis, Provinciæ noſtræ hereditariæ Inferioris Germaniæ gaviſæ & exhilaratæ fuerint: ſed in primis mira ac incredibili quâdam lætitiâ ſubditi noſtri Ducatuum noſtrorum Lothariogiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Marchionatûs Sacri Imperii & Terrarum ſeu Domioiorum de *Roden* & de *Kerpen*, nec non infra cæteros Diſtrictus prædictis Ducatibus, Marchionatui, Terris & Dominiis appendentes & connexos inhabitantes affecti ſuot: qui ut pulcherrimis gratiis & privilegiis à Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædeceſſoribus noſtris pro ſingulari ſuo in Sacrum Romaoum Imperium ſtudio donati ac præditi eſſent; ita ea ſibi non ſolùm iotegra & illibata obſervatum iri, ſed Nobis imperantibus, ut par eſt, auctiora & ampliora etiam futura ſperarunt; quorum ſubditorum noſtrorum exſpectationi & ſingulari ſtudio fidei & obſervantiæ, dignè reſpondere cupientes, eoruodem ooſtrorum Ducatuum, Marchionatûs, Dominiorum, appendentium & connexorum privilegia præſenti Diplomate Bullæ noſtræ Aureæ ad perpetuam rei memoriam in hoc Cooveotu noſtro Imperiali Auguſtenſi, de Principum & Procerum noſtrorum conſilio, pro muoificentia noſtra coofirmanda, declaranda, extendenda, augeoda,

augenda, & amplianda, dignum duximus.

Cùm itaque à Divo Romanorum Rege Prædeceſſore noſtro Carolo IV. Ducibus Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, eorumque Succeſſoribus in dictis Ducatibus ob illorum benè merita, & debitæ fidelitatis obſequia Sacro Romano Imperio præſtita, conceſſum fuerit privilegium Exemptionis, Superioritatis & Juriſdictionis; cujus tenor ſequitur & eſt talis. &c.

Quod quidem privilegium à Divo Romanorum Rege Prædeceſſore noſtro Sigiſmundo, de Procerum Sacri Romani Imperii conſilio, ad inſtantiam Oppidanorum, Incolarum, Habitatorum & Communitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum & locorum Ducatuum Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, ac Marchionatûs Sacri Romani Imperii, nec non Dominiorum de *Roden* & de *Kerpen* uberiùs declaratum & extenſum extitit, cujus etiam tenor ſequitur, & eſt talis. &c.

Deinde à Divo Imperatore Cæſare Maximiliano Avo noſtro Paterno, præclariſſimæ memoriæ, ad noſtram inſtantiam & Oppidorum, Villarum, Caſtrorum, Univerſitatum, omniumque & ſingulorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, Nobilium & Plebæorum intrà Ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Marchionatum Sacri Romani Imperii, & Terras ſeu Dominia de *Roden* & de *Kerpen*, nec non inter cæteros Diſtrictus prædictis Ducatibus, Marchionatui, Terris & Dominiis appendentes & connexos inhabitantium, etiam de Procerum Sacri Romani Imperii conſilio adhuc uberiùs interpretatum etiam confirmatum extitit. Cujus tenor etiam ſequitur de verbo ad verbum & eſt talis, &c.

Præterea cum certam notitiam habeamus Nobiſque plenariè conſtet, Prædeceſſorem noſtrum in Sacro Romano Imperio Divum Philippum II. Romanum Regem donaſſe inter cætera Henrico IV. Duci Lotharingiæ & Brabantiæ Oppidum ſeu Civitatem Trajectenſem cum omnibus Juſtitiis & Appendentiis ſuis extrà Civitatem & intrà, cum Eccleſia S. Servatii, quemadmodum in privilegio deſuper confecto & dato anno M. CC. IV. latiùs continetur, cujus tenorem hìc pro expreſſis haberi volumus, quam etiam donationem ſeu conceſſionem diverſi Romanorum Imperatores & Reges innovarunt, ratificarunt, & confirmarunt; & præſertim Divus Fridericus II. Romanorum Rex, prout conſtat ex ejus privilegio dato & conceſſo anno M. CC. XIV. cujus etiam hìc privilegii tenorem pro expreſſis haberi volumus;

Et quoniam Prædeceſſores noſtri Duces Lotharingiæ & Brabantiæ his & aliis donationibus innixi dictum Oppidum Trajectenſe ad Moſam cum omnibus Juſtitiis & appendentiis ſuis, uti Allodium & connexum, nec non unitum & incorporatum Ducatui noſtro Lotharingiæ & Brabantiæ tenuerunt, habuerunt & poſſederunt; & noſtri ſit officii Provincias noſtras hæreditarias & præcipuè inſignes Ducatus noſtros Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatum Sacri Romani Imperii, Terras ſeu Dominia de *Roden* & de *Kerpen*, nec non Diſtrictus prædictis Ducatibus, Marchionatui, Terris & Dominiis annexos & connexos, non ſolùm in privilegiis & antiquis laudabilibus conſuetudinibus, exemptionibus, gratiis, immunitatibus, libertatibus, & prærogativis ſuis conſervare, manu-tenere, & defendere; ſed ea etiam amplioribus favoribus & gratiis proſequi;

Ideo motu proprio, Principum Comitum & Baronum noſtrorum & Sacri Romani Imperii accedente maturo conſilio, animo deliberato, ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis noſtræ Cæſareæ, præinſerta, nec non prætacta omnia & ſingula privilegia à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Imperatoribus & Regibus, Ducibus ſeu ipſis Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Marchionatui Sacri Imperii, Terris ſeu Dominiis de *Roden* & *Kerpen*, nec non Diſtrictibus prædictis, Ducatibus, Marchionatui, Terris & Dominiis annexis & connexis quomodolibet conceſſa confirmavimus, approbavimus, innovavimus, & de novo conceſſimus tenore præſentium, ea omnia in ſingulis ſuis articulis, clauſulis, & punctis confirmamus, roboramus, ratificamus, approbamus, innovamus & de novo concedimus, ſupplentes ex ejuſdem plenitudine poteſtatis & certâ ſcientiâ omnes & quoſcumque defectus juris & facti.

Declarantes & perpetuo Edicto ſtatuentes, prænominatum Oppidum Trajectenſe cum omnibus Juſtitiis & Appendentiis, ejuſque Diſtrictum & Territorium, ejuſque Habitatores & Incolas pro Allodio incorporato, annexo & unito Ducatui noſtro Lotharingiæ & Brabantiæ, haberi, teneri, reputari, cenſeri & judicari debere, & conſequenter ſub privilegiis Ducatûs noſtri Lotharingiæ & Brabantiæ haberi, teneri, reputari, cenſeri & judicari debere comprehenſum.

Et quo futuris perpetuis temporibus hujus rei dubium prorsùs tollatur & auferatur, proque abundantiori cautela, ex prædictis certa ſcientia & plenitudine poteſtatis Imperialis dictum Oppidum Trajectenſe, ac ejus Incolas & Habitatores cum omnibus prædictis Juſtitiis & Appendentiis & univerſo ſuo Territorio tam citrà quàm ultrà Moſam Allodium Ducatûs noſtri Lotharingiæ & Brabantiæ facimus, & uti Allodium eidem Ducatui per præſentes annectimus, incorporamus, & unimus; declarantes ac irrevocabili Edicto ſtatuentes & volentes, ne Incolæ, Degentes, Reſidentes aut Habitatores prædictorum Ducatuum Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatûs Sacri Imperii, Terrarum ſeu Dominiorum de *Roden* & de *Kerpen*, nec non prædicti Oppidi Trajectenſis ejuſque Territorii ac aliorum Diſtrictuum dictis Ducatibus, Marchionatui, Terris & Dominiis annexorum & connexorum, à Nobis, neque à Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, neque à quibuſcunque aliis, cujuſcunque gradûs, ſtatûs, & conditionis exiſtant, extrà dictos Ducatus, Marchionatum, & Dominia, nec non Diſtrictus eis annexos & connexos, ſalvis exceptionibus in prioribus privilegiis compre-

comprehenſis, citari, in jus vocari, banniri, proſcribi, arreſtari, detineri, impignorari, neque quoquo modo contrà illos aut eorum res, actiones, bona, vel jura procedi poſſit, neque à ſententiis interlocutoriis, aut diffinitivis, per illos judices in dictis Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatûs, Dominiis, Territoriis & Diſtrictibus annexis & connexis, aut Oppido Trajectenſi latis, ſive per Scabinos Curiæ Leuculenſis, vulgariter *Vroonhoff* dictæ, aut per alios Judices ibidem juſtitiam noſtro nomine uti Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ adminiſtrantes, ad Nos aut Succeſſores noſtros in Romano Imperio pro tempore exiſtentes, neque ad Judicem Cameræ aut Curiæ noſtræ Imperialis ſeu Regalis, neque ad alia quæcunque Sacri Romani Imperii Judicia, neque cujuſcunque Principis delegati aut inpoſterum delegandi, quoquo modo appellari, recurri, reduci, ſupplicari, provocari, aut ab eis inſtrui valeant; ſed tantummodo ad Judices immediatos in dictis Ducatibus Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatu, Dominiis, Territoriis & Diſtrictibus tam dicti Oppidi Trajectenſis, quàm aliis eis annexis & connexis reſidentes, & poſtremò ad Cancellariam Conſiliumque Brabantiæ, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, ordinationibus, conſtitutionibus, legibus & Statutis publicis & privatis, ſub quacumque verborum forma editis ſeu edendis, & aliis quibuſcumque quæ huic noſtræ declarationi & conceſſioni refragari poſſent.

Quibus omnibus tenore præſentium derogamus, & derogatum eſſe volumus, quod per præſentes expreſſiùs & diſtinctiùs declaraſſe volumus, quòd fide digno teſtimonio fuerimus edocti his proximis annis in grave præjudicium & damnum privilegiorum & exemptionum Ducatuum noſtrorum Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatûs & Dominiorum, Oppidorum & Terrarum eiſdem annexarum, Burghimagiſtros & Conſules ac alios fortè Judices in Civitate & Sede noſtrâ Regiâ Aquiſgrani juſtitiam adminiſtrantes, nec non Judices & Aſſeſſores judicii Cameræ noſtræ Imperialis, ad inſtantiam tam ſubditorum quàm non ſubditorum dicti Oppidi noſtri & Territorii Trajectenſis, ac etiam ad petitiones Fiſcalium, Procuratorum dictæ Curiæ Imperialis in contrarium attentâſſe.

Decernentes libellos dimiſſorios, appellatorios, Litteras citatoriales & pœnales, Banni Imperialis & aliarum mulctarum contra dictos noſtros Judices in dicto noſtro Oppido & Territorio Trajectenſi jus dicentes, quibus juſſum ſuis parêre eorum mandatis & in materiâ appellationis deferre proceſſus coram eis in prima inſtentia ventilatos, cum actis & actitatis ad ipſos Judices Aquiſgranum, aut ad dictam Cameram Imperialem; quæ omnia & alia ſingula, ſi quæ fortaſſis in vel ſub aliquo prædictorum Ducatuum, Marchionatûs, Dominiorum, nec non diſtrictuum eis annexorum hactenus contigerunt aut de cætero contingent, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis noſtræ Cæſareæ utì irrita & nulla & uti contrà mentem & voluntatem noſtram, ac in præjudicium privilegiorum Ducatuum noſtrorum Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, Terrarum, Dominiorum & annexorum ſuorum attentata revocamus, annullamus, extinguimus, eiſque perpetuum ſilentium imponimus.

Et ideò mandamus & præcipimus univerſis & ſingulis Sacri Romani Imperii Principibus tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Sacri Romani Imperii Vicariis, ſeu eorum Loca-tenentibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & præcipuè Judicibus & Aſſeſſoribus judicii Cameræ noſtræ Imperialis, præſentibus & futuris, & aliis quibuſcumque Sacro Romano Imperio jus dicentibus, quocumque nomine & titulo nuncupentur, etiamſi Principum Electorum dignitate præfulgeant, ne hanc noſtram confirmationem, ratificationem, approbationem, declarationem, de novo conceſſionem & in Allodium erectionem, unionem & incorporationem, ac in contrarium attentatorum revocationem & deſtructionem, neque præfata privilegia, exemptiones prædictorum Ducatuum noſtrorum Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, neque Dominiorum eiſdem Ducatibus annexorum, connexorum & unitorum, directè vel indirectè ac quovis quæſito colore infringant, impediant, violent, aut eis quovis modo contraveniant, ſed omnia inviolabiliter obſervent, & ab aliis obſervari faciant.

Et quo hæc noſtra confirmationis, conceſſionis, donationis & erectionis pagina perpetuis temporibus inviolato firmitatis robore fulciatur, ex eiſdem certa ſcientia & plenitudine poteſtatis Imperialis, Magnifico, honorabilibus, doctis, fidelibus, Nobis dilectis Cancellario & Conſiliariis Ducatuum noſtrorum Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, nec non Marchionatûs, Terrarum & Dominiorum prædictorum, præſentibus & futuris, tenore præſentium committimus & mandamus, eiſdem noſtras & Succeſſorum noſtrorum in Sacro Romano Imperio vices in hac parte committentes, quatenùs ſi ulli homines, cujuſcunque gradûs, conditionis & dignitatis exiſtant, prædictis privilegiis, gratiis, libertatibus, exemptionibus, ſeu huic noſtræ confirmationi, ratificationi, conceſſioni, erectioni, incorporationi, aut aliis quibuſcunque præſentibus noſtris Litteris contentis, quovis quæſito colore derogare aut contravenire, & hoc noſtrum mandatum Cæſareum contumaciter negligere & prætereire præſumant, contrà eoſdem & quemlibet eorum uti noſtros & Sacro Romano Imperio rebelles Authoritate Cæſareâ ad infraſcriptas pœnas & alias eorundem arbitrio imponendas procedant, ac eoſdem utì contumaces & rebelles & præſentis paginæ noſtræ infractores declarent, Banno Imperiali proſcribant, Juribus, ſtatu, gradibus, honoribus, & famâ privent, deſtituant, & cæteris pœnis omnibus afficiant, condemnent, & corrigant.

Statuentes & volentes, quod omne id & quidquid per præfatos Cancellarium, Conſiliarios

rios prædictorum Ducatuum Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Marchionatûs, Terratum & Dominiorum prædictorum contra hujuſmodi rebelles & contumaces & hujus Paginæ infractores futuris temporibus declaratum, Banno Imperiali proſcriptum, privatum, deſtitutum, judicatum, & cæteris pœnis affectum fuerit, tantum firmitatis & roboris habere debere, ac ſi à Nobis aut Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus aut Regibus, ſeu Camera noſtra Imperiali, declaratum, proſcriptum, bannitum, privatum, deſtitutum, & judicatum eſſet.

Volentes quoque & eorundem privilegiorum tam per Prædeceſſores noſtros quàm Nos, ſicuti præmittitur, conceſſorum tranſſumptis ubicunque tam judicialiter quàm extrajudicialiter, utì ipſis veris originalibus, fides integra adhibeatur.

Nulli ergò hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, conceſſionis, erectionis, incorporationis, commiſſionis, Paginam infringere, niſi noſtram & Sacri Romani Imperii graviſſimam indignationem & pœnam ducentarum marcarum auri puri, quarum centum Fiſco noſtro Cæſareo, centum verò Ducibus Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, irremiſſibiliter applicari debebunt, incurrere maluerint, harum teſtimonio Litterarum Sigilli noſtri Bullæ Aureæ munitione roboratarum.

Datum in Civitate noſtra Imperiali Auguſtæ, die primâ menſis Julii, anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo, Imperii noſtri decimo, aliorum verò Regnorum noſtrorum decimo quinto. 1530.

Sic ſignatum: Carolus, & in margine erat ſubſcriptum: *Albert.* Card. Moguntinus & Archicancellarius ſubſcripſit, & ſubſcriptum & ſignatum per Secretarium ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium: *Alexander Schynders.*

CAPUT CLXI.

Clemens VII. *Pontifex Canonicorum Collegium in honorem B. M. Virginis inſtituit* Hooghſtratæ *in Campinia anno* 1531. *ad inſtantiam* Antonii de Lalaing, *ejuſque Contboralis* Isabellæ de Culembourg.

Ex Archivis dicti Capituli.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ad Sacram Beati Petri Sedem, meritis licet imparibus, Divinâ diſpoſitione vocati, ad ea per quæ in ſingulis Eccleſiis Divinus cultus cum animarum Chriſti fidelium ſalute earumque in ſpirituali conſolatione augeatur, & Divinæ laudes jugiter exſolvantur, ac perſonis Divinis Officiis inibi inſiſtentibus opportunè ſubveniatur, nec non Nobis & Apoſtolicæ Sedi devoti id ferventer exoptantes & ad hoc opportuna auxilia exhibentes, ſpirituales à Nobis gratias & favores reportaſſe lætentur, noſtræ ſolertiæ curas libenter dirigimus, ac in iis prout expedire conſpicimus, commiſſi Nobis Paſtoralis Officii partes favorabiliter impertimur.

Dudum ſiquidem omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura & ſine Cura apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia & inantea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

Cum itaque poſtmodum Parochialis Eccleſia Sanctæ Catharinæ loci de *Hooghſtraeten*, Cameracenſis Diœceſis, per liberam reſignationem dilecti Filii *Guilielmi Gheben* nuper ipſius Eccleſiæ Rectoris, de illa quam tunc obtinebat per dilectum Filium *Joannem Colardi* Litterarum Apoſtolicarum Regiſtratorem, Procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, in manibus noſtris ſpontè factam & per Nos admiſſam, apud Sedem eandem vacaverit & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter Nos hâc vice diſponere potuerit ſive poſſit, reſervatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis; & ſicut exhibita Nobis pro parte dilecti Filii Nobilis Viri *Antonii de Lalaing* Comitis & Domini, & dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris *Yſabellæ de Culenborgh* ejus Conſortis, Comitiſſæ & Dominæ in temporalibus dicti loci & illius territorii, petitio continebat, aliàs poſtquam quondam *Joannes de Cuyck*, dum viveret Baro & Dominus in temporalibus loci & territorii prædictorum, ipſius *Antonii* in loco & territorio ejuſmodi Prædeceſſor, in dicta Eccleſia quatuor perpetuas Capellanias pro totidem perpetuis Capellanis, inibi Dominicis & Feſtivis ac certis aliis tunc expreſſis diebus Miſſas ac alia Divina Officia, ac ſeptem Horas Canonicas cum certis ſuffragiis & orationibus, & ſub certis modo & formâ similiter tunc expreſſis, celebraturis & decantaturis, licentiâ ſibi authoritate quarumdam Litterarum felicis recordationis Martini Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri deſuper impertitâ, inſtituerat & fundaverat ac dotaverat: cum dictus *Antonius* & *Yſabella* ejus Conſors piè ducti cuperent ad Omnipotentis Dei totiuſque Cæleſtis Militiæ laudem & gloriam ac Divini cultûs & ſpiritualis conſolationis augmentum Miſſas & alia Divina Officia ac Horas Cannnicas hujuſmodi in ipſa Eccleſia ſingulis diebus perpetuis futuris temporibus celebrari & decantari, ac in eadem Eccleſia inſtitutæ eſſent diverſæ aliæ perpetuæ Capellaniæ ad Decani pro tempore exiſtentis & dilectorum Filiorum Capituli Eccleſiæ Beatæ Mariæ Antverpienſis dictæ Diœce-

ſis, de antiqua & approbata hactenuſque pacificè obſervata conſuetudine collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu aliam diſpoſitionem pertinentes, pro diverſis aliis perpetuis Capellanis, ex quibus quatuor pro hujuſmodi Miſſis, Divinis Officiis & Horis Canonicis, ut præfertur, ſingulis diebus in ipſa Eccleſia Sanctæ Catharinæ perpetuò commodiùs & decentiùs celebrandis & decantandis, aliis primò dictis quatuor Capellanis convenienter aggregari, & ex eis unum Collegium octo Capellanorum erigi poſſit:

Idem *Antonius* & tunc Decanus dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ præfati & Capitulum ſuper præmiſſis tractantes, inter alia tranſegerunt & convenerunt, quod ex tunc de cætero pro hujuſmodi Miſſis, Officiis & Horis in dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ, ut præfertur, celebrandis & decantandis, eſſent in toto octo Preſbyteri & pro tempore exiſtens Rector ſcholarum dicti loci cum conſuetis ſcholaribus ſuis, & Cuſtos ipſius Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ: quorum quidem octo Capellanorum unus magis idoneus & qualificatus Rector ad Curam animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ S. Catharinæ exercendam, per ipſum *Antonium* & pro tempore exiſtentem Dominum in temporalibus territorii hujuſmodi ad ejus nutum amovendus nominaretur, qui Curam animarum hujuſmodi ab Ordinario loci reciperc, & in Conciliis Synodalibus comparere, & alia ipſi Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ incumbentia onera ſupportare; alius verò Director Chori nuncupandus per Rectorem & alios Capellanos Collegii hujuſmodi pro tempore exiſtentes eligeretur & ſimiliter ad eorum nutum amoveretur, qui plumbum modo infraſcripto diſtribuere, abſentes notare, & Chorum ut omnia ordinatè & regulariter in legendo, cantando, pronuntiando, accentuando, pauſando, auſcultando, incipiendò, finiendo procederent, & alia ſtatuenda & ordinanda debitè obſervarentur & manutenerentur, dirigere & ordinare, reſpectivè tenerentur:

Itaque ſi Rector, Curatus aut etiam Director prædicti ex aliqua cauſa, per alios Capellanos hujuſmodi alleganda, deſtituendus veniret, deſtitutio hujuſmodi, ad querelam aliorum Capellanorum videlicet, per Decanum & Capitulum ſi deſtituendus ex præſentatis per eos, aut per ipſum Comitem ſi ex præſentatis per eum foret, fieri ac cum ipſis Rectore & Directore de eorum ſtipendio per alios Capellanos conveniri deberet, ipſeque Director cum Rectoris, Curati & aliorum Capellanorum Collegii prædictorum conſilio correctionem exceſſuum in non obſervatione Statutorum, & ordinationum circa celebrationem & decantationem hujuſmodi Horarum & ſervitii Divini faciendarum, pro tempore commiſſorum ordinare & exequi, ac cuilibet Vicario per plumbum vel aliàs prout in Statutis deſuper edendis ordinaretur, Matutinis & Primæ continuatè decantandis unum groſſum, Tertiæ, Sextæ & Nonæ Horis ac majori Miſſæ medium ſtuferum, Veſperis & Completorio quartam partem unius ſtuferi, & Vigiliis mortuorum ſingulis quindecim diebus juxta fundationem dicti *Joannis* Baronis celebrandis intereſſenti medium groſſum monetæ Brabantiæ diſtribuere deberet & teneretur, ſalvo quod in Feſtis triplicibus omnia duplicarentur; & pariformiter fieret diſtributio Rectori ſcholarum præfato, qui pro ſe & ſuis ſcholaribus Choralibus reciperet, loco antiqui ſtipendii decem florenorum aureorum, tantum quantum unus ex dictis Capellanis, dum hujuſmodi Horis præſens aut in ſcholis Rectoris officium exercens foret:

Nec non cum ultra antiquam fundationem primò dictarum quatuor Capellaniarum per præfatum *Joannem* Baronem, ut præfertur, factam, pro Horis hujuſmodi ſingulis diebus decantandis & diſtribuendis modo præmiſſo faciendis, ſummam centum & viginti quinque florenorum aut eo circa annuatim aſſignari oporteret, quod ipſi Decanus & Capitulum dictæ Eccleſiæ S. Catharinæ Patroni ad inſtantiam præfatorum Comitis & *Iſabellæ* in Divini cultûs augmentum ac decantationis Horarum hujuſmodi fundationis & ordinationis per ſe vel Procuratores ſuos legitimos Romæ vel alibi ubi opus foret, unioni & incorporationi dictæ Eccleſiæ S. Catharinæ, erigendo Collegio hujuſmodi faciendis conſentirent, reſiduum verò, quod de dicta ſumma centum & viginti quinque florenorum deeſſet, ipſi Comes & ejus Conſors ſupplerent: ſalvo tamen quod per hujuſmodi conſenſum præfati Decanus & Capitulum in eorum jure Patronatûs ſeu collatione ordinaria quoad Beneficia in dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ fundata & erecta ac in poſterum fundanda & erigenda nullum penitus præjudicium paterentur, quo minùs ad illa dum vacarent prout ante unionem prædictam præſentare poſſent, & in recompenſam extinctionis juris Patronatûs quoad Eccleſiam Sanctæ Catharinæ hujuſmodi Decanus & Capitulum præfati, quatuor Capellanos, ex Presbyteris in eadem Eccleſia Sanctæ Catharinæ beneficiatis, ſi idonei forent, aut alios idoneos inibi non beneficiatos, qui unà cum aliis quatuor Capellanis ad quatuor Capellanias per dictum *Joannem* Baronem, ut præmittitur, fundatas, per ipſum Comitem pro tempore nominandos & præſentandos, de diſtributionibus prædictis, ut præfertur, aſſignatis & in futurum aſſignandis & augmentandis participarent & participare deberent, libere præſentare.

Itaque ſi per eoſdem Decanum & Capitulum pro tempore præſentati minùs idonei reperti forent, illos ad Rectoris, Curati, & Directoris, ac aliorum Capellanorum Collegii prædictorum, ſeu majoris partis eorum, querelam & ſupplicationem amovere & illorum loco alios idoneos præſentare & ſubſtituere deberent & tenerentur; ipſique ſic præſentati infra quindecim dies poſt præſentationem de eis factam hujuſmodi reſidentiam ſuam inchoare & illam continuare deberent, ſub pœna privationis Capellaniarum, ad quas ſic præſentati eſſent, ipſo facto incurrenda, ſi per menſem abſque licentia dictorum Decani & Capituli abſentes forent: nec non præfatus Comes in locum Capellanorum

rum

rum per eum præſentandorum, ſi ſimiliter abſque ejus licentia per menſem abſentes forent, poſſet alios eorum loco ſubſtituere, ad Miſſas, Officia & Horas hujuſmodi celebrandum & decantandum & dictas diſtributiones percipiendum ad annum integrum ex tunc immediatè ſequentem:

Et cum redditus fabricæ dictæ Eccleſiæ S. Catharinæ adeo tenues eſſent, ut ex illis ornamenta, libri & alia requiſita pro eadem Eccleſia Sanctæ Catharinæ vix manuteneri poſſenr, quod pro illorum decentiori manutentione quilibet pro tempore, ut præfertur, præſentatus, ſi ad aliquam Capellaniam hujuſmodi & aliquam perpetuam Vicariam aut Officium, inibi ſimul ſemel pro ſua prima receptione ſex florenos Renenſes juxta ordinationem & fundationem *Joannis* Baronis hujuſmodi; ſi verò ad Vicariatum ſeu Officium tantùm præſentaretur, tres florenos dumtaxat ſimiles in uſum prædictum convertendos exſolvere; ac Comes & ejus Uxor præfati apud Sedem prædictam aut alibi expeditionem dictæ unionis ſuis expenſis & certis aliis tunc expreſſis modis & formis procurare deberent & tenerentur:

Itaque ſi unio ipſa plenarium minùs ſequeretur effectum, illave in toto aut aliqua parte annullaretur, ſeu ex aliqua cauſa non obſervaretur & manuteneretur, Decanus & Capitulum præfati ad jus Patronatûs eis in dicta Eccleſia S. Catharinæ competens redire poſſent, perinde ac ſi de eadem unione nihil actum eſſet.

Ac ſi Statuta per Rectorem, Curatum, Directorem & alios Capellanos Collegii hujuſmodi vel eorum majorem partem edenda & ordinanda Capitulo præfatis per eos cum eorum conſilio & diſcretione approbanda vel reprobanda præſentari deberent, ac poſtmodùm tranſactio & conventio hujuſmodi Apoſtolicâ authoritate confirmatæ fuerint, & ipſe *Antonius* Comes deſideret tranſacta & conventa hujuſmodi ad votivum effectum perduci, ſi in dicta Eccleſia S. Catharinę unum Collegium octo Capellanorum, videlicet quatuor ad dictas Capellanias per præfatum *Joannem* Baronem, ut præfertut, fundatas, per ipſum Comitem, & aliorum quatuor ex aliis Capellanis ejuſdem Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ vel aliis idoneis inibi non beneficiatis, ut præfertur, per Decanum pro tempore exiſtentem & Capitulum præfatos juxta tranſactionem & conventionem prædictas pro tempore nominandorum ſeu præſentandorum Apoſtolicâ auctoritate erigeretur & inſtitueretur, & dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ, cùm proventus primò dictarum quatuor Capellaniarum ad præmiſſa debitè peragenda minùs ſuppetant, eidem Collegio, poſtquam erectum fuerit, perpetuò uniretur, annecteretur & incorporaretur, nec non Capellanis Collegii hujuſmodi pro tempore exiſtentibus una quatuor ſuper *de Monſter*, & alia trium librarum groſſarum monetæ Flandricæ valorem viginti & unius Ducatorum auri de Camera vel circa conſtituentium penſiones annuæ ſuper *de Ooſtkercke* Trajectenſis Diœceſis Parochialium Eccleſiarum, quæ de jure Patronatûs ipſius *Antonii* Comitis exiſtunt, fructibus, redditibus & proventibus perpetuò reſervarentur, conſtituerentur & aſſignarentur: profectò dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ magis decoraretur & Divinus cultus in illa ac fidelium devotio ad eam non parùm augeretur, & eorumdem Capellanorum pro eorum decentiori ſuſtentatione & onerum hujuſmodi faciliori ſupportatione ſubventioni opportunè provideretur;

Pro parte *Antonii* Comitis & *Yſabellæ* Comitiſſæ prædictorum aſſerentium fructus, redditus & proventus dictæ Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ triginta quinque Ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in ipſa Eccleſia Sanctæ Catharinæ Collegium octo Capellanorum hujuſmodi, ut præfertur, erigere & inſtituere, ac eandem Eccleſiam Sanctæ Catharinæ ipſi Collegio perpetuò unire, annectere & incorporare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundùm æſtimationem prædictam, etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quiq; Divinum cultum in Eccleſiis quibuſlibet cum earum decore & venuſtate, & Chriſti fidelium devotionem noſtris potiſſimè temporibus augeri ſinceris affectibus deſideramus, pium deſiderium eorumdem *Antonii* Comitis & *Yſabellæ* Comitiſſæ plurimùm in Domino commendantes, ipſoſq; *Antonium* Comitem & *Yſabellam* Comitiſſam à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quâvis occaſione vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, nec non fructuum, reddituum & proventuum primò dictarum quatuor Capellaniarum verum annuum valorem præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationi inclinati, in dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ unum Collegium octo Capellanorum, videlicet quatuor per ipſum *Antonium* & pro tempore exiſtentem loci & Territorii prædictorum Comitem ad dictas quatuor Capellanias per præfatum *Joannem* Baronem, ut præfertur, fundatas, & aliorum quatuor Capellanorum ex aliis Capellanis Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ hujuſmodi vel aliorum idoneorum inibi non beneficiatorum per Decanum pro tempore exiſtentem & Capitulum prę fatos, ut præfertur, pro tempore præſentandorum, cum ſigillo & archa ac burſa communibus aliiſque Collegiorum Capellanorum partium illarum Collegialibus inſigniis authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium ſine alicujus prę judicio erigimus & inſtituimus, ac dictam Eccleſiam Sanctæ Catharinæ, ſive præmiſſo ſive aliàs quovis modo aut ex alterius cujuſcumque perſonâ vacet, etiam ſi tanto tempore vacaverit

rit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem præfatam legitimè devoluta, ipſaque Eccleſia Sanctæ Catharinæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel aliàs generaliter reſervatâ exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodò ejus diſpoſitio ad Nos hâc vice pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, cum ad hoc præfatorum Capituli, per dilectum Filium *Vincentium Caille* Clericum Cameracenſis Diœceſis Procuratorem eorum, ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum, expreſſus accedat aſſenſus, ſic erecto Collegio hujuſmodi, itàque liceat illius Capellanis pro tempore exiſtentibus per ſe vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ juriumque & pertinentiarum prædictorum propriâ authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere illius omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus pro eorum decentiori ſtatu & ſuſtentatione onerum hujuſmodi ſupportatione inter eos & Rectorem ſcholarum præfatum modo præmiſſo diſtribuere, ac in eorum uſus & utilitatem modis & formis in tranſactione hujuſmodi contentis convertere, Dioceſani loci & cujuſvis alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ, authoritate & tenore prædictis perpetuò unimus, annectimus & incorporamus, nec non unam quatuor ſuper *de Monſter* & aliam penſiones annuas trium librarum groſſorum ſuper *de Ooſtkercke* Eccleſiarum prædictarum fructibus, redditibus & proventibus hujuſmodi, quorum medietatem penſiones ipſæ reſpectivè, ut *Antonius* Comes ac Decanus & Capitulum præfati aſſerunt, non excedunt, Capellanis Collegii hujuſmodi pro tempore exiſtentibus, vel Procuratori eorum ad id ab eis ſpeciale mandatum habenti, per *Cornelium de Almunda de Monſter* & *Henricum de Alphen de Ooſtkercke* Eccleſiarum prædictarum Rectores dilectos Filios, quorum ad hoc ab eis reſpectivè ſpecialiter conſtitutorum expreſſus accedit aſſenſus, & eorum perpetuis futuris temporibus ſucceſſores Eccleſias ipſas *de Monſter* & *de Ooſtkercke* reſpectivè pro tempore obtinentes annis ſingulis in Feſto Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ perpetuò integrè perſolvendas, & ſimiliter in eorum uſus & utilitatem convertendas:

Nec non Decano pro tempore exiſtenti & Capitulo, ne ex unione hujuſmodi nimium diſpendium patiantur, quatuor Capellanos ex ejuſdem Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ beneficiatis, ſi idonei fuerint, aut alios idoneos inibi non beneficiatos in dicti Collegii ſic erecti Capellanos, qui unà cum primò dictis ad dictas Capellanias per præfatum *Joannem* Baronem dudum fundatas præſentatis Capellanis Miſſas & alia Divina Officia ac Horas Canonicas hujuſmodi juxta fundationem & tranſactionem præfatas celebrare, recitare & decantare, ac de diſtributionibus jam dudum quàm de novo aſſignatis & in futurum aſſignandis unà cum primò dictis quatuor Capellanis participare, ut præfertur, reſpectivè poſſint, abſque alia inſtitutione ſeu collatione deſuper obtinenda, jure tamen Patronatûs præſentandi ad quaſcumque alias Capellanias & alia Beneficia Eccleſiaſtica in dicta Eccleſia Sanctæ Catharinæ ad præſens fundatas & erectas, ac fundata & erecta, & in poſterum fundanda & erigenda, ſeu de illis providendo aut alias diſponendo de eiſdem, Decano & Capitulo competente & ad eos ſpectante, ac quod ipſis in futurum competere poterit, itàque ipſi Decanus & Capitulum ad illas vel ad illa dum pro tempore vacaverint, prout ante unionem prædictam, nominare & præſentare poterunt, ſeu de illis providere aut aliàs diſponere poſſint, ſalvo & illæſo remanente:

Ac *Antonio* & pro tempore exiſtentibus eorumdem loci & territorii Comitibus præfatis unum ex eiſdem octo Capellanis dicti Collegii ſufficientem & idoneum ad ipſorum *Antonii* & pro tempore exiſtentium Comitum nutum amovendum, qui curam hujuſmodi exercere, ac omnia & ſingula ipſi Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ incumbentia onera perferre debeat & teneatur, jus præſentandi & nominandi, tam ab hujuſmodi primæva Collegii erectione, quàm perpetuis futuris temporibus, ſimiliter perpetuò reſervamus, conſtituimus, concedimus & aſſignamus; decernentes *Cornelium* & *Henricum* ac Succeſſores præfatos ad integram ſolutionem penſionum prædictarum Capellanis Collegii hujuſmodi pro tempore exiſtentibus faciendam, juxta illarum reſervationis, conſtitutionis & aſſignationis prædictarum tenorem, fore efficaciter obligatos, ac volentes & eâdem authoritate ſtatuentes, quod illi ex *Cornelio* & *Henrico* ac ſucceſſoribus præfatis qui in dicto Feſto, vel ſaltem infra triginta dies illud immediatè ſequentes, penſiones prædictas per eos tunc debitas non perſolverint cum effectu, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrant, à qua donec Capellanis dicti Collegii pro tempore exiſtentibus vel eorum Procuratori præfatis de penſionibus hujuſmodi tunc debitis integrè ſatisfactum aut aliàs cum eis vel dicto Procuratore ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Si verò per ſex menſes dictos triginta dies immediatè ſequentes ſententiam ipſam animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato, ex tunc, menſibus effluxis eiſdem, *de Monſter* & *de Ooſtkercke* Eccleſiis prædictis reſpectivè perpetuò privati exiſtant, illæque vacare cenſeantur eo ipſo: & nihilominus authoritate & tenore ſupradictis ſtatuimus & ordinamus, quod per *Antonium* & pro tempore exiſtentem loci & territorii prædictorum Comites, ut præfertur, nominandus & ad eorum nutum amovendus Rector Curam animarum Parochianorum Eccleſiæ S. Catharinæ hujuſmodi ab Ordinario recipere, ac in Conciliis Synodalibus comparere, ac alia ipſi Eccleſiæ Sanctæ Catharinæ incumbentia onera gerere, exercere, & ſupportare; alius verò Director Chori, nuncupandi, per Rectorem & alios Capellanos Collegii hujuſmodi eligendus, & ſimiliter ad eorum nutum amovendus, plumbum inter eos videlicet cuilibet Capellano intereſſenti Matutinis & Primæ continuatè decantandis unum groſſum, Tertiæ, Sextæ & Nonæ

Horis

Horis ac majori Miſſæ medium ſtuferum, ac Veſperis & Completoriis quartam partem unius ſtuferi, Vigiliis verò ſingulis quindecim diebus juxtà fundationem *Joannis* Baronis hujuſmodi celebrandis medium groſſum monetæ prædictæ reſpectivè diſtribuere, ac ſimilem diſtributionem in Feſtis triplicibus duplicare, nec non Rectori ſcholarum hujuſmodi pro ſe ſuiſque Choralibus ſcholaribus loco dicti antiqui ſtipendii decem florenorum, tantùm quantum uni ex dictis Capellanis, dum idem Rector ſcholarum Horis prædictis præſens aut in ſcholis officium Rectoris exercens fuerit, ſimiliter diſtribuere, abſentes notare & Chorum in legendo, cantando, pronuntiando, accentuando, pauſando, auſcultando, incipiendo & finiendo, ac aliis pro tempore ſtatuendis & ordinandis dirigere & ordinare, ac correctionem exceſſuum in non obſervatione Statutorum & ordinationum circa celebrationem & decantationem Horarum & ſervitii Divini hujuſmodi faciendam per Capellanos præfatos pro tempore admiſſorum, cum Rectoris, Curati, & aliorum Capellanorum Collegii hujuſmodi conſilio exequi & ordinare, ipſique Rector, Curatus & Director, ac alii Capellani Collegii hujuſmodi ſimul ſeptem Horas Canonicas & alia Divina Officia ſingulis diebus, aliàs juxta formam & tenorem fundationis & tranſactionis prædictarum, perpetuò decantare & celebrare, negotia communia ejuſdem Collegii tractare, aliaque omnia & ſingula tam in dicta quàm aliis forſan ſuper præmiſſis ſubſecutis tranſactionibus contenta facere & exequi debent & teneantur.

Itaque ſi Rector, Curatus ſeu Collegii Director prædicti ex aliqua cauſa, per alios Capellanos Collegii hujuſmodi alleganda, deſtituendus veniat, deſtitutio hujuſmodi ad querelam aliorum Capellanorum ipſius Collegii, videlicet per Decanum & Capitulum, ſi per eos; ſi verò per Comitem præfatus reſpectivè deſtituendus præſentatus fuerit, per eumdem Comitem fieri debeat, quodque ſi ipſi quatuor Capellani, ſic per Decanum & Capitulum præfatos pro tempore præſentandi minùs idonei reperti fuerint, illos ad Rectoris, Curati aut Directoris, ac aliorum Capellanorum Collegii hujuſmodi, ſeu majoris partis eorum, querelam amovere & alios idoneos eorum loco præſentare & ſubſtituere debeant & teneantur, ipſique ſic pro tempore præſentati eorum reſidentiam infra quindecim dies poſt præſentationem de eis factam hujuſmodi incipere & illam continuare ſub dicta privationis pœna ipſo facto incurrenda, ſi per menſem abſque licentia Decani & Capituli prædictorum abſentes fuerint, quodque ſi Capellani per *Antonium* & pro tempore exiſtentes loci & territorii prædictorum Comites pro tempore præſentati, etiam per menſem abſque ejus licentia abſentes fuerint, ipſo facto *Antonius* & pro tempore exiſtentes Comites prædicti alios eorum loco ad Miſſas, Officia & Horas hujuſmodi celebrandum & decantandum, ac dictas diſtributiones percipiendum, ad annum tantùm ex tunc immediatè ſequentem ſubſtituere liberè poſſit: & quod quilibet Capellanorum hujuſmodi ſic pro tempore præſentatus ſi ad aliquam Capellaniam & Vicariam aut Officium ſimul ſex florenos Rhenenſes juxta ordinationem & fundationem præfati *Joannis* Baronis, ſi verò ad ſolum Vicariatum ſeu Officium præſentatus fuerit, tres florenos ſimiles dumtaxat in decentiore manutenentione librorum & ornamentorum hujuſmodi convertendos perſolvere, ipſique octo Capellani præmiſſa omnia & ſingula obſervare perpetuò teneantur & debeant, & inſuper Rectori, Curato & Directori & aliis Collegii præfati Capellanis pro tempore exiſtentibus pro felici ſtatu & ſalubri directione ejuſdem Collegii & illius perſonarum Divinorumque Officiorum decore quæcumque Ordinationes ac Statuta laudabilia & honeſta ac Sacris Canonibus non contraria Decano & Capitulo præfatis, poſtquam condita & ordinata fuerint, præſentanda & per eos cum eorum conſilio & diſcretione approbanda vel reprobanda, condere & ordinare, conditaque, facta & ordinata, prout eis pro ſua & dicti Collegii directione viſum fuerit expedire, mutare, limitare, interpretari, caſſare, & alia de novo cum ſimili conſilio facere poſſint, plenam & liberam facultatem concedimus, non obſtante priori voluntate noſtrâ prædictâ, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam Prædeceſſoris noſtri & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuſcumque; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem Litteras & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque ad dictam Eccleſiam Sanctæ Catharinæ volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari: ſeu ſi *Cornelio* & *Henrico* ac ſucceſſoribus præfatis vel quibuſvis aliis conjunctim vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad præſtationem vel ſolutionem penſionis alicujus minimè teneantur & ad id compelli non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Litteris mentio ſpecialis, proviſo quod propter unionem, annexionem & incorporationem hujuſmodi dicta Eccleſia S. Catharinæ debitis non fraudetur obſequiis & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed ejus congruè ſupportentur onera conſueta: Nos enim quoad hujuſmodi unionem, annexionem & incorporationem, prout eſt, irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentarum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Paginam

Paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, unionis, annexionis, incorporationis, reſervationis, conſtitutionis, aſſignationis, ſtatuti, conceſſionis, voluntatis, & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimn vigeſimo tertio, XI. Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri anno primo.

CAPUT CLXII.

CAROLUS V. *Imperator anno* 1531. *Luxemburgi inſtituit Conſilium Provinciale.*

Commu-nicavit nobis Ampl. D. Michel Conſilia rius ac Fiſcalis Flandria.

CHARLES par la Divine clemence Empereur des Romains toujours Auguſte, Roy de Germanie, de Caſtille, de Leon, de Grenade, d'Arragon, de Navarre, de Naples, de Secille, de Maillorque, de Sardaine, des Iſles Indes & Terre ferme de la Mer Oceane &c. Archiduc d'Auſtriche, Duc de Bourgoigne, de Lothier, de Brabant, de Lembourg, de Luxembourg &c. Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgoigne, Palatin, de Haynau, d'Hollande, de Zeelande, de Ferrette, de Hayneault, de Namur &c. Prince de Swave, Marquis du S. Empire, Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, & Dominateur en Aſie & en Afrique, à tous ceux qui ces preſentes verront ſalut.

COMME il ſoit que par la juſtice les Princes regnent & proſperent, leurs Païs floriſſent, & leurs ſujets ſoient en ſeureté & repos, à cette cauſe pour la conſervation de nos ſouveraineté, hauteur & authorité, & de nôtre Domaine & autres nos droits, enſemble des droits des Prelatz, Comtes, Barons, Chevaliers, Vaſſaux, Nobles & autres nos ſujets de nôtre Duché de Luxembourg & Comté de Chiny, & de ceux qui y converſeront, & les regir & gouverner en bon ordre & police, & leur adminiſtrer bonne & briefve juſtice, dont par les guerres paſſées qui ont par cy devant longuement regné eſdits païs, & à l'occaſion de ce que les Gouverneurs d'iceux n'y ont fait continuelle reſidence, la juſtice n'y a été exercée comme il eut été beſoin, & deſirans y pourveoir, avons à l'avis de nos trez Chiers & feaux les Chefs & Gens de nôtre Privé Conſeil & de nos Finances, & à grande & meure deliberation, ordonné & par ces preſentes ordonnons, que d'oreſenavant le Gouverneur en noſdit Païs, auquel Etat avons commis nôtre trez Cher & feal Couſin Meſſire Philippe de Croy Marquis d'Arſchot, Chevalier de nôtre Ordre, ſera tenu faire reſidence en nôtre Ville & Chaſtel de Luxembourg, ſi ſouvent que beſoin ſera, & pour adreſſe & reformation de nôtre Conſeil audit Païs, dont icelluy Gouverneur ſera Chief, avons ordonné & ordonnons un Preſident, à ſçavoir Meſſire Nicolas de Naves Licentié en Loix; & ſix Conſeillers ordinaires, les trois Nobles Hommes, à ſçavoir Robert de Boullant Seigneur de Montjardin, Henry Sloedet Seigneur de Schindeltz, & Diedrych van Metzenhauſer Seigneur de Lintzier, leſquels ſeront tenuz reſider en nôtre-dit Païs de Luxembourg, & trois Hommes Litterez & Graduëz, à ſçavoir Meſſire Jehan de Scheringhen Docteur, Meſſire Jehan de Nancey Licentié, & Meſſire Jehan Hardy Docteur ès Loix; un Procureur General, à ſçavoir Meſſire Nicolas Griſch Licentié ès Loix, & Henry Muſſet ſon Subſtitud; Meſſire Jehan de Naves Secretaire & Greffier; Jacques de Latre Receveur des Exploicts; un Chapelain, & quatre Huiſſiers, à ſçavoir Boller Johan, Nicolas Francq, deſquels l'un ſera Conchierge de la Maiſon ordonnée par ledit Conſeil, & deux autres à la nomination dudit Gouverneur, leſquels ſeront tenuz faire reſidence continuelle en laditte Ville de Luxembourg, en laquelle comme Chiefz-Ville dudit Païs ordonnons ledit Conſeil être tenu, à tels gages que par autres noz Lettres leur ordonnerons; & outre ce avons ordonné nos aimez & feaulx Meſſiré Salentin Baron d'Yſenbourg Juſticier des Nobles, & Meſſire Joachin de Marbaiz Chevalier Conſeillers ſupernumeraires, qui auront entrée audit Conſeil, & leſquelz Gouverneur, Preſident, Conſeillers & autres Suppôts dudit Conſeil en l'advenir ſe conduiront & regleront en leurſditz Etatz & en l'adminiſtration de la juſtice en la maniere que s'enſuit.

PREMIEREMENT. Que nôtredit Gouverneur & auſſi le Preſident auront la charge & preëminence de convoquer & appeller les Conſeillers & Suppôts dudit Conſeil au lieu ordonné pour ledit Conſeil, ou autre lieu commoditieux, tous les fois que bon leur ſemblera & requis ſera pour la depeche de noz affaires ou de la juſtice ou d'autres affaires que ſurvenir pourront.

QUE ledit Preſident en la preſence comme en l'abſence dudit Gouverneur aura la charge de propoſer & mettre en avant audit Conſeil toutes matieres & affaires qui ſurviendront, d'en demander les opinions des Conſeillers, & icelles entendues dira la ſienne, & apres luy le Gouverneur s'il y eſt, & ſi conclura; & en abſence dudit Gouverneur, ores que ſon Lieutenant fuſt preſent, ledit Preſident conclura à la plus grande & la plus ſaine opinion, en ce pourveu que ledit Gouverneur, Preſident & Conſeillers ne aucun d'eux ne ſe trouveront à deliberer de matieres qui leur touchent ou à leurs prochains Parens, qui lors ſe regleront ſelon l'ordonnance du droit.

QUE

Digitized by Google

Que nôtredit Gouverneur pourra avoir à ſa charge un Lieutenant natif & nôtre ſujet de noz Païs patrimoniaulx, pour en ſon abſence vacquer & entendre aux * dudit Gouvernement, lequel aura durant l'abſence de nôtredit Gouverneur entrée & voix comme l'un des Conſeillers en nôtredit Conſeil, en nous faiſant ferment pertinent & tel que l'un de noz Conſeillers.

* *Fortè affaires.*

Que leſdits Gouverneur, Preſident, Conſeillers, Procureur Fiſcal, & le Greffier tiendront ſecret ce que ſera traiĉté en Conſeil, à peine de parjure.

Que audit Conſeil ne pourront être enſemble Pere & Filz, ou Gendre & Frere, Oncle & Nepveu.

Que le Gouverneur ſoutiendra leſdits Preſident, Conſeillers & Procureur Fiſcal & ſon Subſtitud, le Greffier, le Receveur, les Huiſſiers & tous les autres Suppôts dudit Conſeil en tous cas concernans leurs Etats & l'exercice d'iceux, & en l'execution des ſentences, ordonnances, appointemens & concluſions du Conſeil donnera aſſiſtence & mainforte toutes les fois que beſoing ſera.

Que leſdits Preſident & Conſeillers & le Procuteur Fiſcal dudit Conſeil ne pourroient être Penſionaires d'aucuns Princes voiſins, ny des Prelatz, Seigneurs ou Vaſſaux des Villes ou Communautez, ny d'autres étant du reſſort dudit Conſeil, ny auſſi donner avis & conſeil es matieres reſſortiſſans par devant eux, à peine de privation de leur Etats.

Que leſdits Preſident & Conſeillers ſeront tenuz tenir les journées judiciaires d'ancienneté accoutumée quatre fois en l'an, à ſçavoir, de trois mois en trois mois, durant chacune deſdits journées quinze jours continuelles, eſquels ſe plaidoyeront & traiteront toutes matieres d'appellation interjectés au Païs de Luxembourg ou au Comté de Cigny, toutes matieres previlegées, à ſçavoir de complaintes, de maintenues, de nouvelité, de ſimple ſaiſine, de port d'armes, de force & violence, de ſpoliation, de terres de fief, comme d'autres de falſification de monnoye, de Garde enfrainte, de droitz de regale, de hauteur & ſouveraineté, d'interinement, de remiſſions, de toutes autres Lettres charges d'interinement &c.

Que le dit Gouverneur ſe trouvera auxdits journées judiciaires meſmement au jour de la pronunciation des ſentences, & auſſi es jours eſquels ſe traitteront cauſes d'importances & entre Gens d'Etats & autorité, & par eſpecial d'eſtrangiers.

Que tous leſdits Conſeillers & le Procureur Fiſcal & le Greffier ſeront tenuz eux trouver continuellement audit Conſeil aux quatre journées judiciaires à peine en cas de leur deffaut à une deſdits journées judiciaires qui durera quinze jours, de la privation de leur gages de trois mois, ne ſoit toute en cas d'excuſe legitime & par congié dudit Gouverneur ou Preſident, dont le Greffier tiendra conterolle & le baillera ſigné de ſa main au Receveur General du Païs, pour ſelon iceluy faire payement deſdits gages & retenir les abſences à nôtre prouffit.

Que les Preſident, Conſeillers, Procureur, Greffier, & autres Suppôts du Conſeil tant au têms des journées judiciaires que es autres journées que l'on tiendra Conſeil, ſeront tenuz eux trouver à la Chambre dudit Conſeil, c'eſt à ſçavoir puis Paſques juſques au jour de S. Remy à ſix heures du matin, que lors ſe celebrera la Meſſe dudit Conſeil, & icelle celebrée entreront au ſiege & ouïront les parties juſques à dix heures, & apres midy depuis deux heures juſques à cinq heures : & puis ledit jour de S. Remy juſques à Paſques ſe trouveront à la Chambre du Conſeil à ſept heures du matin, & la Meſſe ouïe ouïront les parties juſques à onze heures, & après midy puis deux heures juſques à cinq heures.

Que le dit Preſident, Conſeillers, Procureur, & Greffier incontinent après les journées judiciaires tenues tiendront Conſeil huit jours entiers aux heures que deſſus pour viſiter les proces qui ſeront devers la Cour, tauxer depens & entendre à autres affaires qui y ſurviendront.

Que iceux Preſident, Conſeillers, Procureur & Greffier ordonnez reſider a Luxembourg hors le temps des journées judiciaires tiendront Conſeil ordinaire aux heures que deſſus reſpectivement ſelon têms deux fois à la ſepmaine, à ſçavoir le Lundy & le Vendredy, pour faire droit aux parties & entendre aux affaires qui ſurviendront, & ſi eſdits jours eſchiet quelque Fête ſolemnele pourquoy le Conſeil ne ſe tenist, en ce cas il ſe tiendra le jour enſuivant, & toutes les fois qu'ils ſeront defaillans de venir eſdits jours en nôtre Conſeil, ſeront prives de leurs gages du jour ou demy jour qu'ilz auront failly, à l'advenant de leurs gages par chacun jour, dont nôtredit Greſfier ſera tenu tenir regiſtre pour par nôtre Receveur ou autre ayant charge du payement deſdits Conſeillers, le faire deduire ſur leurſdits gages à nôtre prouffit, reſervé en têms des vaccations, à ſçavoir par tout le mois d'Août & du jour de Paſques flouryes juſques au Dimanche de *Quaſimodo*, & dez la Vigille de Noël juſques au jour des Roys, & du Dimanche de la Septuageſime juſques au jour des cendres premier jour de Careſme.

Que leſdits Preſident & Conſeil feront bonne & briefve expedition de juſtice aux parties, & ou en eux ſera vuideront toutes appellations & autres differens qui viendront pardevant eux, promptement ſi faire le peuvent ; & ou il conviendroit appointer les parties à écrire, en ce cas par l'appointement ſera deputé ung des Conſeillers Commiſſaire & un adjoinct, ſi la matiere le requiert & autrement non, pour relever les parties de depens ; pardevant lequel Commiſſaire, leſdites parties endedans briefs jours furniront de leurs écritures & inſtruiront le proces juſques en diffinitive excluſivement, pour par Commiſſaire être rapporté au Conſeil endedans le premier jour des prochaines journées enſuivans, comme par le paſſé en à été fait ; & ſi le proces ne fut inſtruit endedans ledit temps, le Commiſſaire declarera la cauſe audit Preſident & Conſeil, afin de proroguer le pouvoir dudit Commiſſaire, s'il ſe trouve que faire ſe doye, & commettre autre Commiſſaire en ſon lieu

pour

pour parinſtruire ledit proces.

QUE leſdits Preſident & Conſeillers adminiſtreront juſtice indifferamment à tous ſans en differer pour Lettres cloſes que Nous ou nôtre Seur la Reyne regente en nôtre abſence par inadvertance ou par importunité leur pourrions un ou pluſieurs fois eſcrire au contraire, & neanmoins entendons qu'ils obtemperent aux Lettres Patentes que Nous ou la Reyne en nôtre abſence leur pourrions envoyer.

QUE leſdits Preſident ou Conſeil par tout le Païs de Luxembourg & Comté de Chiny, leurs appartenances & appendances, cognoîtront en premier inſtance par prevention de toutes matieres de nouvellité & d'autres matieres privilegées comme deſſus.

QUE toutes ſentences diffinitives, interlocutoires & proviſionales rendues audit Conſeil en matiere d'alimentation, tauxation de depens, donation de tutelle, de douaire, d'ordonnance, d'inventaire des biens, des ſallaires & loyers de ſerviteurs & ſervantes, en matiere de recreance, en cas de ſaiſine & de nouvellité, auſſi bien en matieres beneficiales, que prochaines que tous autres ſentences & appointemens, qui n'excederont la valeur de ſix florins d'or de rente, ou de cent florins d'or pour une fois, & pareillement toutes proviſions qui concerneront nos deniers, refection de pontz, chemins & paſſages, ſeront executées non-obſtant oppoſition ou appellation, & ſans prejudice d'icelle en baillant par celuy qui aura obtenu la ſentence ou proviſion, caution ſouffiſante & reſſeante de rendre ce qu'il en auroit receu, ſi en fin de cauſe il étoit ainſi dict.

QUE ledit Conſeil en matiere criminele, capitales & autres où il chiet mutilation de membre ou effuſion de ſang, qui ſe traittera, jugera par arreſt & ſans reſſort.

QUE tous ceux qui ſe porteront pour appellans de la ſentence d'un juge inferieur ou de quelque exploict aux Gouverneur, Preſident & Gens de nôtre Conſeil à Luxembourg, & par ſentence dudit Conſeil ſeront declairez mal appellans, ils incoureront en l'amende de ſix florins d'or à nôtre prouffit.

SI en matiere d'appellation de quelque juge inferieur ou de l'exploict de quelque Officier audit Conſeil il ſe trouve que l'on ait bien appellé & mal jugé, en ce cas les juges incoureront en amende à la diſcretion & arbitrage dudit Conſeil à nôtre prouffit, ne ſoit que l'inthimé ait emprins la cauſe en defence pour les juges & pour eux ait obtenu congé de Cour, auquel cas ledit inthimé eſchera en laditte amende.

QUE quelconques deſchera pardevant nôtredit Conſeil en matiere de complainte en cas de ſaiſine & de nouvellité ou autre quelle que elle fuſt, ſoit impetrant ou deffenſeur, incourera en l'amende de deux florins d'or.

SI quelque ung veult appeller de ſentence ou exploict de juge ou Officier, il ſera tenu le faire endedans dix jours du jour de la pronunciation de laditte ſentence ou dudit exploict, comme d'ancienneté, & endedans quarante jours après la pronunciation de laditte ſentence ou exploict ſera tenu de relever & executer, à peine de deſertion & de l'amende de ſix florins d'or, comme deſſus.

ET pour ce que le Duché de Luxembourg & Comté de Chiny ſont de grand extendue & mal pourveuz de praticiens & ſont loingtems de nos Privé & Grand Conſaulx, deſirans ſupporter nos ſujets deſdits Païs d'exceſſive depenſe, Nous avons conſenti & ordonné & donné faculté & pouvoir aux Gouverneur, Preſident & Gens de nôtredit Conſeil à Luxembourg de relever les parties de fautes ou negligences qu'ils pourroient commettre, quand il y aura cauſe, & ce par Lettres Patentes ſcellées de nôtre ſeel ordonné pour ledit Conſeil, en payant le droit du Seel à nôtre prouffit.

ET pour ce que pluſieurs appellans des juges inferieurs de nos Païs de Luxembourg & Comté de Chiny aux Gens de nôtredit Conſeil à Luxembourg, auſſi que pluſieurs appellans des ſentences rendues en nôtre-dit Conſeil de Luxembourg, aux Gens de nôtre Grand Conſeil, pourroient être negligens de relever leurs appellations & de icelles executer endedans le têms à ce introduit, au prejudice de leurs parties & à nôtre intereſt de nos amendes & droicts, Nous ordonnons à ceulx de nôtre-dit Conſeil à Luxembourg & aux juges inferieurs dudit Païs y reſſortiſſans, & à chacun d'eux, que les ſentences & appointemens par eux renduz, dont ſera appellé & les appellans n'auroient relevé & executé endedans le temps à ce introduit, ils executent realement & de fait, comme ſi d'icelles ſentences il n'euſt été appellé, ſans prejudice toutes voyes de l'amende à nous eſcheue par deſertion, & laquelle nôtre Procureur General ſera tenu de pourſuivre, & à ceſte fin ordonnons que les Greffiers tant des juſtices ſubalternes comme de nôtre-dit Conſeil tiennent Regiſtre de tous appellations, & de trois mois en trois mois envoyent copie de leurdit Regiſtre à noz Procureurs Generaulx & à celui d'eulx reſpectivement qu'il appartiendra.

QUE leſdits de nôtre Conſeil ſeront tenus de faire libeller toutes les Commiſſions d'adjournemens par eulx decernées en premier inſtance, en quelque matiere que ce ſoit, que l'on puiſt entendre ſi elles ſont juridiques.

QUE le Preſident dudit Conſeil aura la garde du Seel & du Contreſeel ordonné audit Conſeil, pour en faire ſeeller les ſentences, proviſions, commiſſions & ordonnances qui ce rendront & ordonneront, & quant aux reliefs d'appel & autres commiſſions decernées audit Conſeil, les Gouverneur, Preſident & Gens du Conſeil de l'Empereur ordonné aux Païs de Luxembourg & Comté de Chiny, comme ils ſe fait en nos autres Chambres du Conſaulx de Flandres, d'Artois, de Hollande &c. & toutes Lettres miſſives ordonnées & deliberées par ledit Conſeil leſquelles ſe depêcheront au nom dudit Conſeil par le Greffier & ſe cloront par un cachet armoyé de nos Armes, duquel ledit Greffier aura la Garde, pourveu avant clorre leſdites Lettres ledit Greffier fera tenu les montrer audit Preſident pour les marquier de telle marque qu'il adviſera.

QUANT

Quant ledit Preſident ſera abſent du lieu dudit Conſeil pour noz affaires ou autrement, en ce cas il delaiſſera nos-dits Seel & Contreſeel dudit Conſeil au plus ancien Conſeiller litteré de nôtre-dit Conſeil, lequel preſidera & en ſeellera toutes proviſions qui ſe depêcheront durant l'abſence dudit Preſident.

Que le Greffier dudit Conſeil recevra le droit de nos-dit Seel & Contreſeel tel que ſera ordonné, en & ſera recepte & rendra compte & reliqua à nôtre prouffiet ſur tel ſallaire que pour celuy tauxerons.

Que toutes requeſtes ſe preſenteront au Gouverneur, s'il eſt en perſonne au lieu dudit Conſeil, ſi ce non, au Preſident, pour en deliberer & les appointer par avis & à la plus grande & plus ſaine opinion des Gens dudit Conſeil, comme il appartiendra, & ſelon leſdits appointemens ſans aucuns changemens ſeront les proviſions expediées par ledit Greffier.

Que toutes Lettres addreſſans auxdits Gouverneur, Preſident, & Gens de nôtre-dit Conſeil ſe recevront par ledit Gouverneur, s'il y eſt en perſonne, comme dit eſt, ſi ce non & en ſon abſence, par le Preſident, & en leur abſence à celuy qui tiendra le lieu dudit Preſident, pour les ouvrir & en deliberer par l'advis des Conſeillers preſens, & en cas que les matieres ſoient d'importance & qu'ils y trouvaſſent difficultez, les pourront remeĉtre au prochain jour du Conſeil en ſuivent.

Si leſdits Gouverneur, Preſident & Conſeil entend que aucuns Nobles ou autres veulſiſſent proceder contre qui que ce fuſt par voye de fait ou de deffiance, ou uſaſſent de menaces, en ce cas ils les feront appeller pardevant eux pour entendre leur different & l'appointer ſi faire le peuvent, &, ſi ce non, leur interdiront & deffendront de nôtre part toutes voyes de fait à peine d'être tenuz pour deſobeyſſans & comme tels eſtre punis, ou d'autre telle peine qu'ils verront y appartenir.

Que les proces pendans audit Conſeil de matiere de petite importance ſeront viſitez par les Preſident & Conſeillers, & les proces de matiere d'importance ſeront par ledit Preſident diſtribuez aux Gens du Conſeil à ſa diſcretion pour en faire rapport, leſquels Conſeillers avant ledit rapport ſeront tenuz en faire extrait ſommier pour mieux entendre les pointz principaulx & les difficultez deſdits proces, & ſe vuideront iceux proces à la plus ſaine & grande opinion dudit Conſeil, & ſe ſeigneront les dictums deſdits ſentences par ledit Preſident, & en ſon abſence par le plus ancien Conſeiller preſent, & iceux ſignez ſeront delivrez au Greffier pour les pronuncer au jour des ſentences, & icelles pronuncées ſeront enregiſtrées, & les eſpices tauxées & diſtribuées entre le Preſident compté pour deux & les Conſeillers preſens, & où il y aura rapporté il aura ſeul la moitie deſdits eſpices, & quant aux commiſſions pour enquêtes, elles ſe diſtribueront par ledit Preſident à ſa diſcretion.

Que le Procureur Fiſcal pour raiſon de ſon état ſera tenu d'emprendre, garder, ſouſtenir & deffendre nos droits & ceux de noſdits Païs contre toutes perſonnes qui nous voudroient intereſſer, & ſoy joindre avec les parties où il y aura matiere touchant & concernant nôtre ſouveraineté, domaine, préeminences des droits, à l'advis & ordonnance toutes voyes du Gouverneur s'il eſt preſent, & en ſon abſence deſdits Preſident & Gens du Conſeil, & en matieres qui toucheront ou concerneront nos Domaine & Finances, à l'advis & ordonnance des Chief & Treſoriers de noſdits Finances ou des Gens de nos comptes à Bruxelles.

Que ledit Procureur au premier jour des journées judiciaires ſera tenu porter & preſenter au Gens du Conſeil le rolle & l'état de toutes ſes cauſes, enſemble de celles eſquelles il ſera ſeulement adjoint, & requerir proviſion, que leſdites cauſes ne tombent en interruption.

Que ledit Procureur ſera tenu ſoy trouver au Conſeil toutes les fois que par le Gourverneur, Preſident, ou celuy qui preſidera, il ſera mandé.

Que les parties avec leſquelles le Procureur ſe ſera joint, en quelque matiere que ce ſoit, n'en pourra appointer ſans le conſentement dudit Procureur, & lequel toutes voyes ny pourra conſentir ſans l'advis & ordonnance dudit Conſeil.

Que ledit Procureur ne pourra occuper ne ſervir pour parties en matiere quelconque.

Que le Greffier dudit Conſeil tiendra regiſtre de toutes les cauſes y pendans & du plaidoye en icelle, contenant declaration des qualités & conclusions des parties, telles que les Avocats & Procureurs d'icelles les auront verbalement plaidoyé, & ſon regiſtre ſera tenu monſtrer de trois en trois mois & autres à noſdits Preſident & Conſeil, afin de mieux eſtre adverti de l'êtat deſdites cauſes & matieres.

Ledit Greffier tiendra autre regiſtre des dictums de toutes ſentences diffinitives & interlocutoires de tous les appointemens & proviſions qui ſe rendront & decerneront audit Conſeil, enſemble de toutes Lettres Miſſives qui ſe depecheront & des reponſes par eſcrit que envoyées leur en ſeront.

Ledit Greffier tiendra ung Clercq principal, qui ſera ſerment audit Conſeil, lequel en ſon abſence tiendra ſon lieu & à l'ordonnance dudit Conſeil, & autrement non, pourra ſigner ce que commandé luy ſera, & tous les autres Clercqs dudit Greffier feront ſerment es mains dudit Preſident de tenir ſecret toutes depeches dudit Conſeil & de non exiger don ou ſallaire pour ſollicitation de la depeche des parties, à peine d'amende arbitraire.

Ledit Greffier ſera tenu ſur les emolumens dudit office depeſcher tous affaires & matieres qui nous concerneront ſans en avoir aucun ſallaire, & bailler à noſtre Procureur Fiſcal ou ſon Subſtitud tous actes, ſentences, eſcritures, & lettrages dont par eux il ſera requis qui toucheront nos cauſes & affaires, & ce ſur peine de privation de ſon office, & ne ſe pourra nôtre-dit

 Greffier

Greffier abſenter de nôtre Ville de Luxembourg ſans le congie de nôtre Gouverneur ou Preſident, & ſera tenuz les Vandredis avant les journées judiciaires monſtrer audit Preſident les rolles & regiſtres des cauſes & matieres revenans & ſervans auxdits journées, enſemble les dictums des ſentences qui ſe devront pronunchier au dernier jour d'icelles journées judiciaires, pour tant mieux adviſer ſur leſdites matieres & en advertir nôtre Gouverneur s'il eſt preſent, & des jours eſquels ſera plus neceſſaire qu'il ſe trouve.

Que les Huiſſiers dudit Conſeil, afin que on les connoiſſe, auront & porteront baſtons garnis d'argent au deux bouts, eſquels ſeront gravez à ung bout nos plaines Armes & à l'autre celle de nôtre Païs de Luxembourg, & ſeront tenuz porter & tenir leſdits baſtons en leurs mains eux eſtans audit Conſeil & exploictans.

Que chacun deſdits Huiſſiers à leur reception audit eſtat ſeront tenuz bailler caution de cent florins d'or audit Conſeil de Gens ſolvens & reſſeans, qui s'enregiſtra par le Greffier.

Que deux deſdits Huiſſiers pour le moins ſeront tenuz eſtre à la Ville de Luxembourg pendant les journées judiciaires & aller querir le Preſident à ſon logiz & le mener au Conſeil & l'en remener, & es autres jours qui ſe tiendra ledit Conſeil hors des journées judiciaires y aura ung deſdits Huiſſiers pour le moins, leſquels durant le Conſeil demeureront devant l'huys de la Chambre ſans en partir, & feront ce que par ledit Preſident leur ſera ordonné ſuivant certaine ordonnance par eſcrit que l'on leur en baillera, à paine de correction arbitraire

Ledit Preſident & Gens du Conſeil endedans ſix mois du jour de la publication de la preſente inſtruction & ordonnance ſeront tenuz concevoir le ſtil, ordre & maniere de proceder en juſtice pardevant eux, auſſi de leur ſallaire & des Commiſſaires qu'ils pourroient ordonner en vacation pour parties, enſemble des ſallaires & vacations des Greffiers, Advocats Procureurs & autres Suppôts dudit Conſeil, du ſallaire dudit Greffier des depeches qu'il ſera, auſſi de la tauxe du droit de noz Seels, & leur concept par eſcrit Nous envoyer ou au Chief & Geos de nôtre Privé Conſeil, pour y ordonner ce que verrons y appartenir.

Que ledit Preſident & Gens du Conſeil s'informeront promptement & le pluſtot qu'ils pourront des abuz des Prevôts & autres juges & juſtices reſſortiſſans audit Conſeil & concerneront la maniere de leur reduction & reformation, meſmement en matieres crimineles pour l'avancement & expedition de juſtice au bien de la choſe publique de noſdits Païs, & leurdict concept avec leur avis es matieres eſquelles ils trouveroient difficulté Nous envoyeront au ſuſdit Chief & Preſident de nôtre Privé Conſeil endedans le temps que deſſus, pour auſſi y ordonner comme de raiſon.

Et afin que de nôtre preſente ordonnance nul ne puiſt pretendre ignorance, Nous voulons & ordonnons que à la primiere & prochaine aſſemblée de nôtre Conſeil elle ſoit publiée, & que de la en avant par chacun an elle ſoit raffreſchie en la preſence de tous les Suppôts dudit Conſeil, toûjours au premier jour des journées judiciaires qui ſe tiendront après la S. Remy, & que tant à ladite premiere publication comme au raffreſchiſſement d'icelle par chacun an, tous les Suppôts dudit Conſeil facent ſerment ſolemnel es mains du Gouverneur, ou luy abſent du Preſident, de l'entretenir en tous ſes pointz & articles.

Si donnons en mandement audit Gouverneur & Preſident de nôtre Conſeil, que icelles ordonnances en tous les pointz & articles en la maniere dicte, ils obſervent & entretiennent, & la facent inviolablement obſerver par tous qu'il appartiendra, & pour ce procedent & facent proceder contre ceux qui en ſeroient defaillans par l'execution des peines y appoſées & contenues, car ainſy Nous plaiſt il. En temoing de ce Nous avons fait mettre nôtre Seel à ces preſentes.

Donne en nôtre Ville de Bruxelle le xix. jour de Novembre, l'an de grace mil cincq cent trente & ung, de nôtre Empire le ſecond, & de nos Regnes des Eſpagnes de deux Sicilles & autres les xvi. *Ainſi Soubſcript*: Par l'Empereur en ſon Conſeil Du Blioul, *& Scelé d'ung Scau en cire rouge en double queue pendant. Plus bas Soubſcript:* Collationé à l'Original & trouvée concorder. *Signé*: J. Bronnel avec paraphe.

CAPUT CLXIII.

Robertus *de Croy Epiſcopus Cameracenſis Vicariorum Collegium Gelæ in Brabantia conſtituit anno 1532. cum onere Divinum officium decantandi.*

Robertus de Croy Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus & Dux Cameracenſis, Sacri Imperii Princeps, Comes Cameraceſii &c. univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes noſtras Litteras inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter & legi audituris, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ea quæ ad pacis tranquillitam ac Sacræ Religionis Chriſtianæ & Divini cultûs augmentum ſpectant, Paſtoralem Dignitatem ſummopere procurare decet.

Dudum ſiquidem dum inter piæ memoriæ Prædeceſſores noſtros Epiſcopos Cameracenſes & Nobiles Generoſoſque Dominos de Merode, ſuper præſentatione Perſonæ Perſonatûs de Gheel noſtræ Dioceſis, ſeu ejuſdem Perſonatûs collatione, lis orta ſit, & pendet indeciſa, & rurſus eamdem non ſine moleſtia formidatur excitari

citari

citari ſeu continuari poſſe, pro parte Nobilium & Generoſorum Dominæ Margaretæ de Melun relictæ quondam Domini Johannis de Merode, & Domini Johannis de Merode Filii eorumdem unici, ac ejus Conthoralis Dominæ Annæ de Ghiſtelles, nec non Reverendi Patris Magiſtri Joannis de Lommel in Eccleſia .... Archidiaconi & Conſiliarii noſtri, Perſonæ Perſonatûs Eccleſiæ Parochialis Sancti Amandi de Gheele noſtræ Diocefis expoſitum extitit: magnam peregrinorum ſeu Chriſti fidelium multitudinem ad Divæ Dympnæ Virginis & Martyris Templum ſeu Sacellum in Gheel dictæ noſtræ Diocefis ſub dicta Parochia ſituatum indies confluere, miſerabileſque perſonas à ſpiritibus immundis ac malignis vexatas arreptas & obſeſſas, precibus & meritis & interceſſione ejuſdem Virginis & Martyris Divæ Dympnæ in magnam fidei Chriſtianæ confirmationem, conſolari, mundari & liberari:

Quapropter dictæ Nobiles & Generoſæ Perſonæ Domina Margareta de Melun, Dominus Joannes de Merode ejuſque Conthoralis Anna de Giſtelles, nec non modernus Perſona prædictus zelo devotionis accenſi, Dei honorem ejuſque Matris Mariæ ac Divæ Dympnæ Virginis & Martyris, in territorio & ditione dictarum Generoſarum Perſonarum devotè procurare, promovere & augmentare deſiderantes, humiliter ſupplicarunt, ut noſtrâ authoritate ordinariâ liberalique pietate annuere & prædicto Templo ſeu Sacello Divæ Dympnæ Virginis & Martyris ſingulis diebus ſeptem horas Canonicas piè & devotè per novem Presbyteros Rectorem Scholarum & quatuor Chorales perpetuis temporibus celebrandi ac decantandi facultatem, conſenſum pariter ac aſſenſum noſtros impertiri, atque Perſonatum de Gheel ſupprimere & extinguere, ejuſque proventus in opus tam ſanctum, tam pium, ad honorem Dei convertere & applicare ac perpetuò incorporare, certamque dotem quam prædictæ Nobiles Perſonæ ad hujuſmodi fundationem contulerunt acceptare & approbare, ſeu etiam applicare, annectere & incorporare, melioribus modo & formâ, quibus poſſumus, aliàſque ipſis ſupplicantibus, in & circa præmiſſa opportunè providere vellemus.

Nos igitur, ut vetus ſuper præſentatione ſeu collatione Perſonæ ſeu Perſonatûs S. Amandi in Gheel prædictæ noſtræ Diocefis, querela ſeu quæſtio præſcindatur ac ſopiatur, Dei cultus ejuſque Matris Mariæ & Divæ Dympnæ Virginis & Martyris augmentetur, fructuſque devotionis ſæpe dictarum Nobilium & Generoſarum Perſonarum uberiùs prodeat & promoveatur, ſalus quoque populi Nobis commiſſi procuretur, ſuper præmiſſis maturo habito conſilio, in erectionem dictarum horarum Canonicarum per prædictos Presbyteros, Rectorem Scholarum & quatuor Chorales decantandarum, ſuppreſſionem fructuum ejuſdem, ac fundationem prætacta conſenſum & facultatem noſtros, pro Nobis noſtriſque Succeſſoribus impertiti ſumus & per præſentes impertimur, ac quantum ad Nos ſpectat & de jure poſſumus, hujuſmodi horas Canonicas ac Vicarias per dictos novem Presbyteros & Rectorem Scholarum obtinendas, erigendas duximus & per eaſdem præſentes erigimus, Perſonatumque prætactum ſupprimimus & extinguimus, ac proventus ejuſdem ad opus prætactum applicamus & perpetuò incorporamus, fundationem ſeu dotem prætactam inferiùs latiùs ſpecificatas approbantes, acceptantes, admittentes, applicantes ac etiam incorporantes ad majorem Dei honorem, in hunc, qui ſequitur, modum.

Imprimis ordinamus & volumus, Matrici Eccleſiæ S. Amandi de Gheel per iſtam novam horarum Canonicarum fundationem nihil præjudicii in Divino ſervitio aut aliis ſuis juribus irrogari.

Ulteriùs quod novem Presbyteri & Rector Scholarum pro tempore majoris Scholæ Libertatis de Gheele cum quatuor ſuis Choralibus conſtituentes decem Vicarios, habebunt ad uſum ſeu ſuſtentationem eorum in Matutinis, Laudibus & Prima ſimul cantandis in Templo ſive Sacello D. Dympnæ Virginis & Martyris infra limites Parochiæ S. Amandi de Gheele ſituato, unum dimidium ſtuferum, in Tertia, Sexta, & Summa Miſſa, & Nona dimidium ſtuferum, & in Veſperis Completorio & Laudibus etiam cantandis, alium dimidium ſtuferum eorum quilibet, ſic quod ſingulis diebus quilibet eorum decem nominatorum omnes horas prædictas viſitantium in prædicto Sacello recipiet unum ſtuferum cum dimidio, & Cuſtos ejuſdem Sacelli, qui ad ſingulas horas, more in ſimilibus Eccleſiæ conſueto, pulſare aliaque ad officium ſuum ſpectantia adimplere tenebitur, abſque tamen quod dictis horis intereſſendo cantare adſtringatur, unum ſtuferum.

Et quia Beneficiati in Templo ſeu Sacello Divæ Dympnæ exiſtunt, unus Cappellanus Chori ſeu Summi Altaris habens in fructibus ſub onere trium Miſſarum 24. Renenſes, Capellanus ad Altare Divæ Dympnæ ſub onere trium Miſſarum 26. Renenſes, Capellanus ad Altare Divæ Virginis Mariæ ſub onere trium 22. Renenſes cum dimidio, Capellanus ad Altare Divæ Virginis lamentabilis ſub onere trium Miſſarum 24. Renenſes, ex quibus habentur quinque Beneficiati, quos unà cum dicto Rectore Scholarum tamquam ſexto Vicario, de conſenſu præfatarum Nobilium Perſonarum & præſertim ipſius Domini de Merode hujuſmodi Beneficiorum collatoris ſeu jus ad illa præſentandi habentis, voluimus ad prædictas horas decantandas, modò qualificati, idonei & reſidentes fuerint (prout poſt ceſſum vel deceſſum modernorum Beneficiatorum, ut inferiùs deſcribitur, reſidere tenebuntur) ceteris non Beneficiatis præferri, eiſque hujuſmodi Vicarias conferri: ſi autem prædicti moderni Beneficiati non reſideant, eorum ſubſtituti (modò idonei fuerint) poſſunt ad dictum Beneficium aſſumi, modo & ſtipendio prædicto; de reliquis autem quatuor Vicariis conferendis ipſi Domino Patrono prælibato

liberam relinquimus facultatem, cum tamen idoneas aſſumat, & quales infra quoad deſtitutionem dictorum quatuor Vicariorum, eidem Patrono authoritatem reſervantes, qualem illi in aliis inſi à adſcribimus & reſervamus, ſalvo quod hi Beneficiis ſuis (ſi quæ aliàs obtinent) non priventur:

Et ad finem ut hæc convenientiùs fieri poſſent, de conſenſu quo ſupra volumus & ordinamus, quod de cetero poſt ceſſum vel deceſſum modernorum Beneficiatorum prætactorum nemo poterit admitti aut inſtitui in dictis Beneficiis aut aliquo ipſorum, aut etiam Vicariis prætactis, niſi fuerit actu Sacerdos, vel qui infra annum ad Sacerdotium poſſit promoveri, competentem vocem habens, legere & cantare, ſaltem ſimplicem cantum ſciens, & in loco reſidere volens:

Qui ſiquidem promovendi ſic admiſſi & inſtituti, ſi intra annum ad Sacerdotium promoti non fuerint & ad reſidentiam in dicta Eccleſia perſonaliter ſe non contulerint, aut ſi tam ipſi, quàm alii, quod abſit, incontinentes ac concubinarii fuerint, & ſemel per prælibatum Dominum de Merode, ſuoſve in jure Patronatûs hujuſmodi ſuæ fundationis Succeſſores, & Directorem infra deſignatum moniti à præmiſſis infra menſem à die monitionis non deſtiterint, Beneficiis prætactis, ſi quæ habent, & etiam Vicariis hujuſmodi privati ſint, & eſſe cenſeantur eo ipſo; in Directore verò præfato ſic delinquente aut defectuoſo comperto ſufficiat monitio ipſius Domini temporalis in præſentia duorum de ſuis Confratribus ſeu Convicariis facta, quod & in aliis obſervetur.

Directore hujuſmodi monitionem cum ipſo Domino temporali facere frivolè recuſante, poterit de ejuſmodi Beneficiis & Vicariis ſic vacantibus Patronus ſæpedictus diſponere, perinde ac ſi per ceſſum aut deceſſum vacarent:

Et præterea quod hujuſmodi Beneficiati ſeu Vicarii Sacerdotes exiſtentes, & etiam Rector Scholarum infra tres menſes à die admiſſionis & inſtitutionis computando ad ipſam Eccleſiam ſeu Capellam ad effectum reſidendi in illa accedere & hujuſmodi reſidentiam continuare teneantur, & poſt hujuſmodi reſidentiam acceptam ſeſe non abſentare abſque cauſa legitima, ſine expreſſa licentia Domini temporalis loci, aut in ejus abſentia ejus Vices-gerentis, & Directoris: quod ſi ſe abſentaverint ultra tres menſes continuos, vel interpellatos, non ſolùm perdent fructus tempore hujuſmodi abſentiæ, imò privati cenſeantur ipſo facto dictis Beneficiis, ſi quæ habent, & Vicariis, nec poterit licentia Domini temporalis & Directoris ipſis ultra dictos tres menſes in anno in aliquo prodeſſe, aut ſuffragari, etiamſi in ſervitio Domini temporalis aut cujuſcumque alterius quantumcumque privilegiati extiterint: Director verò ab ipſo Domino temporali ſuove Vicemgerente, & duobus ſenioribus ſuis Confratribus hujuſmodi licentiam obtineat.

Et ne ipſe Dominus temporalis in futurum exequi recoſet ſeu diſſimulet, quod in eventu privationis & vacationis hujuſmodi idem Dominus temporalis, poſtquam ſemel per Nos ſeu Succeſſores noſtros monitus fuerit, & infra ſex hebdomadas à die hujuſmodi monitionis non præſentaverit, tunc Nos & Succeſſores noſtri pro ea vice negligentiam ejus ſupplentes providebimus uni qualificato, modo præmiſſo, de dictis Vicaria & Beneficio ſic (quod abſit) ut præmittitur vacantibus.

Pro quo quidem ſtipendio ſeu dote Vicariarum & fundationis præſcriptarum in parte habendo, ſeu conſtituendo, medietatem omnium & ſingulorum fructuum & proventuum dicti Perſonatûs, in quibuſcumque conſiſtunt, demptis collationibus Beneficiorum ad ipſius collationem ſpectantium, vità ipſius durante; poſt mortem verò ejuſdem moderni Perſonæ integros ejuſdem Perſonatûs fructus & proventus prædicto Vicariorum Officio ſeu fundationis, cum expreſſo conſenſu moderni Perſonæ ſupraſcripti, dictâ noſtrâ ordinariâ poteſtate reſervamus, adjicimus & incorporamus, ac volumus perpetuò eſſe addictos, atque incorporatos, collatione ſeu præſentatione Beneficiorum ad collationem Perſonæ pertinentium, videlicet Curæ ſive Eccleſiæ S. Amandi prælibatæ, ac Capellaniæ Virginis Mariæ in eadem Eccleſia fundatæ Nobis reſervatâ, unà cum collatione S. Crucis, nec non S. Spiritûs in eadem Eccleſia S. Amandi ſitorum; ſalvo quod Dominus temporalis pro tempore habebit nominationem ad eandem Eccleſiam Parochialem S. Amandi Nobis & noſtris Succeſſoribus faciendam, pro collatione & admiſſione obtinenda, prout & quemadmodum præmiſſa medio & interlocutione peritorum ac providorum Virorum inter prælibatum Dominum de Merode, & Nos concordata ſunt.

Item de conſenſu præfatarum Nobilium Perſonarum, nec non Rectorum fabricæ Sacelli S. Dympnæ, Scabinorum ſeu Legiſlatorum Libertatis de Gheel, unà cum Curato & Rectoribus fabricæ dictæ Eccleſiæ Divi Amandi, de quo Nobis etiam legitimè conſtitit & conſtat, pariformiter reſervamus, adjicimus, applicamus & perpetuò incorporamus dicto officio ſeu fundationi, omnes & ſingulas oblationes in dicta Capella quomodocumque & qualitercumque provenientes, quæ hactenus ad eandem fabricam dictæ Capellæ ſpectare conſueverunt, ſupercreſcentes ultra onera intertentionis ejuſdem fabricæ, ornamentorum, calicum, librorum ac luminarium ejuſdem, ac alia quæcumque & qualiacumque onera, quæ dicta fabrica hactenus ferre conſuevit tam extra ipſam fabricam, ſive Capellam, ut Proceſſionum Generalium, quæ annuè ibidem cum certis imaginibus, vehiculis & aliis ſolemnitatibus fieri & celebrari conſueverunt, quàm etiam intrà: quæ quidem munera ſeu potiùs oblationes & emolumenta quibus ea hactenus ferri & ſupportari conſueverunt, unà cum omnibus ovibus & ovium velleribus & lanis in dicta Capella in ſpecie in futurum offerendis,

dis, dictæ fabricæ reſervabuntur & deducentur, prout illa etiam reſervamus & deducimus, unà cum octodecim Carolis ſeu florenis Renenſibus communibus, etiam ſingulis annis deducendis, pro dequitatione certorum redituum dequitabilium, quibus dicta fabrica modò onerata dignoſcitur, & hoc donec hujuſmodi reditus dequitati fuerint & non ultra, nec non cum dictis oblationibus, proventus & emolumenta provenientia ex officio infirmorum, dicto vulgariter *de Lepel*, de conſenſu ſæpe memorati Domini de Merode, & aliorum præſcriptorum, ſi & quantùm eos & eorum quemlibet concernit, in hoc etiam adhibito, ſimili modo prædicto officio reſervamus, applicamus, adjicimus atque incorporamus.

Et propterea, ut præmiſſa omnia & ſingula firmiori fulcimine ſubſiſtant ſeu muniantur, prętactam dotem quam præfatæ Nobiles Perſonæ pro Vicariis ſeu fundatione prætactis modo ſubſcripto aſſignarunt, contulerunt & tranſportarunt, videlicet in primis redditum unum annuum & hereditarium 80. florenorum Renenſium, quolibet floreno ad viginti ſtuferos monetæ Brabantiæ computato, redimibilem pro & mediantibus viginti denarils conſimilibus, ac pleno cenſu, ſub onere duarum Miſſarum quotidianarum, quarum una videlicet matutinalis prima decantata ſuper Altare Beatæ Virginis, ubi corpus Domini de Merode (piæ memoriæ) ſepultum exiſtit, cum recitatione Pſalmorum, *Miſerere mei Deus*, & *De profundis*, ac orationibus ſuper ſepulchris defunctorum fieri ſolitis, aſperſione aquæ benedictæ poſt finem Miſſæ, & altera videlicet ſumma Miſſa diebus celebribus cum Diacono & Subdiacono, & aliis ferialibus & ſimplicioribus ſine illis celebrabitur: & hæc omnia ultra Miſſas Beneficiis ſupradictis incumbentes: & inſuper adhuc decem florenos ſimiles Renenſes annuos & dequitabiles ut ſuprà, ſub onere quatuor anniverſariorum ſingulis annis per dictos Vicarios celebrandorum: & adhuc quatuor modios ſiliginis Menſuræ de Gheel etiam hereditarios & dequitabiles, quolibet ſcilicet modio pro & mediantibus 26. florenis Renenſibus, ſemel quartatim pauperibus Chriſtianis ſingulis diebus anniverſariorum hujuſmodi erogandos & diſtribuendos, eâ adjectâ conditione, quod denarii Capitales ex dicta forſan futura dequitatione proventuri debebunt iterum applicari ad ſimiles & ejuſdem naturæ reditus, authoritate quâ ſuprà acceptamus, approbamus, applicamus & incorporamus officio & fundationi prætactis.

Et ad finem ut prædictæ oblationes omnes & ſingulæ dictæ Capellæ unà cum emolumentis cochlearis dicti vulgariter *den Lepel*, quas & quæ ſoli Laïci adminiſtrare & de illis Domino temporali dicti loci pro tempore exiſtenti computum reddere conſueverunt, abſque eo quod Ordinarius ſeu Rector Parochialis Eccleſiæ S. Amandi de illis ſeſe intromiſit, accuratiùs & diligentiùs adnuncientur, colligantur & obſerventur ac in uſus prætactos convertantur:

Ordinamus etiam cum conſenſu dictarum Nobilium Perſonarum, Rectorum fabricæ, & aliorum præſcriptorum, quod Director præfatus nnà cum prædictis Laïcis, qui duo dumtaxat eſſe conſueverunt, hujuſmodi oblationes & proventus cochlearis adminiſtrabit, ac computum & calculum ſingulis annis conſueto more coram Domino temporali loci, & duobus prædictis Vicariis aſſumendis & deputandis per alios Vicarios, reddet & faciet, ita tamen quod, ſi contingat dictos tres receptores ſeu adminiſtratores in aliquo hujuſmodi adminiſtrationis ſuæ officium concernente diſcordare, poterit tunc dictus Dominus temporalis duobus ſimul concordantibus ex dictis tribus, vel etiam à tertio requiſitus ipſis tribus præſentibus, vel aliquo contumaciter abſente, examinare hujuſmodi differentiam ac concludere & ordinare ac executioni mandare, quod à prætactis duobus concorditer fuerit conceptum, niſi æquior & rationabilior eſſet ipſius tertii opinio, & meritò per ipſum Dominum temporalem ſequenda & executioni mandanda.

Postremò, ut præmiſſa omnia, & præſertim quoad Divinum officium adimplendum ordinatè fiant & obſerventur, volumus & ordinamus, quod ex præfatis novem Preſbyteris pro decantatione hujuſmodi horarum aſſumendis, unus pro hac vice aſſumatur & nominetur per ipſum Dominum temporalem, qui Director appellabitur, & in eventum ceſsûs, deceſsûs, aut privationis ejuſdem, de cetero alius per alios novem Vicarios, de conſilio tamen & avizamento dicti Domini temporalis, quod ejuſmodi electioni intereſſendo præſtare poterit, eligetur, & electus hujuſmodi præſentabitur dicto Domino temporali loci, qui eundem admittere habebit & debebit, ſalvo juramento in ſimilibus præſtari ſolito de fideliter adminiſtrando.

Qui ſiquidem Director nominatus, electus & admiſſus habebit ex ſuo officio diſtribuere plumbum, notare abſentes, dirigere Chorum, ut omnia ordinatè & regulariter fiant, in legendo, cantando, pronuntiando, accentuando, pauſando, auſcultando, incipiendo, finiendo, & alia quæ ſtatuentur & ordinabuntur, ut obſerventur, & intertenea ntur, dirigendo & ordinando.

Quod ſi hujuſmodi Director ex aliqua cauſa rationabili alleganda per Vicarios, veniret deſtituendus, hoc fiet per ipſum Dominum temporalem loci, & alius in ejus locum, per ipſos Vicarios modo præmiſſo eligetur & admittetur: de ſtipendio verò ejuſdem gratioſè convenietur cum ipſo ſic electo & aſſumpto per ipſos alios Vicarios & ipſum Dominum temporalem loci; habebitque itidem Director cum conſilio aliorum Vicariorum ordinare & exequi correctionem parvorum exceſſuum, qui committuntur in non obſervatione Statutorum & ordinationum fiendarum circa celebrationem & decantationem horarum, & ſervitii Divini, ſine tamen præjudicio noſtro & Succeſſorum noſtrorum in majoribus criminibus ac etiam aliis præmiſſis & cæteris quibuſcumque per præventionem corrigendis.

Quod ſi aliquis ex prædictis Vicariis aſſumptis recuſaverit recipere hujuſmodi correctionem,

nem, ad querelam ipſorum Vicariorum deſtituetur per ipſum Patronum, monitione præſcriptâ priùs rite ſactâ.

Ne autem Nos & Succeſſores noſtri in Epiſcopatu Cameracenſi ex præmiſſis & præcipuè commutatione, ſeu ſuppreſſione, & extinctione dicti Perſonatûs, nimium diſpendium patiamur, interveniente expreſsò conſenſu præfatorum ſupplicantium, Nobis noſtriſque Succeſſoribus Epiſcopis Cameracenſibus ſuper fructibus præfati Perſonatûs unam marcham argenti puri per præfatos Vicarios ſingulis annis in Feſto S. Remigii noſtro Sigillifero in Oppido Bruxellenſi perſolvendam, nec non collationem & proviſionem modo præexpreſſo dictarum Eccleſiæ S. Amandi & Capellaniæ Beatæ Mariæ, & aliarum ad collationem Perſonæ pertinentium poſt ceſſum vel deceſſum dicti Magiſtri Johannis Perſonæ reſervamus & reſervandam duximus.

Et ſi impoſterum ex proventuum totalium dicti Perſonatûs ad dictam fundationem applicatione & incorporatione, defectu viſitantium horas, emolumentis Chriſti fidelium vel aliàs ultra onera & diſtributiones prædictas, redditus & theſaurus ſuccreverit, ut ex iis ſtipendium Vicariorum, aut numerus perſonarum ad Divinum cultum commodè augmentari, aut dictæ Vicariæ in Canononicatus erigi poſſint, volumus in collatione Beneficiorum fundandorum aut erigendorum & quibuſcumque aliis præſentem fundationem aliaque præmiſſa concernentia, jus noſtrum, & in Epiſcopatu Succeſſorum noſtrorum, & cujuſlibet alterius ſemper eſſe ſalvum.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & Teſtimonium præmiſſorum præſentes Litteras fieri, Sigilliſque noſtri juſſimus appenſione muniri.

Datum & ſactum in Oppido noſtri Caſtri
Cameraceſii, anno Domini M. D. XXXII. menſis 1532.
Maii die XXVIII. præſentibus ibidem Venerabilibus & circumſpectis Viris Dominis ac Magiſtris Melchiore le Lormuer Cantore & Canonico Cameracenſi, & Eligio Waelken Decano & Canonico Teneramundenſi, Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

CAPUT CLXIV.

Acta in Seculariꝫatione Abbatiæ S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi ejuſque in Eccleſiam Collegiatam Erectione. Item Proceſſus fulminatus anno 1537. *per* JOANNEM CARONDELET *Archiepiſcopum Panormitanum Præpoſitum S. Donatiani Brugis &c. ſuper Bulla Pauli III. Pontificis, de qua ſupra pag.* 1051.

IN nomine Domini, Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod, cùm Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus PAULUS Divinâ providentiâ Papa Tertius, ad ſupplicationem & requiſitionem Sacratiſſimi Domini noſtri Domini CAROLI Quinti, ſemper Auguſti, Monaſterium S. Bavonis Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, conſenſu Reverendi in Chriſto Patris & Domini Domini Lucæ permiſſione Divinâ dicti Monaſterii Abbatis interveniente, in notabilem Eecleſiam Collegiatam perpetuis ſuturis temporibus erexerit, prout Bullis ſive Litteris Apoſtolicis in forma gratioſa conceſſis & expeditis infrà latiùs patebit, anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Indictione decimâ, Menſis verò Julii die ultimâ, in Profeſto Elevationis S. Bavonis ejuſdem Eccleſiæ Patroni, horâ vel quaſi octavâ ante prandium, Pontificatûs ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri anno tertio:

Ipse Reverendus Dominus Lucas Munich Abbas ac Religioſi Viri D. Petrus Henriblock olim Prior, Judocus Arents Eleëmoſynarius & Supprior, Daniël Duerman Præpoſitus tunc Præpoſituræ de *Papinglo* nuncupatæ, Joannes Boele Præpoſitus S. Bavonis, Gerardus de Vivario Hoſpitalarius, Laurentius Boels Præpoſitus S. Amandi, Carolus Poucke Cellarius, Judocus Lyeckercke Thezaurarius, Joannes ex Curia, Melchior de Dixmuda, Antonius Andreæ, Petrus Maricbal, Alexander Vaernewyck, Martinus van Heule, Anthonius Daniëlis, Dionyſius Vaernewyck, Franciſcus vander Gracht, Jacobus van Damme, Guillelmus vander Hecke, & Livinus de Dixmuda, omnes in habitu Monachali antedicti Monaſterii, in Choro dictæ Eccleſiæ perſonaliter comparuerunt, Hymnum *Veni Creator Spiritus* cum Verſu & Collecta ſolemniter decantantes:

Quibus decantatis, proceſſionaliter, junioribus binis & binis procedentibus, ac ſenioribus ordine ſervato ſubſequentibus, Capitulum ſeu locum capitularem acceſſerunt, & ibidem poſtquam tam ipſe Reverendus Dominus Abbas, quàm ceteri adhuc in habitu Monachali conſtituti, loca ſua conſueta ordineque ſervato acceſſiſſent, ipſe Reverendus Dominus in noſtrorum Notariorum ad infraſcripta requiſitorum & aſſumptorum, Teſtiumque ſubſcriptorum præſentia babens & tenens ſuis in manibus eaſdem Litteras Apoſtolicas Proceſſuſque deſuper fulminatos, nec non Litteras Placeti ejuſdem Cæſareæ Majeſtatis; cum inſtrumento conſenſûs eorundem, ſermonem accipiendo ac volens eaſdem Litteras Apoſtolicas ad effectum

deducere

deducere ac ad earundem ulteriorem executionem, altâ & intelligibili voce propoſuit, ut cum ipſi omnes & ſinguli ignorare non poſſent, expeditionem earundem Litterarum Apoſtolicarum Proceſſuumque deſuper fulminatorum cum Placeto ejuſdem Cæſareæ Majeſtatis fuiſſe & eſſe de eorum expreſſis voluntate conſenſu & aſſenſu factam .... interrogavit omnes & ſingulos tam conjunctim quàm diviſim, an earumdem Litterarum Apoſtolicarum expeditionem cum Proceſſibus inde ſubſecutis & Placeto ratam & gratam haberent, vellentque ad earundem ultimatam expeditionem procedi: & perſcrutatis per Nos Notarios ſingulariter ſingulis eorum votis, nullo etiam diſcrepante, reſponderunt: Ita.

Quo facto ipſe Dominus Abbas eaſdem Litteras cum Proceſſibus, Placeto, ac eorum Inſtrumento conſensûs, Egregio Viro Domino Hermanno de Gouda Sacræ Paginæ Doctori, Decano Eccleſiæ B. Mariæ Trajectenſis in dextero ſuo latere ſedenti, tanquam earundem Litterarum Apoſtolicarum in vim Clauſulæ *Ceterum* in Proceſſibus contentæ Subexecutori ad infraſcripta aſſumpto & electo, præſentavit.

Quibus cum omni qua decuit reverentia & honore acceptis, ipſe Dominus Decanus volens ut dixerat Mandatis Apoſtolicis in omnibus obedire, eaſdem Litteras, Proceſſus & Placetum publicandi & legenda noſtrorum Notariorum alteri tradidit, quarum quidem Litterarum Apoſtolicarum, Conſenſuum, Proceſſuum & Placeti tenores ſequuntur & ſunt tales.

Bulla Pauli III.

Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacri Apoſtolatûs miniſterio, meritis licet imparibus, ſupernâ diſpoſitione præſidentes, ex commiſſi Nobis Paſtoralis Officii debito, ad ſingulas Eccleſias & Monaſteria dirigentes &c. *ut ſuprà fol.* 1051.

Inſtrumentum Conſenſûs.

In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à Nativitate ejuſdem Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione nonâ, die verò ultimâ menſis Januarii, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli Divinâ providentiâ Papæ III. anno tertio, in mei Notarii publici Teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter ac conventualiter congregati Venerabiles Viri Domini Petrus Henriblock Prior Monaſterii S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Tornacenſis Dioceſis, Antonius Bradiſer Infirmarius, Judocus Arenta Eleëmoſynarius & Cantor, Daniël Duerman Præpoſitus in *Papinglo*, Joannes Boele Præpoſitus S. Bavonis, Gerardus de Vivario Hoſpitalarius, Laurentius Boels Præpoſitus S. Amandi, Carolus Poucke Cellarius, Judocus Lyeekercko Thezaurarius, Johannes ex Curia, Melchior de Dixmuda, Anthonius Andreæ, Petrus Mariehal, Alexander Vaernewyck, Martinus van Heule, Anthonius Daniëlis, Dionyſius Vaernewyck, Franciſcus vander Gracht, Jacobus van Damme, Guillelmus vander Heeke, omnes Religioſi & profeſſi antedicti Monaſterii:

Nomina Monachorum.

Qui, ut præfertur, congregati, & factâ per me Notarium publicum infraſcriptum lecturâ affixarum Litterarum Apoſtolicarum ſuppreſſionis præfati Monaſterii S. Bavonis & erectionis ejuſdem in Eccleſiam Collegiatam, ac ſuper eiſdem Litteris Apoſtolicis per præfatos conſtitutos & eorum quemlibet maturè deliberatis, ſponte & ex eorum certis ſcientiis in ſuppreſſione & erectione prædictis cum omnibus & ſingulis clauſulis & conditionibus in hujuſmodi Litteris expreſſis unanimiter conſenſerunt & quilibet eorundem ſeparatim interrogatus conſenſit, affirmantes medio eorum juramento ſe eiſdem Litteris Apoſtolicis ac contentis in eiſdem nullo unquam tempore etiam ex quacumque cauſa contraventuros, imò omnia & ſingula in illis expreſſa inviolabiliter obſervaturos.

Super quibus omnibus & ſingulis præfati Domini petierunt à me Notario publico unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici inſtrumentum & inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc in præfato Monaſterio, in Domo habitationis præfati Domini Prioris, ſub anno, Indictione, die, menſe, & Pontificatu quibus ſuprà, præſentibus ibidem Venerabili Viro Magiſtro Balduino de Mera Presbytero Tornacenſis Dioeceſis, Eximio Viro Magiſtro Johanne Baert Juris Licentiato, & Johanne de Vos Cive Gandenſi Teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Sic Subſcriptum & Signatum: Et Ego Johannes de Mayo Presbyter Tornacenſis Dioceſis, publicus Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius, in Archivo Romanæ Curiæ deſcriptus, & per Cæſaream Majeſtatem admiſſus, quia prædicto conſenſui omnibuſque aliis & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, unà cum prænominatis Teſtibus præſens fui, ideo hoc præſens publicum conſensûs inſtrumentum confeci, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium præmiſſorum rogatus & requiſitus. *Et in manuali ſigno ſcriptum erat:* Domat omnia virtus; Jo. de Mayo Notarius.

Johannes Dei gratiâ Archiepiſcopus Panormitanus & Præpoſitus Præpoſituræ Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Donatiani Oppidi Brugenſis, Tornacenſis Dioceſis, Judex & Executor ad infraſcripta, unà cum nonnullis noſtris in ea parte Collegis cum illa clauſula: *Quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, &c.* à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Thezaurariis, Succentoribus, Sacriſtis, tam Cathedralium & Metropolitanarum quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus ſeu Loca-tenentibus eorumdem, Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus quibuſcumque per Comitatum

Proceſſus fulminatus.

&

& Dioceſim Tornacenſem ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet, omnibuſque aliis & ſingulis quorum intereſt, intererit aut intereſſe poterit, quoſque infra ſcriptorum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, aut quacumque præſulgeant dignitate, ſalutem in Domino & noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis.

Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli Divinâ providentiâ Papæ Tertii moderni, ejus verâ Bullâ plumbeâ cùm filis ſericeis rubei croceique coloris more Romanæ Curiæ impendentibus bullatas, ſanas ſiquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione, ut in eis primâ facie apparebat, carentes, Nobis per Venerabilem Virum Dominum ac Magiſtrum Johannem de Mayo Procuratorem expreſsè conſtitutum Dominorum Abbatis & Conventûs Monaſterii S. Bavonis Gandenſis, Tornacenſis Dioceſis, ſeu veriùs Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ erectæ dicti S. Bavonis principalium, in & ſub eiſdem Litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum, coram Notario publico & Teſtibus infraſcriptis debitè præſentatas, Nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepiſſe, hujuſmodi ſub tenore:

Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei &c. *prout ſuprà pag.* 1051.

Post quarum quidem Litterarum Apoſtolicarum præſentationem & receptionem Nobis & per Nos ſicut præmittitur factam, fuimus per præfatum Magiſtrum Johannem de Mayo quo ſupra nomine Procuratorem præfatorum Dominorum Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ S. Bavonis in præmiſſis Litteris Apoſtolicis principaliter nominatorum debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem dictarum Litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eiſdem procedere vellemus & dignaremur juxta traditam ſeu directam per eas à Sede Apoſtolica Nobis formam.

Nos igitur Johannes Archiepiſcopus, Præpoſitus, Judex & Executor præſatus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam & rationi conſonam, volenteſque Mandatum Apoſtolicum ſupraſcriptum Nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, idcircò Auctoritate Apoſtolicâ Nobis commiſsâ & quâ fungimur in hac parte, præfatas Litteras Apoſtolicas & hunc noſtrum Proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter vel diviſim intimamus, inſinuamus ac notificamus, ac ad veſtram & cujuſlibet veſtrûm notitiam deducimus & deduci volumus per præſentes, voſque nihilominus & veſtrûm quemlibet tenore præſentium requirimus & monemus primò, ſecundò, tertio & peremptoriè, communiter vel diviſim, vobiſque & veſtrûm cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ & ſub infraſcriptarum ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem ſive notificationem dictarum Litterarum Apoſtolicarum & præſentis noſtri Proceſsûs, ac requiſitionem pro parte præfatorum Dominorum Præpoſiti & Capituli principalium, vobis, ſeu alteri veſtrûm factas, immediatè ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis omnibus & ſingulis ſupradictis pro tertio peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus, præfatas Litteras Apoſtolicas & in eis contenta quæcumque, ubi quando & quotiens expediens & opus ſuerit, ſolemniter publicetis & quilibet veſtrûm publicet, ac præfatis Dominis Abbati & Conventui ſeu Præpoſito & Capitulo principalibus in præmiſſis omnibus & ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ſuppreſſionem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, immutationem, reductionem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, conceſſionem, indultum, decretum & alia in præmiſſis Litteris conteota quæcumque ſuum plenarium effectum ſortiri ac ab omnibus inviolabiliter obſervari faciatis & quilibet veſtrûm faciat, præfatoſque Præpoſitum & Capitulum ſeu Abbatem & Monachos poſſeſſione ſeu quaſi, abſolutione, liberatione, diſpenſatione & abolitione prædictis pacificè gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque contra prædictarum Litterarum tenorem quomodolibet impediri, moleſtari vel perturbari, neque moleſtetis, inquietetis, aut perturbetis.

Quod ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula non adimpleveritis ſeu diſtuleritis adimplere, mandatiſque & monitionibus noſtris hujuſmodi imò veriùs Apoſtolicis non parueritis cum effectu, Nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos qui culpabiles fueritis in præmiſſis, & generaliter in contradictores quoſlibet & rebelles & impedientes ipſos Dominos Præpoſitum & Capitulum principales ſuper præmiſſis in aliquo, ac ipſos impedientibus dantes auxilium, conſilium, vel ſavorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè quovis quæſito ingenio vel colore, cujuſcumque dignitatis exiſtant, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos, prædictâ ſex dierum Canonicâ monitione præmiſsâ, excommunicationis, in Capitula verò, Conventus & Collegia quæcumque in his forſan delinquentia ſuſpenſionis à Divinis, & in ipſorum delinquentium & rebellium Eccleſias, Monaſteria, & Capellas interdicti Eccleſiaſtici ſententiam, ferimus in his Scriptis & etiam promulgamus.

Et dilatione in quibuſcumque Reverendiſſimis & Reverendis in Chriſto Patribus & Dominis Archiepiſcopis & Epiſcopis, quibus ob reverentiam ſuarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, ſi contra præmiſſa vel ipſorum aliquod feceritis ſeu fieri mandaveritis, per vos vel ſubmiſſas perſonas, publicè vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito ingenio vel colore, ex nunc prout ex tunc & è converſo, prædictorum ſex dierum Canoni-

câ

Digitized by Google

câ monitione præmiſsâ, ingreſſum Eccleſiæ interdicimus in his Scriptis.

Si verò hujuſmodi interdictum per alios ſex dies præfatos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis, vos in eiſdem Scriptis, ſimili Canonicâ monitione præcedente, ſuſpendimus à Divinis.

Verum ſi præfatas interdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies, præfatos duodecim dies immediatè ſequentes, animis, quod abſit, ſuſtinueritis induratis, vos & veſtrûm quemlibet ex nunc prout ex tunc & è converſo, câdem canonicâ monitione præmiſsâ, in eiſdem Scriptis excommunicationis ſententiâ Auctoritate Apoſtolicâ ſupradictâ innodamus.

Ceterùm cum ad executionem præmiſſorum ulteriùs faciendam nequeamus quoad præſens perſonaliter intereſſe, pluribus aliis arduis negotiis præpediti, vobis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Thezaurariis, Scholaſticis, Cuſtodibus, Sacriſtis, tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus ſeu Loca-tenentibus eorundem, Plebanis, Vice-Plebanis, Vicariis perpetuis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Altariſtis, Presbyteris, Clericis, ceteriſque Viris Eccleſiaſticis, in quibuſcumque dignitatibus, gradibus vel officiis conſtitutis, Notariiſque & Tabellionibus publicis quibuſcumque per Comitatum & Dioceſim Tornacenſem & Cameracenſem, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ſuper ulteriori executione dicti Mandati Apoſtolici atque noſtri facienda, Auctoritate Apoſtolicâ ſupradictâ plenariè tenore præſentium committimus vices noſtras, donec eas ad Nos ſpecialiter & expreſsè duxerimus revocandas.

Quos & eorum quemlibet in ſolidum eiſdem Auctoritate & tenore requirimus & monemus, primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, communiter & diviſim, eiſque nihilominus & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna, quam in eos & eorum quemlibet, dictâ ſex dierum canonicâ monitione præmiſsâ, ferimus in his Scriptis, niſi fecerint quæ mandamus, diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus ipſi & eorum ſinguli, viſis & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte præfatorum Dominorum Præpoſiti & Capituli principalium vigore præſentium fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec alter per alium ſeu pro alio quoquo modo ſe excuſet, ad vos omnes & ſingulos ſupradictos, perſonaſque & loca, de quibus quando & quotiens expediens fuerit, perſonaliter accedant ſeu accedat, & præfatas Litteras Apoſtolicas huncque noſtrum Proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant, intiment, inſinuent, & fideliter publicari procurent:

Ac eiſdem Dominis Præpoſito & Capitulo principalibus, in præmiſſis omnibus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præfatas Litteras Apoſtolicas & in eis contenta quæcumque ſuum plenarium effectum ſortiri ac ab omnibus firmiter obſervari, præfatoſque Dominos Præpoſitum & Capitulum, nec non eoſdem Dominos Abbatem & Monachos poſſeſſione ſeu quaſi, abſolutione, liberatione, diſpenſatione & abolitione prædictis pacificè gaudere faciant & quilibet eorum faciat, non permittentes eos deſuper per quoſcumque contra prædictarum Litterarum Apoſtolicarum tenorem quomodolibet impediri, moleſtari vel perturbari: & generaliter omnia & ſingula Nobis in hac parte commiſſa plenariè & integrè exequantur, juxta prædictarum Litterarum Apoſtolicarum & prædicti noſtri Proceſsûs continentiam & tenorem; ità tamen quod in his exequendis dicti Subdelegati noſtri vel quicumque alius ſeu alii nihil in præjudicium dictorum Dominorum Præpoſiti & Capituli principalium attemptare valeant quomodolibet in præmiſſis, neque in Proceſſibus per Nos habitis aut ſententiis per Nos latis abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare.

In cæteris autem quæ eiſdem Dominis Præpoſito & Capitulo principalibus nocere poſſint ſeu quomodolibet obeſſe, præfatis Subdelegatis noſtris & quibuſlibet aliis poteſtatem omnimodam denegamus.

Et ſi contingat, Nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo Nobis poteſtatem omnimodam reſervamus, non intendimus propterea Commiſſionem noſtram hujuſmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris Litteris fecerimus mentionem.

Præfatas quoque Litteras Apoſtolicas, huncque noſtrum Proceſſum volumus penes dictos Dominos Præpoſitum & Capitulum principales ſeu eorum Procuratores remanere, & non per vos ſeu quemcumque alium, contra eorum voluntatem quomodolibet detineri; contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententiis volumus ſubjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis eam petentibus & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus & expenſis; abſolutiones verò omnium & ſingulorum qui præfatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerint ſive incurrerit quoquo modo, Nobis vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Litteras, ſive præſens publicum Inſtrumentum, Proceſſum noſtrum hujuſmodi in ſe continentes ſive continens, exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandamus, noſtrique Sigilli, quo in ſimilibus utimur, juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Datum & actum Bruxellæ, Cameracenſis Dioceſis, in Domo noſtra, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Indictione decimâ, die ſeptimâ menſis Februarii, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli Divinâ providentiâ Papæ III. præfati anno tertio, præſentibus ibidem honorabilibus ac diſcre-

 tis

ris Viris Dominis Stephano Carlier, Jacobo Baneſtem Presbyteris, & Philippo de Lens, Morinenſis ac Cameracenſis Diœceſis, Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Sic Signatum & Subſcriptum : Et Ego Johannes de Langhe Clericus Morinenſis Diœceſis, publicus Sacrâ Apoſtolicâ Auctoritate Notarius, ac Sacræ Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis Caroli Quinti Secretarius ordinarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum agerentur, præſens interſui, ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, ſignavi, publicavi, & ſubſcripſi rogatus & requiſitus.

In ſigno manuali ſcriptum legebatur : QUISQUE SUOS PATIMUR MANES.

Placetum Cæſareum CHARLES *par la Divine clemence Empereur des Romains toujours Auguſte, Roy de Germanie, de Caſtille, de Leon, de Grenade, d'Arragon, de Navarre, de Naples, de Secille, de Maillorque, de Sardaine, des Iſles Iudes & Terre ferme de la Mer Oceane, Archiduc d'Auſtriche, Duc de Bourgoigne, de Lothier, de Brabans, de Lembourg, de Luxembourg & de Geldres, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgoigne, Palatin, de Haynau, de Hollande, de Zeelande, de Ferrette, de Haynault. de Namur & de Zusphen, Prince de Swave, Marquis du S. Empire, Seigneur de Frize, de Salins, de Malines, & Dominateur en Aſie & en Afrique, à nôtre très-chere & très-amée Sœur Madame Marie Reyne Douaigiere d'Ongrie, de Boheme &c. Regense & Gouvernante en nos Païs d'embaz, & à nos très-chiers & feaulx les Gens de nos Conſaulx d'Eſtat & Privé en noſdits Païs, Grand & Soubz-Bailliz, Bourguemaitres & Eſchevins en nôtre Comte de Flandres & Ville de Gand, & à tous noz aultres Juſticiers & Officiers qu'il appertiendra, ſolut & dilection.*

Comme à nôtre interceſſion, priere & requeſte, & avecq l'information & l'advis de Vous nôtre Sœur, il ayt pleu à nôsre tres-Sains Pere le Pape moderne Paule Troizieſme erigir & declairir le Monaſtere & Convent de S. Bavon ſitué & fondé en nôtre Ville de Gand, & icelluy Monaſtere inſtituer en l'Egliſe Collegiale, Capitulaire & Parrochiale, pour la decoration du Saint ſervice de Dieu & beuefice de nôtre diste Ville, ſelon, pour les cauſes, rayſons, conſiderations & avecq les clauſes & modifications contenues, ſpecifiées & amplement declairées es Bulles & proviſions Apoſtolicques ſur ce octroyées & expediées, dasées en Rome le huitieme d'Aouſt dernier paſſé, & desfrans icelles eſtre miſes à deue & ensiere execution, & effectuées ſelon leur forme & teneur, prions à Vous Madame nôtre Sœur Regente & Gouvernante, requerons & ordonnons à Vous noſdits Conſeillers, Juſticiers & Officiers, à chacun de vous reſpectivement & endroit ſoy, que vous ſouffrés, laiſſez, & permitteés que la ditte execution deſdites Bulles & proviſions Apoſtolicques ſe face & compliſſe entietierement & par effect conforme à la teneur d'icelles, ſans contredit ne empeſchement quelconcque, non obſtant touttes Ordonnances, Statuts, prohibitions & deffences faictes de par Nous en noſdits Pays ſur l'execusion des proviſions Apoſtolicques, leſquelles ordonnances & defences voulons & entendons eſtre & demeurer au ſurplus en leur force & vigeur & ſe obſerver : car ainſi Nous plaiſt-il.

Donné en la Citté de Gennes, le dixhuitieme jour d'Octobre, l'an de grace mil cincq cens trente & ſix, & 1536.
de nos Regnes, à ſçavoir du S. Empire le ſeizieſme, & des Eſpagnes, des deux Secilles & aultres le vingt deuxieſme.

Sic Subſcriptum : *Par l'Empereur & Roy.* Et Signatum : *Perrenot.*

ET tandem perlectis altâ & intelligibili voce per alterum noſtrorum eiſdem Litteris Apoſtolicis cum Proceſſibus ac Placeto, ipſe Dominus Decanus Subexecutor eaſdem Litteras etiam ad effectum deducendo inter alia declaravit : quòd abſoluti per præfatas Litteras Apoſtolicas à Regularibus obſervantiis, deinceps ad alium modum obſervantiarum juxta ritum aliarum Eccleſiarum Collegiatarum ſeſe, vitam, veſtitum, & converſationem conformarent.

ET quia earumdem Litterarum Apoſtolicarum prætextu eidem Domino Abbati conceſſum extiterat, tam circa Divinorum Officiorum celebrationem quàm bonorum Eccleſiæ conſervationem & augmentum ac fructuum diſtributionem, cum Capitulo poſſe ſtatuere & ordinare, ideo dictus Dominus Abbas quædam ſcripto redacta Statuta & Ordinationes etiam alteri noſtrorum Notariorum altâ & intelligibili voce legenda & publicanda tradidit & conſignavit, prout in certo quinterno foliorum nobis Notariis tradito & per nos etiam reſpectivè ſubſcripto plèniùs continetur. Quæ quidem Statuta poſtquam de verbo ad verbum perlecta fuerunt, tam Prior quàm alii omnes Religioſi, interrogante eos ipſo Domino Abbate, anne eadem acceptarent ac rata & grata haberent? perſcrutatis ſingulariter ſingulis per Nos Notarios ſubſcriptos eorum votis, nullo diſcrepante, etiam reſponderunt : *Ita.*

ET his expeditis, ſingulariter ſinguli exuentes ſe cucullis, ſcapularibus, ac ceteris indumentis conventualibus, ac tandem novis veſtibus ſecularibus cum ſuperpelliciis & almutiis Canonicalibus aſſumptis redierunt in priſtinum locum ſuum. Succeſſivè verò habito libro juramentorum Petrus Henriblock quondam Prior, nunc per hujuſmodi erectionem Decanus inſtitutus, ſtans ante ipſum Dominum Abbatem, juramentum per Decanos præſtandum tacto Sacro-Sancto Dei Evangelio præſtitit, jungendo in fine *Ita juro, ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia;* aſſignato ſibi per eundem Dominum Abbatem loco in ſuo dextero latere. Secularizatio.

DEINDE verò Johannes Boele olim Præpoſitus, Cantor dictæ Eccleſiæ, coram eodem Domino Abbate ſtans, juramentum per Cantores dictæ Eccleſiæ præſtandum & ſubeundum, tactis etiam Sacro-Sanctis Evangeliis, præſtitit, ſubjungendo in fine : *Ita juro, ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia;* aſſignato ſibi mox per eundem Dominum Abbatem in ſuo ſiniſtro latere proximo loco.

PRÆTEREA accedens Dominus Judocus Lyeckercke Thezaurarius olim regularis, ſtans

ad

ad ipſum Dominum Abbatem juramentum per Thezaurarios præſtandum tactis Sacro-Sanctis Evangeliis præſtitit, addendo immediatè : Ita juro, ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia, loco juxta Decanum à latere dextero aſſignato.

Et deindè comparens immediatè Dominus Daniël Duerman quondam Præpoſitus Præpoſituræ de *Papinglo* nuncupatæ, Scholaſticus dictæ Eccleſiæ, coram ipſo Domino Abbate juramentum per Scholaſticos pro tempore exiſtentes præſtandum præſtitit, manu dexterâ Sacro Dei Evangelio appoſitâ, ſimiliter adjiciendo : Ita juro, ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia, loco per dictum Dominum Abbatem juxta latus dicti Cantoris à latere ſiniſtero aſſignato, & præſtitis per prædictos, ut præmittitur, juramentis.

Cæterà quondam Religioſi nunc Canonici ſingulariter ſinguli accedentes ipſum Dominum Abbatem, ac coram eo ſtantes, ipſo Domino Judoco Arents Seniore juramentum per Canonicos præſtandum clarâ & intelligibili voce legente, prædictus Senior & deinceps cæteri omnes jurarunt, ſubjungentibus & addentibus ſingulariter ſingulis, tactiſque etiam Sacro-Sanctis Evangeliis : Ita juro, ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia. Quo facto quilibet rediit in locum ſuum.

Et præmiſſis completis dictus Dominus Decanus Subexecutor ſermonem continuando expoſuit eiſdem omnibus & ſingulis, quod ex nunc & de cætero in vim juramenti præſtiti debeant ipſum Reverendum Dominum Abbatem habere pro eorum Patre & Paſtore animarum ſuarum, & poſt ipſum Abbatem ſuum Decanum, ad inſtar & juxta modum, ritum & conſuetudines aliarum Eccleſiarum Collegiatarum, eiſdemque duobus in ſignum honoris & reverentiæ omnes aſſurgere oſculumque pacis præbere.

Et ſermone completo prædictus Decanus S. Bavonis de ſuo loco ſurgens eidem Domino Abbati cum omnibus honore & reverentia pacis oſculum exhibuit : ſucceſſivè verò Cantor Dominis Abbati & Decano, Theſaurarius Dominis Abbati & Decano, Scholaſticus Abbati & Decano prænarratis, & ſubſequenter omnes Canonici ſeſe inſequentes ordine ſuo ſervato eiſdem Abbati & Decano oſculo pacis dato redierunt in locum ſuum.

Postremo verò ipſe Dominus Decanus Subexecutor, reducendo in medium vim & formam Statutorum ac juramentorum per unumquemlibet præſtitorum, propoſuit, an ad præmiſſa omnia & ſingula ſeſe ſuoſque Succeſſores pro tempore obligare vellent.

Ad quod tam Decanus, Cantor, Theſaurarius, Scholaſticus, quàm ſinguli Canonici perſcrutatis per Nos Notarios ſingulariter ſingulis eorum votis, nullo etiam diſcrepante, annuerunt, & .... ritè pactis redierunt proceſſionaliter ad Eccleſiam, ac ibidem *Te Deum Laudamus* & Summâ Miſsâ de Sancto Spiritu decantatis, ipſe Dominus Abbas cum omnibus & ſingulis in dignitate conſtitutis ceteriſque aliis Canonicis prędictis retrò majus Altare accedens, in quadam capſa ſub cuſtodia quinque clavium, quarum unam D. Abbas, ſecundam Decanus, tertiam Cantor, quartam verò Scholaſticus, quintam Magiſter Fabricæ ejuſdem Eccleſiæ habebant, invento & palam oſtenſo & ibidem relicto quodam magno & antiquo Sigillo, circumſcriptione *Sigillum Sancti Bavonis Gandenſis Eccleſiæ, anni M.* ſculptâ inibi certâ imagine S. Bavonis cum duabus litteris, ſcilicet A in ſiniſtro & M. in dextro ejuſdem S. Bavonis lateribus ; alio verò etiam antiquo & minore Sigillo inde ablato & deinde caſſato & confracto, certum novum Sigillum circumſcriptum his verbis : *Sigillum Eccleſiæ Collegiatæ S. Bavonis Gandenſis ad cauſas*, cum imagine ac armis ejuſdem Sancti repoſuerunt & recluſerunt.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis dictus Reverendus Dominus Abbas & Decanus ac Capitulum ſibi à nobis Notariis publicis ſubſcriptis fieri confici atque tradi petierunt unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta.

In quorum omnium & ſingulorum prædictorum fidem robur & verius teſtimonium tam ipſe Reverendus Dominus Abbas quàm Decanus, Cantor, Theſaurarius, Scholaſticus ac ſingulariter ſinguli Canonici præfati, manus nominibus & cognominibus huic præſenti inſtrumento adſcriptis appoſuerunt, Sigilliſque tam ejuſdem Reverendi Domini Abbatis quàm Capituli prædictorum præſentibus reſpectivè appenſis.

Acta fuerunt hæc an locis ſupradictis, ſub anno, Indictione, menſe, die, & Pontificatu quibus ſuprà, præſentibus ibidem, quod ad ea quæ in Capitulo geſta, Venerabilibus & egregiis Viris Dominis & Magiſtris Jacobo Boſſehaert Presbytero, Aphrodiſio Breyts Juris Utriuſque Licentiato & Conſilii Cameræ Flandriæ Advocato, Laurentio de Aula & Joanne Catthyjae quoad repoſitionem hujuſmodi ſigillorum peracta ſunt, prænominatis unà cum Generoſo Viro Franciſco vander Gracht dicti Oppidi Gandenſis ſupremo Baillivo, Dionyſio vander Sare, Johanne de Vos, Judoco de Rouck, Civibus Gandenſibus, ac promiſcuâ & copioſâ populi multitudine Tornacenſis, Cameracenſis, & alterius Dioceſis & Civitatis reſpectivè Clericis & Laicis Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Erat ſubſignatum : Lucas Abbas Gandenſis, Petrus Henribloek Decanus, Johannes Boele Cantor, Judocus Lyeckercke Theſaurarius, Daniël Duerman Scholaſticus, Judocus Arents, Gerardus de Vivario, Laurentius Boels, Carolus Poucke, Johannes ex Curia, Petrus Marichal, Alexander Vaernewyck, Martinus van Heule, Anthonius Daniëlis, Dionyſius Vaernewyck, Franciſcus Gragito, Jacobus van Damme, Guillelmus vander Hecke, Livinus Dixmudæ.

Poſtea infraſcriptum erat : Et Ego Leonius

 Regis

Regis Presbyter, Canonicus Eccleſiæ S. Salvatoris Harlebeccenſis, Tornacenſis Dioceſis, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Sanctæque Sedis Apoſtolicæ Accolitus, Capellanus, publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius Juratus ac in Archivo Romanæ Curiæ deſcriptus, Sacræque Cæſareæ Majeſtatis Auctoritate in Camera Flandriæ approbatus, quia præmiſſis omnibus & ſingulis dum, ut ſupraſcribuntur, agerentur, dicerentur & fierent, unà cum Venerabili Viro Domino & Magiſtro Ægidio Billot Canonico Eccleſiæ S. Petri Inſulenſis, etiam Notario Collega meo, etiam ad præmiſſa aſſumpto, ac Teſtibus ſupraſcriptis præſens interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi, ſcivi & audivi, idcircò præſens publicum Inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum, exinde confectum & in hanc publicam formam redactum, Signo & nomine meis ſolitis & conſuetis, unà cum Reverendi Domini Abbatis, Decani, Cantoris, Theſaurarii, Scholaſtici, ſingulorum Canonicorum, ac Notarii ſupraſcriptorum nominibus & cognominibus, manuum Sigillorumque eorumdem Dominorum Abbatis & Capituli huic præſenti Inſtrumento reſpectivè appoſitione, ſignavi & ſubſcripſi in fidem robur ſeu veriùs teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum requiſitus & rogatus.

Et *erat in margine ſignatum:* Leonius Regis. *Et adhuc erat infraſcriptum:* Et Ego Ægidius Billot Presbyter Tornacenſis, publicus Sacrâ Apoſtolicâ Auctoritate Notarius Juratus & in Archivo Romanæ Curiæ deſcriptus, quia præmiſſis omnibus & ſingulis cum agerentur, unà cum Venerabili Domino & Magiſtro Leonio Regis Eccleſiæ S. Salvatoris Harlebeccenſis Tornacenſis Dioceſis Canonico, etiam Notario Collega meo, etiam ad præmiſſa aſſumpto præſens interſui, ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, ſignavi, publicavi & ſubſcripſi rogatus & requiſitus. *Et erat in margine Signatum:* Ægidius Billot.

CAPUT CLXV.

Carolus V. *Imperator Præfecturam Arcis Cameracenſis Filio ſuo Philippo* II. *Titulo Burgraviatûs concedit, anno* 1550. *abſque tamen præjudicio jurium Epiſcopi & Eccleſiæ Cameracenſis.*

Ex MS. Archivis Eccl. Camerac.

Carolus, &c. Ad perpetuam rei memoriam.

Recognoscimus pro Nobis & noſtris in Imperio Succeſſoribus, & notum facimus tenore præſentium univerſis.

Quum ſuperioribus annis, in eo bello quod cum Sereniſſimo quondam Rege Francorum Franciſco primo ejus nominis ultimum fuit, ipſe Chriſtianiſſimus Franciæ Rex Imperiali Civitati noſtræ Cameracenſi miris modis inhiaret, adeò quòd Nos coacti præſenti neceſſitate, & accedente ad id noſtrorum & Imperii Sacri Principum & Procerum conſilio & voto, ut Civitas illa in noſtra & Imperii devotione ac fide retineri, limiteſque Imperii, contra Gallorum & aliorum quorumcumque uſurpationem, defendi commodiùs poſſet, de conſervanda illic Arce, præſidioque ei imponendo, cogitare cœperimus.

Quæ quidem Arx Venerabilis Roberti Epiſcopi & Ducis Cameracenſis Principis noſtri, nec non honorabilium devotorum Nobis dilectorum N. Decani & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Gerici, (cujus fundus ei operi permaximè congruebat) Sediſque Apoſtolicæ conſenſu Eccleſiâ ipsâ Sancti Gerici aliò tranſlatâ, ibidem magno molimine ac ſumptu exſtructa fuit, ad cujus cuſtodiam etiamnum aliquot aureorum millibus in ſingulos annos opus eſt: ac interim etſi illa non alio quàm Imperii tenore ac titulo teneatur, nihilominùs tamen Nos & bereditariæ Provinciæ noſtræ Belgicæ, præfato Collegio Sancti Gerici, pro accepta eâ tranſlatione jactura condignam recompenſam partim ipſi præſtitimus, partim aliundè eis præberi curavimus, & ſumptum quoque in alendo præfato præſidio, ex Patrimoniali noſtro ærario hactenus ſubminiſtrari fecimus, & etiam nunc facimus.

Verùm cum in præſentiarum Sereniſſimus Princeps D. Philippus, Hiſpaniarum Princeps, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Flandriæ, &c. Filius noſter Chariſſimus, & unà cum illo Proceres hujus noſtræ Provinciæ, à Nobis devotè & ſuppliciter petierint, ut futuræ ſecuritati tam Imperii limitum, quàm ipſarum ditionum noſtrarum Belgicarum proſpicere velimus: ne (ſi quando poſt dies noſtros is qui Nobis in Imperio ſucceſſurus eſt, atque ejus habenas tenebit, illius Arcis cuſtodiam vel negligat, vel alteri committat, qui ſumptus facere nequeat, vel vicinorum artibus & potentiæ avertendæ impar ſit) eædem noſtræ Provinciæ unà cum ipſo Imperio (cui jam nuper perpetuo fœdere unitæ ſunt) ab iſta parte periculo exponantur:

Nos verò his omnibus maturè expenſis, cùm ipſius Sereniſſimi Principis Filii noſtri, ac Procerum hujus Provinciæ poſtulata, magnâ ratione & æquitate niti, & noſtrâ proviſione digna judicemus: poſtquam diu multumque cogitaſſemus, cuinam ex omnibus Statibus huic Provinciæ vicinis, illius Arcis cuſtodia tutè pro ſecuritate tam Imperii quàm Ditionum noſtrarum Belgicarum committi poſſet; tandem omnibus circumſpectis, cùm nullus occurreret, qui vel ſumptus cuſtodiæ commodiùs ferre, vel Sacri Romani Imperii jus & auctoritatem efficaciùs tueri & conſervare, vicinorumque artes & vim (ſi quando res ita poſtularert)

potentiâ

potentiâ & viribus retundere poſſet, quàm Sereniſſimus ipſe Princeps Filius noſter, ipſiuſque hæredes, & in ipſis Provinciis noſtris Succeſſores; proindè viſum eſt jure merito eidem Sereniſſimo Principi Filio noſtro, ejuſque hæredibus, & in Ducatu Brabantiæ, Comitatibuſque Flandriæ, Artheſiæ, Hannoniæ, & Aloſti Succeſſoribus, ejus Arcis Præfecturam præ cæteris committere, & in feudum concedere; ad quod non præmiſſæ tantùm rationes: ſed & aliæ multæ & graves cauſæ Nos adducunt, maximè verò illæ, quòd hæ noſtræ Provinciæ Belgicæ, quarum ipſe Sereniſſimus Princeps Filius noſter (Deo dante) futurus eſt Hæres ac Dominus, cum Sacro Imperio (ut ſuprà dictum eſt) perpetuo fœdere ſunt conjunctæ, quodque ipſe Sereniſſimus Princeps ex Potentioribus noſtris & Sacri Imperii Principibus & Vaſallis unus eſt, cujus Ditiones & Provinciæ undique ſunt conterminæ, eique alioqui ex veterum Imperatorum Prædeceſſorum noſtrorum, Auguſtæ memoriæ, conceſſionibus & privilegiis, protectio & guardia Eccleſiaſtici Ordinis (qui in ea Civitate Caput eſt) ratione Comitatûs Flandriæ & Aloſti competit; ad quam etiam jam nuper ſolemni Juramento, in eadem Civitate Cameracenſi, admiſſus & receptus eſt.

Quapropter motu proprio, animo deliberato, ex certa ſcientia, ſano Procerum noſtrorum & Imperii Sacri fidelium accedente conſilio, & Imperiali Authoritate noſtrâ, & ex plenitudine poteſtatis, prænominato Sereniſſimo Principi Philippo Filio noſtro, ejuſque hæredibus & Succeſſoribus Ducibus Brabantiæ, Comitibuſque Flandriæ, Artheſiæ & Hannoniæ, prædictæ Arcis Cameracenſis Præfecturam commiſimus & demandavimus, eundemque Sereniſſimum Filium noſtrum, pro ſe ſuiſque hæredibus & Succeſſoribus antedictis de eadem Præfectura ſeu Burgraviatu ipſius Arcis, cum ſuis juribus & pertinentiis inveſtivimus, ac tenore præſentium committimus, demandamus, & inveſtimus.

Ita quòd unà cum cæteris Dominiis, rebus, & juribus à Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, dictam Præfecturam Arcis Cameracenſis, à Nobis, & noſtris in Imperio Succeſſoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus, in feudum habere, tenere, ac noſtro & eorum Succeſſorum noſtrorum & Imperii Sacri nomine fideliter cuſtodire, ejuſdem Imperii limites tueri, ſubditos tam Civitatis quàm Territorii Cameracenſis in noſtra & Succeſſorum noſtrorum, & ipſius Imperii fide & obedientia conſervare & retinere, milites præſidiarios tot quot opus fuerit, prædictæ Arci imponere, Capitaneum toties quoties opus fuerit eidem Arci militibuſque ad ejus præſidium & cuſtodiam deputatis & deputaodis præficere, & pro ſuo arbitrio tam Capitaneum quàm milites deſtituere, & axautorare, & alios eorum loco ſurrogare, jus & juriſdictionem tam Civilem quàm Criminalem in eos tam conjunctim quàm diviſim exercere, aliaque omnia facere poſſit & valeat, quæ noſter & Sacri Imperii Præfectus ſeu Burgravius, limitumque cuſtos & Marchio, facere & exercere poteſt & debet, ex conſuetudine vel jure, omni impedimento & contradictione ceſſante.

Absque tamen præjudicio quoad alia Jurium Venerabilis Epiſcopi Cameracenſis Principis noſtri, ac honorabilium devotorum Nobis dilectorum Decani & Capituli Eccleſiæ Cathedralis Cameracenſis pro tempore exiſtentium, & cujuſlibet alterius in prædicta Civitate Cameracenſi, ejuſque territorio, tam conjunctim quàm diviſim, quomodolibet competentium; quæ quidem jura illis ſalva & illæſa permanere volumus, & intendimus, ſub guardia tamen & protectione noſtra & præfati Principis Filii noſtri, ſuorumque Hæredum & Succeſſorum, quod Nobis tanquam Comitibus Flandriæ & Aloſti, ex privilegiis & conceſſionibus Prædeceſſorum noſtrorum in Imperio, competit.

Et hac inſuper lege, quod præfatus Princeps Filius noſter, ejuſque Succeſſores antedicti teneantur hanc Præfecturam ſeu Burgraviatum Arcis, & Marchionatum limitum Cameracenſis Civitatis & Territorii, à Nobis & Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Romano Imperio, unà cum aliis eorum feudis, quoties caſus poſtulat, & juxta eorundem naturam in feudum recognoſcere, juramentum fidelitatis præſtare, & alia omnia facere & præſtare ad quæ fideles Vaſalli & Miniſtri Dominis ſuis tenentur de jure vel conſuetudine, dolo & fraude penitùs ſemotis:

Mandantes providè omnibus & ſingulis Statibus, Magiſtratibus & ſubditis prædictæ Civitatis & Territorii Cameracenſis, nec non Capitaneis & militibus ad præſidium & cuſtodiam dictæ Arcis deputatis & deputandis, & aliis quibuſcunque, ad quos ſpectat & ſpectabit, cujuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis aut conditionis & functionis fuerint, ut præfato Filio noſtro Philippo, ejuſque Hæredibus & Succeſſoribus, Præfectis dictæ Arcis Cameracenſis, pareant & obediant veluti Nobis, in omnibus illis quæ ipſorum oneri incumbunt.

Præfecto autem, qui ipſius Arcis curam nunc gerit, realem & actualem poſſeſſionem ejuſdem Arcis unà cum inventario omnium rerum, quæ in illa ſervantur, eidem Sereniſſimo Filio noſtro, ejuſque Hæredibus & Succeſſoribus prædictis, vel ab eis ad hoc mandatum habentibus, noſtro nomine dimittat & tradat; quem etiam in eum eventum ab omni juramento & fidelitate, quâ de ea Arce ſervanda Nobis & Sacro Imperio obſtrictus eſt, abſolvimus & liberamus, cautoſque eſſe volumus omnes & ſingulos ſupradictos, ne ſecùs agere aut attentare, vel his noſtris contravenire præſumant quovis modo, quatenus gratiam noſtram charam habuerint, ac præter noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam alias pœnas arbitrio noſtro imponendas incurrere formident, harum Teſtimonio Litterarum manu noſtrâ conſcriptarum, & Bullæ noſtræ Aureæ appenſione munitarum.

Datum in Oppido noſtro Bruxellenſi die decimâ tertiâ menſis Maii, anno Domini M. D. L, Imperii noſtri trigeſimo, & Regnorum noſtrorum trigeſimo quinto.

CAPUT CLXVI.

Pius IV. *Pontifex Audomaropoli in Artheſia novum erigit Epiſcopatum anno* **1560.** *in locum veteris Morinenſis Epiſcopatûs à paucis annis extincti; eique pro dote aſſignat partem bonorum ejuſdem Eccleſiæ Morinenſis, item Præpoſituram VVatanenſem, olim Canonicorum Regularium, & Præpoſituram Eccleſiæ B. M. V. Audomaropoli, recens in Cathedralem erectæ.*

Ex Archivis Capituli Audomarenſis.

PIus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

De ſtatu Eccleſiarum omnium, præſertim Cathedralium inſignium noviter erectarum, proſperè & feliciter dirigentes ad ea libenter intendimus, per quæ illarum conſervationi, decori, & venuſtati, ac profectui, & illis præſidentium commoditati, & aliorum in eis Divinis obſequiis vacantium perſonarum opportunæ ſubventioni conſulatur;

Et interdum ea, quæ à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper his conſultò geſta fuerunt, ex ſaniori conſilio immutamus, ac deſuper diſponimus, prout rerum & temporum ac perſonarum & regionum qualitatibus diligenter conſideratis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cùm itaque, ſicut accepimus aliàs, poſtquam felicis recordationis Paulus Papa quartus Prædeceſſor noſter provide vigiliſque Paſtoris more conſiderans, quod ea pars inferioris Germaniæ, quæ chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico, hereditario jure etiam tunc ſubjecta erat, pro tanta Oppidorum celeberrimorum frequentia, locorumque ſuorum multitudine adeo paucas Eccleſias Cathedrales habebat, ut earum Epiſcopi eâ quâ opus erat diligentiâ tantam animarum multitudinem minimè regere poterant; idque quibuſdam hoc erat difficilius, quod ipſorum Diœceſani linguæ idiomatè inſtitutiſque differebant, & quidam eorum etiam ejuſmodi privilegia habebant, ut ipſos ad Sedem Apoſtolicam non liceret evocare, ita ut nec fidei doctrinâ & piè vivendi præceptis commodè inſtrui, nec ſi quid deliquiſſent facilè corrigi ab Epiſcopis ſuis poſſent:

Ad ipſos verò Epiſcopos viſitandos, admonendos, & in officio continendos, nulla in tota illa regione Eccleſia Metropolitana erat, ſed Archiepiſcopi, extra fines ipſius ditionis exiſtentes, propter multa & varia impedimenta nulli Suffraganeis ſuis uſui jam pridem erant, & propter aſſiduas inſidias, dolos, peſtiferaſque doctrinas populorum hæreticorum & ſchiſmaticorum, à quibus eadem regio, omni fere ex parte, cincta atque obſeſſa erat, Catholica illic fides & animarum ſalus in maximo diſcrimine & periculo verſabantur: his & aliis gravibus cauſis impulſus, volens etiam ipſius Philippi Regis precibus annuere, tamque pio ejus deſiderio ſatisfacere, habitâ, ſicut rei magnitudo poſtulabat, cum Fratribus ſuis (de quorum numero tunc eramus) deliberatione maturâ, de eorum conſilio & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Cameracenſem, Trajectenſem, Attrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias, Civitates & Diœceſes à Remenſi & Colonienſi Provinciis, quibus tunc erant Metropolitico Jure ſubjectæ;

Ac Mechlinienſe, Iprenſe, Audomarenſe, ac diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia dictæ Regionis à ſua quodque Diœceſi & Provincia;

Nec non ab Eccleſia Morinenſi, quæ in Artheſiæ & Flandriæ Comitatibus Ditionis præfati Philippi Regis erat, cum omnibus & ſingulis ſuis terminis, Territoriis, Cleris, Populis, Perſonis, Monaſteriis, ac piis locis & Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, perpetuò ſegregaverat, diviſerat & ſeparaverat, nec non Mechlinienſe, Audomarenſe, Iprenſe, & reliqua Oppida præfata ſic diviſa in Civitates; Cameracenſem vero & Trajectenſem tunc Epiſcopales Sedes, ac olim Collegiatam S. Rumoldi Mechlinienſem Eccleſias in Metropolitanas, ac olim Monaſterii S. Martini Iprenſem Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, nec non S. Audomari Audomarenſem, & certas alias aliorum Oppidorum in Civitates erectorum præfatorum Eccleſias in Cathedrales, pro totidem Epiſcopis creandis, qui ſuis quiſque Eccleſiis præeſſent, ac Iprenſi & Audomarenſi Eccleſiis & Civitatibus præfatis certos Diſtrictus, per Nuncium ſuum poſtmodùm ab eo illuc mittendum limitandos, pro ſua Diœceſi perpetuò conceſſerat;

Nec non Iprenſem Mechlinienſi, Audomarenſem verò & Atrebatenſem Eccleſias, Civitates & Diœceſes antedictas Cameracenſi Eccleſiis hujuſmodi pro ſua Provincia ſubjecerat; ſinguliſque Iprenſi & Audomarenſi Menſis Epiſcopalibus annuum redditum 3000. ducatorum auri de Camera ex certis decimis & bonis, ac fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiaſticis, per dictum Nuncium ſpecificandis & repartiendis, ex tunc pro ut ex ea die, & è contrà, poſtquam ſpecificati & repartiti; ac interim donec ſpecificatio & repartitio hujuſmodi ſactæ & effectum ſortitæ forent & non ultrà, cuilibet ex prædictis Menſis pro earum dote alium annuum redditum 1500. ducatorum ſimilium, per ipſum Philippum Regem ex redditibus & proventibus, quos ex dicta Regione percipiebat,

Iprenſi

Google

Iprenſi & Audomarenſi Epiſcopis pro tempore exiſtentibus, ſingulis annis, quouſque ſpecificatio & repartitio præfatæ, ac pro ea tantùm parte, quæ plenarium ſuum effectum minùs ſortita foret, nec ultrà, integrè & proportionaliter perſolvendum, perpetuò applicaverat.

Eidemque Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, jus nominandi Rom. Pontifici perſonas idoneas, ac alias certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad dictas Iprenſem & Audomarenſem ac alias Cathedrales Eccleſias ſic erectas, tam à primæva erectione hujuſmodi, quàm quotieſcumque illas pro tempore vacare contingeret, eidem Prædeceſſori & Romano Pontifici qui pro tempore foret, per eum in Archiepiſcopos & Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos, in perpetuum reſervaverat per quaſdam ſub plumbo, ac deindè per alias ſuas in forma Brevis Litteras; Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Cluſinenſi, ſuo & dictæ Sedis in partibus illis Nuncio dederat in Mandatis, ut perſonas idoneas qui dictas Provincias & Diœceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem dictarum Eccleſiarum à Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſuâ deputaret;

Dilectus Filius noſter Antonius S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Attrebatenſis nuncupatus, tunc Epiſcopus Attrebatenſis, ac quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes, quos ipſe Salvator Epiſcopus & Nuncius, dicto Prædeceſſore interim de medio ſublato, vigore ſeu prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat, licet forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ ad id canonicè ſubdelegari poterant;

Facta nihilominùs per eos diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, animadvertentes, quòd per diſmembrationes bonorum hujuſmodi in Monaſteriis & Præpoſituris prædictis, ſi fierent, Cultus Monaſticus non mediocriter læderetur, ipſa Monaſteria, & Præpoſituras Menſis prædictis pro dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut Epiſcopi etiam illorum curam perindè atque ſuam propriam perpetuò gererent, potiùs eſſe unienda;

Ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Diœceſium, diviſioneſque ac diſtributiones Oppidorum & juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Diœceſium commodiores illis, quæ per primò dictas Litteras ſtatuuntur, nec non conſtitutiones & aſſignationes dotium, & denique numerum Perſonarum & Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum, & Officiorum, ſtatum quoque & formam, in præfatis Eccleſiis, etiam per hujuſmodi diſmembrationes, applicationes, ſuppreſſiones, tranſlationes, novas inſtitutiones, & alias in univerſum accommodas rationes habendas, cenſuerint; ac pro majori illorum parte Proceſſus, ſerie digeſtis rebus omnibus, formandos curaverint; & inter alia dictæ Eccleſiæ Audomarenſi, & pro tempore Epiſcopo Audomarenſi Diſtrictus Parochialium Eccleſiarum, videlicet:

In Archipresbyteratu Civitatenſi, *S. Martini in Inſula, S. Joannis, S. Margaretæ, S. Dionyſii, S. Aldegundis, S. Sepulchri, S. Michaelis.*

In Decanatu de Helfaut, *Tatinghem, S. Martini extra Oppidum, S. Crucis, Longueneſſe, Honle, Tilque, Sobruicq, Morile, Sarques, Helfaut, Hecque, Envighem, Bilque.*

In Decanatu Arienſi, *S. Petri, Lambres, Iſverge, Molinghem, Norrem, Norven, Bleſſi, S. Hilarii Lotenes, Noyterwes, S. Martini de Heſdin-Fert, Marquove, & Grigny.*

In Decanatu Lillerienſi, *Parochia Lillerienſis, Corques, S. Venantii, S. Floricii, Buſnes, Garucque, Robeque, Gonnehem, Ham.*

In Decanatu d'Arcques, *Hallines, Arques, Renuſquere, Verdrecque, Drincham, S. Martini Arienſis, Bacbuenne, Cohem, Rincq, Wizerne, Witque, Blandeque.*

In Decanatu de Marcque, *S. Folquini Eccleſia, S. Audomari Eccleſia & Capella, Andreblich, Zuytheulhe, S. Nicolai in Angulo, Houtkercke, S. Mariæ Eccleſia.*

In Decanatu Minoris Villæ, *Novum Berquinum, Gorue, Eſtauces, Haveskercke, Thiennes, Sarmis, Blarde, Veghem, Boeſinghem, Villa, Emblighem.*

In Decanatu de Borborch, *Parochia de Borborch, S. Georgii, Gravelingues, Craynuich, Loon, Capelle-brouck, S. Petri in Brocho, Milla, Merqueghem, Areghem, Loobergbe, Wulverdinghen, Wathoue, Holbe, Brouquerque; Lynche, Mareghem, Nieuverlet, Bullezeele, Simtemplum, Pitgam, Spycher, Mardiche, Sixti-Capelle.*

In Decanatu Caſletenſi, *Wolcherinchove, Bruſchieure, Lederzelle, Brauchzele, Robeque, Colonne, Stegerſwale, Brugenen & Hoortwych,* pro ſua Diœceſi deſignaverint; prout in illis ac ſingulis Litteris prædictis, ſeu aliis Scripturis deſuper confectis pleniùs continetur:

Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quique nuper Cathedralem Eccleſiam Morinenſem, certo tunc expreſſo modo, Paſtoris ſolatio deſtitutam, ac Sedem illius Epiſcopalem, & in eis omnia & ſingula Epiſcopalia jura, & Cathedralis Eccleſiæ inſignia, pro eo quod aliàs per conditiones Pacis inter claræ memoriæ Henricum Francorum & præfatum Philippum Reges firmatæ ſub dictæ Sedis beneplacito decretum fuerat, quod Civitas Morinenſis tunc ſolo æquata non reſtauraretur; ſed illius Eccleſia & Diœceſis præfatæ, ac Beneficia, Beneficiorumque Collationes, & proventus in duas partes dividerentur, quarum altera Franciæ, altera verò inferioris Germaniæ eſſet, penitùs ſuppreſſimus & extinximus:

Extinctio Epiſcopatûs Morinenſis.

Et Diœceſim Morinenſem, ac omnia & ſingula ſub ea & in dicto decreto comprehenſa in duas partes, quarum una Franciæ, altera verò inferioris Germaniæ juxta dictum decretum eſſet, & ulteriùs illam Diœceſis Morinenſis partem in inferiori Germania hujuſmodi exiſtentem cum bonis, cenſibus, feudis, decimis, aliiſque pro-

ventibus

ventibus ſub ea comprehenſis, qui valorem annuum duorum millium ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem conſtituunt, in alias duas æquales partes, ac duas alias Diœceſes diviſimus & ſeparavimus.

Ac Iprenſi unam, Audomarenſi verò Eccleſiis, ac Menſis Epiſcopalibus reliquam, partes & Diœceſes ſubdiviſas hujuſmodi pro ſua quaque Diœceſi & parte dotis perpetuò applicavimus.

Unio Præpoſituræ Watinenſis.

Et inſuper, Monaſterium Watinenſe Ordinis S. Auguſtini Audomarenſis Diœceſis, cum primùm illud vacaret, dictæ Menſæ Audomarenſi ſub certis modo & forma tunc expreſſis etiam perpetuò univimus.

Attendentes, quod ſi priſcis temporibus, dum dicti populi ſenſim accreſcebant, de novis Eccleſiis Cathedralibus, optimiſque Præſulibus, opportuno tempore proſpectum fuiſſet, profectò tot pernicioſa hæreſum dogmata, quibus Religio Chriſtiana paſſim laceratur & affligitur, haud ità violenter invaluiſſent.

Nunc autem cum ad illa arcenda, & extirpanda, ac ſimul populos ipſos in ſinceritate Fidei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia æquè opportuna remedia potuerit adhibere, quàm ſupradicta:

Ut ea juxta cordis ſui atque noſtri deſiderium, promptos & felices ſortiantur effectus, etiam noſtri Miniſterii partes præmiſſis adjicere, ac illa omnibus aliis quibus poſſumus rationibus juvare & promovere volentes, fructuum, redditūum & proventuum veros annuos valores, ac ſingularum Litterarum, Proceſſuum & Scripturarum prædictorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes:

Continuis etiam hortationibus dicti Philippi Regis, id pro ſalute dictorum populurum enixè proſequentis excitati, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, diviſionibus, limitationibus, & diſtributionibus Subdelegatorum hujuſmodi, in dictis Proceſſibus ſpecificatis, tanquam in melius reformatis inhærendo, ac priores Litteras hujuſmodi quoad infraſcripta immutando,

Omnia & ſingula ſupradicta Oppida, Caſtra, Villas, Loca, Juriſdictiones, & Jura in poſteriori deſignatione Subdelegatorum hujuſmodi comprehenſa, cum toto eorum Diſtrictu, ac univerſis eorum Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, Parochiis, Capellis, Officiis, ac ſecularibus & regularibus, aliiſque perſonis & populis, ceteriſque ſub eis comprehenſis, præfatæ Eccleſiæ Audomarenſi juxta poſteriorem deſignationem hujuſmodi, Auctoritate Apoſtolicà, tenore præſentium perpetuò concedimus & aſſignamus.

Unio Præpoſituræ Audomarenſis.

Nec non quæ tempore erectionis Eccleſiæ Audomarenſis in Cathedralem hujuſmodi dignitas inibi principalis erat, & cujus fructus, redditus & proventus mille ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum ut accepimus non excedunt, ad præſens per obitum illius ultimi poſſeſſoris extra Romanam Curiam defuncti, aut aliàs quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem cujuſvis de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico & Teſtibus ſponte factam, aut Conſtitutionem piæ mem. Joannis Papæ XXII. etiam Prædeceſſoris noſtri quæ incipit: *Execrabilis*, vel aſſecutionem alteriùs Beneficii Eccleſiaſtici, quâvis Auctoritate collati vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus Collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam prædictam legitimè devoluta, illaque diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervata exiſtat, & ad illam conſueverit quis per electionem aſſumi, eique Cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, & ſuper ea quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, Præpoſituram prædictam Audomarenſem, ac .... qui pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones hujuſmodi relicti ſunt,

Cum primùm illos per ceſſum, vel deceſſum illos nunc obtinentium, etiam apud Sedem Apoſtolicam præfatam, aut aliàs quovis modo, & ex quorumcumque perſonis, etiam in aliquo ex menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per Conſtitutiones Apoſtolicas vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, aut Litteras alternativarum, ſeu alia Privilegia & Indulta reſervata exiſtit, ſeu fuerit, ſimiliter quos primò per ceſſum vel deceſſum illos obtinentium, vel aliàs ſimul, vel ſucceſſivè vacare contigerit, etiam ſi actu nunc vacent, & tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranenſis Statuta Concilii, ad Sedem Apoſtolicam legitimè devoluta, illique Diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant;

Et ſimilirer ad illos aut Præpoſituram hujuſmodi conſueverint qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam Juriſdictionalis immineat animarum, & ſuper eis quoque inter aliquos lis, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat iodeciſa, inibi, non tamen poſt Pontificalem majorem,

Nec non quos Archidiaconus Artheſiæ in Eccleſia Morinenſi obtinebat, ac alium & aliam Canonicatum & Præbendam ejuſdem Morinenſis Eccleſiæ, penitùs ſupprimimus, & extinguimus:

Ac ex dicta Eccleſia Morinenſi Archidiaconatum Artheſiæ, etiam Dignitatem ibi, non tamen poſt Pontificalem majorem, nec non ſeptem ex quindecim Capellaniis ipſius Eccleſiæ Morinenſis per dictos Subdelegatos ſpecificatis, & pro parte dicti Philippi Regis juxta conditiones præmiſſas relictis; quas primò per ceſſum vel deceſſum illos obtinentium, vel aliàs ſimul vel ſucceſſivè vacare contigerit, aut ſi ad præſens vacent, aut tanto tempore vacaverint, quod eorum Collatio, juxta Lateranenſis Statuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam præfatam ut præfertur legitimè devoluta; Archidiaconatus Artheſiæ.

Ipsique

Digitized by Google

Ipsique Archidiaconatus & Capellaniæ eidem diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati exiſtant; & ſimiliter ad dictum Archidiaconatum conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam Juriſdictionis immineat animarum; ſuper eo quoque & dictis Capellaniis inter aliquos lis, cujus ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, ad Eccleſiam Audomarenſem hujuſmodi pro uno Arehidiacono & totidem Capellanis in eadem Eccleſia Audomarenſi transferimus;

Archipresbyteratus.

Ac in ea unum Archipresbyteratum Civitatenſem pro uno Archipresbytero, qui euram Rectorum Parochialium Eceleſiarum, & Verbi Dei, ac Sacramentorum per Civitatem;

Pœnitentiaria.

Et unam Pœnitentiariam Diœceſanam, nuncupandas Dignitates inibi, non tamen poſt Pontificalem majores, pro uno Pœnitentiario Diœceſano nuneupandis, qui curam conſcientiarum populi per Diœceſim Audomarenſem habeant, perpetuò erigimus & inſtituimus.

Præbenda Epiſcopi Morinenſis.

Nec non Canonicatum & Præbendam dictæ Eccleſiæ Audomarenſis, quos Epiſcopus Morinenſis pro tempore exiſtens inibi obtinebat, & quorum fructus, redditus, & proventus centum ſeptuaginta ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt; illos, quatenus opus ſit, à Menſa Epiſcopali Morinenſi hujuſmodi diſmembrando, Menſæ Epiſcopali Audomarenſi perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus: ita quod Epiſcopus Audnmarenſis præfatus illorum ratione perſona Capitularis eſſe, ac vocem, auctoritatem, præeminentiam, etiam in Capitulo ſuo ſupra Decanum & Canonieos habere debeat, liceatque ſibi corporalem poſſeſſionem Canonicatûs & Præbendæ hujuſmodi vigore præſentium propriâ auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illorum fructus, redditus & proventus præfatos, in ſuos uſus & utilitatem convertere, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ.

Præpoſitura S. Audomari

Et ulteriùs eidem Menſæ Epiſcopali Audomarenſi pro ſua dote bona ſuppreſſæ Præpoſituræ Eccleſiæ Audomarenſis hujuſmodi, cum illius Præbenda, quorum fructus, redditus & proventus mille ducatorum ſimilium, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum, ut ſimiliter accepimus, non excedunt;

Nec non Archidiaconatui Arthesiæ, cujus proprietates & fructus per hujuſmodi conditiones imminuti remanent, medietatem bonorum & proventuum cujuſdam Præbendæ Eecleſiæ Morinenſis præfatæ, per ipſas conditiones relictorum, eandem Præbendam ad hunc effectum quatenus opus ſit, ex nunc prout ex tunc, & è contrà, etiam ſupprimimus. Ae Pœnitentiariæ hojuſmodi erectæ medictatem bonorum & provenruum Pœnitentiariæ; ac novem Canonicatibus & novem Præbendis Graduatis affectis infraſcriptis, bona & proventus inter ſe æquis portionibus dividenda Canonicatuum & Præbendarum Eccleſiæ Morinenſis ſuppreſſarum hujuſmodi ſimiliter ex nunc, prout ex tunc, & è contrà, pro dotis nomine perpetuò applicamus & appropriamus;

Nec non eidem Epiſcopo Audomarenſi illas ipſas quas Epiſcopus Morinenſis pro tempore exiſtens in eadem Eccleſia Civitate & Diœceſi Audomarenſi, prout ſibi per diviſiones hujuſmodi contingit;

Jura Epiſcopalia.

Et inſuper, ipſi Epiſcopo Audomarenſi quas Præpoſitus Eccleſiæ S. Audomari, & Abbas ſeu etiam Præpoſitus Monaſterii Watinenſis hujuſmodi olim quomodolibet habebant, collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, inſtitutionem, confirmationem, & quamcumque aliam diſpoſitionem omnium & ſingulorum Prioratuum, Dignitatum, Perſonatuum, etiam (exceptis infraſcriptis affectis) Canonicatuum & Præbendarum, adminiſtrationum & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, & quorumvis Ordinum Regularium, per eum & futuros Præſules Audomarenſes, vel alium ſeu alios, eorum nominibus liberè ſaciendas, etiam perpetuò concedimus & aſſignamus.

Et ut Epiſcopus ſuam Eccleſiam Perſonis eruditis, & ad Jurisdictionem inibi exercendam, cæteraque munera Eccleſiaſtica obeunda idoneis, debitè inſtructam jugiterque decoratam habeat, perpetuò ſtatuimus & ordinamus, quod ex viginti octo Canonicatibus & præbendis Eccleſiæ Audomarenſis, novem quos primò per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, non tamen per obitum, apud Sedem ante dictam, aut aliàs vacare contigerit, vel etiamſi actu nunc quovis modo vacent, & Diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſervati, affecti, ac Sacerdotales exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doctoribus Decretorum ſeu in eis Licentiatis, & tribus Nobilibus ejus Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia, ſaltem Gradu Lieentiaturæ in famoſa univerſitate Studii Generalis ſeeundùm tenorem primò dictarum Litterarum promotis, ordine præmiſſo ſervato, in perpetuum in eadem Eccleſia Audomarenſi concedi & aſſignari debeant;

Præbendæ IX. Graduatorum.

Quodque ad ſex priores, tam Nobiles quàm non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & totidem Præbendis hujuſmodi, nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint.

Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis ceteriſque diffioultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Epiſeopo ſuo requiſiti fuerint, tam conjunctim, quàm diviſim præſtare teneantur;

Et Archidiaconus, (niſi Præbenda Archidiaconatui ſuo annexa ſit) nec non Archipresbyter, & Pœnitentiarius præfati ex dictis novem Graduatis, ad nominationem dicti Epiſcopi

Digitized by Google

Audomarenſis aſſumi, & omnium primi vacaturos novem Canonicatus & Præbendas affectos hujuſmodi, ordine in dicta deſignatinne expreſſo ſervato, conſequi debeant:

Prima collatio Graduat. ad Epiſc. deinceps electio.

Et ut de Viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratiùs proſpiciatur, quod ipſi novem Canonicatus, & novem Præbendæ, hàc primâ vice per Epiſcopum dumtaxat, & deinde quoties illi futuris temporibus vacaverint, ut præfertur, ad electionem Epiſcopi & aliorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum per eos conferantur, & in hujuſmodi electione ſuffragium Epiſcopi non plus juris ſeu momenti, quàm cujuſvis Graduatorum habeat, niſi vocum paritate occurreote; tuncque iteratum ad hoc Epiſcopi ſuffragium, paritatem vocum hujuſmodi dirimat.

Quodque poſthac ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ affecti bujuſmodi, ſub nullis ſpecialibus, vel generalibus, etiam mentalibus, reſervationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, nec non expectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs diſponendo, primariis Precibus, aut aliis gratiis præventivis, per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & dictam Sedem Apoſtolicam, vel ejus Legatos, etiam conſideratione, contemplatione, intuitu, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, ac S. R. E. Cardioalium, & ex quacumque cauſa quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis, comprehendantur;

Nec etiam tanquam vacantes apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut ullâ aliâ ratione generaliter aut ſpecialiter reſervari, nec illorum vacatione per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, apud Sedem eamdem pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem aut Sedem eandem de illis provideri, aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſa omni tempore ſervari, nullâque cauſâ infring: debeat.

Quodque unus ex novem Canonicis prædictis, Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia & alter Decretorum Doctor, ſeu Licentiatus, ſeniores ratione ſuarum Præbendarum facultatem habeant contra hæreticos per univerſam Diœceſim Audomarenſem, quoties opus fuerit, Apoſtolicâ Auctoritate inquirendi; ceteri verò Canonici Graduati prædicti, quandocumque requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur; ac ex reliquis ſenioribus Canonicis præfatis duo in Theologia & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad ſacros ordines, & admittendos ad Curam animarum, quâcumque auctoritate illi proviſi fuerint, neminem niſi idoneum, ſeſeque perſonaliter reſidentiam facturum medio juramento promittentem admittendo.

Tempus Abſentiæ.

Et quoniam impia hæreticorum ſtudia, temporiſque malitia, Viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutiùs abeſſe non patitur, quod ſi Canonici Graduati ab Eccleſia ſua, niſi ab Epiſcopo vel Capitulo miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & eidem Capitulo cedant.

Diſtributiones.

Ac omnes proventus ſingularum Præbendarum, in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis diſtributionibus, hiš ſolis qui Divinis Officiis in Choro deſervierint, & inibi à principio uſque ad finem exceptâ neceſſitatis cauſâ permanſerint, miniſtrari debeat, nec quiſquam ullâ diſpenſatione, vel alio privilegio Apoſtolico quâcumque cauſâ impetrato vel conceſſo, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit.

Ceterum Sancti Martini Heſdinfert & SS. Marconii & Grignii, aliàs Decanatui Heſdinenſi ſubjectæ, deinceps Decanatui de Helfaut dictæ Diœceſis Audomarenſis ſubjectæ exiſtant; reliquæ verò Eccleſiæ Civitatis ſub Cura dicti Archipresbyteri Civitatenſis, extra verò eam & in Diœceſi Audomarenſi exiſtentes, vel ſub ſuis Decanatibus ſeu Archipresbyteratibus, aliiſque juriſdictionibus, prout hactenus, remaneant, vel meliore modo, arbitrio Epiſcopi diſtribui, ipſorumque Decanatuum Decani, ſalvâ dicti Epiſcopi moderatione, emolumenta hactenus percipi ſolita percipere poſſint:

Quodque Archidiaconus Artheſiæ in ipſa Eccleſia Audomarenſi inſtitutus, poſt ceſſum vel deceſſum præſentis poſſeſſoris, talem in Diœceſi Audomarenſi juriſdictionem, qualem ibidem ab antiquis Arcbidiaconis baberi & exerceri conſuevit, obtinere & exercere debeat.

Districtius inhibentes univerſis & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Abbatibus, ceteriſque locorumque Ordinariis, & Conventuum Superioribus & Perſonis, nec non illi, vel illis, ad quem, vel ad quos Præpoſituræ, Archidiaconatûs, Pœnitentiariæ, Canonicatûs & Præbendæ, & Cappellaniarum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum prædictorum, cullatio, proviſio ſeu quævis alia diſpoſitio, communiter vel diviſim pertinet, & quibuſcumque, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, ordinis & conditionis exiſteotibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, nec non privationis omnium Dignitatum, Officiorum & Beneficiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa & alia impoſterum obtinenda, ne de illis vacantibus, aut cum vacaverint ut præfertur, cuiquam providere, aut aliàs diſponere, ſeu præmiſſorum effectus & executionem in aliquo quantumcumque modico impedire, aut moleſtiam, vel injuriam quampiam irrogare quoquo modo præſumant:

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmiſſis eiſdem Epiſcopo & Graduatis omnino acquiſitum eſſe, & ſuper his beneficio regularum de non tollendo jure quæſito, ac de annali & triennali poſſeſſore, nec non privilegiis omnibus, quibus diuturni poſſeſſores pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, plenarie uti, potiri, & gaudere debere;

Ac

Digitized by Google

Ac novem Canonicatus & novem Præbendas ſic affectos prædictos, per quoſcumque, etiam prætextu mandatorum de providendo, nominationum, facultatum, etiam juxta Concordata Nationis Germanicæ, exſpectativarum, & quarumcumque aliarum gratiarum quoquo modo minimè acceptari poſſe;

Et nihilominùs quaſcumque acceptationes, collationes, proviſiones, commendas, uninnes, annexiones, incorporationes, & alias diſpoſitiones de eiſdem, & eorum aliquibus, etiam per Nos & Sedem Apoſtolicam quomodolibet factas & faciendas, nullius prorſus roboris, vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, ſeu etiam coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe; ac conceſſiones, aſſignationes, ſuppreſſionem, extinctionem, tranſlationem, erectionem, inſtitutionem, unionem, annexionem, incorporationem, applicationem, appropriationem, ſtatutum, ordinationem, inhibitionem, decretum, ceteraque præmiſſa, ac præſentes Litteras ex nunc omnimodum effectum ſortita eſſe & cenſeri, nec ſub quibuſvis revocationibus, alterationibus, ſuſpenſionibus, vel limitationibus, ſimilium vel diſſimilium unionum, annexionum, ſuppreſſionum, extinctionum, etiam effectum non ſortitarum, quæ poſthac per Nos vel Succeſſores noſtros, tam in craſtinum aſſumptionis cujuſlibet eorum ad ſummi Apoſtolatûs apicem, quàm alias quomodolibet, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, quocumque tempore fient, includi;

Sed illis non obſtantibus, in ſuis vigore, robore, & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo conceſſa, ſicque incommurabilis voluntatis & intentionis noſtræ fuiſſe & eſſe ac fore; & eaſdem præſentes Litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut in jus vel controverſiam quacumque ratione vel causâ vocari poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem ac S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere; ac ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi & Epiſcopo Amerinenſi, ac dilecto Filio Decano Eccleſiæ S. Petri Arienſis Audomarenſis Diœceſis, per Apoſtolica Scripta, motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, vel unus eorum, per ſe vel alium ſeu alins, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte moderni & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Audomarenſis & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit in futurum, requiſiti fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ Epiſcopum Audomarenſem & alios prædictos, conceſſionibus, aſſignationibus, ſuppreſſione, extinctione, tranſlatione, erectione, inſtitutione, unione, annexione, incorporatione, applicatione, appropriatione, ſtatuto, ordinatione, decreto, & præſentibus Litteris & in eis contentis hujuſmodi, pacificè frui & gaudere, ac aliàs Litteras & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari;

Non permittentes illos ſeu eorum aliquem deſuper per ſupradictos, aut quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, Cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Non obſtante priori voluntate noſtrâ prædictâ, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuàs niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohibentis, & piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, de una, & Concilii Generalis de duabus, non tamen tribus dietis, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus, etiam in Corpore Juris clauſis, ac aliàs reſervatoriis dictæ Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam revocatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & aliàs in contrarium quomodolibet editis & edendis;

Nec non ſingularum Eccleſiarum ac Monaſterii & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & Litteris Apoſtolicis, Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, Ordinibus, Superioribus, aliiſque Collatoribus, & Perſonis præfatis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos ac Sedem prædictam, etiam per viam generalis Legis & Statuti perpetui, nec non initi ac ſtipulati contractûs ſeu quaſi, & aliàs ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis Decretis, etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam ſupradictorum & quorumcumque aliorum, ac etiam Motu, ſcientiâ & poteſtatis plenitudine ſimilibus, nec non conſiſtorialiter, ac aliàs quomodocumque & qualitercumque ac quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis ac concedendis;

Nec non quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, etiam mentalibus, exſpectativis & aliis gratiis, unionibus, annexionibus, & incorporationibus perpetuis vel temporalibus, abſque conſenſu coadjutorum, deputationibus, nominationibus, citra acceſſus & regreſſus facultatibus, Litteris, mandatis, conceſſionibus & Indultis, proviſionibus & aliis diſpoſitionibus, quibuſcumque perſonis, etiam Cardinalibus, ac etiam antiquis noſtris & deſcriptis familiaribus, etiam Imperatoris, Regum, Du-

cum, & aliorum Principum contemplatione vel intuitu, ſeu in eorum, aut Eccleſiarum, Monaſteriorum & aliorum Eccleſiaſticorum Beneficiorum, vel etiam in nullius favorem, aut ob remunerationem laborum Nobis & Sedi præfatæ impenſorum, aut in recompenſam jurium ceſſorum vel ablatorum, aut aliàs quomodolibet, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, etiam atteſtationis mentis noſtræ de illis non revocandis aut ſuſpendendis, irritantibuſque & aliis decretis in genere vel in ſpecie, de Præpoſitura, Pœnitentiaria, Capellaniis, Canonicatibus hujuſmodi conceſſi hactenus & in poſterum concedendis:

QUAS & quæ, illorumque omnium vim & effectum quoad hoc omninò ſuſpendimus, & in Præpoſitura, Pœnitentiaria, Capellaniis, Canonicatibus & Præbendis, & aliis Beneficiis hujuſmodi, effectum ſortiri aut locum ſibi vindicare non poſſe neque debere decernimus,

ILLISQUE ac Statutis, Privilegiis, Indultis & Litteris ſupradictis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua ac expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, etſi talia & multa ſint quæ ſub clauſulæ implicitæ derogationis latiſſimè extendenda in ſupplicatione appoſita non intelligantur, aut aliàs comprebendantur, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus contrariis quibuſcumque:

Aut ſi aliqui in Eccleſia Audomarenſi in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis ac Dignitatibus Audomarenſis & Morinenſis Eccleſiarum prædictarum, ac hujuſmodi ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales, dictæ Sedis, vel Legatorum ejus Literas impetraverint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem Literas & Proceſſus habitos per eaſdem & inde ſecuta quæcumque, ad Archidiaconatum, Præpoſituram, Pænitentiariam, Canonicatus & Præbendas ac Capellanias hujusmodi volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum, ac Dignitatum vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuſlibet aliis Privilegiis, Indulgentiis & Literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis.

NULLI ergò omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ inſtitutionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, reſervationis, ſtatuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, mandati, ſuſpenſionis, derogationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

SI quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

DATUM Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LX, quinto Idûs Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. 1560.

EPISCOPI AUDOMARENSES.

I. GERARDUS AB HAMERICOURT Abbas Sancti Bertini, conſecratus eſt anno 1563. & de conſenſu ſummi Pontificis ac Regis Abbatiam retinuit. Fundavit Collegium & Templum Nominis Jeſu, nec non pauperum ſtudioſorum Collegii Bertiniani. Obiit menſe Martio 1577 & ſepultus eſt in ſupradicto Collegio.

Ante illum ad Epiſcopatum Audomarenſem nominatus fuerat Reverendus & Nobilis Dominus GUILIELMUS A PICTAVIA, Archidiaconus Campiniæ Eccleſiæ Leodienſis, ſed conſecratus non fuit. Obiit anno 1570.

II. JOANNES SIXTUS Inſulenſis. & ibidem Paſtor Eccleſiæ parochialis S. Stephani, deinde anno 1561. Lovanii in majori Theologorum Collegio Præſes, & anno 1562. Canonicus ac Archidiaconus Audomarenſis, demum anno 1581. Epiſcopus eſt conſecratus. Obiit die 11. Octobris anno 1586. Ejus corpus ſepultum eſt Inſulis in Eccleſia S. Stephani, cor Audomari in Cathedrali.

III. JACOBUS PAMELIUS ex illuſtri Baronum Pameliorum ſtirpe oriundus. Canonicus & Archidiaconus Audomarenſis, Præpoſitus Ultrajectenſis, deſignatus fuit Audomarenſis Epiſcopus die 3. Auguſti anno 1587. qui dum Bruxellas cogitat. Montibus Hannoniæ moritur, ante conſecrationem & confirmationem à Pontifice obtentam, die 19 Septembris anno 1587. Multis in Cyprianum. Tertulianum alioſque Scriptores monumentis editis claruit, quorum à Baronio in ſuis Annalibus frequenter fit mentio.

JOANNES DU VERNOIS facundiſſimus Eccleſiaſtes Ducis Parmenſis, S. T Doctor Sorbonicus, Ordinis Dominicanorum Conventûs Polinienſis, patriâ Burgundus Conſecratus fuit anno 1591. Epiſcopus Audomarenſis Obiit die 7. Januarii anno 1599. IV.

JACOBUS BLASÆUS Brugenſis, Ordine Franciſcanus, ex Namurcenſi Cathedrali ad Audomarenſem Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1600. qui ſolenniter receptus eſt die 7. Maii anno 1601. & obiit anno 1618. V.

PAULUS BOUDOTUS Doctor Sorbonicus, Canonicus & Archidiaconus Cameracenſis, ſacratus fuit Audomarenſis Epiſcopus anno 1619. Anno autem 1626. ad Atrebatenſem Sedem tranſiit. VI.

PETRUS PAUNETIUS Ordine Franciſcanus, Sereniſſimæ Iſabellæ Infanti à confeſſionibus. Sacratus fuit Bruxellis anno 1627. & obiit anno 1631. VII.

CHRISTOPHORUS MORLETIUS, Decanus Audomarenſis Petro ſuffectus eſt & ſacratus anno 1632. ſequenti autem anno die 15. Junii dedicavit Eccleſiam Cœnobii Viroviacenſis conſtructam per Magdalenam de Lens, viduam Joannis de Montmorency, Principis Robecani &c. obiit eodem anno 1633. VIII.

CHRISTOPHORUS DE FRANCE, Canonicus Cameracenſis, poſtea Decanus Cathedralis Atrebatenſis, Sacris Epiſcopalibus initiatus fuit anno 1635. Obiit anno 1659. IX.

LADIS.

X. LADISLAUS JONART Decanus Cameracenſis in Epiſcopum Audomarenſem ſacratus fuit anno 1660. & ex hac Sede ad Cameracenſem tranſlatus eſt anno 1671.

XI. THEODORUS DE BRIAS Magni Conſilii Mechlinienſis Aſſeſſor. & Canonicus Tornacenſis, Epiſcopus Audomarenſis ſacratus fuit anno 1672. inde tranſiit ad Cameracenſem Metropolitanam Cathedram anno 1675.

JOANNES CAROLUS DE LONGUEVAL Decanus Eccleſiæ Cathedralis Audomarenſis, Succeſſor Theodori à Rege Catholico deſignatus fuit, ſed anno 1676. obiit ante confirmationem. Ad cujus ſupplendum locum idem Rex Catholicus nominavit PETRUM VANDEN PERRE, factum poſtea Namurcenſem Epiſcopum, ſed cum Ludovicus XIV. Francorum Rex Audomarum intercepiſſet anno 1677. ad hanc Sedem nominavit

XII. ANNAM TRISTAN DE LA BAUME DE SUZE, qui Tarbenſem reliquerat Pontificatum, ſed ob diſſidium, quod erat inter Innocentium XI. & prædictam ſuam Majeſtatem, diu hæſit ſine receptione Bullarum Confirmationis. Tandem anno 1684. creatus fuit Auſcitanus Archiepiſcopus, ubi obiit anno 1705.

XIII. LUDOVICUS ALPHONSUS DE VALBELLE Doctor Sorbonicus, Epiſcopus Alectenſis, Suffraganeus Narbonnenſis, ad Audomarenſem Sedem tranſivit anno 1684. in qua obiit anno 1708.

XIV. FRANCISCUS DE VALBELLE DE TOURVES Decanus atque Vicarius Audomarenſis, Eleemoſynarius ſuæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, Nepos Ludovici, ſucceſſit, & ſacratus fuit Pariſiis anno, 1710.

JOSEPHUS ALPHONSUS DE VALBELLE DE TOURVES, ex Archidiacono Decanus atque Vicarius Generalis Audomarenſis, primò deſignatus Epiſcopus Sarlatenſis in Gallia, dein Coadjutor Patrui ſui. Ab Innocentio XIII. Pontifice obtinuit 7. Julii 1722. titulum Epiſcopi Giropolitani.

CAPUT CLXVII.

GREGORIUS XIII. *Pontifex concedit Archiepiſcopo Cameracenſi, aliiſque Belgii Epiſcopis, facultatem abſolvendi ſubditos ſuos ab hæreſi, rebellione aliiſque gravioribus criminibus, anno 1576.*

Ex Authenticis MS.

GREGORIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sub die trigeſima Menſis Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſecundo, ſupplicationibus chariſſimi in Chriſto Filii noſtri PHILIPPI Hiſpaniarum Regis Catholici ea in parte inclinati, Venerabili Fratri moderno Archiepiſcopo Cameracenſi, ut per ſe ſeu alium vel alios quot ſibi expedire videretur Prælatos ac alios Presbyteros & idoneos Viros Eccleſiaſticos in Sacris Ordinibus conſtitutos ſeculares vel cujuſque Ordinis regulares, tam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos quàm non conſtitutos, omnes & ſingulos utriuſque ſexus tam Laïcos, quàm Clericos ſeculares & quorumvis Ordinum etiam militarium regulares, ac Presbyteros, qui Divinam Majeſtatem læſiſſent quomodocumque etiam ſi in hæreſis crimen non ſemel tantùm ſed etiam pluries poſt errorem deteſtatum relapſi forent, ac ſacrilegia quæcumque, perjuria, inceſtus, ſtupra, etiam in perſonam Sanctimonialem commiſiſſent, Eccleſias devolviſſent, Sacramenta violaſſent, & enormiter Clericos in Sacris vel etiam Presbyteratûs ordine conſtitutos vulneraſſent & occidiſſent, Epiſcopos ac Religioſos Antiſtites perſecuti forent aut carceraſſent, vel prædictis ſimilia vel diſſimilia etiam graviora delicta vel exceſſus, etiam per Bullam in die Cœnæ Domini legi ſolitam, quorum abſolutio Sedi Apoſtolicæ dumtaxat per quaſcumque Conſtitutiones eſt reſervata, commiſiſſent, cujuſcumque gradûs, ordinis & conditionis ac præeminentiæ exiſtentes, etiamſi quâcumque dignitate præfulgerent, ſi hoc humiliter intra tempus condonationis à Rege prædicto præfigendum & ſemel vel pluries ab eo prorogandum petiiſſent, & ad ipſam Sanctam Romanam Eccleſiam & fidem Catholicam redire, & ſuas hæreſes publicè coram eis vel privatim in forma Eccleſiæ conſueta abjurare vellent, & ſe ad pœnitentiam eis per dictum Archiepiſcopum vel ab eo deputandos injungendam paratos obtuliſſent, eamque poſtmodum cum effectu adimpleviſſent, ab omnibus & ſingulis eorum hæreſibus & in eadem fide Catholica erroribus aliiſque delictis prædictis quantumcumque gravibus & enormibus, etiam ſi illa ſpeciali notâ deſignanda eſſent, nec non excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque ſententiis, cenſuris & pænis, tam Eccleſiaſticis quàm temporalibus, etiam corporis afflictivis ac capitalibus à jure vel ab homine latis & promulgatis, in utroque foro penitus & omnino abſolvere & liberare, aliaque deſuper in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna facere liberè & licitè valeret, omnimodam per alias noſtras Litteras conceſſimus licentiam & facultatem, prout in illis pleniùs continetur.

CUM autem, ſicut nuper accepimus, idem Philippus Rex publico Edicto terminum condonationis trium menſium præſcripſerit, quo durante perſonis quibuſlibet errores in quos prolapſi fuerant deteſtantibus & pænitentiam pro commiſſis injunctam adimplere volentibus, condonavit & remiſit, ipſeque terminus jam ultra annum expiraverit, & propterea à nonnullis revocetur in dubium, an idem Philippus Rex, poſtquam trium menſium ſpatium lapſum eſt, alios terminos ac toties quoties eidem Philippo Regi videbitur ad abſolutionis beneficium impendendum & alia præmiſſa peragenda præfigere valeat, & prædictæ dubietatis occaſione non ſine gravi diſpendio animarum jam pridem deprehenſum extiterit, plures ante beneficium debitæ abſolutionis obiiſſe, potiſſimùm in iis Oppidis, Caſtris, Villis, municipiis & fortalitiis, quæ poſt expirationem prædicti termini tam in Ducatu Geldriæ, quàm in Comitatibus Hollandiæ, & Zelandiæ, numeroſatis copioſo ad obedientiam ejuſdem Philippi Regis ac ceteris obedientibus ſubditis valde opportunè, rurſus aggregata fuerunt;

Litteris idem Philippus Rex, ne gravior animarum jactura ſequatur, Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ei opportuno & celeri remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

His igitur præmiſſis opportunè providere omnemque dubitandi materiam & quæſtionem tollere, & animarum ſaluti, & aliàs opportunè conſulere volentes, nec non prædictarum Litterarum tenorem, perinde ac ſi de verbo ad verbum infereretur præſentibus, pro expreſſo habentes, ipſius Philippi Regis hac in parte ſupplicationibus inclinati, eaſdem Litteras & in eis contenta quæcumque, adversùs lapſum tempus hujuſmodi, quatenus opus ſit, reſtitnentes & plenariè indulgentes, nec non potiori pro cautela animarumque ſubditarum ejuſdem Philippi Regis ſecuritate conſulere cupientes, prædicto Archiepiſcopo Cameracenſi omnibuſque aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis Provinciæ Belgicæ partiumque inferioris Germaniæ eidem Philippo Regi ſubjectæ, eorumque, & ipſorum cujuſlibet, Vicariis ſeu Officialibus Generalibus in ſolidum, & ab eis & eorum quolibet ſubdelegandis Presbyteris ſecularibus & quorumvis Ordinum Regularibus & idoneis Viris Eccleſiaſticis tam in ſacris Ordinibus & Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis quàm non conſtitutis, ſuarum & aliarum vicinarum, quæ ad præſens Paſtoris ſolatio deſtitutæ exiſtunt, ſeu quas in futurum deſtitui contigerit, Civitatum, Diœceſium utriuſque ſexûs perſonas tam Laïcos quàm Clericos ſeculares & quorumvis Ordinum etiam militarium Regulares ac Presbyteros, qui Divinam Majeſtatem læſerint quomodocumque & aliis præmiſſis culpabiles, etiamſi in hæreſis crimen non ſemel tantùm ſed & pluries poſt errorem deteſtatum relapſi fuerint, ac ſacrilegia quæcumque, inceſtus, ſtupra, etiam in perſonam Sanctimonialem commiſerint, Eccleſias, Sacramenta violaverint, & enormiter Clericos in ſacris vel Presbyteratûs Ordinibus conſtitutos, cujuſvis etiam Ordinis Regulares, vulneraverint & occiderint, Epiſcopos ac religioſos Antiſtites perſecuti fuerint vel carceraverint, vel prædictis ſimilia vel diſſimilia etiam graviora delicta vel exceſſus, etiam in Bulla Cœnæ Domini legi ſolita, quorum abſolutio Sedi Apoſtolicæ dumtaxat per quaſcumque conſtitutiones reſervata exiſtit, commiſerint, cujuſcumque gradûs, ordinis & conditionis ac præeminentiæ exiſtentes, etiamſi quacumque dignitate præfulgeant, quandocumque & aliàs toties quoties per eumdem Philippum Regem ſeu ejus in Belgio præſentem aut futurum Generalem Gubernatorem, Archiepiſcopi, Epiſcopi, eorumque Vicarii & Officiales Generales & ſubdelegandi prædicti requiſiti fuerint, tam in ſupradictis Oppidis aliiſque locis jam ut præfertur de novo adductis, quam ſimilibus aliis, nec non in particularibus ſubditis in poſterum ſimiliter vel diſſimiliter quocumque reducendis, ac uſus ſeu neceſſitas poſtulabunt, ac donec & quouſque inferior Germania prædicta in priſtina Regis prædicti obedientia plenariè & integraliter reſtituta & repoſita fuerit, quoſcumque id humiliter petentes, ſi ad ipſam Sanctam Romanam Eccleſiam ac fidem Catholicam redire, & ſuas hæreſes coram eis publicè vel privatim in forma Eccleſię conſueta abjurare voluerint, & ſi ad pœnitentiam eis per dictos Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac Vicarios, ſeu Officiales Generales, & alios ut præfertur ab eis ſeu eorum altero deputandos ſeu ſubdelegandos, injungendam adimplendam paratos obtulerint, eamque poſtmodum cum effectu adimpleverint, ab omnibus & ſingulis eorum hæreſibus, & in eadem fide Catholica erroribus, aliiſque delictis prædictis quantumcumque gravibus & enormibus, etiamſi illa ſpeciali notâ deſignanda eſſent, nec non excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque prædictis Eccleſiaſticis cenſuris & pœnis tam Eccleſiaſticis quàm temporalibus & corporis afflictivis ac capitalibus à jure vel ab homine latis & promulgatis, in utroque foro penitus & omnino Apoſtolicâ Autoritate abſolvendi & totaliter liberandi: nec non cum eis ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione, etiamſi ſic ligati Miſſam & alia Divina Officia etiam in clavium contemptum celebraverint, & illis aliàs ſe immiſcuerint, contracta, quod in ſacris etiam Presbyteratûs Ordinibus ad quos promoti fuerunt, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, nec non tam Clerici quàm Laïci & utriuſque ſexûs illarum partium perſonæ, filii, nepotes & deſcendentes, ad gradus, honores, officia, & alia quæcumque aſſumi illaque ſuſcipere & exercere liberè & licitè valeant, diſpenſandi, ſpeciali dono gratiæ diſpenſare, nec non inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam per eos præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam penitus & omnino abolendi, & illos in eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatu reſtituendi & plenariè redintegrandi, ita ut à quoquam deſuper quomodolibet ſic reſtituti & abſoluti moleſtari nequeant, plenam & omnimodam facultatem & poteſtatem dictâ Authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus elargimurque, dantes non ſolùm iiſdem Archiepiſcopis & Epiſcopis, verùm etiam eorum Vicariis & Officialibus Generalibus, alias perſonas Eccleſiaſticas ut præfertur idoneas, cum ſimili vel limitata facultate ſubdelegandi, licentiam.

Non obſtantibus quibusvis Apoſtolicis, ac præmiſſis, nec non in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non ipſius Germaniæ inferioris & Belgicæ illius Civitatum, terrarum & locorum, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolicâ & quâvis facultate aliâ roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, Litteris Apoſtolicis dictis Provinciis & quibuſvis perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac Nos & Sedem Apoſtolicam etiam motu proprio conceſſis, confirmatis & innovatis: quibus omnibus, illarum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,

Digitized by Google

ſuris, harum ſerie derogamus & derogatum eſſe decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Et quia difficile foret, præſentes Litteras ad quæcumque dictæ Germaniæ inferioris Belgicæ loca deferri, volumus & eâdem auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo cujusvis Archiepiſcoporum ſeu Epiſcopotum prædictorum munitis; illa prorſus fides tam in judicio quàm extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, 25. Februarii, M. D. LXXVI. Pontificatûs noſtri anno IV.

CAPUT CLXVIII.

Reconciliatio Bruxellenſium cum PHILIPPO II. *Rege Catbolico, à cujus obedientia, uti & à Fide Catbolica, defecerant, anno* 1585.

Ex MS. Authenticis.

COMME les Bourguemaiſtres, Eſchevins, Recepveurs, & Conſeil de la Ville de Bruxelles, les Seigneurs & Bourgeois du *Wydenraedt*, & les neufz Nations, reſpectivement repreſentans les trois Membres d'icelle Ville, ont envoyé vers ſon Alteze leurs Deputez, Meſſire Nicolas Micault Seigneur d'Indevelde, Henry Bloyer Bourguemaiſtre, Daniël van Bomberghe Eſchevin, Jacques Taye Seigneur de Goycke, Maiſtre Otto Cartuns, Jean Gaverelles, Jean Schotte, Jean Boghe, & François van Asbrouck Secretaire, avecq Meſſieurs Guilliaume van Veen & Jean Malcote, François Abſolons, Jean Baptiſte Houwarts, enſemble George Diertys, Adam van Zenneke, Guilliaume Moimer, Joſſe van Winghe & Nicolas Shagen, ſuffiſament autoriſez pour traicter, conclure & arreſter leur Reconciliation avecq le Roy leur Souverain Seigneur & Prince naturel, leſquelz après avoir verbalement declairé leur charge, & exhibé articles par eſcript es mains de ſadicte Alteze, & depuis par charge d'Icelle communicqué & conferé diverſes fois avecq les Preſident Richardot & Secretaire Garnier, ſur ladicte Reconciliation, s'y eſtans repreſentées pluſieurs difficultez d'une part & d'autre, enfin ſe ſont leſdits Deputez au nom que deſſus contentez des poincts & articles, que ſon Alteze leur a au nom de ſa Majeſté benignement conſenty & accordé, ſoubz les reſtrictions & modifications qui s'enſuivent.

1. EN premier lieu, ores qu'il ſoit notoire à tout le monde, que les exces & meſuz commis tant par le Corps que les Bourgeois, manans & habitans de la ditte Ville, ſont tant plus conſiderables pour la qualité de la place, qui eſt le Siege Royal, & qui a ſi largement eſté beneficiée par ſa Majeſté & ſes très-Nobles Devanciers, & par conſequent meriteroient chaſtoy plus ſevere & rigoureulx que nulz autres: toutesſois pour monſtrer la Clemence & Bonté de ſa Majeſté, & qu'Elle veult ſurpaſſer les peſchez & offences de ſes ſubjectz & vaſſaulz, Son Alteze bien informée de ceſte ſaincte intention, & pour la particuliere affection qu'Elle a au bien & repos de ceſte Ville, enſemble pour l'eſpoir qu'Elle a conceu que doreſnavant ils ſe conduiront mieux que du paſſé; meſmes par la demonſtration que deſja ils ſont de ſe repentir & vouloir humilier, leur accorde tous generalement ſans exception quelconcque, pardon & oubliance generale & perpetuelle de toutes les faultes, crimes, forfaictz, exces, deſordres & meſuz par eulx commis durant ces troubles, de quelque qualité qu'ils ſoient ſans aucun excepter, & dont la memoire demeurera eſtaincte & aſſopie comme de choſes non advenues, avecq interdiction bien expreſſe à tous Procureurs generaux, Juſticiers, Officiers, & tous autres, de n'en faire mention ou pourſuitte, ou autrement à l'occaſion ſuſdicte reprocher, recercher, troubler, offençer, ou endommaiger leſdits de Bruxelles ou aucun d'eux, en quelque façon, maniere, ou pour quelque pretext que ce ſoit, à paine de punir & chaſtier les contrevenans comme perturbateurs du repoz publicque.

2 QUE leſdits Bourgeois reſidens preſentement, enſemble les manans doiz paravant l'Edict Perpetuel, rentreront doiz le jour de ce traicté en la jouyſſance de tous leurs biens, non obſtant tous ſaiſiſſemens, ventes, ou alienations faictes au contraire, ſans que leur ſoit beſoing obtenir main-levée, ou autres proviſions que cedict Traicté.

3. QUE toutes exheredations, donations, diſpoſitions d'entre viſz, ou à cauſe de mort, faictes par haine à cauſe de ces troubles, & durans iceulx, de coſté & d'autre, ſeront tenues pour caſſées, & de nulle valeur, & toutes ſucceſſions de ligne directe, & eſcheues pendant ledict temps, ſuivront les proches & legitimes heritiers.

4. QUE, pour eviter confuſion, toutes procedures encommenchées, & ſentences rendues par ceulx qui ont tenu le Conſeil en Brabant, par la Court Feodale, par le Magiſtrat, la Chambre d'Ucle & autres Cours ſubalternes, entre ceux qui ſont eſté preſens, & advoué leur juriſdiction, ſeront vaillables avecq les executions y enſuivies, & tous autres decretz, octroiz, proviſions, & actes dependans de leur auctorité & juriſdiction ordinaire & accouſtumée, bien entendu que les condemnez pourront, ſi bon leur ſemble, ſe pourveoir par voye de reviſion, d'appel, reformation, ou autre ordinaire, auſquelz ſans difficulté ſeront accordées les clauſes de reliefz, comme auſſy ſe fera le meſme à ceulx de ladicte Ville contre les ſentences rendues pardeça: & quant à celles que l'on a rendu par

deſſault

Digitized by Google

deffault ou contumace d'une part ou d'autre contre les abſens, les condamnez ſeront oyz & reïntegrez en leurs actions & exceptions, du moins ſoubz benefice de reliefz.

5. Que ceulx qui ont eu maniance des deniers d'aydes, impoſitions, demanies, ou autres quels qu'ils ſoient, ne ſeront moleſtez ou inquietez pour les ſommes & parties qu'ils monſtreront avoir furny par charge & ordonnances deſdicts Eſtatz ou Magiſtrat.

6. Et ores que l'on deſireroit, que toutes impoſitions, gabelles, & exactions levées durans ces troubles, peuſſent eſtre oſtées & abolies pour ſoulager le pauvre peuple, & luy donner moyen de reſpirer, toutesfois l'on conſent que pour payement des rentes & autres leurs charges & debtes, ils pourront continuer les moyens generaux, particuliers, & autres aians preſentement cours, ſans pour ce devoir lever nouvel octroy, pourveu toutesfois que les payemens ne ſe façent à ceux qui ſeront ennemis ou continueront la guerre contre Sa Majeſté, & les Villes & Provinces de ſon obeiſſance, le tout ſans prejudice des privileges, & juſques à ce qu'autrement par Sa Majeſté y ſoit ordonné.

7. Et comme les Bourgeois de ladicte Ville pourroyent eſtre grandement intereſſez, ſi ceux d'Anvers leur confiſquoyent les arrierages & capital des rentes dont ils leur ſont redebvables, Son Alteze promect, qu'advenant qu'elle traicte avecq leſdits d'Anvers, ſera à condition que leſdits de Bruxelles ſoient payez & ſatisfaitz de ce que en ceſt endroit leur eſt legitimement deu, & le meſme ſe procurera tant de tous autres demeurans ennemis, que d'autres biens, marchandiſes, denrées, mœubles, actions, & creditz appartenans auſdicts de Bruxelles.

Quant aux privileges & couſtumes, l'intention de Son Alteze à eſté tousjours, non de pervertir & abolir les loix & louables couſtumes du pays, ains plus-toſt les augmenter & accroiſtre pour la plus-grande proſperité d'icelluy: mais comme tant icy qu'en autres lieux y en peult avoir aucuns prejudiciables plus-toſt qu'advantageux au bien publicque; Elle entend, quand il y aura moyen de vacquer à telles choſes, & comme l'on dit il s'eſtoit deſia commencé en l'an 1570, faire veoir & examiner leſdits privileges & couſtumes par ceulx du Conſeil en Brabant avecq autres qu'Elle y commectra, pour par leur advis & participation retrancher ce que ſe trouvera corumpele, & procurer vers Sa Majeſté accroiſſance de tels nouveaulx qui pourront ſervir au repoz & tranquillité de ce peuple.

9. Consent auſſy au nom de Sa Majeſté, que les anciens allianees & traictez avecq le S. Empire & autres Provinces, Potentarz & Republicques, pour redreſſer le commerce & trafficque, ſoient entretenuz, & ſi beſoing eſt renouvellez.

10. Et afin qu'ung chacun cognoiſſe que l'intention du Roy n'eſt pas de depeupler ſes Villes, n'y enchaſſer rigoreuſement ſes ſubjects, l'on ſe contente que tous les Bourgeois & manans ſuſdicts pourront continuer leur reſidence en laditte Ville l'eſpace de deux ans, ſans y eſtre recerchez, y vivans paiſiblement, & ſans ſcandal, pour cependant adviſer & ſe reſouldre s'ils vouldront ſe remectre au bon chemin & vivre en l'exercice de noſtre ſaincte Religion ancienne Catholicque Apoſtolicque & Romaine, pour, ſi avant que non, ſe pouvoir lors & endeans ledict terme, quand bon leur ſemblera, librement retirer hors du pays, auquel cas leur ſera permiſe la libre & entiere joyſſance de tous leurs biens, pour en diſpoſer, les tranſporter, vendre ou aliener, ſelon qu'ils trouveront convenir, ou bien les faire regir, adminiſtrer, recepvoir par tels qu'ils vouldront deputer.

11. Que moyennant ce leſdicts Ville Bourgeois & manans ſe remectront ſoubs l'auctorité & obeiſſance de Sa Majeſté, qui les traictera & regira, & Son Alteze en ſon nom doreſenavant, comme bons & leaulx ſubjects & vaſſaulx, ſans les fouler ny travailler des gens de guerre, ſinon auſſy avant que la neceſſité le requirera, meſmes ſur ce particulier auſſytoſt que Dieu permectra que la frontiere ſoit plus aſſeurée, ils cognoiſteront par effect que l'on ne prend plaiſir à tenir garniſon en Villes où il n'eſt beſoing. Et cependant s'y tiendra telle diſcipline, que les Bourgeois n'auront dequoy s'en lamenter, pour eſtre l'intention de ſad.cte Alteze, qu'ils ſe contentent de leur ſolde & traictement ordinaires.

12. Et comme il eſt plus que raiſonnable que les Egliſes ruynées & deſmolies en laditte Ville ſe refaçent, pour non demeurer ceſte perpetuelle ignominie à la veüe de tout le monde, & que toutesfois les moyens ne ſont à la main, Son Alteze en fera traicter avecq les Membres de la Ville pour equitablement adviſer le pied qui s'y debvra tenir avecq la moindre foule de ladicte Ville.

13. Que Sa Majeſté rentrera dans ſes domaines, comme auſſy feront en tous leurs biens, tous Prelatz, Colleges, Chapitres, Monaſteres, Hoſpitaulx, Lieux pieux, & toutes autres perſonnes aians ſuivy le party d'Icelle, ou ſe retiré en pays neutre, pour partout où ils les trouveront les vendicquer, & en joyr plainement, librement, & franchement comme paravant; ores qu'ils fuſſent venduz ou alienez, ſaulf à iceux particuliers leur recourir contre tels qu'ils trouveront en conſeil: mais quant aux fruictz & revenuz des immoeubles, & louages de maiſons reçeuz ou employez par charge & autorité des Eſtatz ou du Magiſtrat, ne s'en pourra pretendre reſtitution, ſinon des parriculiers qui en auront faict leur prouffit.

14. Que les moeubles, & precieux joyaulx du Roy prins en laditte Ville, & ſignament les ornemens de la Chapelle du Palais, ſe reſtitueront, ou la valeur d'icculx, en quoy toutesfois Son Alteze ſera uſer de toute la doulceur, diſcretion & moderation, que juſtement ſe pourra pretendere, & dont ſe comunicquera prealablement avecq leſdictis Membres,

15. Aussy ſeroit-il bien raiſonnable, que leſdits de Bruxelles donnaſſent ſatisfaction aux Seigneurs Cardinal de Granvelle, Conte de Mansfelt, & autres, pour les dommaiges qu'ilz leur ont faict en leurs maiſons, & meubles. Toutesſois pour eſtre la choſe illiquide, & ne ſe pouvoir promptement

ſpecifier

ſpecificier les intereſtz, lon les laiſſe en leur entier (ſi avant qu'on ne puiſſe amiablement s'accorder) pour intenter leurs actions telles qu'ils pretendront leur competer, ſoit contre la Ville, ſeu contre les particuliers, ſaulf à iceux leurs defenſes, & raiſons au contraire.

16. Et comme Son Alteze pretendoit, qu'en recompenſe de la grace qui ſe faict, leſdicts de Bruxelles payeroient quelque notable ſomme pour une fois, qui ſe prendroit par juſte, moderée & equitable capitation ſur leſdicts Bourgeois & manans, toutesfois eſtant informée de leur pauvreté, & pour monſtrer encor plus grande douceur en leur endroit, ſuivant les remonſtrances & prieres des Deputez, leur quitte, remect, & ſe deporte entierement de cette pretenſion.

17. Et pardeſſus ce, tous Bourgeois de Bruxelles priſonniers de guerre ſeront relaxez, en payant ſeulement leurs deſpens, ſi avant toutesfois qu'Elle n'en ait deſia diſposé, ou qu'ils aient conceu de leur rançon, au quel cas ils ſortiront librement en payant icelle, & deſpens: bien entendu que le Capitaine Iorcq Anglois mené de Gand à Bruxelles ſera incontinent remis en liberté.

18. Promectant ſadicte Alteze que de ſon coſte Elle leur complira punctuellement ce qu'Elle leur promect, & procurera que ſa Majeſté l'advoue, & confirme deans trois ou quatre mois apres la publication de ce traicté, au quel volontiers Elle recepvra ceulx d'Anvers, Berghes, Malines, & autres Villes qui promptement y viendront entrer.

Fait à Bevere le x. de Mars M. D. LXXXV. *Signe* Alexandre. 1585.

CAPUT CLXIX.

Reconciliatio Mechliniensium cum Philippo II. *Rege Catholico, an.* 1585.

Ex MS. Authentica.

Comme eſtant preſentement, à l'ayde de Dieu le Createur, la Ville de Malines remiſe ſoubz l'obeïſſance de ſa Majeſté, Son Alteze ait trové convenir, avant tout œuvre, donner ordre à ce qu'eſt requis, pour le bien & repoz d'icelle & des Bourgeois preſentement y reſidens, uſant envers eulx de toute grace, doulceur, & benignité, comme elle ſçait eître la volunté & intention de ſa Majeſté; ores qu'en ce regard ne ſoit eſté faict avecq eulx aulcun traicté ny paction, ſinon en tant que touche la garniſon & aulcuns en particulier, pour leſquelz eſt convenu de leur retraicte, tellement que ledicts de Malines, par les exces & deſordres qui y ſont commis, auroient bien merité chaſtoy; meſmes pour avoir eſté ladicte Ville reduicte pluſtoſt par force d'armes que aultrement. Ce neammoings ſans s'arreſter à tout ce que deſſus, veuillant ladicte Alteze au nom de ſa Majeſté pourveoir au bien & ſaulagement deſdicts de Malines, & en leur endroict preferer grace & miſericorde à rigeur de juſtice, ſignament prins eſgard que ladicte Ville auroit eſté dernierement diſtraicte de l'obeiſſance de ſa Majeſté par invaſion & ſurprinſe des rebelles, enſamble quilz ſe ſont humblement ſubmis à la miſericorde de ſa Majeſté, & diſcretion de Son Alteze,

Icelle oultre ce qu'a eſté conſenty auſdicts particuliers que leur ſera punctuellement maintenu, at au nom & de la part de ſa Majeſté accordé & accorde auſdicts Ville & Bourgeois obliance, remiſſion & pardon general de tout ce que doiz ladicte ſurprinſe ilz peuvent avoir meſfaict ou meſuſé, ſans que doreſenavant il ſoit permis à perſonne de quelque qualité qu'il ſoit, de les en rechercer, les nuire ou moleſter en maniere quelconcque, les recevant des maintenant en la grace, ſauvegarde & protection de ſadicte Majeſté, & les reſtituant en leurs bons nom, fame & renommée, enſamble en tous leurz biens meubles & immeubles, telz comme ilz ſont preſentement, pour joyr d'iceulx doiz le jour de ce traicté; ſanz touttesfois comprendre les lettres, obligations & promeſſes tant d'indempnité que aultres, eſquelles ſadicte Majeſté pourroit eſtre tenue envers le corps de ladicte Ville, dont ſadicte Majeſté demeurera quicte & deſchargée:

Et au regard de la reparation des Egliſes, ſe donnera par aprez l'ordre qui ſera trouvé raiſonnablement convenir, comme auſſy endroict les privileges de ladicte Ville, ſadicte Alteze les ſera veoir & viſiter en Conſeil, & y ordonnera favorablement ce que ſera pour le bien & proſperité d'icelle.

Fait à Bevere ſoubz le nom de ſadicte Alteze & Cachet ſecret de ſadicte Majeſté, le XVII. de Juillet M. D. LXXXV. *ſoubz eſtoit Signé:* Alexandre. *Et plus bas:* Par ordonnance de Son Alteze, *Signé:* Verreycken. 1585.

DIPLOMATA
SERIUS COMMUNICATA.

CAPUT CLXX.

CHILPERICUS *Francorum Rex donat Cathedrali Eccleſiæ Tornacenſi Telonium de navibus ſuper Fluvio* Scalt, *nec non & Juſtitiam de eodem Teloneo, anno* 580. *vel 575.*

Ex Archivis MS. Tornac.

IN nomine Omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti, HILPERICUS Divinâ præveniente clementiâ Rex Francorum.

QUANTÒ alios Regiâ celſitudine præcellimus, tantò Chriſtum honorare & ejus Eccleſiam impenſiùs volumus, & in Chriſti repetitionibus Sacerdotum & Pontificum vel Servorum Dei, quod pro eorum utilitatibus pertinet, libenter præſtamus vel concedimus,& hoc Nobis ad laudem vel ſtabilitatem Regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus.

INDCIRCO cognoſcat omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum, humilitas ſeu magnitudo, quod Nos Apoſtolico Viro Domno Chraſmaro Noviomagenſis vel Tornacenſis Urbis Epiſcopo Teloneum de Navibus ſuper fluvio *Scalt*,qui pertinet ad Fiſcum Tornacum, tam ultra quàm & citra decurſum, de quolibet commercio ſeu & de carrigio vel de ſaginis, nec non de ponte ſuper flumine *Scalt*, vel de omnibus venalibus, ubicumque vendantur ſeu infra muros ſeu in appendiciis murorum prædictæ Civitatis, undecumque Toloneus exigitur, ſicut Fiſcus noſter & Regia poteſtas evindicare poteſt; nec non & juſtitiam de eodem Teloneo, ſicut eam liberè poſſidemus,ad Eccleſiam ipſius Pontificis Domni Chraſmari, quæ eſt in honore *Sanctæ Mariæ* in ipſo Tornaco conſtructa, in ſtipendiis Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ promerendis, noſtri augmentum plenè & integrè noſtrâ gratiâ viſi fuimus conceſſiſſe.

QUAPROPTER per hoc Præceptum ſpecialiùs decernimus pro donando, quod perpetualiter circa ipſum Domnum Chraſmarum Pontificem vel ipſius Sanctæ Eccleſiæ Tornacenſis & Succeſſoribus ſuis pro tempore voluмus eſſe conceſſum, ut neque Nos, neque Juniores noſtri vel Succeſſores noſtri,nec quælibet judiciaria poteſtas Teloneum de quolibet commercio, tam navigio quàm & de carrigio, aut de ſaginis, vel de ponte, tam ultra quàm & citra ipſo fluvio *Scalt*, nec non de omnibus venalibus ubicumque apud Tornacum vendantur, undecumque Teloneus exigitur, & Fiſcus noſter evindicare poteſt, ab ipſo Domno Chraſmaro vel Junioribus aut Succeſſoribus ſuis, nec de eorum poteſtate contradicere vel auferre præſumat, ſed ipſe Teloneus & juſtitia de Teloneo, juxta quod ſupra per ſingula continetur, ipſi Domno Chraſmaro Pontifici vel Succeſſoribus ſuis ad partem ipſius Sanctæ Eccleſiæ Beatæ Virginis Mariæ quæ eſt in ipſo Fiſco conſtructa, omni tempore noſtris & futuris temporibus ad Menſam Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ perpetuò proficiet.

ET ut hæc Autoritas firmior habeatur, manûs noſtræ ſubſcriptione firmavimus & annuli noſtri impreſſione conſignare atque corroborare præcepimus.

Signum Hilperici glorioſi Regis.

Halcohinus Notarius recognovi & ſignavi.

DATA Kal. Maii anno primo Regni Hilperici glorioſi Regis, Indictione XIII.

ACTUM apud Bibrax io Dei nomine feliciter. Amen.

CAPUT

HOc Præceptum referunt Miræus, in Codice Donationum Piarum Cap. 2. ſupra paginâ 6. item Joannes Cognatus in Hiſtoria Tornacenſi Lib. 1. Cap. 66. ſed uterque mendoſum & interpolatum.

Exſtabat etiamnum integrum in Archivis Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis ante annum 1560. ſed in conflagratione ac ſpoliatione prædictæ Eccleſiæ per Iconoclaſtas anno 1567. originale Diploma deperiit.

Supereſt nihilominùs copia illius ſive *Vidimus* anni 1290 à Philippo Pulchro Francorum Rege: aſſervaturque in Archivis Magiſtratûs Tornacenſis in hæc verba:

„PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex. notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod „Nos Litteras quaſdam Sigillo inclitæ recordationis HILPERICI quondam Regis Franciç, in eiſdem impreſſo Litteris, intus & foris ſine laquen, cujus character eſt dimidiata hominis imagn, cum pileo in capite, cujus Litteræ ſunt in circumferentia, HILPERICUS REX FRANCORUM, ſigillatas vidimus in hæc verba (diphtongis tamen „in eiſdem ſcriptis Litteris, in præſenti tranſcripto non expreſſis) In nomine Omnipotentis &c.

„Quod autem *Vidimus*, hoc teſtamur.

„In cujus Teſtimonium præſentibus Litteris noſtrum „fecimus apponi Sigillum.

„Actum Pariſiis, anno Domini M. CC. XC. menſe Februario.

CAPUT CLXXI.

Robertus Friſius *Comes Flandriæ Præpoſituram VVatanenſem Canonicorum Regularium fundat & in protectionem ſuſcipit, anno* 1072; *quam Filius ejus Robertus Jeroſolymitanus ampliùs dotavit, juxta Tabulas ſupra editas pag.* 1141.

Ex Archivis M. S. Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Quoniam antiquorum diligentia prudenter excogitavit, ut Litteris ea quæ rectè ac honeſtè facta ſunt, poſterorum memoriæ commendarent:

Eapropter Ego (1) Robertus Dei gratiâ Flandrenſium Comes ad notitiam tam præſentium quàm ſuturorum annotari volui, quod Eccleſiam (2) Watinenſem novellas plantationes in terra mea ſub mea ſuſcepi protectione, cum omnibus bonis ſuis acquiſitia vel aequirendis, de quibus hiis nominatis duxi exprimendas duas partes decimæ ejuſdem Eccleſiæ & quatuor menſuras terræ juxta atrium, quas liberaliter eidem Eccleſiæ in eleëmoſynam contuli liberè poſſidendas.

Ad petitionem quoque Illuſtris Genitricis meæ Athalæ Roberti Regis Francorum Filiæ Dominicalem Curtem nomine (3) *Ballinberg* cum omnibus appenditiis ſuis, in remiſſionem peccatorum meorum & ejuſdem Genitricis meę, do, & Eccleſiæ jam dictæ in eleëmoſynam perpetuò poſſidendam dedi & conceſſi, cum omni jure, dominio & juſtitia in cunctis quæ ad humana ſpectant judicia, ſicut Flandriæ Comites eas aliquo tempore liberiùs tenuerunt.

Ut autem hæc mea donatio & eleëmoſyna rata & inconvulſa ſemper permaneat, & ut Fratres prædictæ Eccleſiæ præſentes & futuri pro mea, Anteceſſorum Succeſſorumque meorum ſalute indeſinenter exorent, Cartam hanc Sigilli mei impreſſione communivi.

Actum in Villa *Sithyu* apud Cœnobium S. Bertini, anno Dominicæ Incarnationis M.LXXII. 1072
Indictione X. VI. Idus Junii, hiis Teſtibus præſentibus

Inghelrano Lilirienſi,
Waltero de Duaco,
Ravenmaro de Hardoia,
Theodorico Dapifero,
Baldrico D. Colſle,
Willelmo Caſtellano,
Renigero de Lokre, & aliis multis.

In fine erant Scripta majoribus Litteris per modum circuli hæc verba : Signum Roberti Incliti Marchionis Flandriæ.

(1) Robertus Friſius, Fundator Eccleſiæ Watinenſis Canonicorum Ordinis Sancti Auguſtini.

(2) Præpoſitura de Watene in Diœceſi Audomarenſi, nunc unita partim illi Epiſcopatui, partim Domui Probationis PP. Societatis Jeſu Anglorum in eodem loco. Vide plura ſuperiùs pag. 1142.

(3) Ballinberg, Vicus prope Caſletum.

CAPUT CLXXII.

Eustachius *Boloniæ Comes Fundationem Abbatiæ B. M. de Capella Ordinis S. Benedicti, olim ſitæ in Diœceſi Morinenſi, à Parentibus ſuis inchoatam approbat & auget anno* 1100.

Ex Chartulario antiquo Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Eustacius Boloniæ Comes ſuccedens in hæreditatem Patrum meorum, Patre jam defuncto, ſed adhuc ſuperſtite Matre (1) & commorante in Monaſterio, quod ipſa annuente & conſavente Patre meo conſtruxit in Villa olim *Burchain*, nunc *Capella S. Mariæ* (2) dicitur, omne ſuæ donationis beneficium quod eidem Monaſterio Parentes mei contulerunt, præmonitus & juſſus à Matre mea non modicè mihi dilecta ratum habeo, approbo & concedo.

Sunt autem hæc beneficia : Tota Villa prænominata cum omnibus appenditiis ſuis. Duæ Berquariæ in Villa *Oya* cum Comitatu & tota Decima. Allodium *Herpolphi* ſimiliter cum Comitatu & tota Decima. Allodium *Bruiercardi*, cum Comitatu. Allodium *Almari* Judicis cum Comitatu.

Sunt autem hæc omnia in eadem libertatis plenitudine Eccleſiæ data, in qua fuerant ab ipſis datoribus habita; ſcilicet ut neque Comiti ne-

(1) Ida, Vidua Euſtachii Comitis Bolonienſis, Mater Godefridi Bullionæi. Vide Miræum in notis ad Caput 38. Lib. 1. Diplomatum Belgicorum.

(2) Monaſterium Virorum Ordinis S. Benedicti fundatum anno 1090. Morinenſis olim Diœceſis, nunc Bononienſis. Vide ſuperiùs notas Miræi. Bona hujus Monaſterii, nunc extincti, unita ſunt Abbatiæ S. Joannis in Monte Morinorum, quæ nunc eſt Ipris.

quecuiquam alii aliquid juris debeant vel de forisfacto reſpondeant, niſi ejuſdem Eccleſiæ Abbati vel Monacis.

DATA eſt etiam à Parentibus meis eidem Eccleſiæ Decima de *Oſterwich*; duæ quoque piſcationes, una ſcilicet in aqua *Funia*, alia à ponte de *Merc* uſque in mare in aqua quæ dicitur *Petriſſa* nominata.

VOLENS etiam præfatam Eccleſiam adhuc novellam creſcere & multiplicari, donationibus à Parentibus meis factis, pro ſalute animæ meæ, Parentum & Fratrum meorum ſuperaddere ſtudens, quatuor Altaria, ſcilicet Altare de *Merc*, Altare de *Oya*, Altare de *Houve*, Altare de *Herewegbe*, per manum Domini Johannis tunc Teruanenſis Epiſcopi, ipſo ita ordinante & ab omni debito Synodali & omni actionis gravamine ipſa Altaria abſolvente, ita volente & præmonente Matre meâ, concedo,

DECIMAS quoque agnorum & annonæ de duabus Berquariis meis quæ ſunt in Parochia de *Merc*, quæ ex occidentali parte jacent ſuper aquam quæ vocatur *Mercled*, quæ fluctu accedente in mare recurrit.

PRÆTEREA ſi quid hiis Berquariis, ſed & Berquariis de *Oya*, ante jam habitis, hominum induſtriâ vel maris beneficio accreverit in futurum, in ſecundò datis Decimam, in primò datis terram & Decimam & Comitatum piâ liberalitate concedo.

TOTAM etiam Decimam *Folpoldi* quam in Parochia de *Merc* habebat, quam ipſe & Uxor ejus & Filii pro æterna retributione Deo & præfatæ Eccleſiæ dederunt; duas etiam partes Decimæ *Fulconis*, quas in Villa *Helceke* habebat, quas ipſe & Uxor ejus & Filii me præſente & annuente Deo & Beatæ Mariæ dederunt; duas inſuper partes Decimæ alîus terræ, quam in *Anglia Malgberus* Filius amici de me tenet in feodo, quas per manum meam idem *Malgberus* ſæpius dictæ Eccleſiæ contulit.

INSUPER & Thelonei Libertatem de *Wiſſant* cum ſupradictis omnibus, Dei Servis, & ſuæ Genitricis Miniſtris integrè habere volo & contrado.

SUPRADICTISQUE adjungo, quod ſi quis terram ſuam dare vel vendere voluerit vel aliquod beneficium conferre jam dictæ Eccleſiæ, liberam habeat facultatem; & quam nunc terram habet & quam habitura eſt in poſterum ſub Domini terræ protectione & patrocinio quietè poſſideat.

PORRÒ ne Eccleſia forinſecus ad aliena jura diſcurrere, & formidoloſa judicia ſuſtinere opus habeat, liberum ei Scabinatum concedo; & Abbas quos voluerit de hiis Scabinos conſtituat, qui omnium cenſualium Eccleſiæ, tam infra Comitatum ſuum quàm extra in terra mea manentium, jura tractent & judicia dicant.

SED infra Comitatum Eccleſiæ de cauſis omnibus forisfactum erit totum Abbatis, de extra Comitatum exiſtentibus cenſualibus tamen id ſolum & tractent & dicant quod ad jus cenſuale pertinere dinoſcitur, ſcilicet de petitione terrarum Eccleſiæ, de venditione, de invadiatione, & de invaſione cenſualium alterius in alterum de terris quas tenent de Eccleſia.

IN hiis autem tractandis ſi quod forisfactum evenerit, munus erit & Abbati cedet.

NOLO etiam & ſub pœna forisfacti jubeo, ne quis cenſualium terram unde cenſualis eſt præſumat vendere, emere, vel invadere, niſi per manum Abbatis in Curia ſua; quod ſi quis fecerit, pænam Abbati ſolvat: ſi quis verò non cenſualium terram Eccleſiæ non per Abbatem intraverit, Domino terræ forisfacti reus ſit.

POSTREMO ſi quam legem in Curia ſua Abbas conſilio ſuo, Fratrum ſuorum & hominum poſuerit ad cautelam, ne domus ſua in detrimentum ruat, per Principem terræ inviolabiliter obſervetur.

HÆC autem dona ne quis in poſterum evacuare, infringere, & etiam diminuere temerario auſu præſumat, Sigilli mei confirmatione corroborare ſtudeo.

ACTUM eſt hoc in Villa *Merch*, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo, Domino 1100
Johanne Morinorum Epiſcopatum tenente, Lodewico regnante in Gallia, Balduino principante in Flandria. Teſtibus hiis

Arnulpho Clerico,
Bernardo Presbytero,
Euſtacio Vicecomite,
Fredebaldo & Filiis ejus,
Waltero,
Conone,
Oſinmundo,
Extacio Nepote ejus,
Folpoldo &
Euſtacio Filio ejus,
Malgero,
Oſtone,
Malgero Judice,
Balduino Conſtabulario,
Huberto, & aliis multis.

CAPUT

CAPUT CLXXIII.

LAMBERTUS *Atrebatenſis Epiſcopus fundat anno* 1110. *Prioratum S. Præjecti* (*vulgo* S. Prix) *olim juxta, nunc intra Bethuniam in Arthеſia, ibique conſtituit Monachos Benedictinos ex Monaſterio Abbatis-villæ in Picardia, quorum loco ſucceſſerunt ex Abbatia S. Bertini in Artheſia.*

Ex Archivis Prioratûs, MS.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti unius veri ac ſummi Dei. Amen.

EGO LAMBERTUS Dei miſeratione Atrebatenſis Epiſcopus, pro diſciplina & Religione Cluniacenſis Monaſterii, unde educatus & Monachus eſſe dignoſceris, Reverende mi Frater Guarine Prior de Abbatis-Villa, concedimus tibi & Succeſſoribus tuis de Abbatis-Villa Prioribus locum noſtrum in Bethunienſi territorio ſitum, de titulo Sancti Præjecti Martyris, ſub timore Dei & Regula Beati Benedicti gubernandum corporaliter & ſpiritualiter educandum.

ADJICIMUS etiam prædicto loco Parrochiam noſtram nomine *Fuſcherias*, ſalvo in omnibus jure Atrebatenſis Epiſcopi & reddituum ejus, & conſuetudinibus miniſtrorum ejus.

SCRIPTO etiam noſtro confirmamus, ut Tu & Succeſſores tui Priores de Abbatis Villa Mihi Succeſſoribuſque meis, ſicut in Claromontenſi Concilio renovatum & conſtitutum eſt, dignam exhibeatis obedientiam.

PRESBYTERUM autem de Parochia *Fuſcherias* Atrebatenſi Epiſcopo idoneum adducetis, qui profeſſionem faciat, & obedientiam promittat, & ſic Curam populi Dei de manu Epiſcopi gratis accipiat.

UT autem hujus noſtræ conſtitutionis Pagina ſtabilis & inconvulſa permaneat, Fratres noſtros fideles & idoneos Teſtes annotare procuravimus.

- S. Domni Claremboldi Archidiaconi Atrebatenſis,
- S. Domni Roberti Obſtrevandenſis Archidiaconi,
- S. Domni Odonis Præpoſiti,
- S. Domni Anaſtaſii Cantoris,
- S. Balduini Presbyteri,
- S. Rogeri Presbyteri,
- S. Rogeri Diaconi,
- S. Petri Diaconi,
- S. Drogonis, Anſelli, M. Renni Subdiaconorum,
- S. Saſgualonis & Lamberti Acolythorum & Hubardi Lectoris,
- S. Azoois & Maſcelini Decanorum,
- SS. Parrochialium Presbyterorum de Atrebato, Alberti, Rogeri, Ebrulfi, Iſembardi.

ACTUM Atrebati anno Dei Chriſti milleſimo centeſimo decimo, Indictione tertiâ, VIII. Kal. Auguſti, Pontificatûs autem Domni Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi decimo quinto anno. 1110.

PRioratus hic Benedictinorum S. Præjecti, vulgo S. Pryx. olim in parte occidentali Bethuniæ in Artheſia, dein propter bella in idem Oppidum tranſlatus. olim erectus fuerat in Abbatiam à Lamberto Atrebatenſi Epiſcopo, prout conſtat ex ejus Diplomate in Miſcellaneis Baluſii lib. 5. pag. 337 ſed primo Abbate Guireberto ſubjectionem Epiſcopo debitam recuſante, ab eodem Præſule in Prioratum redactus fuit anno 1110. atque à Cluniacenſi Monaſterio S. Petri in Abbatis-Villa Picardiæ Oppido dependit.

Verùm temporis lapſu, commutatione factâ cum Monachis S. Bertini Audomaropoli, qui Prioratus ſuos de *Tourbeſſen* & *Beuvreghen* in Agro Bolonienſi ſitos, Abbavillenſibus Monachis ceſſerunt, is Prioratus S. Præjecti Bertinenſium juriſdictioni acceſſit.

CAPUT CLXXIV.

SIMON *Tornacenſium ac Noviomenſium poſtremus Epiſcopus duas Majores Vicarias in ſua Cathedrali Tornacenſi inſtituit, anno* 1130.

Ex MS. Authentica.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen.

EGO SYMON, Dei gratiâ Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus dilecto Fratri Gontero Tornacenſis Eccleſiæ Decano ſibique ſucceſſuris Fratribus in perpetuum.

QUONIAM pervigili Paternæ ſollicitudinis intentione ſubditorum neceſſitatibus Nos oportet ex debito ſubvenire, & ut in Domo Dei Eccleſiaſtici Ordinis dignitas ſtabilis perſeveret; ad id proſequendum ac confirmandum totâ mentis inſtantiâ curam debemus efficaciter adhibere: debemus etiam benivolè Deo ſervientium petitionibus aurem inclinare, quatinus, ſi quid boni petierint, incunctanter valeant impetrare.

NOVERINT ſiquidem præſentes & futuri, Te Frater Gotere Tornacenſis Eccleſiæ Decanum cum ceteris Eccleſiæ Fratribus à Nobis poſtulaſſe,

laſſe, ut Altaria de (1) *Bourgbiele* & de (2) *Ays* & de (3) *Vincht* & de (4) *Zeverne*, quæ Movinus ſub Perſonatu tenebat, eidem Eccleſiæ ac Fratribus in perpetuum concederemus, tali tamen conditione, ut de redditibus prædictorum Altarium & de terra quam prædictus Movinus in Villa quæ dicitur (5) *Herſel* cenſualiter tenet à S Bavone, & de terra quàm tenet juxta (6) *d'Affliceres*, duo Presbyteri in Eccleſia B. Mariæ ſubſtituantur, qui electione Capituli à Decano dona illarum Canonicarum ſuſcipiant, & nulli illas niſi Sacerdotes habeant.

Nos verò tuam & Movini Clerici noſtri petitionem ſuſcipiendam perpendentes, aſſenſu Roberti Archidiaconi noſtri conceſſimus, & Sacerdotes inibi ſubſtituendos in perpetuum confirmamus.

Presbyteri autem, qui prædictis Altaribus deſervierint, Synodalia Jura perſolvant.

Si quis igitur ea quæ noſtra ſtabilivit Auctoritas pro nichilo ducere atque violare temptaverit, ammonitus, ſi non reſipuerit, noſtri officii auctoritate anathematis vinculo irretitus & à participatione Corporis & Sanguinis Chriſti ſeparatus cum diabolo & Angelis ejus ſententiam dampnationis accipiat.

Hæc autem tam rationabiliter facta præſentis Paginæ ſubſcriptione annotari curavimus & Sigilli noſtri impreſſione ſubſignavimus; hiiſque Teſtibus idoneis corroboravimus.

Signum Symonis Epiſcopi.
S. Roberti Archidiaconi.
S. Goteri Decani.
S. Theodorici Præpoſiti.
S. Hugonis Cancellarii.
S. Movini Cantoris.

(1) Bourchiale & Ays, Vici ſub Tornaceſio.
(2) Vincht, Vicus inter Corrracum & Gandavum ſub Diœceſi Gandavenſi, ſub Patronatu Capituli Tornacenſis.
(3) Zeverne, Vicus Diœceſis Gandavenſis, ſub eodem Patronatu.
(4) Hersel, vulgò *Herſeaux*, in Tornaceſio.
(5) d'Afflieres, vulgò *Touſſiers*. Vicus prope Lanoium in Diœceſi Tornacenſi & Caſtellania Inſulenſi.

CAPUT CLXXV.

Aluisus *Atrebatenſis Epiſcopus &* Theodericus *Comes Flandriæ fundant ac dotant Prioratum Benedictinorum apud Hondanum in Artheſia anno* 1132, *qui primò pertinuit ad Monachos S. Dionyſii Rhemis, nunc verò ad Lobbienſes in Diœc. Leodienſi.*

Ex Archivis MS. Prioratûs.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Ego Aluisus Dei gratiâ Atrebatenſis Epiſcopus...... Venerabilis in Chriſto Odo Eccleſiæ B. Remigii Abba, Eccleſiam de Hoſden hactenus ſub manu Laïca ancillatam, cum Eccleſia de *Belgin* & ceteris omnibus appendiciis ſuis, Tibi, tuiſque Succeſſoribus in perpetuum canonicè ſubſtituendis (ſalvo jure Atrebatenſis Epiſcopi & Miniſtrorum ejus) perpetuo jure tenendam concedimus;

Ea videlicet conditione, ut decedentibus Canonicis, Monachos ibidem ſub Regula B. Benedicti Deo militantes, prout opportunitas loci & temporis ſe exhibuerit, conſtituere non differas; ut ſicut temporalium rerum facultas Deo donante multiplicata fuerit, ita numerus Fratrum ibidem Deo ſervientium augmentetur.

Actum Atrebati anno Chriſti M. C. XXXII.

Signum Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi......

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti Amen.

Notum facio, quod Ego Theodericus Dei gratiâ Flandrenſium Comes, Venerabilium Epiſcoporum Aluiſi Atrebatenſis, Milonis Morinenſis, Odonis Abbatis S. Remigii, & aliorum piis inclinatus precibus, Præbendas Clericorum & cetera omnia quæ jure poſſidebam in Eccleſia B. Joannis Baptiſtæ de Hoſden, ad ſubſtituendos Monachos Eccleſiæ B. Remigii Rhemenſis, in elcëmoſynam conceſſi; Anſelmo ejuſdem Caſtri Domino, & Walthero ejus Conſa guineo, cognomento Giſardo, ad quem res maximè ſpectabat, adſtantibus & conſentientibus, & hoc ipſum fieri poſtulantibus.

Signum Theoderici Comitis,
S. Anſelmi de Hoſden,
S. Walteri, & aliorum.

Actum .... circa annum milleſimum centeſimum trigeſimum ſecundum. 1132.

Prioratus S. Joannis Baptiſtæ in Municipio Houdano in Artheſia inter Bethuniam & Paulopolim originem habuit ab Aluiſo Atrebatenſi Epiſcopo, qui Altaria de *Hoſdein*, de *Belgin*, de *Monci*, & Capellam de *Laeres* à Laica manu abſtulit, deditque Monachis Benedictinis S. Remigii Rhemenſis, quibus etiam conceſſum, ut decedentibus Canonicis ſæcularibus, quorum illic exiiterat Capitulum, Monachi ſubſtituerentur.

Acta ſunt hæc anno 1132, ac paulo poſt Theodericus Flandriæ Comes huic donationi conſenſit, ditiorque Prioratus adhue factus eſt acceſſione decimarum de Moucy, aſſenſu Hugonis Caſtillionenſis, Domini de S. Paulo, anno 1238.

Hunc Prioratum anno 1573. Monachi Remigiani ceſſerunt Lobienſibus in Diœceſi Leodienſi, qui viciſſim dederunt Remigianis Prioratum ſuum S. Ermini (vulgo S. Erme) in Picardia ac Diœceſi Laudunenſi. Sunt illic hodieque plures Monachi Lobienſes, qui res Divinas celebrant: quorum Prior hodiernus R. D. Robertus Henzart, hæc Diplomata ac documenta mihi communicavit,

CAPUT

CAPUT CLXXVI.

SIBYLLA *Flandrorum Comitiſſa*, *&* MILO *Teruauorum Epiſcopus*, *novellæ Abbatiæ de Duuis Monachorum Ciſtercienſium*, *quæ nunc Brugis exiſtit*, *benefaciunt ann.* 1138. *&* 1142.

Ex Chartulario Abbatiæ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego SIBYLLA Divino munere Flandrenſium Comitiſſa, pauperibus Chriſti Fratribus in Monaſterio S. Mariæ de Dunis * Deo militantibus, terram quam Bertulphus Brugenſis Præpoſitus in Parochia *Ramſcappelle* poſſedit, & quod futurum accreverit, liberè concedo.

* Vide pag. 760.

FACTUM eſt hoc donum, concedente Giſleberto Bergenſi Caſtellano, anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo octavo, in Curia noſtra Furnenſi. 1138.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, amen. Quæ inter homines geruntur, proceſſu temporis, hominumque deceſſu, in oblivionem venire, ac per hoc iniquis, ut iniquè agant, facultatem præſtare ſolent; ſicque fit, ut pleraque quæ ſatis rectè, ſed parum cautè geſta ſunt, ſæpiſſimè caſſentur.

PROINDE Ego MILO Dei gratiâ Morinenſis Epiſcopus, curans ut Eccleſia de Dunis, quæ tanquam aurora rutilans in Provincia Nobis commiſſa exurgit, quod juſtè obtinuit, etiam quietè poſſideat; tam præſentibus quàm futuris notum facio, quod quidam Alnothus cum Matre ſua, Sorores quoque cum Maritis earum, Lamberto & Wilhelmo, & heredes Fratris ſui Hereberti, cum propinquioribus ſuis certam terram cum Allodio, videlicet centum & unius menſurarum in *Wulpa*, præfatæ Eccleſiæ Dunenſi partim pretio & partim in eleëmoſynam contradidit &c.

ACTUM Furnis in Curia, præſente Sibylla Comitiſſa, cum Filio ſuo Balduino præſidente, anno M. C. XLII. 1142.

Teſtibus, Rogero Præpoſito Brugenſi,
Balduino Præpoſito Furnenſi,
Simone Abbate S. Nicolai Furnenſis, &
Gerardo Decano Collegii.

CAPUT CLXXVII.

ALEXANDER III. *Pontifex poſſeſſiones Abbatiæ Dunenſis Ordinis Ciſtercienſis olim juxta Maris Littora*, *nunc Brugis*, *recenſet atque confirmat anno* 1165.

Ex Chartulario Abbatiæ.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei: dilectis Filiis Hidesbaldo Abbati Monaſterii de Dunis, ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

RELIGIOSIS votis annuere, & ea operis exhibitione complere, Officium Nos invitat ſuſcepti regiminis & ordo videtur exigere rationis.

EAPROPTER dilecti in Domino Filii veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium in quo Divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

IN primis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Dei timorem & B. Benedicti Regulam atque Ciſtercienſium Fratrum Inſtitutionem in ipſo Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

PRÆTEREA quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

EX dono Theodorici Comitis Flandrenſis tantum de terra Dunarum quantum propriis aratris ad uſus veſtros excolere vultis, & quantum ad paſcua animalium veſtrorum opus habetis, unà cum illa terra quam inhabitatis.

IN Parochia de *Rameſcapella* terram novam à foſſato Comitis uſque in *Iſeram*, & à terra Broburgenſis Eccleſiæ uſque in *Venepam*, quidquid undique accrevit, quidquid terrarum infra hunc terminum habetur, videlicet terram *Waldagti*, Præpoſiti Bertulphi, Giſleberti Caſtellani, & hominum ejus; parum terræ ultra *Venepam* ex dono Comitis Flandrenſis Theodorici, & Philippi Filii ejus; terram quæ fuit Erembaldi Crumminck & Fratrum ejus citra & ultra foſſatum; terram Lambertini, Remelini Coudeſcura; de feodis Militum quidquid vobis rationabiliter concedunt; de berquariis Comitis; terram quæ fuit

fuit Filiorum Livild circiter ſeptuaginta menſuras; & Filiorum Guitoga 22; & juxta has triginta circiter menſuras de terra quæ fuit Bruttekini, & Fratris ejus, Filiorum Bave & ſociorum.

De terra quæ fuit *Coudeſcure* quadraginta & octo, duodecim hereditarias per concambium in terragium; in Parochia de *Vulpam* terram quæ fuit Alnoth & Sororum ejus atque Sutdigh; terram quæ fuit Slaccalpt, Bilmantii & Filiorum ſuorum, Walterii Nep tis eorum, Aluiſii, Walterii Prim; de Alodiis Walterii Cath, Remfridi, Erckenbaldi & aliorum, quidquid ibi rationabiliter habetis.

In Parochia Furnenſi terram quæ vocatur S. Mariæ, quæ fuit Ideſl fi, Renigeri, Renibaldi Fler, & aliorum multorum in eadem Parochia.

In Parochiis *Sintenes* & *Erembaldi Capellæ*, terram quæ fuit Walteri Snoekaert, Elbodonis de Dyc, Euſthachii, Renigoti, & Balduini, Fratrum ſuorum Erembaldi Bandekini, de Alodiis, eorumque terram quam Comes à prædicto Erembaldo & à Waltero de Formiſellis recepit & Nobis in hæreditatem donavit; terram quæ fuit Balduini Taſſchaert & aliorum ibi confinium; Inſulam *Bomne* totam cum decima; terram in *Weſtfory*, quas Caſtellana Badaloga de Dicaſmuda in eleëmoſynam vobis dedit.

Præterea antiquas & rationabiles conſuetudines à dilecto Filio noſtro Henrico Illuſtri Rege Anglorum, à Theodorico Comite & Philippo Filio ejus atque Comite Gitenſi vobis inductæ, ſicut in autenticis ſcriptis eorum exinde factis continetur, nihilominùs vobis confirmamus.

Sane agrorum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium Decimas à vobis nullus præſumat exigere.

Si qua verò libera & abſoluta perſona pro redemptione animæ ſuæ, veſtro Monaſterio ſe conferre voluerit, ſuſcipiendi eam facultatem liberam habeatis.

Adjicientes etiam Auctoritate Apoſtolicâ interdicimus, ne quis Fratres veſtros Clericos ſive Laïcos poſt factam in veſtro Monaſterio profeſſionem abſque veſtra licentia ſuſcipere audeat vel retinere.

Paci quoque & tranquillitati veſtrę paternâ ſollicitudine providentes, Auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſive grangiarum veſtrarum nullus violentiam vel rapinam, ſive furtum facere vel hominem capere audeat.

Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnino profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat & à Sanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Senone per manum Hermanni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii
VII. Idus Februarii, Indictione XIII. Incarnatio- 1165.
nis Dominicæ anno M. C. LXV, Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ III. anno ſexto.

CAPUT CLXXVIII.

Philippus Alsatius *Comes Flandriæ Fratribus Militiæ Templi, nunc Equitibus Melitenſibus, varia Altaria decimaſque largitur anno* 1171; *unde nunc exurgit Commendaria de* Slype, *juxta Brugas.*

Ex MS. Archivio Capituli Brug.

Philippus Dei gratiâ Comes Flandriæ & Viromandiæ, omnibus tam poſteris quàm præſentibus in perpetuum.

Contigit, quod in tempore noſtro terras novas quas mare foras ejecerat, ſairiri præcepimus, & in noſtram redigi poſſeſſionem. Decimas verò illarum novarum terrarum, quæ tunc temporis arabiles erant, videlicet in Parochia *Slypen*, & *Leſbinga*, & *Steenen*, & S. Mariæ Capella juxta *Mannechin-Overvam*, pro ſalute animæ noſtræ ac Prædeceſſorum noſtrorum, Fratribus Militiæ Templi in perpetuum habendas conceſſimus, cum antiquis Decimis, quas à longo tempore in eleëmoſyna priùs tenuerant, & prædictarum Parochiarum Altaribus.

Quod ut ratum & inconcuſſum permaneat, authoritate Sigilli noſtri corroboravimus, & Teſtes ſubſcripſimus idoneos.

Signum Roberti, Turonenſis Theſaurarii & Flandriæ Cancellarii.
S. Rogerii, Cortracenſis Caſtellani.
S. Hellini, Flandriæ Dapiferi.
S. Euſtacii, Flandriæ Camerarii.
S. Michaëlis, Flandriæ Conſtabularii.
S. Walterii Atrebatenſis.
S. Walterii de Locris.

Actum eſt anno Domini M. C. LXXI, Ludo- 1171.
vico exiſtente Rege Francorum; Gaufrido Fulchen Magiſtro Militiæ Templi in Francia, Balduino de Lidenghem Magiſtro in Flandria.

CAPUT

CAPUT CLXXIX.

Gualterus *Tornacenſium Epiſcopus fundat anno* 1171. *duas è duodecim Vicarîis in Eccleſia ſua Cathedrali.*

Ex MS. Archivii Tornac.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ego Gualterus, Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Amen.

In lege ſcriptum eſt, in Evangelio quoque repetitum: *Honora Patrem & Matrem.* Si ergò carnalibus parentibus carnalis generationis intuitu, quantò magis ſpirituali Matri gratiâ ſpiritualis regenerationis diligentiſſima debetur honoris exhibitio?

Tanto itaque debito gratitudinis obligatus Tornacenſi Eccleſiæ, cujus pane tam temporali quàm ſpirituali nutritus ſum, quæ me de ove Paſtorem, de Diſcipulo ſibi Magiſtrum præfecit, quæ poſſum retribuens, Altare de *Bonduës*, appoſitis à Domno Letberto Cancellario noſtro ſex hoſpitibus & ferè quinque quartariis terræ arabilis, in ſtipendia unius Vicariæ, non niſi à Presbytero deſerviendæ, præſcriptæ Eccleſiæ legitimâ contuli donatione. Ipſius autem electionem Vicarii Capitulo Tornacenſi reliqui, & ſi per negligentiam aut aliter indignus inveniatur, alius ſine reclamatione, illo deſtituto, ſubſtituatur.

Præterea tria Altaria, quorum Perſonatum obtinebam, videlicet Altare de *Ulſene* & illud de *Ulſclenghen*, illud etiam quod dicitur *S. Eligii*, inſuper & Altare de *Mouvaux*, quod Thomas Perſona in manus meas reddidit, ut exinde Præbenda Sacerdotalis fieret, pro celebratione anniverſarii mei, ſalvo tamen in omnibus jure noſtro & Miniſtrorum noſtrorum, prætaxatæ Eccleſiæ contradidi.

Et ut magis victui & uſibus Sacerdotis ſufficeret, quaſdam Thomæ poſſeſſiones hereditarias ab ipſo mihi aſſenſu Fratrum ſuorum coram Scabinis traditas, unam videlicet Domum juxta manſum Magiſtri Gorvini, & apud *d'Afferes* ſeptem quartarios paulò plus ſeu minus terræ arabilis; & in Vico S. Martini decem ſolidos & unum denarium; & in Vico de *Salines*, ante prata Vilardi, XIII. hoſpites cum prædictis Altaribus eidem Eccleſiæ conſignavi: qui etiam ipſius Vicariæ donationem & Vicarii niſi dignè miniſtraverit mutationem, ſicut ſuperiùs, dedi Capitulo.

Verumtamen ne hujus noſtræ donationis aliqua in poſterum ſuboriri poſſet contentio, in præſentia Canonicorum rei ſeriem recognovi, & præſentem Paginam Sigilli noſtri impreſſione communivi, & teſtimonio eorum qui interfuerunt roboravi.

Signum Gualteri Tornacenſis Epiſcopi,
S. Letberti Decani,
S. Evrardi,
Roberti, Archidiaconorum.
S. Simonis,
S. Amulrici, Presbyterorum.
S. Raineri,
S. Galteri,
S. Thomæ, Diaconorum.
S. Herebrandi,
S. Lamberti,
S. Oliveri,
S. Gorvini,
S. Henrici,
S. Gilleberti, Subdiaconorum.

Actum Tornaci anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXI. Ordinationis noſtræ V. 1171.

Ego Letbertus Cancellarius ſubſcripſi & ſubterſignavi.

CAPUT CLXXX.

Everardus *Epiſcopus Tornacenſis, Abbatiam Thoſanam Religioſorum Ciſtercienſium, altero à Brugis milliari (quæ dein deſiit, unitaque fuit Epiſcopatui Brugenſi) inſtituit anno* 1174.

Ex Archivio MS. Abbatiæ Dunenſis Brugis.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen. Everardus Divinæ largitatis beneficio Tornacenſis Epiſcopus, univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis in perpetuum.

Superni Rectoris Regulâ novimus inſtitutum, ut qui in Eccleſia ad culmen regiminis eſſent aſſumpti, Chriſto ſervire volentibus piæ opitulationis manum porrigerent, & ex copia locupletum, eorum qui ſua pro Domino reliquiſſent inopia ſuppleretur. Hujus itaque Regulæ decretis edocti, aliqua Chriſti pauperibus noſtræ liberalitatis impendia volumus impertiri; & mundum cum ſuis deliciis fugientibus cum panibus ſuſtentationis occurrere feſtinamus.

Hinc eſt, quòd locum qui dicitur *Thoſan*, cui noſtrum eſt providere, ut in Monaſterium quandoque conſurgat, cum omnibus ſuis appenditiis, Fratribus Ciſtercienſis Ordinis Domino

inibi

inibi ſub regulari profeſſione perpetuò ſervituris, pro noſtris omniumque Tornacenſium Pontificum reatibus diluendis legitimâ donatione liberè poſſidenduui contradimus, eumque perpetuis eorum uſibus ceſſurum præſenti Paginâ confirmamus.

Ipsos etiam cum omnibus, quæ vel in præſentiarum poſſident, vel inpoſterum qualicumque titulo canonicè ſunt poſſeſſuri, ab omni poteſtate perſonæ ſæcularis vel etiam Eccleſiaſticæ nobis inferioris exemptos, in noſtræ protectionis gremium ſuſcipimus conſovendos; Canonicâ Tornacenſis Eccleſiæ reverentiâ conſervatâ.

Si quis autem hoc infringere voluerit, & contra Statutum noſtrum eiſdem Fratribus violentiam fecerit, niſi ad ſatisfactionem venerit, anathema ſit. Amen.

Ut autem hoc in perpetuum conſervetur, Sigillum noſtrum & Eccleſiæ noſtræ cum ſubſcriptis Teſtibus apponi fecimus.

Signum Domini Everardi Tornacenſis Epiſcopi.
S. Letberti Decani.
S. Roberti Archidiaconi.
S. Symonis,
Thomæ, &
Henrici, Presbyterorum.
S. Reineri,
Walteri,
Lamberti, Diaconorum.
S. Magiſtri Gilleberti,
Henrici,
Abſolonis,
Joannis,
Magiſtri Goſſuini,
Danielis,
Walteri,
Gummari, Subdiaconorum.
S. Letberti,
Hugonis,
Gunteri,
Goſcelini,
Thomæ, Acolythorum.

Actum Tornaci anno Incarnati Verbi mil- 1174.
leſimo cenreſimo ſeptuageſimo quarto, ordinationis noſtræ tertio, tertio Kal. ....

Ego Letbertus Cancellarius legi & ſubterſignavi.

CAPUT CLXXXI.

Abbas S. Richarii in Pontivio, jus quod habebat in Capellam Thoſanam (vulgò Doeſt, *nunc in Diœceſi Brugenſi) tranſcribit in Monachos Ciſtercienſes recens illic fundatos, anno* 1177.

Ex MS. Archivii Abbatiæ Dunenſis.

In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Amen. Ego Laurentius Dei gratiâ Abbas S. Richarii & communis Capituli aſſenſus notum fieri volumus & præſentibus & futuris, quòd querelam, quæ inter Nos & Dominum Tornacenſem vertebatur, ſuper Capella de * *Thoſan*, omninò dimiſimus, & eandem Capellam cum omnibus ad eam pertinentibus, conſilio Domini Ambianenſis & Domini Attrebatenſis, quibus Dominus Papa eaodem cauſam audiendam & terminandam commiſerat, & aliorum Religioſorum Virorum, Monachis Ciſtercienſis Ordinis ibidem Deo ſervientibus liberè & quietè perpetuò poſſidendam conceſſimus & donavimus; ita ut Monachi noſtri ſingillatim interrogati, omnes ſe aſſentire ſingillatim profiterentur.

* vide ſupra pag. 965.

Quod ut ratum & inconvulſum permaneat, Scripto commendavimus, & Sigilli noſtri impreſſiooe firmavimus, & nomina Teſtium ſubtus annotavimus.

Walterus Prior,
Walterus de Vallibus,
Wido Cantor,
Arnulphus, Robertus, Erbertus,
Raimerus, Ingelranus, Euſtacius,
Joſephus,
Thomas,
Item Thomas, Presbyteri.
Bartholomæus,
Hugo, Walterus,
Aroaldus,
Arnulphus,
Walterus, Wido,
Berardus,
Robertus,
Walterus de Colunvileyr,
Simon Major, Monachi S. Richarii.
Item Walterus Abbas de Dunis.
Gerardus Abbas Balantiarum.
Petrus Abbas Caricampi.
Willelmus Prior de Claromareſch.
Guffridus, &
Gerardus Monachi de Carocampo.

Actum anno Dominicæ Incarnationis mille- 1177.
ſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, in Capitulo S. Richarii in Octavis Aſſumptionis Sanctæ Mariæ.

Ego Gerulphus Dei gratiâ Decanus Sancti Donatiani, & multi tam noſtræ Eccleſiæ, quàm aliarum Eccleſiarum honeſti & approbati viri profitemur, Nos interfuiſſe, ubi Laurentius Abbas S. Richarii Capellam de *Thoſan* ex conſenſu Capituli ſui Monachis Ciſtercienſis Ordinis ibidem commanentibus ab omni querela

Confirmatio Decani S. Donatiani.

querela liberam & abſolutam in perpetuam poſſeſſionem dimiſit: & ne idipſum temporum volubilitas futurorum notitiæ ſubtraheret, Scripti ſui Paginam Sigilli ſui impreſſione munitam contradidit.

Huic rei, ut prædictum eſt, diverſarum Eccleſiarum interſuere Conventus, & ſinguli Sigilli ſui munimen appoſuerunt, quorum nomina ſubſcripſimus.

Gerulſus Decanus.
Galterus,
Hugo,
Alardus, Presbyteri.
Salomon,
Willelmus de Hopſcor,
Goſwinus,
Henricus,
Willelmus de Ipra, Canonici S. Donatiani.
Item Guilelmus Decanus S. Salvatoris.
Galterus, &
Henricus, Compresbyteri ſui.
Item Gerardus,
Reginarus,
Erembaldus, Presbyteri & Canonici Sanctæ Mariæ.
Reinerus Hyemps,
Richardus,
Jordanus, Canonici & Presbyteri de Capella Comitis.

Actum Brugis in Clauſtro S. Donatiani, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, 1177.
x. Kalendas Octobris.

CAPUT CLXXXII.

Everardus *Tornacenſis Epiſcopus, pro fundata Abbatia Thoſana Religioſorum Ciſtercienſium in* Liſſeweghe *propè Brugas, redimit ab Abbate S. Richarii in Pontivio jus omne quod in præfatum locum* Thoſan *habebat, anno* 1177.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen. Everardus Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus univerſis fidelibus in perpetuum.

Cum eleëmoſynarum muneribus Divinam nobis volumus conciliare clementiam, curandum eſt, ut ipſa devotionis oblatio cum omni puritate dirigatur ad Dominum, ne modici acedo ſermenti totam bonorum operum corrumpat dulcedinem.

Ideò & Nos cum locum qui dicitur *Thoſan*, cujus diſpoſitio de noſtra pendebat providentia, cum ſuis appendiciis Fratribus Ciſtercienſis Ordinis ad Monaſterium conſtruendum donare vellemus, ut ſecuram haberemus conſcientiam, quod omni nævo noſtra careret Donatio, Monachis etiam S. Richarii in præfato loco ſe aliquid juris habere dicentibus, cauſas de nobis conquerendi voluimus omnimodis amputare.

Igitur ex Venerabilis Domini & Coëpiſcopi noſtri Deſiderii Morinenſis arbitratu, quem & nos & ipſi communiter elegimus deciſorem, numeratæ pecuniæ lxx. libras de *Blanchez* præfato S. Ricarii Monaſterio ſemel contulimus, & tres marcas aſſignavimus annuo redditu perſolvendas.

Sed quia idem redditus longo terrarum interſtitio à jam dicto diſtabat Monaſterio, magis eligentes Monachi S. Ricarii circa ſe poſitos redditus ſuos impignoratos redimere, quàm remotis acquirendis inſiſtere, acceptis à nobis pro ipſo redditu xl. marcis argenti, ſi quid juris in ſupramemorato loco *Thoſan* habuerunt, totum id Fratribus Ciſtercienſis Ordinis Scripto interveniente reſignaverunt.

Quod ne poſteris poſſet venire in dubium, ſi à memoria fuerit elapſum cum tempore, Scripto mandari & Sigillo noſtro ſub teſtimonio Religioſarum Perſonarum quæ ex diverſis partibus convocatæ convenerunt, fecimus communiri.

Signum Domni Everardi Tornacenſis Epiſcopi.
S. Radulphi Attrebatenſis Archidiaconi.
S. Walteri Abbatis de Dunis.
Petri Abbatis Caricampi.
Gerardi Abbatis Balantiarum.
Willelmi Prioris de Claromareſch.
S. Cirvini Condatenſis Decani.
S. Guerici Chriſtianitatis Decani.

Actum anno Incarnationis Dominicæ mil- 1177.
leſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

CAPUT CLXXXIII.

Philippus Alsatius *Comes Flandriæ dotat anno* 1180. *Abbatiam Merckemienſium Monialium Benedictinarum in Diœceſi olim Morinenſi; cujus bona, poſt ejus ſuppreſſionem, ceſſerunt Collegio PP. Societatis Jeſu Ipris.*

Ex Archivis MS. Collegii Societatis Jeſu Ipris.

Ego Philippus Flandriæ & Viromandiæ Comes notum eſſe volo tam futuris quàm præſentibus, quod pro ſalute animæ meæ & animarum Anteceſſorum meorum dedi in eleëmoſynam perpetuò poſſidendam Eccleſiæ de (1) *Merchem* ad opus Sanctimonialium ibidem Deo ſervientium quinque penſas caſeorum ſingulis annis accipiendas ex Officio Widonis Furnenſis, qui ibi recipit redditus meos.

Ut autem hæc donatio eleëmoſynæ meæ rata permaneat in perpetuum nec aliquis eam attem-

ptet infringere, Sigilli mei Auctoritate & Teſtium ſubnotatione eam confirmari præcepi.

S. Gerardi de Mecinis Notarii & Sigillarii mei,
S. Lamberti Notarii,
S. Razonis de Gavere Buticularii mei,
S. Michaëlis Conſtabularii mei;
S. Balduini de Balliolſo,
S. Walteri de Formiſelis,
S. Walteri de Spelth.

Actum Maleæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo. 1180.

(1) Meaerem Pagus in Diœceſi Iprenſi ſub Decanatu Dixmudano, olim habuit Abbatiam Monialium Ordinis S. Benedicti fundatam à Clementia Flandriæ Comitiſſa; quæ in medio ſæculi XVI. per Iconoclaſtas alioſque furibundos rebelles fuit diruta; ejuſque bona Authoritate Pontificiâ ac Regiâ addicta fuerunt Collegio PP. Societatis Jeſu Iprenſi.

Eſt & inter Dixmudam & Thoraltum locus dictus *Werchem* ſub Diœceſi Brugenſi, in quo ſita fuit antiquitus Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis dicta *Vallis-Cœli*, vulgo *s'Hemelsdael*, inde tranſlata Dixmudam, & anno 1641. Brugas.

Utriuſque vocabuli affinitas *Merchem* & *Werchem* nonnullos fefellit Geographos & Scriptores, qui utramque hanc Abbatiam in Libris ſuis ſæpius confuderunt; quorum error benè notandus eſt.

CAPUT CLXXXIV.

Balduinus *Flandriæ & Hannoniæ Comes fundationem ſuam Capituli Canonicorum in Aula Valencenenſi (ſupra pag. 980.) confirmat & auget anno* 1193.

Ex MS. Archivis Cameræ Rationum Inſulis

EGo (1) Balduinus Flandrorum & Haynoniæ Comes, Marchio Namurcenſis, omnibus tam præſentibus quàm futuris notum facio, quod conſentientibus (2) Margareta Illuſtri Comitiſſa Uxore meâ & Balduino Filio meo, propter illas quinque Præbendas quas in Capella mea Valencenis inſtitui, viginti modios annuos frumenti & totidem avenæ eidem Eccleſiæ in perpetuam eleëmoſynam conceſſi; ita quod frumentum in molendinis meis apud *Quercetum* conſtitutis, avenam in redditibus meis de *Lovennies* ſine omni expenſarum gravamine ſeu qualibet alia difficultate Eccleſia ipſa quotannis aſſumet, ut hii Canonici qui de propriis facultatibus ibidem Præbendas conſtituerint, de prælibatis frumenti & avenæ redditibus Præbendarum ſuarum, prout in ejuſdem Eccleſiæ privilegio ordinatum eſt, ſuſcipiant incrementa.

Cum autem Ægidius Clericus pro remedio animæ ſuæ ex Patrimonio ſuo in eadem Eccleſia Præbendam inſtauraverit, in augmentationem & incrementum Præbendæ ſuæ duos modios unum frumenti & alterum avenæ eidem Canonico aſſignavi de prænominatis redditibus in Feſto Sancti Remigii annuatim aſſumendos: ſiquidem dictus Canonicus occaſione Præbendæ ex beneficio ſuo, tamen ſi reſidenter ſervire voluerit, ex beneficiis Eccleſiæ conferendis, tamquam integer Canonicus cum aliis integram & Canonicam portionem percipiet.

Ne ergo quæ rectè geſta ſunt & pietatis cauſam continent, à quoquam malicioſo homine inpoſterum infirmari valeant aut modo quolibet perturbari, prænominatorum redditthe aſſignationem præſenti Paginâ communivi & ſigilli mei appenſione roboravi. Circa annum 1193

(1) Balduinus V. Hannoniæ Comes defunctus anno 1194. vel 1195. ſepultus in Eccleſia S. Waldetrudis Montenſis.

(2) Margareta, Alsatica, Flandriæ Comitiſſa ab anno 1191. ad annum 1194. ſepulta in Choro Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis. Utriuſque Epitaphium vide ſupra pag. 295.

CAPUT CLXXXV.

Balduinus *Flandriæ & Hannoniæ Comes, poſt Imperator Conſtantinopolitanus, confirmat anno* 1197. *poſſeſſiones Abbatiæ Dunenſis Ordinis Ciſtercienſis, quæ nunc eſt Brugis.*

Ex Chartulario Abbatum.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen. Quoniam creſcente malitiâ temporis & abundante iniquitate multorum charitas refrigeſcit, cum Filii ſeculi hujus faciles ſint & proni ad aliena manum extendere, ut Eccleſiarum jura perpetuò conſerventur illæſa, neceſſe eſt modis omnibus providere.

Eapropter Ego Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, tam præſentibus quàm futuris omnibus notificare curavi, quòd Eccleſiam S. Mariæ de Dunis à Progenitoribus meis fundatam cum omnibus rebus & appendiciis ſuis ſub mea protectione ſuſcepi, & omnes poſſeſſiones, redditus & libertates, quas temporibus Anteceſſorum meorum obtinuit, eidem Eccleſiæ gratuitâ benignitate conceſſi. In quibus quædam propriis duximus exprimenda vocabulis.

De terra ſcilicet Dunarum in quibus habitant,

tant, quantum propriis aratris excolere voluerint, vel ad paſcua animalium opus habuerint; grangias de *Hem*, de *Alnoti Domo*, de *Pomerio*, de *Sintenes*, cum omnibus terris, redditibus, & libertatibus ſuis; aquam illam quæ venit à *Sintenes* & *Mardica*, & tranſit ſluſam Sintenenſium, & ſic pergit ad mare, cum omni piſcatione ſua qualitercumque illam homines effodere vel tranſmutare conati fuerint à *Mardica* veteri uſque in *Venepam* & à *Rietvliet* uſque in mare.

Terram in ſolitudine, quæ dicitur *Moer* & *Voormoer*, ad turvas fodiendas; & ne quis intra terminos eorum publicas inquiſitiones facere, vel cetera ad compeſcendos ruſticos inſtituta ſuper eos infringere præſumat, quinque menſuras partim Dunarum partim *Werplandii* mei apud *Greveninga* ad retia deſiccanda.

Sexaginta ſolidos ex officio Leonii Notarii ad ſacrificium Altaris, in *Ramis* Palmarum Furnis ſolvendos; quinquaginta quatuor circiter marcas, & arietes caſtratos quinquaginta tres, quos de terra cenſuali trecentarum viginti quatuor circiter menſurarum in Territorio Furnenſi apud *Iſeram* jacente ſingulis annis ſolvere tenebantur, ſicut eidem Eccleſiæ Illuſtris Comes Flandriæ Philippus Avunculus meus in perpetuum abſolutè remiſit.

Hæc & alia omnia ad eamdem Eccleſiam pertinentia, quæ à dicto Avunculo meo Comite Philippo, & aliis Anteceſſoribus meis eidem Eccleſiæ donata conceſſa ſunt & confirmata, & omnia quæ vel in præſenti poſſidet, vel deinceps in tota terra mea juſtè & legitimè acquirere potuerit, in puram & perpetuam eleëmoſynam conceſſi & præſenti Pagina confirmavi, firmiter interdicens ne quis eis ſuper iis omnibus moleſtiam inferat vel gravamen.

Quod ne ſera poſteritas ſub temporum decurſu valeat ignorare, etiam Teſtes ſubſcriptos, in quorum præſentia factum eſt, adhibere curavi.

S. Gerardi Præpoſiti Brugenſis & Flandriæ Cancellarii,
S. Stephani Abbatis Marchiarum,
S. Nicolai Abbatis de Claromarech,
S. Nicolai Abbatis S. Foliani,
S. Gilberti Præpoſiti de Montibus.
S. Gerardi de Ringuinſcura,
S. Theodorici de Brena,
S. Balduini de Hondiſcota,
S. Willelmi de Killeghem,
S. Balduini Canis, & aliorum multorum.

Actum in Monaſterio de Dunis, anno Domini
M. C. XCVII. 1197.

CAPUT CLXXXVI.

In Eccleſia Collegiata S. Vincentii Sonegiis, haud procul à Montibus Hannoniæ, fuerunt ab antiquo XXXII. Canonicorum Præbendæ, quarum duas ſucceſſivè Comes Hannoniæ, tertiam confert Capitulum. Hanc Præbendam tertiò vacantem non niſi Presbytero conferendam eſſe decernunt Ferrandus *&* Joanna *Comites Flandriæ & Hannoniæ, anno* 1232.

Ex Authentico MS.

Ferranus Comes Flandrenſis & Hannonienſis, & Johanna Uxor ejus, Flandrenſis & Hannonienſis Comitiſſa, omnibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem.

Noverint univerſi quod cum ex antiqua conſuetudine, in Eccleſia (1) Sonegienſi approbata & obſervata, duas Præbendas ſemper quibus voluerimus dare debeamus, & Decanus & Capitulum dictæ Eccleſiæ tertiam dare debeant Presbytero jam promoto vel Diacono infra annum ſub juramento præfato promovendo, qui etiam ſervitium in eadem Eccleſia jurare tenetur continuum, & illæ Præbendæ quæ in manus noſtras reſignantur, vel de vivo in vivum commutantur, inter vacantes non numerantur.

Contigit ſæpius, per hoc ſervitium Eccleſiæ deperire; quia Presbyteri qui ad continuam tenentur reſidentiam Præbendas ſuas in manus noſtras reportant & reſignant, & Nos precibus multorum devicti eas conferimus aliis in minoribus ordinibus conſtitutis, qui etiam nullo modo ad continuam reſidentiam tenentur.

Inde eſt quod Nos utilitati ipſius Eccleſiæ & ſaluti animæ noſtræ volentes providere, de conſilio proborum Virorum & ad dictæ Eccleſiæ petitionem ſtatuimus & ordinamus, ut ſi quis Presbyterorum qui ex dono Decani & Capituli Sonegienſis Præbendam adeptus fuerit, qui ad continuam reſidentiam tenetur, aliquo modo Præbendam ſuam de cetero reſignaverit, non niſi Presbytero jam promoto vel Diacono infra annum ſub juramento ſuo promovendo, qui ad eandem & perpetuam reſidentiam teneatur, a Nobis vel Succeſſoribus noſtris conferatur.

In cujus rei Teſtimonium præſentes Litteras ſigillis noſtris duximus roborandas.

Actum apud Montes anno Domini milleſimo
ducenteſimo trigeſimo ſecundo, menſe Februario. 1232.

(1) Sonnegia, vel Sogniacum, vulgò *Soignies*, (Baldericus in Chronico Cameracenſi lib. 2. cap. 46. *Sungeias*, vocat) ad Sennam Fluvium tertio milliari à Montibus Hannoniæ, exiguum Oppidum eſt.

Fuit primùm Benedictini Ordinis Cœnobium ſub annum 650. à S. Vincentio Maldegario, B. Waldetrudis Marito (qui ibidem requieſcit) extructum: ſed inde ab anno 965. à Brunone Archiepiſcopo Colonienſi & Lotharingiæ Duce in formam Oppidi verſum fuit, ac muris cinctum: conſtituto ibidem inſigni Canonicorum Collegio.

Præpoſitus huic præſidet Capitulo, quod conſtat è XXXII. Præbendis, in quibus duas habent Decanus, Theſaurarius & Magiſter Cantûs, unam verò Paſtor. Ab antiquo duas Præbendas vacantes contulit Comes Patriæ, tertiam verò Capitulum, quam nunc ſuis Cantoribus ac Muſicis confert.

CAPUT CLXXXVII.

HUMBERTUM *Cantuarienſem Archiepiſcopum tradidiſſe Abbatiæ Dunenſi Ordinis Ciſtercienſis in Flandria Eccleſiam de* Eiſtkirche *cum decimis annexis Inſulæ de* Scapeya *in Anglia, varii teſtantur anno* 1232.

FRATER H. dictus Abbas S. Nicholai Furnenſis, Magiſter J. Præpoſitus & G. Decanus S. Walburgis in Furnis, omnibus præſens Scriptum inſpecturis, æternam in Domino ſalutem.

UNIVERSITATI veſtræ ſignificamus, & in verbo veritatis ſub periculo animarum noſtrarum atteſtamur, nos Privilegium Domini H. quondam Cantuarienſis Archiepiſcopi totius Angliæ Primatis, (1) Dunenſi Eccleſiæ ſuper Inſtitutionem in Eccleſia de *Eſtchirche* conceſſum diligenter inſpexiſſe, & omnia quæ in ſequentibus ſubſcribuntur, verbo ad verbum veraciter & integrè in ipſo Privilegio reperiſſe in hæc verba:

H. Dei gratiâ Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis ad quos Litteræ præſentes pervenerint, ſalutem, gratiam & benedictionem.

NOVERIT univerſitas veſtra, quod dilectus Filius noſter Wilhelmus de Sanctæ Mariæ Eccleſia ſpontaneâ voluntate ſuâ reſignavit in manus noſtras Eccleſiam de *Eſtebirche*, quæ eſt in Inſula de (2) *Scapeia*; & poſt factam reſignationem Dominus Richardus Rex Angliæ conceſſit eamdem Eccleſiam Eccleſiæ S. Mariæ de Dunis in perpetuam eleëmoſynam, & Nobis dilectum Amicum noſtrum Helyam Abbatem ejuſdem Eccleſiæ de Dunis ad præfatam Eccleſiam de *Eſtebirche* præſentavit: ad cujus præſentationem Nos ipſum Abbatem nomine Domûs ſuæ ad eandem Eccleſiam recepimus, & eum in ea vacante canonieè Perſonam inſtituimus, & per Officiales noſtros in corporalem poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ eum introduci fecimus.

QUAPROPTER volumus, quod prædictus Abbas & Conventus ejuſdem Eccleſiæ de Dunis eandem Eccleſiam de *Eſtebirche* in puram, liberam, & perpetuam eleëmoſynam habeant, & teneant liberè, quietè & honorificè, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſalvo jure & conſuetudinibus Epiſcopalibus, & ſalvâ Nobis competenti ordinatione Vicariæ prædictæ Eccleſiæ.

ET ut hæc noſtra conceſſio & inſtitutio rata in perpetuum & inconcuſſa permaneat, eam præſentis Scripti atteſtatione & Sigilli noſtri appoſitione communimus: hiis Teſtibus,

H. Archidiacono Cantuarienſi,
Magiſtro W. de Ganda, Abbate de Walcham, &
Willelmo Abbate de Strafford,
Henrico de Caſtellione,
Walthero Londonienſi Præcentore,
Magiſtro Willelmo de Lechmton,
Magiſtro Symone de Scalis,
Magiſtro Willelmo de Sumercote,
Magiſtro Willelmo de Calna,
Symone Camerario,
Richardo de Ely.

UT autem præſenti tranſcripto à præſentibus & futuris fides, omni dubitatione poſtpoſitâ, adhibeatur, præſens Scriptum Sigillorum noſtrorum appoſitionibus, ad petitionem Dunenſis Eccleſiæ roboravimus.

DATUM anno Domini milleſimo ducente- 1232.
ſimo trigeſimo ſecundo, Menſe Junio.

(1) DUNENSI ECCLESIÆ. Vide ſupra pag. 761.

(2) SCAPEYA, Inſula Angliæ, vulgò *Scepey* ad Ripam Fluvii Tameſis, vulgò *Tamiſe*, in Comitatu Cantienſi, juxta terras Eccleſiæ Archiepiſcopalis Cantuarienſis verſus Flandriam; cujus primaria Parochia vocatur *Eiſtkirche*. Solebat illic antiquitus Abbas Dunenſis pro cuſtodia proventuum ac bonorum ſuorum conſtituere Præpoſitum ſive Vicarium perpetuum è Religioſis ſuis, qui & Seſſionem in Parlamento Angliæ obtinuit, quamdiu ſtetit Religio Catholica in Anglia, ſive uſque ad tempora Eliſabethæ Reginæ. Ultimus hujus loci Præpoſitus B. Thomas Gabytus Anglus, Profeſſus in Dunis, circa annum 1568. juſſu præfatæ Reginæ illuſtre pro fide Catholica martyrium ſubiit.

CAPUT CLXXXVIII.

MARGARETA *Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Thoſanæ Ordinis Ciſtercienſis juxta Brugas (quæ nunc deſiit) enumerat ac confirmat anno* 1246.

IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, amen.

EGO MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, notum facio univerſis tam præſentibus quàm futuris, quòd cum dilecti in Chriſto Viri Religioſi Abbas & Conventûs de *Thoſan* Ciſtercienſis Ordinis humiliter mihi ſupplicarent, ut Privilegiis & Inſtrumentis Eccleſiæ eorum inſpectis poſſeſſiones, libertates & alia bona ad ipſam Eccleſiam pertinentia dignarer confirmare; Ego eorum precibus inclinata, duos Vios diſcretos & litteratos, Egidium

gidium Præpoſitum S. Petri Duacenſis, & Magiſtrum Jacobum Fuchelare Canonicum Sancti Donatiani in Brugis, ex parte mea ad dictam Eccleſiam deſtinavi, ut Privilegia & Inſtrumenta ipſius Eccleſiæ inſpicerent, & de poſſeſſionibus, libertatibus & bonis aliis inquirerent diligenter.

Dicti ergo duo probi Viri ad locum jam dictum de mandato meo accedentes, Privilegia quæ ſubſcripta ſunt, nec abolits, nec vitiata, nec cancellata, ſed integra & ſana repererunt.

Privilegium bonæ memoriæ Philippi Comitis Flandriæ & Viromanniæ, de ſexaginta menſuris mori propè * *Rodenburg*, juxta Curtem de *Pilsbrouck*, & de via latitudinis decem virgarum, quem morum dedit dictus Comes dictæ Eccleſiæ de *Thoſan* ad turfas fodiedas.

* Aliis Ardenbourg.

Item Privilegium bonæ memoriæ Balduini Comitis Flandriæ & Hannoniæ, ſuper eodem.

Item duo Privilegia dictnrum duorum Comitum, quibus Privilegiis tam res quàm perſonæ vel bona dictæ Eccleſiæ de *Thoſan* jubentur eſſe immunia à theloneo & exactione.

Item Privilegia eorumdem de quadraginta ſolidis ad Sacrificium Altaris.

Privilegium bonæ memoriæ Ferdinandi Comitis Flandriæ & Hannoniæ, & Joannæ Comitiſſæ Uxoris ſuæ, ſuper centum triginta tribus bonariis *Waeſtyna* ſpectantis ad Curtem de *Pilsbroeck* ſupradictam.

Item ibidem habet dicta Eccleſia de *Thoſan* circiter quinquaginta tria bonaria *Waeſtyna*, quæ emit dicta Eccleſia à memoratis Comite Ferdinando & Joanna Comitiſſa; & ſolebat dicta *Waeſtyna* ſolvere annuatim ad brevia Comitis quatuor libras & decem denarios.

Sed Comitiſſa Joanns, defuncto Comite Ferdinando, tempore viduitatis ſuæ, cum eſſet præſens in propris Perſona in Monaſterio de *Thoſan*, quittam dimiſit Eccleſiam de *Thoſan* ab boc cenſu; & dedit & aſſignavit dictas quatuor libras & decem denarios Conventui de *Thoſan* ad pitantiam perpetuam in Anniverſario ſuo diſtribuendam, ſuper qua quittatione & aſſignatione habet Eccleſia ſupradicts Privilegium dictæ Dominæ Joannæ Comitiſſæ.

Item Privilegium Thomæ de Sabaudia Comitis Flandriæ & Hannoniæ, & Joannæ Comitiſſæ Uxoris ſuæ, de quinquaginta bonariis *Waeſtyna* juxta præfatam Waeſtynam jacentibus, quæ dicti Comes & Comitiſſa dederunt in eleëmoſynam Eccleſiæ de *Thoſan* libera ab omni ſenſu & ſervitio quocumque.

Item Privilegium dictorum Thomæ & Joannæ Comitiſſæ de trecentis quinquaginta tribus bonariis *Waeſtyna* & nemoris, quòd dicitur *Burila*; quæ præfati Comes & Comitiſſa vendiderunt Eccleſiæ de *Thoſan*; ita quod nihil juris ſibi retinuerunt in eis, excepto quod de ſingulis bonariis ſolventur ad brevis Comitis Brugis ſex denarii Flandriæ annuatim.

Quia igitur de prædictis collationibus & venditionibus ritè à Prædeceſſoribus meis factis, prædicta Eccleſia Privilegia & Inſtrumenta ſus præfatis duobus Viris integra & ſana, ut præmiſſum eſt, exhibuit, & ea nec cancellata nec abolita nec in aliqua parte vitiata mihi eſſe conſtat; Ego ob remedium animæ meæ & Prædeceſſorum meorum eaſdem collationes & venditiones ſupradictæ Eccleſiæ de *Thoſan* factas ratas habeo, Privilegia & Inſtrumenta ſuper eis ipſi conceſſs confirmando, & perpetuum robur habitura decernendo.

Adhæc poſſeſſionibus & libertatibus & aliis juribus, quæcumque dicta Eccleſia a Comitibus Hollandiæ & Nobilibus Zelandiæ & ab aliis fidelibus in Zelandia juſtè acquiſierit, Ego tanquam Superior Domins conſenſum meum adhibeo, & Inſtrumenta ſuper eis facta præſenti Paginâ confirmo,

Adhæc etiam, quia percepi ab electis duobus Viris prædictis, Eccleſiam ſupradictam alia bona nonnulla sb aliis fidelibus dominio meo ſubjectis juſto titulo ſecundùm legem terræ meæ acquiſiviſſe; locum videlicet in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, & terras adjacentes, uſque sd quadringinta bonaris, *Sporam* inter *Royam* & *Liſſeweghen*; fundum ſive manſuram apud *Monekereede*, tam intra quàm extra *Dykum* & manſionem meam ſitam; fundum etiam Brugis ſuper *Royam* juxta *Pontem Rollekem*, ad ædificandam Domum * ſive manſionem uſibus ſuis neceſſariam; redditus in *Swevenzela* & alibi per Flandriam; Curtem de *Gronda* in Officio de *Hulſt*, & terras sd ipſam pertinentes infra & extra *Dykum* jacentes, uſque ad nongenta quinquagints bonaria, cum moro, & *Morshof* ad ipſum morum ſpectante;

* Ibidem nunc ſita eſt Abbatia Dunenſium Brugis.

Idcircò Ego Divino intuitu, ob remiſſionem meorum peccaminum, ejuſmodi acquiſitioni conſenſum meum pro me & heredibus meis adhibens, eaſdem poſſeſſiones & bona dictæ Eccleſiæ de *Thoſan* confirmo; perſonas ad ipſam ſpectantes, nec non & bona prænotata ſub mea ſuſcipiens protectione.

Sed hoc ſciendum eſt, quòd per omnia præmiſſa quæ Eccleſiæ ſæpedictæ confirmo, nullam ipſi juriſdictionem temporalem conferre me intelligo in hominibus ſæcularibus ſuper terras ipſius Eccleſiæ extra Curtes ad ipſam pertinentes manentibus, vel in * fore-factis quæ pro tempore ibidem contingunt vel contingent.

* Forfaith

Ut igitur hæc Confirmatio poſteris innoteſcat, & futuris temporibus ſæpedictæ Eccleſiæ de *Thoſan* inviolabilis perpetuò perſeveret, præſentem Paginam contuli Eccleſiæ prædictæ Sigilli mei munimine roboratam.

Acta ſunt autem præfata omnia per prænominatos viros duos publicè, in Monaſterio de *Thoſan* ſupradicto, anno ab Incarnatione Domini M. CC. XLV, Menſe Decembri. 1245.

Data eſt autem publicè & ſigillata hæc Pagina apud Valenchiennes, anno ab Incarnstione ejuſdem Domini M. CC. XLVI, ſeptimo decimo 1246. Kalendas Januarii, tempore viduitatis meæ.

CAPUT

CAPUT CLXXXIX.

WILLELMUS *Comes Hollandiæ ac Romanorum Rex bona Abbatiæ Thoſanæ Ordinis Ciſtercienſis in Hollandiæ ac Zelandiæ Provinciis ſita, confirmat & in protectionem ſuſcipit anno* 1248.

WILLELMUS Dei gratiâ Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, univerſis Imperii fidelibus quibus hæ Litteræ oſtenſæ fuerint, gratiam ſuam & omne bonum.

NOVERINT tam præſentes quàm futuri, quod Nos de providentia conſilii noſtri Eccleſiam de *Thoſan* Ciſtercienſis Ordinis nec non perſonas Deo Creatori noſtro ibidem militantes, ad imitationem Genitoris noſtri Florentii claræ memoriæ, cum omnibus bonis ſuis per Comitatum Hollandiæ conſtitutis ſub noſtram & Imperii protectionem recepimus ſpecialem.

CONCEDENTES eis licentiam liberè vendendi & emendi quæcumque voluerint: & quoties aliquis propriis uſibus neceſſaria navigio ſeu alio modo tranſvexerit, ab omni Theloneo & quibuſlibet exactionibus ac perpetua conſuetudine tam noſtris, quàm omnium qui noſtræ ſunt poteſtatis, liberi prorſus perpetuò & abſque omni pertranſeant impedimento.

INSUPER omnes terras quas in præmemorato Comitatu, ſive in Zelandia, ſive alibi poſſident, quocumque tempore eas acquiſiverint, à tallia, à ſcoto, à petitione qualibet, quâcumque occaſione fiat petitio, & quocumque nomine vocitetur, liberas dimittimus & concedimus perpetuò liberas permanere.

DE terris autem quas acquiſiverint de cetero, in quocumque Officio fuerint, hanc gratiam damus & concedimus Eccleſiæ & perſonis antedictis, ut quandocumque terræ noſtræ per Zelandiam tallias vel precarias conferunt, ipſi de terris ſuis jam dictis cum receptoribus talliarum ac Ballivis noſtris debeant computare & ſtatutam à Nobis talliam & non ultra, ſine augmento aliquo, non obſtante contradictione Scoltetorum, perſolvere teneantur.

TERRAM verò de *Alebudswerd* in Dominio de *Pitthe*, quæ aliquamdiu eidem Eccleſiæ ablata fuerat minùs juſtè, & nunc recuperaverunt; omnem etiam terram quam in Dominio noſtro per Hollandiam vel Zelandiam poſſident, videlicet *Crabbendyck*, cum pertinentiis ſuis, *Monſterhoc*, *Bomna*, *Oſthoc*, terram de *Groda* in quatuor Officiis Flandriæ cum ſuis appendentiis tam moro quàm *Morshoft* infra & extra *Dikum*, ſicut hactenus legitimè poſſederunt, ipſis Regio Patrocinio confirmamus, mandantes & ſub interminatione gratiæ noſtræ præcipientes, ut nullus ſit qui auſu ductus temerario contra has libertates ſæpe dictæ Eccleſiæ à Celſitudine noſtra datas venire audeat, vel alicujus ingenii ſcrupulo ſuper poſſeſſionibus ſuis jam dictis perturbare, aut etiam dampnum vel gravamen aliquod irrogare.

AD hujus igitur facti noſtri memoriam in poſterum duraturam præſens privilegium conſcribi & Sigillo noſtræ Serenitatis juſſimus inſigniri.

DATUM anno Domini M. CC. XLVIII, Sabbato infra Octavas Sancti Andreæ Apoſtoli. In Caſtris apud *Warden*. 1248.

CAPUT CXC.

WALTHERUS *Tornacenſis Epiſcopus confirmat anno* 1249. *donationes* MARGARETÆ *Comitiſſæ Flandriæ &* JOANNIS DE PRAET, *in favorem novellæ Abbatiæ de* Jeruſalem, *vulgò* Sparmaliæ, *Virginum Ciſtercienſium, quæ nunc eſt Brugis. Accedit conſenſus Abbatis S. Quintini in Veromanduis.*

Ex Moi-vo Juris.

WALTHERUS Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

NOVERIT univerſitas veſtra, quia cum nobis eſſet intimatum, quod Illuſtris Domina MARGARETA Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, & JOANNES de PRAET quamdam Decimam jacentem in Parochia de *Moerkercke*, quam Lippinus dictus Cardoen à dicto Joanne de Praet, & Joannes à Domina Comitiſſa in feudum tenuerant, Monaſterio de (1) *Jeruſalem* juxta Brugas, Ciſtercienſis Ordinis, contuliſſent;

SUPPLICATUMQUE Nobis eſſet humiliter ex parte Abbatiſſæ & Conventûs dicti Monaſterii, quod præfatæ collationi de dicta Decima ipſis benignè conſentiremus; & Nos moneri feciſſemus diligenter præfatos Dominam Comitiſſam & Joannem, & exhortari, ut præfatam Decimam conferrent Eccleſiæ S. Quintini * in Inſula, ad quam de jure ſpectabat; iidemque Domina Comitiſſa & Joannes monitioni & exhortationi, ex parte mea eis factis, parêre renuentes;

* Eſt Abbatia Benedictinorum.

tes, collationem quam fecerant prædicto Monaſterio nullatenus revocarent;

Insuper cum Nos etiam ex abundanti denunciari feciſſemus Abbati & Conventui Sancti Quintini in Inſula prædictis, ad quos Patronatus Eccleſiæ de *Moerkercke* dignoſcitur pertinere, ut Feriâ ſextâ poſt Feſtum B. Mariæ Magdalenæ coram Nobis comparerent, docturi de præjudicio, ſi quod ipſis & Eccleſiæ ſuæ ex dicta collatione evenerit; ipſis Abbate & Conventu dicto die coram Nobis minimè comparentibus, ſufficienter tamen expectatis; & præfatis Abbatiſsâ & Conventu inſtantibus & ſupplicantibus, ut ſæpe-dictæ collationi præſentem adhiberemus aſſenſum;

Nos tam ſaluti præfatorum Dominæ Comitiſſæ & Joannis, quàm utilitati dicti Monaſterii providere cupientes, memoratam collationem de præfata Decima ipſi Monaſterio ratam & gratam habentes, ipſam Pontificali Authoritate confirmamus.

In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigilli noſtri munimine duximus roborandas.

Datum Tornaci anno Domini m. cc. xlix. Sabbatho poſt dictum Feſtum B. Mariæ Magdalenæ.

Universis præſentes Litteras inſpecturis Abbas & Conventus S. Quintini in Inſula Noviomenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

Universitati veſtræ tenore præſentium innoteſcat, quod cum Balduinus de Aſſebroeck Miles, & Philippus Cardoen de Roelincoerc Decimas quaſdam ſitas infra limites Parochiæ de *Moerkercke*, in Perſonatu noſtro, in periculum animæ ſuæ detinerent ab antiquo, atque nullatenus induci poſſent, ut dictæ Eccleſiæ Parochiali & Nobis (ad quos de jure pertinere debent) prædictas Decimas reſtituerent;

Nos ſaluti dictorum Balduini & Philippi conſulere cupientes, in hoc omnes & ſinguli conſenſimus concorditer, quod dicti Balduinus & Philippus pro remedio animæ ſuæ præfatas Decimas donarent & traderent Monaſterio de Jeruſalem juxta Brugas Ciſtercienſis Ordinis in perpetuum poſſidendas. Quod & fecerunt liberaliter & benignè.

Nos verò jus quod in dictis Decimis nos habere judicamus, in Abbatiſſam dicti Monaſterii, nomine N. tranſtulimus, & Eccleſiam ſuam de Decimis inveſtivimus memoratis; ita tamen, ut ipſa & Conventus ſuus Nobis vel Nuncio noſtro, cum à Nobis fuerint requiſitæ, in recognitionem Decimarum ſupra dictarum xi. ſolidos ſingulis annis in Nativitate B. Joannis Baptiſtæ ſolvere tenebuntur.

Et placet Nobis, quod Venerabilis P. Dominus Tornacenſis Epiſcopus authoritatem Epiſcopalem huic adhibeat; & petimus, ut prædicta velit confirmare.

Actum & datum anno Domini m. cc. l. primâ Menſis Maii. 1250

(1) Abbatia B. Mariæ de nova Jeruſalem, Monialium Ciſtercienſium Brugis, prima habuit exordia anno 1200. à Ghela nobili muliere, quæ Sacellum in honorem S. Petri aliaque loca Monaſtica extruxit ſub Parochia de *Slype*, in loco dicto *Hunkevliet*.

Anno 1241. Moniales, relicto Cœnobio ibidem recens ædificato, migrarunt in *Zizeele* juxta Brugas, ubi Ægidius de Brena, vulgò *Bredene*, Canonicus ad S. Donatianum Brugis, Præpoſitus ad S. Salvatorem Harlebecæ & Cancellarius Comitis Flandriæ ædificavit iis novum Cœnobium in loco dicto *Spermalia*: ibique ultimos vitæ ſuæ dies tranſegit, ac tandem vitâ functus eſt anno 1270. die 5. Decembris. Pater ſpiritualis hujus Abbatiæ, eſt Abbas S. Bernardi ad Schaldim.

CAPUT CXCI.

Guido *Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis concedit anno* 1280. *Juſtitiam Abbatiæ S. Joannis Ordinis Sancti Benedicti, olim in Monte Morinenſi in Arthesia; quæ nunc tranſlata eſt in Urbem Iprenſem.*

Ex Archivio Cameræ ſtuo num Inſulis.

Nos Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino.

Significarunt Nobis Viri Religioſi, Abbas & Conventus Monaſterii S. Johannis in Monte Morinenſi, (1) quod ipſi & eorum Monaſterium per defectum Legis & Judicatorum in terris ipſius Monaſterii, in Dominio, Ditione & Comitatu noſtro jacentibus, plura patiuntur incommoda & jacturas, pro eo quod in prædictis terris ſuis homines bellicoſi & pacis inimici, ſcientes quod pro delictis in dictis terris committendis per Judicatores & Tenentes dicti Monaſterii in plus quàm in tribus ſolidis, quantumcumque ſit delictum, & cujuſcumque conditionis exiſtat perſona delinquentis, nullatenus pertrahentur nec condemnari poterunt nec puniri, delinquere etiam atrociter non verentur.

Unde accidit, quod terra ipſorum Religioſorum prædicta, quæ deberet eſſe locus quietis & pacis, locus duelli, delinquentium refugium, exoſa & incentivum delictorum in multorum ſcandalum effecta eſt, & tam noſtris ſubditis quàm ſubditis Eccleſiæ malefactoribus præſtat audaciam ac incentivum tribuit delinquendi.

Supra quibus eis & eorum Monaſterio per noſtram miſericordiam petierunt miſericorditer ſubveniri, offerentes in recompenſatione pro modulo ſuo id quod poſſunt, orationes in Chriſto

ſto, & Nos eſſe facturos participes univerſorum bonorum, quæ fient de cetero in eorum Monaſterio & in Domibus & Prioratibus ſui Monaſterii.

Nos igitur eorum juſtis & piis ſupplicationibus inclinati devotiſſimas Religioſorum orationes affectantes ac de ipſis in Domino bonam fiduciam firmamque ſpem gerentes, ſpecialiter pro ſalute dilectiſſimæ Matris noſtræ, quæ in Domino requieſcat, & noſtra, prædictis Abbati & Conventui & eorum Monaſterio, ad providendum paci & quieti communi, & ſubveniendum ipſi Monaſterio quod ad præmiſſa liberaliter concedimus, donamus & largimur;

Quod ipſi Abbas & Conventus de ſubditis ſuis in noſtro Dominio & Comitatu, & maximè in Ballivia noſtra Caſletenſi manentibus, Scabinos & Judicatores ſufficientes, ad judicandum univerſa delicta in prædictis locis de cetero committenda, creent, faciant & conſtituant.

Et ſi defectum haberent per paucitatem hominum & Tenentium Scabinorum ſeu Judicatorum, volumus & mandamus quod Ballivus noſter quicumque pro tempore fuerit, cum ex parte dictorum Abbatis & Conventûs fuerit requiſitus, ſine difficultate qualibet tam de noſtris Scabinis quàm aliis Judicatoribus propinquioribus & vicinioribus noſtris ejuſdem Balliviæ commodet ipſis Abbati & Conventui & eis præcipiat & injungat, qui cum Scabinis & Judicatoribus ipſorum Abbatis & Conventûs judicent, prout in tali caſu in noſtro Dominio & Comitatu fieri conſuevit.

Nos autem Abbas & Conventus prædicti Monaſterii pro prædictis beneficiis de prædicto Domino Comite grates reddentes Altiſſimo, Nos & noſtrum Monaſterium obligamus ad faciendum cantari in Monaſterio noſtro ſolempniter Miſſam unam de Sancto Spiritu pro ipſo Domino Comite & Nobiliſſima Domina (2) Isabella ejus Uxore annuatim quamdiu vixerint, & poſt mortem ipſorum Miſſam de defunctis annuatim in perpetuum tenebimur ſolempniter celebrare tam pro ipſis quàm pro Illuſtriſſima Domina (3) Marguareta Matre ipſius Comitis quondam Flandriæ ac Hannoniæ Comitiſſa, & ipſos conſtituimus & facimus orationum participes & univerſorum bonorum quæ fient de cetero in noſtro Monaſterio S. Johannis Morinenſis, Domibus & Prioratibus noſtris.

In quorum omnium teſtimonium, Nos Guido Comes Flandriæ & Nos Abbas & Conventus prædicti præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini milleſimo duceenteſi- 1280.
mo octuageſimo, Feriâ ſextâ antè Feſtum B. Petri ad Vincula.

(1) Abbatia S. Joannis Ordinis S. Benedicti juxta Therouanam nunc totaliter deletâ, Monachi Refugium habent in Urbe Iprenſi, ab anno 1608, ſuaque officia peragunt in Choro Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai.

(2) Isabella Luxemburgica Comitiſſa Namurcenſis defuncta anno 1298.

(3) Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa defuncta anno 1279. nupta primùm Bochardo de Avenis, poſt Guillelmo Borbonio de Damnapetra.

CAPUT CXCII.

Urbanus V. *Pontifex prærogativas duodecim Vicariorum Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis recenſet atque confirmat, anno 1365, decernitque eas non cadere ſub gratiis expectativis.*

Urbanus, Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Honestis ſupplicum votis, in his præſertim quæ obſervantiam Divini cultûs reſpiciunt, benignum aſſenſum & favorem benevolum impertimur.

Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectorum Filiorum Decani & Capituli Eccleſiæ Tornacenſis petitio continebat, quod in dicta Eccleſia ſunt duodecim perpetuæ Vicariæ, quæ Majoris Altaris Vicariæ nuncupantur, & quarum collatio ad ipſos Decanum & Capitulum de antiqua & approbata conſuetudine pertinet, & quæ ſecundùm conſuetudinem ipſius Eccleſiæ conferri non debent niſi perſonis idoneis, in Sacerdotio conſtitutis, & in Divinis Officiis ſecundùm uſum dictæ Eccleſiæ ſufficientibus atque promptis, & communiter conferri conſueverunt Sacerdotibus, qui à pueritia fuerunt in Choro ipſius Eccleſiæ, & in ea nutriti; quorum vita & mores probabiles ſunt & noti omnibus de Eccleſia ſupradicta: ipſique duodecim, qui perpetui Vicarii ejuſdem Majoris Altaris ſunt & etiam nuncupantur, tenentur & debent ex antiqua ipſarum Vicariarum inſtitutione in ipſa Eccleſia reſidere, & ipſi ſoli & nulli alii de ipſa Eccleſia, exceptis Canonicis ipſius Eccleſiæ, celebrant in ipſo Majori Altari, & habent ſequi Chorum, & ordinare ibidem Divinum Officium ipſius Chori, portare onus in lectura & cantu, & intereſſe omnibus Horis Diurnis pariter & Nocturnis, & omnes alios dirigere in eiſdem: & inſuper oportet eos, Pſalmos, Antiphonas & Reſponſoria ut plurimum ſcire & dicere corde tenus, ipſique ſoli pro Canonicis ipſius Eccleſiæ

&

Digitized by Google

& in eorum ſeptimanis poſſunt celebrare in dicto Altari, & alia facere, quæ incumbunt Canonicis ſeptimanariis facienda, & præſertim quando Canonici qui debent facere Officium ſunt abſentes, vel infirmitate aut aliàs impediti; hinc fit quod Decanus & Capitulum præfati frequenter vix poſſunt idoneos ad hoc reperire Presbyteros.

Quibus omnibus non obſtantibus, nonnulli frequenter Autoritate Litterarum Sedis Apoſtolicæ vel Legatorum ipſius, Beneficia Eccleſiaſtica expectantes, qui quandoque non ſunt Presbyteri, nec ſufficientes ad regendas Vicarîas prædictas, ſed ſunt alienigenæ, vel in Romana Curia vel alibi reſidentes, dictas Vicarîas acceptant & de illis faciunt ſibi provideri, dictoſque Decanum & Capitulum ac Vicarios ſuper ipſis Vicarîis impetunt & moleſtant, ipſoſque in Apoſtolico Palatio & alibi litigiis involvunt, vexando eos laboribus & expenſis: propter quæ Divinus cultus quandoque turbatus & diminitus fuit in Eccleſia ſupradicta, & adhuc poſſet perturbari & diminui in futurum, in detrimentum ipſius Eccleſiæ & ſcandalum Tornacenſis populi, & partium vicinarum, qui propter reverentiam Dei & Beatæ Mariæ Virginis Matris ejus, ſub cujus vocabulo dicta Eccleſia eſt fundata, undique devotè confluit ad eamdem. Quare pro parte Decani & Capituli prędictorum fuit Nobis ſupplicatum, ut providere ipſis ſuper his de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos itaque in obſervantia conſuetudinis ſupradictæ fructum ipſius Divini cultûs diligentiùs attendentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Authoritate Apoſtolicâ præſentium tenore ſtatuimus & ordinamus atque decernimus, quod aliquæ dictæ Sedis vel Legatorum ejus Litteræ per quaſcumque perſonas ſuper Eccleſiaſticis Beneficiis conferendis eiſdem, ſive ad Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Tornacenſis ac Decani & Capituli prædictorum, ſive ad ipſorum Decani & Capituli ac ſingulorum Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ proviſionem, collationem, præſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter vel diviſim ſpectantes, ſub quavis forma vel conceptione verborum, hactenus impetratæ vel inpoſterum impetrandæ, ad dictas Vicarîas nullatenus ſe extendant, nec ipſarum vigore de ipſis Vicarîis vel earum aliqua poſſit alicui quomodolibet provideri, ipſique Decanus & Capitulum ad dictas Vicarîas recipere minimè teneantur, nec ad id quomodolibet arctari, niſi Litteræ ipſæ de dictis Eccleſia Tornacenſi ac earum conditione & inſtitutione & de indulgentia, ſtatuto, ordinatione, & decreto prædictis, plenam ac expreſſam ac de verbo ad verbum faciant mentionem; nec etiam in eo caſu quo prædictis Litteris hujuſmodi mentio fieret, debeat aut poſſit de ipſis Vicarîis aliquibus provideri, niſi ille vel illi, cui vel quibus de ipſis Vicarîis proviſum fuerit vel contigerit provideri, Presbyteri, & per ipſos Decanum & Capitulum vel majorem & ſaniorem partem eorum priùs examinati & experti fuerint.

Porrò cupientes quod laudabilis conſuetudo prædicta & ejuſdem cultûs celebritas jugiter obſervetur, eâdem Authoritate ſtatuimus & ordinamus atque decernimus, quod obtinentes pro tempore Vicarîas prędictas prætextu cujuſcumque privilegii, ſeu quarumcumq; Litterarum eis ſuper fructibus Beneficiorum ſuorum in abſentia percipiendis, aut aliàs a Sede prædicta ſub quacumque forma ſeu expreſſione verborum conceſſarum, etiamſi talia forent de quibus quorumque totis tenoribus habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis, nullos fructus, redditus, vel proventus ex ipſis Vicarîis vel earum occaſione poſſint petere, exigere, percipere vel habere, niſi in ipſa Eccleſia perſonaliter reſideant.

Nulli ergo hominem liceat hanc Paginam noſtræ &c.

Datum Avenio. pridie Kalend. Octobris, anno ſecundo.

CAPUT CXCIII.

Philippus de Arbosio, *è Decano Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, Epiſcopus primùm Noviomenſis, dein Tornacenſis, in Brugenſi Eccleſia Præbendam (unam è IV. Minoribus) fundat ac dotat, anno* 1368.

Ex Archivio Capituli Brug.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritûs S. Amen. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis, (1) Philippus de Arbosio Dei gratiâ Tornacenſis Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam.

Pastoralis Officii cura nos admonet, ut utilitatibus Eccleſiarum quantum poſſumus intendamus, illis præcipuè, per quas augetur cultus Divinus, & animarum ſalus utique procuretur.

Dudum ſiquidem hâc conſideratione moti, attendentes bona quamplurima quæ ab Eccleſia S. Donatiani Brugenſis noſtræ Diœceſis receperamus, tempore quo ante promotionem noſtram ad Eccleſiam Noviomenſem, dictæ Eccleſiæ reximus Decanatum, ad laudem Omnipotentis Dei & Divini cultûs augmentum, unam Capellaniam perpetuam de communitate Chori, ac Anniverſarium noſtrum ſufficienter & magnificè fundavimus & dotavimus in eadem, prout in Litteris noſtris, ac Decani & Capituli Eccleſiæ prædictæ ſuper hoc confectis, pleniùs continetur. Anniverſarium.

Nuper verò ferventiori ducti devotione, ex quadam ſingulari affectione quam gerimus ad SS. Confeſſorem Chriſti B. Donatianum, & Eccleſiam

cleſiam præfatam ipſius nomine inſignitam, cupientes ad decorem Eccleſiæ ſuæ prædictæ cultum Divinum & perſonarum numerum eidem deſervientium, in quantum poſſumus, ampliare, ad Divini nominis gloriam, & laudem Glorioſiſſimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, almique Confeſſoris Dei B. Donatiani prædicti, pro animæ noſtræ, Parentum, Amicorum ac Benefactorum noſtrorum animarum remedio & ſalute,

Fundatio Præbendæ

unam Præbendam Canonicalem aliis Præbendis per bonæ memoriæ Dominam (a) Margaretam quondam Comitiſſam Flandriæ in Eccleſia prædicta fundatis & dotatis, ſuperaddendam & annumerandam de voluntate & conſenſu prædictorum Decani & Capituli inſtituimus & fundavimus.

Et quia, atteſtante B. Gregorio, *quidquid temporale percipitur, tantò minus fit ſingulis, quantò dividitur in multis*; igitur ne participatio, communicatio ſeu perceptio diſtributionum & aliarum obventionum cuilibet Canonicorum rationne ſuæ Præbendæ debitarum facienda Canonico in noſtra Præbenda inſtituendo, ſit aliis in præmiſſis ad præſens jus habentibus quomodolibet oneroſa, in recompenſatione groſſorum fructuum aſſignandorum dictæ Præbendæ per Decanum & Capitulum prædictos, prout inferius ſubſcribitur, ac diſtributionum, omniumque & ſingulorum de jure vel conſuetudine ipſius Eccleſiæ aliis Canonicis debitorum, certas terras, redditus & bona de bonis Nobis à Deo collatis, & ex induſtria noſtra acquiſitis emimus & acquiſivimus magnis ſumptibus & expenſis; quos & quæ, ad opus prædictum, Decano & Capitulo Eccleſiæ Sancti Donatiani prædictæ, nomine ipſius Eccleſiæ damus & conferimus Donatione irrevocabili, ac perpetuò aſſignamus.

Specificatio bonorum.

Et primò IX. menſuras, unam lineam & 3. virgas terræ, parum plus vel minus, quam emimus & acquiſivimus à D. Joanne de Oucre, Milite, Caſtellano Iprenſi, & D. Joanna ejus Uxore legitima, ſita & jacentia infra Officium de *Ooſtkercke*, in Parochia de *Lapſcbuere*, ad partem Eccleſiæ *Weſt* & *Zuyt* ad partem viæ tendentis apud *Dam* inter terras Hugonis Uut-ten-houckke à parte una, & Joannis Filii Petri Uut-tenhoucke à parte altera.

Item XXI. menſuras terræ, parum plus vel minus, ſitas & jacentes infra Officium & Parochiam de *Uuytkercke*, à parte *Zuydt-ooſt* de Eccleſia, in diverſis locis: videlicet 18. menſuræ & 2 lineæ, parum plus vel minus, inter terras D. de *Uuytkercke* & terras Monaſterii de * *Doeſt*.

* Abbatia jam destructa unita Epiſcopatui. vide pag. 505.

Item 4. lineæ & 12. Virgæ, parum plus vel minus, inter terras liberorum Balduini de Hondelghem & Joannis Filii Walteri, Filii Mariæ.

Item una menſura, parum plus vel minus, inter terras Roberti Van Trenten & Balduini Corens. Quas XXI. menſuras terræ prædictæ emimus & acquiſivimus ab Henrico dicto Bard & Margareta ejus Uxore legitima. Et ſolvunt dictæ terræ certis perſonis 39. ſolidos Pariſien. monetæ Flandriæ annui & perpetui redditûs.

Item emimus & acquiſivimus à Guilielmo de Ruella & Domicella Margareta ejus Uxore legitima 27. menſuras, 2. lineas, 27. virgas terræ, parum plus vel minus, cum uno manerio ſive managio pertinente ad dictas terras ſitas & jacentes in diverſis Officiis, Parochiis & locis: videlicet 17. menſuræ, una linea & 13. virgæ parum plus vel minus, jacentes in Officio & Parochia de *Zuenkercke*, à parte *Noordt-weſt* de Eccleſia.

Et eſt manerium prædictum cum terris pertinentibus vulgariter appellatum *Schuttingewerve*, & ſituatum inter terras Nicolai Mortiers, & terras quondam Joannis Van Noordc.

Item de dicta terra jacent infra Officium & Parrochiam de *Uuytkercke* à parte *Noord* dicti manerii, 10. menſuræ, una linea, 54. virgæ, parum plus vel minus, inter terras D. Petri Schotelaers & Lambini Winx; quæ quidem terræ ſolvunt 24. ſolidos Pariſien. monetæ Flandriæ annui & perpetui redditûs, cum uno heudo frumenti annuatim ad vitam Domicellæ Grietæ, dictæ Spaens.

Item emimus & acquiſivimus à D. Guilielmo de Lichtervelde Presbytero tres menſuras 46. virgas terræ, parum plus vel minus, ſitas & jacentes infra Officium de *Ooſtkercke* & in Parochia de *Lapſcbuere* à parte *Weſt* de Eccleſia, & à parte *Zuydt* viæ tendentis apud *Dam*, inter terras Franconis Vander Groede & Joannis Als.

Item emimus & acquiſivimus ab Adam Metden-eye & Domicella Agnete ejus Uxore legitima, 25. menſuras & 5. virgas terræ, parum plus vel minus, jacentes in diverſis locis infra Officium & Parochiam de *Uuyt-kercke*, *Noord ooſt* de Eccleſia: videlicet 2. menſuræ, 88. virgæ, *aen den ouden Gentſchen wegh*, inter terras Waltheri Filii Waltheri Buus, & relictæ quondam Guilielmi Heynemans.

Item dimidia menſura, 33. virgæ inter terras Bernardi Saywins, & viam appellatam *Here-wegh*.

Item 2. lineæ 89. virgæ, inter terras Lamberti Buus & Ywani Cox.

Item 40. virgæ inter terras Chriſtiani Wegghes, ab omni parte.

Item una menſura cum dimidia, XXXIII. virgæ inter terras relictæ quondam Guillielmi Heynemans & Walteri Filii Walteri Buus.

Item una menſura cum dimidia & 2. virgæ inter terras *Vander Potterye* & viam appellatam *Here-wegh*.

Item duæ menſuræ 87. virgæ inter terras Joannis Filii Henrici Junioris & viam prædictam appellatam *Here-wegh*.

Item XI. lineæ 23. virgæ inter terras Joannis Finaerds & terras Carthuſienſium de Brugis.

Item 10. lineæ 88. virgæ inter terras illarum de * *Spaermailler* & viam appellatam *Landweghe* tendentem *Zuydtwaert*.

* Abbatia Virg. Ord. Ciſterc. nunc Brugis.

Item una menſura 27. virgæ inter terras Domini de Uuytkercke & Walteri Wavels.

Item 8. lineæ 52. virgæ inter terras Walteri Filii Walteri Buus & terras illarum de *Spaermailler*.

Item 4. lineæ & 13. virgæ inter terras Guilielmi

lielmi Filii Walteri Filii Nicholai, & terras liberorum Petri Gooſſias Soppers.

Item una menſura & 8 virgæ inter terras Gulhelmi Filii Wettioi Filü Nicholai, & Jacobi Buus.

Item 5. lineæ 72. virgæ ioter terras Joannis Filii Balduini, & Henrici Bards: & ſolvunt prædictæ 25. menſuræ & 5. virgæ terræ 49. ſolidos Pariſ. monetæ Flandriæ anoui & perpetui redditûs.

Quæ quidem terræ & bona ſuperiùs declarata valuerunt & valent ac valêre poſſunt & debent legitimè æſtimando 233. libras & 13. ſolidos Pariſ. monetæ Flandriæ, vel circiter, annui & perpetui redditûs, oneribus & redditibus eis impoſitis deductis & ſupportatis.

Et ad finem quod prædicti Decanus & Capitulum nomine ipſorum & Eccleſiæ, redditibus, terris & bonis prædictis gaudeant & utantur tamquam ſuis propriis perpetuis temporibus pacificè & quietè, modo & formâ, quibus Nos & Prædeceſſores noſtri ea tenentes & poſſidentes gaviſi fuerunt & illis hactenus gaviſi & uſi fuimus, ipſos redditus terras & bona ſupradicta, ac omne jus & omnes proprietates & actiones quod & quas habemus in eiſdem, in præfatos Decanum, Capitulum & Eccleſiam, mediantibus certis conditionibus infraſcriptis, transferimus totaliter & integrè, ac eis omnibus & ſingulis pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris renunciamus purè & liberè, & ea à Nobis abdicamus, nihil juris vel proprietatis aut poſſeſſionis penes Nos vel Hæredes aut Succeſſores noſtros retinentes.

Et ſi contingeret Hæredes vel Succeſſores noſtros aut aliquem ipſorum ſeu quemcumque alium hujuſmodi redditus & bona aut partem ex ipſis poſt deceſſum noſtrum vel ante jure ſucceſſorio vel alio quovis modo reclamare, & ad ſe retrahere ſeu appropriare velle, volumus quod omni jure ſucceſſorio vel alio, quod in prædictis & quibuſcumque aliis rebus noſtris, ſive bonis mobilibus & immobilibus ubicumque exiſtentibus, poſt deceſſum noſtrum vendicare poſſent, tam de jure, quàm de lege ſeu conſuetudine, ex nunc perpetuò ſint privati, & eos ac eorum quemlibet talia præſumeotes ſeu præſumpturos, ſi qui forſan reperirentur, quod abſit, privamus in quantum poſſumus per præſentes.

Volumus inſuper & ordinamus, quod Canonici quicumque in dicta Præbenda per Nos fundata inſtituentur, infra annum à die ſuæ inſtitutionis, receptionis & pacificæ poſſeſſionis, io Presbyteros ſe faciant promoveri, excepto primo * per Nos in eadem inſtituendo, quem infra triennium vel ad beneplacitum noſtrum ad dictum Presbyteratûs ordinem volumus promoveri.

* Is fuit Nepos Epiſcopi.

Et quod de ſervandis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis & libertatibus dictæ Eccleſiæ ac ſolita reſidentia facienda in eadem, horiſque Canonicis intereſſendi, ac cetera quæcumque quemadmodum & alii Canonici faciunt io ſua receptione, ſolemne juramentum facere teneantur.

Quibus ſæpedicti Decanus & Capitulum ſingulis annis de 25. libris Pariſienſis monetæ communiter currentis in Flandria pro groſſis fructibus reſpondere & ſatisfacere tenebuntur, illis diebus ſeu terminis quibus aliis Canonicis groſſi fructus perſolvuntur, ipſos io diſtributionibus Chori, obitibus, obventionibus ac aliis juribus omnibus & ſingulis, aliis Canonicis dictæ Eccleſiæ debitis & conſuetis, de præſenti vel in futurum in omnibus & per omnia æqualiter participes facientes & adæquantes:

Cujus Præbendæ Canonicalis collationem & proviſionem iſtâ primariâ vice, & quoties deinceps eam vacare continget per mortem, ſimplicem reſignationem, permutationem vel aliàs, quamdiu vita fruemur corporali, Nobis ſpecialiter & expreſsè reſervamus.

Et Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis prædictæ prænominati, prædicti in Chriſto Patris ac Domini noſtri Epiſcopi piam devotionem ac ſingularem affectionem ad Eccleſiam noſtram quam ſæpius liberali & multiplici bonorum ſuorum largitione Nobis factâ monſtravit, in quantum poſſumus, proſequi favorabiliter cupientes, utilitate Eccleſiæ noſtræ penſatâ, ac Divini cultûs augmento, habitoque ſuper hoc inter Nos tractatu diligenti, prædictas terras, redditus & bona per ipſum Reverendum in Chriſto Patrem Nobis nomine Eccleſiæ noſtræ prædictæ in eleemoſynam & recompenſationem prædictorum data & ſufficienter aſſignata acceptavimus & acceptamus, dictiſque Canonicis in Præbenda prædicta in perpetuum & in futurum inſtituendis de XXV. libris, Pariſienſis monetæ communiter currentis in Flandria, ſolvendis ſingulis annis in perpetuum, illis diebus ſeu terminis quibus aliis Eccleſiæ noſtræ Canonicis groſſi fructus perſolvuntur, pro groſſis fructibus, ac diſtributiones Chori, obitus, obventiones, aliaque omnia & ſingula, prout aliis Canonicis Eccleſiæ noſtræ fieri debet & eſt conſuetum ab antiquo vel fieri debebit in futurum, per Nos vel Officiarios noſtros ad hoc deputatos ſeu deputandos perpetuò tradi facere promittimus bonâ fide; bona Eccleſiæ noſtræ quantum ad hoc dicto Reverendo Patri & Canonicis in dicta Præbenda inſtituendis ſpecialiter obligando.

Cessantibus omnibus exceptionibus quæ contra præmiſſa oppooi poſſent, reſervatioois, collationis & proviſioois dictorum Canonicatûs & Præbendæ, quantum in Nobis eſt, noſtrum conſenſum præbentes & aſſenſum, omnia & ſingula ſupraſcripta volumus, laudamus & approbamus, ſupplicantes Reverendo in Chriſto Patri ac Domino noſtro Domino Archiepiſcopo Remenſi, quod præmiſſa omnia & ſingula ſuâ authoritate Metropolitanâ, ſi opus ſit, velit ratificare & per ſuas Litteras confirmare & approbare.

In quorum omnium præmiſſorum teſtimonium, & ut perpetuò fideliter obſerventur, Nos Epiſcopus noſtrum, Decanus & Capitulum ſupradicti Eccleſiæ noſtræ Sigilla præſentibus duximus apponenda.

Datum & actum die decimâ quintâ menſis Novembris anno Domini M. CCC. LXVIII.

Google

(1) PHILIPPUS DE ARBOSIO, Burgundus, Decanus Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, Ludovici Maleani Flandriæ Comitis Conſiliarius & Eleëmoſynarius, fuit primùm Epiſcopus Noviomenſis, dein Tornacenſis, obiit ibidem anno 1377.

Fundavit in Eccleſia S. Donatiani Brugis anno 1368, (juxta Diploma jam editum) unam è quatuor Præbendis minoribus. Tres enim alias jam antea fundaverat anno 1194. Margareta Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa, cujus Diploma edidit Miræus ſupra pag. 556.

(2) S. DONATIANI, vide ſupra pag. 22.

(3) BRUGA, vide pag. 911.

(4) MARGARETA ALSATIA Flandriæ Hannoniæ ac Namurci Comitiſſa, ſepulta eſt Brugis in Choro Eccleſiæ Cathedralis. Epitaphium ejus lege ſuperiùs pag. 295.

Lubet hic adjungere bina Diplomata ſeriùs recepta, unum ALEXANDRI III. Papæ datum Præpoſito & Capitulo Brugenſi anno 1177, quo omnia bona, poſſeſſiones, & libera Præpoſiti electio confirmantur. Alterum CÆLESTINI III. Papæ datum anno 1197, quo confirmatur Donatio facta à præfata Comitiſſa Margareta, de qua ſupra pag. 556.

Bulla ALEXANDRI III. *Papæ in favorem Eccleſiæ Brugenſis anno* 1177.

Ex Eiſdem Archivis.

ALEXANDER Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Gerardo Præpoſito Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis ejuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

COMMISSÆ Nobis Apoſtolicæ Sedis Nos hortatur Authoritas, ut locis & Perſonis ejus auxilium devotione debitâ implorantibus tuitionis præſidium impendere debeamus. Quia ſicut injuſta poſcentibus nullus tribuendus eſt effectus, ſic legitima deſiderantium nulla eſt differenda petitio, præſertim eorum qui cum honeſtate vitæ & laudabili morum compoſitione gaudent Omnipotenti Domino deſervire.

EAPROPTER dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam B. Donatiani Brugenſem Eccleſiam, in qua Divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis Scripti Privilegio communimus.

STATUENTES ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

IN Epiſcopatu Tornacenſi Altaria *Dudazela* & oblationes *Dudazelenſis* Eccleſiæ, quæ à pia devotione fidelium pro reverentia B. Leonardi offeruntur, *Utkerca*, *Horeſcam* cum appendiciis ſuis; Altaria Sancti Michaëlis & Sanctæ Crucis, *Sumkerca*, *Clemeskerca*, *Suevenſela*, *Artrica*.

IN Epiſcopatu Morinenſi *Widelgat*, *Kemla* cum univerſis decimis & terris ſibi pertinentibus, *Heſna* cum appendiciis ſuis, *Dikeſmuta* & *Clare*, duas partes Decimæ ex Iprenſi Parochia, duas partes Decimæ ex *Formaſela* & *Diesbuſe* & ex novalibus ejuſdem terræ ſimiliter.

CANCELLARIAM Comitis Flandriæ, quemadmodum piâ devotione à Roberto Comite * Eccleſiæ veſtræ conceſſa eſt & Scripto firmata ſuo, & Eccleſia ipſa eam hactenus quietè tenuit.

* vide ſuprà pag. 359.

CUM autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce Divina Officia celebrare.

OBEUNTE verò te nunc eidem Præpoſito, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi quâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ præponatur, niſi quem Fratres ejuſdem Eccleſiæ ſecundùm Dominum canonicè providerint eligendum.

SEPULTURAM quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati ſint vel interdicti, nullus obſiſtat; ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

DECERNIMUS ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salvâ Sedis Apoſtolicæ Auctoritate & Dioeceſanorum Epiſcoporum Canonicâ juſtitiâ.

SI qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, niſi præſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

CUNCTIS autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri JESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Waldus Hoſtienſis Epiſcopus.

Ego Guillielmus Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ.

Ego Boſo Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ titulo Paſtoris.

Ego Theodinus Presbyter Cardinalis S. Vitalis titulo Chriſtinæ.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulò S. Suſannæ.

Ego Jacobus Diac. Cardinalis S. Mariæ in Coſmidyn.

Ego Arditio Diaconus Cardinalis S. Theodori.

Ego

Ego Hugo Diaconus Cardinalis S. Euſtachii juxta Templum Agrippæ.

Ego Laborans Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu.

Ego Rainerus Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum.

DATUM Venetiis in Rivo alto per manum Magiſtri Gerardi S. Romaoæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii, VIII. Id. Sept. Indict. x. Incarnationis Dominicæ anno M.C.LXXVII. Pontificatûs verò Domini Alexandri PP. III. anno octavo decimo. 1177

Bulla CÆLESTINI III. *Papæ ad Capitulum Brugenſe, anno* 1197.

Ex iiſdem Archivis.

CÆLESTINUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Gerardo & Canonicis S. Donatiani Brugenſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CUM à Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

EAPRÒPTER dilecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, centum ſolidos, quos Margareta quondam Comitiſſa Flandriæ diſtribuendos in die Anniverſarii ſui Eccleſiæ veſtræ in teſtamento legavit, cum quindecim libris, cotidianæ diſtributioni Canonicorum ſine diminutione qualibet aſſignandis, & triginta Libras ad opus trium Præbendarum quæ non niſi Presbyteris ibidem aſſiduè ſervientibus debent in Eccleſia veſtra conſerri, ſicut illa juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & Eccleſiæ veſtræ Authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus.

DECERNIMUS autem, ut nulli omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis verò hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

DATUM Laterani XV. Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno quarto.

CAPUT CXCIV.

Hortus concluſus, *Præpoſitura Monialium Norbertinarum Herendalii in Campinia Brabantina, fundatur anno* 1411. *ab* ARNOLDO DE CRAEYNHEM *&* JOANNA DE STEINVOERT *Conjugibus.*

IN nomine Sanctæ & Individuę Trinitatis. Amen. Univerſis præſentes Litteras inſpecturis PETRUS permiſſione Divinâ Præmonſtratenſis Abbas ſalutem.

UNIVERSITATI veſtræ notum facimus, quia inſpirante rerum omnium auctore & gubernatore Deo, Illuſtriſſimi Conjuges Dominus ARNOLDUS DE CRAEYENHEM Miles, & JOANNA DE STEINVOERT Militiſſa Contoralis ejus, ſanctiſſimum conceperunt propoſitum, quo per gratiam Salvatoris, Omnipotenti ac Divinæ Trinitati & intemeratæ Dei Genitrici Mariæ Virgini, per veram fidem ſervire decreverunt, dantes & concedentes in perpetuum dilectis Nobis in Chriſto Filiabus Sororibus Annæ de Boechout, Katherinæ de Trajecto, Eliſabeth de Clote & Mariæ Zellemans Monialibus Monaſterii Vallis Liliorum noſtri Præmonſtratenſis Ordinis, Cameracenſis Diœceſis, quandam domum cum adjacentiis ejuſdem, quam præfati Conjuges tunc poſſidebant in Villa de *Herentals*, & quidquid juris & proprietatis habebant in eadem, ſi noſtrum præberemus aſſenſum, quod in memorata domo & adjacentiis ejuſdem fundaretur Monaſterinm pręſentium prænominatarum Sororum noſtri Præmonſtratenſis Ordinis & futurarum eiſdem ſuccedentium in dicto Monaſterio, Fundatione factâ ſub perpetua clauſura ſeptorum ipſius Monaſterii permanentium.

ET prænominatæ Sorores in propoſito manendi ſub perpetua clauſura diutius perſtiterunt, & à ſui propoſiti intentione minimè deſecerunt.

Benedicimus Spiritum S. & Patrem Domini noſtri JESU CHRISTI Deum noſtrum, qui in Nobilia corda præfatorum Conjugum tantum ſui cultûs & noſtræ Religionis infudit amorem. Et eiſdem regratiamur datoribus præfatæ domûs, qui eam dederunt ad Divini obſequii & noſtræ Religionis ampliationem, ac eorum Præëminentias, de Dei miſericordia pleniſſimè confidentes, in participationem omnium orationum, & ſpiritualium bonorum, quæ de cetero fient in univerſo Ordine noſtro, benignâ & hilari recipimus caritate.

NEC non prænominatas Sorores, quæ contemplationi cæleſtium ferventiùs invigilant, & ea quæ ad incrementum Religionis pertinenr, & ad virtutum ſpectant ornatum, ſinceriùs amplectuntur, exhortamur in Domino JESU CHRISTO, quatenus ſua fragrans Religionis fama perſeveret, & armatura ſuarum ſic luceat coram hominibus, quod glorificent Patrem earum, qui in cœlis eſt, & ut in odorem opinionis earum & religioſiſſimi regiminis devotæ perſonæ fæminei ſexûs currentes, ad operandum ſuam ſalutem in Domino pertrahantur.

PRÆTEREA quia ſæpè & multùm expoſita

pleniùs

pleniùs prænominatarum Sororum petitio continebat, qualiter ipſæ Sorores religiosè vivere & Canonicam vitam ducere, ſecundùm Beati Auguſtini inſtitutionem, & noſtri Præmonſtratenſis Ordinis inſtituta ſub perpetua clauſura inſpirante Domino decreverunt; quapropter pro hujuſmodi vita Canonica perfectiùs peragenda, petebatur, ipſas in præſata Domo ſituata in Villa de *Herentals*, prout præmittitur, ipſis Sororibus data, temporibus includi perpetuis.

Nos, qui perſonaliter præfatam Domum quamvis in Villa ſituatam, tamen ab hominum communione ſepoſitam, & aptam Religioni, conſpeximus, in animo noſtro revolventes hoc præcipuum deſiderium, quod ſemper fuit in arcano noſtri cordis reconditum, ut ſcilicet beneplacens Deo noſtra Religio propagaretur, & Sorores, quæ pro ejus obſervantia rationabili providentiâ in Caſtris Clauſtralibus noſtri Præmonſtratenſis Ordinis, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis cruci figentes, ſe claudere voluerint, in ſuo tam laudabili propoſito foverentur ac tenerentur, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus ipſas à tam ſancto propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ Religionis infringat, ipſis Sororibus prænominatis unâ vice pro omnibus liberaliter dedimus licentiam eligendi Patrem Abbatem, ſicut juxta noſtræ Religionis Inſtituta, pro nova Abbatia conſtruenda requiritur.

Quæ quidem Sorores elegerunt Venerabilem Fratrem noſtrum Dominum Johannem de Zichenis, Abbatem Thongellenſem, in Patrem, ejuſque Succeſſores, & ejus Eccleſiam in Matrem, ſeu Matricem dictæ novæ Abbatiæ.

Et ipſum Venerabilem Fratrem noſtrum Abbatem Thongellenſem præfatum, pro ſe, ſuis Succeſſoribus, & ſua Eccleſia electioni hujuſmodi conſenſum præbentem pariter & aſſenſum confirmavimus, & per præſentes iterum confirmamus.

Deinde memoratus Pater Abbas confirmatus, & prænominatæ Sorores ſæpè dictam Domum ad Abbatiam novam conſtruendam, prout præmittitur, noſtro conſenſu pariter & aſſenſu præhabitis, acceptaverunt & receperunt, & iterum acceptant & recipiunt.

Et quia pluribus Ordinis noſtri Præmonſtratenſis Religionis negotiis impediti, circa Fundationem prætactam perſonaliter vacare non valemus, hinc eſt, quod de probitate, diſcretione & prudentia memorati Venerabiliſſimi Fratris noſtri Domini Johannis de Zichenis Abbatis Thongellenſis, ſuis excelſis exigentibus meritis non ignotis, fiduciam gerentes in Domino pleniſſimam, eidem ad conſtruendam novam Abbatiam Sororum noſtri Ordinis in Domo præfata, prout præmittitur, noſtrum conſenſum præbuimus, & per præſentes præbemus pariter & aſſenſum, ſibi quantum ad prætactam fundationem ſive novellam plantulam, & omnia & ſingula eandem concernantia committentes vices noſtras, cum noſtræ plenitudine poteſtatis, &c.

In quorum omnium majorem fidem & teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum & actum anno Domini milleſimo 1411.
quadringenteſimo undecimo, menſis Maii die undecimâ.

Vide alia Diplomata hanc Fundationem confirmantia in Brabantia Antonii Sanderi, ſub deſcriptione Præpoſituræ Vallis Liliorum Mechliniæ, è qua Hortus concluſus Herendalenſis ſuam deſumpſit originem.

CAPUT CXCV.

Gerardus *de Duffle Vir Nobilis donat Ordini Equitum Templariorum varia bona prope Turnhautum in Campinia, anno* 1184; *quæ bona nunc ſpectant ad Commendatorem de* Braecle, *Ordinis Melitenſis.*

IN nomine Domini. Rogerius Divinâ miſeratione Cameracenſis Epiſcopus, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum..

Solemnis Scripti patrocinio & rei ſolempniter geſtæ perpetuatur memoria, & venturarum præſtigia litium inpoſterum præciduntur.

Præsenti eapropter memoriali committimus, ut omnibus innoteſcat, quod Gerardus Nobilis homo de Duffla univerſum Alodium, ſuum quod apud *Turnebolt*, tam in Hominibus, quàm in terris & nemore poſſidebat, in manu noſtra abſolutè reſignavit, & libere Fratribus Domûs Templi Jeroſolimitani ſub eleëmoſynæ titulo conferendum.

Ita tamen, quod dicti loci Fratres memorato Gerardo quotannis, dum vixerit, tres marcas magni ponderis perſolvent: ipſo verò ſublato de medio, præſcriptæ ſumma pecuniæ in uſus Domûs Templi liberè revolvetur.

Nos vero idem Alodium præfatis Fratribus contulimus, & penes eos, utpote legitimos poſſeſſores, præſenti firmavimus authentico, perpetuò permanſurum.

Hanc igitur tam ſolemnis facti Paginam ut rata permaneat, appenſi Karactere Sigilli, & ſubſcriptis Teſtibus duximus inſignire.

Signum Sigeri Archidiaconi.
S. Walteri Decani de Cervia.
S. Walteri Capellani.
S. Rogeri de Inſula.
S. Walteri Bertolt.
S. Oliveri de Sotengien.

Actum anno Verbi Incarnati M. C. LXXXIV. 1184.
Præſulatûs verò noſtri X.

Ego Walcherus Cancellarius ſubſcripſi & recenſui.

CAPUT

CAPUT CXCVI.

PHILIPPUS *Flandriæ ac Veromandiæ Comes Privilegia Abbatiæ S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli confirmat anno* 1190; *ac nominatim benefacit Præpoſituris de Poperinga & Arcques ab eadem Abbatia dependentibus.*

PHILIPPUS Flandriæ & Viromandiæ Comes, omnibus ad quos præſentium notitia pervenerit in Domino ſalutem.

NOTUM ſit præſentibus & futuris, quod cum Crucem pro peccatis meis aſſumpſiſſem & in puncto eſſem proficiſcendi ad Terram Sanctam, in qua Dominus noſter JESUS CHRISTUS noſtram operatus eſt ſalutem, conſiderans quod omnia temporalia tranſitoria ſunt & caduca, humilibus precibus Abbatis Johannis & Conventûs Eccleſiæ S. Bertini inclinatus, privilegia quæ à Prædeceſſoribus meis & à Me habebant, causâ Dei & pro ſalute animæ meæ renovanda duxi & confirmanda.

IN primis itaque Villam de (1) *Arkes*, quam S. Walbertus Sancto dinoſcitur dediſſe Bertino, Eccleſiæ S Bertini confirmo liberè & integrè perpetuò poſſidendam, ſicut in privilegio Roberti incliti Comitis Flandriæ Prædeceſſoris mei continetur.

VILLAM etiam de (2) *Poperinghem*, quam Prædeceſſor meus Nobilis Comes Arnulphus prædictæ Eccleſiæ S. Bertini in eleëmoſynam dedit, eidem Eccleſiæ confirmo liberè in perpetuum poſſidendam.

SCIENDUM tamen quod in prædicta Villa de *Poperinghem* debet Comes habere Equites, qui *Landridderen* vocantur, in Auxilium ſuum ad expeditionem ſuam ſecundùm præteriti temporis morem & Patriæ conſuetudinem; & cum neceſſe fuerit, & Comes hoc Abbati ſignificaverit, ſi ſummoniti non venerint, Abbas Comiti emendabit, accepturus emendam ab hominibus ſuis.

ILLI etiam qui in prædicta Villa ad *Banwert* ſunt conſtituti, debent Comiti tantum ut *Landes*, *Banwert* & *Landwere*; & placitum de hoc & juſticia erit Abbatis, ſicut eſt de omnibus cauſis.

AD generalem verò expeditionem vel michi vel Succeſſoribus meis illos de *Poperinghem* recognoſco & ſtatuo de jure non teneri: ſed ſi Comes in magna neceſſitate auxilio hominum de *Poperinghem* indiguerit, pro deffenſione Corporis vel honoris ſui & terræ, & ab Abbate Sancti Bertini per certum judicium & per Literras auxilium hominum ſuorum requiſierit, ad mandatum Abbatis in expeditionem proficiſcent; ita quod in nullo tenebuntur Comiti qui remanſerint, nec etiam ipſe Abbas, ſed emenda inde erit Abbatis. Licet enim aliquando michi in neceſſitatibus meis ſuccurrerint, licentiâ tamen & voluntate Abbatis ad preces meas id ſecerunt; ac per hoc volo ut ea quæ michi amicabiliter facta ſunt, Eccleſiæ præjudicium non faciant impoſterum.

ILLE autem qui juſticiarius Abbatis fuerit apud *Poperinghem*, neminem poterit ab expeditione remittere, vel quittare, nec per Abbatem vel ejus Præpoſitum. Et ſi nummos vel aliud aliquid ab aliquo acceperit ut remaneat, ipſe, ſi de hoc convictus fuerit, & quod acceperit reddet Abbati & de cetero non admittetur ad ducendum homines S. Bertini in expeditionem. Ille verò qui dederit, nichilominus tenebitur in emenda Abbati qui remanſit.

PRÆFATA itaque Eccleſia S. Bertini debet habere in Villa de *Poperinghem* omnia placita & omnem juſticiam ſecularem, quæ antiquo jure & longiſſimi temporis præſcriptione obtinuit.

POSSESSIONES præterea & libertates, quas vel à Me vel à Prædeceſſoribus meis vel ab hominibus meis per cartas autenticas prædicti Abbas & Eccleſia S. Bertini conceſſas habent & confirmatas, ipſis præſentis Paginæ auctoritate confirmo jure perpetuo poſſidendas.

IPSI autem pro Me & pro dilecta Uxore mea Mathilde Regina debent cothidie Miſſam unam perpetuò celebrare & anniverſaria noſtra ſolemniter celebrare & procurare, ſicut fit in anniverſario Comitis Balduini qui in eorum Eccleſia requieſcit.

UT igitur hæc omnia in perpetuum rata & inconvulſa permaneant, præſentem Cartam ſubſcriptarum Teſtimoniis perſonarum & Sigilli mei feci munimine roborari.

ACTUM eſt hoc apud Aloſt coram hiis Teſtibus,

Gerardo Brugenſi & S. Audomari Præpoſito & Flandriæ Cancellario,
Gerardo Abbate S. Petri Gandenſis,
Gerardo Præpoſito Inſulenſi,
Roberto Advocato Attrebatenſi & Domino Bethuniæ,
Willelmo Caſtellano S. Audomari,
Oliverio de Makelinis, &
Willelmo de Locres.

Anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo 1190.
centeſimo nonageſimo, exeunte Auguſto.

CAPUT

(1) ARKES Præpoſitura Benedictinorum Bertinenſium in Artheſia, ſub Diœceſi Audomarenſi.

(2) POPERINGA, Oppidulum Flandriæ, cum Præpoſitura Bertinenſium, in Diœceſi Iprenſi.

CAPUT CXCVII.

JOANNES *Dux Lotharingiæ & Brabantiæ varia Privilegia concedit Lovanienſibus, anno* 1282.

JOANNES Dei gratiâ Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, univerſis has Litteras viſuris & audituris ſalutem in omnium Salvatore.

PETIVERUNT dilecti noſtri & fideles Burgenſes de Lovanio, quoſdam Articulos, quos communiter propter utilitatem dicti Oppidi communem inter ſe ordinaverant, ſibi à Nobis concedi & indulgeri, deinceps in Oppido prædicto ſtatuendos: Et quum precibus honeſtis & cauſis neceſſariis ſuorum ſubditorum quilibet Dominus juri ſuo non obviantibus meritò debeat annuere, Nos dictos Articulos ſingulos & univerſos in hac Charta conſcriptos, ipſis Burgenſibus noſtris & eorum Succeſſoribus concedimus, à Nobis & noſtris Succeſſoribus perpetuò obſervandos.

INPRIMIS ſiquidem ipſis concedimus & in bona fide promittimus eiſdem, quod à nunc in antea Scabinos dicti Oppidi noſtri de Lovanio anno quolibet in Vigilia Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ amovebimus & deponemus omnes & ſingulos, ita quod in illo anno Scabini eſſe non poterunt, nec quicquam coram eis tanquam Scabinis poterit agi vel fieri in illo anno à dicta Vigilia deinceps, quod obtineat robur firmitatis; ſed ſemper alios ſeptem Scabinos vice illorum depoſitorum de novo ſubſtituemus vel ſubſtitui faciemus ibidem.

2. ITEM quicumque ſubditus noſter, Miles ſeu quis alter, extra libertates commorans, qui in dicto Oppido coram Scabinis noſtris ipſius Oppidi debitum contraxerit, ſeu cautionem fidejuſſoriam præſtiterit; (1) volumus & dictis Burgenſibus noſtris indulgemus, quod Judex ille, ſub cujus juriſdictione moram traxerit, ipſum debitorem aut fidejuſſorem ad requiſitionem ſæpedicti Oppidi noſtri rebus vel corpore compellat Lovanium intrare ſuper dictis debito ſeu fidejuſſione rationem obſervaturum.

3. ITEM ſtatuimus & eis concedimus, quod quotieſcumque in Oppido prædicto talliam ſtatui contigerit, quod Scabini præfati Oppidi ſimiliter aliis Burgenſibus dicti Oppidi talliam ſolvant.

4. ITEM volumus & ſtatuimus, quod operarii qui in Oppido prædicto pro mercede diurna operantur, ad ſonitum cujuſdam campanæ, quam ipſum Oppidum ad hoc ordinabit, in mane ad opus ſuum vadant, & in ſero denuo opus, ad præfatum ſonitum, relinquant, ſub pæna à dicto Oppido ſuper hoc ſtatuenda.

5. PRÆTEREA ſi litem aliquam in dicto Oppido, qualiſcumque exiſtat, contingat oriri, quod abſentes volumus conſanguinei, inceptoris ſeu rei illius litis, à die illa ſeu nocte illa in qua dicta lis acciderit, Auctoritate noſtrâ treugas habeant per diem illam totam & noctem ſequentem, vel per noctem illam totam & diem ſubſequentem.

6 ITEM volumus & ſtatuimus, quod quilibet reus litis, unâ die ante diem exitûs treugarum ſuarum, treugas petat, vel alter ex parte ſua, ſub pæna quadraginta ſolidorum Lovanienſium.

DE omnibus autem foreſactis & ſingulis provenientibus de Articulis in hac Charta conſcriptis, una medietas Nobis cedet, reliquâ medietate dicto Oppido liberè remanente.

ET ut præmiſſa ſingula & univerſa à Nobis & noſtris Succeſſoribus ſæpedicto Oppido perpetuò inviolabiliter obſerventur, Nos eidem Oppido præſentes Litteras Sigillo noſtro concedimus patenter ſigillatas.

DATUM anno Domini M.CC.LXXXII, Sabbato antè Nativitatem B. Mariæ Virginis. 128

(1) IDem ſtatuerunt ac ampliarunt Diplomatibus ſuis JOANNA Duciſſa Brabantiæ 4. Decembris anno 1385. ANTONIUS Dux Brabantiæ 11. Martii 1407 qui in diſſidio quod ſuper hoc erat inter Lovanienſes ac Bruxellenſes ab una, & Antverpienſes ab altera parte, pro primis decîdit. CAROLUS AODAX Dux Brabantiæ 11. Octobris 1469. CAROLUS V. Imperator & Dux Brabantiæ 19. Decembris 1537. Quod deinde variis ſententiis eſt confirmatum & corroboratum, uti videre eſt in Archivis Oppidi Lovanienſis.

CAPUT CXCVIII.

Acta exemptionis ab onere Menſæ Abbatialis pro Cœnobio Beatæ Urſulæ viâ vulgo Halfſtraete *Lovanii.*

Versa à Gallico.

RELATIS ad Imperatorem Regem Catholicum Libellis Abbatiarum & Monaſteriorum, ac titulis his conceſſis à Supremis Belgii Principibus glorioſis Predeceſſoribus ſuis, quibus eximuntur ab onere præbendarum ſeu Menſæ Abbatialis: & viſis ea de re Litteris patentibus à Joanne Duce Brabantiæ datis in Caſtro Turnautano 17. Decembris 1420. item Litteris Philippi Ducis itidem Brabantiæ datis in hac Urbe Bruxella 14. Octobris 1428. & aliis Litteris patentibus Philippi Ducis Burgundiæ

&

& Brabantiæ in hac dicta Urbe datis 24. Aprilis 1431: quibus Superior & Religioſæ Conventûs Beatæ Urſulæ viâ vulgo *Halſſtraete* Lovanii in Belgio & Ducatu Brabantiæ declaratæ ſunt exemptæ: Imperatoria Majeſtas Decreto ſuo Regio dato Viennæ 26. Octobris currentis anni, dicto Cœnobio Beatæ Urſulæ confirmavit poſſeſſionem exemptionis memoratæ: mandans ut impoſterum hoc Cœnobium non accenſeatur Cœnobiis & Abbatiis dicto oneri præbendæ ſeu Abbatialis Menſæ ſubjectis occaſione inaugurationis Principum Belgii. Mandat omnibus ad quos pertinebit ut exactè tenorem hujus obſervent.

Actum Bruxellis ſub Sigillo privato ſuæ Majeſtatis 17. Decembris 1720. *Erat paraphatum* Eliſ. vt. & *Signatum* J. B. de Heems. 1720

CAPUT CXCIX.

Balduinus, *Awidis Filius, quatuor Vicarios ſeu Sacerdotes inſtituit in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi, anno* 1174. *cum approbatione* Everardi *Tornacenſium Epiſcopi.*

In nomine Sanctæ & Individuę Trinitatis Patris & Filii & Spiritûs Sancti, Amen.

Ego Everardus, Dei miſeratione Tornacenſis Epiſcopus, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Notum ſit omnibus, quod Balduinus, Awidis Filius, in Eccleſia Virginis Mariæ Tornacenſis quatuor Sacerdotales Canonicas de rebus ſuis ordinavit.

Quarum primam, quæ ad Sanctum Joannem deſerviri debet, de Domo ſua plumbo tecta & de hoſpitibus qui ſunt in Vico Gertrudi Caponis conſtituit; ita tamen, quod alicui Fratrum ſuorum, poſt obitum ipſius Balduini, Domum prædictam cum uno tantùm hoſpite, ad viam ipſi Domui faciendam pretio centum marcarum redimere licet, & de illis centum marcis redditus ad opus Sacerdotis prædictam Vicarìam deſervientis comparabuntur.

Idem quoque Balduinus alteram Canonicam ad altare Beatæ Margaretæ deſerviendam de Domo ſua ultra Scaldim ab anteriori Vico uſque ad poſteriorem porrectam, & de furno qui fuit Remigii de Allaing, compoſuit; eâ tamen conditione, quod Fratri ſuo Domum, abſque furno, pretio centum marcarum ad ſe licitum eſt revocare; undè Sacerdoti in loco prædicto miniſtranti redditus adquirantur.

Sciendum quoque eſt, quod Balduinus Canonicam illam, ſi ſibi libuerit, vel ſi ſibi neceſſitas ingruerit, hoſpes tantùm & incolumis mutare poterit, reliqua verò manebit.

Prædictus quoque Balduinus duas alias Canonicas ad Sanctum Michaëlem & Beatam Mariam Magdalenam de duodecim Bonariis terræ & dimidio, quos à Filiis Rayneri de la Bruiere emiſſe comprobatur, ordinavit; & præterea manſum Robaudi cum ſuis appendiciis addidit, & quinquaginta & octo marcas, quas cum Waltero de Salines & Alſerico ſuper terram Nicolai de Ramerues præſtitit.

Insuper adjunxit, & Domum quæ fuit Rainerii Belliparii appoſuit, hoc pacto; quod in hac Domo vitâ ſibi comite, manſionem habebit; ſi autem manſi illius fortè pars aliqua locata fuerit prædicto vivente Goſſuino, locationis pretium ad Canonicas prædictas transferetur.

Alteram quoque harum Canonicarum Balduino ſano & incolumi mutare licebit; reliquam verò minimè; & tum Canonica manens medietatem censûs, de quo duæ fieri debebant, ſibi retinebit.

Deinde ſciendum, quod ſi illæ quatuor Canonicæ immutatæ manſerint, ſeu duæ tantùm ſuperſtites fuerint, Presbyteri eas deſervientes prædictos redditus ex æquo divident; ita quod nullius eorum portio alterius portioni prævalebit: hiique Presbyteri ſervitium in Eccleſia perenniter exhibere debent, ſicut & illi qui de ſinu Eccleſiæ eſſe perhibentur; qui ſi fortè circa ſervitium Eccleſiæ negligentes fuerint, ad nutum Decani & Capituli abſque reclamatione beneficio privari poſſunt.

Decanus quoque Tornacenſis Canonicas illas aſſenſu Capituli contradere debet.

Præterea ſciendum, quod prædictis quatuor Presbyteris, vel duobus, ſi duo tantùm fuerint, idem Balduinus viginti marcas contribuit; ut Presbyteri illi de redditibus illo comparatis argento duabus lampadibus oleum perpetuò provideant.

Et hoc certum ſit, quod nulli niſi Fratribus Balduini prædictos redditus redimere licet.

Et ut hoc ratum & inconcuſſum permaneat, præſentem Paginam Sigilli noſtri appoſitione, & teſtium qui interfuerunt ſubſcriptione communimus, Authoritate Nobis à Deo traditâ prohibentes, & maledictionis anathemate ferientes omnes illos, qui ea infirmare, vel eis aliquo modo contraire præſumpſerint. 1174

Actum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto, Ordinationis noſtræ ſecundo.

CAPUT CC.

Stephanus *Tornacenſis Epiſcopus Fundationem à* Balduino *factam in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi, de qua Cap. præcedenti, confirmat anno* 1193.

Stephanus Dei gratiâ Epiſcopus Tornacenſis, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos Litteræ noſtræ pervenerint, in perpetuum.

Ea quæ ad honorem Dei in Eccleſia ſtatuuntur, numquam meliùs perveniunt ad poſteros, quàm ſi tenaci memoriæ ſcriptis fideliter imprimantur.

Eapropter univerſitati fidelium præſentium ſignificatione innoteſcimus, quod cum Balduinus Awidis Filius civis Tornacenſis poſſeſſiones quaſdam, quas propriis præſens exprimit pagina vocabulis, Beatæ Mariæ Tornacenſis Eccleſiæ piâ ductus devotione jure perpetuo poſſidendas contuliſſet, ut ſibi & Parentibus ſuis ad ſalutem cederet animarum; ita eſt à Capitulo Eccleſiæ memoratæ de voluntate ipſius Balduini perpetuâ ſtabilitate ſancitum, ut annui earumdem poſſeſſionum proventus in ſeptem partes æquales per manum Capituli annis ſingulis dividantur; & quinque illarum quinque Sacerdotes, qui in Altaribus Glorioſæ Virginis Genitricis Dei Mariæ extra Chorum, Beati Michaëlis, Beati Joannis Baptiſtæ, Beatæ Mariæ Magdalenæ, Beatæ Margaritæ, intra ipſius Eccleſiæ ſepta conſtructis, quotidie Divina teneantur Officia celebrare, percipiant annuatim;

Sexta verò & ſeptima infirmorum, intra ipſius Urbis terminos decumbentium, ac leproſorum de valle debent uſibus deputari.

Quod ſi prædictorum quinque Sacerdotum quilibet ſervientium Eccleſiæ, cui nocte dieque aſſidui eſſe tenentur, neglexerit, vel aliter inveniatur indignus, ſive in alia fortè Eccleſia Beneficium fuerit aſſecutus, liberum erit Capitulo ac licitum, ipſum & ab Officio Altaris, & à Beneficio & ab ingreſſu Chori ſine reclamatione qualibet amovere: ſed eorum quolibet ſic vel per deceſſum .... ipſum ſe Capitulum teneri non dubitet, Presbyterum & non alium loco deſtituti ſine dilatione fruſtratoria ſubrogare.

Possessiones itaque, quas jam dictum Balduinum contuliſſe prædiximus, hæ ſunt: Domus ipſius lapidea in Parochia S. Piati cum furno & hoſpitibus ſuis circa Domum ipſam manentibus, & promerium cum Curte, & totum ædificium intra Curtem; quatuor etiam Domus Lapideæ ante Beatæ Mariæ Eccleſiam conſtructæ cum hoſpitibus & appendiciis ad ipſas pertinentibus.

Similiter furnus & hoſpites omnes ad ipſum Balduinum in Vico S. Martini pertinentes.

Item furnus ejuſdem & Domus & totum manſum in Vico Pontis, cum Domo etiam & toto manſo ultra Scaldim ſe pertingente.

Insuper quatuordecim jugera terræ arabilis in Parochia S Brixii jacentis; tria ſimiliter manſa ultra Scaldim.

Adjecit ad hæc ipſius benignitas Capituli, ut duo Bonaria terræ arabilis, viginti & ſex ſolidi, & quinque capones annui ex permiſſione Capituli de piis eleëmoſynis acquiſiti memoratis Presbyteris in augmentum ſui beneficii perpetuò accedant.

Verum quidquid ſibi vel Altaribus quibus deſerviunt in celebratione Divinorum fuerit oblatum, Parochiali Presbytero in Altari Beati Nicolai pro tempore miniſtranti totum fideliter reſignabunt, nihil inde penitus habituri.

Nihilominus etiam omnes alias obventiones in rebus mobilibus, ſeu immobilibus, ad ſe quocumque titulo pertingentes Capitulo reſignare teneantur, tertiam tantùm partem in ſortem ſuam de miſericordia recepturi.

Ne igitur prædicta conſtitutio oblivione deleri valeat inpoſterum aliquatenus vel infringi, præſentem Paginam ad petitionem ſæpedicti Balduini Sigillo noſtro ac Sigillo Capituli memorati fecimus roborari.

Datum Tornaci ſecundo Kalendas Junii anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCIII. Conſe- 1193.
crationis noſtræ anno primo.

F I N I S.

CAPUT CCI.

Balduinus V. *Comes Hannoniæ concedit anno* 1178. *Privilegia Abbatiæ Aquicinctinæ Ordinis S. Benedicti in Epiſcopatu Atrebatenſi, pro Villis de* Obercicourt *&* Peskencourt.

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

IN nomine S. Salvatoris. Ego Balduinus Hainoenſium Comes, univerſitati fidelium tam futurorum quàm præſentium ſalutem, proſperitatem & pacem.

Quia ſervos Domini litigare non oportet, eorum paci & quietudini Nos juſtum eſt diligentiam adhibere, & diutinas eorum poſſeſſiones non infirmare, ſed potiùs confirmare.

vide ſupra pag. 163.

Eapropter omnibus notum volo fieri quod * Aquicinctenſis Eccleſia temporibus Anteceſſorum meorum Villas *Obercicourt* & *Peskencourt* liberè poſſedit & quietè, & tam in ipſis Villis quàm in Villarum habitatoribus ſeu rebus eorum me juris quipiam confiteor non habere.

Volo igitur & concedo, ut homines Villarum prædictarum, qui terram inhabitant Eccleſiæ memoratæ, ſuâ perpetuò potiantur libertate: quandoquidem in nullo negotio michi vel Succeſſoribus meis, etiamſi fuerimus in equitatu vel exercitu, ſunt alicujus angariæ debitores.

Quod ſi etiam aliqua de causâ ad me refugium habere voluerint, ad me non pertinebit eos aliquatenus ſuſcipere, niſi Eccleſiâ permittente.

Hujus itaque rei veritatem à Me & à * Margareta Conjuge mea cum liberis noſtris cognitam omnibus trado cognoſcendam. Et ne contingat in futurum ſuper huc aliquatenus Eccleſiam perturbari, præſens Scriptum Sigilli mei impreſſione munitum Fratribus Aquicincti tradidi propter pacis cuſtodiam conſervandum, ſubſignari faciens Baronum meorum nomina, qui interfuerunt cognitæ veritati.

* Margareta ſoror Philippi Alſatici Comitis Flandriæ

Euſtacius de Rueth,
Hauvellus de Cbevren,
Almannus de Prouvi,
Balduinus Caſtellanus de Mons,
Goſſuinus de Tulin,
Robertus Libailes.

Actum anno Incarnati Verbi M. C. LXXVIII. 1178.

CAPUT CCII.

Joannes Gistellæ *&* Anglomonasterii *Dominus, Fundationem Prioratûs Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Parochia ac Feudo ſuo de* Elſeghem *apud Aldenardam, incboatam à* Bernardo de Boſſcho *&* Joanne de Rokeghem, *confirmat anno* 1416.

EGo Joannes Gistellæ (1) & Engelmunſterii (2) Dominus notum facio univerſis, quod dilectus noſter Familiaris Bernardus à Bosscho Nobis ſcerit indicare, ſibi intentionem & propenſionem eſſe fundandi atque exſtruendi Monaſterium Religioſorum Divi Auguſtini, quos vocant Canonicos Regulares, & in hunc finem concedendi Ordini prædicto, ad in eo præmemoratum Monaſterium ædificandum, quoddam feudum cum Domicilio, in 15. circiter jugera extenſum, cum omnibus ſuis appendentiis, item partes alias bonorum hæreditariorum, à Conſanguineo noſtro, Milite Joanne de Rokegem, ſub Nos dependens in Parochia (3) Helſegemii, prout patet ex certis Litteris amortiſationis; quod prædictus Miles Joannes de Rokegem univerſum hoc Sigillo ſuo confirmavit.

Hinc in honorem Dei Omnipotentis, & ad promovendum zelum & devotam inclinationem prædicti Bernardi, tamquam ſupremus ſupra memorati feudi Dominus aliarumque partium bonorum hæreditariorum dependentium à Milite ſupra dicto Joanne de Rokegem, tam pro Nobis, quàm pro Hæredibus noſtris, in prædictam amortiſationem conſentire & annuere voluimus, prout per præſentes conſentimus & annuimus, formalitatibus omnibus ac modis, quibus prædictus Miles Joannes de Rokegem eidem amortiſationi annuit atque conſenſit.

Et quoniam Ego Joannes Giſtellæ & Engelmunſterii Dominus deſidero tam Nobis quàm Hæredibus noſtris in perpetuum hujus rei exſtare memoriam, haſce Litteras Sigillo noſtro Signavi.

Actum XII. Julii anno Domini M. CCCC. XVI. 1416.

Sequuntur Litteræ Joannis Burgundiæ Ducis ac Flandriæ Comitis, quibus prædictæ Fundationi ac bonorum amortiſationi aſſenſum præbet; ſed deeſt Litterarum initium.

ET ſicut idem Bernardus abdicare ſe non poſſet de eodem feudo, illudque transferre in prædictos Canonicos, abſque eo quod eſſet per Curiam amortiſatum, juxta conſuetudines Flandriæ, emanato quondam hac de re Conſtituto Colendiſſimi Domini noſtri ac Avi (4) Ludovici (cui Deus indulgeat) Comitis Flandriæ, ſine noſtra venia & conſenſu, ſic, prout dicit, Nos pro hac re humiliter ſupplicat. Hinc eſt quod Nos, prædictis omnibus conſideratis, & unicè volentes incrementa & fundationes Eccleſiarum, in quibus Divinum peragitur Sacrificium, in favorem prædicti Divini cultûs, ut Nos & Chariſſima noſtra Uxor, (5) ac Liberi participes fiamus piarum precum & orationum dictorum Canonicorum Regularium, & omninò inclinantes in ſalutare propoſitum & voluntatem ſupplicantis, de certa noſtra ſcientia ac plenitudine poteſtatis & auctoritatis ſubſcripſimus, conſenſimus & aggregavimus prædictas ſupplices, prout per præſentes ex ſpeciali gratia denuò ſubſcribimus, conſentimus, aggregamus & confirmamus, & per haſce prædictum feudum in perpetuum amortiſamus, in quantum ad Nos attinet aut attinere valet, ita ut prædicti Religioſi tam pro præſenti, quàm pro futuro nunquam cogendi ſint ſeſe dicto feudo abdicare aut renuntiare, & Nobis ac Succeſſoribus noſtris ullos deſuper cenſus aut financias ſolvere, quæ ex conſideratione prædictorum per præſentes ſupplicanti conceſſimus & remiſimus.

HINC in mandatis damus dilectis ac fidelibus Adminiſtris Cameræ noſtræ Rationum Inſulenſis, ſummo Baillivo Flandriæ, Baillivis Aloſtanis & Aldenardenſibus cæteriſque aliis Miniſtris & Officialibus, vaſſalis, & ſubditis, & quibuſcumque delegatis, præſentibus & futuris, & unicuique eorum ſpecialiter, prout ad illos quoquo modo pertinebit, ut receptâ in manus abdicatione & renuntiatione dicti feudi, illud ſecundùm jura & regionis conſuetudines transferant in dictos Canonicos, prout in caſu ſimili uſus obtinet, non obſtante Statuto ſupra dicto:

INSUPER, ut per præſentem noſtram gratiam, confirmationem, amortiſationem, & recepiſſam permittant & concedant dicto Bernardo, Canonicis ac eorum Succeſſoribus uti & frui plenariè ac pacificè dicto feudo, abſque ulla moleſtatione & turbatione nunc & in perpetuum; ſic enim fert noſtra voluntas.

ET ut idem; certum ratumque exiſtat, præſentibus appoſuimus Sigillum noſtrum ſecretum in abſentia Sigilli magni: ſemper ſalvo jure noſtro ac aliorum.

DATUM in Civitate noſtra Inſulenſi menſe
Auguſto, anno gratiæ milleſimo quadringente- 1416
ſimo decimo ſexto; per Dominum Ducem (6) noſtrum, præſente Epiſcopo in Bethlehem: (7)

Signatum:

G. DE MARC.

NOTATIONES.

(1) GISTELLA. Vide Stemma Genealogicum DD. Giſtellæ in Miræo pag. 774.

(2) ENGELMUNSTER, Vicus, nunc Baronatus Flandriæ in Caſtellania Cortracenſi; cujus Altare ſeu jus Patronatûs datum fuit Capitulo Harlebacenſi. Vide ſupra pag. 971.

(3) ELSEGEM. Vicus eſt Flandriæ prope Aldenardam ſub Diœceſi Gandavenſi, in quo ſitus Prioratus B. M. Virgini ſacer Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini ſub Capitulo Windeſemenſi. Fundatorem habuit anno 1416. Nobilem Virum *Bernardum à Brakle* dictum *à Boſco*, Equitem & Oppidanum Aldenardenſem: non vero Joannem Eggaert, uti malè allegavit Sanderus, in Deſcriptione Flandriæ, cum Eggartius iſte fuerit primus Prior Monaſterii.

Ita Regiſtrum Monaſterii.

Idem Bernardus pro prima Fundatione hujus Prioratûs contulit quindecim bonaria terræ arabilis (uti patet ex citato Diplomate) lignaque de nemore ſuo ad extructionem locorum regularium. Tandem poſt varia alia conceſſa beneficia, nullis ex Conjuge ſua Heilzoeta de Sikelen liberis ſuſceptis, anno 1437. ſenex vivere deſiit.

Alter Benefactor fuit Joannes de Brakle, ſeu de Boſco, germanus Frater Bernardi, qui ex Conjuge ſua Agnete de Wavels plures poſteros reliquit, quorum plures in præfato Cœnobio Anniverſaria aliaſque Fundationes reliquerunt, ſibique ſepulturam elegerunt.

Ex eadem Familia, quæ olim etiam de Cortraco vocabatur, fuit Theodoricus de Braeckel Abbas Illuſtris Monaſterii S. Gertrudis Lovanii, qui obiit anno 1488. Poſtremus Familiæ & Nominis hujus, D. Georgius de Brakle Toparcha de Willecome, Pricms &c. anno 1646. ſine liberis obiit. Soror ejus & heres Franciſca de Brakle nupſit Jacobo le Prevoſt dicto de Baſſerode, eique Filium unicum peperit Georgium Hiacinthum, qui pariter obiit nulla prole relictâ. Hinc Maria Jacoba le Prevoſt dicta de Baſſerode Soror defuncti, hereditatem per nuptias tranſtulit anno 1677. in Franciſcum de Brune Equitem, cujus Familia hodieque claret Gandavi.

(4) LUDOVICUS MALEANUS, Comes Flandriæ; obiit anno 1384.

(5) MARGARETA, Bavariæ Ducis Filia.

(6) JOANNES INTREPIDUS, Burgundiæ Dux, Comes Flandriæ &c.: anno 1419. Septembris 10. per nefariam proditionem juſſu Delphini Gallici, Monaſterolii (vulgo *Montereau-faut-Yonne*) crudeliter trucidatus.

(7) Is erat JOANNES MARCHANT ex Ordine FF. Prædicatorum S. T. Doctor, Confeſſarius Joannis Intrepidi Burgundiæ Ducis, nec non Epiſcopus Bethlehemitanus (cujus reſidentia eſt Clamecii ſub Diœceſi Nivernenſi in Gallia) in fata conceſſit anno 1422, ſepultus apud FF. Prædicatores Inſulenſes.

CAPUT

CAPUT CCIII.

JOANNES CHEVROT, *Epiſcopus Tornacenſis concedit anno* 1458. PETRO BLADELIN *Viro Nobili, Ordinis Aurei Velleris Theſaurario, Erectionem novæ Parochiæ in novo Oppido Middelburgenſi in Flandria per eum inſtauratо.*

JOANNES miſeratione Divinâ Epiſcopus Tornacenſis honorabili Viro in Chriſto Nobis dilecto, PETRO BLADELIN Domino temporali loci ſive Caſtri de *Middelburgh* vulgariter nuncupati, infra metas Parochiæ de *Heyle*, noſtræ Dioceſis, conſtituti, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum fructu bonorum operum & illorum ſemper incremento, cæleſtis amor patriæ mentes noſtras ſic allexiſſe percipitur, ut quaſi hoc ſolum delectationem Nobis tribuat, quod Divinæ voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarum. Procedit ex hoc, quod, ſicut ex Paſtoralis Officii Cura tenemur, circa fidelis populi Nobis commiſſi devotionis augmentum attenti ſemper & vigiles inveniri volentes, veſtris piis petitionibus favorem largiri benevolum debeamus.

VESTRIS igitur devotis ſupplicationibus pio paterno amore inclinati, ut in Eccleſia, quam de noſtra licentia & conſenſu apud dictum locum de *Middelburgh* noviter conſtrui & erigi feciſtis, Miſſæ etiam altâ voce & cum nola per notos & idoneos Sacerdotes debitè celebrari & omnes Horæ diurnæ pariterque nocturnæ decantari valeant, nec non cæmiterium pro ſepultura, fontes pro ſacri Baptiſmi collatione & Ciborium pro Sanctiſſimæ Euchariſtiæ reverenti incluſione apponi applicarique & conſervari poſſint; in & ex quibus, tam Baptiſmi, quàm & Euchariſtiæ & extremæ Unctionis, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta, nec non ſepulturæ per Rectorem dictæ Parochialis de *Heyle* pro tempore exiſtentem, vel ejus vices gerentem ritè admiſſum, vel alium idoneum Sacerdotem (de dicti tamen Rectoris vel ejus vices gerentis licentia) indigentibus & devotè petentibus, licitè valeant miniſtrari, harum ſerie indulgemus facultatem & licentiam impertimur; jure tamen Parochiali, & quolibet alieno in omnibus ſemper ſalvo.

IN cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

DATUM Inſulis, dictæ noſtræ Dioceſis, anno Domini M. CCCC. LVIII, menſis Auguſti die decimo octavo. 1458.

CAPUT CCIV.

GUILIELMUS FILLATRIUS *Tornacenſis Epiſcopus, Privilegium à* JOANNE *Prædeceſſore ſuo Cap. praced. conceſſum* PETRO BLADELIN *Domino Middelburgenſi, ſuper Tranſlatione Parochiæ de* Heyle *in Caſtrum de* Middelburgh, *confirmat & approbat anno* 1460.

GUILIELMUS miſeratione Divinâ Tornacenſis Epiſcopus, honorabili Viro Nobis in Chriſto dilecto PETRO BLADELIN Domino temporali loci ſive Caſtri de *Middelburg*, infra metas Parochiæ de *Heyle*, noſtræ Dioceſis, conſtituti, ſalutem in Domino ſempiternam.

CUM pridem bonæ memoriæ Dominus JOANNES Epiſcopus Tornacenſis Prædeceſſor noſter, ut in Eccleſia, quam noviter, unà cum cœmiterio, fonte, campanili & aliis appendiciis, de ipſius authoritate, & conſenſu Curati loci, in hoc expreſsè conſentientium, in dicto loco veſtro de *Middelburgh* conſtrui & erigi feciſtis, Miſſæ & omnes Horæ Canonicæ dietim decantari, infantes Baptiſari, defuncti ſepeliri, & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta per Rectorem Eccleſiæ Parochialis de *Heyle*, aut alium de ejus licentia, ſicut & in eadem Parochiali Eccleſia de *Heyle*, petentibus ad miniſtrari valeant, (jure Parochiali & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo) conceſſerit; prout hæc & alia in Litteris ipſius Prædeceſſoris noſtri pleniùs continentur;

CUMQUE omnes Parochiani, vel ſaltem major pars Parochiæ de *Heyle*, attentis Authoritate, conſenſu & ſervitio prætactis, relictâ propriâ Eccleſiâ Parochiali, ad hujuſmodi Eccleſiam novam, ad Divina audienda, & Sacramentalia ſuſcipienda, devotiùs confluant, & accedant frequentiùs; ſicut ex fide digno teſtimonio didicimus;

HINC eſt, quod Nos populum fidelem Nobis commiſſum, in continuo devotionis incremento, prout ex noſtri Paſtoralis Officii Cura Nobis incumbit, indeſinenter fovere cupientes, veſtris petitionibus Paterno favore inclinati, omnia & ſingula per præfatum Prædeceſſorem noſtrum conceſſa approbamus & ratificamus.

Jus Parochiale dictæ Eccleſiæ de *Heyle* in & ad hujuſmodi novam Eccleſiam loci veſtri de *Middelburgh*, Authoritate noſtrâ Ordinariâ, quantum in Nobis eſt, transferimus: & ad eamdem tanquam ad Parochialem Eccleſiam loci de *Heyle* recurrendum & accedendum fore decernimus; dummodo ad hoc dumtaxat Patroni, Curati, & majoris partis Parochianorum loci conſenſus advenerit.

Insuper Mandata & Litteras Curiarum noſtrarum Tornacenſis, Brugenſis & Ardemburgenſis, quæ hactenus in Eccleſia de *Heyle* denunciari conſueverunt, amodo in dicta nova Eccleſia tamquam in Parochiali Eccleſia loci de *Heyle*, denunciari, publicari & executioni demandari volumus per præſentes.

Datum Bruxellæ Cameracenſis Diœceſis, ſub Sigillo Cameræ noſtræ in abſentia, anno Domini M. CCCC. LX, more ſcribendi Gallicano, menſis Martii die octavâ. 1460.

CAPUT CCV.

Abbas S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi, Patronus Eccleſiæ de Heyle, *conſentit in Erectionem novæ Eccleſiæ Parochialis Middelburgenſis in Flandria anno* 1460, *juxta Fundationem factam à* Petro Bladelino, *de qua Cap.* 203. *&* 204.

Universis præſentes Litteras inſpecturis Jacobus, permiſſione Divinâ Abbas Monaſterii S. Bavonis juxta Gandavum, Ordinis S. Benedicti, Tornacenſis Diœceſis, ſalutem in Domino.

Cum notitia veritatis infraſcriptorum congaudentes, exultamus in Christo Jesu, cum illius favente clementiâ, qui ſuper omnes gentes excelſus in altis habitans in cælo, & in terra reſpicit oculo pietates mentes fidelium ab ipſo Divino amore ſuccenſas, conſpicimus quod in talibus devotionis & charitatis operibus ſe exercent, per quæ multorum creſcit devotio, cultus augetur Divinus, & animarum ſalus procuratur.

Sane quidem generoſus ac præpotens Vir Petrus Bladelin Dominus temporalis loci de *Middelburgh* in Flandria, metuendiſſimi Domini noſtri Burgundiæ Ducis Conſiliarius, ſui Hoſpitii Magiſter & ſui Ordinis Aurei Velleris Theſaurarius præcogitans fragilitatis humanæ conditionem ſtatûs certitudinem non habere, ſed quod eſſe videtur in ea, tendere potiùs ad non eſſe, providentiâ ſuadente diſcretâ, & diſcretione providâ conſulente, terrena ac tranſitoria cum ſpiritualibus & perpetuis bonis permutare intendens, Nobis Litteras Reverendi Patris in Chriſto & Domini * Guilielmi, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Tornacenſis Epiſcopi moderni, quibus noſtræ Litteræ præſentes ſunt affixæ, præſentavit; Nobiſque humiliter ſupplicavit, quatenus in ſuo propoſito gratioſè annuentes, noſtrum conſenſum & aſſenſum, juxta tenorem & formam Litterarum earumdem, impartiri vellemus & dignaremur.

* Vide Diplom. præced.

Nos igitur, qui circa fidelis populi devotionis augmentum vigiles & attenti ſemper inveniri volumus, ſuis piis ſupplicationibus inclinati, & illis piè annuentes in omnibus & ſingulis, prout & quemadmodum in prædictis Reverendi in Chriſto Patris Domini Guilielmi Tornacenſis Epiſcopi Litteris habetur & continetur, in quantum hoc de jure poſſumus & debemus, conſenſum pariter & aſſenſum præbuimus, & præbemus per præſentes.

Nobis nihilominus noſtriſque Succeſſoribus, jure noſtri Patronatûs in omnibus, & cujuſlibet alterius jure ſemper ſalvis. Hoc adjecto, quod dictus Petrus Bladelin, omnia & ſingula, in quadam papyri Cedula contenta, manu ſuâ propriâ ſubſcripta & ſignata, & deſuper dotatione tam novæ, quoad Presbyteros inibi ſervientes, ac veteris & Matricis Eccleſiarum, quoad * Sorores ibidem inſtituendas, Nobis exhibitâ, juxta formam & tenorem ejuſdem Cedulæ, infra tres annos à data præſentium computandos, adimplebit realiter & cum effectu: quam quidem Cedulam penes Nos reſervabimus. Et ex cauſa

* Hoſpitalariæ.

Volumus inſuper, quod hujuſmodi noſtro conſenſu, ac in ſignum recognitionis juris noſtri Patronatûs prædicti, antedictæ Sorores ſingulis annis, in Feſto S. Bavonis, per ſe ſeu per aliam perſonam unam candelam ceream unius libræ, in dicto noſtro Monaſterio mittere & offerre teneantur.

Quisque Presbyter & alii Officiantes dictæ novæ Eccleſiæ de *Middelburgh* ſingulis annis pro Abbatis, Prioris & Conventûs præſentium & futurorum ipſius Monaſterii ſtatu felici, ipſo die S. Bavonis, de eodem S. Bavone ſummam Miſſam cum Diacono & Subdiacono, altâ & intelligibili voce ſolemniter cum cantu celebrare ſimiliter teneantur: alioquin ejuſmodi noſtri conſenſûs Litteræ nullæ ſint & invalidæ nulliuſque valoris & momenti.

Et ultra præmiſſa, pro pace, unione & concordia inter Presbyteros ibidem Officiantes confovendis, contentamur, quod idem Dominus de *Middelburgh* recompenſet Rectori loci emolumenta ex offertoriis quotidianis Miſſarum in eadem Eccleſia celebrandarum provenientibus, in quantum ipſe Rector id facere ſit contentus, ad finem, quod quilibet celebrans levet, habeat & recipiat ad ſuum commodum, utilitatem, & proprium uſum, præfata emolumenta abſque ulla contradictione.

In

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium præſentes noſtras Litteras Reverendi Patris Domini Guilielmi moderni Epiſcopi Litteris transfigi, noſtrique Sigilli juſſimus appenſione communiri.

Datum in Monaſterio noſtro prædicto, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, die penultimâ menſis Martii. 1460.

CAPUT CCVI.

Ferricus de Cluniaco *Tornacenſis Epiſcopus, dein S. R. E. Cardinalis, Fundationem Capituli ſex Canonicorum cum Cantore, à* Petro Bladelino *Equite inſtitutam in Middelburgo Flandriæ Oppido, approbat atque confirmat anno* 1480.

FERRICUS, (1) Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Tornacenſis Epiſcopus, univerſis & ſingulis Presbyteris, Clericis & Beneficiatis, & Habituatis quibuſcumque Eccleſiæ Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Middelburgenſis in Flandria, noſtræ Dioeceſios, ſalutem in Domino.

Vestra ſanè petitio Nobis exhibita continebat, quod cum nuper bonæ memoriæ Nobilis Miles Conſiliarius & Magiſter Hoſpitii Illuſtriſſimi Principis Domini (2) Caroli bonæ memoriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, Comitis Flandriæ &c. (3) Dominus temporalis dicti loci de (4) *Middelburgh*, ad honorem S. Trinitatis, glorioſæ Virginis Dei Genetricis Mariæ, BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac totius Curiæ Cæleſtis, in Divini cultûs augmentum, ac pro ſalute animæ ſuæ, ac animarum (5) Conjugis, Parentum ac Benefactorum ſuorum, fundaverit, erexerit, ac dotaverit præſatam Eccleſiam BB. Apoſtolorum Petri & Pauli Middelburgenſem, de conſenſu, authoritate & beneplacito (6) Prædeceſſoris noſtri immediati, in eadem ordinantis ſex Beneficiatos, per ſuas deſuper confectas Litteras & Patentes;

Illis tamen, atque Clero dictæ Eccleſiæ hueuſque per Prædeceſſorem noſttum præfatum, ac per Nos, tam de titulis ſuorum Beneficiorum, ordine, cerimoniis, ſtatutis & juribus, nondum fuit nec eſt proviſum ſeu proſpectum.

Quare humiliter Nobis ſupplicantibus, ut debitum Paſtoralis ſollicitudinis officium iis benignè dignaremur ordinare, ſtatuere & providere circa præfatam Eccleſiam & Suppoſita ejuſdem, decernendo dictos ſex Beneficiatos illius Eccleſiæ præfatæ eſſe verè Canonicos, Præbendatos & Beneficiatos, qui non eſſent ad nutum amovibiles, & dando vobis ordinem, ceremonias & Statuta convenientia.

Nos igitur veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, debitè de prætactis, ut decuit, & facultatibus dotationis informati, & per auxilium illius qui habitare facit unanimes in domo, ut ad laudem Dei & ædificationem plebis, in miniſterio poſſitis ſemper concordare Divino, Decreta, Statuta, cerimonias & ordinationes ſequentes, quas vos ſervare oportebit, Authoritate noſtrâ Epiſcopali & ordinariâ vobis damus & concedimus per præſentes;

Ex nunc pronunciando & decernendo, dictos ſex Beneficiatos per Dominum Militem Petrum Bladelin fundatos eſſe, & in perpetuum per ipſius Succeſſores promoveri debere, veros Canonicos Præbendatos perpetuos dictæ Eccleſiæ BB. Petri & Pauli Middelburgi noſtræ Dioeceſis.

Quam quidem Eccleſiam pro Collegio deinceps & Collegiata Eccleſia, Authoritate prædictâ erigimus, pronunciamus, dicimus & declaramus: freti eâ ſpe, quod virtutibus, devotionibus & miniſteriis veſtris, majora à Chriſti fidelibus pro vobis provenient charitativa ſubſidia, quibus Eccleſiæ veſtræ, & vobis magnum facietis incrementum, adinſtar Eccleſiarum & Collegiorum noſtræ Dioceſis, in quibus Chriſti fidelium devotio ſuas manus adjutrices dignoſcitur contuliſſe.

Istam igitur Erectionem, declarationem, pronunciationem, ordinationes, Decreta, Statutaque ſequentia à vobis & à veſtris Succeſſoribus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus obſervari, ſcituris, quod ſi transgreſſores in iis fueritis inventi, contra vos ut decebit procedemus, & procedi faciemus per eum ſeu per illos, quibus vices noſtras commiſerimus.

In inſtitutionibus autem Beneficiandorum, convocatis omnibus Beneficiatis dictæ Eccleſiæ, & ſolutis pro juribus receptionis dictotum Canonicatûs & Præbendæ 12. ſol. Pariſ. & pro Capellanis 6. ſol. Pariſ. & Habituatis 3. ſol. Pariſ. ad opus ærarii publici Eccleſiæ, jurabunt Beneficiandi coram eiſdem, quod Erectionem hujuſmodi, Privilegia, cerimonias, Decreta, Ordinationes & mandata noſtra ritè obſervabunt; omnem obedientiam Canonicam Nobis & Succeſſoribus noſtris, Curiæ noſtræ, Officiariis noſtris, ipſiuſque Eccleſiæ Cantori, eorum in Choro hujuſmodi Eccleſiæ Præſidenti, exhibebunt, fidelitatemque Presbytero Eccleſiæ & ſibi invicem præſtabunt.

1. Imprimis volumus, in quantum rationis & juris erit, inſequi, obſervari, & hîc inſerere (7) Ordinationes dicti Militis Fundatoris quoad obſequium Divinum præſtandum per dictos ſex Canonicos, Curatum, duos Capellanos & duos Cuſtodes hujus Eccleſiæ per eundem fundatos: quibus in Choro & Eccleſia ſicut aliis Beneficiatis aut Habituatis quibuſcumque præſentibus & futuris præerit Authoritate noſtrâ Senior Ca-

nonicus ut Cantor & Præſidens hujus Eccleſiæ tamquam Caput: à quo ordinem ſumat & fiat multorum congregatio ſecundùm Deum ordinata: cui tamquam Delegato noſtro ad officium ſpirituale exequendum per Nos commiſſo, ad minus ter in anno ii Beneficiati aut Habituati quicumque confiteri tenebuntur, & non aliis, niſi de ipſius licentia: ut valeat is pro prætactis ſibi commiſſis legitimam reddere rationem: quia ſibi obediri volumus & mandamus, ſecundùm formam & tenorem ſequentium Articulorum.

2. Item deferent hi ſex Canonici almutia griſea per Canonicos Eccleſiarum noſtræ Diœceſis deferri ſolita, unà cum Curato; Capellani verò rubea, & Habituati Presbyteri nigra de nigris pellibus, adinſtar noſtræ Eccleſiæ majoris: & hoc à Feſto Paſſchatis uſque ad Feſtum omnium SS, quando prætacti cappas aſſument ſuis in reſpectibus, juxta ritum, ut dictum eſt, Eccleſiæ noſtræ majoris, ubi non Presbyteri almutiis carent, ſic & cappis ſoderatis.

3. Item volumus, quod ii ſex Canonici, unà cum Curato, duobus Capellanis ac duobus Cuſtodibus, cum reliquis Habituatis præſentibus & futuris, ſingulis diebus in perpetuum in hujuſmodi Eccleſia de *Middelburgh* devotè & decenter, adinſtar Eccleſiæ noſtræ majoris, nec non aliarum Eccleſiarum Collegiatarum noſtræ Diœceſis, decantent ſeptem Horas Canonicas & Miſſam Majorem ad uſum & ſecundùm ordinarium Eccleſiæ noſtræ Tornacenſis; ita quod à Feſto Paſchatis uſque ad Remigii inchoent Matutinas horâ quintâ de mane, Primam verò horâ octavâ, cum continuatione reliqui ſervitii, & Nonam horâ ſecundâ cum dimidiâ &c. cum continuatione reliqui ſervitii, juxta diurnam exigentiam, continuando Veſperas, vel interponendo Vigilias. A Feſto verò Remigii uſque Paſſcha, incipient prætacti Matutinas horâ ſextâ, Primam horâ nonâ, continuando ſervitium, & Nonam horâ ſecundâ.

4. Item ſtatim poſt Sextam cantatam, ibunt ſingulis diebus ſinguli in hac Eccleſia Beneficiati vel Habituati ad ſepulturam dicti Fundatoris & ſuæ Conjugis: ubi pro animabus ipſorum voce ſubmiſſâ & piâ legent *Miſerere mei Deus*, & *De profundis*, cum Collectis pertinentibus. In diebus jejuniorum fient hæ Orationes ad ſepulchrum ſtatim poſt finitum ſervitium ante prandium. Et ſingulis annis, in diebus obitûs eorumdem, ſolemniter & devotè decantabuntur duo Anniverſaria, cum novem Lectionibus & Commemorationibus & Miſſâ de *Requiem*. Pro quibus, & orationibus ad ſepulchrum quilibet ſex Canonicorum habebunt ultra diſtributiones Horarum, de quibus infra dicetur, 48. groſſos Flandricos; quilibet capellanorum 24. groſſos, & quilibet Cuſtodum 12. groſſos annuè.

5. Item quilibet ſex Canonicorum, Curatus & quilibet Capellanorum prædictorum, qui intererit hujuſmodi Horis Canonicis & Miſſæ majori ab initio vel ſaltem ab inchoatione ſecundi Pſalmi cujuſlibet ipſarum Horarum, vel ad *Kyrie Eleiſon* Majoris Miſſæ, & illic perſeveraverit uſque ad finem, lucrabitur ſingulis diebus ad Matutinas 20. Mittas, ad Primam, Tertiam, Sextam, Miſſam majorem & Nonam, pro his Horis ſimul 16. ad Veſperas 8. & ad Completorium 4. & ad *Salve Regina*, quod in diebus Sabbathi poſt Veſperas in navi Eccleſiæ decantabitur, cum tribus verſiculis & Collectis ad hoc ordinatis, ſic & in omnibus Pro-feſtis B. Mariæ Virginis, quâlibet vice 8. Qui etiam in Miſſa majori, & in ſingulis Horis Canonicis diei comparuerit, habebit adhuc ex dono Fundatoris 12. pro quolibet die.

6. Item quilibet prædictorum Cuſtodum, qui juvabit pulſare & cantare prædictas Horas Canonicas, & illis interfuerit, ut præfertur, lucrabitur ad Matutinas 16. ad Primam, Tertiam, ſextam, Miſſam majorem & Nonam, pro his Horis ſimul 12. ad Veſperas 6. ad Completorium 2. & ad *Salve Regina*, diebus quibus ſupra 8. Reliqua autem jura, redditus & emolumenta quæcumque ad Cuſtodiam quovis modo ſpectantia, iidem duo Cuſtodes fideliter divident inter ſe.

7. Item ut devotio adſtantium ad Divina Officia ferventer augeatur, ſecundùm ordinata in pleriſque Eccleſiis noſtræ Diœceſis, Beneficiati & Officiati ac Habituati ipſius Eccleſiæ exiſtentes in Choro, deinceps ſtabunt capite diſcooperto ad inceptionem Horarum uſque ad *Gloria Patri* incluſivè: item ad omnes Collectas, Hymnos & *Pater noſter*, ſicut ad omnia Evangelia, ad *Credo*, ad Præfationes, ad *Sanctus*, ad *Agnus*, item ad *Gloria Patri*, quandocumque cantatur, præterquam ad Pſalmos. Sed ultra hæc flectendum erit in principio Horarum in Quadrageſima, & ad Preces omnium Feriarum totius anni.

8. Item ne adſtantium devotio diminuatur, non fient confabulationes tempore quo Divina Officia omnium Horarum & Miſſarum explentur: ſed permanebunt prætacti, aut Habituati quicumque in Choro, non deambulantes per Eccleſiam. Imò ſi aliquis extraneus, vel ab intra advenerit, qui loqui deſideret cum prætactis, aut aliquo eorum, talis illi loquetur ad partem & in ſecreto, qui quàm citò poterit redibit ad Chorum: ne ſæcularis populus malè ædificetur, aut Divinum Officium (cum pauci numero ſint) quovis modo diminuatur.

9. Item congregati in Choro devoti erunt, pſallentes in eodem reverenter & devotè in conſpectu Angelorum, abſque confabulationibus, cachinnis, riſibus; ſtantes cum vultibus verſus Chorum; nihil dicentes vel facientes, niſi quæ ad Officia Divina pertinent, præcipuè tempore decantationis; ut ſint Laïcorum exemplar; cum *Domus Domini ſit Domus Orationis. quam decet ſanctitudo in longitudinem dierum.* Nihil etiam legant alienum, ne aliorum devotionem impediant vel perturbent. Si etiam contingat ſæculares aliquos Clericos vel Laicos hujuſmodi Chorum intrare in veſte communi, ſtabunt ibidem ſeorſim, & ſeparati à Clericis, qui veſtem deferunt nuptialem.

10. Item ſedeat quilibet Habituatus in Choro, ſicut ſedet in Capitulo; quilibet Canonicus verò ſecundùm ſui inſtitutionem. Et quilibet incipiet Antiphonam ſecundùm ordinem ſuæ inſtitutionis, & in ſuo loco; niſi quis ſit impotens vel infirmus, vel aliquâ aliâ legitimâ causâ impeditus.

11. Item Cantor in quatuor principalioribus anni, & hujus noſtræ Dioceſis Feſtivitatibus Officium Chori, Veſperarum videlicet & magnæ Miſſæ cum Collectis & Capitulis Horarum expleat, ſive nomine proprio, ſive illius, cujus tunc ex prætactis Canonicis turnus extiterit; in ſignum præeminentiæ ejuſdem & ad diei ſolemnitatem: ſalvo tamen, quod alter ex Canonicis, qui tunc ex turno eſſet, dictam Miſſam, vel Officium Horarum facturus, pro dicto Cantore vices ſuas alio tempore reſtauret.

12. Item locum tenens Cantoris juxta intentionem Fundatoris Senior Canonicus exiſtit diebus illis, quibus Cantor hujuſmodî officium ſupremum exercere habebit, Chorum reget ſtando in medio Chori, & advertet ad cantum utrorumque laterum: ne unum latus velociùs vel tardiùs alio latere cantet: cum per talia ſæpe fiat diſcordia in cantu. Ad quod etiam attendat prætactus Cantor per totum annum, videlicet tam per ſe, quàm per tenentes Chorum ſuis in turnis. Et Feſtis principalibus duplicibus & novem Lectionum ſtabunt etiam prætacti Chorum tenentes, cum eorum conſociis à principio uſque ad finem: niſi legitimâ causâ ſuperveniente, quâ alter in eorum locum ſurrogetur, & ne Chorus per eos ſcandalizetur.

13 Item Officiantes in hac Eccleſia pro Horis tenendis, ſemper veniant in eam in ultimo pulſu: ne propter eorum tarditatem Chorus expectet. Sic & celebrans altam Miſſam, vel de *Requiem*, tempeſtivè exeat ad Altare cum Diacono & Subdiacono: & cum eodem Presbytero recedant in fine ſimul, debitè ſtantes, & officiantes reverenter & devotè, non deambulantes per Chorum, ſed quando Presbyter celebrans ſtat in Officio ſuo, ſint & ipſi ſtantes cum ipſo, quilibet in loco ſuo & Officio adminiſtrantes, prout eſt conſtitutum.

14. Item tempore decantationis Horarum, magnarum Miſſarum, vel *Requiem*, nullus de gremio Chori ſimul & ſemel celebret extra Chorum, & hoc propter paucitatem ſuppoſitorum: ne Chorus vacuus remaneat; & hoc niſi talis celebratio fieret Parochialis.

15. Item provideat ſe quilibet, qui habet legere, antequam legat, ne malè legat: ſimiliter qui habet cantare, antequam cantet, ne malè cantet: & ſi neſcit, diſcat; ne per ipſum Chorus ſcandalum patiatur.

16. Item dum contingit aliquem celebrare diebus Dominicis, vel aliquo tempore, in quo fit ſermo ad populum, celebret tunc ſilenter, & ſine aliqua pulſatione: nec fient tunc temporis aliquæ proclamationes, vel vanæ confabulationes, ne ſermo impediatur.

17. Item provideant dicti Cantor & Canonici de tabello in Choro, quo ſinguli Canonici, Capellani & Habituati Eccleſiæ ſciant ſuum turnum in miniſterio Divino, tam pro Miſſis, Horis, Lectionibus, Gradualibus & Reſponſoriis legendis & cantandis; ne multiplex indiſtinctio confuſionem faciat.

18. Item quia Nobilis Vir Dominus (8) Guilielmus Hugonet, Miles, Illuſtriſſimi Principis Domini Ducis Caroli Cancellarius, per ſuam extremam voluntatem, ad hoc legatum relinquendum prætactis Beneficiatis, voluit & ordinavit duobus diebus, videlicet Sabbatho & Dominico, *Salve Regina* cum duabus Collectis in ſui memoriam decantandum; quæ dies Sabbatbi per immediatum Prædeceſſorem Dominum de *Middelburgh* per ſimile *Salve* decantandum onerata erat; volumus tranſlatione & Authoritate noſtrâ, quod prætactus Cantor & Canonici hujuſmodi *Salve* per præſatum Hugonet fundatum transferant & cantent cum reliquis Curato, Capellanis & Cuſtodibus & Habituatis hujus Eccleſiæ, duobus ſequentibus coram B. Virgine diebus, videlicet Dominicis & Lunæ; ne prætactus Dominus Bladelin Fundator ſuo ſuffragio & ordinatione fruſtretur.

19. Item quod prætactus Cantor Authoritate noſtrâ per ſe habebitur ut Præſidens & Major Chori in Eccleſia, ſeu inter fundatos & Habituatos ejuſdem. Poterit is Cantor & debebit in ceremoniis Eccleſiæ præcipere & providere, ut decenter ſervitium Divinum fiat. Et hinc idem Cantor ſive Præſidens, ſingulis hebdomadis Feriis ſextis de mane, horâ ad hoc magis propriâ, ſingulos Beneficiatos & Habituatos dictæ Eccleſiæ, in Theſauraria ſive in loco Capitulari ejuſdem, ſi aliquis ſit, convocabit, & congregabit; ipſoſque exhortabitur ut bene & honeſtè vivant, ſecundùm eorum ſtatum & profeſſionem; & Officium eorum decenter impleant, caveatque unuſquiſque ab exceſſibus: verùm pro levibus alter alteri facilè veniam concedat, cum monitione alterutri fienda, vel in privato, vel in aliquorum præſentia, juxta Doctrinam Evangelicam. Quod ſi ſecus fiat, & ad graves exceſſus deventum fuerit, præmemoratus Cantor referet Eccleſiæ, hoc eſt, Nobis & Officiariis noſtris: quatenus ſic delinquentes adeo corrigantur & emendentur, quod cæteris omnibus poſſint eſſe in exemplum.

20. Item ſi aliquis Capitularium (quod abſit) iis Feriis ſextis ad Capitulandum ſtatutis non interſuerit, duos denarios perdet qualibet vice, & in eiſdem per dictum Cantorem & Capitulum condemnabitur: niſi licentiâ à dicto Cantore petitâ, neceſſariò talis abſens non potuiſſet intereſſe. Quod ſi binâ vice continuâ à Capitulo abeſſet die tali, pro qualibet vice duplum ſolvat: niſi per contemptum hoc omiſiſſet: quo caſu deferetur Curiæ noſtræ cum cæteris ſuis caſibus, vitâ & moribus, ut ibidem corrigatur & legem accipiat.

21. Item idem Cantor ſive Præſidens plumbos intereſſentibus Horis diſtribuet, & prætactas abſentias Capituli, ſic & Chori, juxta inferiùs

riùs notata, diligenter & fideliter notabit: etiam aditum Eccleſiæ inobedientibus interdicendo, ſi opus ſit, omni favore ſemoto; donec de hujuſmodi abſentiis & defectibus ſibi realiter & de facto ſatisfaciant; convertendo tertiam partem in ſuos proprios uſus & remuneratinnem ſuorum laborum: quia propter hæc etiam tenebitur injungere de Choro ſingulis Beneficiatis & Habituatis, quando & quoties juxta ſuos ordines ſibi videbitur expedire ut cantent, & ſe ad Reſponſoria, Antiphonas, & reliqua Chori & Eccleſiæ officia præparent; cæteris duabus partibus relictis ad uſus Fabricæ Eccleſiæ, in augmentum ejuſdem.

22. Tenebitur tamen dictus Cantor de iis partibus ad uſum Fabricæ convertendis, ſic & de iis defectibus & abſentiis notum facere, & de iis primo Capitulo & Canonicis referre; dehinc diebus Sabbatinis qualibet hebdomadâ tradere computum & rationem Magiſtris Fabricæ, ſeu in eorum abſentia Receptori Eccleſiæ, qui abſentias hujuſmodi & defectus diligenter & fideliter deſcribet, ac de iis in fine anni computum reddet.

23. Consequenter ſi etiam contingat (quod abſit) Cantorem prædictum ſive Eccleſiæ Præſidentem in ſignandis hujuſmodi abſentiis fore negligentem, qui in redditione computûs fideliter illas non reportaret, hoc caſu cæteri veteres Canonici, ipſum Cantorem privabunt ſuis diſtributionibus unius diei in unaquaque ſeptimana, juxta ipſorum diſcretionem, & ſecundùm defectus: ipſumque cogent ad reſtitutionem abſentiarum per eum omiſſarum vel neglectarum.

24. Item idem Cantor in audiendis Confeſſionibus de Choro, Curatus in audiendis Confeſſionibus ſuorum Parochianorum & in adminiſtrandis Sacramentis, aut aliàs exercitio ſuæ Curæ impediti, Cuſtos etiam in Officio ſuo, vel cum Curato occupatus; ipſi quoque & omnes alii & ſinguli in eadem Eccleſia celebrantes, qui infirmitate corporis detinentur, taliter quod Eccleſiam accedere non valeant, de qua conſtabit Cantori præſato, ſeu in ejus abſentia Receptori, recipient in eorum abſentiis diſtributionem integraliter & ſalarium Miſſarum inferiùs deſignandarum, tamquam præſentes.

25. Mentis tamen noſtræ non eſt, dictos Curatum & Cuſtodes ab Officio & præſentia Chori aliter quàm iſto modo eximere; niſi evidenti & neceſſariâ causâ urgente; de qua, ut dictum eſt, Cantori conſtare debebit; ſalvo quod prætacti omnes Miſſas eis incumbentes, caſibus quibus ſupra, per alios celebrari facient.

26. Item omnes & ſinguli hujus Eccleſiæ Canonici, Curatus, Capellani, Cuſtodes, non exiſtentes in Officio ſuæ hebdomadæ, poterunt omni anno ad eorum negotia (extra tamen Quadrageſimam & Feſta ſolemnia, videlicet Paſſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini, & SS. Sacramenti, cum illorum Octavis) triginta dies interrumpere ſi velint, & per vices ſe abſentare, & non ampliùs. Ita, quod unus ſolus pro ea vice ſit abſens, & non plures ſimul; qui pro qualibet vice tenebitur à dicto Cantore, tamquam Præſidente & Superiore hujus Eccleſiæ, licentiam obtinere. Aliàs enim abſentes fructus perdant Miſſarum & diſtributionum, qui pro una tertia Cantori applicabuntur; cæteris duabus partibus (ut dictum eſt) Fabricæ Eccleſiæ applicatis.

27. Item is Cantor ſive Præſidens in eminentiam & ultra alios Canonicos, ex ordinatione dicti Fundatoris, ſingulis annis in penſione recipiet unam libram groſſam monetæ Flandricæ.

28. Item ſi quis dictorum Canonicorum, Capellanorum ſeu Habituatorum hujus Eccleſiæ ſe abſentaret ab hujuſmodi Eccleſia ultra dictos triginta dies in anno: hoc caſu præter diſtributiones perditas, ſolvet quâlibet die uſque ad unum menſem, ſi tam diu abſens fuerit, duos groſſos Flandricos. Et ſi pro ſecundo menſe abſens fuerit, ſolvet tunc pro qualibet die quatuor groſſos diſtribuendos pro media parte Fabricæ, & reliqua inter præſentes. Et ſi ultra duos menſes & dictos triginta dies ab Eccleſia ſe abſentet, nec ſe-ipſum præſentaret ad reſidentiam infra Dominicam primam proximè ſequentem, non ſatisfaciendo debito modo de ſuis omnibus abſentiis, eo caſu coram Nobis vel Officiali Curiæ noſtræ in jus vocabitur, ad inſtantiam dictorum Cantoris & Capituli; qui talem petent ſuo Beneficio privari, ſeu omni jure quod in eo prætendere poterat; attentâ voluntate Fundatoris, qui tales ejuſmodi Beneficiis aliàs gaudere non voluit. Sic & noſtris Statutis, talem in propriam perſonam, vel locum ſui ultimi domicilii ſemel ſic monitum, poſt dicti temporis lapſum privari volumus & deſtitui; ne ejus occaſione Divinus cultus in aliquo ſit diminutus.

29. Item dum ſic contingit aliquem ex dictis ſex Canonicis, duobus Capellanis & duobus Cuſtodibus, modo præmiſſo privari, aut aliàs per obitum decedere; ne Divinus cultus diminuatur, Domini temporales de *Middelburgh* infra duos menſes proximè ſequentes virum idoneum, bonæ vitæ, actu Sacerdotem, & alibi non Beneficiatum ultra 20. coronas in abſentia, Nobis ſeu Vicariis noſtris præſentabunt, præcipuè pro collatione ejuſmodi Canonicatuum & Præbendarum obtinenda. Ad quam tenebuntur, ſi aliquod non obſit Canonicum impedimentum. Quâ habitâ, ſtatim pòſt, & omni tempore anni talis recipi debebit ad perceptionem fructuum Miſſarum, & ad diſtributionem Horarum, juxta qualitatem Beneficii, præſtito tamen priùs per talem juramento ad Sancta Dei Evangelia, uti in exordio dictum eſt.

30. Quod ſi forſan dicti Domini temporales hujus loci forent negligentes infra tempus prænotatum præſentare; cum ad illud ex ſua primæva Fundatione ſe obligârint; Nos tunc Authoritate Ordinariâ debemus Beneficiis ſic vacantibus de Viris qualificatis ut ſupra providere infra duos menſes ſequentes; aliàs ad Superiorem devolveretur hujuſmodi collatio. Et, quod abſit, ſi tale tempus vacationis, occurrerit illâ occaſione vel alio modo, Fundator ſuffragio Miſ-

ſarum

ſarum per eum ordinatarum fruſtraretur. Debebunt interim dicti Cantor & Canonici, vocatis Magiſtris Fabricæ ſi opus eſt, providere de hujuſmodi Miſſis ſic vacantibus, faciendis per aliquem ex ipſis ſuppoſitis Eccleſiæ, non habentem onus pro illa vice, ſalario ad hoc ordinato.

31. Item dum, Altiſſimo diſponente, aliquis prædictorum Beneficiatorum ab hoc ſæculo diſcedet, vel privatus ſuo Beneficio fuerit, ut præmittitur: ſenior in ordine Beneficiatorum ſeu aſſumptorum in hujus defuncti vel privati locum ſuccedet; reſpectivè tamen, quia ſicuti Canonici hoc inter ſe obſervabunt, ita etiam Capellani; videlicet quod Capellanus trium Miſſarum obtineat Beneficium ultimi Beneficiati defuncti: & Capellanus duarum Miſſarum habeat Beneficium trium Miſſarum, ſi hoc inter ſe per optionem fieri deſiderent. Prima idoneitatis commendatio, & qualitatis talium qui ſic aſcendere deſiderant, per Canonicos ſi expediat fienda eſt, ad honorem & bonum Eccleſiæ, aliàs non. Quo caſu, & toties quoties contingit hujuſmodi Capellaniarum reſignationem vel tranſlationem fieri, ſeu ex morte vel aliàs vacaverint, diſpoſitionem, proviſionem & collationem earumdem Nobis & Succeſſoribus noſtris reſervamus. Maximè cum alibi dictas Capellanias intellexerimus eſſe fundatas, curabimus & Eccleſiam miniſterio & fundatarum Miſſarum ſuffragio non fraudari.

32. Item quoad dictos Cuſtodes, ſi ipſi in ſuo officio negligentiam aliquam committerent, vel delictum propter quod caderent in commiſſum, in negotiis vel ceremonialibus Eccleſiæ, caſu exigente, ipſi tam per privationem diſtributionum ſibi ordinatarum, quàm etiam per amotionem ſui officii, ſi caſus requirit, corrigi poterunt per Dominum loci de *Middelburgh*, ſi ibi fuerit reſidens: aliàs per dictum Cantorem & Capitulum, niſi tale delictum majus tribunal requirat.

33. Item ſi (quod abſit) aliquando præſens Eccleſia caſu contingente ſubeſſet interdicto Eccleſiaſtico, vel ceſſu à Divinis, & Divina officia ſolùm voce ſubmiſſâ legenda ibi dicantur, eo caſu omnes recipient ſuas diſtributiones perinde ac ſi altâ voce dicerentur. Et ſi fortè propter demerita alicujus vel aliquorum in diſtributionibus participantium, hujuſmodi interdictum vel ceſſum à Divinis indici contigerit, hoc caſu delinquens ipſe nihil lucrabitur in Miſſis vel diſtributionibus, ejuſmodi ceſſu vel interdicto durante.

34. Item omnes Miſſæ per ejuſmodi ceſſum forſitan omiſſæ, recuperabuntur amoto ceſſu in hac Eccleſia, & adjicientur aliis officiis ut ſupra diebus ſuis celebrandis, uſque ad reſtaurationem omnium. Et qui ejuſmodi Miſſas omiſſas celebrabunt, emolumentum percipient, uti pro illis extitit ordinatum, & alias non.

35. Item prædicti ſex Canonici obligabuntur ſingulis diebus Hebdomadatim celebrare Miſſam majorem, & qui erit Hebdomadarius Miſſæ majoris, inchoabit omnes Horas Canonicas Divinas, diurnas & nocturnas. Dicet etiam Capitula & Collectas, & omnia faciet quæ ſpectant ad officium Hebdomadarii, juxta ritum Eccleſiæ noſtræ majoris. Alii verò quinque Beneficiati non Hebdomadarii celebrabunt per turnum ſingulis Hebdomadis, viginti baſſas Miſſas, tres videlicet diebus Dominicis, Feriis ſextis & Sabbatho, ad majus Altare in principio Matutinarum, tres alias Matutinis finitis ad Altare S. Crucis, diebus videlicet Dominicis, Lunæ & Martis; quatuor verò alias Miſſas ad Altare B. Bernardi, ſtatim poſt pulſum Primæ, diebus videlicet Dominicis, Lunæ, Martis & Mercurii.

36. Item adhuc Matutinis finitis, tres Miſſas ad Altare B. Mariæ Virginis, Feriis quintâ, ſextâ & Sabbato. Reliquæ verò ſeptem in Capella S. Margaretæ ſtatim poſt elevationem Sacramenti ſummæ Miſſæ celebrabuntur. Quarum ſeptem celebrans ire tenebitur qualibet vice juxta voluntatem Fundatoris ad ſepulchrum ejuſdem, & ibidem legere *De Profundis* cum Collecta. Et pro ſalario omnium Miſſarum hujuſmodi, ex ordinatione dicti Militis Fundatoris, quilibet dictorum pro qualibet Miſſa majori habebit quatuor groſſos cum dimidio, monetæ Flandricæ, & pro qualibet aliarum Miſſarum quatuor groſſos monetæ Flandricæ prædictæ.

37. Item Domini Capellani prætacti tenebuntur celebrare ſingulis Hebdomadis quinque Miſſas, ſic videlicet, quod Capellanus trium Miſſarum dicet unam die Lunæ circa initium Matutinarum ad Altare S. Sebaſtiani, aliam die Martis ad Altare SS. Trinitatis horâ prædictâ & in hac Eccleſia de *Middelburgh*; tertiam die Veneris in Eccleſia de (9) *Heyle* Matutinis finitis & ante Primam, ad quam revertatur tali Miſsâ celebratâ, ſub pœna perdendi diſtributiones Primarum.

38. Capellanus verò duarum Miſſarum celebrabit unam die Mercurii immediatè poſt Miſſam de *Requiem* ad Altare S. Matthæi & in hac Eccleſia de *Middelburgh*; & aliam in Eccleſia de *Heyle* horâ prædeclaratâ, & veluti jam de primo Capellano dictum eſt: cum adjecto, quod ſi dicti Capellani ſic eorum Miſſas non celebraverint, nec ſubſit cauſa ſufficiens dicto Cantori cognita, ejuſmodi Miſſæ per alium Eccleſiæ onus non habentem celebrari debebunt, ſi aliquis ſit: vel in talium defectum per extraneum, juxta ordinationem dicti Cantoris, cui dabuntur quatuor groſſi deſalcandi ex diſtributione talium omittentium vel negligentium.

39. Unde pro hujuſmodi Miſſis ſic celebrandis, hi duo Capellani habebunt redditus illorum bonorum dudum per Dominos de Reygenſvliet eis aſſignatorum in diverſis redditibus perpetuis ſupra diverſos fundos Eccleſiarum, Monaſteriorum, privatarum perſonarum, & ſuper aliquibus bonis S. Spiritûs ſeu Menſæ pauperum, aſcendentibus in toto ad ſummam 49. librarum, 8 ſolidorum, 3. denariorum Pariſienſium monetæ Flandricæ. Etiam ultra hoc habebunt 2. menſuras & 28. virgas terrarum juxta Eccleſiam de *Heyle* in parte ſeptemtrionali, valentes annuè in arrendam 3 libras Pariſ. item habebunt alias octo

lineas terrarum juxta Eccleſiam de *Heyle* à parte Aquilonis, vulgariter appellatas de *Bieſt*, valentes annuè in arrendam 70. groſſos Flandricæ: de quibus deducere debebunt annuè pro redditibus perpetuis 37. groſſos, & pro onere aquarum 3. groſſos vel circiter pro qualibet menſura terræ.

40. ITEM quia comperimus, poſtmodum & citra inſtitutionem iſtarum Miſſarum factam per dictum Fundatorem, quod ipſe Fundator adhuc ordinaverit per ſuam ultimam voluntatem 4. Miſſas à dictis Canonicis celebrandas inter Matutinas & Primam; volumus quod hæ Miſſæ debitè perlegantur, & fiant, primâ vice de *Requiem* ad Altare S. Crucis Feriâ ſecundâ; ſecunda de S. Spiritu & ad Altare Trinitatis Feriâ tertiâ; alia de Sacramento ad magnum Altare Feriâ quintâ; & quarta de B. Virgine ad Altare ejuſdem Virginis die Sabbati.

41. ITEM quia adhuc ultra prætactas quatuor, dictus Fundator in eadem ſua ultima voluntate ordinavit Miſſam unam de *Requiem*, cantandam per Curatum cum omnibus Habituatis, & hoc Feriâ quartâ ſtatim Matutinis finitis; volumus quod etiam debitè fiat. Pro qua quilibet Canonicurum duos groſſos recipiet, Curatus ſex groſſos, Capellani officiantes pro Officio Diaconatûs & Subdiaconatûs quiſlibet duos groſſos; & quiſlibet Cuſtodum unum groſſum. Poſt quam quidem Miſſam & eâ finitâ, dirigant dicti omnes Habituati unà cum Curato ſuos greſſus ad ſepulchrum Fundatoris, & ibidem perlegant *Miſerere mei*, cum *De profundis*, & Collectis.

42. ITEM adhuc explebunt ſex Canonici prętacti unam Miſſam ſemel in Hebdomada celebrandam ſuis in turnis quartâ Feriâ & in principio Matutinarum, in Capella quam ibidem in Eccleſia fundavit honeſtus vir Donatianus de Moor, & hoc pro anima & ſalute Domicellæ Eliſabethæ de Varſenaere, quæ talem Miſſam pro ea celebrandam in ſua extrema voluntate ordinavit.

43. ITEM etiam tenebuntur prædicti ſex Canonici pro Fundatrice Conthorali dicti Fundatoris celebrare Miſſam unam in ſuo turno, in Capella S. Margaretæ, tertiâ Feriâ & poſt pulſum Primæ; juxta ipſius Fundatricis voluntatem, ſecundùm quam celebrans tenebitur legere ad ſepulchrum ejus *de Profundis* &c.

44. ITEM quia præter prætacta dictus Fundator, & poſt ſuam Fundationem, cuilibet Canonicorum pro ſuo Anniverſario 2 groſſos legavit, Curato pro ſuo Officio 8 groſſos, cuilibet Capellanorum officiantium in Officio Diaconatûs & Subdiaconatûs 2 groſſos, & cuilibet Cuſtodum 1. groſſum; volumus, quod diligenter quilibet dictorum Capituli, Beneficiatus tamen ſeu Habituatus hujus Eccleſiæ, de quo infra, hujuſmodi bona & quæcumque legata recipiat: ne ſemel Deo dicata ampliùs ad humanos uſus revertantur.

45. ITEM quia dictis Miſſis adimplendis, ſervitio & augmento Divini cultûs, dictus Miles primus Fundator annuatim in perpetuis redditibus, hæreditatibus & bonis traditur reliquiſſe ſummam 60 librarum groſſarum, & ultra, cum certis domibus; volumus & ordinamus, quod deinceps per dictum Cantorem & Capitulum, ex eis ſeu de eorumdem dicta Eccleſia ordinetur unus bonorum Eccleſiæ, Canonicorum, Curati, Capellanorum & Cúſtodum Receptor; qui ſubſidio & adjutorio (ſi opus ſit) Magiſtrorum Fabricæ hujus Eccleſiæ diligenter curabit bona Eccleſiæ & prætactorum recipere & adminiſtrare, abſque fraude & dolo, ut hujuſmodi bona potiùs creſcant, & per eoſdem ſeu eis faventes augeantur, quàm in manibus perirent Laïcorum.

46. NOSTRÆ tamen mentis non eſt, quin omni anno Feriâ tertiâ in Pentecoſte, Domini Temporales de *Middelburgh* poſſint & debeant inſtituere, ordinare, continuare, aut deſtituere ſi opus ſit duos notabiles viros ſæculares in Magiſtros Fabricæ, qui ſimul cum dicto Receptore ſic electo & aſſumpto per dictos Cantorem & Capitulum, habeant adminiſtrationem & regimen bonorum Fabricæ; qui etiam intererunt computis faciendis & reddendis per dictum Receptorem Eccleſiæ; vocato ad hoc Decano Chriſtianitatis loci, qui ſimiliter cum aliis etiam audiet computa bonorum Fabricæ ſic fienda per tales ſæculares unà cum dicto Receptore Eccleſiæ, præſentibus dicto Cantore nomine dicti Capituli, nec non certis notabilibus in Parochia, ſi velint. Et præſtabunt prætacti Receptor Eccleſiæ & duo ſæculares Magiſtri Fabricæ bonam & ſecuram cautionem, cum juramento, quod fideliter & juſtè ſe habebunt in adminiſtratione & regimine ejuſmodi bonorum ſuis in reſpectibus.

47 ITEM volumus & ordinamus, quod in ſacriſtia ejuſmodi Eccleſiæ ſit una arca cum tribus ſeris, & tribus clavibus, quarum clavium unam habebit dictus Cantor ſive Eccleſiæ Præſidens, aliam duo Magiſtri Fabricæ, & tertiam Receptor Eccleſiæ prætactus. In qua arca reponentur Regiſtra Eccleſiæ & jura, cum denariis ejuſdem; de quibus ſingulis hebdomadis Receptor ſolvat ſingulis Beneficiatis, videlicet Canonicis, Curato, Capellanis & Cuſtodibus prædictis, diſtributiones ſuas & ſalaria Miſſarum; veluti priùs extitit declaratum. De ſalario verò ſepulturæ dicti Fundatoris & ſuæ Conjugis, & Anniverſariis eorumdem, ſatisfiat dumtaxat bis in anno, videlicet mediatim in quolibet Anniverſario eorumdem. Similiter prætacto Cantori, ſive Eccleſiæ Præſidenti, ſatisfiat de ſua penſione, de ſemi anno in ſemi-annum, per dictum Receptorem Eccleſiæ.

48. ITEM volumus, quod ſeptem domus per dictum Fundatorem relictæ ſex Canonicis & Curato de Middelburgh cum onere duorum groſſorum Flandricę annuatim ſolvendorum pro qualibet earum Domino loci de Middelburgh, benè & honeſtè interteneantur, nec alienentur dicto Domino & Nobis inaviſatis & inconſultis, ſeu non conſentientibus.

49. QUARUM domorum prima erit pro dicto Cantore, ſive Eccleſiæ Præſidente, quæ ſituatur juxta domum antiquam Scabinorum dicti loci

loci a parte occidentali, priùs ſitam in Vico, dicto *de Schorre-ſtracte*, & poſtmodum dono Domini prætacti loci dicto Cantori applicatam; cujus Cantoris conſenſu, Petrus de Gheyltere ibidem ſuam habet cameram, abſque præjudicio jurium dicti Cantoris, nec non cujuſlibet; remanente ſemper dictâ unione aut applicatione in ſua firmitate. Alia erit domus Presbyteralis Curati, ſita juxta cœmiterium ab una parte, & ab alia juxta domum dicti Cantoris. Reliquæ verò quinque domus, quæ ibi ſituantur, & ſunt vicinæ dictæ domui Scabinorum, remanent reliquis quinque Canonicis, ex ſimili dono gratuito dicti Fundatoris.

50. ITEM volumus, quod hæc noſtra Erectio, Statuta hujuſmodi, Ordinationes & Mandata in libello uno bonâ & groſsâ litterá conſcribantur; nec non ſemel in anno per prætactum Cantorem prælegantur vobis ſingulis Beneficiatis & Habituatis in loco Capitulari congregatis; ne harum obligationum aliquis ignorantiam prætendat allegare, vel abſque Regula & ordine tranſire; cum valde reprehenſibile eſſet, ſi inter vos, qui fore debetis unanimes voluntatum, non remaneret identitas ceremoniarum, & ſtabilis unitas animorum; uti optârunt dictus Miles cum ſua Conjuge, qui ſüis propriis, nec non Parentum ſuorum & Amicorum Sigillis Donationes prætactas corroborarunt, nondum uſque nunc per Nos confirmatas; & quas præcipimus nunc vobis prætactis & ſucceſſoribus veſtris, modo & formâ quibus ſupra, ſub pœna Canonica in eadem Eccleſia firmiter obſervari;

PONTIFICALI Authoritate, ſub intermiſſione anathematis diſtrictiùs inhibentes, ne quis veſtrûm noſtram Erectionem, voluntatem, Præceptum, & noſtras Ordinationes prædictas præſumat infringere, vel eis auſu temerario contraire.

RESERVAMUS tamen Nobis & Succeſſoribus noſtris facultatem immutandi, corrigendi & alterandi, ſeu in melius reformandi Ordinationes præſentes & Statuta noſtra, toties quoties Nobis & Succeſſoribus noſtris caſu requirente viſum fuerit expedire. Quæ præmiſſa ut firma & inconcuſſa permaneant in futurum, donec aliàs duxerimus ordinandum, ad præſens conſcribi juſſimus, & Sigilli munimine corroborari.

DATUM & actum Brugis, dictæ noſtræ Diœceſis, anno Domini M. CCCC. LXXX, Feriâ tertiâ poſt Feſtum BB. Philippi & Jacobi, menſis Maii die ſecundâ. 1480.

(1) FERRICUS DE CLUGNY, Burgundio, Philippi Boni & Caroli Audacis Conſiliarius & Cancellarius Ordinis Aurei Velleris, anno 1473. fit Epiſcopus Tornacenſis, & anno 1480. S. R. E. Cardinalis; obiit Romæ die 7. Octobris 1483.

(2) CAROLUS, Cognomento Audax, Philippi Boni Burgundiæ Ducis Filius, Nonis Januarii 1476, qui nunc eſt 1477. occubuit apud Nanceium Lotharingiæ Oppidum, cum Helvetiis, multo ſe fortioribus numero, nimium animoſè pugnans. Ejus cadaver, tribus plagis confoſſum, tertio demum poſt cladem acceptam die repertum eſt & agnitum; ac primò Nancei à Reinero Lotharingiæ Duce honorificè eſt tumulatum. At Carolus V. Imperator ejus Pronepos poſtmodum Luxemburgum ejus oſſa devehi juſſit; atque inde Soror ejus Eleonora Brugas in D. Mariæ, magnificis ei Filiæque ejus Mariæ Mauſolæis illic erectis.

(3) PETRUS BLADELYN, Eques, Dominus Middelburgi, Conſiliarius, Magiſter Hoſpitii, ac Præfectus Ærarii Ducum Burgundiæ, fuit quoque ab anno 1451. Theſaurarius Ordinis Aurei Velleris. Fundavit Capitulum Canonicorum Middelburgenſe, & Hoſpitale S. Joannis ibidem. Obiit 8. Aprilis 1472, ſepultus ante Majus Altare præfatæ Middelburgenſis Eccleſiæ.

(4) MIDDELBURGH, Flandriæ Oppidulum, Dammum inter & Ardemburgum, ſub Diœceſi Brugenſi; cum olim foret ſolummodo Villa, à Middelburgo Zelandiæ Metropoli nomen accepit: eò quod circa annum 1280. à Guidone Comite Flandriæ donatum fuiſſet Middelburgenſi Ordinis Præmonſtratenſis Abbatiæ.

Inde anno 1433. ceſſit Colardo le Fevre Civi Brugenſi, poſtea anno 1444. Petro Blandelino, Equiti, qui Oppidum primò foſſis, vallis, portiſque inſtruxit & variè exornavit. Novam Parochiam imprimis erexit anno 1458 in honorem Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ad quam de conſenſu Epiſcopi Tornacenſis tranſtulit omnia jura Parochialia vicinæ Eccleſiæ de *Heyle*. Deinde fundatis ibidem Beneficiis, anno 1470. ſex Canonicos cum Cantore ſeu Capituli Præſide ordinavit; prout hoc Diplomate per Ferricum Tornacenſem Epiſcopum confirmatur.

(5) MARGARETA VAN DEN VAGHEVIERE, Uxor Philippi Bladelini, obiit nullâ prole relictâ, die 5. Maii 1476.

(6) PRÆDECESSORIS IMMEDIATI, Is erat Guilielmus Fillatrius, ex Epiſcopo Virdunenſi ac Tullenſi Tornacenſis ab anno 1460. uſque ad 1473, quo obiit, ſepultus in Abbatia S. Bertini Audomaropoli, cujus olim Abbas extiterat.

(7) ORDINATIONES DICTI MILITIS. Copia Authentica earum extat Flandricè continens 74. Articulos, data anno 1470, & aſſervatur Middelburgi in Flandria; nam originales Litteræ Fundationis & Confirmationis hujus Capituli furore Iconoclaſtarum ſæculo XVI. perierunt.

(8) GUILIELMUS HUGONET, Matiſconenſis Burgundio, Dominus de Saillant, fuit Caroli Audacis Burgundiæ Ducis Cancellarius, à quo Dominium Oppidi Middelburgenſis accepit. Cæſo Principe ſuo apud Nanceium, à Gandavenſibus tumultuantibus in carcerem conjectus, ac capite truncatus fuit anno 1477, Mariâ Duciſsâ Burgundiæ primùm per alios, deinde & per ſe in omnium conſpectu paſſis crinibus cumque multis lacrymis fruſtra pro eo deprecante. Vide Philippum Comminæum lib. 5. cap. 17. Habuit hic Guilielmus Hugonetus, Fratrem Philibertum, Matiſconenſem Epiſcopum S. R. E. Cardinalem, qui Romæ obiit anno 1484.

Poſtmodum Middelburgenſe Dominium à Familia de Saillant tranſiit ad Richardum Merodium Baronem de Frentz, atque ex hac Familia ad Gandavillanam; uti ſupra latiùs deductum fuit in Stemmate Baronum de Frentz lib. 1. Diplom. Belgic. pag 230.

(9) HEYLA Parochia diſtrictûs Aerdemburgenſis; cujus Eccleſia jam dudum deſtructa, ſub Patronatu erat Abbatiæ S. Bavonis Gandavi, uti conſtat ex ſuperiori Diplomate.

Quatuor præcedentia Diplomata de Fundatione Capituli Middelburgenſis nobis communicata ſunt ex Archivis Capituli S. Donatiani Brugis.

CAPUT CCVII.

Ordines *Brabantiæ*, *Limburgi*, *Flandriæ*, *Arthesiæ*, *Hannoniæ*, *Namurci*, *Mechliniæ*, *ac S. R. Imperii*, *edunt anno 1465. ſolemnes Litteras*, *quibus Carolum Comitem Caroleſii*, *Philippi Boni Burgundiæ Ducis Filium*, *uti verum legitimumque ejus Heredem ac poſt obitum Parentis Dominum ſuum*, *ſeſe agnoſcere teſtantur.*

Ex Archivis Cameræ Rationum Inſulis.

In nomine Domini Amen. Noverint univerſi præſens publicum Inſtrumentum inſpecturi, quod cum nuperrimè Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus Philippus Dux *Burgundiæ*, *Brabanciæ*, &c. Reverendos Patres Dominos, Prælatos, ac Illuſtres Comites, Barones & alios Nobiles, Milites, & militares, nec non Civitatum, & Opidorum Communitates, tres Status Ducatuum, Comitatuum & Dominiorum ſuorum, videlicet *Brabanciæ*, *Limburgiæ*, *Flandriæ*, *Arthesii*, *Hanoniæ* & *Namurci*, nec non *Marchionatûs Sacri Imperii* & Dominii de *Mechlinia* repræſentantes, adhoc per Litteras ſuas convocatos inter alia per organum Nobilis & egregii Viri Domini Petri Domini temporalis de *Goux* & de *Wierdergrette* Militis, Conſiliarii, & Cambellani ſui in effectu requiſierit, quatenus Illuſtriſſimum Principem Dominum *Carolum* Comitem *Cadraleſii* Filium & heredem ſuum tanquam talem ac in *Brabanciæ*, & aliis Ducatibus, Comitatibuſque & ceteris Dominiis ſuis Succeſſorem unicum & univerſalem, qualis & prout erat & eum eſſe volebat & declarabat, agnoſcerent, tenerent, & reputarent & poſt mortem ſuam ipſum ut talem & eorum verum Dominum recipere ſub fide & juramentis ſuis ut tenebantur, promitterent, ut dolus & machinatio emulorum Domûs *Burgundiæ* contrarii Statui Domini Filii ſui fraudarentur:

Hinc eſt quod anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimoſexageſimo quinto, Indictione tertiâ decimâ, die verò vigeſimo ſeptimo menſis Aprilis, horâ quintâ poſt meridiem vel circiter, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Pauli* Divinâ providentiâ Papæ ſecundi anno primo, coram prænominatis Illuſtriſſimis Dominis Duce & *Cadraleſii* Comite, in Nubilium & Præpotentum Dominorum teſtium ac noſtrum Notariorum infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti Reverendi in Chriſto Patres Domini *Tornacenſis* & *Atrebatenſis* Epiſcopi ac Abbates quàm plurimi Dominiorum prædictorum Eccleſiaſticum, Illuſtres & Nobiles Domini de *Naſſow* & de *Huerne* Comites & alii Milites & Militares Nobilium, & Procerum, nec non Civitatum & Oppidarum Deputati communium ſeu plebeyorum Status memorati Domini Ducis Dominiorum ſæpefatorum repræſentantes, per organa Eccleſiaſtici videlicet Reverendi Patris Domini *Goſſuini* Abbatis Monaſterii S. Petri *Haſſlegemenſis* Ordinis S. Benedicti *Cameracenſis* Dioceſis, Nobiles verò generoſi Domini Johannis de *Angia* Militis, Domini temporalis de *Keſtergate*, Communitates autem *Brabanciæ* Ducatûs, Henrici de *Palude* Oppidi *Bruxellenſis* Secretarii, ceterorum quoque Dominiorum, videlicet *Flandriæ*, *Arthesii*, *Hanoniæ*, *Namurci* & *Mechliniæ* Magiſtri Mathiæ *Grotheere* Oppidi *Gandenſis* Penſionarii, ſucceſſivè & diſtinctim prætactam requiſitionem reſumentes & recitantes ſic ad eam in effectu reſponderunt: Quod ipſa Requeſta, ex qua ſinceram & paternalem dicti Domini Ducis erga prælibatum Dominum Comitem *Cadraleſii* ſuum Filium affectionem conceperunt, eorum & ſingulorum ipſorum animos reddiderat quàm jocundos, & de illa quàm plurimum gratulantes eam complectebantur. Quodque juxta illam, quam etiam potiùs ipſi eidem Domino Duci quàm econtra ipſe eis feciſſe debuiſſent, ut dicebatur, ſupradictum Dominum Comitem *Cadraleſii* tamquam Filium & verùm heredem ſuum ac in *Brabanciæ* & aliis Ducatibus Comitatibuſque & Dominiis ſuis prædictis unicum & indubitatum Succeſſorem & pro tali nomine Patriarum & Dominiorum ſæpedictorum habebant, tenebant & reputabant, & quod horum contrarium in eorum nunquam inciderat mentes aut cogitationes, ſibique morte ipſius Domini Ducis, utinam non propinquâ, nutu Dei contingente, ut tali ac eorum vero & indubitato Domino more fidelium ſubditorum obedire vellent & deberent, atque ut deſuper prælibati Domini Ducis animus eo magis redderetur quietus, ſibi & dicto Domino *Cadraleſii* deſuper & in illius corroborationem quamcumque pollicitationem & promiſſionem, ſive verbo & cum ſingulorum juramento, ſive Litteris & Sigillis ſuis aut alio quovis genere ſibi Domino Duci magis placito & per eum ordinando facere ſe promptos & paratos obtulerunt, addentes prædictorum Nobilium & communium Status per organa quorum ſupra, quod ſi qui forſan jam vel impoſterum eſſent qui in præmiſſis aut eorum aliquo contrariam aut dicto Domino *Cadraleſii* præjudicialem haberent opinionem ſeu voluntatem aut aliquid contra eum molirentur, conarentur aut machinarentur, illis totis viribus, bonis & corporibus ſibi Domino *Cadraleſii* aſſiſtendo reſiſterent; quam quidem reſumptionem præfatus Illuſtriſſimus Dominus meus Dux *Burgundiæ* gratiſſimam habuit ac etiam ita poſtquam viam

univerſæ

univerſæ carnis ingreſſus foret fieri voluit & mandavit, ex parteque præfati Domini *Cadraleſii* tribus Statibus prædictis inde grates redditæ ſunt. De & ſuper quibus præmiſſis ſæpedictus Dominus *Cadraleſii* petiit ſibi à Nobis Notariis infraſcriptis & quolibet noſtrum fieri & tradi inſtrumentum publicum unum vel plura.

Acta fuerunt hæc *Bruxellæ Cameracenſis* Diocesis in quadam Aula ſuperiori Curiæ Ducalis *Brabanciæ*, anno, Indictione, menſe, die, horâ, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem Nobilibus & Præpotentibus Dominis Ludovico de *Lucemburgo* Comite *S. Pauli*, Theobaldo Domino *Novi Caſtri* Mariſcallo *Burgundiæ*, Johanne de *Novo Caſtro* Domino de *Monte acuto*, Petro Domino de *Goux* & de *Werdergrette* Militibus, Magiſtro Paulo de *Rota* Theſaurario & Canonico *Cameracenſi*, & Guillelmo de *Biſches* Balivo Regio Sancti Petri *Monaſterienſis* teſtibus ad hæc omnia vocatis & rogatis.

Et ego Theodericus de *Heyken* Presbyter *Cameracenſis* Diocesis publicus Sacris Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus Notarius, quia Statuum & Dominiorum prænarratorum reſponſioni, oblationi & gratiarum redditioni & habitioni ceteriſque præmiſſis omnibus & ſingulis, quæ dum ſic ut præmittitur fierent, dicerentur & agerentur, unà cum prænominatis Dominis teſtibus ſupra ac Notario publico infraſcriptis interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum manu dicti infraſcripti Notarii fideliter ſcriptum ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis unà cum eodem ſubſcripto Notario ſignavi rogatus & requiſitus, in fidem, robur & teſtimonium præmiſſorum omnium & ſingulorum.

Signatum : De Heyken.

Similiter ego Adrianus de *Bliet* Acolitus *Cameracenſis* Diocesis, publicus Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritatibus ac Venerabilis Curiæ *Cameracenſis* Notarius, quia recitationi & reſumptioni dictæ Requeſtæ ac ad illam modis quibus ſupra per ſingulos Status ſeu eorum Deputatos factæ reſumptioni ceteriſque præmiſſis unà cum Notario & teſtibus ſupraſcriptis interfui, ideo præſens publicum Inſtrumentum manu meâ propriâ ſcriptum exinde confeci illudque unà cum ſigno & ſubſcriptione dicti præſcripti Notarii etiam ſigno & nomine meis ſolitis hìc me eadem propriâ manu ſubſcribente ſignavi requiſitus.

Signatum : De Bliet.

Collatum cum Originali.

CAPUT CCVIII.

Carolus Burgundus *Caroleſii Comes, promittit anno 1465. firmare atque ſervare Privilegia Provinciarum Brabantiæ, Limburgi &c. dum in Poſſeſſionem earum ſucceſſerit.*

Ex iiſdem Archivis.

Carolus Burgundus Caroleſii Comes, Caſtri-Bellini & Bethuniæ Dominus, Venerandi Domini ac Patris noſtri Vice-Generalis, univerſis has noſtras inſpecturis ſalutem.

Cum benevolæ Civitates Brabantiæ ad Nos Litteras ſuas deſtinaverint, quarum è lingua vulgari in Gallicam traductio facta ſic habet : Nos Conſules Civitatum Lovanienſis, Bruxellenſis, Antverpienſis, Sylvæducenſis, Thenenſis, Leuwenſis, & Nivellenſis, Forenſium, largorum Conciliorum, Opificum Decanorum, nec non aliorum præfatarum optimarum Civitatum populorum, ſcientiâ, voluntate, & conſenſu, omnibus notum facimus, quod cum Venerandus Dominus noſter Philippus, Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Dux, Comes Flandriæ Nobis & duobus aliis Prælatorum nempe & Nobilium Brabantiæ aliorumque ditionum ſuarum Statibus in Urbe Bruxellenſi haud ita pridem congregatis per Nobilem & egregium virum Dominum Petrum, Dominum temporalem de *Goux* & *Wedergrate* Equitem, Conſiliarium & dicti Domini noſtri Ducis Cambalinum, expoſuerit, quatenus Venerandus Dominus noſter Dux, paterno erga Filium ſuum amore ac favore motus, ſibi Ditionique ſuæ contra malevolos proſpicere cupiens, requiſierit, ut poſt obitum ſuum univerſa Dominia ac ditiones omnes apud potentem Principem Dominum Carolum Burgundiæ, Caroleſii Comitem Filium ejus unicum ac legitimum, hæreditario jure manerent, Dominum hunc noſtrum Carolum ſolum ac legitimum Succeſſorem & hæredum ſuum declarans, reliquis ditionum ſuarum Statibus, Nobiſque ad hoc convocatis, præcipiens ut illi, uti & Nos has declarationes & ordinationes ejus firmas ac ſtabiles tenere velimus, & ſub juramento promittere, prædictum Dominum Carolum poſt obitum ſuum, in Dominum ac Principem noſtrum recipiendi, habendi atque ſervandi ; quapropter hac de re deliberatione factâ conſilioque deſuper habito, paternam hæreditatem ad ſolum Filium pervenire debere maturè perpendentes, & mandatis Venerandi Domini noſtri, ut par eſt, obedire cupientes, hunc Dominum Carolum Filium ipſius unicum pro legitimo hærede in ditionibus & Ducatibus Brabantiæ, Limburgi, Marchionatûs Antverpienſis aliiſque territoriis ac ultra Moſam Dominiis, agnoſcimus ipſumque poſt obitum Patris in Dominum ac Principem à Nobis recipiendum fatemur ; inſuper fideliter promittentes & juramento confirmantes, Nos eum tunc temporis in Dominum & Principem ſuſcep-

ſuſcepturos & sgnnſſuros, quemadmodum prædictus Dominus noſter ac Pater ipſius fecit fierique præcepit, quatenus & nos ipſi obedientiam quam benevoli & fideles ſubditi Domino ſuo ac Principi præbere tenentur & qualem Patri quoque ipſius Domino noſtro ejuſque Prædeceſſoribus perpetuis temporibus exhibuimus, præſtemus. Ea tamen conditione ut, ubi prædictus Dominus Comes Caroleſii (morte Domini noſtri Ducis nutu Dei adveniente) dictarum Provinciarum poſſeſſionem capere voluerit, ante ſuum in præfatas Brabantiæ Civitates introitum Privilegia ipſarum, Patriæ Tabulis contenta, renovet ac confirmet: quas Tabulas præfatus Dominus Dux, ante ſuum in dictas Provincias ingreſſum, conceſſit: & Provinciarum illarum ac Civitatum jura, immunitates ac libertates ſe obſervaturum ac conſervaturum promittet, quemadmndum Pater ipſius ac Dominus noſter ejuſque Prædeceſſores ſe facturos ſpoponderunt, ſuper omne id quod contra jus dictarum Provinciarum ac Civitatum actum geſtumve fuerit proviſionem dantes, ita ut præfatis optimis ac benevolis noſtris Civitatibus nullius querimoniæ locus relinquatur. In quorum fidem Nos Conſules, Scabini & Conſiliarii Civitatum Lovanienſis, Bruxellenſis, Antverpienſis, Sylvæducenſis, Thenenſis, Leuwenſis his præſentibus Litteris ſigilla dictarum Urbium appendi curavimus. Et nos Gualterius Poulloudor tamquam Receptor & Johannes Bacheler, tamquam unus ex decem Civitatis Nivellenſis Juratis, pro ſigillo dictæ Civitatis Nivellenſis, quandoquidem præfata Civitas nullum tale commune habeat, proprium noſtrum, uti hoc in caſu fieri ſolet, his Litteris affiximus vigeſimâ Junii anno milleſimo quadricenteſimo ſexageſimo quinto, ſupplicantes, quatenus & in quantum ad nos pertineat, ipſis noſtras Litteras concedere vellemus, quibus præſatas Brabantiæ Civitates, circa conditionum, quæ his ipſarum Litteris continentur, obſervantiam certiores redderemus.

Hunc in finem omnibus notum facimus, quod libello & petitioni ipſarum favorabiliter inclinati, ſub fide Principis promiſerimus ac promittimus, Nos (ſi mortuo Patre, dictarum Provinciarum Brabantiæ, Limbourgiæ, Marchionatûs Antverpienſis & ultra Moſam ſitarum terrarum, Dominium acquireremus) ante noſtrum in prædictas Brabantiæ Civitates introitum, earum Privilegia, Tabulis Provinciæ à Domino & Patre noſtro ante ſuum in dictas Urbes ingreſſum conceſſis contenta, renovaturos & confirmaturos: inſuper & hoc ſuperaddimus, Nos, jura, immunitates & libertates dictarum ditionum ac Civitatum obſervaturos atque conſervaturos, quemadmodum Dominus noſter ac Parens ejuſque Prædeceſſores promiſerunt, proviſionemque Nos ſupra hoc daturos, quod contra nominatarum Provinciarum ac Urbium jura geſtum fuiſſe inventum fuerit, ita ut rationes ex quibus ipſis ſufficienter ſatisfactum erit, habituræ ſint. In quorum fidem his præſentibus Sigillum noſtrum apponi curavimus.

Datum in Palatio noſtro Mitridenſi III. Julii anno reparatæ ſalutis M. CCCC. LXV. *Signatum erat ſupra plicam per Illuſtrem Dominum Comitem:* J. Gros. 1465.

CAPUT CCIX.

Pius IV. *Pontifex Epiſcopatum Cameracenſem Archiepiſcopali dignitate exornat anno* 1561, *eidem ſubjiciens Suffraganeos Atrebatenſem ac Tornacenſem, veteres, & Namurcenſem atque Audomarenſem, novos Epiſcopatus; nec non pro dote novi Archiepiſcopi, unit Abbatiam Valcellenſem Ordinis Ciſtercienſis apud Cameracum.*

Ex Archivis Capituli Camerac. MS.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Regimini univerſalis Eccleſiæ diſponente Domino præſidentes, pro Eccleſiarum quarumlibet & præſertim Metropolitanarum, illiſque præſidentium & in Divinis ſervientium ſtatu ſalubriter dirigendo, prout ex debito Nobis injuncti Paſtoralis Officii tenemur, ſollicitæ conſiderationis aciem extendimus, & ad ea per quæ Eccleſiarum ipſarum indemnitati, decori, & venuſtati, ſuorumque Præſulum, Capitulorum, & aliarum Perſonarum Divinis ibi laudibus inſiſtentium ſtatui & opportunæ ſubventioni, cum Divini cultûs augmento & animarum Chriſti fidelium ſalute, conſulitur, noſtræ ſollicitudinis partes libenter adhibemus; ac aliàs ſuper his etiam nonnulla à Prædeceſſoribus noſtris, licet conſultè geſta fuerint, ex ſaniore tamen conſilio prudenter immutando, diſponimus, prout locorum, temporum, perſonarumque qualitas exigit, ac ipſarum Eccleſiarum utilitas perſuadet, & in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Cum itaque aliàs, poſtquam felicis recordationis Paulus Papa quartus Prædeceſſor noſter, providi Paſtoris more conſiderans eam inferioris Germaniæ partem quæ Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico hæreditario jure ſubjecta eſt, pro tanta celeberrimorum quæ in ea ſunt Oppidorum frequentia, populorumque multitudine, tam paucas Eccleſias Cathedrales habere, ut illarum Epiſcopi eâ quâ opus erat diligentiâ tantam animarum multitudinem regere nequirent; (Rationes pro Erectione novorum Epiſcopatuum.)

Idque

Idque quibuſdam eo eſſe difficilius, quod homines Dioceſani ſui vulgari idiomate, vivendi ritu, inſtitutiſque inter ſe differebant, & quoſdam eorum etiam hujuſmodi Privilegia habere, ut ipſos ad Sedem Epiſcopalem non liceret evocare; unde præfati Epiſcopi fidei Catholicæ doctrinam, & rectam vivendi normam populum illum docere, ac in delinquentes animadvertere commodè nequibant.

Ad ipſos verò Epiſcopos viſitandos, admonendos, & in officio continendos nullam in tota Regione illa Eccleſiam eſſe Metropolitanam: ſed Archiepiſcopos extra fines ſuæ Ditionis exiſtentes propter multa & varia impedimenta nullis Suffraganeis ſuis uſui jam pridem eſſe nec fuiſſe; ac ob aſſiduas hæreticorum & ſchiſmaticorum, quibus eadem Regio omni ferè ex parte cincta erat, inſidias, peſtiferaſque doctrinas, Fidem Catholicam & animarum ſalutem illic maximo in diſcrimine verſari.

His aliiſque gravibus cauſis impulſus, volens etiam ipſius Philippi Regis hoc illi humiliter ſupplicantis, pio deſiderio in ea parte ſatisfacere, habitâ, ſicut rei pondus exigebat, cum Fratribus ſuis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione maturâ, de eorum conſilio, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, inter alia per eum providè diſpoſita, Cameracenſem, Attrebatenſem & Tornacenſem Eccleſias Civitates & Dioceſes à Provincia Remenſi, cui tunc erant Metropolitico jure ſubjectæ, ac Namurcenſe, Audomarenſe, & diverſa alia tunc expreſſa Oppida inſignia dictæ Regionis, cum annexis & ſingulis ſuis terminis, Territoriis, Cleris, Populis, Perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, & Beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, aliiſque piis locis, à ſuis quæque Dioceſibus & Provincia, per quaſdam ſub plumbo Litteras perpetuò ſegregaverat, diviſerat, & ſeparaverat;

Separatio Epiſcopatuum à Metropoli Remenſi.

Ac Namurcenſe, Audomarenſe, cæteraque Oppida prædicta ſic diviſa, in Civitates, Cameracenſem verò in Metropolitanam pro uno Archiepiſcopo; ac S. Albani Namurcenſis & S. Audomari Audomarenſis Oppidorum in Civitates erectorum Eccleſias in Cathedrales, pro totidem Epiſcopis creandis, qui ſuæ quique Eccleſiæ præeſſent;

Ac Namurcenſi & Audomarenſi Eccleſiis & Civitatibus prædictis certos Diſtrictus per Nuntium ſuum poſtmodum ab eo illuc mittendum limitandos pro ſuis Dioceſibus conceſſerat:

Dos Epiſcopatuum.

Necnon Attrebatenſi, Tornacenſi, Namurcenſi & Audomarenſi Menſis Epiſcopalibus annuum redditum trium millium ducatorum auri de Camera ex certis Decimis & bonis ac fructibus, redditibus & proventibus Eccleſiaſticis per dictum Nuntium ſpecificandis, & repartiendis, ex tunc prout ex ea die, & è contra, poſtquam ſpecificati & repartiti, ac interim donec ſpecificatio & repartitio hujuſmodi factæ, ac effectum ſortitæ ſorent, & non ultra;

Cuilibet ex prædictis Menſis pro earum dote alium annuum redditum mille & quingentorum ducatorum ſimilium per ipſum Philippum Regem, ex redditibus & proventibus, quos ex eadem Regione percipiebat, Namurcenſi & Audomarenſi aliiſque noviter inſtitutis Epiſcopis pro tempore exiſtentibus, ſingulis annis, quouſque ſpecificatio & repartitio prædictæ factæ, ac pro ea tantùm parte, quæ plenarium ſuum effectum minùs ſortitæ forent, nec ultra, integrè & proportionabiliter perſolvendum, applicaverat, & appropriaverat;

Ac eidem Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus, qui pro tempore ejuſdem Regionis in temporalibus Domini eſſent, Jus nominandi Romano Pontifici Perſonas idoneas, ac aliàs certis tunc expreſſis modo & formâ qualificatas, ad Namurcenſem & Audomarenſem, ac alias Eccleſias Cathedrales ſic erectas, tam in primæva illarum Erectione hujuſmodi, quàm deinceps quotieſcumque illas vacare contingeret, per ipſum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem in Epiſcopos ad nominationem hujuſmodi ordinandos, in perpetuum reſervaverat;

Jus Nominationis Regiæ ad novos Epiſcopatus.

Et deinde per alias ſuas in forma Brevis Litteras, Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Salvatori Epiſcopo Clunenſi, ſuo & Apoſtolicæ Sedis in partibus illis Nuntio, dederat in mandatis, ut perſonas idoneas, quæ dictas Provincias & Dioceſes diſtinguerent & limitarent, ac dotem Eccleſiis ipſis aſſignandam ex Monaſteriis & Præpoſituris ſub illis conſiſtentibus diſmembrarent, cum poteſtate omnia in his neceſſaria faciendi, vice ſuâ deputaret.

Dilectus Filius noſter Anthonius S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, de Granvella nuncupatus, tunc Epiſcopus Atrebatenſis, ac quatuor alii ſcientiâ & probitate inſignes Viri, quos ad id ipſe Salvator Epiſcopus, dicto Prædeceſſore interim de medio ſublato, prætextu Mandati & poſteriorum Litterarum hujuſmodi ſubſtituerat; licèt forſan eorum aliqui de illis perſonis non eſſent, quæ canonicè ſubdelegari poſſent;

Commiſſarii pro novis Epiſcopatibus.

Facta nihilominus per eos quàm diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè penſatis, nonnulla Monaſteria & Præpoſituras Menſis prædictis pro Dote ſuarum Eccleſiarum, ad hoc ut ipſi Præſules etiam illorum curam perinde atque ſuam propriam perpertuò gererent, partim uniri, partim, Abbatiali nomine ibi ſuppreſſo, illorum fructus Menſis ipſis applicari, curamque Conventuum eorum Præſulibus ipſis demandari præſtare judicantes,

Ac deſignationes & limitationes Provinciarum & Dioceſium, diviſioneſque & diſtributiones Oppidorum & Juriſdictionum in nonnullis partibus ipſarum Dioceſium, illis quæ per primò dictas Litteras ſtatuebantur, commodiores faciendas; ſtatum quoque & formam in prædictis Eccleſiis, & per hujuſmodi ſuppreſſiones, applicationes, & alias in univerſum accommodas rationes immutandas eſſe cenſuerunt; ac ſuper majore illorum parte Proceſſus, rebus omnibus ſeriò digeſtis, formandos curaverunt, prout in illis ac ſingulis Litteris prædictis, aliiſque Scripturis deſuper forſan confectis, pleniùs continetur.

Incorporatio & unio Monaſteriorum.

Nos

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, ex eorundem Subdelegatorum aliorumque fide dignorum relatione, attendentes redditus Menſæ olim Epiſcopalis, nunc vero Archiepiſcopalis Cameracenſis, propter ejus Dioceſis diſmembrationem & ſeparationem, bonamque illius partem præfatis aliiſque vicinis noviter erectis Eccleſiis applicatam, plurimùm diminutos fuiſſe; & quod illi ex diſmembratione & partitione hujuſmodi reliquum eſt, pro congrua Venerabilis Fratris noſtri MAXIMILIANI, moderni & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Cameracenſis, ſuſtentatione nullo modo ſufficere;

IDCIRCÒ, ut præmiſſa, quibus ad hæreſes illas, quæ illuc ex vicinorum contagio jam pridem influxerunt, extirpandas, dictoique populos in ſinceritate fidei continendos, nulla alia utiliora magiſque opportuna remedia adhiberi potuiſſe videntur, juxta cordis noſtri deſiderium promptos & felices ſortiantur effectus, eis noſtri Miniſterii partes impertiri;

ET nihilominis eidem MAXIMILIANO, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo, ne ex diſmembratione & ſeparatione prædicta nimium diſpendium patiatur, ſed ut ſtatum ſuum juxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentiùs teneri valeat, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes; ipſumque MAXIMILIANUM Archiepiſcopum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel homine quàvis occaſione vel cauſà latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes;

NECNON diſmembrationis, ſeparationis, aſſignationis, diſtributionis, & ordinationis, per eoſdem Subdelegatos quantum ad Eccleſiam, Civitatem, Dioceſim & Provinciam Cameracenſem attinet, prudenter examinatarum & in ſcriptis concorditer digeſtarum, ac Literarum prædictarum, aliarumque ſcripturarum deſuper confectarum tenores;

NECNON Canonicatuum & Præbendarum dictæ Eccleſiæ Cameracenſis numerum & ſingulorum illorum fructuum, reddituum & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, ac omnia & ſingula per SALVATOREM Epiſcopum & ab illo Deputatos præfatos in diſmembratione & ſeparatione ac partitione hujuſmodi, Eccleſiam, Civitatem, Dioceſim & Provinciam Cameracenſem prædictam concernente, facta & ordinata, Auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium confirmantes & approbantes, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicientes, eaque ſuos plenarios & integros effectus ſortiri debere decernentes;

NECNON omnes juris & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint, in eiſdem ſupplentes, ac in his, & circa ea, aliaque infraſcripta, prædicti Prædeceſſoris partitionem & ordinationem, Litteraſque deſuper confectas immutantes, motu proprio & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de perſona dicti MAXIMILIANI, qui etiam Eccleſiæ Cameracenſi, tempore illius in Metropolitanam Erectionis hujuſmodi ritè præerat, eidem erectæ Eccleſiæ, ſi opus ſit, eiſdem Auctoritate & tenore providemus.

IPSUMQUE illi in Archiepiſcopum præficimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ dignitatiſque Archiepiſcopalis plenitudinem ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo. *Erectio Epiſcoparûs Cameracenſis in Metropolim.*

NECNON in Monaſterio (1) *Vauchellenſi* ſeu de *Valcellis* Ciſtercienſis Ordinis, dictæ Cameracenſis Dioceſis, quod in extremis Comitatûs Cameracenſi limitibus versùs Franciam conſiſtens, propter frequentes hoſtium belli tempore incurſiones, à ſuis Monachis aliiſque loci incolis ſæpenumero relinquitur, & ab hoſtibus devaſtatur, quodque ſub ipſius Archiepiſcopi Cameracenſis regimine conſtitutum, non parum opis ſubſidiique in ſimilibus neceſſitatibus naneiſcetur; & cujus fructus, redditus & proventus ad quingentos quinquaginta florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur; ex nunc prout ex tunc, & è contra, *Incorporatio Abbatiæ Valcellenſis, Ordinis Ciſtercienſis.*

CUM primùm illud per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem dilecti Filii moderni illius Abbatis vel Commendatarii, aut aliàs quovis modo & ex cujuſcumq; perſona, vacare contigerit, ſeu per liberam cujuſvis ceſſionem de illius regimine & adminiſtratione in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario & teſtibus ſponte factam, vacet; etiam ſi tanto tempore vacaverit, quod ejus proviſio juxta Lateranenſis Statuta Concilii aut alias Canonicas Sanctiones ad eandem Sedem legitimè devoluta, illaque ex quavis cauſa ad Sedem prædictam ſpecialiter vel generaliter pertineat, ac de illo Conſiſtorialiter diſponi conſueverit ſeu debeat, ac ſuper ejus regimine ſeu adminiſtratione prædictis, inter aliquos lis, vel ejus Poſſeſſoris moleſtia (cujus ſtatum ac verum & ultimum ejuſdem Monaſterii vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio, etiam in Corpore Juris clauſa reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo)

(1) VALLIS-CELLENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, vulgo *Vaucelles*, ſecundo à Cameraco lapide ſita eſt ad Scaldim Fluvium, verſus limites Galliæ. Initia ſua accepit anno 1131, fundatoremque Virum Nobilem Hugonem de Oiſy, Dominum de *Crevecœur*, ac Caſtellanum Cameracenſem. Anno ſequenti, ipſe Sanctus Pater Bernardus Abbas Clarævallenſis Monachos ſuos in hunc Conventum introduxit. Anno 1555. in hac Abbatia habitus fuit Congreſſus pro Pace inter Carolum V. Cæſarem & Henricum II. Galliæ Regem. Epiſcopatu Cameracenſi anno 1562. in dignitatem Archiepiſcopalem evecto, unita fuit Menſæ illius Abbatia Valcellenſis (uti patet ex hac Bulla) non tamen ſine litibus & contradictionibus. Vivebat tunc Joannes à Roſa, Abbas Valcellenſis, qui lite in Romana Curia pendente, mortuus eſt anno 1570. Poſtmodum fuit hæc difficultas compoſita, eâ lege, ut Archiepiſcopus Cameracenſis ex Abbatia Valcellenſi notabilem quotannis penſionem reciperet, Religioſiſque redderetur facultas proprium ac Regularem Abbatem eligendi.

Digitized by Google

preſſo) pendeat indeciſa, nomen, titulum & denominationem Abbatis Auctoritate & tenore præſentium perpetuò ſupprimimus & extinguimus ;

Ac Abbatialem illius dignitatem, cum omnibus & ſingulis ſuis fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, emolumentis annexis, juribus, juriſdictionibus, nec oon pertinentiis, prærogativis, ſuperioritatibus, & adminiſtrationibus univerſis, dictæ Menſæ Archiepiſcopali Cameracenſi eiſdem Auctoritate & tenore etiam perpetuò applicamus & appropriamus.

Ita quod vacatione hujuſmodi occurrente, ex tunc deinceps, dilecti filii Conventus & ſingulares perſonæ dicti Monaſterii Archiepiſcopo Cameracenſi pro tempore exiſtenti, ac ſi illorum Abbas Ordinem ipſum expreſſè profeſſus foret, in omnibus & per omnia ſubſint, eique pareant & obediant, ac promittant & præſtent obedientiam, reverentiamque debitam & devotam exhibeant ; prout hactenus Abbati ſuo præſtare ſoliti ſunt, vel aliàs quoquo modo præſtare tenebantur.

Liceatque eidem Archiepiſcopo Cameracenſi pro tempore exiſtenti, per ſe, vel alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, Dignitatis Abbatialis, nec non regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum Monaſterii hujuſmodi, & illi annexorum propriâ Auctoritate liberè apprehendere & retinere ; ac debitis & conſuetis Monaſterii & Conventûs prædictorum ſupportatis oneribus, de reſiduis fructibus, redditibus & proventibus Monaſterii hujuſmodi diſponere & ordinare ; ſicuti ipſius Monaſterii Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt (alienatione tamen quorumcumque illius bonorum immobilium & pretioſorum mobilium ſibi penitus interdictâ) illorumque fructus, redditus, & proventus in ſuos ac Menſæ Monaſteriique prædictorum uſus & utilitatem convertere ;

Necnon omnia & ſingula, Prioratus, & Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes & Officia, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſæcularia & quorumvis Ordinum Regularia, ad Collationem, Proviſionem, præſentationem, inſtitutionem, electionem, confirmationem, & quamvis aliam diſpoſitionem pro tempore exiſtentis Abbatis dicti Monaſterii, communiter vel diviſim, quomodolibet ſpectantia, perſonis idoneis conferre, & de illis etiam providere, ſimileſque perſonas ad illa præſentare & eligere, ac præſentatas vel electas inſtituere & confirmare, aliàſque de illis liberè diſponere ;

Regimen Monaſterii ſub Archiepiſcopo Abbate.

Necnon Monaſterium ejuſque Conventum hujuſmodi per unum Priorem Clauſtralem, aliumve Præpoſitum, juxta ipſius Ciſtercienſis Ordinis Inſtituta Regularia, ac aliàs in omnibus & per omnia, perinde ac ſi dicti Monaſterii verus Abbas, Ordinem ipſum expreſſè profeſſus eſſet, regere & gubernare ; & quoties Archiepiſcopum ipſum in dicto Monaſterio eſſe contigerit, ſtallum, locum & vocem Abbatis, tam in Choro quàm in Capitulo, aliiſque quibuſvia publicis & privatis actibus ipſius Monaſterii habere & præſidere, delinquentes corrigere, & juxta eorum demerita caſtigare, & punire, cæteraque in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna, & quæ verus ejuſdem Monaſterii Abbas hactenus conſuevit facere & exequi, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, curam, regimen & adminiſtrationem ejuſdem Monaſterij præfato Maximiliano, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo, in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo ;

Ac bona, fructus, redditus & proventus Monaſterii hujuſmodi eidem Menſæ Archiepiſcopali, in ablatorum, ſeu partis bonorum ſuorum ſeparationis hujuſmodi recompenſam, concedimus & aſſignamus.

Ac nomen, titulum, & denominationem Abbatis ſuppreſſa & extincta, Monaſteriumque Menſæ Archiepiſcopali hujuſmodi perpetuò applicatum & appropriatum eſſe & cenſeri ; ac ſuppreſſionem, extioctionem, applicationem, appropriationem, conceſſionem & aſſignationem, & alia præmiſſa, ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus vel derogationibus ſimilium gratiarum per Sedem ipſam quomodolibet faciendis, non comprehendi : ſed ab illis ſemper exceptas, & quoties illas ſuſpendi, revocari, aut illis derogari contigerit, eas de novo conceſſas, & in priſtinum ſtatum reſtitutas ; & ad hoc ut ſub revocationibus, ſuſpenſionibus & derogationibus hujuſmodi minimè comprehendaotur, ex nunc verè & non fictè ſuum plenarium & integrum effectum ſortitas, ac eaſdem ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, appropriationem, & conceſſionem de non vacaturo ſed de vacante Monaſterio ſeu Abbatiali Dignitate hujuſmodi factas, & per illas verè & non fictè, ex nunc Menſæ Archiepiſcopali & Archiepiſcopo Cameracenſi prædictis jus in re quæſitum exiſtere, illoſque beneficio Regularum de non tollendo jus quæſitum, ac de annali & triennali poſſeſſione, gaudere debere.

Ac præſentium Litterarum ſuſpenſiones, revocationes, derogationes, & alias contrarias diſpoſitiones, pro novis illarum conceſſionibus & reſtitutionibus haberi & cenſeri decernimus.

Interdictum contra electionem novi Abbatis.

Conventui, prædictis aliiſque quibuſvis perſonis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, nec non privationis omnium dignitatum, officiorum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, per eos & eorum ſingulos pro tempore obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia per contra-facientes impoſterum obtinenda, eo ipſo incurrendis pœnis, ne ad electionem ſeu poſtulationem in Abbatem dicti Monaſterii, vacatione illius advenieote, etiamſi nunc vacet, ut præfertur, procedere, vel Archiepiſcopum ipſum in præmiſſis, vel eorum aliquo impedire quoquo modo, ſeu quidquam in præmiſſis attentare, aut illis refragari præſumant, diſtrictiùs inhibemus.

Et nihilominus quaſquumque electiones ſeu poſtulationes, earumque confirmationes vel admiſſiones, necnon proviſiones, præfectiones, Commendas, aliaſque diſpoſitiones, quas de cætero etiam per Sedem prædictam de dicto Monaſterio quomodocumque fieri contigerit, nullas, invalidas, nulliuſque roboris vel momenti fore etiam decernimus.

Canonicatus novem Graduatorum.

Ut autem idem Archiepiſcopus Cameracenſis ſuam Eccleſiam perſonis, ut Metropolim decet, eruditis, & ad juriſdictionem inibi exercendam, cæteraque munia Eccleſiaſtica obeunda idoneis, debitè inſtructam habeat; eiſdem Auctoritate & tenore perpetuò ſtatuimus & ordinamus, quod ex omnibus Canonicatibus & Præbendis ipſius Cameracenſis Eccleſiæ decem Canonicatus & totidem Præbendæ, quos primò per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel etiam privationis viâ amiſſionem, quorumlibet decem Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ Cameracenſis, aut aliàs vacare contigerit, etiamſi actu nunc quovis modo vacent, ac ut præfertur devoluti vel etiam litigioſi ſint, cujus litis ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, Archiepiſcopo & Capitulo Cameracenſi prædictis affecti remaneant;

Præbenda prima pro Archiepiſcopo.

Ad hoc, ut ipſe Archiepiſcopus unum & unam primò vacaturos tanquam Menſæ ſuæ Archiepiſcopali perpetuò unitos obtinere, illorumque ratione ipſe perſona Capitularis eſſe, ac vocem activam & paſſivam, necnon authoritatem ſupra Decanum & Canonicos in Capitulo habere;

Præbendæ IX Graduatorum.

Reliqui verò novem Canonicatus & novem Præbendæ prædicti, tribus Magiſtris aut Licentiatis in Theologia, & aliis tribus Doctoribus Decretorum, ſeu in eis Licentiatis, & reliquis tribus Nobilibus ejuſdem Diœceſis, etiam in Jure vel Theologia ſaltem Gradu Licentiaturæ in famoſa quæpiam Univerſitate Studii Generalis cum rigoroſo examine promotis, ordine ſervato, in perpetuum in eadem Eccleſia Cameracenſi concedi & aſſignari debeant.

Quodque ad ſex priores tam Nobiles quàm non Nobiles, ut præfertur tamen qualificati; ad reliquos verò tres Canonicatus & tres Præbendas ex reliquis novem Canonicatibus & Præbendis hujuſmodi nulli niſi Nobiles & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint.

Graduati Conſiliarii Archiepiſcopi.

Ac omnes & ſinguli ratione ſuarum hujuſmodi Præbendarum conſilium & operam in negotio Eccleſiæ & Religionis, cæteriſque difficultatibus pro tempore emergentibus eidem Archiepiſcopo, quoties ab eo requiſiti fuerint, tam conjunctim quàm diviſim præſtare teneantur.

Primâ vice per Archiepiſcopum, deinceps per electionem aſſumendi.

Et ut de viris ſpectatæ doctrinæ & probitatis, ad ædificationem Eccleſiæ Dei accuratiùs proſpiciatur; quod ipſi novem Canonicatus & Præbendæ ſic affecti, hâc primâ vice ad collationem ipſius Archiepiſcopi dumtaxat, qui illos Graduatis & Nobilibus alternatis vicibus conferat; & deinde ipſi novem Canonicatus & novem Præbendæ, quoties illos perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, ut præfertur, ad electionem Archiepiſcopi & aliorum Canonicorum Graduatorum prædictorum ſuperſtitum pertineant; ut videlicet per eos perſonis, ſicut præfertur, qualificatis conferantur. Ita quod in hujuſmodi electione ſuffragium Archiepiſcopi non plus ponderis ſive momenti, quàm cujuſvis Graduatorum prædictorum habeat, niſi vocum paritate occurrente; quo in caſu tunc iteratum Archiepiſcopi ſuffragium paritatem vocum hujuſmodi dirimat.

Præbendæ Graduatorum nec reſignari nec permutari poſſunt.

Quodque poſthac decem Canonicatus, & decem Præbendæ hujuſmodi ſub nullis ſpecialibus vel generalibus, etiam mentalibus reſervationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clauſis, necnon expectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliàs diſponendo, primariis vel aliis Precibus, aut aliis gratiis præventivis per Nos aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & dictam Sedem, vel ejus Legatos, etiam conſideratione, contemplatione, & intuitu, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & ex quacumque cauſa quantumlibet urgenti pro tempore factis & conceſſis, comprehendantur;

Nec etiam tanquam vacantes apud Sedem prædictam, aut ullâ aliâ ratione generaliter vel ſpecialiter reſervari, neque illorum vacatione etiam per reſignationem etiam ex cauſa permutationis, & apud Sedem eandem pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem de illis provideri, aut aliàs quoquo modo diſponi poſſit: ſed forma electionis præmiſſæ omni tempore ſervari, nullâque cauſâ infringi debeat.

Quodque unus ex novem Canonicis prædictis Magiſter ſeu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor, ſeu etiam Licentiatus ſeniores, ratione ſuarum Præbendarum, facultatem habeant viſitandi univerſam Civitatem & Diœceſim Cameracenſem, quoties Archiepiſcopo videbitur; cæteri verò Canonici Graduati præfati, quandocumque per Archiepiſcopum requiſiti fuerint, illis aſſiſtere teneantur.

Examinatores.

Ac ex reliquis ſenioribus Canonicis prædictis duo in Theologia, & unus in Jure Canonico Graduati, ut præfertur, unà cum Archidiacono curam habeant examinandi promovendos ad Sacros Ordines, & admittendos ad Curas animarum, quâcumque Authoritate illi proviſi fuerint; neminem niſi idoneum, ſeque perſonalem reſidentiam facturum medio juramento promittentem admittendo.

Abſentia Graduatorum pro bimeſtrâ tantùm.

Et quoniam impia hæreticorum ſtudia & temporis malitia Viros doctos ab Eccleſiis ſuis diutiùs abeſſe non patiuntur: quod ſi Canonici Graduati prædicti ab eadem Eccleſia, niſi ab eiſdem Archiepiſcopo vel Capitulo miſſi, per duos menſes abfuerint, integros ſuæ Præbendæ fructus illius anni amittant, ipſique fructus Capitulo cedant; nec quiſquam ullâ diſpenſatione vel Privilegio Apoſtolico quâcumque cauſâ impetrato,

impetrato, vel ceſſo, ſeſe à reſidentia hujuſmodi eximere poſſit;

Jus omne decem Canonicatus & decem Præbendas prædictos conferendi, & de illis diſponendi, vel ad illos eligendi, ſeu nominandi, ab Archiepiſcopo ſeu Capitulo prædictis, aliiſque ad quos ſpectat, ad effectum hujuſmodi perpetuò abdicantes & amoventes, illudque in præmiſſum electionis modum immutantes, ac ad Archiepiſcopum & novem Canonicos prædictos transferentes, ac abdicatum, amotum, immutatum, & translatum eſſe, ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis cauſa & inſtantia, ſublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere; ac quicquid ſecùs à quoquam quâvis autoritate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

Executores Bullæ Apoſtolicæ.

Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinienſi, ac Atrebatenſi & Feltrenſi Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Archiepiſcopi, ac Capituli Cameracenſis prædictorum, & aliorum quorum intereſt, & quomodolibet intererit, in futurum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Auctoritate noſtrâ illos & eorum ſingulos confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, ſuppreſſione, extinctione, applicatione, appropriatione, conceſſione, aſſignatione, ſtatuto, ordinatione, aliiſque præmiſſis ac præſentibus Litteris, omnibuſque & ſingulis in eis contentis, pacificè frui & gaudere, ac eaſdem præſentes & in eis contenta quæcumquè firmiter obſervari:

Non permittentes Archiepiſcopum, Capitulum, Canonicos & alios prædictos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoſlibet & rebelles ac præſentibus non parentes, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac privationis Beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum inhabilitatiſque ad illa & alia impoſterum obtinenda (ita quod Beneficia & officia hujuſmodi tanquam per privationem legitimè & Canonicè factam vacantia ab aliis impetrari & per locorum Ordinarios liberè conferri poſſint) aliaſque Sententias Cenſuras & pœnas tam Eccleſiaſticas quam pecuniarias arbitrio ſuo imponendas, moderandas & applicandas, eo ipſo incurrendas, eâdem Auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo.

Nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Nonobstantibus voluntate noſtrâ priori & aliis præmiſſis, ac noſtris de valore Canonicatuum & Præbendarum aliorumque Beneficiorum tam in illorum impetrationibus, quam aliis gratiis, etiam motu ſpeciali factis exprimendo, & de non tollendo jus quæſitum, nec non Lateranenſis Concilii noviſſimè celebrati, uniones perpetuas (niſi in caſibus à jure permiſſis) fieri prohibentis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quâ cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam diêtam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſive Judices à Sede Apoſtolica Deputati extra Civitatem vel Diœceſim in quibus Deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant: & de duabus diêtis in Concilio Generali editâ, dummodo ultra tres diêtas aliquis tenore præſentium ad judicium non trahatur; aliiſque Apoſtolicis ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & ordinationibus;

Ac Eccleſiæ, Monaſterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis & conſuetudinibus.

Nec non Concordatis dudum inter Sedem præfatam & Nationem Germanicam deſuper initis, ac fundatione Monaſterii, ſi quæ ſit; privilegiis quoque, Indultis & Litteris Apoſtolicis Eccleſiæ, Monaſterio & Ordini prædictis eorumque Superioribus, Capitulo, Conventui & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & efficaciſſimis ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, etiam ſuper electionibus faciendis, ac alias quomodolibet conceſſis ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis.

Nec non quibuſvis ſpecialibus vel generalibus reſervationibus, expectativis & aliis gratiis etiam in Canonicis creationibus, aliiſque unionibus etiam perpetuis, abſque conſenſu coadjutorum deputationibus, nominationibus, citra acceſſus & regreſſus facultatibus, mandatis, indultis, conceſſionibus & aliis gratiis, quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, gradûs & conditionis exiſtentibus, etiam Cardinalatûs honore fulgentibus, ac noſtris etiam antiquis & deſcriptis familiaribus, continuis commenſalibus ac Prælatis domeſticis, nec non Romanæ Eccleſiaſticæ Curiæ officialibus, etiam officia ſua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi cauſâ, conſideratione, intuitu, vel reſpectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum & aliorum Principum contemplatione, ac cum quibuſvis antelationibus, prærogativis & decretis etiam irritantibus clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam præſentibus derogantibus, etiam motu & ſcientiâ ſimilibus, ac alias quomodolibet conceſſis & impoſterum concedendis;

Quas & quæ illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, eorumque omnium vim & effectum quoad præmiſſa omnino ſuſpendimus, & in præmiſſis effectum ſortiri aut locum ſibi vendicare non poſſe neque debere decernimus.

Ac tam eis quam ſtatutis, conſuetudinibus, concordatis, fundatinnibus, privilegiis, indultis & litteris Apoſtnlicis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores, hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes: quamvis talia & multa ſint quæ ſub clauſula implicitæ derogationis latiſſimè extendenda in ſupplicatione apposita non intelligantur aut alias comprehendantur.

Nihilominus in genere & in ſpecie ad effectum ſufficientis derogationis eorum, illis alias in ſuo robore permanſuris, hâc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, & illa ſufficienter ſuſpenſa, illiſque derogatum eſſe decernimus;

Contrariis quibuſcumque (aut ſi Conventui prædicto & dilectis filiis vaſallis & aliis ſubditis dicti Monaſterii vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem) & quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis.

Volumus autem quod propter ſuppreſſionem, extinctionem, approbationem, appropriationem, & conceſſionem hujuſmodi, divinus cultus ac ſtatus Monachorum & aliorum Miniſtrorum numerus in dicto Monaſterio nullatenus minuatur, ſed ejus & prædictorum Conventûs congruè ſupportentur onera conſueta.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc Paginam noſtræ abſolutionis, confirmatinnis, approbationis, adjectionis, ſuppletionis, proviſionis, præfectinnis, ſuppreſſionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, conceſſionis, aſſignatinnis, inhibitionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, abdicationis, amotionis, immutationis, tranſlationis, mandati, ſuſpenſionis, derogatinnis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Extat eadem Bulla inter Acta Concilii Remenſis anni 1564. exhibita ibidem ex parte Archiepiſcopi Maximiliani de Berghis (pag. 72. in nova Collectione Concil. Galliæ Pariſ. anno 1646. fol.) ſed minus integra.

Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, ſeptimo Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſecundo. 1561.

Subſcriptum: Fœdericus Cardinalis Ceſius,
Cæſar Glorierius,
A. de Alexiis.

NOTATIONES.

Cameracum, tametſi è Belgicarum XVII. Provinciarum numero non ſit, tamen quia Imperii fuit, & in tutela Catholici Hiſpaniarum Regis, tanquam Aloſtani & Flandriæ Comitis jam inde ab anno 1164. & Dominationi Gallicæ à Carolo V. Cæſare exemptum, meritò etiam Provinciis Belgii hæreditariis accenſeri poteſt.

Eſt autem Cameracum, vulgo *Cambrai*, Urbs antiqua admodum, elegans & munita, ſita ad Scaldim fluvium. Sedes item Epiſcopalis perantiqua, ab anno videlicet redempti Orbis 390, quo S. Diogenes à Siricio Pontifice ad hanc Eccleſiam fuit deſtinatus.

Paſſim tamen Authores Eccleſiaſtici præponunt S. Siagrium miſſum à S. Evariſto Papa circa annum 312. & Superiorem Nerviorum Epiſcopum anno 337, qui Sedem fixit Bavaci in Hannonia, quæ tunc erat Nerviorum Metropolis; quâ per Barbaros deſtructâ, Sedes Epiſcopalis tranſlata creditur Cameracum.

Exinde Epiſcopatui Cameracenſi unitus manſit Atrebatenſis, uſque ad annum 1093, quo Urbanus II. Papa proprium dedit Atrebatenſibus Epiſcopum, Lambertum Canonicum & Cantorem Inſulenſem. Vide Litteras Pontificias ſupra pag. 76. 272. & 1148. & plura in Spicilegio Dacheriano Tom. V. veteris editionis.

Memorant Cameracenſis Eccleſiæ Archiva, Epiſcopos anno 1001. accepiſſe ab Othone III. Imp. Jus ſupremi dominii ac cudendæ monetæ; (vide ſupra pag. 148.) Item anno 1007. à S Henrico II. Imp. Comitatum Cameracenſem, unà cum poteſtate *eundem Comitatum in uſum Eccleſiæ ſuæ tenendi, Comitem eligendi, Bannos habendi, ſeu quidquid ſibi libeat, modis omnibus inde faciendi.* Verba ſunt Diplomatis Cæſarei ſupra recitati pag. 148.

Hæc Privilegia varii confirmarunt Imperatores ac Principes, aliaque plura addiderunt, uti videre eſt ex Indice hujus Operis. Sed & anno 1510. Maximilianus I. Imp. Jacobum Croium Epiſcopum ejuſque ſucceſſores creavit Duces Cameracenſes, uti conſtat ex Diplomate ſupra edito pag. 234. & iidem Præſules tamquam S. R. I. Principes frequenter vel per ſe vel per Deputatos ſuos Comitiis Imperialibus interfuerunt.

Sed & Imperator Carolus V. poſteaquam anno 1543. pro munimine Urbis Cameracenæ arcem conſtitui ordinaſſet, ejus Præfecturam titulo Burg-graviatûs anno 1550. filio ſuo Philippo, dein Hiſpaniarum Regi, non aliâ lege conceſſit, quâm ſalvis per omnia juribus Epiſcopi & Eccleſiæ Cameracenſis. Vide ſupra Diploma Cæſareum pag. 1296.

Tandem anno 1559. Paulus IV. Pontifex Cameracenſem Eccleſiam à Metropoli Remenſi paulò ante exemptam, & ſanctæ Sedi immediatè ſubjectam. (Diploma extat in nova Collectione Conciliorum Galliæ pag. 64. inter Acta Concilii Remenſis anni 1564) erexit in Metropolim, eique ſubjecit Epiſcopatus antiquos

tiquos Atrebatenſem & Tornacenſem, & novos Audomarenſem & Namurcenſem. Vide ejus Bullam ſupra pag. 472.

Pius IV. Papa in dotem hujus novi Archiepiſcopatûs conſtituit & univit Abbatiam Vallifcellenſem Ord. Ciſtercienſis in Cameraceſio, prout conſtat ex Bulla jam relata; ſed poſtmodum fuit hæc Conſtitutio mutata, & Religioſi proprium ac Regularem Abbatem receperunt.

Eccleſia Metropolitana Cameracenſis non tantùm ſuâ antiquitate eſt venerabilis, ſed & pulchritudine decora. Capitulum habet illuſtre conſtans è 50. Canonicis, è quibus XVII. ſunt Presbyterales, ex Conſtitutione Epiſcopi Petri de Andrea anno 1361. evulgatâ, quam ſupra retulimus pag. 1243.

Dignitates ſex obtinent, Præpoſitus, Archidiaconi quatuor, nempè Major ſeu Cameraceſii, Brabantiæ, Hannoniæ, & Valencenenſis, & Decanus. Habet quoque hæc Eccleſia Cantorem & Scholaſticum, Canonicos Graduatos novem; nempè tres Nobiles, tres Theologos, ac totidem Juriſperitos. (ex Bulla Erectionis, juxta quam Archiepiſcopus unam quoque Præbendam Menſæ ſuæ unitam poſſidet) item unum Canonicum Medicum.

Olim ante Erectionem novorum in Belgio Epiſcopatuum erant alii duo Archidiaconi, videlicet Bruxellenſis & Antverpienſis; eò quod uſque ad haſce partes Diœceſis Cameracenſis extenderetur. Fuit quoque dignitas Theſaurarii, uſque ad annum 1603, quo tempore fuit per Bullam Apoſtolicam extincta & proventus ejus uniti fabricæ dictæ Eccleſiæ.

Sed & Abbas S. Auberti Cameraci, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, tanquam Capellanus honorarius Præſulis Cameracenſis, primum ab ipſo locum in Choro obtinet, & fructibus Præbendæ in eadem Eccleſia potitur, ex Privilegio ipſi conceſſo per Joannem Epiſcopum anno 1194. prout ſupra videre eſt pag. 1194. & 1199.

ARCHIEPISCOPI CAMERACENSES.

I. MAXIMILIANUS A BERGIS, in Serie Epiſcoporum Cameracenſium LXXVI. & ultimus, primus verò Archiepiſcopus, anno 1556. à Capitulo electus poſt obitum Roberti de Croy. Fuerat antea Præpoſitus S. Petri Ariæ, & Decanus S. Gummari Liræ, nec non Sacelli Regii Bruxellis Præfectus.

Anno 1562, die 22. Martii Archiepiſcopatûs ſui poſſeſſionem adiit; anno 1565. Cameraci Concilium Provinciale celebravit, & biennio ſequente Synodum Diœceſanam. E vivis exceſſit in Oppido Bergizomenſi die 29. Auguſti 1570

II. LUDOVICUS DE BERLAIMONT, Canonicus Eccleſiarum Cameracenſis atque Leodienſis, Præpoſitus S. Waldetrudis Montibus, & Abbas ſæcularis B. M. V. Namurci, electus fuit in Archiepiſcopum anno 1570.

Synodum Diœceſanam Valencenis habuit anno 1575; ſequente anno unà cum cæteris Eccleſiaſticis, Cameracenſi Urbe per hæreticos expulſus, diu Montibus Hannoniæ ſubſtitit, ibique anno 1586. Concilium Provinciale celebravit. Anno 1592. Epiſcopatûs Tornacenſis vacantis adminiſtrationem à Rege Catholico obtinuit, atque à Clemente VIII. Pont. paulò poſt conſtitutus fuit Legatus Apoſtolicus ad Exercitus Regios in Belgio.

Tandem anno 1595. reverſus eſt ad reſidentiam Cameracenſem, Urbe iſtâ ad obedientiam Regiam vi armorum reductâ: ſed paulò poſt obiit Montibus Hannoniæ die 15. Februarii 1596. ætatis 54.

III. JOANNES SARRAZIN, Atrebas, Religioſus & Abbas S. Vedaſti in patria, Sanctioris Conſilii Bruxellis Senator, conſecratur Archiepiſcopus Bruxellis 15. Decembris 1596. per Octavium Frangipani Epiſcopum Tricaricenſem & Nuncium Apoſtolicum in Belgio, aſſiſtentibus Epiſcopis Audomarenſi ac Buſcoducenſi. Obiit Bruxellæ 3. Martii 1598. ætatis 63.

IV. GUILIELMUS A BERGIS, olim Canonicus & Decanus Cathedralis Leodienſis, dein III. Antverpienſium * Epiſcopus, anno 1601. tranſlatus ad Metropolim Cameracenſem, ubi anno 1604. Diœceſanam Synodum habuit. Vitâ functus eſt 27. Aprilis 1609. ætatis 58.

* vide ſupra pag. 481.

V. JOANNES RICHARDOT, olim apud Clementem VIII. Pont. Sereniſſ. Archiducum Alberti & Iſabellæ Legatus, dein ab anno 1603 Atrebatenſium Epiſcopus, anno 1609. Archipræſul Cameracenſium, apud quos vivere deſiit ultimâ Februarii 1614.

VI. FRANCISCUS BUISSERET, Hanno-Montenſis, J. U. D. olim Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis Canonicus atque Decanus, exinde ab anno 1602. V. Namurcenſium * Epiſcopus, & anno 1615. Archiepiſcopus, Valencenis in ſolemni introitu ſubitò extinctus fuit die 2. Maii 1615. ætatis 66.

* vide ſupra pag. 509.

VII. HENRICUS FRANCISCUS VANDER BURCH, J. U. L. è Decano atque Vicario Generali Metropolitanæ Eccleſiæ Mechlinienſis, V Gandavenſium * Præſul inauguratus anno 1613. tranſlatus Cameracum anno 1616. Synodum Diœceſanam ibidem habuit anno ſequente, & anno 1631. Concilium Provinciale. Vitâ functus 23. Maii 1644. ætatis 77.

* vide ſupra pag. 1070.

VIII. FR. JOSEPHUS DE BERGAIGNE, Antverpienſis, Ordinis FF. Minorum Recollectorum, VII. ac poſtremus Sylvæducenſium * Epiſcopus anno 1641. conſecratus; tranſlatus ad Archiepiſcopatum Cameracenſem anno 1645. eodemque anno Legatus Regis Catholici ad Congreſſum Pacis Monaſterio-Weſtphalienſis, ibidem obiit 21. Octobris 1647 ætatis 59 reſidentiâ nondum Cameraci inchoatâ.

* vide ſupra pag 918. item Hiſtor. Epiſc. Sylvaeduc.

IX. GASPAR NEMIUS, Sylvæducenſis, S. T. Doctor ac Profeſſor in Academia Duacenâ, dein VI. Antverpienſium * Epiſcopus ab anno 1635, tranſiit ad Archiepiſcopatum Cameracenſem anno 1652 E vivis exceſſit Cameraci 22. Novembris 1667. ætatis 80.

* vide ſupra pag 48 item Hiſt. Ep. Antv.

X. LADISLAUS, ſeu LANCELOTTUS JONNART Hanno-Montenſis, J. U. L. Metropolitanæ Cameracenſis Eccleſiæ Canonicus ac Decanus, tum anno 1653. ad Epiſcopatum Atrebatenſem nominatus, & anno 1660. X. Audomarenſium * Epiſcopus inauguratus, Archiepiſcopatum Cameracenſem adiit anno 1671, ac fato functus eſt 22. Septembris 1674 ætatis 80

* vide ſup. pag. 301.

XI. JACOBUS THEODORUS EX COMITIBUS DE BRIAS, J. U. L. in Supremo Mechlinienſi Senatu Conſiliarius Eccleſiaſticus, nec non Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus, renunciatur XI. Audomarenſium * Epiſcopus anno 1671. Poſt triennium tranſiit ad Inſulas Cameracenſes, iiſque immortuus eſt die 17. Novembris 1694. ætatis 64.

* vide ſupra pag. 305.

XII. FRANCISCUS DE SALIGNAC DE LA MOTTHE FENELON, S. Th. Doctor in Academia Pariſienſi, trium Sereniſſ. Galliæ Principum ac Ducum Burgundiæ, Andegavi, ac Bituricum Pædagogus, primus à Galliarum Rege Ludovico XIV. ad Cameracenſem Archiepiſcopatum nominatus fuit anno 1695. Conſecratus eodem anno die 10. Julii ab Illuſtriſſ. D D. Jacobo Benigno Boſſuet Epiſcopo Meldenſi, aſſiſtentibus Ludovico Antonin de Noailles tunc Epiſcopo Catalaunenſi, dein Archiepiſcopo Pariſienſi & S. R. E. Cardinale, & Henrico Feydeau de Brou Epiſcopo Ambianenſi.

Præſul iſte in omni ſcientiarum genere verſatiſſimus, inter XL. Viros Regiæ Scientiarum Academiæ Pariſiis adlectus eſt. Varia ſcripſit & edidit, inter quæ famoſus fuit liber, dictus *Explication des Maximes des Saints*, qui anno 1699. Romæ prohibitus fuit per Innocentium XII. damnatis XXIII. Propoſitionibus: quam condemnationem Archiepiſco-

pus æquo atque ſubmiſſo animo recepit, primuſque publicavit. Obiit Cameraci die 7. Januarii 1715. ætatis 64.

Joannes d'Estrees, S. Th. Doctor Sorbonicus, Abbas Commendatarius S. Claudii in Burgundia, B. Mariæ de Ebronio, de Villanova &c. Socius XL. Virorum Academiæ Gallicæ Pariſiis, & Ordinis S. Spiritûs Prælatus ac Commendator, à Duce Aurelianenſi Regni Regente nominatur ad hunc Archiepiſcopatum Kalendis Januarii 1716. ſed nondum receptis Litteris Pontificiæ confirmationis, è vita ablatus eſt 3. Martii 1718. ætatis 52.

XIII. Josephus Emanuel de la Trimoille, S. Th. Doctor in Academia Pariſienſi, quondam Auditor Cauſſarum Apoſtolicarum in Rota Rom. dein ab anno 1706. S. R. E. Cardinalis titulo SS. Trinitatis in Monte Pincio, Prælatus ac Commendator Ordinis S. Spiritûs, & Abbas Commendatarius S. Stephani Cadomenſis, Latiniacenſis, Altæcumbæ in Sabaudia, Grandis-Sylvæ, S. Amandi in Belgio &c. item Legatus Regni Galliæ ad Pontificem, anno 1718. ad Sedem Cameracenſem evehitur, nominante Duce Aurelianenſi Galliarum Regente, qui eum paulò ante ad Epiſcopatum Bajocenſem deſtinaverat.

Anno 1719. die 30. Maii, Romæ apud PP. Carthuſianos ab ipſo-met Summo Pontifice Clemente XI. ſacris Infulis inauguratur, aſſiſtentibus S. R. E. Cardinalibus, Tanariu Tuſculano, Paulutio Albanenſi & Pignatello Sabinenſi, Epiſcopis, & S. R. E. Cardinalibus Diaconis, Ottobono, Albano & Oliverio. Romæ è vivis ereptus eſt 10 Januarii 1720, ætatis 62.

XIV. Guilielmus du Bois, Brivatenſis Lemovix, ſupremus Rerum belli ac claſſis Secretarius ac primus Regni Miniſter, à Duce Aurelianenſi Galliæ Regente (cujus olim fuerat Pædagogus) nominatur Archiepiſcopus anno 1720. Conſecratus Pariſiis in Eccleſia Monialium Vallis-Gratiæ die 9. Junii ejuſdem anni per Armandum Gaſtonem de Rohan S. R. E. Cardinalem Epiſcopum Argentinenſem, aſſiſtentibus Nannetenſi & Claromontano Epiſcopis.

Anno 1721. die 16. Julii ab Innocentio XIII. Pont. inter S. R. E. Presbyteros Cardinales relatus fuit; variiſque præterea potitus Abbatiis, Aureæ Vallis, Nuvigenti, Burgolii, Caricampi, S. Winoci in Flandria, S. Bertini in Artheſia &c. Anno 1722 inter Socios Academiarum Linguæ Gallicæ, & Scientiarum Pariſiis cooptatus fuit. Obiit in Aula Regia Verſallienſi die 10. Auguſti 1723. ætatis anno 67. Ex Archivis Epiſcopatûs M. S.

XV. Carolus, dictus antea Abbas S Albini, filius legitimatus Sereniſſ. Principis Gaſtonis Ducis Aurelianenſis, Regni Galliæ Regentis pro Rege Ludovico XV. ab Epiſcopatu Laudunenſi tranſlatus eſt ad Archiepiſcopatum Cameracenſem anno 1723.

Poſſidet præterea in Commendam Abbatias S. Andoëni Rothomagi, & S. Ebralphi in Diœceſi Lexovienſi Ord. S. Ben. item Prioratum Sti. Martini de Campis Ord. Cluniac. Pariſiis, in quo poſteriore conſecratus fuerat in Epiſcopum Laudunenſem 26. Aprilis 1722. per D. Cardinalem de Rohan, Epiſcopum Argentinenſem & magnum Regni Galliæ Eleëmoſynarium, aſſiſtentibus Epiſcopis Nannetenſi & Abrincenſi.

CAPUT CCX.

Pius IV. *Pontifex, ortâ contentione inter Eccleſias Tornacenſem & Atrebatenſem ratione præcedentiæ, declarat anno 1565, ſeſe per Bullas editas pro novis Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus Belgii, noluiſſe præjudicare antiquis juribus Eccleſiarum.*

Ex Archivis Eccl Cathedr. Tornac.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſuâ ſollicitudine indefeſſâ diligenter providere, ut ea quæ tam ab eo, quàm Prædeceſſoribus ſuis, pro tempore emanata eſſe reperiuntur, ita ſine declarationis adminiculo delucidentur, quòd nulla deſuper dubitandi occaſio cuiquam tribuatur. Itaque licet aliàs felicis recordationis Paulus PP. IV. Prædeceſſor noſter, primò, & deindè Nos Cameracenſem Eccleſiam in Metropolitanam ereximus, eique quatuor Eccleſias Suffraganeas, in quibus Atrebatenſis primo loco atque ordine inſcripta eſt, attribuerimus: prout tam in ejuſdem Pauli Prædeceſſoris, quàm noſtris litteris deſuper confectis, plenius continetur: tamen ad tollendas difficultates & controverſias, quæ ex hac deſcriptione ſuper præcedentia Epiſcoporum Eccleſiarum Suffraganearum hujuſmodi ortæ forſan jam ſunt, ſeu deindè oriri poſſe formidantur: noſtræ declarationis remedio, opportunè providere volentes, motu proprio & ex noſtrâ certâ ſcientiâ, Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium atteſtamur, decernimus atque declaramus, nec dicti Pauli Prædeceſſoris, neque noſtræ mentis, intentionis aut voluntatis unquam fuiſſe, eſſe, neque fore, quòd per deſcriptionem & ordinem in prædictis litteris factum & expreſſum ſolito & antiquo ordini, ac præcedentiæ præfatorum Epiſcoporum, quoquo modo præjudicetur, neque præjudicari poſſit; quinimo ipſum Paulum Prædeceſſorem & Nos voluiſſe ac velle, ut unuſquiſque in ſuo priſtino loco, ordine & antelatione omninò conſervetur. Quòd ſi nulla inter eoſdem Epiſcopos præcedentia ſervari ſolita ſit, tunc locus & ordo in dictis litteris deſcriptus ſervari debeat; ſervandumque fore & eſſe. Sicque per quoſcunque Judices & Commiſſarios &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris 3. Aprilis 1565. Pontificatûs noſtri anno ſexto. 1565.

C A-

CAPUT CCXI.

JOANNES DE ARCKEL, *Leodienſis Epiſcopus*, *anno* 1366. *Sylvæ-Ducis in Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ è XXX. Capellaniis erigit totidem Canonicatus cum Decanatu.*

Ex Archivis Epiſcopatûs M. S.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

JOANNES Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus dilectis filiis Inveſtito & Capellanis Eccleſiæ Sancti Joannis Evangeliſtæ in Buſco-ducis noſtræ Diœceſis, tam præſentibus quam futuris canonicè inſtitutis, ſalutis & charitatis augmentum.

QUIA ſicut injuſta petentibus nullus eſt tribuendus effectus, ita legitima & juſta poſtulantium non eſt petitio differenda.

SANE exhibita nobis petitio veſtra continebat, quatenus Eccleſiam prædictam in honore Sancti Joannis Evangeliſtæ intitulatam & conſecratam erigere in Eccleſiam Collegiatam dignaremur.

EA-propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam Parochialem, in qua divino mancipati eſtis obſequio in honore glorioſiſſimi Beati Joannis Evangeliſtæ conſtructam & dedicatam (qui ſicuti privilegio amoris præcipui cæteris altiùs à Domino meruit honorari, ita dignum eſt ut à Chriſti fidelibus eò devotiùs veneretur) noſtrâ Pontificali auctoritate ipſam Eccleſiam in Collegiatam erigimus;

Decanatûs.

DANTES & concedentes vobis & veſtris de cætero Succeſſoribus jus eligendi aliquam perſonam idoneam in Decanum, alioſque Officiatos vobis neceſſarios & utiles deputandi & conſtituendi, Corpus ſeu Capitulum faciendi, cæteraque jura Collegialia habendi & exercendi; ſub his modo & formâ;

VIDELICET quod de triginta Altaribus, quæ in dicta Eccleſia ab antiquo fuerunt & ſunt, fructus & proventus diſtinctos habentibus, & quibus triginta Capellani Presbyteri deſervierunt & deſerviunt in divinis, de cætero & in perpetuum erunt in eadem Eccleſia triginta Præbendæ Canonicales Sacerdotales; & quod tenentes eaſdem tenebuntur dictam Eccleſiam in divinis Officiis diurnis & nocturnis ac Horis Canonicis ſolemniter decantandis decenter officiare & deſervire.

QUODQUE dictæ Præbendæ & Officia eccleſiaſtica perpetua in ipſa Eccleſia jam fundata, necnon Beneficia & Officia in ipſa Eccleſia impoſterum favente Domino fundanda, de conſenſu tamen Capituli, ſine quorum conſenſu fundari non poterunt nec debebunt, ſpectabunt & pertinebunt ad præſentationem dicti Inveſtiti & ſuorum Succeſſorum qui erunt pro tempore, ceſſantibus Gratiis Apoſtolicis; & quod dicti Decanus & Capitulum hujuſmodi præſentatos recipere habeant & admittere.

Exemptio ab ordinario.

Item quod Decanus & Capitulum & Chorales ipſius Eccleſiæ liberi ſint & exempti à noſtra juriſdictione; quodque crimina & defectus ſingularum perſonarum ipſius eccleſiæ per eoſdem Decanum & Capitulum corrigantur, ipſaque Eccleſia gaudeat omnibus & ſingulis libertatibus exemptionibus & francbiſiis, quibus cæteræ Eccleſiæ Collegiatæ ſecundariæ noſtræ Leodienſis Diœceſis gaudent & gaudere conſueverunt.

De Statutis ordinandis.

Item quod Statuta honeſta & rationabilia de communi conſenſu ordinare & ſtatuere, & laudabiles conſuetudines obſervare poterunt: ſic tamen quod in defectu Statuti & conſuetudinis recurſum babeant in dubiis ad dictas alias ſecundarias Eccleſias Leodienſes.

De Inveſtito.

Item quod Dominus Adam, qui nunc eſt Inveſtitus ipſius Eccleſiæ, quem in Decanum ipſius Eccleſiæ ipſius Collegii per præſentes præficimus & præfectum confirmamus, ſit & maneat, quam diu vixerit in humanis, Decanus ipſius Eccleſiæ; & poſt ipſius deceſſum Religioſa Domina Prioriſſa de Oudergem Cameracenſis Diœceſis, prout hactenus conſuevit, præſentet ad ipſam Inveſtituram perſonam idoneam Archidiacono loci, qui Curam Parochianorum dictæ Eccleſiæ habeat & regat per ſe & ſuos Vicarios, & noſtræ juriſdictioni ſubjectus maneat.

Et quod Capitulum prædictum ex tunc & deinceps & imperpetuum, necnon Canonici in electione vocem babentes eligant ut jura volunt unam perſonam idoneam ut præmittitur in Decanum, per nos ad inſtar aliorum Decanorum dictæ noſtræ Diœceſis confirmandum. Qui curam animarum perſonarum dicti Collegii gerat, quique dicto veſtro Collegio præſit, vos ad Chorum & Capitulum convocet, cæteraque jura Decanalia de conſuetudine ſecundarum Eccleſiarum dictæ noſtræ Leodienſis Diœceſis per Decanos fieri conſueta exerceat, ac prior inter vos habeatur.

Item quod Inveſtitus hujuſmodi, qui fuerit pro tempore, nullo modo ſe intromittat de Collegio principali Choro ipſius Eccleſiæ, niſi divinis officiis cum religione & aliis Canonicis intereſſe voluerit: ſed ipſe Inveſtitus in Altari Miſſæ Animarum vel alio loco Eccleſiæ quem elegerit, divina officia celebret, & Sacramenta miniſtret.

Nec ſimiliter Decanus aut Capitulum de Cura Parochiæ, & illis quæ ſolum ad Inveſtitum pertinent, ſe aliqualiter intromittant. Cæterum ut tranquillitati & ſtatui dictæ Eccleſiæ ac perſonarum earumdem quantò propentiùs poterimus conſulamus, ac futuris dubiis ſeu diſſenſionibus

quæ

generale Capitulum, in quo conveniant tam præſentes quam abſentes, tractaturi de negociis ipſius Eccleſiæ, & Capituli; & qui non venerint, amittant duas libras Turonenſium præſentiarum monetæ currentis de groſſo ſeu corpore ſuæ Præbendæ. Et omnes pro anno tunc futuro reſidere volentes ſe ibidem ad reſidentiam offerant, & abeſſe volentes unum idoneum ex Collegio vel aliunde præſentent, qui Miſſas, Evangelia & Epiſtolas ſuis temporibus celebret & cantet in expenſis ipſorum abſentium; & reſiduum corporis ſeu groſſi ſuarum Præbendarum abſentes percipiant. Et de illo ſint contenti, nec quidquam de communi vel diſtributionibus exigant. Et qui ſic ad reſidentiam ſe non preſentaverint, pro foraneis habeantur pro anno futuro.

De Canonicis non Sacerdotibus.

Item ſtatuimus, quod Canonici qui non fuerunt ad ſacrum Ordinem Sacerdotii promoti, in dicto generali Capitulo tenebuntur præſentare unum Presbyterum idoneum, qui in ſuis expenſis adimplere poterit illa quæ per ſeipſum hujuſmodi Canonicus adimplere non poteſt. Et habebunt ſolum mediam partem ſuarum Præbendarum. Sic quod ſi præſens fuerit, habeat mediam partem præbendæ reſidentis tam in groſſo quam in accidentiis; ſi vero abſens, mediam partem præbendæ abſentis.

De diebus abſentiæ.

Item ſtatuimus, quod Canonici reſidentes poterunt abeſſe in quolibet anno ſexaginta diebus quibus voluerint, die receſſûs eorum & redditûs non computato. Et ſi plus fuerint abſentes, pro foraneis illius anni integri habebuntur, & ad reſtitutionem illius quod illo anno perceperunt ex ſuis præbendis tenebuntur.

De Ordine Sacerdotali.

Item ſtatuimus, quod Decanus & Capitulum poterunt compellere Canonicum non promotum ad Sacerdotium, etiam invitum, Canonicâ tamen monitione prçviâ, per ſubſtractionem omnium fructuum ſuorum, quod faciat ſe ad Sacerdotium, promoveri ceſſante legitimo impedimento; quod quidem impedimentum ſi fuerit tale, quod poterit in publico confiteri, excuſet ſe publicè coram Capitulo.

Si vero fuerit occultum, tunc in foro Confeſſionis coram Decano & duobus Canonicis revelet impedimentum; qui ipſum de receptione Ordinis apud Capitulum excuſent; faciatque ipſe adimpleri per alium quod ipſe non poteſt.

De anno gratiæ.

Item ſtatuimus, quod Canonicus decedens habeat mediam partem Præbendæ per annum integrum gratiæ poſt mortem ſuam, pro exequiis ſupportandis, tam groſſi quam diſtributionum, ſi Presbyter præſens deceſſerit. Si vero abſens, mediam partem abſentiæ. Et ſi Canonicus non Sacerdos deceſſerit, reſidens quartam partem reſidentiæ. Si verò abſens quartam partem abſentiæ habeat & de illa ſit contentus. Reliquum verò, quod de dictis fructibus reſiduum fuerit inter præſentes dividatur, niſi ſubrogatus fuerit Presbyter, & reſederit in loco defuncti; qui ſi fuerit, aliam mediam partem habeat.

Quantum Canonicus recipiendus ſolvet in ſua receptione.

Item ſtatuimus, quod novus Canonicus recipiendus quicumque fuerit, ex nunc in ſua receptione det Capitulo in uſus communes & pro oneribus Capituli ſupportandis, decem florenos per vos de Florencia.

Item Clauſtrario ſeu Baſtionario ipſius Capituli duos florenos.

Item Rectori Scholarum dimidium florenum, & Cuſtodi dimidium florenum; & juret juramentum, ut in aliis Eccleſiis Collegiatis præſtare ſolitum.

Item cum fructus communes ipſius Collegii ferè omnes conſiſtant in Anniverſariis, ſtatuimus quod media pars Anniverſariorum de præſenti exiſtentium & fructuum exinde provenientium, qui vulgariter nuncupantur Bona Burſæ, deputentur pro diſtributionibus prædictis in Horis faciendis & oneribus ipſius Collegii ſupportandis. Et ſi quid ex eis ſupercreverit, lapſo anno æqualiter dividetur inter reſidentes; ſi verò defuerit, æqualiter defalcabitur. Reliqua verò media pars dividatur omnibus Vigiliis & Miſſis Animarum inter præſentes venientes & exſpectantes & ſepulchra viſitantes, ut ſupra dictum eſt, proportionibus & quantitatibus per hujuſmodi defunctos relictis.

In quorum omnium teſtimonium & munimen, has præſentes Litteras Sigillo noſtro ad cauſas, quo in talibus utimur, unà cum Sigillo prædicti Domini Adæ Inveſtiti Eccleſiæ prædictæ, qui prædictæ noſtræ Erectioni & Ordinationi ſic ſuum expreſſum conſenſum adhibuit, duximus roborandas. Datum & actum anno à Nativitate Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſexto, Menſis Januarii die viceſimâ. 1366.

CAPUT CCXII.

PHILIPPUS I. *Francorum Rex, Originem atque Fundationem Capituli Sti. Amati Duacenſis recenſet anno* 1076. *Cujus litteras à ſe viſas confirmant anno* 1355. JOANNES I. *&* *anno* 1366. CAROLUS V. *Francorum Reges.*

Ex Archivis Capituli M. S.

CAROLUS Dei gratiâ Francorum Rex; Notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuris, Nos vidiſſe Litteras Cariſſimi quondam Domini & Progenitoris noſtri, formam quæ ſequitur continentes.

JOANNES Dei gratiâ Francorum Rex; Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, Nos infraſcriptas Litteras vidiſſe, non raſas, non cancellatas, ſed omni ſuſpicione carentes: licet propter vetuſtatem in quibuſdam ipſarum partibus aliquantulum corroſas, formam quæ ſequitur continentes.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

PHILIPPUS divinâ miſeratione Francorum

 Rex,

Rex. Mandatorum Dei viam bumano generi ad imitandum propoſitam Beatus Maurontus inclyti Dueis Adalbaldi atque Sanctæ Rictrudis filius fat s accuratè conſideravit. Quia ut Electorum numero adſcriberetur, bona ſibi jure hæreditario contingentia Beato Amato à Senonenſi Epiſcopatu Theoderici Regis tyrannide depulſo contulit, & in proprio fundo *Broïlo*, à modernis autem *Meurivilla* nominato, in honore Dei & Sti. Petri Apoſtoli pro voto Sanctiſſimo Epiſcopo Amato Eccleſiam conſtruxit.

Poſtquam verò Sanctum Epiſcopum ſibi amabilem Amatum Dominus ad cœleſtem Patriam ex hac moleſtæ peregrinationis ærumna aſſumpſit, ſacrum Corpus illius ſacer Maurontus in ſupradicta Eccleſia honorificè tumulavit, & ad honorem Dei, ipſiuſque Sancti Fratres in ipſa Eccleſia congregavit.

Fratrum itaque Congregatio in prædicta Eccleſia divino famulatui mancipata longo tempore permanſit quieta; donec Danorum & Normannorum gens crudelis & aſpera devaſtaret ipſam Meurivillam, & circa eam omnem Patriam

Sed imminente perſecutione, Fratres ſolliciti de Corpore ſui Patroni, Duacum à perſecutorum incurſione ſecurum illud deportaverunt, & in Eccleſia ab Anteceſſoribus in honore Stæ. Dei Genitricis Mariæ ibidem in fundo Sti. Mauronti ædificata poſuerunt.

Placatis autem prædictæ perſecutionis turbationibus & loco Meurivillæ devaſtato, *Carolus* Rex Francorum & *Arnulphus* Conſul Flandrenſium à prædictis Fratribus requiſiti, quid agerent de Corpore tanti Patroni, convocatis Epiſcopis & Principibus ſuis, eorum conſilin, ordinatione divinâ præeunte, hoc ſtatuerunt, ut in Duaco gratia exaltandi Corpus Venerabilis Amati remaneret in perpetuum in Eccleſia Beatæ Dei Genitricis Mariæ, in qua ſuperiùs memoravimus eſſe tranſlatum.

Præterea Edicto ſuæ Dominationis ſtatuerunt, & Privilegiis firmaverunt, ut quidquid Beatus Amatus & Fratres Deo & ſibi famulantes habebant donec in Meurivilla erant, vel deinceps habituri erant, hnc etiam in Duaco morantes, firmiter haberent & ſine contradictione poſſiderent.

Libertatem etiam ipſius Eccleſiæ firmam ſtatuerunt, quam Nobis plures & autentici Viri retulerunt, & Fratres illius Eccleſiæ diu inviolatam tenuerunt.

Poſt multa ſiquidem tempora contigit, ut ipſa Eccleſia igne vaſtaretur, in quo omne Librarium ſimul & Privilegia Eccleſiæ perierunt.

Sed quia à Deo eſt ſublimitas omnis & poteſtas, omni ſollicitudine curandum eſt in poteſtate conſtitutis, ne res Eccleſiaſticæ per violentiam alicujus raptoris auferantur vel devaſtentur. Quod ne aliquando contingat; volens renovare, quod Anteceſſores mei confirmaverunt de beneficiis Sti. Amati, Ego *Philippus* Rex Francorum acquievi petitioni *Roberti* Flandrenſium Comitis, & Nepotis ſui *Balduini* Comitis de Haynau, nec non & *Richeldis* Matris ipſius *Balduini*, Canonicorum etiam ipſius Sti. Amati Duacenſis, qui Virum Religioſum *Raymarum* ipſius Eccleſiæ Præpoſitum & *Galterum* Caſtellanum de rebus prædictæ Eccleſiæ augendis & conſervandis multum ſollicitum ad me miſerunt, exorantes, ut res Sancto Amato donatæ ſive donandæ meæ Dominationis auctoritate confirmarentur.

Confirmavi itaque Præcepto poteſtatis Regiæ, ut ipſa Eccleſia infra Caſtrum Duaci in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ conſtructa, in qua Corpora Beatorum Confeſſorum Amati atque ipſius Mauronti quieſcunt, ab omni Laïcali poteſtate ſit libera: ut Canonici Deo & Sanctæ Mariæ & Sancto Amato ibi quietè ſerviant. [* Alias Godeliudis: vid. Tom. 1. Geneal. Franc. pag 115] [1076.]

Atrium qunque & Clauſtrum & domos Canonicorum in libertate permanere cnnceſſi.

Prohibemus etiam, ut neque in Clauſtro, neque in atrio, neque in domibus Canonicorum in Clauſtro ſive in Caſtro manentium, vel ſervientibus eorum, vel omninò io facultate ipſius Eccleſiæ, ulla Laïcalis perſona mittat manum, neque Rex, neque Comes, neque Caſtellanus, neque alius ſub eis Laïcus.

Bannum, aut latronem, vel theſauri aut etiam alicujus rei inventionem nulla Laïcalis perſona in prædictis locis ſibi uſurpare audeat: ſed ditioni & poteſtati Eccleſiæ omninò ſubjaceant.

Præpoſitus nullus in prædicta Eccleſia conſtituatur, niſi Canonicorum electione.

Præterea per præſentem decernimus juſſionem, ut nullus ſit ſub meo regimine, qui præſumat aliquid auferre de omnibus quæ Beato Amato à Sancto Mauronto ſunt attributa, vel ab aliis Anteceſſoribus collata, ſeu quæ ab ipſis Præpoſitis ſive Canonicis ibi ſervientibus fuerint attracta aut in antea Deo auxiliante à quibuſcumque fuer nt meliorata aut augmentata. [Ex ... tal]

Si quis autem aut noſtro aut futuro tempore electionis jura prænominatæ Eccleſiæ, & rerum prædictarum liberam diſpoſitionem Regali Dignitate Noſtrâ conceſſam violaverit, veluti contra ſalutem Regiæ Dignitatis agens, Auctoritate Noſtrâ atque Præcepto quaſi inimicus & proditor Domini ſui, ab omni munere & honore publico arceatur, donec juſto judicio ipſi Eccleſiæ quam læſit ſatisfecerit.

Inſuper & Præcepto Regiæ Majeſtatis ſtatuimus, ut violator hujus præordinatæ libertatis ipſi Eccleſiæ perſolvat decem libras aureæ monetæ. Et ut hoc Præceptum Regiæ Dignitatis in poſterum per omnia conſervetur illibatum, Sigilli noſtri impreſſione ſubterſignari juſſimus.

Ego Philippus Rex Francorum hoc Privilegium Sylvanectis confirmavi, anno Regni mei ſedecimo, Teſtibus ſubſcriptis;

S. Manaſſis Remenſis Archiepiſcopi.
S. Richarii Senonenſis Archiepiſcopi.
S. Thietbaldi Sueſſionenſis Epiſcopi.
S. Guidonis Belvacenſis Epiſcopi.

S. Rot-

S. Rotgeri Cathalaunenſis Epiſcopi.
S. Elinandi Laudunenſis Epiſcopi.
S. Radulphi Ambianenſis Epiſcopi.
S. Raineri Aurelianenſis Epiſcopi.
S. Ratbodi Noviomenſis Epiſcopi.
S. Gaulerani Regis Camerarii.
S. Frederici Dapiferi.
S. Hervæi Pincernæ.
S. Hugonis Coneſtabuli.

Ego *Gauffridus* * Regis Cancellarius & Pariſienſis Epiſcopus hoc Privilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

* Alias Godefridus : vide Tom. I. Geneal. Franc. pag 115.

Actum eſt anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo ſexto, Indictione XIV.
1076. Epactâ XII. concurrente.

Nos autem dictas litteras, & contenta in eiſdem rata & grata habentes, in quantum juſtè eiſdem uſi fuerint Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſupradictæ, laudamus, ratificamus, approbamus, & tenore præſentium Authoritate Regiâ de ſpeciali gratia & ex certa ſcientia confirmamus.

Et quia propter ipſarum Litterarum vetuſtatem poteſt veri-ſimiliter dubitari, quod non poſſint diu in ſtatu ſolido permanere, ſed in brevi faciliter deleri aut conſumi, ex ampliori gratia conceſſimus atque concedimus, de noſtræ plenitudine Regiæ poteſtatis, his veſtris præſentibus tamquam Originalibus contentorum in eiſdem de cetero fidem plenam atque indubiam perpetuis temporibus adhiberi : non obſtante quod de dictis Originalibus ſuperiùs tranſcriptis Litteris nullatenus inpoſterum doceatur.

Quod ut firmum & ſtabile permaneat in futurum, Sigillum noſtrum præſentibus Litteris duximus apponendum.

Datum Atrebati anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, menſe Maii. 1355.

Nos autem dictas Litteras, ac omnia & ſingula in eiſdem contenta rata habentes atque grata, ea volumus, laudamus, ratificamus, approbamus, ac de noſtris Auctoritate & gratiâ ſpeciali, quantum juſtè eiſdem uſi fuerint Decanus & Capitulum Eccleſiæ ſupradictæ, tenore præſentium Litterarum confirmamus.

Quod ut robur obtineat perpetuum, Litteris præſentibus noſtrum fecimus apponi Sigillum : ſalvo in aliis jure veſtro, & in omnibus quolibet alieno.

Datum Pariſiis XIII. die menſis Martii, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſi- 1366.
mo ſexto, & Regni noſtri tertio.

CAPUT CCXIII.

GERARDUS II. *Epiſcopus Cameracenſis Fundationem Capituli Canonicorum S. Amati Duaci recenſet atque confirmat anno* 1081.

Ex Archivis Capituli M. S.

SECUNDUS GERARDUS Cameracenſis Epiſcopus. . . . . Mandatorum Dei viam humano generi ad imitandum propoſitam, Sanctorumque imitationem cooperatione ſancti Spiritûs executam B. Maurontus inclyti Ducis Adalbaldi atque S. Rictrudis filius, ſatis accuratè conſideravit : quia ut Electorum numero adſcriberetur, in proprio fundo, antiquitus Broïlo, à modernis autem Meurivilla nominato, in honore Dei, Sanctique Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam à fundamento conſtruxit.

Ipſe verò tempore Luehdovici Francorum Regis ex Dagoberto prognati bona ſibi jure hereditario contingentia Beato Amato viventi; Theodorici tyrannide à Senonenſi Epiſcopatu depulſo contulit. Et poſt Beati Viri exitum ab hujus mundi ægypto, ad ipſius honorem in præfata Eccleſia Deo cum Sanctis famulandos Fratres congregavit.

. . . . *Hic ſequitur ſpecificatio bonorum, quæ deeſt in M S. Eccleſiæ Duacenſis.*

Beneficia autem præſcripta diviſa ſunt Canonicis, Præpoſito, Decano, Cantori, Theſaurario : nullus quorum quatuor duo ſimul officia habere poteſt. De prædictis omnibus habet in manu ſua dominium Eccleſiæ Præpoſitus. Prius namque ipſius providentiâ & conceſſione ſunt attributa prænominata Beneficia Eccleſiæ : ſed hoc tamen ipſe idem nequit facere niſi Canonicorum electione.

Nullus qui vivat mortalium auferre poteſt ab Eccleſia de conceſſis vel dandis rebus. Solummodò autem Præbenda ipſius Eccleſiæ eſt in Præpoſiti poteſtate, & feodum Scholæ, eâ ratione, ut ad utilitatem concedantur Eccleſiæ.

De Theſauro autem Eccleſiæ ita provideat Theſaurarius, ut nec Præpoſitus nec Canonici inde aliquid dent vel auferant, niſi ab utriſque concedatur, & eâ lege, ut in meliùs reſtituantur.

Eccleſia autem erit ex toto libera; & animarum curam dabit Epiſcopus Decano à Canonicis ejuſdem loci electo. Oleum & Chriſma accipiet Decanus vel Legatus ejus in Sede Epiſcopatûs.

Ego ſecundus Gerardus Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopus hanc Chartam propriâ manu confirmavi. Et quicumque, ſive Clericus, ſive Laicus, ſive qualibet Perſona datorum vel etiam dandorum aliquid ſubſtraxerit, tamdiu excommunicationi ſubjaceat, donec ad ſatisfactionem veniat.

Præterea Canonicis ejuſdem Eccleſiæ conceſſi, ut liberè habeant poteſtatem omittendi divinum Officium & reincipiendi, & excommunicandi & abſolvendi, ſi quis inde aliquid abſtulerit.

Actum Atrebati in die Pentecoſtes anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti mille- 1081.
ſimo octogeſimo primo.

CAPUT CCXIV.

PASSCHALIS II. *Pontifex Privilegia atque Poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ S. Amati Duaci confirmat anno* 1104.

Ex Archivis Capituli M.S.

PASSCHALIS Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Heriberto Decano & ejus Fratribus in Eccleſia Duacenſi Stæ. Mariæ & Sti. Amati Domino ſervientibus, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum.

Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non differenda petitio. Proinde Nos legitima veſtra deſideria perpendentes, juxta Confratris noſtri Lamberti, Venerabilis Atrebatenſis Epiſcopi, poſtulationem, precibus veſtris paternâ benignitate præbemus aſſenſum: ut Eccleſia veſtra in Atrebatenſi Parochia ſita, tuitione Sedis Apoſtolicæ protegatur.

Per præſentis igitur Privilegii Paginam Auctoritate Apoſtolicâ veſtræ Duacenſi Sti. Amati Eccleſiæ confirmamus poſſeſſiones illas, quæ vel egregii Ducis Manronti, vel aliorum Fidelium legitimis Donationibus in præſenti ad eandem videntur Eccleſiam pertinere;

Videlicet in Pago Menpiſico Tatem, Meurivillam cum Altari & Decima totius Villæ & omnibus appendiciis ſuis.

In eadem Villa, Eccleſiam in honore Sti. Amati ex toto liberam, & Curtem Canonicorum omninò liberam ſuper fluvium Eſcræ; totam Villam Fleternam cum Decima; apud Gunevelt dimidiam bercariam; apud Heldenſes Decimam illam, quæ eſt inter Neppam & Guarnamam, & porcinam beccam & poteſtatem Guarneſtum.

Apud Bonennias juxta Martianas totam Decimam corporis Eccleſiæ. Quidquid prætere juſtè hodie præfata Beatæ Mariæ & Sti. Amati Eccleſia poſſidet: quidqnid io futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum vel oblatione Fidelium legitimè atque Canonicè poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant.

Sanè Decanus ſive Præpoſitus noo alius veſtro Collegio præponatur, niſi qui vel omnium vel meliorum Fratrum conſenſu debito Canonicè fuerit cum Dei timore proviſus.

Decano Eccleſiæ curam committat Epiſcopus: cui tamen Eccleſiam ipſam gravare non liceat, vel exactiones aliquas, aut conſuetudines irrogare.

Porrò Canonici, ſive alii Clerici omnes eidem Eccleſiæ ſervientes Decani diſciplinâ corrigantur: nec ad Ordinationem ab Epiſcopo ſine ipſius licentia admittantur: nec alterius quam ipſius & Fratrum arbitrio coerceantur.

Cæterum nec Decano nec Præpoſito facultas ſit Eccleſiæ bona ſine Fratrum communi vel ſaniori conſilio in feudum dare, Præbendas vel cætera miniſteria diſponere, aut quidquam gravius de rebus Eccleſiæ ſtabilire.

Præcipimus etiam, atrium & clauſtrum & manſiones Canonicorum infra Caſtrum ab omni ſæculari poteſtate libera conſervari; ita ut nec in ipſis nec in facultatibus aut ſervitoribus ipſorum præter ipſorum voluntatem manu-mittatur.

Rerum veſtrarum invaſores atque raptores Canonicè monitos, niſi ſatisfecerint, excommunicandi, ſicut ex reverendæ memoriæ *Gerardi* Epiſcopi conceſſione habetis, ita & in poſterum habere concedimus facultatem. Quos ex nomine deſignatos aote ſatisfactionem Comprovincialium nemo ſuſcipiat: ſalvâ in omoibus Atrebatenſis Epiſcopi canonicâ reverentiâ.

Chriſma, oleum ſacrum, vel oleum infirmorum, ſive aquam cæmiterio, atrio ſive Baſilicis reconciliandis, ab Atrebatenſi Matrice accipietis Eccleſiâ, omoi utique pravitate ſepoſitâ.

Ad hæc adjicientes decernimus, ut nulli omnino homioum liceat eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retioere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione & guberoatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ ſupra-ſcripti Atrebatenſis Epiſcopi, ut dictum eſt, canonicâ reverentiâ.

Si qua ſanè Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiòve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ultioni ſubjaceat.

Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis obtineant. Amen.

Scriptum per manum Rainerii Scriniarii Regionarii & Notarii Sancti Palatii.

✠ Ego Paſſchalis Catholicæ Eccleſiæ Papa S S.

Datum Laterani per manum Joannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, IV. Idus Novembris, Indictione decimâ tertiâ, anno
Dominicæ Nativitatis milleſimo centeſimo 1104.
quarto, Pontificatûs autem Domini Paſſchalis ſecundi Papæ ſexto.

CAPUT CCXV.

Ordinatio & Concordia ſuper Præeminentiis & Juribus Parochialibus Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Waldetrudis XXX. Nobilium Canonicarum, Montibus Hannoniæ, inita anno 1545.

Ex Archivis Capituli Stæ Waldetrudis Montibus M.S

1545.

IN nomine Domini. Amen.

Per hoc opus publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod an. à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, Indictione tertiâ, menſis verò Decembris die decimâ quintâ, Pontificatûs SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri Pauli divinâ providentiâ Papæ tertii anno undecimo, in mei Notarii publici & Teſtium infra-ſcriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præſentiâ, præſentes & perſonaliter conſtitutæ & conſtituti in loco Capitulari Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ & Sæcularis Stæ. Waldetrudis Oppidi Montenſis Nobiles Perſonæ Joanna de Pratte, Anna de Ligne, Machtildis de Spanghe & Margarita de Tamberge Capitulum dictæ Eccleſiæ repræſentantes & conſtituentes ex unâ, ac diſcreti Viri Domini, Magiſter Joannes Sandrart Sacræ Paginæ Licentiatus, Magiſter Petrus Ernault, Dominus Nicolaus de Braquegnies, ac Magiſter Gaſpar de Harchies utriuſque Juris Doctor Presbyteri Canonici Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis Sti. Germani Oppidi Montenſis, repræſentantes Capitulum dictæ Eccleſiæ Sancti Germani pro Curâ ejuſdem ſuæ Eccleſiæ ex diſpoſitione Apoſtolicâ Capitulo Sti. Germani annexâ, unitâ & incorporatâ, ac Magiſtri Nicolaus Goſſeau S. Nicolai in Vico de Havré, Nicolaus Gorderiau ejuſdem S. Nicolai in Vico de Bertaymont, Hieronymus Leſcuyer Sanctæ Waldetrudis Beginagii de Cantimprato, ac Joannes Gerardi Sanctæ Eliſabeth in Vico de Nimy Oppidi, Territorii, & Beginagii Montenſis Parochialium Eccleſiarum Rectores, ſeu Curati, pro ſe ſuiſque Succeſſoribus eaſdem Eccleſias Parochiales pro tempore obtinentibus ex alterâ partibus, non ſeducti nec circumventi, prout dixerunt, ſed ſponte & ex eorum certis ſcientiis declararunt; quod licet plures emanaverint Sententiæ, quod plures etiam Concordiæ olim initæ fuerint inter ipſum Capitulum S. Waldetrudis ex unâ, & Capitulum S. Germani ratione Curæ ipſi annexæ ac aliarum Parochialium Eccleſiarum Oppidi, Territorii & Beginagii prædictorum ex alterâ partibus, ipſo Capitulo S. Waldetrudis aſſerente, dictam Eccleſiam Collegiatam S. Waldetrudis fuiſſe & eſſe Matricem Eccleſiam, originalemque omnium Collegiorum Parochialiumque Eccleſiarum Oppidi, Territorii ac Beginagii prædictorum, Collegiaque & Eccleſias Parochiales hujuſmodi originaliter ab ipſâ Eccleſiâ Collegiatâ S. Waldetrudis orta & ortas eſſe; in ſignumque ſuperioritatis plura reſervaſſe Privilegia, ut hujuſmodi originis perpetua foret recordatio.

S. Waldetrudis Eccleſia Matrix.

Nihilominus ſatore zizaniæ ſuum diſcordiæ ſemen ſpargente, à certo tempore citra, inter ipſum Capitulum S. Waldetrudis, ſeu perſonas hujuſmodi Capitulum repræſentantes & conſtituentes ex unâ, & præfatum Magiſtrum Nicolaum Goſſeau Curatum dictæ Eccleſiæ S. Nicolai in Vico de Havré ex alterâ partibus, ſuper Juribus Parochialibus & Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione, illorumque occaſione certæ diſſentiones ſeu diſſentionum materiæ exortæ fuerunt, quarum occaſione coram Venerabili & Eximio Viro Domino Officiali Tornacenſi, Judice Conſervatore Privilegiorum dictæ Eccleſiæ S. Waldetrudis ſeu illius Capitulo & perſonis competentium, Apoſtolicâ auctoritate commiſſo & deputato, certus Proceſſus intentatus extitit, & adhuc pendet indeciſus.

Volentes itaque hinc inde comparentes præfati diſſenſionibus hujuſmodi finem imponi, cupienteſque ut in poſterum diſſenſionum materiæ funditus eradicentur, diſcordiaque exulet in perpetuum, de novo convenerunt, & inviolabiliter obſervare promiſerunt ea, quæ ſequuntur.

I. Primò, dictum Capitulum ſive Eccleſia Collegiata S. Waldetrudis habebit de cetero, prout habuit, & habet de præſenti, pro limitibus ſuæ Parochiæ Clauſtrum ipſius Eccleſiæ cum ſuâ turri, quæ vulgò *Le Belfroy* appellatur.

II. Item quatuor francas maſuras per dictum Oppidum in diverſis locis ſparſas, quantum ſe extendunt, in quibus & Clauſtro ſimiliter, & in Beginagio prædictis Collegiata Eccleſia S. Waldetrudis poſſidet & habet dominium temporale.

III. Item prædium, quod adjacet Sacello Divi Petri extra portam *Del Gueritte*, cujus dominium temporale pertinet ad Capellaniam D. Jacobi de Lidekerke, ſitam in eâdem Eccleſiâ Collegiatâ S. Waldetrudis, nec non etiam piſcarium cum ſuo domicilio, proximum magnis molendinis, & Caſtrum Montenſe; in quibus locis prædictis viventes & decedentes, nullum ad qualitates, ſtatus, conditioneſve habitantium habendo reſpectum, erunt perpetui Parochiani dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Waldetrudis.

IV. Cæterum Rector Parochialis Eccleſiæ S. Germani, nullum ut ſupra reſpectum habendo,

in Hoſpitali *de le Houpeline*, appellato Hoſpitale de *S. Germain*; ſimiliter Rector ſeu Curatus S. Nicolai in Vico de Havré in omnes extraneos & foraneos venientes & decedentes in Hoſpitali S. Nicolai in dicto Vico, ac in Sorores ſive deditas operi miſericordiæ circa pauperes ejuſdem Hoſpitalis; Rector verò S. Waldetrudis de Beginagio in omnes viventes & decedentes infra ſepta Beginagii;

V. Et Rector S. Eliſabeth in omnes Leproſos viveotes & decedentes in Domo Leproſorum dicti Oppidi Montenſis, nullo habito in præmiſſis reſpectu ad qualitates, ſtatus, & conditiones viventium & decedentium, reſpectivè jura Parochialia de cetero habebunt & obtinebunt.

VI. Extra verò loca præmiſſa ſingulis Eccleſiis Parochialibus prædictis pro metis & limitibus ſpecialiter aſſignata, habebit ipſa Eccleſia Collegiara S. Waldetrudis, in ſignum prædictæ ſuperioritatis & præeminentiæ, per univerſum Oppidum, Territorium, & Beginagium prædicta, extra ejuſdem Begioagii ſepta, jus Parochiale adminiſtrandi per Decanum S. Germani Montenſis tamquam Curatum quæcumque Eccleſiaſtica Sacramenta (Sacramento Baptiſmi dumtaxat excepto) perſonis inferius deſignatis; videlicet Principi, Principiſſæ, eorum liberis & Familiæ, omnibus ipſorum Conſiliariis, Officiariis, Stipendiariis, Familiaribus ac Servitoribus * *liberatas* dictorum Principis aut Principiſſæ deſerentibus, ſive non deferentibus, cum eorum liberis, familiâ, & commenſalibus, gratis vel pro pretio expenſas à prænominatis habentibus.

S. Waldetrudis Capella & Parochia Comitum Hannoniæ.

* Vulgo Livrées.

VII. Item jus adminiſtrandi, ut ſupra, omnibus Conſiliariis, Officiariis, Stipendiariis dictæ Eccleſiæ S. Waldetrudis, omnibus clientibus ſive ſatellitibus, vulgò *Sergeans* nuncupatis, ſub quâcumque juriſdictione Principis, Eccleſiæ S. Waldetrudis ac Scabinorum Oppidi Montenſis exiſtentibus, cum eorum uxoribus, liberis, familiâ & commenſalibus, ut ſupra.

VIII. Item jus adminiſtrandi omnibus Nobilibus & Equitibus, Gentiliciiſque eorumque Nobilium & Equitum Geotiliciorumque uxoribus, liberis, ac Baſtardis, nec non omnium domorum, ſive * *Hoſpitiorum* ipſorum Nobilium & Equitum, ac etiam Prælatorum Eccleſiaſticorum, in dicto Oppido, Territorio ac Beginagio, extra ſepta ſitarum, ſive ſitorum Cuſtodibus, cum eorum uxoribus, liberis, familiâ & commenſalibus, ut ſupra.

* Vulgo Hotel.

IX. Item jus adminiſtrandi omnibus utriuſque vel alterius Juris & Medicinæ Doctoribus vel Licentiatis, Advocatis ſupremæ Curiæ, ac Præceptoribus magnarum Scholarum Capituli S. Germani ac Oppidi Montenſis, qui magni Magiſtri appellantur; etiam omoibus Scholaribus dictas magnas Scholas frequentantibus, cum præmiſſorum omnium reſpectivè uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus, ut ſupra.

X. Item jus adminiſtrandi omnibus Clericis non conjugatis & conjugatis, ac omnibus viduis parochianorum S. Waldetrudis in viduitate permanentibus; cum eorum reſpectivè uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus.

XI. Item jus adminiſtrandi omnibus extraneis in dicto Oppido, territorio aut Beginagio extra ſepta decedentibus; exceptis extraneis & foraneis in Hoſpitali S. Nicolai in vico de Havré decedentibus.

Omnes extranei Parochiani.

XII. Item jus adminiſtrandi omnibus proprietariis ſive poſſeſſoribus francarum maſurarum prædictarum, etiam extra eaſdem maſuras habitantibus & decedentibus; currui, ubi Corpus S. Waldetrudis proceſſionaliter in feſto SS. Trinitatis aurigatur, manus ſuas admoventibus, cum eorum uxoribus, liberis, familiâ & commenſalibus.

XIII. Item jus adminiſtrandi omnibus perſonis Eccleſiaſticis, tam Religioſis quam ſæcularibus, cum eorum familiâ & commenſalibus; exceptis perſonis Nobilium Domicellarum Canoniſſarum S. Waldetrudis; Religioſis Ordinis Vallis Scholarium, Minorumque S. Franciſci; perſoniſque qui Curatorum prænominatorum ſeu eorum Vicariorum, in ipſorum Curatorum abſentiâ dictis Eccleſiis Parochialibus deſerviunt, cum eorum cujuſcumque qualitatis ſtatûs & conditionis familiâ & commenſalibus; dum tamen ſacris Presbiteratûs, Diaconatûs aut Subdiaconatûs Ordinibus initiati, Canonici ve aut Capellani ſive Habituati Eccleſiarum S. Waldetrudis aut S. Germani non fuerint.

XIV. Item jus adminiſtrandi omnibus illis, de quibus Receptor manuum mortuarum recipere vel bona ratione illegitimitatis aut ſervitutis officio ſuo applicare ex juxtâ cauſâ debet & tenetur, licet tales illegitimi aut ſervi Beneficio Principis vel aliàs à maculâ illegitimitatis aut ſervitutis fuerint liberati, cum eorum uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus; cum Princeps eos liberando non intendat jus alteri quæſitum commutare, exceptis feminis viduis ex plebæo patre illegitimè generatis, non habentibus proles, quæ maritos juxta juris diſpoſitionem in vitâ & in morte pro jure Parochiali ſequi teneantur.

Vulgo main morte.

XV. Item jus adminiſtrandi omnibus Eremitis nemoris Montenſis, deditis Domui Apoſtolorum, uſurariis publicis, portarum dicti oppidi Cuſtodibus, ac flembethonariis ab Oppido ſtipendium habentibus, cum eorum omnium reſpectivè uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus.

XVI. Item jus adminiſtrandi omnibus viduis in viduitate permanentibus, à foris ad habitandum Oppidum, territorium ſive Beginagium extra ſepta venientibus, quarum mariti qualitates Statûs habebant & conditiones, propter quas ſi in Oppido, territorio aut Beginagio extra ſepta habitaſſent, Parochiani S. Waldetrudis reputati fuiſſent, cum eorum liberis, familiâ & commenſalibus.

XVII. Item jus adminiſtrandi omnibus priſonariis & in priſonis Principis vel Principiſſæ ſive Dominorum Scabinorum dicti Oppidi civiliter vel criminaliter detentis, ſive etiam à priſonis

hu-

hujuſmodi vel carceribus relaxatis & per Oppidum ſub quâcumque cautione incedentibus, captivitate vel hujuſmodi cautione durantibus; ipſorum nihilominus priſonariorum ſive carceratorum uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus ſub Eccleſiâ eadem Parochiali Parochianis remanentibus, prout priùs erant Parochiani, impedimentis carceris aut cautionis hujuſmodi ceſſantibus.

XVIII Item jus adminiſtrandi omnibus liberis utriuſque ſexûs in domo mortuariâ poſt ultimi obitum parentis parochiani S. Waldetrudis habitantibus, per cujus ultimi obitum parentis quantum ad jus Parochiale ſui juris effecti ſunt, cum eorum familiâ & commenſalibus ad ſpatium dierum ſexaginta ab obitu ultimi parentis dumtaxat computandorum; licet dicti liberi nullas ex ſe habeant qualitates, ſtatus, aut conditiones, undè parochiani S. Waldetrudis reputarentur.

XIX. Item jus adminiſtrandi de conſenſu omnium comparentium (ſubtilitate juris omiſſâ) omnibus feminis Nobilibus, gentiliciiſque viduis, quæ maritos plebæos & alterius quam S. Waldetrudis Eccleſiæ Parochianos defunctos habuerunt, quamdiu in viduitate permanſerint, cum earum liberis, familiâ, & commenſalibus; idemque cenſendum erit de feminis illegimè ex patre nobili genitis viduis; licet maritos plebeos habuerint alterius Eccleſiæ quam S. Waldetrudis parochianos.

XX. Item jus adminiſtrandi omnibus quibuſcumque aliis ſimiles qualitates, ſtatus aut conditiones, de quibus ſupra dictum eſt, habentibus, qui in poſterum exoriri poſſunt, cum eorum uxoribus, liberis, familiâ, & commenſalibus.

XXI. Et præterea concordatum eſt, quod ſi quis infirmus domum ſuam relinquens, dimiſſâ tamen in eâ majori parte ſupellectilis, ſi quam habeat, eat ad Hoſpitale, aut conſanguinei vel amici domum, ſperans vel aliàs expectans pro tempore infirmitatis meliorem tractationem, decedatque in eodem Hoſpitali, vel domo conſanguinei vel ſui amici hujuſmodi, jus Parochiale pro defuncto remanebit penes eum, cui illud competebat cum à domo ſuâ migrabat; eritque ſimile judicium de eo qui caſu aut adverſâ fortunâ extra limites ſuæ Parochiæ ſubitò decedet ſeu morietur.

XXII. Eſt concordatum etiam, quod ſi quis Parochianus alterius Eccleſiæ quam dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Waldetrudis ſuam eligat ſepulturam apud Eccleſiam S. Waldetrudis, aut in ipſius Eccleſiæ cæmeteriis, Vigiliæ & prima Miſſa in dictâ Collegiatâ Eccleſiâ S. Waldetrudis celebrabuntur, finitâque hujuſmodi primâ Miſſâ funus conducetur more ſolito ad ſuam Eccleſiam Parochialem; is enim parochianus per hujuſmodi ſepulturæ electionem ad originalem ſuam Eccleſiam revertetur.

Quæ omnia & ſingula præmiſſa, omnes & ſinguli comparentes præfati, dictæ videlicet Nobiles Perſonæ repræſentantes & conſtituentes Capitulum S. Waldetrudis pro ſe dictiſque Capitulo & Eccleſia, ac Canonici Eccleſiæ S. Germani pro ſe, eorumque Capitulo & ratione Curæ S. Germani, ipſique alii quatuor Curati comparentes etiam pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus dictas Eccleſias Parochiales pro tempore obtinentibus, firmiter & inviolabiliter de cætero ac inconcuſſè tenêre & obſervare, prout ipſas, Capitulaque & Eccleſias hujuſmodi reſpectivè tangere & concernere poterunt, ſub opportunis pœnis & cenſuris eccleſiaſticis promiſerunt & convenerunt.

Ipſæque Nobiles Perſonæ & Magiſter Nicolaus Goſſeau extinctioni litis ſeu proceſſûs occaſione præmiſſorum coram Domino Officiali Tornacenſi Judice & Conſervatore Apoſtolico præfato pendentis conſenſerunt; expenſis hinc inde factis compenſatis. Et pro firmiori præmiſſorum ſubſiſtentiâ, omnibus melioribus, modo, viâ, jure, causâ, & formâ, quibus meliùs & efficacius potuerunt & debuerunt, fecerunt, conſtituerunt, crearunt, & ſolemniter ordinarunt ſuos veros, certos, legitimos, & indubitatos Procuratores, actores, factores & negotiorum ſuorum infraſcriptorum geſtores, ac Nuntios & Syndicos ſpeciales & generales; ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra; videlicet ipſæ Nobiles Perſonæ Magiſtros Jacobum de Male, Theodoricum de Gantoy & Joannem Vatſtraten, reliqui verò comparentes eumdem de Male & Magiſtros Andream Tacquet, Paulum de Vine, Michaëlem Thorele, abſentes tamquam præſentes, & eorum quemlibet in ſolidum;

Ita tamen, quod non ſit melior conditio primitùs occupantis neque deterior ſubſequentis, ſed quod unus eorum inceperit, id alter eorumdem mediare & terminare valeat & finire & ad effectum perducere ſpecialiter & expreſſè; ad ipſarum Nobilium perſonarum comparentium, omniumque & ſingulorum reſpectivè nominibus coram dicto Domino Officiali & Conſervatore comparendum, præmiſſaque omnia & ſingula recognoſcendum, eaque perpetuæ firmitatis robur obtinêre debere declarari, ac ipſas & ipſos, ipſarum & ipſorum Succeſſores, ac Capitula & Eccleſias prædicta & prædictas, ad præmiſſorum obſervationem & intentionem ſub pœnis prædictis condemnari petendum, requirendum & conſentiendum, & generaliter alia omnia & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportunæ, & quæ conſtituentes præfati facerent, dicerent, & exercêrent, ſeu facere, dicere & exercêre poſſent, ſi præmiſſis omnibus & ſingulis præſentes & perſonaliter intereſſent, etiam ſi mandatum exigerent magis ſpeciale, quod præſentibus eſt expreſſum;

Promittentes idem comparentes, & conſtituentes mihi Notario publico infraſcripto tamquam publicæ perſonæ, & authenticè & ſolemniter ſtipulantes & recipientes vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt, inte-

intererit ſeu intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, ſe ratum, gratum atque firmum perpetuò habituros id, & quidquid per dictos Procuratores ſeu Syndicos, aut eorum alterum, actum, dictum, geſtum, factum, vel procuratum fuerit in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum, ſeu ſub obligatione & hypothecâ omnium & ſingulorum bonorum eorumdem conſtituenda, ipſorumque Capitulorum tam Collegiatorum quam Parochialium Eccleſiarum prædictarum, præſentium & futurorum, ac quâvis aliâ juris & facti renuntiatione ad hæc neceſſariâ pariter & cautelâ.

Super quibus omnibus & ſingulis dicti Comparentes & conſtituentes ſibi à me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierunt Inſtrumentum & Inſtrumenta.

Acta fuerunt hæc anno, indictione, menſe, die & Pontificatu ac loco quibus ſupra, præſentibus ibidem honorabilibus Viris, Magiſtro Joanne Riotte Diſtributore denariorum dictæ Eccleſiæ S. Waldetrudis, Dominis Nicolao Caleuvet Curato de Sequedin Tornacenſis Diœceſis, & Joanne Boutegale Presbiteris, ac Magiſtro Thoma Pierrart Clerico Cameracenſis Diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

CAPUT CCXVI.

NICOLAUS V. *Pontifex directionem omnium Hoſpitalium, Xenodochiorum, aliarumque piarum Fundationum in Urbe Bruxellenſi committit curæ Magiſtratûs ibidem anno* 1448.

Ex Archivis Magiſtratûs M. S.

NICOLAUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad exercenda & exequenda ſinceræ pietatis & miſericordiæ opera fideles quoſlibet eò propenſius excitare cupimus, quo exinde retributionis æternæ præmium & ampliorem meriti gratiam uberius conſequi valeant, & cum multiplicato fructu venientes, veniant & cum exultatione plenos congerentes manipulos ac tanto acceptiores ſe Regi Regum Domino offerentes.

Sanè pro parte dilectorum filiorum Magiſtrorum Civium, Scabinorum, Proconſulum, Conſulum, Rectorum & Communitatis Oppidi Bruxellenſis, Cameracenſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Xenodochiorum, Hoſpitalium pauperum, Leproſoriorum ſive Domorum Leproſorum, ac certorum aliorum piorum locorum dicti Oppidi regimen & cura ac negotiorum directio à longis retroactis temporibus uſquemodo ad ipſius Oppidi Rectores pertinuit & ſpectare conſuevit. Ac ex eo quod dicti Oppidi Rectores, qui pro tempore fuerunt, illa per circumſpectos ac providos Viros qui eorum res & bona utiliter diſpenſarunt, & in pauperum ac miſerabilium perſonarum uſus fideliter & caritativè converterunt & expoſuerunt, ſalubriter regi & gubernari fecerunt, partium illarum Chriſti fideles ad hæc reflexum & reſpectum dirigentes, eo promptiùs & abundantiùs pauperibus & miſerabilibus perſonis prædictis ſubvenire, & ad Hoſpitalium & locorum prædictorum opus adjutruces manus liberaliter porrigere curaverunt, & in futurum, authore Domino, abundantiùs pauperum & perſonarum hujuſmodi neceſſitatibus & indigentiis ſubvenient, ſi Xenodochia, Hoſpitalia & loca prædicta per illos qui ad id per Rectores Oppidi pro tempore exiſtentes prædictos juxta dictam antiquam conſuetudinem gubernentur. Pro parte Magiſtrorum Civium, Scabinorum, Proconſulum, Conſulum, Rectorum Communitatis prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis ipſorum Hoſpitalium & Domorum, ac pauperum perſonarum indemnitati oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui quæcumque Xenodochia & Hoſpitalia feliciter regi, & in ſalubri ſucceſſu conſervari & conſoveri intenſis deſideriis exoptamus, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, ac conſuetudinem hujuſmodi tanquam rationabilem Apoſtolicâ Authoritate approbantes & confirmantes, Magiſtris Civium, Scabinis, Proconſulibus, Conſulibus, Rectoribus & Communitati prædictis, ut perpetuis futuris temporibus Rectores Oppidi pro tempore exiſtentes prædicti, juxta conſuetudinem præmiſſam annis ſingulis vel ad tempora, de quibus eis viſum fuerit, aliquos providos, idoneos, timoratos & boni teſtimonii Viros ad gubernandum & regendum in temporalibus Xenodochia, Hoſpitalia, domos & loca prædicta, deputare; ipſique Deputati illorum res & bona, nec non eleëmoſinas, ac ea qui ibidem erogabuntur ſeu donabuntur in ipſorum ac pauperum & perſonarum prædictarum opus integrè convertere ac exponere valeant, Apoſtolicâ Authoritate tenore præſentium indulgemus; Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis & cqnceſſionis infringere, vel ei auſu temerario cootraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Idibus 1448.
Decembris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

GENEALOGIA

GENEALOGIA
Gentilium, Dynaſtarum, & Principum
DE MASMINES.

Robertus V. Dominus Betuniç. Richebourg, Warneſton, Choques &c. Advocatus Atrehatenſis & Monaſterii S. Vedaſti duxit Adeliſam de Cadavene Filiam Hugonis Comitis S. Pauli. Signat tabulas ann. 1169. & 1177.
Miræi Chronicon Belg. f. 268 Imhoff excell. in Galliis famil. claſſe 2. pag. 169.

Theodoricus Dominus de Maſmines ſignat Litteras Theodorici Comitis Flandriæ an. 1150. & 1152.

Duxit Mabiliam.
Vide Carpentier hiſtoire de Cambray tom. 2. fol. 404.

Robertus VI. Dominus Betuniç.

Guilielmus Rufus Dominus Betuniæ duxit Mathildem dominam Teneræmondæ an. 1224. defunctam.
Du Cheſne de la Maiſon de Bethune fol. 54 122. & 134. Carpentier tom. 1. fol. 376 Anſelme de la Maiſon de France tom. 2. fol. 1092 & ſeqq. Miræus Donat. Belg. lib. 1. cap. 72.

Balduinus Betunienſis.

Joannes Epiſcopus Cameracenſis.

Beatrix Domina de Maſmines an. 1199. Vidua an. 1221.

Uxor Gerardi de Sottenghien Domini de Raſſenghien, ex qua genuit Giſelbertum de Sottenghien Dominum de Raſſenghien & de Maſmines.
Miræus Notit. Eccl. Belg. cap. 152.

Daniel obiit an. 1225.

Robertus VII. Dominus Betuniç & Teneręmondæ. obiit 1248. duxit Iſabellam de Moreaumes, Nicolai Domini de Condé & de Fontaines Viduam.

Guilielmus Dominus de Molembeke. de Locre, & de Huſſe. à quo Duces de Sully, Comites de Selles, & Duces de Charoſt, obiit an. 1243.

Joannes Betunienſis duxit Iſabellam de Cadavene Comitiſſam S. Pauli, Viduam Gualteri Domini de Chaſtillon, ſine liberis.

Adelida Uxor Domini de Nanteuil.

Mathildis Betunienſis Domina de Calckene, Laerne & in Wettere, an. 1228. Uxor

Giſelberti de Sottenghien Domini de Raſſenghien & de Maſmines, manſit Vidua an. 1238. ut alii volunt, ann. 1243. vel 1245.
l'Eſpinoy fol. 110. Du Cheſne fol. 154. & 206. Lindanus in 4. fol. 31. 35. 37. 44. & 174.

Mathildis Domina Betuniæ & Teneræmondæ, Advocata Monaſteriorum S. Vedaſti. & S. Bavonis, nupſit Guidoni de Dampetra Comiti Flandriæ.

Iſabella nupſit 1. Hellino Domino de Wavrin, & de Lilers:
2. Hugoni Domino de Antoing & d'Eſpinoy.
Du Cheſne fol. 216. Butkens Troph. de Brab. fol. 619.

Gerardus Dominus de Raſſenghien, duxit Filiam heredem Gerardi de Gavere Domini de Lens in Hannonia, anno 1251. à quorum pronepte hęc Dominia per nuptias tranſiarunt ad Familiam de Liedekercke.

Robertus de Sottenghien Dominus de Leeuwerghem & Elena, improles, condidit teſtamentum anno 1271.

Giſelbertus Dominus de Maſmines, de Calckene, Laerne & in Wettere, hæres ex aſſe Fratris ſui Roberti. duxit Margaretam de Aa dictam de Nevele vel de Gruythuſe Filiam Domini de Uytberghe ex Matre de Dixmude.

Machtildis.
Miræus Not. Eccleſ. Belg. cap. 152. Du Cheſne fol. 190. Lindanus fol. 18. & 170. Les Troph. de Brabant fol. 436 & 432. l'Eſpinoy fol. 99. 102. 135. 169. & 713.

Robertus dictus Betunienſis, Comes Flandriæ obiit anno 1322.

Guilielmus Teneræmondæ, de Richebourg, & Crevecœurii Dominus, duxit Adelaïo Dominam Nigellæ, Filiam Radulphi Claromontani Franciæ Conneſtabilis, in prælio Cortracenſi cæſi anno 1302. & Adelæ de Dreux Vicecomitiſſæ de Chateaudun
Vide Vredium Genealog. Comit. Fland. fol. 2. in fine. Du Cheſne fol. 235. Chronicon Miræi fol. 362.

Gerardus Dominus de Maſmines, Calckene, Laerne, & in Wettere, obiit 17. Maii 1338. duxit Eliſabetham de Maldeghem, Dominam de Eecka & de Eſſeghem, obiit 10. Januarii 1326. ſepulti in Eccleſia de Maſmines.
Lindanus in 4. fol. 37.

Robertus de Maſmines Dominus de Leeuwerghem & Elene.
Les Trophées de Brab. fol. 337. l'Eſpinoy fol. 273.

Gerardus, Dominus de Maſmines, Calckene, Laerne, & in Wettere duxit Margaretam de Axelles.
l'Eſpinoy fol. 472. Du Cheſne fol. 193.

Laernæ mulo uſus eſt in Tabulis datis Gandavi 8. Septembris 1362.

Philippus de Maſmines. Eques, Dominus de Somerghem, Eecke, S. George, Hundelghem, &c. magnus Baillivus Teneræmondenſis, obiit an. 1391. duxit Catharinam de Mirabel Dominam de Somerghem, defunctam 20. Octob. 1388. Filiam Simonis Domini de Peruwés & de Beverne defuncti 6. Martii 1345. & Eliſabethæ Sororis nothæ Ludovici Creſſii Comitis Flandriæ, Dominæ de Somerghem, Eecloo, Caprycke &c. defunctæ 27. Martii 1365.
Lindanus fol. 38. & 81. Vredius Genealog. Com. Fland. in Probat. parte 2. fol. 265 266. & 267. l'Eſpinoy fol. 66. & 76. Sanderus Fland. Illuſtr. tom. 2. fol. 644.

A

A

Gerardus Dominus de Maſmines & de Berleghem duxit Catharinam de Maldeghem Dominam de Berleghem, Filiam Philippi & Mariæ de Grimberges Dominæ de Moerieka & de Berleghem, Filiæ Gerardi de Grimberges & Claræ de Mirabel Sororis dicti Simonis Domini de Peruwés. Signat cum Patre pactum dotale Fratris ſui die 6. Mart. 1366

VValravius Maſminiæ & Berleghemi Dominus, duxit 1. Margaretam de Maerſchalck Filiam Roberti Tincke Mareſcalli Comitis Flandriæ, Domini de Blaeſvelt. & Beatricis Filiæ Nothæ Ludovici Malani Comitis Flandriæ

2. Jacobam Ghiſtellanam Sororem Guidonis Domini de VVaſqual & d'Axela.

Ex prima.

Robertus Dominus Maſminiæ, Berleghemi, Hemelvardeghem, Oordeghem, Smetlede, St. Marie-Lierda, Paricke, VVeſtrem &c Eques Aurei Velleris in Prælio contra Leodienſes cæſus anno 1430. duxit Iſabellam de Maſmines, Dominam de Leeuwerghem & Elene, Filiam Roberti & Joannæ Ghiſtellanæ.

Margareta Domina de Maſmines, Hemelverdeghem, Oordeghem, Smetlede, VVeſtrem, St. Marie-Lierde, &c. Uxor anno 1429. Andreæ de Jauche Domini de Maſtaing defuncti anno 1456. B

Beatrix de Maſmines Domina de Berleghem, Leeuwerghem, & Elene, Uxor Rogeri Domini de Heule. C

Sander. in auct. ad tom. 2 Fland. Illuſtr. fol. 22. Lindanus fol. 165.

Ex ſecunda.

Eliſabetha Maſminia Uxor Philippi à Gandevo dicti Vander Moeren.

Fland. Illuſtr. Sand. in auct. ad tom. 2. fol. 21. Waeabergius fol. 228. & 235.

Clara de Maſmines nupſit

1. Sigero de Courtroiſin Domino de Melle & de Herſean

2. Philippo Domino de Herpe.

Joannes de Maſmines Dominus de Calckene, Wettare, Laerne, Hollebeke, Uytberghe & Overmeeren, duxit ann. 1366. die 6. Martii Margaretam Vetus-villeam, aliàs Oudenbove. Filiam Joannis Domini de Waſqual.

Miræus Notit. Eccleſ. Belgii cap. 59. in fine. Du Cheſne fol. 190 l'Eſpinoy f. 111. Waeabergii Gerardimontium folio 121. & 122. Lindanus fol. 141. & 175

Daniel de Maſmines Dominus de Calckene, VVettere Uytberghe, & Overmeeren,

Duxit Margaretam Ghiſtellanam Advocatam de VVichelen & Serlcamp. Sororem Jacobæ ſuprà relatæ, obiit anno 1431.

Joannes Maſminius Dominus de Calckene & VVettere.

Duxit Adrianam Cabilhau Filiam Joannis & Joannæ de Grammés.

Antonina de Maſmines Domina de Calckene & VVettere, Uxor Martini Villani ex Caſtellanis Gandavenſibus, Dynaſtis de Bornhem, Filii Adriani, Nepotis Joannis Domini Arcis S. Joannis & Margaretæ de Gavere, Filiæ Arnoldi Domini de Liadekercke, Raſſenghien, Lombeke, &c. & Margaretæ à Bergis ad Zomam. D

Gerardus de Calckene.

Daniel de Calckene.

Ludovicus Dominus de Uytberghe & Overmeeren

Philippus de Calckene.

Eliſabetha de Calckene.

Ludovicus de Maſmines duxit Chriſtianam de Munte.

Du Cheſne fol. 190.

Joannes de Maſmines Dominus de Laerne, & de Somerghem an. 1391. duxit Dominam de Axele ex Matre de Mortaigne ſecundis nuptiis junctam Danieli de Voorde.

Du Cheſne fol. 112. 118. 157 & 163. Lindanus fol. 171. 172 & 201.

Margarata de Maſmines Domina de Hollebeke Uxor Joannis Vanden Eechoute Equitis, dicti de Grimberges, vel Hangerelles, Toparchæ hujus loci aliàs Hangreavi & Autreppæ.

Du Cheſne fol. 190. Waeabergii Gerardimontium fol. 126. & 127. l'Eſpinoy fol. 790. & 844.

Ludovicus Vanden Eechoute Toparcha Hangreavi, Autreppæ & Hollebecæ, duxit Antoniam vande VValle defunctam anno 1507 Guilhelmi ex Matre de Langhemeerſch Filiam, & Joannis Domini Van de VValle de la Douve & Mornenbroeck ex Margareta Cabilhau neptem.

Iſabella Van den Eechoute obiit 1440. Uxor Joannis de Mortaigne de Nevele dicti Vander Meerſch ex Matre de Munte, obiit ille An 1469. E

l'Eſpinoy fol. 307 354 & 520.

Joannes de Maſmines Eques, Dominus de Laerne & d'Axele,

Duxit Mariam de VVedergraete, improles.

Philippus de Maſmines Eques, Dominus de Somerghem, obiit anno 1414.

Duxit Beatricem de Maerſchalck Margaretæ ſuprà nominatæ Sororem, defunctam anno 1432.

Iſabella de Maſmines Domina de Laerne, Axele, & Somerghem, Uxor Balduini de Vos Toparchæ de Pollaer Equitis creati anno 1380. Conſulis Brugenſis ann. 1390 1400. 1409. 1410. 1411. & 1415.

Annales Flandriæ Meyeri fol. 175. in fine Sueyro part. 2. fol 578. l'Eſpinoy fol. 67. 175. 274. 362. & 366.

Balduinus de Vos Dominus Pollaeræ, Laernæ & Somerghemi, obiit 3. Julii 1432. duxit Margaretam Lovendegemi Dominam, defunctam 8. Martii 1423 Sororem Mariæ nuptæ Jodoco Trieſt F

Marchantius Fland. deſcr. lib. 3. fol. 279.

Margareta de Vos Domina de Axela Uxor Guidonis de Ghiſtelles Domini de VVaſqual magni Baillivi Teneræmondenſis anno 1417. obiit illa anno 1433.

Ludovicus de Vos obiit 12. Junii 1438. duxit Eliſabetham de Maſmines dictam de Calckene. Obiit illa 2. Aprilis 1437 ambo ſepulti Brugis in Collegiata Divæ Virginis. G

Lindanus fol. 84. & 202. l'Eſpinoy fol. 176. 210. 302. 247. 303. & 489. in fine.

Adeliſa de Vos Uxor Rogerii de Langhemeerſch Domini de Rumbeke. H

Giſelbertus de Maſmines Dominus de Hollebeke.

l'Eſpinoy fol. 266 & 308. Waeabergii Gerardimontium fol. 217.

Digitized by Google

B Jacobus de Jauche Dominus de Maſtaing Brugelettes, Maſmines, &c. obiit anno 1499. duxit
1. Philippam de Lannoy.
2. Joannam de Barbançon defunctam anno 1500. omnes ſepulti Brugeletti.
Vinchant Annal. d'Haynau pag. 212.

C Iſabella Domina de Heule, Berleghem, Leeuwerghem & Elene, Uxor VValteri Domini Vander Gracht, Volandre & de Morſelle, Supremi Flandriæ Baillivi anno 1466. Filii Gudolphi & Jacobę de Halewyn
Anſelme de la Maiſon de France tom. 2. fol. 1306. l'Eſpinoy fol. 89.

D Adrianus Villanus à Gandavo Toparcha de Raſſenghien, S. Jean Steene, Calckene, VVettere, Baſſerode, &c. occiſus 12. Junii 1490 duxit Mariam de Cuinghien, Joannis Cortracenſis Filiam, Dominam de Lomme, Hem, Obeaux, &c. neptem Gerardi dicti de Hem & Joannæ Hinguettes de Fretin.
Vide les Memoires d'Olivier de la Marche lib. 1. c. 4. Carpentier p. 3. fol. 196. & 691. Buzelini Gallo-Fland. fol. 67. 283. & 490.

E Iſabella vander Meerſch nupta Joanni de Vaernewyck Domino de Boſt. Primario Conſuli Gandenſi anno 1475 & 1485.

Gudila vander Meerſch Uxor Jodoci Bette Domini de Muyſbroeck Primarii Conſulis Gandavenſis anno 1499. 1501. 1504. 1507 & 1515. quo obiit. Quem genuit VVilhelmus Bette Conſul Gandenſis anno 1481. ex Eliſabetha Trieſt Filia Jodoci & Mariæ de Lovendeghem.

F Balduinus de Vos Eques, Dominus de Lovendeghem. de Laerne, & de Somerghem, Primarius Conſul Gandenſis anno 1443. & magnus Baillivus ejuſdem Urbis conſtitutus 4 Septembris 1444. duxit Jacobam de Griſperre. Gerardi de Maldeghem Equitis Schoudeæ Domini Viduam. Improles.
Annales Flandriæ Meyeri fol. 303 recto & verſo 305. & 307. ad annos 1451. & 1452.

Joannes de Vos obiit cælebs, vendidit Toparchiam de Pollaer Guilielmo de Goux Equiti Domino de VVedergraete & Dominia de Lovendeghem & Somerghem anno 1461 Joanni Couſteyn, cujus bona anno 1462 in fiſcum redacta ſunt.
Teſte Meyero fol. 331. verſo & 349.

Eliſabetha de Vos Domina de Laerne Uxor Georgii Vander Moeren, quem genuit Ludovicus Filius Philippi à Gandavo dicti vander Moeren, & Eliſabethæ Maſminiæ.

G Joannes de Vos Theſaurarius Brugenſis anno 1475. & Scabinus Gandenſis anno 1487. duxit Iſabellam à Gandavo dictam Vander Moeren, Filiam Jacobi & Mariæ ſeu Amelbergæ s'Rycken.
l'Eſpinoy fol. 342. & 388.

H Joannes de Langhemeerſch Dominus de Rumbeke duxit Mariam Dominam de Claerhout.

Ex prima Uxore.

Antonius de Jauche Dominus de Maſtaing obiit anno 1533. duxit Jodocam à Flandria Dominam de Drincham.

Franciſcus de Jauche Baro de Heyne, Dominus de Maſmines, Supremus Prætor Gandavenſis obiit 22. Auguſti 1529 duxit Iſabellam vanden Eechoute Dominam Hollebecæ, Hangreavi & Autreppæ defunctam an. 1544 Filiam Ludovici & Antoninæ van de VValla, ambo ſepulti in Eccleſia de Maſmines.

Theodoricus Dominus vander Gracht, Morſelle, Heule, Leeuwerghem, Elene, &c. duxit Iſabellam de Ghiſtelles Dominam de Axele & de Maelſtede. Filiam Jodoci Equitis, Primarii Conſulis Gandenſis ann. 1477. 1480 & 1486. Supremi Prætoris Gandavenſis an. 1492 qui reliquit itinerarium peregrinationis à ſe ſuſceptæ in Terram Sanctam.
Miræus Notit. Eccleſ. Belgii cap. 66. fol. 679. & cap. 105. fol. 774. l'Eſpinoy fol. 192. & 189. Valerii Andreæ Biblioth. Belg. fol. 593. & 631.

Adrianus Villanus à Gandavo Toparcha de Raſſenghien &c. natus in Caſtro de Lomme propè Inſulas 14. Septembris 1490 duxit anno 1525 Margaretam de Stavele, Dominam Iſeghemii, Haveſkercke, Eſtaires, &c. Sororem Jodoci Domini de Glajon: cujus Filius Philippus de Stavele Eques Aurei Velleris obiit anno 1562. à quibus procreatus fuit Maximilianus à Gandavo primus Iſeghemii Comes.

Adrianus Bette Eques creatus anno 1544. Dominus de Schellebelle, magnus Baillivus Teneræmondenſis anno 1518. Primarius Conſul Gandenſis ann. 1529. 1535 & 1539 obiit 19. Martii 1546 duxit anno 1514. Jacobam de Verdiere Dominam Peronæ, Fontanæ, & Warwanæ.

Eliſabetha Bette, Uxor Franciſci van der Gracht Domini d'Eſcbardean, magni Baillivi Gandavenſis anno 1535.

Simon Bette Dominus de Botte le Conſul Gandenſis anno 1547 & 1554 duxit Eleonoram de VVadripont filiam Antonii & Joannę de Keghele, quam genuit Ægidius ex Catharina Clocman filia Joannis & Avezoetę Cabiliau de Mullem.

Ludovicus Bette Conſul Gandenſis an. 1545. duxit Antoniam Ruffiaert Jacobi Filiam: Sororem Joannis, Jodocæ Uienhoven Mariti, qui anno 1550. Conſul Gandenſis, obiit 24. Maii 1553.

Joanna vander Moeren Domina de Laerne, nupta Jodoco de la Woeſtyne.

Nicolaus vander Moeren, Dominus de Laerne Primarius Conſul Gandenſis anno 1497. & 1500. ultimus mas ejus nominis, obiit ſine liberis 3. Martii 1513

Adrianus de Vos obiit 11. Maii 1515. duxit anno 1490. Margaretam d'Eſcornaix defunctam 5. Decembris 1528. Filiam Danielis & Catharinæ de Steelandt Canoniſſæ de Mouſty, quam genuit Guilielmus ex Avezoeta Maſminia dicta Van Belle Filia Bernardi Domini de Eertbrugge & de Schellebelle.

Maria de Langhemeerſch Domina de Rumbeke & de Claerhout Uxor Roberti de Thiennes, Domini de Lombize, Caſtre, & Berthe, Conſiliarii & Cubicularii Philippi Boni & Caroli Audacis Ducum Burgundiæ.

Gabriel de Jauche Comes de St. Marie-Lierde Baro de Heyne, Dominus de Maſtaing, Maſmines, Hemelverdeghem, &c. duxit 1. Catharinam de Lannoy. 2. Joannam de Montmorency. I
Carpentier parte 3. fol. 705.

Jodoca de Jauche Baroniſſa de Heyne, Domina de Maſmines, Hollebeke, Hangerelles & Autreppe, obiit Improles.

Jodocus Dominus vander Gracht, Axele, &c. duxit Joannam de Halewyn Dominam de Maldeghem. Filiam Jacobi Domini de Maldegem & de Uutkercke, Prætoris Brugenſis anno 1518.
l'Eſpinoy fol. 223. & 300.

Franciſcus vander Gracht Dominus de Maelſtede, duxit Annam de Halewyn. Filiam Georgii Domini de Halewyn & de Comines.
Sander Fland. Ill. tom. 1. fol. 89.

Maria vander Gracht Domina de Heule, Morſeele, &c. Uxor Philippi de Gavere dicti de Liedekercke Equitis, Domini de Heeſtert, Eversbeke, Landeghem, Zulte, &c. magni Baillivi Cortracenſis, quem genuit Stephanus, Filius Raſonis Equitis Supremi Prætoris Aloſtenſis anno 1477. & Joannæ de S. Omer dictæ de Moerbecque. K

Jacobus Bette Eques Dominus de Hollebeke, Angrean, Autreppe, Peronne, Fontaine, Schellebelle, Wannezeele & Effeghem, Conſul Gandenſis an. 1559. 1563 1572. & 1576. obiit 21 Junii 1591. duxit anno 1549. Iſabellam de Gruutheere Dominam de Lede mortuam anno 1596. L

Livina Bette Uxor Antonii du Queſnoy Domini de la Loire, Filii Ponthi & Annæ Cottrel. M

Joanna Bette Uxor Franciſci da Halewyn Domini de Sweveghem, Filii Jodoci & Adrianæ de Blaſere

Eleonora Bette Uxor Joannis le Poyvre Domini de Hellibus, Filii Joannis & Agnetis de Haerne, quam genuit Oliverius filius Philippi da Haerne Equitis & Barbaræ de Bracle filiæ Ægidii & Catharinæ Cabiliau de Mullem.

Joannes de Beths Conſul Gandenſis anno 1562. duxit 1 Mariam de Baenſt. 2. Jodocam de Grava. N

Joanna de Beths Uxor Jacobi de Blaſere, qui Frater fuit Joannis de Blaſere Præſidis Flandriæ. O
Belgium Dominicanum fol. 39. & 44.

Joanna de la VVoeſtyne Domina de Laerne nupta 1. Martino vander Gracht Equiti Moſchræ & Moſchræ Ambacti Domino. 2. Adriano de Gavere Equiti, Domino de Manpuy. P

Joannes de Vos Dominus de Herlebaut Eques creatus Gandavi ab ipſo Rege Philippo II. menſe Junii 1549 & Conſul Gandenſis ann. 1540. 1546. 1549 1553. 1557. & 1562. duxit Barbaram de Blaſere Belliprati Dominam.

Jacobus de Thiennes Supremus Flandriæ Baillivus, obiit Brugis 28. Auguſti 1534. à quo Comites de Rumbeke & de Thiennes, Marchiones de Berthe, Barones de Heukelem, Leyenbourg, Claerhout, Montigny, Domini de VVillerſy, de VVarelles, du Moulin, &c.

Joannes de Thiennes Dominus de Rebecq & de Wich duxit 1. Iſabellam l'Eſcuyer quam ex Joanna de Fretin Filia Domini de Fromelles genuit Petrus l'Eſcuyer Vicecomes Dourlani, Dominus Bretellæ & Ternaci, qui obiit anno 1501. Q
2. Agnetem de Croix ex Matre Herby.

I Ex 1. Philippa de Jauche Domina de Maſmines, Oordeghem, Smetlede, Weſtrem. &c. Uxor anno 1559. Maximiliani Villani à Gandavo, 19. Maii 1582. Iſegemii Comitis creati, Domini de Raſſenghien, S. Jean Steene, Calckene. Wettere &c. obiit an. 1583. ſepultus in Lomme propè Inſulas.

K Antonius de Liedekercke Baro de Heule, Toparcha de Moriſelle, Zulte, Heeſtert, Eversbeke, Landerghem. &c. duxit anno 1562. Ludovicam de la Barre Vicecomitiſſam de Bailloeuil, Dominam de Mouſcron defunctam 12. Maii 1606, Filiam Ferdinandi, ſummi Flandriæ & magni Gandenſium Baillivi defuncti anno 1578. & Mariæ de Thiennes, quam genuit Jacobus de Thiennes qui obiit Brugis 28 Aug. 1534. ſepultus apud Rumbecam. Obiit Antonius 24. Dec. 1614. ſepultus cum Uxore in Eccleſia de Heule.

Anna de Liedekercke, uxor Philippi de Haynin Baronis de Amelincourt, Domini de VVambrechies.

Maria de Liedekercke Uxor Caroli Baronis de Harchies, ex qua genuit Mariam Margaretam Baroniſſam de Harchies Uxorem Joannis de Merode primi Comitis de VVaroux, & Conſulis Leodienſis anno 1593.

L Joannes Bette Eques creatus 26. Martii 1598. & Baro de Lede anno 1607. duxit Joannam de Berges Filiam Ferrici Dynaſtæ de Grimberges.

M Joanna do Queſnoy Uxor Jacobi de Lannoy Domini de Hampont, cujus Pater Carolus de Lannoy Frater fuit Joannæ de Lannoy quam duxit Melchior Cabilian Eques Jeroſolymitanus, Dominus de Triſponſeau.

N Ex 1. Joanoes de Beths Conſul Gandenſis ann. 1584. 1585. 1589. 1598. & 1599. Eques creatus 29. Januarii 1600.

Florentia de Beths Uxor Philippi de Seclin, cui altera Uxor Iſabella le Poyvre Filia Joannis & Eleonoræ Bette.

Ex 2. Joanna de Beths Uxor Juſti le Poyvre Domini de Hoſſoye. qui frater fuit Melchioris le Poyvre Domini de Bouchaute & de Mullem causâ uxoris, quos ex Iſabella de la Laing Vicecomitiſſa Aldenardenſi genuit Ludovicus le Poyvre Frater Joannis Domini de Hellibus.

Grimaye in fol. de Caſtellania Aldenard. p. 53

O Ludovicus de Blaſere Eques. Idewalli Toparcha, duxit Mariam Livinam Trieſt.

Gerardus de Blaſere Eques creatus an. 1592. duxit Florentiam le Poyvre.

P Iſabella vander Gracht Domina de Laerne Uxor Petri de Schoutteete aliàs van Zuylen, Herpę Domini, ex quo natus Franciſcus Eques Herpę & Laernę Dominus, Maritus Annæ de Montmorency. Lindanus fol. 105.

Q Ex 1. Ægidius de Thiennes Dominus de Rebecq duxit Adrianam de Ligne, Filiam notham Antonii Comitis de Fauquenbergh, Principis de Mortaigne defuncti anno 1532.

Ex 2. Eleonora de Thiennes Domina de Rebecq Uxor Joannis de Croy Toparchæ de Crecque, Fratris Ferrici de Croy Dynaſtæ du Roeux. Equitis Aurei Velleris, qui obiit 17 Junii 1524. à quibus Comites du Roeux ſtirpem ſuam deducunt.

Jacobus Philippus Villanus à Gandavo Comes Iſegemii, Baro de Raſſenghien, Dominus de Maſmines &c. obiit anno 1628. duxit 1. Odiliam à Gandavo dictam de Claerhont. Filiam Jacobi Baronis de Maldeghem 2. Iſabellam de Berges Filiam Ferrici Dynaſtæ de Grimberges & Annæ Sterck, quam è ſecunda Uxore Jodoca Vandale Domina de Staebroeck genuit Gerardus Sterck Eques Dominus de Buquoy.

Butkens Troph. de Brab. fol. 657.

Ferdinandus de Liedekercke Baro de Heule, Dominus de Mouſcron, Wervy, &c. duxit anno 1609 Eleonoram de Noyelles Obiit ille anno 1612. die 29. Januarii.

Carolus de Liedekercke Vicecomes de Bailloeuil, duxit Philippam d'Ongnyes, Filiam Caroli Domini de Roſimbos & Annæ de Rubempré.

Anna de Liedekercke Domina de Zulte obiit 57. Martii 1619. Uxor Georgii Baſta Comitis de Huſt, Equitatus in Belgio Comiſſarii Generalis anno 1580. 1593. & 1596. & Supremi Militiæ Cæſareæ in Hungaria Præfecti anno 1605

Vide Bayle Dictionaire Critique.

Maria de Liedekercke Uxor Joannis de Robles Comitis de Anappes, Gubernatoris Flandriæ Gallicanæ, defuncti anno 1621. Filii Gaſparis Equitis S Jacobi. Friſiæ Gubernatoris & Joannæ de S Quentin Baronniſſæ de Billy.

Vide Carpentier part. 3. fol. 981.

Margareta de Liedekercke Canoniſſa Montibus Hannoniæ, Uxor Caroli Coloma Equitis D. Jacobi, Commeodatarii de Montiel & de la Oſſa, Gubernatoris Urbis & Territorii Cameracenſis, ac Campi magiſtri Generalis in Belgio. Obiit Madriti 23. Octobris 1637. quem genuit Joannes Coloma primus Eldæ in Regno Valentiæ Comes, Caſtelli de Alicante Præfectus, & Prorex Sardiniæ circa annum 1576. Filius Joannis & Mariæ de Cardona de Guadaleſte.

Nicolai Antonii Bibliothec. Hiſpanorum tom 1 fol. 181. & 216 Imhof Geneal. viginti illuſt. in Hiſp. Famil. fol. 68.

Ex prima Uxore

Philippus Lamoralius à Gandavo C[omes d']Iſenghien, Baro de Raſſenghie[n], Dominus de Maſmines, obiit 6. Janu[arii] 1621. duxit Iſabellam Margaretam de M[e]roue & Montmorency, Comitiſſam de M[i]delbourg, Baroniſſam de Croyſilles & Frentz, Dominam d'Ongnies, &c.

Ex ſecunda Uxore

Guilielmus à Gandavo Baro de S. Jea[n] ſteene & de Buſſeuil, duxit Ludovicam [de] Merode, Sororem Comitiſſæ de Midde[l]bourg, cujus altera Soror Maria, nupſ[it] Philippo de Jauche Comiti de Maſtaing & tertia Soror Claudia Euſtachio Panta[leone] de la Vieſville Equiti, Dynaſtæ [de] Steenvoorde.

Ferdinandus Georgius de Liedekercke Comes de Mouſcron, renuntiatus 12 Octobris 1627. Marchio de Wervy, Baro de Heule, duxit anno 1636 Coſmam Mariam Magdalenam Spinola, Sororem Philippi Hippoliti Caroli Comitis de Bruay Equitis A. V. defunctam ſine liberis anno 1693.

Philippus Antonius de Liedekercke Vicecomes de Bailloeuil.

Claudia Franciſca de Liedekercke Canoniſſa Nivellenſis anno 1636.

S Carolus Baſta à Cubiculis Rodolphi Imperatoris.

Ferdinandus Baſta Comes de Huſt & de Mouſcron, Dominus de Zulte, duxit Franciſcam van der Gracht Waltheri Filiam.

T Alexander de Robles Comes d'Anappes, Baro de Billy, Eques D. Jacobi, duxit Franciſcam Mancicidor, ſecundis nuptiis junctam Claudio de Croy ex Comitibus du Roeux.

Anna Maria de Robles nupſit Conrado Comiti de Urſel, Filio Conradi Equitis creati anno 1588 & Baronis de Hobocken anno 1600. & Franciſcæ de Richardot Filiæ Joannis Sanctioris Curiæ Præſidis, & à Conſiliis Status.

V Carolus Ignatius Coloma Eques D. Jacobi, Marchio de l'Eſpinar, improles obiit.

Antonius Coloma Eques Alcantaræ Legionis peditatûs Germanicæ Tribunus in Belgio & à Cubiculis Joannis Auſtriaci Belgii Gubernatoris anno 1658 cælebs obiit.

Maria Coloma Uxor Nicolai Altamirano de Velaſco, ex Cominibus de Santiago.

Margareta Coloma, Uxor Joannis Vaſquez de Coronado, ex Marchionibus de Villamayor.

Iſabella Coloma Uxor Ludovici de Peralta & Cardenas Vicecomitis de Amblite.

Blanca Coloma Uxor Hieronymi Briſſeſio de Monroy & Bazan, ex Marchionibus de la Granja

Ludovica Coloma Uxor Joſephi Manriquez de Lara, ex Comitibus de Frigiliana, Hiſpanorum Militum Tribuni in Belgio, obiit Vidua ſine liberis poſt an. 1666.

R

Balthaſar Philippus à Gandavo, creatus Princeps de Maſmines 1. Auguſti 1652. Comes d'Iſenghien, de Middelbourg & d'Ongnies, Baro de Raſſenghien & de Glajon, Eques A. V mortuus 7. Jan. 1680. duxit Ludovicam Henriquez de Sarmiento mortuam 27. Septembris 1675, Filiam Didaci Sarmiento de Sotomayor primi Comitis de Salvaterra. Domini de Sobroſo, & Eleonoræ de Luna Filiæ Alvari Comitis de Fuentiduena & Iſabellæ Henriquez, Sororis Franciſci Henriquez primi Marchionis de Valderrabano.

Iſabella Clara à Gandavo Uxor Philippi Emanuelis de Croy Comitis de Solre Equitis Aurei Velleris. Obiit anno 1670. 10. Januarii, ſepultus Condati.

Joannes Alphonſus à Gandavo Princeps de Maſmines, Comes da Middelbourg & d'Ongnies, Baro de Raſſenghien & de Frentz creatus anno 1678. à Rege Galliæ Princeps d'Iſenghien, obiit 6. Julii 1687. duxit anno 1677. Mariam Thereſiam de Crevant de Humieres, Filiam Ludovici Mareſcalli Ducis de Humieres & Ludovicæ-Antoniæ-Thereſiæ de la Chaſtre.

Dorothea de Croy Mechliniæ defuncta 27. Januarii 1706 Uxor Ambroſii Auguſtini Franciſci Bette Marchionis de Leda, Equitis D. Jacobi Commendatarii de Biezma Joanni Auſtriaco Belgii Gubernatori à Cubiculis, Fratris Honoriæ Mariæ Bette Canoniſſæ Montibus Hannoniæ, receptæ 12 Junii 1646. ambo procreati à Gulielmo Bette, primo Marchione de Lede Diplomate 3. Auguſti 1633. magno Ballivo Gandenſi, Pręfecto urbis Moſæ-Trajectenſis anno 1632. & 1633. deinde portûs & Civitatis Dunquercanæ anno 1646. nec non Ducatuum Limburgi & Gelriæ, ex Maria de Hornes, Filia Gerardi Comitis de Baſſignies, & Honoriæ Brabantę dictæ de VVitthem.

Ludovicus à Gandavo Princeps d'Iſenghien & de Maſmines, natus Inſulis 16. Julii 1678 duxit 1. anno 1700. Annam Mariam Ludovicam Principiſſam de Furſtenberg defunctam ſine liberis menſe Januarii 1706. 2. anno 1713. Mariam Ludovicam Carolinam Pot de Simiane Marchioniſſam de Rhodes in puerperio exſtinctam anno 1714. & 3. 1721. Filiam Antonii Grimaldi Principis de Monaco Ducis de Valentinois & Mariæ de Lotharingia d'Armagnac.

Joannes Franciſcus Nicolaus Bette, Marchio de Lede Eques Aurei Velleris, Magnas Hiſpaniæ, Supremus Militiæ Hiſpanicæ terrâ marique Præfectus Duxit filiam hæredem Ducis de Croy Comitis du Rœux ex Matre de la Tramerie Marchioniſſa de Foreſt.

Philippus Emanuel Bette Produx Generalis Militiæ Hiſpanicæ.

Ignatius Bette Canonicus Leodienſis, ab aliquot annis fato ſuo functus.

Honoria Maria Bette Uxor anno 1685. Caroli Franciſci Ludovici Burgundi Comitis de VVacquen Vidui Johannæ Mariæ de Rubempré, Filii Gulielmi Caroli Franciſci Burgundi Comitis de VVacquen, & Mariæ Annæ Scholaſticæ Brabantæ dictæ de Tymple Comitiſſę de Hautreppe, ſecundis nuptiis junctę Philippo Antonio Dominico Franciſco Principi de Rubempré & d'Evarsberge Equiti Aurei Velleris.

Vide le Roux de la Nobleſſe des Païs Bas fol. 148. 261. & 358.

Maria Thereſia Bette Canoniſſa Nivellenſis, Uxor anno 1700. Franciſci Claudii Coloma Vicecomitis Dourlani. Comitis de Bornhem, Filii Joannis Franciſci Coloma Comitis de Bornhem, & Marię Thereſię d'Ongnyes Canoniſſę Malbodii.

S

Anna Baſta.

Georgius Baſta Comes de Mouſcron.

Maria Baſta.

Alexandrina Baſta Comitiſſa de Huſt Uxor Caroli d'Eſclaibes Domini de Coyegem, Filii Roberti Domini de Clermont, Fratris Honoriæ Dominæ de Monchy, quam duxit Claudius de Carnin Toparcha de Bantouſel. A quo Comites de Carnin & de Staden ex Familia Marchionum de Lilers & de S. Leger.

Nicolaus Ferdinandus Baſta Comes de Mouſcron. duxit Mariam Michaelem Jaucha de Cruyshauthem.

Franciſcus Baſta.

Alexandrina Franciſca Baſta Comitiſſa de Mouſcron, nupſit 1. Jacobo Franciſco Hippolito Dennetieres Marchioni de Mottes.

2. N. Comiti de Gomignies.

Florentia Maria Baſta Uxor N. Grimaldi.

T

Joanna de Urſal Uxor Comitis de Maſtaing.

Franciſcus Comes de Urſel Baro de Hobocken & de Hermal, Vicecômes de Vives duxit Honoriam de Hornes.

Vide Corollarium 16. Stemmatum in Juriſpr. Her.

Maria Margareta de Urſel Uxor Caroli Philippi d'Ongnyes Comitis d'Eſtrées.

Clara-Eugenia-Albertina de Urſel Uxor anno 1659. Alexandri de Richardot Principis de Steenhuyſe.

Albertus Dux de Urſel duxit anno 1714. Eleonoram Chriſtinam, filiam Caroli Theodori Principis de Salm Equitis Aurei Velleris, & Ludovicæ Mariæ Palatinæ, filiæ Principis Eduardi, quem genuit Fredericus V. Elector Palatinus ex Eliſabetha Stuarta Jacobi Regis M. Britann. nata.

N. de Urſel Comes de Milan.

N. de Urſel Uxor Comitis de Valſaſſines, Fratris Principis de la Tour & Taſſis Equitis Aurei Velleris.

N. de Urſel Uxor Henrici de Melun Marchionis de Richebourg Equitis Aurei Velleris Filii Franciſci Philippi Marchionis de Richebourg, Equitis Aurei Velleris defuncti anno 1690. & Thereſiæ à Gandavo Filiæ primi Principis de Maſmines.

Angelina de Urſel Uxor Ducis & Principis VVolfangi de Bournonville, Marchionis de Sart.

Maria Magdalena de Urſel.

V

Carolus Briſſeño Coloma & Monroy Legionis Longobardicæ in Statu Mediolanenſi Tribunus, duxit Sororem Petri de Ronquillo, in Supremis Caſtellæ & Indiarum Curiis Senatoris, & in Noviomagenſi Congreſſu Regis Hiſpaniarum Legati.

Vide les Reflexions ſur les Memoires de Wicquefort fol. 62.

Mmmmmmmm

MALDEGHEM LA LOYALE

MALDEGHEM. HAc urnâ clauditur nobilis & generoſus Miles, ROBERTUS MALDEGHEMIUS, Grimareſi Toparcha, Ser. MONTMORENCY.
Sacri Romani Imp. Electoris Maximiliani utriuſque Bavariæ Du-
JOIGNY. cis Dapifer, Franconatum Conſul primus, Regi Catholico à RUBEMPRE.
conſiliis belli, legionis xx. Cohortium ſub Comite Meghemio
BOONEM. Pro-tribunus, Urbi Brugenſi per multos annos rei militaris Præ- LE BLANC-HOUCHIN.
fectus, ab Auriaco ad rebellionem tentatus, Deo, Regi, Pa-
ROMEYNS. triæ avitam & Familiæ ſuæ propriam fidelitatem teſtatus; Bru- LA MOTTE-MONTMORENCY.
xellam Brabantiæ Metropolim imminentibus Gallorum Batavo-
rumque duobus exercitibus, in ſummum diſcrimen adductam,
à Sereniſſ. Ferdinando Card. Auſtriæ fidei ſuæ commiſſam,
ſtrenuè tutatus.

Adjacet Marito Perilluſtris Domina CATHARINA MONT-
TRIEST. MORENCIACA, Caroli Neuville Baronis Filia. POYVRE.

Aſt altera ejus lectiſſima Conjux MARIA TRIESTIA,
BORLUUT. Gen. V. Ant. Lovendeghemii Domini prognata, Gandavi na- LALAING.
ta, denata, & ſepulta Patrum in Mauſoleo.

Obiit ipſe 24. Decembris 1654.

GRIBOVAL. Illa Menſ. Aug. die 12. an. 1629. BETTE.

Altera Menſ. Septemb. die 14. anni 1641.

HALEWYN. Tu qui hæc legis mortis memor, ſtrenuo Viro pacem, pien- GRAVE.
tiſſimis Matronis æternam requiem precare.

Supereſt tertia perdilecta Conſors, JOANNA LE POYVRE,
N. V. Juſti Houſſoye Dom. & Joannæ Bette Filia.

Hoc marmoreum EPITAPHIUM, *cum adjunctis quarteriis colorum luminibus exornatis, Brugis in Choro FF. Prædicatorum ad dexteram ſummi Altaris parieti inhæret.*

INDEX CHRONOLOGICUS

ANno Chriſti 410. Notitia Provinciarum & Civitatum Galliæ tempore Honorii Imperatoris conditur; pagina 635

525. S. Remigius Rhemorum Archi-Epiſcopus ac Belgarum Apoſtolus condit teſtamentum. pag. 1. & 636

575. Cbilpericus Francorum Rex dotat Eccleſiam Cathedralem Tornacenſem. pag. 6

630. Dagobertus I. Francorum Rex Mercatum conſtituit in Oppido S. Dionyſii prope Lutetiam Pariſiorum. 241

630. Idem confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Metropolitanæ Trevirenſis. 242

638. Idem donat Sancto Landelino Prædium de Waſlare ad extruendum ibi Monaſterium, quod dein dirutum fuit. 489

639. Idem donat S. Amando Trajectenſi ad Moſam Epiſcopo fundum inter Scarpum & Elnonem fluvios in diœceſi Tornacenſi ſitum, ad ædificandum Monaſterium, quod hodie S. Amandi dicitur. 123

640. Idem prædiis ac Privilegiis auget Monaſterium S. Maximini apud Treviros, olim à Conſtantino Imperatore ejuſque Matre S. Helena fundatum. 124

644. S. Aubertus Cameracenſis Epiſcopus Prædium de Waſlare in Hannonia, extruendo Monaſterio deſtinatum, in ſuam protectionem ſuſcipit. 490

651. S. Martinus Papa & Martyr Monaſterio Blandinienſi (quod hodie S. Petri dicitur, & eſt Benedictinorum illuſtris Abbatia juxta Gandavum) Privilegium libertatis & immunitatis concedit, poſtulante S. Amando Tungrenſi ſeu Trajectenſi Epiſcopo. 333

651. Idem Papa Monaſterio Elnonenſi ſeu S. Amandi Benedictinorum propè Tornacum dat Privilegium libertatis & immunitatis, petente eodem S. Amando. 334

654. Adroaldus Vir Nobilis fundat Abbatiam de Sithieu, quæ nunc S. Bertini dicitur, Ordinis S. Benedicti Audomaropoli. 7

660. Childericus II. Francorum Rex dat Sancto Amando Trajectenſi Epiſcopo Villam Bariſiacum in agro Laudunenſi ſitam. 125

662. Idem S. Amandus Epiſcopus Epiſtolam ſcribit ſive Codicillum de Sepultura ſui corporis. 8

662. Clotarius III. Francorum Rex condit Præceptum de Fundatione Monaſterii Corbeienſis in Gallia Ordinis S. Benedicti. 638

664. Excerptum ex Privilegio libertatis, quod Monaſterio Corbeienſi Berthefridus Epiſcopus Ambianenſis conceſſit. 639

667. S. Humbertus Epiſcopus & Abbas Maricollenſis in Hannonia ſuum illud Monaſterium à Choneberto Comite conſtructum, dotat. 9

671. S. Leodegarius Epiſcopus Auguſtidunenſis & Martyr Teſtamentum ſcribit in favorem Eccleſiæ ſuæ Cathedralis. 335

673. Theodericus I. Francorum Rex varia prædia donat Monaſterio S. Vedaſti apud Atreſios in Urbe Atrebatenſi ſito. 146

674. S. Vindicianus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus eidem Abbatiæ Vedaſtinæ Privilegium immunitatis concedit. 126

682. Leo III. Pontifex Horreënſi Virginum Benedictinarum Monaſterio apud Treviros, dat Privilegium. 243

698. S. Irmina, Dagoberti I. Francorum Regis Filia, dat S. Willibrordo Epiſcopo Ultrajectino medietatem Epternaci Oppidi (ubi nunc Abbatia Benedictinorum) in Ducatu Luxeburgenſi, itemque Baſilicas à ſe ibidem ædificatas, cum variis Prædiis. 243

705. Childebertus Francorum Rex Solemium, agri Fanomartenſis Villam, dat Monaſterio S. Dionyſii in Francia. 244

709. Alteram medietatem Oppidi Epternacenſis, de quo ſuprà, donant S. Willibrordo Pipinus Major Domûs Regiæ, ejuſque Conjux Plectrudis, ad fundandum illic Cœnobium Benedictinorum. 805

722. Theodericus II. Francorum Rex immunitatem & prædia Monaſterii Bertiniani confirmat, petente Erkemboldo Abbate. 128

722. Carolus Martellus, Major Domûs Regiæ, ſub Theoderico Francorum Rege, dotat Eccleſiam Cathedralem Ultrajectenſem. 491

725. Idem donat Eliſtam ſui juris villam in Gelria (ubi olim Collegium Canonicorum) Eccleſiæ

S. Sal-

y Google

S. Salvatoris Ultrajectenſi, quæ tunc erat Cathedralis. 492

726. Rohingus Antverpienſium Princeps ejuſque Conjux Bebelina Sancto Wallibrordo Epiſcopo Ultrajectino donant Eccleſiam Caſtri Antverpienſis, & tertiam partem telonei. 10 & 11

726. S. Willibrordus Epiſcopus, Hollandorum, Friſiorum & Antverpienſium Apoſtolus, condit teſtamentum. 11

729. Gregorius Papa, petente Baſino Abbate, Monaſterio S. Maximini Trevirenſis immunitatem & alia Privilegia largitur. 129

746. Robertus Hasbaniæ Comes, Lamberti Filius, quinque Villas, Donck, Halen, Schaffen, Velpen, & Meerhout donat Abbatiæ S. Trudonis Ord. S. Ben. in Hasbania. 493

748. Zacharias Papa hortatur Epiſcopos ſuperioris & inſerioris Germaniæ, ut miniſteriis ſuis conſtanter inſiſtant, cum S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, quem tamquam Sedis Apoſtolicæ Legatum ipſis commendat. 12

750. S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus & Utrajectinus ſcribit ad Zachariam Papam de Monaſterio Fuldenſi Ordinis S. Benedicti in Germania, quod conſtruxerat. 640

751. Zacharias Papa concedit Privilegium immunitatis Abbatiæ Fuldenſi Ordinis S. Benedicti, quæ nunc eſt potentiſſima, gaudens S. R. I. Principatu. 640

752. Idem Papa ſcribit ad S. Bonifacium ArchiEpiſcopum, ac declarat ſe Moguntinam Sedem in Metropolim erigere, & quinque Civitates, videlicet Tungrenſem, Colonienſem, Wormatienſem, Spirenſem, & Ultrajectenſem eidem ſubjicere. 641

752. Pipinus, cognomento Brevis, Francorum Rex dotat Epternacenſe S Willibrordi Monaſterium Ordinis S. Benedicti in Ducatu Luxcburgenſi. 641

753. Idem prædia Eccleſiæ Cathedralis S. Martini Utrajectenſis, à Pipino, Carolo Martello & Carolomanno donata confirmat, petente S. Bonifacio Archiepiſcopo Ultrajectenſi & Moguntino. 494

754. S Bonifacius Archiepiſcopus ſcribit ad Stephanum Papam de ſtatu Eccleſiæ Ultrajectinæ poſt obitum S. Willibrordi. 13

763. Cancor Rhenenſis Pagi Comes, cum Matre ſua Williſwinda, Ruperti Comitis Vidua, Lauriſhamenſe Ordinis S. Benedicti Monaſterium in Diœceſi Wormatienſi, in Inſula quæ nunc Aldenmunſter vocatur ædificat, dotat, & Rutgango Metenſi Archiepiſcopo tradit. 642

765. Pipinus Francorum Rex Trevirenſe Sancti Maximini Monaſterium ſub ſuo Mandiburnio ſeu protectione ſuſcipit, Utilrado Abbate poſtulante. 130

770. Cancor Comes ejuſque Conjux Angila Lauriſhamenſe Monaſterium dotant. 643

771. Carolus Magnus, Francorum ac Longobardorum Rex, dein Imperator, benefacit Abbatiæ de Sithieu, quæ nunc S. Bertini dicitur, Ordinis S. Benedicti in Arteſia. 495

779. Idem Harimalam, Budilium, Filſurdum, & alias Villas, à Proavo ſuo Pipino Herſtallio, aliiſque collatas Eccleſiæ Aquiſgranenſi, confirmat. pag. 496

780. Idem dat Liſidunam Bataviæ Villam Cathedrali Eccleſiæ Ultrajectinæ S. Martino ſacræ 245

782. Hadrianus Papa Carolo Magno muſiva & marmora Palatii Ravennatis auſerenda concedit, ad ædificandam Baſilicam Aquenſem 643

790. Carolus Magnus S. Maximini Abbatiam in protectionem ſuſcipit, petente Werinolfo Abbate. 130

791. Idem benefacit Abbatiæ Bertinianæ Ord. S. Ben. in Arteſia. 497

795. Idem Imperator recenſet Fundationem Aquiſgranenſis Baſilicæ Marianæ, illiuſque Conſecrationem per Leonem III. Papam. 14

804. Idem Imperator Epiſcopatum Oſnaburgenſem in Weſtphalia fundat ac dotat. 16

814. Ludovicus Pius Imperator confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Ultrajectinæ, Rixfrido Epiſcopo poſtulante. 498

815. Idem Privilegia immunitatis per Patrem ſuum Carolum Magnum Blandinienſi Monaſterio propè Gandavum conceſſa confirmat, petente Ainhardo Abbate. 131

816. Idem ad Arnonem Archiepiſcopum Saliſburgenſem mittit Regulas Canonicæ Inſtitutionis à Concilio Aquiſgranenſi collectas. 17

818. Idem dat fundum ad amplianda & dilatanda Clauſtra Canonicorum Tornacenſium, petente Wendilmaro Epiſcopo Tornacenſi. 336

819. Idem concedit Privilegia Monaſterio S. Bavonis Gandenſis, petente Ainhardo Abbate. 18

821 Idem dat Maricollenſi Benedictinorum Monaſterio, in Hannonia ſito, Villam Saſſigniacam. 246

822. Idem Trevirenſem S. Maximini Abbatiam protegendam ſuſcipit, petente Eliſacharo Abbate. 132

830. Idem Miſſos Dominicos & Comites in variis Provinciis ac Diœceſibus conſtituit. 336

831. Idem petente Judithâ Conjuge ſuâ Iſernam & Thorenſclam, Villas Monaſterii Rothnacenſis (quod nunc eſt Capitulum Canonicorum) concedit Hildeſrido Viro Nobili. 247

837. S. Everardus Comes, Ciſonienſis Abbatiæ Fundator in Diœceſi Tornacenſi, condit teſtamentum. 19

838. Walgarius Sacerdos, S. Everardi Comitis Capellanus, Ciſonienſe Cœnobium dotat. 644

838. Hotbertus Vir potens dotat Abbatiam Sarcinienſem (quæ nunc dicitur S. Trudonis) Ordinis S. Ben. in Diœceſi Leodienſi. 499

841. Lotharius Imperator Ausfrido Comiti Palatii Manſos aliquot in Villa Geizefurt, in Pago Hattuarienſi ad Nerſam fluvium ſitos, donat; quos idem Comes poſtea Monaſterio Laureshamenſi attribuit. 646

842. Ebo Remorum Archiepiſcopus, Balduino Ferreo Flandriæ Comiti mittit Corpus S. Donatiani VII. Remorum Epiſcopi. 22

844. Sergius II. Papa mittit Epiſtolam ad Epiſcopos Tranſalpinos, quâ Drogonem Archiepiſcopum Metenſem Caroli Magni Imperatoris Filium naturalem deſignat Vicarium Sedis Apoſtolicæ in Gallia & Germania. 647

844. Lotharius Imperator Harimalam in Haſbania, Filſurdum in Brabantia, & alias alibi Villas, Eccleſiæ B. Mariæ Aquiſgranenſis à Carolo Magno & Ludovico Pio datas, confirmat. 337

846. Privilegium Monaſterii Corbeienſis Ord. S. Ben. in Gallia Paſchaſio Ratberto Abbati conceditur à Synodo Pariſienſi. 338

847. Conventus apud Marſnam, propè Trajectum Moſæ, celebratur per Lotharium Imperatorem, Ludovicum Germaniæ, & Carolum Calvum Franciæ Reges, Fratres. 23

853. Carolus Calvus, Francorum Rex, indicto Conventu apud Silvacum Villam Regiam in agro Laudunenſi, Regnum ſuum in XII Miſſaticos ſeu Regiones diſtribuit, & in his Miſſorum Dominicorum Collegia XII. conſtituit. 340

854. Idem poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis confirmat. 647

858. Lotharius Lotharingiæ I. Rex, Lotharii Imperatoris Filius, Bergenſe Monaſterium propè Ruremundam Gelriæ Urbem à S. Wirone Epiſcopo ejuſque Sociis (Pipino Herſtallio fundum donante) conſtructum, Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Ultrajectenſis attribuit incolendum: Normannis Friſiam & Bataviam vaſtantibus. 499

860. Idem dat Monaſterio S. Dionyſii in Francia & Diœceſi Pariſienſi Manſum unum ex Fiſco Valentianenſi. 247

862. Ansfridus Comes benefacit Abbatiæ Lauriſhamenſi in Germania. 648

863. Carolus Calvus Francorum Rex, Stephano Cameracenſi & Attrebatenſi Epiſcopo, ejuſque Succeſſoribus concedit Legalis Juſtitiæ diſciplinam in Civitate Atrebatenſi, & teloneum ac Monetæ officinam in Lambris, petentibus Iſaaco & Sigardo Comitibus. 248

863. Nicolaus I. Papa Epiſtolam ſcribit ad Carolum Calvum Francorum Regem, quâ petit, ut Balduino Flandriæ Comiti parcat, qui Filiam ejus Juditham rapuerat, & in Uxorem acceperat. 132

863. Nicolaus Papa Epiſtolam alteram ſcribit ad Hermentrudem Franciæ Reginam pro Balduino Ferreo Flandriæ Comite ejuſque Conjuge Juditha. 133

864. Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus Epiſtolam ſcribit ad Nicolaum I Papam, de Balduini Ferrei Flandriæ Comitis conjunctione cum Juditha Caroli Calvi Francorum Regis Filia, & de vacatione Epiſcopatûs Cameracenſis. 25

864. Carolus Calvus Francorum Rex prædia Gandenſi S. Bavonis Monaſterio olim collata confirmat. 26

866. Concilium Sueſſionenſe III. concedit Privilegium Monaſterio Sollemniacenſi, in Diœceſi Lemovicenſi, fundato à S. Eligio, Noviomenſi & Tornacenſi Epiſcopo. 649

868. Ludovicus Germaniæ Rex Theodorico Cômiti donat Waſdam, id eſt Waſiam. 33

870. Hincmarus Remorum Archiepiſcopus, & alii Epiſcopi apud Vermeriam congregati, condunt Diploma de libertate & prædiis Sancti Vedaſti. 134

870. Pactio Aquiſgranenſis, inter Carolum Calvum Franciæ Regem, & ejus Fratrem Ludovicum Germaniæ Regem inita Aquiſgrani. 27

870. Diviſio Regni Lotharii Imperatoris inter Carolum Calvum Franciæ & Ludovicum Germaniæ Reges Fratres, fit in Procaſpide ad Moſam fluvium, haud procul ab Heriſtallio. 28

870. Carolus Calvus Francorum Rex Temſecam, Waſiæ Villam ad Scaldim fluvium, dat Monachis S. Petri Blandinienſis juxta Gandavum. 341

873. Excerptum ex Hincmari Remenſis Archiepiſcopi Epiſtola VI. ad Epiſcopos Provinciæ Remenſis ſcripta: in qua Cap. 18. docet, olim Remenſi Archiepiſcopo duodecim Sedes Epiſcopales ſubditas fuiſſe. 341

875 Carolus Calvus Imperator & Rex Francorum concedit Privilegium Monaſterio Vedaſtino. 136

876. Ludovicus, Germaniæ, ſeu Franciæ Orientalis Rex, Ludovici Imperatoris Filius, benefacit Eccleſiæ Ultrajectenſi, petente Hungero Epiſcopo. 501

877. Carolus Calvus Imperator in Attiniaco Palatio Templum ædificat ac dotat, in honorem S. Walburgis Virginis, quod nunc poſſidetur à Monachis Moliſmenſibus. 137

877. Idem confirmat Bariacum, Gaugiacum, & alia prædia Abbatiæ Marchianenſis. 138

877. Idem Dononienſe Monaſterium, à S. Ragenfrede in Hannonia ad Schaldim fl. ſecundo lapide à Valentianis conſtructum, inſtaurat, & prædiis jam olim poſſeſſis dotat, hortatu Giſlæ Sororis ſuæ. 249

877. Idem cum Conjuge ſua Richilde varias poſſeſſiones concedit Eccleſiæ S. Gertrudis Nivellis. 502

877. Idem, cum in Italiam (in qua obiit) iter adornaret, Regnumque Filio Ludovico Balbo per abſentiam adminiſtrandum relinqueret, Reinelinum Tornacenſem Epiſcopum, Balduinum Ferreum Flandriæ Comitem, alioſque Epiſcopos & Comites ipſi Cônſiliarios adjungit. 342

884. Carolus Craſſus Imperator Laureshamenſe Monaſterium dotat. 650

888. Arnulphus Rex Lotharingiæ & poſtea Imperator Abbatiam Laubienſem Ord. S. Ben. donat Franconi Epiſcopo Leodicenſi, ejuſque Succeſſoribus. 650

889. Idem Trajectenſem S. Servatii Abbatiam (quæ nunc eſt Eccleſia Collegiata) tradit Rathbodo Trevirenſi Archiepiſcopo. 250

889. Idem Gerolfo Comiti, Theodorici I. Hollandiæ Comitis Parenti, varia prædia confert. 34

894. Carolus Simplex Francorum Rex Franconi Leodicenſi Epiſcopo poſſeſſiones quaſdam, vi ablatas, reſtituit, Adeleide Matre & Fulcone Remorum Archiepiſcopo petentibus. 251

895. Zuendeboldus Lotharingiæ Rex poſſeſſiones Abbatiæ S. Willebrordi in Epternaco Ordinis S. Benedicti confirmat. 651

896. Idem Monachis S. Dionyſii in Francia, propè Pariſios, reſtituit Salonam Abbatiolam, in Salienſi pago ac Diœceſi Metenſi olim ſitam, petente Raginero I. Hannoniæ Comite. 251

897. Idem benefacit Eccleſiæ Nivellenſi in Gallo-brabantia 503

898. Idem Abbatiam S. Servatii, quam Raginero I. Hannoniæ Comiti in Precariam conceſſerat, eidem adimit, & Rathbodo Trevirenſi Archiepiſcopo reddit. 252

898. Idem Cathedrali Canonicorum S. Lamberti Collegio Leodicenſi donat Villam Teux. 253

908. Ludovicus Lotharingiæ Rex, Zuendeboldi Frater & in Regno Succeſſor, Lobium, Foſſas, & alia loca, Stephano Leodicenſi Epiſcopo attribuit, ſeu confirmat. 34

910. Idem dat Mortarium Villam Canonicis in Capræmonte (Oppido olim Diœceſis Leodicenſis) degentibus. 253

910. Carolus Simplex Francorum Rex Epiſcopo Leodienſi Stephano donat Abbatias, Haſterieoſem ad Moſam, & S. Rumoldi Mechlinienſem. 805

910. Excerptum ex Guilielmi Comitis Arvernorum & Ducis Aquitaniæ Teſtamento; quo prima Cluniacenſis Monaſterii Fundatio inſtituta eſt, Chriſti 910. anno, Caroli Simplicis Francorum Regis anno 13. poſt obitum Odonis Regis. 651

913. Carolus Simplex, Francorum Rex Egmundam cum appendicibus donat Theoderico I. Hollandiæ Comiti. 35

914. Idem confirmat Fundationem Abbatiæ Bronienſis Ordiois Sancti Benedicti in Comitatu Namurcenſi, factam à Venerabili Abbate Gerardo. 806

915. Idem Canonicis Eccleſiæ S. Lamberti Leodicenſis dat Foreſtum ſeu ſilvam in Arduenna ſitam, Stephano Leodicenſi Epiſcopo & Raginero primo Hannoniæ & Hasbaniæ Comite, petentibus. 254

918. S. Gerardus, Vir nobiliſſimo genere natus, fundat Monaſterium Bronienſe, quod eſt Benedictinorum, & S. Gerardi hodie dicitur, in agro Namurcenſi. 342

919. Carolus Simplex Rutgero Trevirenſi Archiepiſcopo reſtituit Trajecteoſem S. Servatii Abbatiam. 255 & 256

921. Idem varia prædia Maricollenſi Abbatiæ atttibuit ſeu confirmat. 36

921. Pactum Bonnenſe, inter Carolum Simplicem Fraociæ & Henricum Aucupem Germaniæ Reges initur. 37

932. Henricus Auceps Imperator confirmat fundationem Abbatiæ Bronienſis, in Comitatu & Diœceſi Namurcenſi, quæ nuoc S. Gerardi nuncupatur, ab ipſo Fundatore ibi quieſcente. 38

937. Arnulphus I. cognomento Magnus, Flandriæ Comes, prædia varia Monaſterio Blandinienſi reſtituit, ſeu donat, hortatu Tranſmari Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi. 39

942. Stephanus Papa fundationem Abbatiæ Bronienſis, in Comitatu Namurcenſi, confirmat, Romæ exiſtente, & coram petente, S. Gerardo Abbate ac Fundatore Bronienſi. 257

942. Adelbero Epiſcopus Metenſis Monachos Benedictinos in Metenſi Cœnobio S. Arnulphi, Clericorum loco conſtituit. 652

944. Conrado Lotharingiæ Duce poſtulante, Otho I. Imperator dat Faraberto Leodicenſi Epiſcopo Monaſterium Eiche, quod nunc eſt Caoonicorum Collegium, in Maſeica Ditionis Leodienſi Oppido. 258

945. Ottho Magnus Imperator Rathberto Archiepiſcopo Trevirenſi Abbatiam S. Servatii Moſætrajectinam reſtituit atque confirmat. 255

946. Walcidorienſis Benedictinorum Abbatia ad Moſam fluvium in Comitatu & Diœceſi Namurcenſi, ab Eiberto Comite ac Domino Florinenſi, ejuſque Conjuge Hereſinde, fundatur dotaturque. 255

947. Otho I. Imperator Eccleſiam Canonicorum in Capræmonte, Diœceſis olim Leodienſis Oppido, ſitam, dotat. 504

948. Gemblacenſe Benedictinorum in Brabantia Monaſterium ab anno 922. à S. Guiberto Viro Nobili, ejuſque Avia Giſla conſtructum & dotatum, Othonis primi Imperatoris Edicto confirmatur. 139

948. Idem Otho I. Imperator Lambertum Comitem Lovanienſem conſtituit Advocatum Gemblacenſis Abbatiæ. 41

950 Ludovicus Tranſmarinus Francorum Rex, petente Arnulpho Flandriæ Comite, poſſeſſiones Monaſterii Blandinienſis juxta Gandavum, confirmat; Monachis Benedictinis, per S. Gerardum Bronienſem, loco Canonicorum ſubſtitutis. 260

950. Fulquious, Vir Potens, Villam Pagi Bracbatenſis, Dorp nuncupatam, dat Monaſterio Gemblacenſi. 141

954. Lotharius Francorum Rex Gandenſe Sancti Bavonis Monaſterium, Arnulfo Flandriæ Comite ejuſque Filio Balduino, operâ S. Gerardi Abbatis Bronienſis inſtauratum, ſuâ auctoritate firmat. 42

956. Gaudarda Mulier ſe ipſam offert in ſervam ſeu famulam Deo & S. Trudoui in Abbatia Trudonenſi, Ordinis Benedictini in Hasbania ac Diœceſi Leodienſi. 505

961. Arnulfus Magnus Flandriæ Comes, dotat Eccleſiam Brugenſem S. Donatiani, quæ nunc eſt Cathedralis; & duodecim Canonicos io ea conſtituit. 43

962. Wicmannus, Novi Caſtri Gandenſis, ab Impp. Germanis ſtructi Comes, dat Villam Theſlam Monaſterio Blandinienſi. 45

963. Sigiſridus Comes Caſtellum Luziliburgum, in Pago Arduennæ ſitum, à Wikero Abbate S. Maximini Trevirenſis, titulo permutationis acquirit; indè dictus primus Comes Luziliburgenſis ſeu Luxeburgenſis. 142

963. S. Eraclius Leodienſis Epiſcopus, à gravi infirmitate ſanatus interceſſione S. Martini Turonenſis Epiſcopi, cujus Sepulchrum ſupplex viſitaverat, in ejus honorem Leodii inſtituit Collegium XXX. Canonicorum; ſimulque ſtatuit Confraternitatem mutuam inter hos Canonicos & Turonenſes in Gallia. 653

965. Otho I. Imp. prædia Monaſterio Cellenſi ſeu Giſleniano à Dagoberto Francorum Rege, itemque à S. Aldeguode & aliis donata, confirmat. 505

966. Idem Otho Imperator Dulciacum, Crombruggam, aliaſque poſſeſſiones Monaſterii Blandioienſis confirmat, petente Womaro Abbate Blandinienſi. 621

966. Idem confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Nivellenſis, quæ eſt Nobilium Virginum Canonicarum, in Gallo-Brabantia. 654

967. Lotharius Rex varia Prædia Gandavenſi S. Bavonis Monaſterio confirmat, petente Balduino Comite Cameracenſi. 46

968. Gerberga Francorum Regina Alodium Marſanenſe, propè Trajectum Molæ, donat Monaſterio S. Remigii Remenſis. 48

968 Otho I. Imperator Walciodorenſe Monaſterium Theodorico Metenſi Epiſcopo donat, & Haſteriam cum Walciodoro conjungit. 343

971. Idem, amotis Canonicis, Monachos reſtituit in Epternacenſi S. Willibrordi Cœnobio, hortatu Sigifridi I. Comitis Lutzeburgenſis. 655

972. Idem Abbatiam ſive Eccleſiam Canonicorum Capræmontenſium donat & ſubmittit Eccleſiæ Canonicorum B. Mariæ Aquiſgranenſis. 506

974. Ottho II. Imp. prædia ablata Monachis S. Bavonis Gandenſis reſtituit. 49

976. Idem veteres Monaſterii S. Bavonis Gandenſis poſſeſſiones in Pago Bracbatenſi confirmat, & alias pridem ablatas in Hasbanenſi, Rienſi & Teſſandrienſi Pagis, reſtituit. 344

976. Lotharius Francorum Rex, petente Emmâ Conjuge, Villam *Aines* reſtituit Judithæ Abbatiſſæ Marchianenſi. 145

977. Idem, petente Emmâ Conjuge ſuâ, Marcolenſi Monaſterio, propè Atrebatum ſito, reſtituit prædia, eidem à Fulberto Epiſcopo Cameracenſi & aliis attributa. 144

979. Godefridus, cognomento Captivus, Virdunenſis in Lotharingia Comes, & Dominus Ihami propè Aldenardam Flandriæ Oppidum, ejuſque Uxor Machtildis Holinium, Leſdenium, aliaque prædia donant Blandinienſi S. Petri Monaſterio, juxta Gandavum ſito. 144

980. Otho II. Imperator confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis. 50

980. Idem Monachos Benedictinos, amotis Canonicis, in Epternacenſi S. Willibrordi Cœnobio à Patre ſuo Othone I. Imperatore collocatos confirmat. 655

983. Adalbero Remenſis Archiepiſcopus in Moſomenſi Cœnobio pro Canonicis Monachos Benedictinos collocat: quod ejus Decretum in Concilio apud Montem S. Mariæ in Pago Tardacenſi fuit confirmatum. 656

984. Benedictus VII Pontifex Abbatiæ Gemblacenſi Ord. S. Ben. in Gallo-Brabantia dat Privilegium immunitatis. 507

984. Gerbertus, poſtmodum Romanus Pontifex, dictus Silveſter II, ſcribit ad Sigifridum, Sigifridi I. Comitis Luxeburgenſis Filium. 345

984. Idem Gerbertus Adalberonem Epiſcopum Virdunenſem, ejuſque Fratrem Hermannum Comitem Dagisburgenſem, Godefridi Captivi Comitis Virdunenſis Filios, hortatur ad conſtantiam, & fortitudinem in adverſis. 346

984. Otho III. Imperator donat Notgero Leodienſi Epiſcopo Abbatias Lobienſem, Foſſenſem & Gemblacenſem. 807

985 Idem donat eidem Notgero Epiſcopo Comitatum Hoienſem, ſeu Huienſem, quem Auſfridus Comes antea tenuerat. 51

985. Idem Otho Imperator Theoderico Hollandiæ Comiti, Avunculo ſuo varia beneficia elargitur. 52

992. Hilſundis Comitiſſa Strienſis, Ausfridi Comitis Huienſis, poſt Epiſcopi Ultrajectini, Uxor, fundat ac dotat Cœnobium Thorenſe, quod eſt Illuſtre Nobilium Virginum Canonicarum Collegium ad Moſam fl. in Diœceſi Leodienſi. 146

992. Otho III. Imperator dotat Nivellenſem Canonicorum S. Pauli Eccleſiam. 656

992. Idem in gratiam Notgeri Leodienſis Epiſcopi, & Heriberti Abbatis, ſui quondam Præceptoris, benefacit Abbatiæ Bronienſi, ſeu S. Gerardi. 807

993. Sigifridus II. Filius Sigifridi I. Comitis Lutzelburgenſis ejuſque Uxor Hadewicha donant varias poſſeſſiones Cœnobio S. Maximini Trevirenſis. 147

993. Frethebaldus Vir Nobilis, omnem ſui Juris hereditatem, in Comitatu Teſterbandiæ ſitam, dat Ultrajectino Canonicorum S. Martini Collegio Cathedrali. 262

993. Otho III. Imperator petente Sigifrido Comite Lutzeburgenſi, prædia Monaſterii Willibrordiani Epternaco confirmat. 657

994. Ausfridus, ex Comite factus Epiſcopus Ultrajectinus, Eccleſiæ Ultrajectinæ dat Weſterlo, & alias Villas in Comitatu Rienſi ſitas. 52

997. Idem dotat Canonicorum S. Joannis in Moſæ fl. Inſula Collegium, à Notgero Leodicenſi Epiſcopo recens fundatum 657

997. Idem benefacit Epternacenſi Monaſterio S. Willibrordi, petente Sigifrido Comite Lutzeburgenſi, illius Monaſterii Advocato. 658

999. Idem Ultrajectinæ S. Martini Eccleſiæ Cathedrali dat diſtrictum Villæ de Bomele, & alia prædia; ſupplicante Ausfrido ejuſdem Urbis Epiſcopo. 263

1001. Idem Herluino Cameracenſi Epiſcopo concedit Mercatum, itemque Jus cudendæ monetæ in Caſtello Cameracenſi. 148

1003. Giſla Gandavenſis, ſeipſam, cum univerſa ſobole, offert in ancillam Eccleſiæ S. Gertrudis Nivellis. 348

1003. S. Henricus II. Imperator confirmat poſſeſſiones Monaſterii S. Bavonis Gandenſis, Ordinis S. Benedicti. 347

1003. Idem confirmat Fundationem Collegii Canonicorum in Eccleſia S. Crucis Leodii, factam per Notgerum Epiſcopum Leodienſem. 808

1006. Ausfridus è Comite Bratuſpantium, Huenſium & Lovanienſium electus Epiſcopus Ultrajectinus, fundat ac dotat Abbatiam Benedictinorum in Monte Sancto apud Amersfortum; quæ dein tranſlata fuit Ultrajectum, ſub invocatione S. Pauli. 809

1007. S. Henricus II. Imperator benefacit Thorenſi Virginum Nobilium Canonicarum Collegio ad Moſam, petente Notgero Leodicenſi Epiſcopo. 507

1007. Idem Erluino Epiſcopo Cameracenſi, ejuſque Succeſſoribus, donat Comitatum Cameracenſem. 148

1008. Idem Baldrico Epiſcopo Leodicenſi & Balderico Comiti dat bannum beſtiarum in ſilvis, quas poſſidebant. 53

1012. Idem confirmat Abbatiam Florinenſem, quæ eſt Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi, à Gerardo Cameracenſi & Atrebatenſi Epiſcopo fundatam. 658

1018. Idem Aquiſgranenſe Canonicorum Sancti Adalberti Collegium fundat ac dotat. 149

1018. Idem poſſeſſiones Abbatiæ S. Giſleni in Hannonia confirmat, Gerardo I. Cameracenſi Epiſcopo & Raginero IV. Hannoniæ Comite poſtulantibus. 508

1023. Inter Eccleſiam Cathedralem Bellovacenſem, & Abbatiam S. Vedaſti Atrebati, Societas fraterna confirmatur Diplomate Warini Bellovacenſis Epiſcopi; & ſimul Præpoſitura Anglicuriæ, hodieque ab Abbatia Vedaſtina dependens, fundatur. 149

1030. Otoboldus Abbas Monaſterii S. Bavonis Gandenſis, Epiſtolâ ad Otginam Flandriæ Comitiſſam Balduini Barbati Conjugem ſcriptâ, recenſet Sanctos ac Poſſeſſiones dicti Monaſterii. 348

1031. Godeſchalcus Morialmæus Cathedralis Leodienſis Præpoſitus ſundat Collegium Canonicorum in Eccleſia S. Bartholomæi Leodii; eamdemque ſundationem confirmat Raginerus Epiſcopus Leodienſis. 809

1033. Gerardus Vir Nobilis ac Princeps, Vulferei Curtem, donat Divionenſi S. Benigni Cœnobio, quod eſt Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini. 351

1033. Gerardus I. Cameracenſis Epiſcopus Abbatiam Sancti Andreæ, Monachorum Benedictinorum, in Caſtello Cameraceſii ſundat ac dotat, Conrado Salico Imperatore probante. 56

1034. Conradus II. Salicus Imperator Monaſterium S. Giſleni in protectionem ſuſcipit; Giſalâ Uxore ſuâ, Henrico filio ſuo Piligrimo Archiepiſcopo Colonienſi, & aliis petentibus. 510

1036. Radulphus Vir Nobilis, ejuſque Uxor Giſla, Aicurienſe Canonicorum XII. Collegium in Gallo-Brabantia ſundat: quod inde poſtea Lovanium ad S. Jacobi Ædem eſt tranſlatum. 363

1038. Balduinus Inſulanus, Flandriæ Comes, Hugonem Havet, Albiniaci Dominum, conſtituit Advocatum ſeu potius Subadvocatum Eccleſiæ Marchianenſis, & jura Advocatiæ explicat. 659

1039. Hugo Epiſcopus Noviomenſis ac Tornacenſis recenſet ſundationem Abbatiæ Falempinenſis, Canonicorum Regularium in diœceſi Tornacenſi, per Saſwalonem, Caſtellanum Inſulenſem. 53

1040. Henricus III. cognomento Niger, Imperator dat Nithardo Leodicenſi Epiſcopo Comitatum Hasbaniæ. 264

1040. & 1041. Idem Nivellenſi Nobilium Virginum Canonicarum Collegio prædia olim ablata reſtituit. 660 & 661

1043. Lillerienſe Canonicorum Collegium ac Templum in Arteſia excitantur à Wenemaro, illius Oppidi Domino. 150

1044. Wazo Leodienſis Epiſcopus varia attribuit prædia Collegio Canonicorum S. Bartholomæi Leodii, eorumque numerum auget ad XXX. Præbendas 810

1044. Haſpra, Præpoſitura Benedictinorum, inter Cameracum & Valentianas ſita, Monachis Vedaſtinis, & Anglicuria Gemeticentibus attribuuntur. 265

1046. Gerardus I. Epiſcopus Cameracenſis Abbatiam S. Andreæ à ſe fundatam in Caſtello Cameraceſii dotat liberaliùs. 55

1046. Ingelbertus ſundat in Eccleſia de Haeltert, qui vicus eſt juxta Aloſtum, Collegium XII. Canonicorum in honorem S. Gaugerici; quod poſtea Aloſtum traſlatum ſuit ad Eccleſiam Sancti Martini. 811

1047. Lambertus Baldericus Comes Brachatenſis fundat Collegium majus XII. Canonicorum in Eccleſia S. Gudilæ Bruxellis. 57

1048. Leo IX. Pontifex confirmat Privilegia Stabulenſis & Malmundarienſis Monaſteriorum, Ordinis S. Benedicti in Arduenna; ſimulque ſtatuit, ut Stabulenſes & Malmundarienſes Religioſi unicum deinceps habeant Abbatem. 266

1048. Idem Privilegia à Prædeceſſore ſuo Clemente II. Nivellenſi Eccleſiæ conceſſa confirmat. 661

1057. Folcardus & Regilindis, benefactores Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri in Anderlecbt propè Bruxellam, Contractum ineunt antenuptialem. 662

1059. Henricus IV. Imperator prædia Eccleſiæ Nivellenſis in tres portiones dividit: quarum prima Xenodochio, ſecunda Abbatiſſæ, tertia Canoniſſis (ut loquuntur) attributa fuit. 510

1063. Philippus Francorum Rex confirmat ſundationem Collegii Canonicorum in Harlebeca, à Balduino Flandriæ Comite ejuſque Conjuge Adelaide factam. 59

1063. Balduinus & Rathbodus Epiſcopi Tornacenſes ac Noviomenſes confirmant Fundationem Capituli Harlebecani. 60

1063. Einhamenſis Benedictinorum Abbatia, ad Schaldim, propè Aldenardam Flandriæ Oppidum, à Balduino Pio ſeu Inſulano Flandriæ Comite fundatur. 151

1064. Theodoricus Metenſis Epiſcopus Monaſterio S. Trudonis Scrutum ſive Grutam ejuſdem Oppidi Trudonopolitani dederat: id Succeſſor ejus Adelbero III. Frederici Lotharingiæ inferioris Ducis frater confirmat. 63

1064. Lietbertus Cameracenſis Epiſcopus immunitatis Privilegium & alia largitur Monaſterio Einhamenſi. 152

1064. Idem Abbatiam S. Sepulchri (quæ eſt Benedictinorum, olim extra nunc in Urbe Cameracenſi) fundat ac dotat. 155

1064. Henricus IV. Imperator dona, per Comites Hollandos Eccleſiæ Ultrajectinæ ablata, eidem reſtituit, interventu Frederici, Godefridi, & Gerardi, Ducum Lotharingiæ. 155

1064. Balduinus Pius ſeu Inſulanus Flandriæ Comes, Arnulphum Aldenardenſem, ejuſque Succeſſores conſtituit Subadvocatos Monaſterii Einhamenſis. 153

1065. Adelbero III. Metenſis Epiſcopus explicat jura ad Monaſterii Trudonenſis Advocatum & Subadvocatum pertinentia. 62

1065. Drogo Teruanenſis Epiſcopus talem dat libertatem Eccleſiæ Mecinenſi ſeu Meſlinenſi, Virginum Benedictinarum, nunc in Diœceſi Iprenſi, qualem Bertefridus Epiſcopus Ambianenſis dedit Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ Corbeienſi. 64

1066. Balduinus V. Comes Flandriæ, Inſulenſe Canonicorum Collegium à ſe inſtitutum dotat, & Eccleſiam ab anno 1055. ædificari cœptam, conſecrari procurat, præſente Philippo Francorum Rege. 65

1066. Philippus Francorum Rex prædia, per Balduinum Inſulanum ejuſque conjugem Adelam Meſſinenſi Monaſterio attributa, confirmat. 67

1066. Lietbertus Cameracenſis Epiſcopus, amotis Canonicis Secularibus, ut vocant, Regulares ſubſtituit in Cameracenſi Sancti Auberti Cœnobio. 157

1066. Theoduinus Leod. Epiſcopus Huienſem Canonicorum B. Mariæ Eccleſiam dotat. 352

1066. Idem in Hoienſi ſeu Huienſi Eccleſia, XIV. Canonicos conſtituit. 68

1067. Balduinus V. Flandriæ Comes, Winnocibergenſis Eccleſiæ (quæ primò Canonicorum, nunc eſt Monachorum Benedictinorum) originem, mutationem & poſſeſſiones recenſet. 511

1067. Fredericus Lotharingiæ inferintis Dux, & Monaſterii Stabulenſis Advocatus, Eccleſiam de Sprimont, & alodium Genappæ Monachis Stabulenſibus donat. 663

1067. Formula traditionis ſeu donationis ejuſdem, ex autographo pergameno fideliter deprompta : cui appenſum eſt ſigillum, imaginem Præſulis alicujus, Pedum ſine Mitra geſtantis, exprimens. 663

1069. Arnulfus Ardæ Dominus, & Advocatus Monaſterii Bertiniani, Ardenſe Canonicorum Collegium, in Oppido Ardenſi, vulgò *Ardres*, in diœceſi olim Teruanenſi, nunc Bolonienſi ſitum, in honorem S. Audomari fundat ac dotat. 158

1060. Godefridus Magnus, Lotharingiæ ſuperioris & inferioris Dux, rogante Conjuge ſuâ Beatrice, in Eccleſia S Dagoberti Martyris, in Lotharingiæ Oppido Sathanaco Monachos Gorzienſes collocat, amotis Canonicis. 352

1070. Alexander II. Papa confirmat Harlebecani Collegii Canonicorum Inſtitutionem. 61

1070. Euſtathius Comes Boloniæ, & Uxor ejus Ida, Parentes Godefridi Bullonii Regis Hieroſolymitani, prædiis ac privilegiis dotant Lenſenſe Canonicorum in Arteſia Collegium, à Majoribus ſuis fundatum. 159

1070. Lietbertus Cameracenſis Epiſcopus, petente Euſtathio II. Comite Bolonienſi ac Lenſenſi, varia Privilegia Lenſenſi Canonicorum Collegio concedit. 161

1072. Robertus Friſius, Flandriæ Comes, confirmat prædia ac poſſeſſiones Monaſterii Sancti Petri Gandenſis. 68

1073. Godeſcalcus Nivellenſis Eccleſiæ Præpoſitus eidem ſuæ Eccleſiæ beneſacit. 664

1073. Eccleſia S. Gudulæ Bruxellis libertate donatur à Lietberto Cameracenſi Epiſcopo 58

1078. Rainildis Uxor Folcardi benefacit Capitulo Canonicorum S. Petri in Anderlecht propè Bruxellam. 665 & 666

1079. Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus donat Cameracenſi Abbatiæ S. Sepulchri, à Prædeceſſore ſuo Lietberto anno 1064. fundatæ, Altare S. Petri Leeuwenſis propè Bruxellam. 665

1079 Idem ſtabilit Aquicinctinam Bened. Abbatiam ſecundo lapide à Duaco, per Viros Nobiles, Walterum, Sicherum & Anſellum Ribodimontanum ſundatam. 163

1080. Godebaldus Abbas Walciodorenſis Ord. S. Ben. juri ſuo renunciat, ut Pons lapideus Dionantenſis, ſuper Moſa flumine, ædificetur; Henrico Epiſc. Leodicenſi, Alberto Comite Namurcenſi, Conone Comite, & aliis conſentientibus. 267

1080. Robertus Friſius, Flandriæ Comes, Monaſterii Meſſinenſis, ab Adela Matre ſua conditi, poſſeſſiones confirmat. 69

1081. Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus, dotat Abbatiam Declivinienſem S. Petri, quæ nunc S. Adriani dicitur, eamque transſert ad Oppidum Gerardimontenſe. 513

1081. Richildis Hannoniæ Comitiſſa, ejuſque Filius ac Succeſſor Balduinus fundant ac dotant Abbatiam S. Dionyſii, quæ eſt Benedictinorum propè Montes Hannoniæ. 666 & 667

1083. Egmondana Abbatia in Hollandia fundatur, dotatur, ac confirmatur per Theodericum V. Hollandiæ Comitem. 71

1083. Conradus Cnmes Lucelemburgenſis, in Oppido Lucelemhurgo, Benedictinis Sodalibus Munſterienſe B. Mariæ Cœnobium conſtruit. 269

1084 Balduinus Comes Giſnenſis, ejuſque Uxor Adela, Monachis Cœnobii Caroſenſis vulgò *Charroux*, in Diœceſi Pictavienſi, dant varia prædia, ad Monaſterium Andrenſe Ord. S. Bened. in Diœceſi Teruanenſi excitandum; probante Girardo Teruanenſi Epiſcopo. 354

1084. Ribodimnntenſis S. Nicolai Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Laudunenſi fundatur ab Anſello de Ribodimonte; probante Philippo I. Francorum Rege 357

1085. Rodulfus Abbas Stabulenſis Curtem de Sprimont oppignorat 668.

1085. Raioaldus Remenſis Archiepiſcopus in Eccleſia S. Martini de Petegem in Diœceſi Tornacenſi, nunc Gandavenſi, in locum Clericorum ſubſtituit Præpoſituram Benedictinorum ex Abbatia S. Theodorici Remis. 812

1086. Henricus III. Comes Lovanienſis & Bracbatenſis ſundat dotatque Abbatiam Affligemienſem Ord. S. Benedicti. 73

1086. Balduinus Cognomento Hieroſolymitanus, Comes Montenſis ſeu Hannonienſis, Templum in honorem Deiparæ in Urbe Valentianenſi, à Matre ſua Richilde inchoatum, Monachis Benedictinis Haſnonienſibus tradit & amplificat; quod nunc S. Mariæ Majoris dicitur. 268

1086. Gerardus II. Epiſcopus Cameracenſis prædictam Baſilicam conſecrat. 514

1087. Idem Balduinus benefacit Monaſterio Haſnonienſi Ord. S. Ben. juxta Valencenas. 515

1087. Balduinus & Rathbodus Epiſcopi Tornacenſes ac Noviomenſes confirmant Fundationem Capituli Harlebecani. 60

1088. Lotbertus Abbas Haſnonienſis vendit Giſelberto, Balduini Gandenſis Filio, alodia in Aloſt, Raſſeghem & Lede. 74

1088. Regina Nobilis Matrona fundat Prioratum Aquiliæ, vulgò *Awaille*, in Ducatu Luxemburgenſi, quarto lapide à Leodio; eumque donat Mona-

Monachis Cluniacenſibus. 358
1089. Gerardus II. Cameracenſis Epiſcopus alodia aliquot, jure hereditario ad ſe pertinentia, dat Eccleſiæ Cameracenſi, & alia alodia à Manſcelino Præpoſito donata confirmat. 75
1089. Henricus III. Imperator, Fundationem Abbatiæ Sancti Agerici Virdunenſis, à Theodorico Virdunenſi Epiſcopo factam, confirmat. 164
1089. Theodoricus Vir illuſtris dotat Marchianenſe Benedictinorum Monaſterium; quod Balduinus Hieroſolymitanus Hannoniæ Comes comprobat. 517
1089. Robertus, cognomento Hieroſolymitanus, Flandriæ Comes, Præpoſitum Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis creat perpetuum Flandriæ Cancellarium. 359
1090. Idem, Rodgero Inſulenſi Caſtellano petente, prædia Falempinenſi Monaſterio à Saſwalone Caſtellano itidem Inſulenſi attributa, confirmat. 362
1090. Godefridus Bullonius Lotharingiæ Dux, pôſt Hieroſolymorum Rex, Eccleſiam S. Dagoberti Martyris, in Sathanaco Lotharingiæ Oppido ſitam, & ab Arnulfo Comite occupatam, Monachis Gorzienſibus reſtituit. 360
1090. Radbodus Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus, & Walterus Inſulenſis Præpoſitus, Canonicis Eccleſiæ S. Petri Inſulis donant Perſonatum & Eccleſiam Viroviaci, vulgò *Wervike*. 361
1091. Giſlebertus Comes Claromontenſis fundat Prioratum S. Symphoriani ſeu S. Severini in Condruſio in Diœceſi Leodienſi, eumque tradit Monachis Cluniacenſibus; à quibus dein tranſiit ad PP. Jeſuitas Leodienſes. 812
1093. Philippus Comes Loënſis, Roberti Friſii Flandrorum Comitis Filius, Loënſe Canonicorum Regularium Cœnobium, nunc in Diœceſi Iprenſi, fundat ac dotat. 269
1093. Lacenſis Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Treverenſi, vulgò ad Lacum, cis Moſellam, propè Antonacum, fundatur ab Henrico Comite Palatino Rheni, ejuſque Conjuge Adeleide. 270
1093. Sifridus Comes Palatinus ad Rhenum, Diplomate teſtatur ejuſdem Monaſterii Lacenſis ædificationem abſolutam. 271
1093. Urbanus II. Papa Atrebatenſibus dat proprium Epiſcopum. 76
1093. Idem Urbanus Atrebatenſem Epiſcopatum à Cameracenſi, cum quo hactenùs fuerat unitus, ſeparat, & ea de re ad Clerum Atrebatenſem ſcribit. 271
1094. Godefridus Bullonius, copioſiùs dotat Monaſterium ſeu Prioratum S. Petri, in Municipio Bullonienſi, à Godefrido Barbato Lotharingiæ Duce, fundatum, & Benedictinis S. Huberti traditum. 76
1095. Gualcherus Cameracenſis Epiſcopus Abbatiam Cortembergenſem, Monialium Benedictinarum in Brabantia, recens fundatam, libertate donat. 519
1095. Explicantur Jura Advocati Abbatiæ Lauriſhamenſis, olim Ord. S. Ben. dein Præmonſtrat. in Diœceſi Wormacienſi. 668
1096. Urbanus II. Papa Baſſionenſi Sancti Petri Monaſterio Ord. Cluniacenſis in Burgundia, benefacit. pag. 669
1096. Manaſſes Cameracenſis Epiſcopus Diclevenoenſem S. Petri Abbatiam ex Diclevenna a[d] Geraldi-montem tranſlatam ſtabilit. 16[…]
1096. Balduinus cognomento Hieroſolymitanu[s] Comes Montenſis ſive Hannonienſis, in Syrian[m] ad bellum ſacrum proſecturus, Covinum (aliis T[u]winum) Caſtellum vendit Oberto Epiſcopo Le[o]dicenſi. 36[…]
1096. Godefridus Bullonius Lotharingiæ Du[x] ejuſque Frater Balduinus (qui poſtea Hieroſoly[…]mitani ex ordine Reges fueruot) Eccleſiam S. Da[…]goberti, in Sathanaco Lotharingiæ Oppido ſ[i]tam, ampliùs dotandam curant. 36[…]
1095. Ida Bolonienſis Comitiſſa, Godefridi Bu[l]lonii, Hieroſolymorum Regis, Mater, decimas G[e]napiæ dat Monaſterio Affligemienſi. 7[…]
1096. Foreſtenſis Abbatia, Monialium Bened[i]ctinarum, propè Bruxellas, Giſelberti Aloſtani op[i]bus fundatur: ac dein à Fulgentio I. Abbate Affl[i]gemienſi legibus firmatur, circa ao. 1110. 7[…]
1097. Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis fun[…]dationem & dotationem Abbatiæ Montis S. El[i]gii, quæ eſt Canonicorum Regularium, confi[r]mat. 16[…]
1097. Idem Monaſterium Canonicorum Regu[…]larium ab Heldemaro Presbytero, ejuſque Diſci[…]pulo Conone, in Aridagamantia, nunc Aroaſia, æ[…]dificari cœptum, ſuâ auctoritate confirmat. 16[…]
1097. Arnulphus Comes Chiniacenſis in Caſtr[o] ſuo erigit Prioratum, eumque committit regimi[ni] Abbatis S. Arnulphi Ord. S. Ben. Metis in Lotha[…]ringia; qui dein ceſſit PP. Societ. Jeſu Luxembur[…]genſibus. 67[…]
1097. Andrenſis Benedictinorum Monaſter[ii] Fundationem, à Balduino Giſnenſi Comite factam[,] Filius ejus ac Succeſſor Manaſſes confirmat. 36[…]
1098. Ida Bolonienſium Comitiſſa dotat San[…]cti Bertini Monaſterium in Arteſia. 7[…]
1098. Henricus III. Imperator, dat Canonici[s] Eccleſiæ S. Mariæ Aquiſgranenſis Villam de Har[…]ve, in Pago Arduennæ ſitam, itemque Advoca[…]tias de Harve, Loncins & Mandervelt. 36[…]
1099. Fulgentius Abbas Affligemienſis Ord. S[.] Ben. Monaſterium Canonicorum Regularium i[n] Fraxino, vulgo *Fraſne*, in Gallo-Brabantia, ſua[e] juriſdictioni aſſerit, ibique Prioratum ab Abbati[a] ſua dependentem conſtituit. 67[…]
1100. Folcardus Abbas Lobienſis Ord. S. Ben[.] bona quædam ſui Monaſterii propter ioopiam ven[…]dit. 67[…]
1101. Idem Libellum ſupplicem offert Henric[o] IV. Imperatori ſuper miſero ſtatu & oppreſſion[e] ſuæ Abbatiæ. 67[…]
1101. Henricus IV. aliis III. Imperator Abba[…]tiam Lobienſem, petente Fulcardo Abbate, in ſu[…]am protectionem recipit, ejuſque Privilegia con[…]firmat. 67[…]
1101. Andanam, ſive Andennam Villam, ab Al[…]berto III. Comite Namurcenſi, Eccleſiæ Anden[…]nenſi & Virginibus in ea Deo famulantibus reſti[…]tutam, Henricus III. Imp. approbat. 368
1101. Wenemarus Caſtellanus Gandenſis fun[…]dat Abbatiam Canonicorum Regularium in Bor[…]nehem Flandriæ Municipio. 16[…]
1101. Manaſſes Cameracenſis Epiſcopus, Born[…]he[…]

hemienſis Abbatiæ fundationem ac dotationem, à Wenemaro factam, approbat. 168

1101. Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus confirmat Abbatiam Aquarum-Curtarum in Arteſia, non procul ab Aroaſia, per Odonem Presbyterum & Eremitam inſtitutam. 169

1101. Wido & Vulſerus Viri Nobiles dotant Abbatiam Aquicinctinam Ordinis S. Ben. juxta Duacum. 813

1102. Mathildis, Tuſciæ & Lotharingiæ Duciſſa, varia Tuſciæ & Liguriæ Oppida S. Romanæ Eccleſiæ an. 1077. à ſe data, petente S. Gregorio Papâ VII, iterum donat & confirmat. 369

1103. Manaſſes Cameracenſis Epiſcopus benefacit Condatenſi Canonicorum Collegio in Hannonia. 675

1103. Godefridus de Ribodimonte & Rainerus dotant Abbatiam Aquicinctinam. 813

1103. Henricus IV. Imp. Cellam Ebrensbergenſem, Laurishamenſi Abbatiæ annexam, in protectionem ſuſcipit. 674

1105. Paſchalis II. Papa Bornhemienſem Canonicorum Regularium Abbatiam, à Wenemaro Caſtellano Gandenſi fundatam, ſuâ auctoritate firmat. 519

1105. Robertus cognomento Hieroſolymitanus, Flandriæ Comes, Roberti Friſii Filius, in terra ſancta militans, facto voto, Abbatiam S. Andreæ, Benedictinorum, propè Brugas, inſtitui per Uxorem ſuam Clementiam jubet: Baldrico Tornacenſi ac Noviomenſi Epiſcopo approbante. 272

1105. Idem Robertus Comes, ex Syria domum reverſus, prædictum Monaſterium S. Andreæ propè Brugas dotat. 273

1105. Baldricus Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus Parochiam Tiletanam donat Canonicis Harlebecanis in Flandria. 80

1106. Lambertus Epiſcopus Atrebatenſis confirmat poſſeſſiones Lenſienſis Collegii Canonicorum in Arteſia, Idâ Godefridi Bullonii Matre, Euſtathio Bolonienſium & Lenſienſium Comite, ejuſque conjuge Mariâ petentibus. 81

1107. Emmiſſa Comitiſſa Valencenenſis dotat Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ Valencenis, in qua tunc erat Collegium XIII. Canonicorum ſæcularium, quod paulò pòſt mutatum fuit in Abbatiam Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. 814

1107. Odardus Cameracenſis Epiſcopus dotat eandem Eccleſiam Canonicorum S. Joannis. 675

1108. Idem confirmat Teneræmondanum Canonicorum Collegium, à Remigio ſeu Ringoto Calvo, Teneræmondæ Domino, ejuſque Conjuge Adelwide fundatum. 82

1110. Godefridus Barbatus Brabantiæ Dux dotat Abbatiam Foreſtenſem, juxta Bruxellam. 675

1110. Lambertus, patriâ Giſnenſis, ex Canonico & Cantore Inſulenſi Epiſcopus Atrebatenſis, prædia Strumenſis Cœnobii (quod eſt Monialium Benedictinarum in agro Atrebatenſi) confirmari poſtulat à Paſchali II. Papa. 676

1111. Idem dotat Inſulenſe Canonicorum Sancti Petri Collegium. 370

1112. Odardus Cameracenſis Epiſcopus Bornhemienſis Abbatiæ fundationem ac dotationem à Wenemaro Caſtellano Gandenſi circa an. 1100. factam approbat. 371

1112. Idem benefacit Eccleſiæ Nivellenſi. 676

1112. Paſchalis II. Papa confirmat Prioratum S. Georgii, propè Heſdinium Arteſiæ Oppidum, Abbatiæ Aquicinctinæ attributum. 170

1112. Waltherus Comes Heſdinienſis benefacit Abbatiæ Alciacenſi Ord. Sancti Benedicti in Artheſia. 837

1115. Balduinus cognomento Securis, Flandriæ Comes, allodium Valſenſe Eccleſiæ S. Petri Inſulenſis detractum, eidem reſtituit. 83

1116. Curtis de Trophova in Nortkercka, quæ antea fuerat Guffridi Hoſevod, à Manaſſe de Bredenarda, dicti Guffridi herede, venditur Monachis Andrenſibus. 372

1117. Waltherus Archidiaconus donat Abbatiæ Foreſtenſi Ord. S. Ben. Altaria de Foreſt & Uccle, propè Bruxellam. 677

1117. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus dotat Abbatiam S. Joannis Valencenis. 677

1117. Balduinus Hannoniæ Comes, S. Dionyſii Monaſterium, propè Montes Hannoniæ, à Patre ſuo Balduino Jeroſolymitano conſtructum, dotat & auget, collatis Præbendis Capituli S. Petri Montibus. 677

1118. Wilhelmus ab Ipra, Philippi Loënſis Comitis Filius naturalis, Loënſe Monaſterium dotat. 274

1119. Joannes Morinenſis ſeu Taruanenſis Epiſcopus, confirmat Inſtitutum & prædia Monaſterii Loënſis, quod eſt Canonicorum Regularium, nunc in Diœceſi Iprenſi. 274

1119. Henricus V. Imp. Decimas Santflitanas Antverpienſi Canonicorum S. Michaëlis Eccleſiæ concedit, petente Godefrido Barbato, Loth. Duce & S. R. I. Marchione ad Schaldim. 83

1119. Rodulphus Abbas & Chronographus Trudonenſis Ord. S. Ben. in Haſbania dividit Jura inter Monachos Trudonenſes habitantes in Dunck & Parochum dicti loci. 520

1119. Ægidius de S. Auberto Vir nobilis donat Abbatiæ Foreſtenſi Virginum Benedictinarum juxta Bruxellam, Decimas Parochiarum de Burſt, Borsbeke &c. 815

1119. Aldenburgenſem Benedictinorum Abbatiam, à S. Arnulfo Epiſcopo Sueſſionenſi ante annum 1080. fundatam, Carolus Bonus Flandriæ Comes, ejuſque Pincerna ſeu Buticularius Waltherus, cum Conone Fratre dotant. Quod Theodericus Alſatius Flandriæ Comes, annis ſequentibus probavit. 679 & 680

1119. Burchardus Epiſcopus Cameracenſis concedit Eccleſias de Houdeng, Goegnies & Lembeca Monachis Sancti Dionyſii in Brocqueroia, propè Montes. 678

1120. Idem benefacit Monaſterio Sancti Salvii, nunc Abbatiæ, Ordinis Cluniacenſis, juxta Valencenas. 815

1120. Carolus Bonus Flandriæ Comes confirmat jura Monaſterii Blandinienſis. 372

1120. Theodoricus Rufus, Folpoldi Filius, Vir potens, Furnenſe S. Nicolai Monaſterium Ordinis Præmonſtr. fundat, approbante Carolo Bono Flandriæ Comite. 520

1120. Joannes Morinenſis ſeu Teruanenſis Epiſcopus poſſeſſiones ejuſdem Abbatiæ cnnfirmat. 521

1120. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus Bornhemienſem Abbatiam, inopiâ laborantem, Fulgentio Abbati Affligemienſi ejuſque Succeſſoribus perpetuò regendam committit, ſuppreſsâ S. Auguſtini Regulâ. 170

1121. Calixtus II. Papa, petente Sorore ſuâ Clementiâ Flandriæ Comitiſsâ, firmat Bornhemienſis Eccleſiæ Regimen Affligemienſibus conceſſum. 171

1121. Carolus Bonus, Flandriæ Comes, prædia Abbatiæ S. Winnoci Bergenſis confirmat. 522

1122. Euſtathius III. Comes Bononienſis, Godefridi Bullonii Frater, terram Merckenſem, quæ ad S. Bertini Monaſterium pertinet, ab omni exactione liberam facit. 84

1122. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus benefacit Canonicis Aquiſgranenſibus Eccleſiæ B. Mariæ. 523

1122. Fredericus Archiepiſcopus Colonienſis fundat ac dotat Campi Veteris Monaſterium Ord. Ciſtertienſis propè Rhenobergam. 275

1122. Joannes Morinenſis Epiſcopus, prædia Monaſterio Andrenſi, à Balduino Comite Giſnenſi, ejuſque Filiis collata, ſuo Diplomate corroborat. 373

1123. Godefridus Barbatus, Lotharingiæ Brabantiæque Dux, Montem S. Guiberti in favorem Abbatiæ Gemblacenſis immunitate ac Privilegiis honorat. 172

1123. Carolus Bonus Flandriæ Comes Abbatiam Henniacenſem Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi, ab omni ſæculari poteſtate liberat. 172

1123. Idem prædia & Privilegia Monaſterii Loënſis Canonicorum Regular. in Diœceſi Iprenſi confirmat. 373

1123. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus Eccleſiam S. Petri in Urbe Montenſi, propè Baſilicam S. Waldetrudis olim ſitam, attribuit & adjudicat Monachis Benedictinis Sancti Dionyſii in Broqueroia. 681

1123. Henricus Bleſenſis Virdunenſium Epiſcopus approbat Fundationem Monaſterii Belli-Fageti, vulgò *Beaufaye*, Canonicorum Regularium, haud procul Leodio. 816

1124. Antverpiana S. Michaëlis Abbatia, Ord. Præmonſt. fundatur ac dotatur, per Hildolphum Præpoſitum: & Canonici Antverpienſes (S. Norberto ejuſque Sodalibus Eccleſiam S. Michaëlis cedentes) ad Baſilicam Marianam, nunc Cathedralem, ſeſe transferunt. 85

1124. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus Eccleſiam Antverpienſem libertate donat, & approbat Canonicorum migrationem ex Baſilica S. Michaëlis ad Baſilicam S. Mariæ. 86

1124. Godefridus Barbatus, Lotharingiæ Dux & Marchio Antverpienſis, decimas, per Godefridum Bullonium, Prædeceſſorem ſuum, Antverpienſi Canonicorum Collegio datas, exindè per alium ablatas, eidem Collegio reſtituit. 87

1124. Calixtus II. Papa poſſeſſiones Abbatiæ S. Nicolai Furnenſis in tutelam ſuſcipit. 524

1124. Adalbero Leodienſis Epiſcopus, approbat Fundationem Prioratûs de Bertreye Ordi Cluniacenſis in Gallo-Brabantia. 3

1124. Idem confirmat Donationem à Walte de Trudeneris, Viro nobili, factam Monaſterio Laurentii Leodicenſi, de prædio ſuo Avernenſi, Comitatu Steppenſi. 2

1125. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus d tat Abbatiam S. Foillani Ord. Præmonſtraten propè Rhodium Hannoniæ Oppidum, recens i choatam. Fundationem deinde confirmat Nicola Burchardi Succeſſor. 1c

1125. Balduinus Comes Aloſtanus, ejuſque Fr ter Ivanus Eccleſiam & prædia varia in Herenba deghem dant Monaſterio Affligemienſi. 8

1125. Arnulfus Comes Arſchotanus, cùm J annem Filium ſuum in Monaſterio Affligemien collocaſſet, Vicum Buggenhout eidem Monaſte rio donavit; aſſentientibus Filiis ſuis Godefrid & Arnulfo. 375 & 81

1125. Godefridus Barbatus, Lotharingiæ Bra bantiæque Dux, & Comes Lovanienſis, funda Fliderbecanam, ſeu Vlierbecanam Ord. S. Ben. Ab batiam, propè Lovanium. 9

1125. Carolus Bonus Flandriæ Comes prædia Monaſterio Andrenſi à Balduino Giſnenſi Comit & aliis conceſſa, approbat. 37

1125. Clementia, Roberti Hieroſolymitani Flandriæ Comitis Vidua, benefacit Præpoſituræ Beatæ Mariæ Cortraci, in Diœceſi Tornacenſi, quæ eſt Monachorum S. Amandi Ord. S. Ben. 377

1126. S. Medardi olim, nunc S. Nicolai de Pratis, Abbatia Canonicorum Regularium Tornaci inſtituitur à Simone Epiſcopo. 377

1126. Warneſtonenſem Canonicorum S. Petri Eccleſiam, in Diœceſi olim Morinenſi, nunc Iprenſi ſitam, Athelidis ſeu Adelidis, Peronæ & Warneſtonii Domina, ejuſque Frater Odo, Majorum ſuorum exemplo, dotant. 379

1126. Oda Nivellenſis Abbatiſſa benefacit Eccleſiæ ſuæ. 682

1127. & 1129. Burchardus Epiſcopus Cameracenſis donat Canonicis S. Gudilæ Bruxellenſis Altaria de Etterbeeck & Weſembeeck juxta Bruxellam. 684

1127. Rainaldus Remenſis Archiepiſcopus Caſtri Bullonienſis beneficium cedit Adalberoni Leodienſi Epiſcopo. 682

1128. Inſulenſis Canonicorum S. Petri Eccleſiæ Hoſpites ſeu Vaſallos ad ſubſidia pecuniaria in neceſſitate præſtanda eidem teneri, declarant Barones Terræ. 684

1129. Godefridus Barbatus, Loth. Brabantiæque Dux, Parcum, ſeu Vivarium ferarum, propè Lovanium, in Abbatiam Ord. Præmonſtratenſis convertit. 90

1129. Idem, Loth. & Brabantiæ Dux, Littam alodium Monaſterio S. Remigii Remenſis reſtituit. 525

1129. Rainoldus Archiepiſcopus Remenſis poſſeſſiones Abbatiæ Henniacenſis enumerat ac confirmat. 379

1130. Simon Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus dotat Aldenburgenſem Bened. Abbatiam, in Diœceſi olim Tornacenſi, nunc Brugenſi ſitam. 382

1130. S. Bartholomæi Abbatia Quercetana, vulgò

Eechout

Eechout, quæ eſt Canonicorum Regularium in Urbe Brugenſi, dotatur à Theodorico Alſatio, Flandriæ Comite. 381

1130. Manaſſes Comes Giſnenſis donationem prædii, ab Arnulſo Ardenſi factam Monachis Andrenſibus, approbat. 381

1130. Idem, cum Uxore ſua Emma, & Filia Roſa, confirmat poſſeſſiones Cœnobii Andrenſis. 382

1130. Henricus de Campanies, illius Villæ Domious, Monaſterio Andrenſi donat prædium in Hottingehem: quam donationem Petrus Abbas Andrenſis Scripto ſignavit. 382

1130. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, ejuſque Uxor Süanehilda, prædia & Privilegia Loënſi Monaſterio à Prædeceſſoribus ſuis conceſſa, firmant. 277

1130. Rodulphus Abbas & Chronographus Trudonenſis, Waleramo Duci Limburgenſi & Advocato Monaſterii Trudonenſis, per Epiſtolam explicat originem ac ſtatum ſui Monaſterii. 61

1131. Lotharius III. Cæſar, Richilde Conjuge ſuâ & Conrado Comite Lutzeburgenſi petentibus, dilatat viam navalem in alveo Suræ fluminis, eamque concedit Abbati Epternacenſi. 278

1131. Godefridus Barbatus, Lotharingiæ inferioris ac Brabantiæ Dux, ejuſque Filius Godefridus, dant prædium, *Dudinſart* nuncupatum, Gemblacenſi Monaſterio 383

1131. Alexander Epiſcopus Leodienſis, Parchenſis Cœnobii fundationem confirmat. 92

1131. Idem, Innocentii II. Papæ mandato, è terra elevat corpus S. Gerardi, Abbatis Bronienſis, & illius Monaſterii prædia recenſet. 93

1131. Innocentius II. Papa, Eccleſiam majoris Xenodochii quod S. Joannis dicitur, in Urbe Bruxellenſi, conſecrat Diploma Pontificium an. 1497. ſe vidiſſe teſtatur Henricus Bergius Cameracenſis Epiſcopus. 94

1131. Amalricus ſeu Amulricus de Landaſt, Amalrici Filius, & Uxor ejus Ermentrudis, cum Filiis ſuis, varia prædia Monachis S. Amandi reſtituunt. 684

1132. Lotharius III. Imp. Jura ac Privilegia Eccleſiæ S. Servatii Trajectenſis ad Moſam confirmat. 95

1132. In Grimbergana Eccleſia (quæ primò Canonicorum Ord. S. Auguſtini, pòſt Monachorum fuit Ord. S. Benedicti) S. Norbertus Inſtituti Præmonſtratenſis Canonicos an. 1128. collocavit: Id Lierhardus Epiſcopus Cameracenſis probavit, & Privilegiis firmavit. 96

1132. Milo Morinenſis ſeu Teruanenſis Epiſcopus, confirmat Donationes Andrenſi Monaſterio factas ab Henrico Campanienſi. 384

1133. Lotharius III. Imp. petente Uxore ſuâ Richinzâ, decimas Vicorum de Santfliten & Orderen, Canonicis Eccleſiæ Antverpienſis ab Henrico V. Imp. ab anno 1119. datas, confirmat 279

1133. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus Tungerloënſem Eccleſiam libertate donat, & Canonicos Regulares Ord. Præmonſtratenſis in ea collocat S. Bernardo Claræ-Vallis Abbate petente. 97

1133. Alpeda nobilis Matrona poſteros ſuos obſtringit ad capitalem cenſum Eccleſiæ Tungerloënſi quotannis ſolvendum. 686

1133. Godefridus Barbatus, Loth. & Brabantiæ Dux, fundat Bigardiam majorem, quæ eſt Abbatia Monialium Benedictinarum propè Bruxellas. 98

1134. Idem fundat Præpoſituram Capellenſem, quæ eſt Benedictinorum, olim extra, nunc intrà muros Urbis Bruxellenſis. 174

1134. Alexander Epiſcopus Leodicenſis confirmat Fundationem Prioratus, nunc Abbatiæ, de Geronſart Canonicorum Regularium juxta Namurcum. 818

1134. Folcoldus Bernæ Dominus, ejuſque Uxor Beſſela, fundant Abbatiam Bernenſem, Ordin. Præmonſtratenſis, in confinibus Hollandiæ & Brabantiæ. Id ſuo Diplomate Andreas Epiſcopus Ultrajectinus firmat. 173

1134. Liethardus Cameracenſis Epiſcopus donat Canonicis S. Gudilæ Bruxellenſis Altare in Melsbruck. 99

1135. Canonicorum Antverpienſium migrationem, ſeu Tranſlationem ex Baſilica S. Michaëlis ad Baſilicam S. Mariæ an. 1124. auctoritate Burchardi Cameracenſis Epiſcopi factam, prædictus Liethardus Epiſcopus confirmat. 175

1135. Milo Morinenſis Epiſcopus, exemplo Prædeceſſoris ſui Joannis, Cœnobio S. Nicolai Furnenſis concedit immunitatis Privilegium. 525

1135. Notitia Eccleſiarum & prædiorum Abbatiæ Stabulenſis, deſcripta ex Altaris tabella argentea, quam Wibaldus Abbas Stabulenſis in illius Monaſterii Templo retrò Aram ſummam poſuit. 686

1135. Arnulfus, ſeu Arnoldus, Comes Loſſenſis, fundat Averbodienſem Abbatiam, Ord. Præmonſtratenſis. 100

1135. & 1136. Alexander Leodienſis, & Stephanus Metenſis, Epiſcopi eandem Fundationem confirmant. 101 & 102

1136. Lotharius Imp. probat diviſionem prædiorum Eccleſiæ Nivellenſis in tres portiones: quarum prima Xenodochio, ſecunda Abbatiſſæ, tertia Canonicis & Canoniſſis (ut loquuntur) attributa fuit. 384

1136. Innocentius II. Papa confirmat immunitatem Eccleſiæ Marſanenſis juxta Trajectum Moſæ, & ſubſtitutionem Monachorum, loco Canonicorum. 285

1136. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, ejuſque Conjux Suanahildis, varia prædia dant Eccleſiæ Truncinienſi, quæ eſt Abbatia Ord. Præmonſtratenſis propè Gandavum. 177

1137. Lotharius III. Imp. Stabulenſis Abbatiæ Privilegia confirmat. 687

1137. Theodericus Ambianenſis, & Milo Morinenſis, Epiſcopi ratam habent Fundationem Abbatiæ Clari-Campi Religioſorum Ciſtercienſium in Artheſia ab Hugone Candavene Comite S. Pauli, variaſque alias donationes confirmant. 819

1138. Xenodochium ſeu Hoſpitale B. Mariæ & XII. Apoſtolorum, (quod hodie eſt Monaſterium S. Gertrudis) in Urbe Bruxellenſi, à Rikelde Matrona fundatum, Tabulis Godefridi Barbati Lotharingiæ Brabantiæque Ducis firmatur ac roboratur. 177

1138. Conradus III. Imperator Ooſtergoam & Weſtergoam donat Eccleſiæ Cathedrali Ultrajectenſi. 526

1138. Idem, prædium Harve ab Henrico III. Prædeceſſore ſuo Aquiſgranenſi Eccleſiæ collatum cum tribus Advocatiis, confirmat. 386

1138. Ninivenſem S. Cornelii & Cypriani Abbatiam, Ordinis Præmonſtratenſis, à Gerardo Ninivenſium Domino, Amulrici Flandriæ Conſtabularii Filio, fundatam, Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus confirmat. 527

1138. Idem Epiſcopus Fundationem Præpoſituræ B. Mariæ Virginis de Capella Bruxellis, factam à Godefrido Barbato Brabantiæ Duce, confirmat. 687

1138. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, & Uxor ejus Sibylla, Fulconis Hieroſolymitani Regis Filia, Truncinienſem Abbatiam Ordinis Præmonſtratenſis juxta Gandavum ab omni ſæculari jure liberat. 529

1139. Innocentius II. Pontifex, Dotationem ac Fundationem Abbatiæ Averbodienſis per Arnoldum Comitem Loſſenſem, petente Andreâ primo Abbate, confirmat, & Privilegia adjicit. 100

1139. Ivanus Comes Aloſtanus, ejuſque Uxor Laureta ſeu Laurentia, Theoderici Alſatii, Flandriæ Comitis Filia, dotant Truncinienſem Ordinis Præmonſtratenſis Abbatiam propè Gandavum. 401

1139. Emmiſſa Comitiſſa Valencenenſis benefacit Abbatiæ Lætienſi Ordinis Sancti Benedicti in Hannonia. 820

1139. & 1141. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus benefacit Abbatiæ Canonicorum Regularium S. Joannis Baptiſtę Valencenis. 688 & 690

1140. Lambertus Barbatus, Comes Lovanienſis, Collegium VII. Canonicorum Lovanii in Eccleſia S. Petri circa annum 1040. fundaverat. Præbendam octavam Godefridus Barbatus, Lotharingiæ & Brabantiæ Dux adjecit. Id conſtat ex Diplomate dato à Godefrido II. Brabantiæ Duce, Godefridi Barbati Filio. 388

1140. S. Bernardus Abbas Clare-Vallenſis excitat Rorgonem de Abbatis-villa Virûm Nobilem, ut Terram de Curenni donet Abbatiæ Alciacenſi Ordinis Sancti Benedicti, olim Morinenſis, nunc Audomarenſis Diœceſis. 820

1140. Godefridus I. Brabantiæ Dux, Abbatiæ Parcenſi Ordinis Præmonſtratenſis varia concedit Privilegia, & Villulam cum manſionariis de Vinckenbolch. 821

1140. Conradus II. aliis III. Imperator Stabulenſi Monaſterio benefacit. 688

1140. Manaſſes Dominus de Hierge in agro Leodicenſi, in Syriam profecturus, benefacit Bronienſi Abbatiæ. 689

1141. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus confirmat Donationes varias in favorem Abbatiæ Fidemienſis Ordinis Sancti Benedicti propè Landreſium in Arteſia. 822

1141. Godefridus II. Barbati Filius, Brabantiæ Dux, Fundationem Præpoſituræ Beatæ Mariæ de Capella Bruxellis, factam à Patre ſuo in favorem Benedictinorum S. Sepulchri Cameraci, Diplomate confirmat. pag. 690

1141. Henricus, Godefridi Barbati Lotharingiæ Brabantiæque Ducis Filius, in Affligemienſi Benedictinorum Cœnobio, Monachum induit, & varia prædia eidem Cœnobio donat. 179

1141. Aluiſius, Epiſcopus Atrebatenſis, benefacit Abbatiæ Canonicornm Regularium Ordinis Præmonſtratenſis, quæ Caſtellum Dei nuncupatur, propè Mortaniam, in Diœceſi Atrebatenſi. 696

1142. Innocentius II. Pontifex, Abbatiam Parcenſem Ordinis Præmonſtratenſis Apoſtolicâ confirmatione ac protectione donat. 822

1142. Milo I. Epiſcopus Teruanenſis confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Warneſtonenſis Canonicorum Regularium. 385

1142. Excerptum ex Genealogia Comitum Habsburgenſium, à Monacho Cœnobii Murenſis in Helvetiis ſcripta. 390

1142. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes Abbatiam Ninivenſem Ordinis Præmonſtratenſis in protectionem ſuſcipit, petente Fundatore Gerardo, Ninivæ Domino. 530

1142. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus Gerardi-Montenſem Abbatiam Ordinis Sancti Benedicti dotat, & beneficia à ſuis Prædeceſſoribus aliiſque præſtita confirmat. 530

1144. Balduinus Ardenſis Toparcha, Ardenſe Canonicorum ſecularium Collegium ab Avo ſuo Arnulpho fundatum, vertit in Canonicorum Regularium Ord. Præmonſtratenſis Abbatiam. 179

1144. Albero II. Epiſcopus Leodienſis Alnenſibus, qui antea fuerant Clerici in communi viventes à S. Landelino inſtituti, concedit Regulam S. Auguſtini; quæ tamen quarto pòſt anno commutata fuit ab Henrico Epiſcopo itidem Leodienſi, & à S. Bernardo Abbate, in Regulam Ciſtertienſem. 822

1145. Arnulſus de Gandavo, Comes Giſnenſis, ejuſque Uxor Mathildis, & Filius Balduinus, Villam Niwerlede donant Abbati & Monachis Clarimariſci Ordinis Ciſtertienſis, juxta Audomaropolim in Artheſia. 391

1145. Milo Morinenſis Epiſcopus approbat prædictam donationem Villæ de Niwerlede. 392

1145. Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis ſubortas controverſias inter Abbatiam S. Joannis Valencenis Ordinis S. Auguſtini, & Prioratum Sancti Salvii Ordinis Cluniacenſis juxta Valencenas, componit ac dirimit. 697

1145. Godefridus III. Brabantiæ Dux, dotat Abbatiam Foreſtanam, Monialium Benedictinarum juxta Bruxellam. 697

1145. Conradus III. Imperator, poſſeſſiones ac Privilegia Abbatiæ S. Giſleni Ordinis S. Benedicti in Hannonia, ab aliis Imperatoribus ac Regibus collata, approbat. 431

1145. Idem ſuum erga Eccleſiam Cathedralem Ultrajectenſem teſtatur affectum; quod ipſum confirmat eodem anno Eugenius III. Pontifex. 532

1145. Idem confirmat Marſnam, & alia prædia Monaſterio S. Remigii Remenſis donata. 105

1146. Idem confirmat prædia & poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedralis Cameracenſis. 180

1147. Theodericus Alſatius Comes Flandriæ Laudenſe Cœnobium, Monachorum Ordinis Ciſtercienſis

ſtertienſis, primo lapide ab Iuſulis Flandrorum, exſtruit. 698

1147. Eugenius III. Papa, poſſeſſiones Abbatiæ Ninivenſis Ordinis Præmonſt. confirmat. 534

1148. Idem confirmat poſſeſſiones & Privilegia Abbatiæ Affligemienſis Ordinis S. Benedicti. 534

1150. Milo Teruanenſis Epiſcopus Capellam de Oderſele, Monachis Andrenſibus ab illius loci Domino Guidone donatam, confirmat. 536

1150. Folmarus Comes Metenſis fundat Bellum Pratum, Abbatiam Monachorum Ordinis Ciſtertienſis propè Lunaris-Villam, Oppidum Voſagiæ primarium. 698

1150. Gerardus è Familia Comitum Loſſenſium Abbas Trudonopolitanus Ordinis S. Benedicti teſtatur Abbatiæ ſuæ acquiſitum fuiſſe Dominium Vici de Alleyn in Betua juxta Moſam. 824

1150. Godeſridus III. Dux Brabantiæ à Conrado III. Imperatore conſtituitur Advocatus Abbatiæ Tungerloënſis Ordinis Præmoſtratenſis in Brabantia. 536

1151. Idem Godeſridus Cambium inter Eccleſias S. Petri Affligemienſis & S. Jacobi Bruxellenſis factum approbat. 392

1152. Theodericus Alſatius Comes Flandriæ & Sibilla Uxor ejus benefaciunt Abbatiæ Laudenſi Ordinis Ciſtertienſis, à ſe fundatæ. 699 & 700

1152. Fredericus I. Barbaroſſa Imperator declarat quæ ſint jura Advocati Eccleſiæ Marſanenſis, Ord. S. Ben. in Agro Falcoburgenſi. 537

1152. Idem poſſeſſiones & Privilegia Stabulenſis Abbatiæ confirmat. 698

1153. Idem confirmat poſſeſſiones Eccleſiæ Cathedralis Cameracenſis. 182

1154. Henricus cognomento Cæcus, Comes Namurcenſis & Luxeburgenſis, Bronienſem Sancti Gerardi Abbatiam in protectionem ſuſcipit. 183

1155. Adrianus IV Pontifex & Fredericus I. Imperator poſſeſſiones Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis confirmant, petente Henrico ejuſdem Urbis Epiſcopo. 825 & 826

1155. Ludovicus Comes Loſſenſis declarat ſe electum fuiſſe Advocatum Abbatiæ Averbodienſis, Ordinis Præmonſtratenſis, ad limites ditionum Brabantiæ ac Leodienſis. 701

1156. Henricus, S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ Filius, à Frederico I. Imperatore ex Marchione creatur primus Dux Auſtriæ. 539

1156. Oda Nivellenſis Abbatiſſa beneſacit Monialibus Cortembergenſibus, Ordinis Sancti Benedicti juxta Bruxellam. 827

1157. Fredericus I. Imperator poſſeſſiones Eccleſiæ S. Mariæ Antverpienſis, quæ nunc eſt Cathedralis, confirmat, petente Rainero, ejuſdem Eccleſiæ Præpoſito. 184

1158. Godeſridus III. Brabantiæ Dux confirmat donationem allodii de Eſſchen factam Abbatiæ Tungerloënſi à Bernero de Reſeberga, Viro nobili. 828

1158. Nivellenſes Canonicæ allodium Loverolenſe concedunt Monachis Altimontenſibus, Ord. S. Ben. in Hannonia, ſub annuo cenſu. 702

1159. Rogerus de Landaſt Jura Eccleſiæ Ciſonienſis (cujus erat Advocatus) coram Metropolitano Remenſi recognoſcit. pag. 702

1160. Godefridus III. Brabantiæ Dux Littam, Alodium pertinens ad Præpoſituram Marſanenſem ſubjectam Abbatiæ S. Remigii Remis, reſtituit. 183

1160. Gualterus Dominus Aveſnenſis benefacit Monaſterio Lætienſi in Hannonia. 703

1163. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, ejuſque Filius Philippus dotant Abbatiam S. Auguſtini, Ordinis Præmonſtratenſis, in Agro Teruanenſi. 393

1163. Octavianus, dictus Victor IV. Pontifex, Religioſos Vlierbacenſes Ordinis S. Benedicti ab omni ſubjectione priùs debita Benedictinis Affligemienſibus, eximit. 828 & 829

1164. Theodericus, Comes & Princeps Aloſtanus, damna Monaſterio Affligemienſi illata reparat. 106

1165. Goſuinus Dominus Heinsbergenſis & Uxor ejus Alcidis fundant Monaſterium Heinsbergenſe, quod nunc eſt Virginum Ordinis Præmonſtratenſis, in Ducatu Juliacenſi, & Diœceſi Leodienſi; confirmante Alexandro Epiſcopo Leodicenſi. 280

1165. Philippus Alſatius, Flandriæ Comes, Winocibergenſi Monaſterio Ordinis S. Benedicti benefacit. 705

1165. Idem Abbatiæ Ninivenſis Ordinis Præmonſtratenſis Advocatum & Deſenſorem ſe profitetur. 541

1166. & 1167. Idem dotat Cœnobium Loënſe Canonicorum Regularium. 705

1167. Gerardus Grimbergæ & Ninoviæ Dominus, & Uxor ejus Mathildis, Gener & Filia, adeoque heredes Gerardi Fundatoris Abbatiæ Ninivenſis, ejuſdem poſſeſſiones confirmant. 541

1167. Philippus Alſatius, Flandriæ & Veromandiæ Comes, poſſeſſiones ac Privilegia Abbatiæ Ninivenſi à Gerardo Grimbergio ſuprà conceſſa, approbat. 543

1169. Idem in Arienſi (quondam Morinenſis, nunc Audomarenſis Diœceſis) apud Arteſios Canonicorum S. Petri Baſilica XVI. Præbendas Canonicales fundat ac dotat. 186

1169. Balduinus cognomento Ædificator, Comes Hannoniæ, dotat Monaſterium S. Salvii Ordinis Cluniacenſis juxta Valencenas. 829

1170. Balduinus Comes Giſnenſis Cambium terrarum, in favorem Eccleſiæ Andrenſis factum, approbat. 544

1171. Petrus de Bargis, Vir nobilis, ejuſque Uxor Maria, ac Liberi, Ægidius, Theodericus & Giſla, dotant Laudenſem Abbatiam Monachorum Ordinis Ciſtertienſis propè Inſulas; approbante Philippo Alſatio Flandriæ Comite. 394

1171. Fredericus I. Imperator Diplomate teſtatur Municipium Heriſtallum Eccleſiæ Leodicenſi oppignoratom. 188

1172. Philippus Alſatius Flandriæ Comes benefacit Canonicis Arienſibus in Arteſia. 188

1172. Everardus Vir nobilis benefacit Capitulo Anderlechtenſi juxta Bruxellam. 708

1172. Hugo III. Dux Burgundiæ fundat Capellam Divionenſem, & Canonicos decem in ea conſtituit ac dotat. 706

1172. Alexander II. Fundationem Sacræ Ca-

pellæ Divionenſis approbat. 708

1173. Idem Pontifex confirmat poſſeſſiones & Privilegia Abbatiæ S. Joannis Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Valencenis. 829

1173. Godefridus III. Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ Dux, Collegium Canonicorum Sancti Joannis, in Moſæ fluvii Inſula Leodici, dotat. 189

1173. Poſtulenſis Eccleſia, quæ nunc eſt Abbatia Canonicorum Regularium Ordinis Præmonſtratenſis in Campania Brabantiæ & Diœceſi Buſcoducenſi, erigitur, ac traditur Abbatiæ Floreffienſi. 709

1173. Arnulphus Abbas Affligemienſis Ordinis S. Benedicti Prioratum Vlierbacenſem juxta Lovanium, in Abbatiam erigit, ſuæque Superioritati renunciat. 830

1173. Gualterus de Mauritania, Laudunenſis Epiſcopus, plurimos ſervilis conditionis homines donat Eccleſiæ Tornacenſi. 394

1174. Fredericus I. Imperator Contractum initum inter Capitulum B. Mariæ Aquiſgranenſe & Abbatiam Altimontenſem Ordinis S. Benedicti in Hannonia, confirmat. 544

1174. Balduinus Giſnenſium Comes, ejuſque Uxor Chriſtiana, variis prædiis dotant Abbatiam Clarimariſci, ſeu Claræ-Paludis, quæ eſt Monachorum Ordinis Ciſtertienſis primo lapide ab Audomaropoli, in paludibus ſita, ubi Inſulæ natantes conſpiciuntur. 191

1174. Godefridus III. Brabantiæ Dux dotat Liranos S. Gummari Canonicos. 710

1175. Idem benefacit Abbatiæ Affligemienſi Ordinis S. Benedicti. 831

1175. Galtherus de Bruxella, Maheldis & Leonius dotant Capitulum Sancti Petri Anderlechtenſe juxta Bruxellam. 711

1175. Philippus Alſatius dotat Cœnobinm Præmonſtratenſe S. Nicolai Furnis. 712

1176. Idem controverſiam inter Marchianenſes Monachos & Amalricum Landaſtenſem terminat, & prædia dicti Monaſterii confirmat. 712

1176. Idem teſtatur, Ivanum de Gandavo, Comitem Aloſtanum, dotaſſe Meſſinenſem Virginum Benedictinarum Abbatiam in Diœceſi Iprenſi. 193

1177. Idem dotat Canonicos Lenſenſes in Artheſia. 713

1177. Bertha, Matthæi Lotharingiæ Moſellanæ Ducis Vidua, benefacit Canonicis Regularibus in Monte SS. Trinitatis in Lotharingia. 395

1177. Robertus Betuniæ Dominus, ejuſque Uxor Adhelis, ac Filii ejus Robertus, Guilielmus, & Balduinus, prædia à Majoribus ſuis Abbatiæ Warneſtonenſi Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi data confirmat. 395

1179. Godefridus III. Brabantiæ Dux, & Philippus Alſatius Flandriæ Comes conveniunt ſuper matrimonio, quod Henricus, Godefridi Filius primo-genitus, cum Mathilde Philippi Nepte, contraxit. 106

1179. Hugo III. Burgundiæ Dux Gualtero Epiſcopo Lingonenſi donat Comitatum Lingonenſem. 714

1180. Philippus Heinſbergius, Colonienſis Archiepiſcopus, Monaſterii Heinſbergenſis Fundationem, à Patre ſuo Goſuino & Matre Adeleide factam, confirmat. 281

1180. Henricus I. Brabantiæ Dux Cenſum, Canonicis S. Gummari Liræ ab Arnoldo Rotſelariæ Domino datum, approbat. 396

1180. Adeliſa, Walteri Teneræmondæ Domini Vidua, Monachis Blandinienſibus concedit immunitatem à teloneo. 397

1180. Balduinus Comes Giſnenſis benefacit Abbatiæ Andrenſi Ordinis Sancti Benedicti, nunc in Diœceſi Bolonienſi. 714

1180. Arnoldus Comes Giſtellenſis dotat Aldenburgenſem Benedictinorum Abbatiam in Flandria, probante Philippo Alſatio Flandriæ Comite. 285

1181. Michaël Boularii Dominus, Flandriæ Conſtabularius, ejuſque Filius Philippus, Abbatiam Ninivenſem Ordinis Præmonſtratenſis in protectionem ſuſcipiunt, mandante Philippo Flandriæ Comite. 543

1181. Philippus Alſatius Comes Flandriæ benefacit Monaſterio Loënſt. 278

1181. Everardus, Waltheri Aveſnarum Domini & Idæ de Tornaco Filius, ex Præpoſito Condatenſi Epiſcopus Tornacenſis, teſtatur Eccleſiam de Freſne olim fuiſſe poſſeſſam a Canonicis Condatenſibus. 715

1182. Gerardus Comes Loſſenſis in ditione ſua ſub Epiſcopatu Leodienſi fundat Abbatiam de Herckenrode Nobilium Virginum Ordinis Ciſtertienſis, id ipſum atteſtante ejus Filio Ludovico Loſſenſi Comite. 833

1182. Rogerus Cameracenſis Epiſcopus Eccleſiam Bellingemienſem prope Hallas Hannoniæ Oppidum ſitam Cœnobio Cantipratenſi Canonicorum Regularium ſubjicit & annectit. 715

1183. Idem Epiſcopus fundum ab Hugone de Oiſy Caſtellano Cameracenſi donatum Joanni I. Abbati Cantipratenſi, ad extruendum Cœnobium, confirmat. 716

1183. Philippus Alſatius Comes Flandriæ Brugenſem S. Donatiani Eccleſiam, nunc Cathedralem, auget Privilegiis. 716

1183. Idem, Abbatiæ Winnoci-Bergenſis Ordinis S. Benedicti à Balduino Inſulano & Carolo Bono Prædeceſſoribus ſuis fundatæ, poſſeſſiones ac Privilegia confirmat. 546

1183. Idem poſſeſſiones Abbatiæ Sancti Nicolai Furnenſis Ordinis Præmonſtratenſis recenſet atque confirmat. 547

1183. Philippus Heinſbergius Archiepiſcopus Colonienſis benefacit Cœnobio Heinſbergenſi Monialium Ordinis Præmonſtratenſis. 282

1184. Henricus I. Lothatingiæ inferioris & Brabantiæ Dux auget dotem Abbatiæ Villarienſis, Ordinis Ciſtertienſis in Brabantia, & poſſeſſiones omnes confirmat. 287

1185. Philippus Archiepiſcopus Colonienſis, benefacit Abbatiæ Averbodienſi. 102

1185. Balduinus Hannoniæ Comes confirmat donationes factas Eccleſiæ Abbatiali S. Joannis Valencenis Ordinis S. Auguſtini. 834

1185. Beggineagium Brugenſe inſtituitur ac dotatur. 717

1186. Raſo de Gavera, Comitis Flandriæ Pincerna

cerna, benefacit Abbatiæ Ninivenſi Ordinis Præmonſtratenſis. 548

1186. Urbanus III. Papa poſſeſſiones Abbatiæ Tungerloënſis, ab ejuſdem Fundatore Giſelberto, ejuſque Coherede Engelberto de Caſterloo, & ab aliis donatas, confirmat. 550

1186. Idem Urbanus in Urbe Valencenenſi plures Parochias inſtituit, manente jure Patronatûs penes Priorem S. Salvii. 834

1186. Hugo de Oiſy, Caſtellanus Cameracenſis ac Vice-Comes Meldenſis, dotat Cantipratenſem Abbatiam propè Cameracum. 718

1186. Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis in Arteſia, ejuſque Uxor Ida de Aveſnis, & Filius Guilielmus, Monachis Andrenſibus concedunt foragium Vini, quod in Oppido Sancti Audomari emerunt. 551

1186. Joannes de Landaſt, Advocatus Ciſonii, & Uxor ejus Petronilla de Aveſnis, Soror Everardi Tornacenſis Epiſcopi, dotant Monaſterium Ciſonienſe, eodem Epiſcopo præſente. 551

1187. Hugo primus Abbas Monaſterii S. Andreæ juxta Brugas, Godeſcalco Abbati Affligemienſi dat LVII. menſuras terræ: & dictum Monaſterium Andreanum ex Prioratu fit Abbatia libera per Guilielmum Archiepiſcopum Remenſem. 286

1187. Theodericus Alſatius, Flandriæ Comes, ejuſque Uxor Sibylla, in Caſtello ſeu Burgo Brugenſi Eccleſiam in honorem S. Baſilii ædificant, quæ nunc Sacri Cruoris Domini dicitur, & in ea Capellanos IV. cum Cuſtode collocant ac dotant. Quam dotem auxit Philippus ejus Filius ac Succeſſor. 552

1188. Philippus Alſatius Flandriæ Comes, & Advocatus Monaſterii S. Andreæ propè Brugas ſiti, Tabulis publicis teſtatur, dictum Monaſterium à Godefrido Abbate Affligemienſi libertate donatum & emancipatum fuiſſe. 288

1188. Idem Comes Incolis Oppidi Orchiacenſis varia dat Privilegia. 719

1188. Ægidius Comes Claromontanus prima jacit fundamenta Abbatiæ de Roſeriis, quæ nunc dicitur Vallis S. Lamberti, Religioſorum Ciſtertientium juxta Leodium. 719

1188. Idem Ægidius, curam novæ iſtius Abbatiæ committit Abbati Signiacenſi in Gallia. 719

1189. Rodulphus Epiſcopus Leodicenſis, & S. Albertus, Godefridi III. Brabantiæ Ducis Filius, donationem Eccleſiæ ac decimæ Thenenſis Collegio Canonicorum Sancti Joannis Leodicenſis factam, confirmant. 190

1189. Everardus de Aveſnis Tornacenſis Epiſcopus, Monaſterii S. Andreæ juxta Brugas exemtionem, & Hugonis primi Abbatis conſecrationem ab Epiſcopo Morinenſi factam approbat. 286

1190. Philippus Heinsbergius Archiepiſcopus Colonienſis componit diſſenſiones ortas inter Henricum I. Brabantiæ Ducem & Gerardum Comitem Loſſenſem, ſuper Advocatia Monaſterii S. Trudonis Ordinis S. Benedicti. 835

1190. Florentius Dominus de Linden, jus Patronatûs Eccleſiarum de Linden donat Monaſterio S. Pauli Ultrajecti Ordinis S. Benedicti. 553

1190. Guilielmus Betunius, Teneræmundæ Dominus, ejuſque Uxor Machtildis, Eccleſiæ Ninivenſis plauſtra ac vehicula à vectigalibus eximunt. 554

1191. Henricus VI. Imperator poſſeſſiones Giſlenianæ Abbatiæ in Hannonia confirmat. 554

1191. Henricus I. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux allodium de Herpen dat in feudum Henrico Domino de Cuyck. 555

1192. Balduinus Magnanimus Flandriæ & Hannoniæ Comes primuſque Namurci Marchio donat Abbatiæ Laudenſi Ordinis Ciſtertienſis, à Prædeceſſoribus ſuis fundatæ juxta Inſulas, Privilegium libertatis. 836

1192. Idem dotat Namurcenſem S. Albani Eccleſiam, nunc Cathedralem. 294

1192. Lotharius Leodienſis Epiſcopus confirmat Fundationem Abbatiæ Religioſorum Ciſtertienſium, quæ nunc dicitur Vallis Sancti Lamberti. 720

1193. Guilielmus Rufus, Betuniæ & Teneræmundæ Dominus, ejuſque Uxor Mathildis, dant Monaſterio Blandinienſi immunitatem à teloneo. 397

1193. Manumiſſionis formula apud Flandros tunc uſitata exhibetur. 288

1194. Cæleſtinus Papa Cœnobium Heinsbergenſe ſub protectione ſua ſuſcipit, & poſſeſſiones ejus confirmat. 282

1194. Margarita Alſatia, Flandriæ, Hannoniæ & Namurci Comitiſſa, tres Canonicatus ſeu Præbendas, ut vocant, Sacerdotales Brugis in S. Donatiani Baſilica fundat ac dotat, Marito Balduino Magnanimo, & filio Balduino pòſt Imperatore Conſtantinopolitano conſentientibus. 556

1194. Ida Comitiſſa Bolonienſis Monaſterio Andrenſi Beneficia præſtat, & ab aliis præſtita confirmat. 398

1194. Eadem Ida benefacit Benedictinis Andrenſibus. 398

1194. Abbatiæ Clari-Mariſci Monachorum Ordinis Ciſtertienſis in Artheſia beneficium præſtatur. 721

1194. Reinaldus Comes Bolonienſis, ejuſque Uxor Ida, Nemus Hodenehoutanum Eccleſiæ Andrenſi donant. 392

1194. Eccleſiæ de Ryeke-Vorſel & Malle à Joanne Cameracenſi Epiſcopo dantur Canonicis Antverpienſibus. 289

1195. Balduinus Magnanimus ſeu Animoſus, Comes Hannoniæ ac Flandriæ, & Marchio Namurci, fundat ac dotat Altare S. Jacobi in Montenſi S. Waldetrudis Baſilica. 107

1195. Idem benefacit Eccleſiæ B. Mariæ Condati in Hannonia. 721

1195. Idem Almanno Fratris ſui Filio Præbendam unam Eccleſiæ S. Albani Namurci confert, ejuſque ſectionem in duas portiones decernit. 295

1196. Idem benefacit Abbatiæ S. Joannis Valencenis. 837

1196. Henricus I. cognomento Pugnax, Lotharingiæ inferioris Brabantiæque Dux, ab Henrico V. Imperatore Civibus Oppidi Sylvæducenſis (nuper conditi) impetrat immunitatem à vectigalibus Rhenanis. 193

1196. Henricus VI. Imperator Comitatum Veluæ Balduino Ultrajectenſi Epiſcopo confirmat; Bal-

Balduinus autem Henrico Lotharingiæ Brabantiæque Duci concedit. 289

1196. Albertus Dominus de Dintre, Vir Nobilis, dat Bernenſi Monaſterio Ordinis Præmonſtratenſis prædium de Berneheſe in Campania Brabantiæ. 290

1196. Henricus Dux Limburgi rogat Abbatem Ciſtertii, ut remittat Religioſos, qui ob loci inſalubritatem receſſerant, promittens ſe alium opportuniorem in terris ſuis conceſſurum, ad fundandam Abbatiam, quæ nunc eſt Vallis S. Lamberti Ordinis Ciſtertienſis juxta Leodium. 722

1196. Anetenſe ſeu Braellenſe Monaſterium Virginum Ordinis Ciſtertienſis, in Diœceſi Atrebatenſi, fundatur ab Ada de Harnes, Conſtabularia Flandrenſi; probante Hugone Abbate Sancti Petri in Monte Blaudinio juxta Gandavum. 557

1196. Fulco Dominus de Fanmars benefacit Monaſterio S. Salvii juxta Valencenas, probante Balduino Flandriæ ac Hannoniæ Comite. 836

1197. & 1198. Balduinus Comes Flandriæ, pòſt Imperator Conſtantinopolitanus Monaſterio Sancti Dionyſii Ord. S. Ben. propè Montes Hanoniæ benefacit. 722 & 723

1198. Idem benefacit Capitulo Nivellenſi. 723

1198. Principes Imperii ſcribunt de Othonis IV. Imperatoris Electione, ad Innocentium III. Papam. 194

1198. Sigerus Caſtellanus Gandenſis, ejuſque Uxor Petronilla, & Filius Sigerus, benefaciunt Monaſterio Affligemienſi. 557

1199. Henricus I. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux Perſonatum Eccleſiæ Liranæ donat Canonicorum Collegio ibidem. 557

1199. Henricus Dominus de Sebourg benefacit Abbatiæ S. Salvii Ordinis Cluniacenſis apud Valencenas. 837

1199. Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, pòſt Imperator Conſtantinopolitanus, Ninivenſis Eccleſiæ homines à teloneis & aliis exactionibus liberat. 558

1199. & 1200. Idem Abbatiæ Benedictinorum S. Dionyſii in Brocqueroia propè Montes Hannoniæ beneficia præſtat. 559

1200. Item Abbatiæ S. Joannis Valencenis. 724

1200. Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis, Guilielmi & Idæ Filius, donationes Monaſterio Andrenſi à Patre ſuo & aliis factas confirmat. 560

1200. Henricus Dux Limburgi fundat Abbatiam Vallis S. Lamberti Ord. Ciſt. juxta Leodium. 726

1200. Rogerius, Condati pro parte Dominus dotat Collegium Canonicorum Condatenſium in Hannonia. 725

1200. Arnulphus de Landaſt, Dominus de Eynes propè Aldenardam, ejuſque Conjux Mathildis, jus Patronatûs Eccleſiæ Collegiatæ Eynenſis, olim in Tornacenſi, nunc in Gandenſi Diœceſi ſitæ, cedit Abbati Einhamenſi. 320

1200. Canonici S. Petri Lovanii Franconi conferunt Vicariam Eccleſiæ S. Gertrudis, quæ nunc eſt Abbatia Nobilium Canonicorum Regularium in eadem Urbe. 725

1200. Balduinus Flandriæ Comes, pòſt Imperator Conſtantinopolitanus, Gerardimontenſis Oppidi Leges & Privilegia à Prædeceſſoribus ſuis conceſſa firmat, & ſtabilit. 291

1201. Idem Balduinus Monaſterii Ninivenſis Advocatiam ſeu protectionem ſuſcipit. 562

1201. Iotha, Matrona dives, Præbendam fundat in Eccleſia B. Mariæ Antverpienſis. 293

1201. Henricus I. Brabantiæ Dux, ejuſque Conjux Machtildis in Silva Sonia propè Bruxellam fundant Abbatiam Monialium Ordinis Ciſtertienſis, quæ vulgò *Camera* nuncupatur. 400

1201. Idem Dux, ejuſque Frater Guilielmus, Dominus de Peruwes & Ruysbrouck dotant Cœnobium Bruxellenſe Sancti Jacobi in Monte Frigido. 727

1201. Raſo Gaveræ Dominus, Flandriæ Pincerna, ejuſque Uxor Claricia dotant Abbatiam Ninivenſem. 562 & 563

1201. Hugo IV. Comes S. Pauli, ejuſque Uxor Jole, cum Canonicis S. Salvatoris in Oppido S. Pauli apud Arteſios concambium faciunt. 727

1201. Adeliſa, Gerardi, Grimbergæ & Ninoviæ Domini Vidua, dotat Abbatiam Grimbergenſem Ordinis Præmonſtratenſis. 728

1201. Rudolpbus Archidiaconus Leodienſis benefacit Monialibus Heinsbergenſibus Ordinis Præmonſtratenſis. 282

1202. Balduinus Flandriæ Comes Abbatiæ Sancti Nicolai Furnenſis Ord. Præm. prædia recenſet atque confirmat. 563

1202. Guido Præneſtinus Epiſcopus & Sedis Apoſtolicæ Legatus viſitat & reformat Cathedralem Eccleſiam S. Lamberti Leodii. 564

1202. Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit Canonicis Beatæ Mariæ Antverpiæ. 296

1202. Idem prædia in Millcghem, à Viro Nobili Antonio de Bunſceke, ejuſque Fratribus collata Canonicis Antverpienſibus, confirmat. 296

1202. Idem confirmat donationes factas Abbatiæ Affligemienſi à Familia Comitum Arſchotanorum. pag. 848

1202. Joannes Dominus Montis-Mirelli ſeu Mirabilis, ejuſque Uxor & Liberi, Cantipratenſem Abbatiam dotant. 730

1202. Hugo de Petraponte Epiſcopus Leodienſis concedit Religioſis Ciſtertienſibus locum juxta Leodium, qui priùs Maurorum Campus, nunc verò mutato nomine Vallis S. Lamberti dicitur. 730

1202. Thomas Sabaudiæ Princeps, ejuſque Uxor Joanna, Flandriæ Comites, benefaciunt Abbatiæ Laudenſi Ordinis Ciſtertienſis. 731

1202. Joannes Frater Guilielmi Domini Bethuniæ ac Teneramundæ, Cameracenſis Epiſcopus, fundationem Abbatiæ de Camera propè Bruxellam confirmat. 401

1202. & 1203. Balduinus Comes Giſnenſis benefacit Monaſterio Andrenſi. 566

1202. & 1203. Inter Henricum I. Brabantiæ Ducem, & Ottonem Gelriæ Comitem varia Pacta firmantur. 401 & 565

1203. Joannes Cameracenſis Epiſcopus Præbendam Antverpiæ à Iotha Matrona inſtitutam confirmat. 293

1203. Stephanus Tornacenſis Epiſcopus Fundationem Collegii Canonicorum B. M. Virginis Cortraci factam à Balduino Flandriæ & Hanoniæ Comite confirmat. 838

1203. Theobaldus I. Barri & Luxemburgi Comes,

mes, Oppidi S. Theobaldi ſub Bormonte incolis dat immunitatem à vectigalibus, & alia Privilegia. 402

1203. Guilielmus Dominus de Fiennes, Ingelramni Filius, benefacit Monaſterio Andrenſi. 404

1203. Adolphus Comes Altenæ & Montium, Archiepiſcopus Colonienſis, fœdus renovat cum Brabantis. 567

1203. Guilielmus, Balduini Imperatoris Conſtantinopolitani Patruus, illius nomine Hannoniam regens, benefacit Abbatiæ Sancti Dionyſii propè Montes Hannoniæ. 568

1203. Chriſtiana Brederodia, Guilielmi Comitis Lindani Conjux, dotat Eccleſiam Sancti Clementis in Urbe Colonienſi. 568

1203. Imaïna de Los, Godefridi III. Brabantiæ Ducis Vidua, dein Abbatiſſa Beliſienſis (vulgò *Munſter-Bilſen*, ubi nunc Capitulum nobilium Canonicarum) concedit Abbatiæ Averbodienſi Ordinis Præmonſtratenſis Perſonatum de Nere. 731

1204. Innocentius III. Papa poſſeſſiones & Privilegia Abbatiæ Laudenſis, Ordinis Ciſtertienſis, apud Inſulas, confirmat. 840

1204. Albertus Comes de Muha, heredem dicti Comitatûs nuncupat Cathedralem Eccleſiam Leodienſem. 569

1204. Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, Flandriæ Hannoniæque Comes, per Epiſtolam narrat Urbis Conſtantinopolitanæ per Latinos expugnationem. 110

1204. & 1207. Adam Dominus de Waulaincourt benefacit Cœnobio Cantipratenſi Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini. 732

1205. Henricus Imperator Conſtantinopolitanus Fratri ſuo germano Philippo Nobili, Marchioni & Comiti Namurcenſi, varias Reliquias ſacras dono mittit, quæ hodieque in Theſauro Cathedralis Eccleſiæ Namurcenſis religiosè adſervantur. 405

1206. Henricus I. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, fundat ac dotat Lovanienſem S. Gertrudis Abbatiam, quæ eſt Canonicorum Regularium nobili genere ortorum. 114

1206. Robertus Præpoſitus, & Capitulum Antverpienſe decimas & prædia in Milleghem, empta per Iotham Matronam, Tabulis publicis recognoſcunt. 293

1206. & 1210. Euſtachius de Campaniis, Vir nobilis, dotat Andrenſe Cœnobium, Ordinis Sancti Benedicti. 735

1207. Philippus cognomento Nobilis, Comes ac Marchio Namurcenſis, declarat, non niſi Nobiles fœminas admittendas eſſe ad Collegium Canonicarum Virginum Andennenſium, in Comitatu Namurcenſi. 196

1207. Alardus Dominus de Antoing & de Croiſilles benefacit Monaſterio Cantipratano juxta Cameracum. 732

1207. Henricus I. Brabantiæ Dux, Leonius Caſtellanus Bruxellenſis, & Oliverius de Sotteghem dotant Abbatiam de Camera, Monialium Ordinis Ciſtertienſis. 733

1207. Thomas de Fiennes, Guilielmi Frater, in Syriam ad bellum ſacrum iturus, benefacit Abbatiæ Andrenſi. 569

Anno 1208.

1208. Guilielmus Pipenpov, Vir nobilis, decimas de Harc, Vici propè Bruxellam ſiti, donat Canonicis S. Gudulæ Bruxellis. 570

1208. Theodericus Archiepiſcopus Colonienſis fœdus renovat & firmat cum Brabantis. 406

1209. Philippus Nobilis, Marchio Namurcenſis & Comes Aloſtanus, Henrico I. Brabantiæ Duci facit Homagium de ditione Aloſtana. 407

1209. Henricus I. Brabantiæ Dux, paciſcitur cum Eccleſia Montenſi S. Waldetrudis, ſuper extructione Oppidi Herentalenſis. 197

1209. Idem donat Abbatiæ Tungerloënſi Ordinis Præmonſtratenſis decimas de Broechem juxta Antverpiam. 841

1209. & 1211. Idem benefacit Canonicis Liranis. 733

1209. Otho IV. Imperator Nivellenſi Eccleſiæ benefacit. 734

1209. Nicolaus Dominus de Lalaing propè Duacum dotat Marchianenſem Abbatiam Ordinis S. Benedicti. 734

1210. Arnulphus Comes Giſnenſis, donationem Euſtachii de Campaniis in favorem Andrenſis Abbatiæ confirmat. 735

1210. Albertus Comes de Daborch Abbatiam Monialium Ciſtertienſium, quæ dicitur Vallis Noſtræ Dominæ juxta Huum, fundat ac dotat. 842

1211. Innocentius III. Pontifex minatur excommunicationem eis, qui decimas à Monachis Laudenſibus Ord. Ciſt. extorquebant. 842

1211. Henricus I. Dux Brabantiæ Canonicis Ordinis Præmonſtratenſis tunc in Cornelio-Monte extra Leodicum, nunc juxta muros urbis in Bellóreditu commorantibus, immunitatis Privilegium confert: quod ejus Nepos Henricus à Lovanio, Dominus Herſtallii, poſtmodùm confirmavit. 439

1211. Philippus Nobilis, Marchio, & Comes Namurcenſis, numerum Canonicorum ſeu Præbendarum, in Namurcenſi Sancti Albani Eccleſia, auget. 297

1212. Idem Militaris ſeu Equeſtris Ordinis Viros liberat à ſervitute ſolvendi melius Mobile ſeu Cathellum, ut vocant, poſt obitum. 297

1212. Innocentius III. concedit Epiſcopo Tornacenſi Eccleſiam de Eynes, ubi exiguum eſt Canonicorum Collegium, nunc ſub Diœceſi Gandavenſi. 736

1212. Theodericus Dominus de Altena dotat Averbodienſem Ordinis Præmonſtratenſis Abbatiam in Brabantia. 407 & 408

1212. Henricus I. Brabantiæ Dux Godefrido Bredæ Domino, ejuſque ſubditis varia Privilegia indulget. 408 & 570

1212. Razo Gaveræ Dominus, Comitis Flandriæ Pincerna, ejuſque Filii, Arnoldus, Razo & Philippus, benefaciunt Abbatiæ Ninivenſi. 572

1213. Gobertus Dominus de Bioul jus omne ſuum quod habebat in ſilvam Marlaniam, cedit Petro Comiti Autiſiodorenſi & Marchioni Namurcenſi, ejuſque conjugi Jolendæ. 298

1213. Wilhelmus Hollandiæ Comes dotat Abbatiam de Reinsburg, Nobilium Virginum Benedictinarum apud Leydam in Hollandia. 843

1213. Idem præſtant Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ. pag. 843

***** Anno 1213.

Digitized by Google

1213. Senatus Populuſque Valencenenſis benefacit Religioſis Præmonſtratenſibus Abbatiæ Viconienſis 736

1214. Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ S. Gertrudis, Canonicorum Regularium Lovanii. 736

1214. Petrus Comes Autiſiodorenſis & Marchio Namurcenſis, decimas Namurcenſi Canonicorum B. Mariæ Collegio, à Prædeceſſore ſuo Philippo Nobili attributas, confirmat. 298

1214 Contractus nuptialis inter Waleramum, Henrici IV. Ducis Limburgenſis Filium, & Ermenſindam Comitiſſam Lutzeburgenſem concluditur. 198

1215. Engelbertus Angiæ Dominus, cum Uxore ſua Ida & Filiis ſuis Sigero ac Jacobo, dotat Cantipratenſe Cœnobium Canonicorum Regularium juxta Cameracum. 737

1215. Leonius de Bruxella, Oliverius, & Henricus de Sotteghem, aliique oobiles Viri dotant Anderlechtenſe Caoonicorum Collegium 737

1215. Machthildis Domina Teneręmundæ numerum Præbendarum Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Teneræmundæ auget. 573

1215. Robertus de Grandiprato Virdunenſis Epiſcopus benefacit Prioratui Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini in Bello-ſageto, vulgò *Beauſaye* juxta Leodium 844.

1216. Vallis Dei, Abbatia Monachorum Ordinis Ciſtertienſis, in Diœceſi Leodicenſi, tertio lapide à Limburgo, fundatur à Lothario Comite Hoſtadienſi. 299

1216. Jolendis Marchioniſſa & Comitiſſa Namurcenſis, ad Imperii Conſtantinopolitani Coronam, cum Petro Marito ſuo evocata, cedit Philippo Filio ſuo Comitatum Namurcenſem, & benefacit Eccleſiæ S. Albani. 300

1217. Honorius III. Pontifex benefacit Abbatiæ Laudenſi Ord. Ciſtertienſis apud Inſulas. 844

1217. S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis & Martyr fœdus renovat cum Brabantis. 410

1218. Idem poſſeſſiones Monaſterii Heinsbergenſis Monialium Ordinis Præmonſtratenſis confirmat. 283.

1218. Rogerus Condati pro parte Dominus, & Ægidius de Trit benefaciunt Canonicis Condatenſibus. 738

1218. Joanna Flandriæ Comitiſſa benefacit Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, nunc Cathedrali. 739

1218. Theobaldus Lotharingiæ Dux Fundationem Abbatiæ Vallis Noſtræ Dominæ, Virginum Ordiois Ciſtertienſis (de qua ſuprà ad annum 1210) confirmat. 845

1218. Ludovicus Comes Loſſenſis dotem Abbatiæ Herckenrodenſis Virginum Nobilium Ordinis Ciſtertienſis juxta Haſſeletum, à Progenitoribus ſuis fundatæ, adauget. 845

1218. Arnoldus Comes Loſſenſis Frater & Heres prædicti Ludovici, eidem Abbatiæ benefacit; Donationeſque eorum confirmat Hugo de Petraponte Leodienſis Epiſcopus. 846

1219. Idem Arnoldus, & Gobertus de Orbais benefaciunt Prioratui, nunc Abbatiæ, S. Catharinæ in Milen, Virgioum Ordinis Sancti Benedicti juxta Trudonopolim. pag. 847

1219. Arnulfus Comes Giſnenſis Monaſterio Andrenſi beneficia præſtat. 554

1220. Henricus I. Brabantiæ Dux, ad uſum Canonicorum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Antverpiæ, donat Foſſatum ejuſdem Urbis Antverpienſis foro adjacens. 574

1220. Ferrandus, Flandriæ & Hannoniæ Comes, Joannæ Conſtantinopolitanæ Maritus, Dongionem ſeu penetrale Palatii Valentianenſis donat Fratribus Minoribus, ad extruendum Monaſterium. 199

1220. Gillebertus de Sotteghem, Gerardi Domini de Raſſegem & Beatricis Dominæ de Maſmines Filius & heres, dotat Pitſeburgum, Domum Equitum Teutonici Ordinis, in Urbe Mechlinienſi. 739

1220. Walterus Dominus de Sotteghem benefacit Monaſterio Virg. Præmonſtratenſium in Novo Sarto juxta Grimbergam; quod nuoc deſiit. 740

1220. Hondeſchotanam in Flandria Domum Trinitariorum, à Patre ſuo Galtero Hondeſchotæ Domino fundatam, Clari Vivarii nomine olim celebrem, dotat Filius & heres Galterus. 740

1220. Matthæus II. Dux Lotharingiæ Moſellanæ promittit ſe ſoluturum debita Fratris & Prædeceſſoris ſui Theobaldi. 410

1220. Arnulphus de Landaſt, Dominus de Eynes, collationem Præbendarum Eynenſium cedit Waltero Marviſio Tornacenſi Epiſcopo. 411

1220. Idem cum Conjuge Mathilde jus Patronatûs ejuſdem Eccleſiæ Eynenſis cedit Abbati Eynamenſi. 320

1220. Walteri Epiſcopi Tornacenſis Ordinatio ſuper Officiis Divinis in Eccleſia Eynenſi, juxta conventionem ſuprà initam cum Arnulpho de Landaſt. 412

1221. Machtildis Teneræmundæ Domina cum Joanna Flandriæ Comitiſſa tranſigit ſuper ſervis & albinis, & hominibus Advocatiæ. 413

1221. Henricus I. Brabantiæ Dux Thenenſe XII. Canonicorum S. Germani Collegium fundat ac dotat. 199

1221. Philippus II. Marchio Namurcenſis, Petri Imperatoris Cooſtantinopolitani & Jolendis Comitiſſæ Namurcenſis Filius, Namurcenſem S. Albani Eccleſiam dotat. 300

1221. Waleramus Dux Limburgenſis & Comes Luceburgenſis, Roberti-Montenſe Virginum Cœnobium, Ordinis Ciſtertienſis, Leodii, dotat. 301

1222. Robertus cognomento Caſſetanus, Roberti Betunii Flandriæ Comitis Filius, prætendit ſibi deberi Comitatum Flandriæ. 308

1222. Arnulphus de Landaſt libertate donat aliquot ſervos & ancillas ſuas. 321

1222. Poſt longum bellum, pro Comitatu Namurcenſi, inter Philippum Marchionem Namurcenſem & Waleramum Ducem Limburgenſem ac Comitem Luxemburgenſem geſtum, pax componitur. 301

1222. Henricus VII. Rex Romanorum dat varia Privilegia Henrico I. Brabantiæ Duci. 413

1222. Everardus Radulfus, Caſtellanus Tornacenſis & Mauritanæ ſeu Mortaniæ Dominus, emendat & corrigit injurias Clero Tornacenſi illatas. 415

1223. Machtildis Teneræmondæ Domina, Xenodochium ſeu Hoſpitale S. Ægidii, à ſe ſtructum, in Abbatiam Monialium Ordinis Ciſtertienſis convertit. 415

1223. Godefridus de Fontanis, Epiſcopus Cameracenſis, Abbatiam Virginum Ciſtertienſium ex Hoſpitali S. Ægidii Teneræmondæ transferri mandat in vicinam Parochiam de Swiveke. 416

1223. Theodericus Dominus Heinsbergenſis copioſiùs dotat Heinsbergenſe Virginum Ord. Præmonſtratenſis Cœnobium, à ſuis Prædeceſſoribus fundatum. 284

1223. Hildegardis Melnæ Domina, vidua Gerardi Domini de Rodes, ejuſque filius Radulphus, à teloneo, in Ponte Brabantino apud Gandavum ſolvi ſolito, liberant animalia ad Eccleſiam Ninivenſem ſpectantia. 575

1223 Gertrudis de Daborch fundationem Abbatiæ Vallis Noſtræ Dominæ, Monialium Ordinis Ciſtertienſis juxta Huum confirmat 849

1224. Florentius Comes Hollandiæ in Loſdunen juxta Hagam-Comitis fundat Abbatiam nobilium Virginum Ordinis Ciſtertienſis. 849

1224. Ruremundæ in Gelria Nobilium Virginum Monaſterium Ordinis Ciſtertienſis, à Gerardo Gelriæ Comite, ejuſque Conjuge Margarita, conditur & dotatur. 304

1225. Ingelbertus Angiæ Dominus, dotat Prioratum ſeu Cellam Bellingemenſem propè Hallas, quæ nunc gaudet jure ac titulo Abbatiæ Cantipratanæ, Ordinis Sancti Auguſtini. 741

1225. Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit Capitulo Nivellenſi. 742

1225. Henricus Wormatienſis Epiſcopus Heidelbergenſe Caſtrum cum Burgo adjacente, in feudum tradit Ludovico Comiti Palatino Rheni, ejuſque Filio Ottoni Marito Agnetis 742

1225. Joanna Conſtantinopolitana, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, donationem Dongionis Valentianenſis, à Ferdinando Marito Fratribus Minoribus factam, approbat. 199

1225. Ludovicus Comes Loſſenſis in Loſſenſi Eccleſia Collegiata SS. Petri, Pauli & Odulphi (vulgò Borchloen) Diœceſis Leodienſis, à ſuis Majoribus fundata, quatuor Sacerdotales Præbendas adjungit. 850

1226. Henricus I. Brabantiæ Dux, Bruxellis, in SS. Michaëlis & Gudulæ Baſilica, Collegium minus Canonicorum X. fundat ac dotat. 200

1226. Robertus Betunius Teneræmondæ, Ingelbertus Angiæ, Gerardus Raſſegemii Toparchæ, Suivecanas Moniales dotant. 743

1227. Honorius III. Pontifex tranquillitati ac quieti Monachorum Laudenſium Ordinis Ciſtertienſis apud Inſulas, conſulit. 851

1227. Vallis Roſarum, Monialium Ordinis Ciſtertienſis Abbatia in Brabantia ad Netham fluvium, ſub Toparchia Duffelenſi propè Waelhem, ab Ægidio Bertoldo dotatur decimis in Berlaer & Ghele 744

1227. Henricus I. Brabantiæ Dux, Jus Patronatûs Matricis Eccleſiæ in Vura donat Abbatiæ Parchenſi Ordinis Præmonſtratenſis, propè Lovanium. 575

1227. Idem duas Capellas Furæ ſitas, donat præfatæ Abbatiæ Parchenſi. 576

1228. Hugo de Petra-ponte Epiſcopus Leodienſis confirmat dictæ Abbatiæ poſſeſſionem Altarium & decimarum de Werchter & Rode. 851

1228. Godefridus de Fontanis, Epiſcopus Cameracenſis, benefacit Abbatiæ Swivecanæ Virginum Ord. Ciſtert. juxta Teneramundam. 416

1228. Hugo Caſtellanus Gandenſis ejuſque uxor Oda, & Filius Hugo, dant leges & libertatem Mariæ-kercæ Incolis. 417

1228. Robertus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, in compenſationem dotis, Calkenam, Laernam, & Maſminiam dat Sorori ſuæ Machtildi, Gilberto Sottengemio, Raſſegemii Domino, nuptæ. 417

1228. Bellum-Pratum, Monialium Ordinis Ciſterſienſis Abbatia, ad Teneram fluvium propè Gerardi-Montem, ab Alide Domina Boulariæ conditur ac dotatur. Quod poſtmodùm anno 1270 Margarita Conſtantinopolitana, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, ejuſque Filius Comes Guido an. 1271. ratum eſſe voluerunt. 418

1229. Henricus VII. Imperator Giſlenianæ Abbatiæ in Hannonia Privilegia confirmat. 744

1229. Gregorius IX. Pontifex, Leonius Caſtellanus Bruxellenſis, Waltherus Dominus de Aa, Alidis Domina de Bouiar, & alii dotant Cameram Abbatiam Monialium Ciſterſienſium. 745

1229. Argentonium, Monialium Ordinis Ciſtertienſis Cœnobium in Gallo-Brabantia, fundatur à Guilielmo Harentonii Domino, & Ida ejus Conjuge. 302

1229. Scladinienſe Canonicorum Collegium, in agro & Diœceſi Namurcenſi, dotatur à Florentio Abbate S. Cornelii Indenſis propè Aquiſgranum. 303

1229. Henricus I. Brabantiæ Dux Moniales Ordinis Præmonſtratenſis è Vico de Pellenbergh juxta Lovanium transfert in Vicum de Winghe, ubi nunc ſuum habent Monaſterium ſub nomine Inſulæ Ducis, iiſdemque benefacit. 748

1230. Bellum-Pratum, Monialium Ciſtertientium Abbatia, ad Teneram fluvium, ab Alide Domina Bouilariæ dotatur. 747

1230. Joannes de Appia Leodienſis Epiſcopus Monaſterium Inſulæ Ducis, vulgò Gempe, Monialium Ordinis Præmonſtratenſis propè Lovanium, ſuſcipit in protectionem 852

1230. Arnoldus Grimbergæ Dominus, ejuſque Soror & heres Oda, benefaciunt Suivecanæ Ciſterſientium Monialium Abbatiæ. 746

1230. Godefridus Peruefii Dominus Argentonienſis Monaſterii Fundationem confirmat. 302

1230. Henricus, Henrici I. Brabantiæ Ducis Filius Primogenitus & in Ducatu Succeſſor, dotat Cameram Monialium Ciſterſientium Abbatiam, propè Bruxellam. 419

1230. Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa fundat ac dotat Abbatiam Ordinis Ciſtertienſis, quæ Reclinatorium B. Virginis, aliàs Marquetta dicitur, propè Inſulam Flandriæ Emporium. 577

1230. Arnoldus Comes Loſſenſis, Advocatus Capituli Beliſienſis, vulgò Munſter-Bilſen, Canonicarum Nobilium in Diœceſi Leodienſi, eidem benefacit. 853.

1231. Contractus Antenuptialis, inter Henricum Blondium Comitem Luceburgenſem & Margaritam Barrenſem initur; quo contractu Lineyum Familiæ Luceburgicæ acceſſit. 305

1231 Henricus Marchio Namurcenſis & Viándæ Comes, ejuſque Conjux Margarita, juxta Legatum ac mandatum Fratris ſui Philippi Labeònis II. Marchionis Namurcenſis, fundant Abbatiam Grandi-Pratenſem, quæ eſt Monachorum Ordinis Ciſtertienſis. 306

1231. Iidem benefaciunt Abbatiis Ciſtertienſis Ordinis, Villarienſi in Brabantia & Grandi-Pratenſi in Namurceſio. 307

1231. Hugo de Chaſtillon, Comes S. Pauli & Bleſenſis, confirmat donationes à ſe factas Monaſterio Pontis Dominarum, Ordinis Ciſtertienſis, quod in Diœceſi Meldenſi fundârat. 749

1231. Ferdinandus Luſitanus, & Joanna ejus Uxor, Flandriæ & Hannoniæ Comites dotant Abbatiam S. Joannis Valencianenſem Ordinis Sancti Auguſtini. 750

1231. Archidiaconus & Officialis Cameracenſis ferunt ſententiam contra Guilielmum de Grimbergis, uſurpatorem plurimorum bonorum ad Abbatiam Affligemienſem pertinentium. 852

1232. Joannes Leodienſis Epiſcopus Argentonium, Abbatiam Virginum Ord. Ciſt. in Diœceſi Namurcenſi, in protectionem ſuſcipit. 303

1232. Ferdinandus & Joanna, Flandriæ Comites, fundationem ac dotationem Abbatiæ Grandi-Pratenſis laudant & approbant. 308

1233. Joanna Conſtantinopolitana, Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, Monaſterium Dominicanorum in Urbe Brugenſi fundat ac dotat. 310

1233. Eadem fundat Dominicanorum Cœnobium Valencenis. 200

1233. Henricus I. Brabantiæ Dux donat varia prædia in Weſtmalle, ad Monaſterium Ordinis Ciſtertienſis fundandum, quod nunc S. Bernardi dicitur, ad Scaldim propè Antverpiam 578

1234. Margareta Flandriæ Comitiſſa Joannæ Soror fundat Cœnobium Monialium Ordinis Ciſtertienſis propè Orchiacum Oppidum, quod indè poſtea Flinas eſt tranſlatum, haud procul à Duaco. 579

1234. Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis, dicta Refugium B. Mariæ, Athi in Hannonia, fundatur per Joannam Conſtantinopolitanam Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſam. 201

1234. Mons S. Mariæ, Virginum Cœnobium, à Joanne de Monte Viro nobili ædificatur, quod nunc Bigardia minor dicitur, propè Bruxellam. Henricus II. Henrici Primi Brabantiæ Ducis Filius ac Succeſſor, Gregorius IX. Papa, & Godefridus Epiſcopus Cameracenſis ſuis id Tabulis confirmant. 420

1234. Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Laudenſis Ordinis Ciſtertienſis confirmat. 750

1234. Walterus de Tilborg Vir nobilis dotat Lovanienſe S. Gertrudis Cœnobium. 750

1234. Engelbertus & Sigerus Angiæ Domini, Joannes de Monte Vir nobilis, & Aelidis Aldenardæ ac Leſſiniæ Domina; Cantipratenſe Cœnobium dotant. 752

1235. Walterus de Berthaut, Dominus de Mechlinia, benefacit Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldin Ordinis Ciſtertienſis. 75ſ

1235. Henricus II. Dux Brabantiæ confirmat & auget Fundationem Abbatiæ S. Bernardi. 751

1235. Fons Beatæ Mariæ, Monialium Ordinis Ciſtertienſis Abbatia, vulgò Differtangen in Agro Luxeburgenſi, fundatur. 752

1235. Ægidius Bertholdus Ægidii & Catharinæ Filius, Dominus in Berlaer, ex Familia Toparcharum Mechliniæ & Grimbergæ, fundat Abbatiam Sancti Bernardi Ordinis Ciſtertienſis propè Antverpiam. 115

1235. Hildegundis Abbatiſſa illuſtris Capituli Canonicarum Thorenſium in Ditione Leodienſi, eidem donat Eccleſias de Gilſen & Hubach. 855

1235. Archidiaconus Leodienſis confirmat donationes factas Monialibus Inſulæ Ducis, Ordinis Præmonſtratenſis juxta Lovanium. 858

1236. Walterus Epiſcopus Tornacenſis vitæ Regulam præſcribit Fratribus ac Sororibus Deo ſervientibus in Gandavenſi Leproſorum Domo; quæ nunc eſt Abbatia Monialium Benedictinarum. 202

1236. Godefridus Peruefii, Grimbergæ pro parte & Ninoviæ Dominus, & Ingelramus Frater ejus benefaciunt Eccleſiæ Grimbergenſi Ordinis Præmonſtratenſis. 753

1237. Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa dotat Bellum-Pratum, Abbatiam Monialium Ordinis Ciſtertienſis propè Gerardi-Montem. 754

1237. Otho Claudus Gelriæ Comes cum Henrico Montis ſeu Herenbergæ Domino tranſigit ſuper Advocatia Embricenſi in Clivia, ubi hodieque Canonicorum eſt Capitulum. 754

1237. S. Ludovicus Galliæ Rex Comitatum Arteſiæ, à Ludovico Patre ſuo inſtitutum, confirmat. 115

1237. Balduinus II. heres Imperii Conſtantinopolitani, Marchio Namurcenſis & Dominus Curtiniaci, prædia & ſilvas ab Henrico Fratre attributas Monaſterio Grandi-Pratenſi Ordinis Ciſtertienſis juxta Namurcum, confirmat. 311

1238. Thomas Sabaudus Flandriæ Comes ejuſque Conjux Joanna benefaciunt eidem Abbatiæ Grandipratenſi. 308

1238. Henricus II. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, & Walterus Bertoldus Mechliniæ Dominus Pactum ineunt. 311

1238. Walterus Bertoldus, Dominus Oppidi Mechlinienſis, Henrico II. Brabantiæ Duci dat fidejuſſores ſuper Pactione jam recitata. 313

1238. Godefridus de Lovanio, Dominus de Leeuwe, Henrici I. Brabantiæ Ducis Filius, cum Uxore ſua Maria, benefacit Monaſterio Montis S. Mariæ ſeu Minoris Bigardiæ Virginum Ordinis S. Benedicti juxta Bruxellam. 421

1238. Henricus II. Brabantiæ Dux, Abbatiam Parchenſem commendat Guardino Epiſcopo Cameracenſi, qui confirmat Privilegia ab eodem Duce Parchenſibus conceſſa. 579

1238. Alidis Boulariæ Domina benefacit Abbatiæ Belli-Prati, & ſervos & ancillas Boularienſes manumittit. 755

1238. Leonius Caſtellanus Bruxellenſis benefacit Abbatiæ Vallis-Ducis Monialium Ord. Ciſt.

juxta

juxta Lovanium. 755

1238. Idem Leonius, & Daniël de Wangbe eidem Abbatiæ Vallis-Ducis donant decimas S. Petri Leeuwenſis juxta Bruxellam. 756

1239. Henricus II. Brabantiæ Dux confert Monialibus Inſulæ-Ducis Ord. Præm. omne jus ſuum in Capella de Nurode. 858

1238. Guilielmus Caſtellanus Audomarenſis tranſigit cum Abbate S. Bertini Ordinis Sancti Benedicti Audomaropoli. 756

1239. Petronilla de Gandavo prima Abbatiſſa Foreſtenſis, Ordinis S. Benedicti juxta Bruxellam, recenſet originem ſui Cœnobii. 757

1239. Balduinus Comes Namurcenſis Conſtantinopolim cogitans, CLX. bonaria ſilvæ vendit Monachis Gerardi-pratenſibus. 313

1239. Guido Cameracenſis Epiſcopus confirmat erectionem Begginagii Valencenenſis fundati à Priore S. Salvii. 855

1239. Joannes de Spatio Miles, & Helwidis ejus Uxor benefaciunt Abbatiæ Sancti Joannis Valencenis. 856

1240. Arnoldus Junior de Weſemale, ejuſque Uxor Eliſabeth, à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Ultrajectenſis ad firmam perpetuam ſub annuo cenſu accipiunt prædia in Weſterlo, ab Arnoldo ſeniore de Weſemale antea poſſeſſa. 580

1240. Canonicatuum ſeu Præbendarum Antverpienſium XII. Sectio in XXIV. Prebendas decernitur, & à Guidone Cameracenſi Epiſcopo confirmatur. 580

1240. Decretum Capituli Antverpienſis ſuper prædicta Sectione conſcribitur. 581

1240. Walterus de Aveſnis & Jacobus de Condato, Domini Condatenſes, benefaciunt Eccleſiæ Condatenſi, & conſentiunt ut illius loci Canonicatus omnes ad æqualitatem redigantur. 759

1240. Gilbertus de Tilborgh & Carolus de Aerſchot Viri nobiles dotant Abbatiam S. Gertrudis Ord. S. Aug. Lovanii. 761

1241. Hugo Dominus de Steenlant benefacit Abbatiæ de Dunis Ordinis Ciſtercienſis, quæ nunc eſt Brugis. 761

1241. Giſelbertus de Tilborgh, Beatrix de Frageldunck, & Hadwigis donant Abbatiæ Tongerloënſi Ordinis Præmonſtratenſis decimas in Weſt-Tilborgh in Majoria Silvæducenſi. 762

1241. Teſtamentum Machtildis, Comitiſſæ Bolonienſis (quæ Alſonſum Portugalenſem Maritum habuit) hoc anno ſcribitur. 314

1241. Thomas Sabaudus, Flandriæ Hannoniæque Comes, & Uxor ejus Joanna Conſtantinopolitana, declarant Præpoſitum Eccleſiæ S. Donatiani Brugis eſſe Hereditarium Flandriæ Cancellarium, & Cuſtodem Sigilli. Quod anno 1249. ab Innocentio IV. Papa confirmatur. 421

1241. Florentius Abbas S. Cornelii Indenſis benefacit Monaſterio Inſulæ-Ducis, vulgò Ghempe, Ord. Præm. juxta Lovanium. 857

1241. Joannes Miles de Aerſchot confert iiſdem Monialibus omne jus ſuum in Patronatu Capellæ de Nurode. 859

1243. Henricus II. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux Locum Sancti Bernardi ad Schaldim Abbati ejuſdem Monaſterii in purum alodium confert. 116

1243. Senatus Populuſque Antverpienſis FF. Prædicatores Argentorato Antverpiam evocant, eiſque Conventum erigere permittunt. 762

1243. Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Privilegia Abbatiæ Laudenſis Ordinis Ciſtercienſis tueri promittit. 762

1243. Hugo Caſtellanus Gandenſis, & Uxor ejus Maria, ad uſum Eccleſiæ Antverpienſis, ſuos ſervilis conditionis in Waſia homines manumittunt, ſub annuo cenſu capitali. 315

1243. Godefridus Bredæ Dominus varia Jura emptione acquirit ab Abbatia Thorenſi, Nobilium Canonicarum in Diœceſi Leodienſi. 857

1244. Henricus IV. Dux Limburgenſis, ejuſque Uxor Cunigardis, Comitiſſa Montenſis ſeu Bergenſis ad Rhenum, beneficium conſerunt Monialibus Ordinis Ciſtercienſis Leodii in Robertimonte, juxta Leodium. 316

1244. Walterus Bertholdus Mechliniæ Dominus, Abbatiam Ciſtercienſem S. Bernardi curat transferri in alium locum juxta Schaldim. 763

1245. Ludovicus Bertholdus Dominus in Berlar, donationes ab Ægidio Fratre ſuo factas, ad fundandum Sancti Bernardi Monaſterium, approbat. 117

1245. Canonici Eccleſiæ B. Virginis Aquiſgranenſis decimas agri Vilvordienſis ad firmam (ut loquuntur) perpetuam ſub annuo cenſu tradunt Monialibus Cameræ propè Bruxellam. 581 & 582

1246. Godefridus Bredæ Dominus condit Teſtamentum verè pium, & erga varias Eccleſias beneficum. 764

1247. Oſto Dominus de Traſegnies & Braine-le-Chateau, benefacit Bruxellenſi S. Joannis Baptiſtæ Xenodochio. 765

1247. Henricus II. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, ejuſque Filius Primogenitus Henricus, Indenſem S. Cornelii Abbatiam Benedictinorum, ſecundo lapide ab Aquiſgrano, dotant. 203

1247. Idem à ſervitute manûs mortuæ, ut vocant, aliiſque oneribus ſuos vaſallos liberat.. 203

1247. Robertus I. Arteſiæ Comes Sacrarum Reliquiarum à Godefrido Bullonio ex Syria ad Lenſenſem Eccleſiam miſſarum Capſam curat aperiendam, coram Legato Apoſtolico & Jacobo Epiſcopo Atrebatenſi. 204

1248. Innocentius IV. Papa committit Petro Epiſcopo Catalaunenſi, & Abbati S. Sepulcri Cameracenſis, ut inquirant, an Joannes & Balduinus Avennenſes, ex Bouchardo Subdiacono, & Margarita Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa, bonâ fide junctis nati, ſint legitimi. 205

1248. & 1249. Leonius Caſtellanus Bruxellenſis, Eccleſiæ S. Gudulæ Bruxellis Patronatum in Holaer, aliaque beneficia confert. 766

1249. Henricus II. Brabantiæ Dux, aliique FF. Prædicatoribus Antverpiam admiſſis beneficia largiuntur. 766

1249. Petrus Epiſcopus Catalaunenſis, & Hugo Abbas Lætienſis ferunt ſententiam, quâ declarant Joannem & Balduinum Avennenſes, ex Bouchardo Subdiacono, & Margarita Comitiſſa, bonâ fide junctis natos, eſſe legitimos. 205

1249. Henricus III. Brabantiæ Dux Canonicis Eccleſiæ B. M. V. Antverpiæ, confirmat donationem

****** tionem

tionem Foſſati factam à Duce Henrico I. 582

1250. Guilielmus Romanorum Rex & Hollandiæ Comes Abbatiam S. Giſleni Ordinis S. Benedicti in tutelam ſuſcipit. 583

1250. Euſtathius Comes Bolonienſis benefacit Eccleſiæ Collegiatæ Lenſenſi in Arteſia. 583

1250. Hugo Caſtellanus Gandenſis, ejuſque Uxor Maria, vendunt Bornhemium Margaritæ Conſtantinopolitanæ, Flandrorum Comitiſſæ. 422

1251. Godefridus de Lovanio benefacit Monaſterio Bigardiæ minoris, Virginum Benedictinarum propè Bruxellam. 423

1251. Walterus Bertholdus Mechliniæ Dominus, Beatrix Henrici Bertholdi Gelæ Domini Vidua, & Henricus de Aſſcba benefaciunt Abbatiæ S. Bernardi ad Scbaldim Ord. Ciſterc. 767

1252. Henricus Leodienſis Epiſcopus, jus Patronatûs Capellæ de Winghe Monialibus Inſulæ-Ducis Ordinis Præmonſtratenſis à Patronis collatum confirmat. 859

1253. Arnoldus Dominus de Weſemale, & Uxor ejus Eliſabetb dant Abbati & Conventui Tongerloënſi jus Patronatûs Eccleſiarum de Weſterloo & Oelen, conſentiente Ultrajectino Cathedrali Canonicorum Collegio. 423

1253. Joannes Abbas & Conventus Tongerloënſis, Ordinis Præmonſtratenſis, promittunt Cathedrali Capitulo Ultrajectenſi annuum cenſum ſeu canonem ſolvere, pro bonis acquiſitis in Weſterloo & Oelen. 424

1253. Gilbertus de Campenhout, Giſelberti Filius, & Sophia de Gageldunck, dicti Gilberti Uxor, benefaciunt Abbatiæ Tongerloënſi Ordinis Præmonſtratenſis. 584

1253. Idem beneficium Abbatiæ Tongerloënſi præſtat Hugo de Gageldunck Miles, ejuſque Uxor Valentia. 584

1253. Margareta Flandriæ Comitiſſa Abbatiam Monialium Ciſtercienſium, à ſe ſundatam propè Orchiacum, transfert Flinas propè Duacum, in Diœceſi Atrebatenſi. 585

1254. Gerardus de Steynhuis Miles dotat Campenſe Monaſterium, Ord. Ciſterc. propè Rhenobercam Diœceſis Colonienſis Oppidum. 424

1254. Innocentius IV. Papa in Hollandiam mittit Petrum Caputium, Cardinalem & Legatum ſuum, ad Guilielmum illius Provinciæ Comitem, nuper electum Regem Romanorum, ipſumque invitat & evocat in Italiam, ad ſuſcipiendam Imperii Coronam. 425

1254. Idem Papa Jus Patronatûs Eccleſiarum de Winghe, Cortelke & Nuerode, Monialibus Inſulæ-Ducis à Patronis earum collatum, confirmat. 860

1254. Arnoldus Dominus Dieſtenſis in Brabantia, Begginagium ibidem fundat; quod à Filio ejus Arnoldo an. 1271. probatur. 768

1255. Trudonopolitani cum Henrico III. Lotharingiæ & Brabantiæ Duce, Advocato ſuo majore, Conſœderationis Leges ſtatuunt. 206

1255. Henricus Dominus de Bauterſhem confert Monialibus Inſulæ-Ducis, Ord. Præm. omne jus ſuum in Eccleſia de Cortelke. 859

1256. Ludovicus & Waltherus Bertholdus, Felicitas de Hoboke, Henricus Duſſlæ & Gelæ Dominus, Guilielmus de Berchem & alii, beneficia præſtant Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim Ordinis Ciſtercienſis. 769

1256. Ægidius de Trazegnies, Conſtabularius Franciæ, Aleidis Boulariæ Filius, & Joanna de Nevele dotant Abbatiam Belli-Prati Ordinis Ciſtercienſis. 770

1257. Henricus Leodienſis Epiſcopus confirmat Abbatiæ Parcenſi Jus Patronatûs Eccleſiæ de Archenne in Gallo-Brabantia. 861

1257. Alexander IV. Pontifex committit Abbati Parcenſi & Cantori Mechlinienſi, ut viſitent Abbatiam Vlierbacenſem Ordinis Sancti Benedicti juxta Lovanium. 861

1258. Henricus III. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, dotat Lovanienſe Dominicanorum Cœnobium à ſe ſundatum. 426

1258. Guilielmus Grimbergius, Aſcæ Dominus, Guilielmi Filius, Gerardi Grimbergæ & Ninoviæ Domini Frater, à Guidone Flandriæ Comite donatur Dominio Opdorpii. 427

1259. Henricus Aſcanus, aliàs Grimbergius, & Uxor ejus Joanna, dotant Monaſterium Sancti Bernardi ad Schaldim, propè Antverpiam. 427

1259. Monaſterio de Op-bigardis, ſeu Minoris Bigardiæ, Virg. Benedictinarum juxta Bruxellam, confertur decima apud Hallas. 771

1260. Walterus Magnus Bertoldus, Machliniæ Dominus, Cœnobio Monialium Victorinarum ibidem in Monte Sion beneſacit. 771

1260. Henricus III. Brabantiæ Dux condit Teſtamentum. 207

1260. Joannes de Aerſchot dotat Gertrudanum Cœnobium Canonicorum Regularium in Urbe Lovanienſi. 428

1261. Inter Cives Antverpienſes & Turnhautanos Conſœderatio ſtabilitur. 428

1261. Hildegundis Abbatiſſa Thorenſis donat Capitulo ſuo Eccleſias de Monte Sanctæ Gertrudis, Baerle & Gilſen in Baronatu Bredano. 862

1261. Urbanus IV. Papa Collegia Begginarum & Recluſarum Diœceſis Leodienſis in ſuam protectionem ſuſcipit. 429

1262. Idem dat alterum Diploma in favorem Begginarum Leodienſium. 430

1262. Avezoeta Vidua Villani Militis (qui ſuit Frater Hugonis Caſtellani Gandenſis) cum Filio ſuo Alexandro Villain, benefacit Monaſterio Baudeloënſi, Ord. Ciſterc. nunc Gandavi. 430

1263. Aleidis Brabantiæ Duciſſa dotat Lovanienſe Dominicanorum Cœnobium. 426

1263. Joannes I. Brabantiæ Dux Privilegium immunitatis Rotnacenſibus concedit, & Indenſe S. Cornelii Monaſterium dotat. 438

1263. Godeſridus de Cruningen, ejuſque Uxor Oda, & Filii Hugo & Walterus benefaciunt Cœnobio Tongerloënſi. 438

1264. Robertus Betuniæ & Teneræmondæ Dominus, Guidonis Flandriæ Comitis Filius Primogenitus tranſigit cum Canonicis Teneræmondanis ſuper jure trium alodiorum de Morſele, Gheverghem & Wieſe. 585

1265. Renerus de Riviris Lovanienſe S. Gertrudis Nobilium Can. Cœnobium dotat. 772

1265. Inter Abbatiam Cortenbergenſem Ordinis

nis

nis Sancti Benedicti, & Moniales Inſulæ-Ducis in Ghempe Ordinis Præmonſtratenſis initur Conventio ſuper decima de Humbeeck. 586

1266. Philippus Viandæ Comes, ejuſque Uxor Maria Peruesii & Grimbergæ pro parte Domina, & Mariæ Filius Godefridus, cognato ſuo Henrico Grimbergio donant Buggenhoutum. 772

1266. Henricus Bredæ Dominus, Filius Godefridi, dotat Begginas Bredanas; iiſdemque paulò poſt benefacit Henricus Leodienſis Epiſcopus. 773

1266. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus Donationem duarum Capellarum Furæ, factam ab Henrico I. Brabantiæ Duce, in favorem Abbatiæ Parchenſis Ord. Præm. confirmat. 589

1266. Mathildis, Arteſiæ & S. Pauli Comitiſſa, Roberti I. Arteſiæ Comitis Vidua, conſentiente ſecundo ſuo Marito Guidone de Caſtellione, fundat dotatque Capellaniam in Caſtri Lenſenſis Capella à dicto Comite Roberto ædificata. 432

1266. Robertus Epiſcopus Virdunenſis, inſtitutâ inter ſuam & Leodienſem Eccleſiam Confraternitate, Canonicis Lambertinis Leodii concedit in emphyteuſin Municipium Jupilienſe juxta Leodium, pretio centum Marcarum annuatim. 863

1267. Henricus, Henrici III. Brabantiæ Ducis Filius primogenitus, eò quod eſſet ad regimen inidoneus, Joanni fratri ſuo ſecundo-genito cedit & donat jus omne quod habebat ad Ducatum Brabantiæ. 433

1267. Richardus Rex Romanorum ceſſionem ſeu donationem iſtam approbat. 433

1267. Henricus Bredæ Dominus, Jus Patronatûs & Altaria Eccleſiarum de Schoten & Merxem Canonicis Antverpienſibus donat, Nicolao Epiſcopo Cameracenſi probante. 316

1268. Ottho Comes Gelriæ Ruræmondenſe Virginum Ordinis Ciſtercienſis Monaſterium dotat. 773

1269. Leonius Caſtellanus Bruxellenſis benefacit Abbatiæ Frigidi Montis Ordinis S. Auguſtini Bruxellis. 773

1269. Robertus Arteſiæ Comes ſecundus, Roberti I. Filius, poſſeſſiones Monaſterii Alciacenſis Benedictinorum in Artheſia io protectionem ſuſcipit, tamquam Advocatus illius loci. 317

1269. Guido Flandriæ & Namurci Comes, Loënſi Canonicorum Regularium Cœnobio in Diœceſi Iprenſi, beneficium confert. 208

1269. Inter Arnoldum Dominum de Weſemale & Capitulum Cathedrale Ultrajectinum ſtatuitur Conventio. 436

1269. Henricus, Henrici III. Brabantiæ Ducis Filius, anno Probationis expleto, apud Canonicos Regulares Cœnobii S. Stephani, in Urbe Divionenſi & Ducatu Burgundiæ, ſolennem Profeſſionem emittit. 436

1269. Florentius Hollandiæ & Zelandiæ Comes declarat, quota precariarum pars cedat Alberto Domino de Vorne. 437

1269. Guido Flandriæ Comes & Marchio Namurcenſis poſſeſſiones Abbatiæ S. Nicolai Furnenſis Ord. Præm. confirmat. 589

1269. Arnoldus de Lovanio, Bredæ Dominus, concedit Decimas Parochiæ de Niſpen Abbatiæ Tongerloënſi Ord. Præm. pag. 864

1270. Controverſiam inter Canonicos Sancti Albani & Scabinos Namurcenſes, de juriſdictione motam, Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis componit. 318

1271. Richardus Rex Romanorum protectionem Abbatiæ S. Giſleni Ordinis Sancti Benedicti committit Balduino Aveſnenſi, Domino Belli-Montis in Hannonia. 590

1271. Joannes I. Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim Ord. Ciſt. 864

1273. Philippus Auguſtus Francorum Rex Privilegium immunitatis dat Rotnacenſibus in Flandria. 437

1274. Rudolphus I. Imperator Abbatiam Sancti Giſleni Ordinis Sancti Benedicti in Hannonia defendendam ſuſcipit. 591

1274. Joannes Comes Loſſenſis, Præpoſitus & Advocatus Capituli Loſſenſis in Diœceſi Leodienſi, eidem benefacit. 864

1275. Joannes de Giſtella Vir Nobilis fundat Auguſtinianos Brugenſes. 774

1275. Arnoldus Bredæ Dominus & Uxor ejus Eliſabetha donant Abbatiæ Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercienſis decimas de Gaſtel, ſilvam *Baerleboſch*, aliaque bona. 865

1277. Iidem vendunt Abbatiæ Cortembergenſi varia bona ſita in Parochia de Ooſterhout. 868

1277. Iidem vendunt Abbatiſſæ Thorenſi Decimas Villæ de Etten. 869

1277. Maria Domina de Bauſignies & Gaesbeke, Vidua Godefridi de Lovanio, ejuſque Filius Henricus de Lovanio Capellanias aliquot fundant in Caſtello Gaesbecano. 774

1279. Præfati Arnoldus & Eliſabeth Præpoſituræ Vallis Sanctæ Catharinæ Monialium Ordinis Præmonſtratenſis, olim ſitæ in Woude, nunc in Ooſterhaut in Baronatu Bredano, varia bona conferunt. 869

1279. Alexander de Villain Miles benefacit Abbatiæ Baudeloënſi Ord. Ciſt. nunc Gandavi. 431

1280. Victorinarum Monialium, vulgò Nonnarum Cœnobium, ad muros Urbis Antverpienſis ædificatur, & cœmeterium conſecratur. 538

1280. Senatus populuſque Aquiſgranenſis Joannem I. Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem agnoſcit ſuum Advocatum ſuperiorem. 208

1280. Joannes Dux viciſſim Aquiſgranenſibus patrocinium & defenſionem promittit. 209

1280. Idem Jura & Privilegia Tribunalis, dicti Decaniæ, Lovanii confirmat, exemplo Atavi ſui Ducis Henrici. 871

1280. Conradus II. Romanorum Rex concedit Canonicis S. Servatii Trajecti omnia jura & emolumenta in Pontem ſupra Moſam. 870

1280. Arnoldus Bredæ Dominus benefacit Abbatiæ Tongerloënſi. 870

1280. & 1290. Gerardus Weſemalius, Dominus Oppidi Bergizomenſis in Brabantia agnoſcit ſe debere quotannis quatuor Marcas Canonicis Ultrajectenſibus Sancti Martini & Sancti Salvatoris, ſolvendas ex pacto, pro prædiis in Brabantia ſitis. 209 & 210

1282. Adolphus Montenſis ad Rhenum Comes, Ducatum Limburgenſem jure ſanguinis ad ſe devolutum, cedit Joanni I. Brabantiæ Duci; & per

litteras

litteras rogat, ut Rudolphus primus Imperator id ratum habeat. 211

1283. Joannes I. Brabantiæ Dux, ejuſque Frater Godefridus, Arſchoti & Virſonii Dominus, contractum ineunt cum Joanne Riviræ Domino, ſuper diviſione Jurium in Territorio Arſchotano in Brabantia. 319

1284. Idem Dux Brabantiæ benefacit Abbatiæ Parcenſi. 871

1284. Rudolphus I. Imperator Joanni I. Brabantiæ Duci Carpenſe Caſtrum concedit, eo jure poſſidendum, quo olim Wenemarus de Gemmenich illud poſſederat. 591

1285. Joannes I. Dux Brabantiæ, poſt mortem Arnoldi de Lovanio, Bredæ & Bergarum Domini, Bredam Razoni de Gavere, Bergas Gerardo de Welemale attribuit. 775

1285. Godefridus Comes Viandenſis, Grimbergæ & Ninoviæ Dominus, ejuſque Uxor Aalis, benefaciunt Abbatiæ SS. Cornelii & Cypriani Religioſorum Præmonſtratenſium Ninoviæ. 440

1286. Joanna de Ghemenich, Hoogſtrati Domina, Jus Patronatûs Eccleſiæ Hooghſtratanæ donat Antverpienſi Collegio Canonicorum. 592

1287. Joannes de Aveſnis Hannoniæ Comes confirmat Privilegia & Jura Parochialia Eccleſiæ Sancti Joannis Valencenis Canonicorum Regularium, ejuſque Abbatem ſuum Capellanum vocat. 777

1288. Joannes de Flandria Epiſcopus Leodienſis probat tranſmigrationem Canonicorum Præmonſtratenſium à Monte S. Cornelii, ad locum qui dicitur Belluſ-reditus juxta Leodium, à quo Abbatia ſuum nunc nomen obtinet. 872

1289. Joannes de Aveſnis Hannoniæ Comes ex commiſſione Rudolphi I. Cæſaris, Rogerum S. Gisleni in Hannonia Abbatem familiaribus ejuſdem Cæſaris adſcribit. 592

1290. Ordo Equitum Sancti Jacobi in Hollandia floret. 441

1291. Razo de Gavere, Lidekercæ & Bredæ Dominus, ejuſque Conjux Aleydis confirmant venditiones & donationes factas à Prædeceſſoribus ſuis Abbatiæ S. Bernardi ad Schaldim. 873

1292. Iidem dotant Abbatiam Ninivenſem Ordinis Præmonſtratenſis. 442

1293. Abbas S. Bavonis Gandavi Ordinis Sancti Benedicti declarat ſe Patronum Beneficiorum Eccleſiæ S. Mariæ & S. Bavonis in Ardemburgo in Flandria, ubi paulò poſt erectum fuit Capitulum Canonicorum, quod nunc deſiit. 877

1294. Bonifacius VIII. Pontifex in Oppido Ardemburgenſi (olim Diœceſis Tornacenſis, dein Brugenſis) inſtituit Capitulum Canonicorum, ſuique Mandati Executores conſtituit Joannem de Waſonia Epiſcopum Tornacenſem, & Waltherum Abbatem S. Bavonis Gandavi. 877

1294. Razo de Gavera, Dominus Bredæ ac Liedekercæ, cum Filio ſuo Primogenito dat Abbatiæ Tongerloëenſi 41. bonaria in miriciis, & approbat omnes donationes præcedentes, à ſe & Prædeceſſoribus ſuis eidem factas. 879

1296. Arnoldus Comes Loſſenſis ejuſque Uxor Margareta dotant Haſletenſe Monaſterium Eremitarum S. Auguſtini. 778

1297. Dieſthemii, quod eſt Brabantiæ Oppidum in Diœceſi Mechlinienſi, Eccleſia Parochalis S. Joannis Baptiſtæ in Collegiatam Canon corum, ab Hugone Epiſcopo Leodicenſi conve titur, petente Gerardo Domino de Dieſt. 44

1299. Raſo de Gavera, declarat Jus Patron. tûs Eccleſiæ de Etten in Baronatu Bredano pert nere ad Inveſtitum de Ghilſen, cum quo Abbatiſ Thorenſis tranſigit. 88

1300. Ab Hugone Leodicenſi Epiſcopo var Jura Urbis Mechlinienſis dantur Joanni I. Brabar tiæ Duci, uſque ad tertium heredem ſeu genera tionem; eâ lege, ut dicta Jura à Joanne Bertold violenter occupata recuperet. 21

1303. Collegium Canonicorum B. Mariæ i Oppido Bredano, Diœceſis Antverpienſis, fund tur à Jacobo Presbytero Inveſtito de Ghilſen, prc bante dicto Raſone Bredæ Domino. 44

1304. Theodericus de Anderane, Miles, deci mas Vici Betchenſis, propè Halenum Oppidum ad Jaceam fluviolum ſiti, tradit per ceſpitem & feſtucam Monaſterio Virginum Ordinis Ciſterci enſis, quod Sartum B. Mariæ, vulgò Rothem nuncupatur, olim in Leodicenſi, nunc Mechlini enſi Diœceſi. 21

1304. Philippus Pulcher Galliæ Rex confirma poſſeſſiones ac libertates Abbatiæ Laudenſis Or dinis Ciſtercienſis. 88

1304. Joannes III. Brabantiæ Dux concedit Jo anni de Buſco Eremitæ habitationem in Viric Valle; è qua Eremo ortus fuit paulò poſt Priora tus Canonicorum Regularium in ſilva Soniæ. 77

1306. Idem Dux, Plebeis Magiſtratibus amo tis, Patritios Bruxellenſes è VII. primariis Famili ortos, priſtino ſtatui reſtituit. 77

1307. Naldevici in Hollandia, à Guilielmo illiu loci Domino, Collegium VI. Canonicorum, i honorem S. Adriani inſtituitur, & à Guidone Ul trajectenſi Epiſcopo confirmatur. 32

1308. Inter Theobaldum de Barro Epiſcopun Leodienſem & Ægidium Berthout ſuper Juribu in Urbe Mechlinienſi initur Pactio. 59

1310. Idem Theobaldus inſtituit Canonicoru Collegium in Eccleſia S. Gertrudis in Gertrudi monte, petente ac Fundatrice Margaretâ Abb tiſsâ Thorenſi. 78

1312. Tabulæ Cortebergenſes, in fine menſ Septembris, à Joanne III. Brabantiæ Duce p blicantur & ſignantur; quas præcipui Braban Proceres ſuis etiam Sigillis firmârunt. 44

1314. Sigerus de Liedekercke, Dominus Boulario, ſuos ſervos & ſervas manumittit, & offe Abbatiæ S. Adriani in Geraldi-Monte. 44

1314. Guilielmus Hannoniæ & Hollandiæ C mes, Romanorum Rex electus, concedit Abbati S. Bernardi ad Schaldim, Ordinis Ciſtercienſ immunitatem à teloneo per Hollandiam & Zela diam. 88

1318. Theodericus & Arnoldus, Fratres, The derici de Anderane Filii atque heredes, mediet tem decimæ Betchenſis vendunt Abbatiſſæ M naſterii Rothemienſis Ord. Ciſterc. 21

1319. Fratribus Eremitis Ordinis Sancti A guſtini in Urbe Tornacenſi datur fundus, qu antea Saccitæ, ſeu Fratres de Pœnitentia Jeſu Ch ſti, poſſederant. pag. 5

Anno 13

1322. Carolus IV. cognomento Pulcher, Rex Galliæ diſponit de Comitatu Flandriæ in favorem Roberti dicti Caſletani. 780

1323. Joannes XXII. Papa declarat Begginas Belgicas eſſe immunes ac liberas ab erroribus Begginarum Alcmanniæ, quas Clemens V. ante damnaverat. Idem de Begginis Antverpienſibus teſtatur Petrus Cameracenſis Epiſcopus. 215

1323. Otho Dominus de Cuyck, acceptâ nummorum ſummâ, Graviam, Oppidum Moſæ adſitum, Joanni III. Brabantiæ Duci tradit, & pòſt Otho idem Oppidum in feudum ab eodem Duce accipit. 217

1326. Joannes XXII. Papa confirmat Erectionem Capituli Gertrudi-bergenſis factam à Theobaldo Leodienſi Epiſcopo. 883

1328. Otbo Dominus Cudicenſis fatetur ſe accepiſſe a Joanne III. Brabantiæ Duce quinque millia librarum groſſorum Turonenſium, pro Oppido Gravienſi. 218

1330. Joannes III. Brabantiæ Dux hortatur Eccleſiarum Prælatos, ut ſuccurrant Abbati & Conventui S Bernardi ad Schaldim Ordinis Ciſtercienſis, ad perficiendam Eccleſiam, quam cœperant ædificare. 884

1333. Idem Dux Gerardo Domino de Dieſt omnia Privilegia confirmat. 218

1336. Philippus Comes Namurcenſis, in Sancti Albani Baſilica, Capellaniam fundari procurat, juxta volunratem & legatum Guidonis Fratris ſui ac Prædeceſſoris. 322

1337. Joannes primùm Cameracenſis, poſt Ultrajectenſis Epiſcopus, ac demum defuncto Fratre, Dominus Dieſtenſis, & Burg-Gravius Antverpienſis, fundat Collegium XII. Canonicorum Amerſfurti in Diœceſi Ultrajectenſi. 884

1339. Joannes III. Brabantiæ Dux, & Ludovicus Nivernenſis Flandriæ Comes, Pactum concordiæ incunt, quod LXXX. Viri nobiles, partim Brabanti partim Flandri, ſuis Sigillis firmârunt. 323

1339. Ludovicus IV. Bavarus, Imperator, Reinoldum illo nomine ſecundum ex Comite Gelriæ creat Ducem. 450

1339. Joannes III. Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ Parcenſi Ordinis Præmonſtratenſis. 597

1343. Idem fundat ac dotat Prioratum Viridis Vallis Canonicorum Regularium, in ſylva Soniæ, propè Bruxellas. 780

1345. Guilielmus Duvenvordius, Eques, Dominus de Donghenen, Bruxellenſe Monaſterium Clariſſarum divitum, à Patre ſuo Guilielmo fundatum, dotat. 450

1348. Carolus IV. Imp. Guilielmo Marchioni Juliacenſi, Veſalienſe, Durenſe, Werdenſe, Bopardienſe, & alia Oppida jam olim oppignorata confirmat. 220

1349. Idem concedit Privilegia Joanni de Arckel Epiſcopo Ultrajectenſi. 781

1350. Comitia Virorum Nobilium Brabantiæ in Vico Cortebergenſi, Bruxellas inter & Lovanium, celebrantur. 782

1354. Wenceſlaus, Joannis Cæci Bohemiæ Regis Filius, Joannæ Brabantinæ Maritus, à Fratre ſuo Carolo IV. Cæſare, ex Comite creatur Dux primus Luxeburgenſis. pag. 221

1356. Carolus IV. Imperator confirmat Dominium Boxtellenſe in Campinia Theodorico de Merheym. 782

1357. Rudolphus Dux Saxoniæ, & Wenceſlaus Brabantiæ ac Luxemburgi Dux, inter ſe contendunt de munere Enſiferi Imperialis. Carolus IV. Imperator controverſiam terminat & componit. 223

1361. Reinaldus II. Gelriæ Dux approbat tranſlationem Capiruli ex Monte SS. Petri & Odiliæ, in Eccleſiam Sancti Spiritûs vicinæ Urbis Ruremundenſis. 886

1361. Joannes de Arckel Ultrajectenſis, & Engelbertus Leodienſis, Epiſcopi, prædictam tranſlationem ſuis Diplomatibus confirmant. 887 & 888

1363. Ducatus Burgundiæ à Joanne Francorum Rege Philippo Audaci Filio ſuo datur: quam donationem Carolus V. Francorum Rex Philippi Frater editis Tabulis laudavit, & ſequenti anno confirmavit. 118

1367. Joannes de Vlernemburgh Epiſcopus Ultrajectinus, Dordraci in Eccleſia B. Mariæ inſtitutum Collegium XII. Canonicorum cum Decano, per Albertum Bavarum Hollandiæ Comitem confirmat. 892

1369. Naldevicenſium Præbendarum numerus uſque ad XII. à Guilielmo, illius loci Domino, augetur, Joanne Viernenburgio Ultrajectenſi Epiſcopo approbante. 322

1372. Wenceſlaus Brabantiæ ac Luxemburgi Dux, ejuſque Conjux Joanna, Ordinum Brabantiæ Comitia celebrant Cortebergæ, Tabulaſque editas ſignant præcipui eorum Proceres. 324

1376. Joannes de Chaſtillon, Dux Gelriæ & Comes Bleſenſis, ejuſque Uxor Machtildis, teſtantur ſibi plenè ſatisfactum, poſt obitum Eduardi Gelriæ Ducis. 451

1376. Carthuſia Ruremundenſis in honorem Divi Hieronymi fundatur à nobili Viro Wernero de Swalmen. 890

1377. Joannes Serclaes, tunc Canonicus, pòſt Epiſcopus Cameracenſis, Frater Everardi Viri nobilis (à quo Comes de Tilly Stirpem trahit) fundat Domum Scholarium in Urbe Bruxellenſi. 783

1380. Carolus de Immerſele Dominus de Hameyde emit Ietegemium in agro Lirano. 783

1382. Joannes Epiſcopus Cameracenſis, concedit Gaſebecæ in agro Bruxellenſi Jus Parochiæ, ad inſtantiam Suederi de Abcoude loci hujus Toparchæ. 784

1388. Joannes Dominus Bredæ & Leckæ fundat Præbendam in Eccleſia B. Mariæ Bredæ, & Joannes de Polanen & Henricus de Lecka aliis Eccleſiis benefaciunt. 784

1398. Joannes de Bavaria Electus Leodienſis Epiſcopus, nec non Epiſcopatûs Cameracenſis Commendatarius, Prioratum Corſendoncanum Canonicorum Regularium in Campinia, à Maria Brabantica Gelriæ Duciſſa erectum, approbat & confirmat. 893

1399. Idem, Eindoviæ in Campinia Brabantiæ Collegium Canonicorum inſtituit, poſtulante Guilielmo Milenbergio, Eindoviæ & Cranendonci Domino. 597

1405. Petrus de Alliaco S. R. E. Cardinalis,

Epiſcopus Cameracenſis, Perſonatum & jus Patronatûs Eccleſiæ Parochialis de Duffel incorporat & unit Abbatiæ Tongerloënſi. 598

1409. Celebratur Contractus antenuptialis inter Antonium Brabantiæ Ducem, & Eliſabetham Joannis Ducis Gorlicenſis Filiam. 599

1413. Joannes XXIII. Pontifex benefacit Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ Sylvæducis, tunc Collegiatæ, dein erectæ in Cathedralem. 451

1414. Arnoldus de Crayenhem, Dominus in Grobbendonc, & ejus Uxor Joanna de Steyvoirt, fundant Thronum B. Mariæ, Canonicorum Regularium Cœnobium, propè Herentalium in Campinia Brabantina, quod nunc deſiit. 452

1415. Brabanti & Limburgi Fœdus ineunt. 325

1416. Joannes IV. Brabantiæ Dux, declarat Abbatem Parcenſem Ord. Præmonſtratenſis juxta Lovanium, eſſe perpetuum & hereditarium Capellanum Ducis Brabantiæ. 453

1426. Martinus V. Pontifex Univerſitatem, ſeu Studium Generale erigit in Oppido Lovanienſi, ad inſtantiam Joannis IV. Brabantiæ Ducis. 223

1426. Joannes IV. Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux, Lovanienſis Academiæ Fundator, transfert in Rectorem & Univerſitatem omnimodam Juriſdictionem, variaque concedit Privilegia & immunitates. 225

1429. Weſterlo, Oelen, & alia prædia Pagi Rienſis, apud Herentaliam Brabantiæ Opidum ſita, quæ Barones Weſemalii antea poſſederant, ab Ultrajectinis Canonicorum Collegiis, S. Martini & S. Salvatoris, dantur in Emphyteuſim Richardo Domino de Merode & Frentz. 228

1430. Ordinem Equitum Velleris Aurei, Brugis in Flandria Philippus Bonus Burgundiæ Brabantiæque Dux ac Flandriæ Comes inſtituit. 230

1433. Eugenius IV. Pontifex per Breve Apoſtolicum mittit Philippo Bono Burgundiæ ac Brabantiæ Duci, Hoſtiam Miraculoſam, quæ modò aſſervatur Divione in Burgundia. 895

1437. Lites inter Abbatem Egmondanum ex una, & Dominum Egmondæ ex altera parte motas componit Philippus Bonus, Burgundiæ Dux & Hollandiæ Comes, ex commiſſione Eugenii IV. Papæ. 454

1442. Eugenius IV. Pontifex, Canonicorum Collegium inſtituit Bergis ad Zomam in Eccleſia Sanctæ Gertrudis, ad inſtantiam Domini Joannis de Glimes. 785

1443. Idem in Eccleſia Collegiata S. Petri Lovanii inſtituit Capitulum ſecundæ Fundationis X. Canonicorum, produobus S. Theologiæ Profeſſoribus Ordinariis, totidem SS. Canonum, Legum Civilium, Medicinæ, nec non Ethices & Rhetorices Chriſtianæ è Facultate Artium. 896

1450. Fredericus III. Imp. Jacobum de Hornes, ejuſque heredes Comitis titulo donat. 785

1456. Concordia inter Capitulum S. Petri Aycurienſis, & Rectorem Parochialis Eccleſiæ Sancti Jacobi Lovanii initur, ſuper tranſlatione præfati Capituli, quæ paulò ante facta fuerat per Nicolaum V. Pontificem. 900

1457. In Oppido Dieſtenſi, Diœceſis Mechlinienſis, ex Parochiali S. Sulpitii Eccleſia fit Collegiata Canonicorum, per Ludovicum Borbonium Epiſcopum Leodienſem, petente Henrico de Voren Abbate Tongerloënſi. 455

1458. Cartuſianorum Monaſterium, haud procul ab Urbe Bruxellenſi, à Senatu Populoque Bruxellenſi fundatur, favente Philippo Burgundiæ Brabantiæque Duce, Pio II. Papâ probante. 231

1459. Iſabella, Joannis Luſitaniæ Regis Filia, Philippi Boni Burgundiæ Brabantiæque Ducis Conjux, à Caliſto III. Papa facultatem impetrat conſtruendi Monaſterium Dominicanorum in Urbe Bruxellenſi. 457

1462. Joannes Weſemaliæ, Faleſiæ & Terræ Mechlinienſis Dominus, Prole legitimâ carens, Carolum Audacem Burgundiæ Brabantiæque Ducem ſcribit heredem. 458

1462. Ludovicus Borbonius, Epiſcopus Leodienſis, Collegium Canonicorum Arſchoti inſtituit, petente Antonio de Croy, Comite Portiani & Domino Arſchoti. 460

1469. Claudius de Montagu, Dominus de Couches, Eques Velleris Aurei, ejuſque Uxor Ludovica Turriana, Colchenſe Canonicorum Collegium in Burgundia fundant. 461

1473. Fredericus III. Imperator declarat Arnoldum, Joannem, Guilielmum, & Rickardum de Meroda fuiſſe Barones à multis retrò annis. 461

1485. Henricus Dominus de Naeldwyck Hereditarius Hollandiæ Mareſchallus fundat Prioratum B. Mariæ in Bethleem, Religioſorum Ordinis Ciſtertienſis, vulgò Waeteringiam, juxta Hagam Comitis in Hollandia, approbantibus Davide à Burgundia Epiſcopo Ultrajectenſi, Joanne Abbate Generali Ciſtercii, & Henrico Abbate Campenſi. 786

1486. Maximilianus I. Imp. Carolum Croyum ex Comite creat Principem Chimacenſem. 232

1486. Joannes Egmondæ Dominus, à Maximiliano I. Imperatore creatur primus Comes Egmondanus. 463

1493. Henricus de Ranſt, Dominus de Boxtel & Henrica de Haeſten Conjuges fundant ac dotant Capitulum VII. Canonicorum in Eccleſia S. Petri de Boxtel in Majoria Sylvæducenſi. 466

1510. Maximilianus I. Imp. Jacobum Croyum Epiſcopum Cameracenſem, ejuſque Succeſſores creat Duces Cameracenſes. 234

1516. Leo X. Pontifex concedit Carolo V. Hiſpaniarum Regi, dein Imperatori, ut numerum Equitum Ordinis Aurei Velleris ad quinquagenarium extendat; variaque eidem Ordini concedit Privilegia. 235

1516. Carolus Rex Caſtellæ, dein Imperator, Guilielmum de Croy, Dominum de Chievre, creat Ducem Soranum in Regno Neapolitano. 789

1520. Carolus V. Imperator Diplomate publico teſtatur, ſe in Baſilica B. Mariæ Aquiſgrani Imperiali Diademate coronatum, ſimulque receptum fuiſſe inter Canonicos. 237

1528. Henricus Bavariæ Dux, Epiſcopus Ultrajectenſis, Coadjutor Wormacienſis, &c. Dominium temporale Urbis ac ditionis Ultrajectinæ, quod antea penes Epiſcopos fuerat, cedit Carolo V. Cæſari, ejuſque Succeſſoribus. 600

1528. Caroli V. Cæſaris Litteræ ad Clerum Ultrajectenſem datæ ſuper præfata ceſſione Dominii Ultrajectenſis. 603

1531. Clemens VII. Pontifex Canonicorum Collegium in honorem B. Mariæ Virginis inſtituit Hooghſtratæ in Campinia, ad inſtantiam Antonii de Lalaing & Iſabellæ de Culembourg. 790

1531. Guilielmus Encſortius, ex Canonico Antverpienſi S. R. E. Cardinalis, item Dertuſanus in Hiſpania & Ultrajectenſis in Batavia Epiſcopus, Domum Hoſpitalariam cum Capella inſtituit in Mierlo, Vico Campaniæ Brabantinæ, Diœceſis olim Leodicenſis, nunc Sylvæducenſis. 471

1534. Franciſcus Comes de Waldeck, Epiſcopus Monaſterienſis, Paulo III. Pontifici exponit miſerabilem Urbis ſuæ Monaſterienſis oppreſſionem per Anabaptiſtas, quidque pro eorum extirpatione egerit. 607

1559. Pius IV. Pontifex inſtituit Academiam Duacenam, in Gallo-Flandria, ad normam Lovanienſis in Brabantia, petente Philippo II. Hiſpaniarum Rege. 238

1559. Paulus IV. Pontifex in Germania inferiore tres Archiepiſcopatus, Mechlinienſem, Cameracenſem & Ultrajectenſem inſtituit: & Mechlinienſi Antverpienſem, Brugenſem, Gandenſem, Iprenſem, Ruræmundenſem, Buſcoducenſem; Cameracenſi Atrebatenſem, Tornacenſem, Audomarenſem, Namurcenſem; Ultrajectenſi, Daventrienſem, Groeningenſem, Harlemenſem, Leovardienſem & Middelburgenſem, Epiſcopos conſtituit Suffraganeos. 472

1560. Pius IV. Pontifex Archi-Epiſcopatum Mechlinienſem, Belgii Primatiam, erigit, eique ſex Epiſcopatus Suffraganeos aſſignat, ſimul pro dote conſtituens Abbatiam Affligemienſem. 610

1560. Idem Pontifex dotem, Opida, Municipia, Pagos, Vicos & alios limites Diœceſis ſeu Epiſcopatûs Antverpienſis ſuprà inſtituti deſcribit. 476

1560. Idem novum erigit Epiſcopatum in Urbe Brugenſi apud Flandros, eumque conſtituit Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis; Eccleſiam Collegiatam S. Donatiani faciens Cathedralem, & Menſæ Epiſcopali annectens Præpoſituram dictæ Eccleſiæ, item Abbatiam Thoſanam (vulgo Doeſt) Ordinis Ciſtercienſis haud procul Brugis. Bullam Apoſtolicam executioni mandat Cardinalis Antonius Granvellanus primus Archiepiſcopus Mechlinienſis. 903

1560. Idem Pontifex Sylvæducenſem in Brabantia Sedem Epiſcopalem erigit, Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeam; Eccleſiamque Collegiatam S. Joannis Evangeliſtæ ibidem deſignat Cathedralem, & pro dote Epiſcopi conſtituit Abbatiam Tongerloënſem Ordinis Præmonſtratenſis in Campinia. 913

1560. Idem Pontifex Epiſcopatum Ultrajectenſem à Metropolitano Colonienſi eximit, & Archi-Epiſcopali dignitate exornat, eidem aſſignans Epiſcopatus Suffraganeos, Harlemenſem, Daventrienſem, Leovardienſem, Groeningenſem, ac Middelburgenſem. 618

1560. Idem Pontifex Epiſcopatum Daventrienſem in Tranſiſulania, Archiepiſcopatûs Ultrajectini Suffraganeum, erigit; Eccleſiam Collegiatam S. Lebuini nominans Cathedralem, ac pro dote Epiſcopi aſſignans Præpoſituras Eccleſiarum Daventrienſis, Zutphanienſis, & Oldezalienſis, nec non Prioratum Montis Sanctæ Agnetis Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini propè Zwollam. 790

1560. Idem Pontifex erigit Epiſcopatum Harlemenſem in Hollandia, Archiepiſcopatûs Ultrajectini primum Suffraganeum, eique pro dote aſſignat Abbatiam Egmondanam Ordinis S. Benedicti; Cathedram Epiſcopalem in Eccleſia S. Bavonis collocat; & ad fundandas Canonicorum Præbendas, partim transfert Capitulum Geervlitanum, partim ſupprimit Monaſterium Heyloënſe Canonicorum Regularium. 797

1560. Abbas Generalis Ciſtertii Prioratum de *Mariendonck* Ordinis Ciſtertienſis, propè Heuſdenum in Diœceſi Sylvæducenſi, ſubjicit Prioratui, nunc Abbatiæ, S. Salvatoris Antverpiæ. 902

1561. Pius IV. Pontifex Epiſcopatum Ruræmundenſem in Gelria, Archiepiſcopatûs Mechlinienſis Suffraganeum, erigit; eidem aſſignans limites, & pro dote Præpoſituram Marianenſem propè Moſætrajectum, Præpoſituram Eccleſiæ S. Spiritûs Ruræmundæ, & alia quædam Gelriæ Monaſteria. 482

1562. Maximilianus Bergius, Cameracenſis Epiſcopus, in Campinia Brabantina Gelenſe Canonicorum Collegium inſtituit; petente Henrico Merodio, Weſterloæ, Peterſemii, Leeſdaliæ, Duffelæ ac Gelæ Domino. 327

1572. Gregorius XIII. Papa Philippo II. Regi Catholico permittit creare novos Equites Ordinis Aurei Velleris extra Capitulum ſeu Comitia Ordinis. Idem Privilegium poſtea conceſſit Clemens Papa VIII. 240

1584. Rudolphus II. Imperator declarat ſe eſſe Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ B. Gertrudis Nivellis, ſibique Capellanum ſubſtituit. 919

1599. Albertus & Iſabella, Belgarum Principes, ſolemni Juramento aſſerunt atque promittunt tueri Privilegia Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Gudulæ Bruxellis. 624

1599. Iidem Principes præſtant Juramentum Lovanii, dum ibidem Brabantiæ Duces inaugurantur. 919

1605. Iidem augent Proventus Præbendarum Majorum in Eccleſia S. Gudulæ Bruxellis. 625

1618. Iidem, Religioſos Ordinis Minimorum admittunt in Belgium, dantes licentiam erigendi Conventus in omnibus locis ſibi ſubditis. 629

1643. Jacobus Boonen, IV. Mechlinienſium Archiepiſcopus, Eccleſiam Parochialem Beatæ Mariæ trans Diliam Mechliniæ, erigit in Collegiatam. 920

1652. Prioratus S. Salvatoris Religioſorum Ordinis Ciſtertienſis Antverpiæ, olim fundatus à Petro Pot, Equite Aurato, ad dignitatem Abbatialem evehitur ab Abbate Generali Ciſtertienſi. 630

1659. Epiſcopalis Cathedra Ruræmundenſis unà cum Capitulo Canonicorum, è Templo S. Spiritûs anguſtiori, transfertur in Templum Parochiale auguſtius S. Chriſtophori. 631

1705. Clemens XI. Pontifex Fundationem Capituli & Canonicorum Antverpiæ in Eccleſia B. Mariæ confirmat, ac pro parte renovat. 921

******** INDEX

INDEX

Chronologicus ſecundæ & tertiæ Partis Supplementi ad Diplomata

AUBERTI MIRÆI.

ANno Chriſti 575. vel 580. Chilpericus Francorum Rex donat Cathedrali Eccleſiæ Tornacenſi Telonneum de navibus ſuper Fluvio Scalt, nec non & Juſtitiam de eodem Teloneo. pag. 1310

660. Chlotharius Francorum Rex approbat commutationem variorum locorum initam per Venerabiles Viros, S. Mummolenum Epiſcopum Noviomenſem ac Tornacenſem, & S. Bertinum Abbatem de Sithiu, nunc Audomaropoli. 925

676. Theodericus Francorum Rex, rogante S. Bertino Abbate, benefacit Monaſterio de Sithiu, quod nunc eſt Audomaropoli. 926

677. Amalfridus Vir Nobilis ſubmittit curæ S. Bertini Abbatis Sithienſis Monaſterium utriuſque ſexûs à ſe conſtructum in Honulphi-Curte, vulgò Honnecourt, in Picardia, ſub Diœceſi tamen Cameracenſi, Ordinis Sancti Benedicti; & Theodericus Francorum Rex eandem Fundationem confirmat. 927

680. Clodovæus II. Francorum Rex S. Bertino Abbati de Sithiu concedit immunitatem à vectigalibus. 928

687. Pipinus Heriſtallius & Plectrudis Conjuges fundant Abbatiam Benedictinorum Andaini in Arduenna, dein dictam S. Huberti. 1125

691. Idem Pipinus Major Domûs Regiæ in Auſtraſia donat S. Urſmaro Abbati Lobbienſi terram Lobbienſem & Sylvam de Foreſtella, aliaque prædia, petente Sancto Hydulpho Duce Lotharingiæ. 1126

700. Childericus Francorum Rex, petente Erkenboldo Abbate, immunitatem & alia Privilegia largitur Monaſterio de Sithiu in Artheſia. 929

744. Childericus II. Francorum Rex benefacit Abbatiæ de Sithiu ſeu Bertinianæ. 929

817. Ludovicus Pius Imperator, Caroli Magni Filius, benefacit Cameracenſi Eccleſiæ. 930

818. Idem Imperator donat fundum ad amplianda ac dilatanda clauſtra Canonicorum Tornacenſium, petente Wendilmaro Epiſcopo. 1127

830. Idem Imperator dat Privilegium immunitatis Abbatiæ Bertinianæ. 930

836. Idem Imperator benefacit Abbatiæ Bertinianæ in gratiam Fratris ſui Hugonis, Bertinienſis & variorum aliorum locorum Abbatis. 931

866. Carolus Calvus Imperator & Rex Francorum recenſet atque confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Vedaſtinæ Atrebati. 932

876. Joannes VIII. Pontifex dat Privilegium libertatis, & confirmat poſſeſſiones à Carolo Calvo Imperatore conceſſas Eccleſiæ Abbatiali S. Vedaſti Atrebati. 934

885. Macharius Comes cum Conjuge Gondrada dotat Eccleſiam Cathedralem Cameracenſem. 935

894. Arnulphus Rex Lotharingiæ benefacit eidem Eccleſiæ Cameracenſi. 936

909. Carolus Simplex Francorum Rex varia prædia attribuit Eccleſiæ Cameracenſi. 937

939. Henricus Anceps Germanorum Rex donat Cœnobium S. Maximini, Ordinis S. Benedicti, extra muros Urbis Trevirenſis. 938

931. Idem benefacit Canonicis ſecularibus in Criſpinio in Hannonia, ubi dein erecta fuit Abbatia Benedictinorum. 1129

940. Ottho I. Imperator poſſeſſiones Eccleſię Cameracenſis, tunc Cathedralis, confirmat & auget. 1127

947. Idem Imperator Fulberto Cameracenſi Epiſcopo ejuſque Succeſſoribus confert Abbatiam S. Gaugerici Cameraci, quæ nunc eſt Eccleſia Collegiata Canonicorum. 938

953. Arnulphus Magnus, Comes Flandriæ, idemque Rector ſeu Abbas ſecularis Monaſterii Blandinienſis juxta Gandavum, eidem Monaſterio varia beneficia largitur. 939

964. Lotharius Imperator confirmat donationem Villæ de Theſla factam Monaſterio Blandinienſi à Wicmanno Comite Gandavenſi. 940

968. Amurricus Vir Nobilis ſuam donat hereditatem Abbatiæ Ciſonienſi Ordinis S. Auguſtini in Gallo-Flandria. 1129

972. Arnulphus II. Marchio & Comes Flandriæ, beneficia Abbatiæ Blandinienſi, vulgò S. Petri Gandavi, ab Avo ſuo Arnulpho conceſſa, commemorat & auget. 941

981. Idem Arnulphus II. benefacit eidem Abbatiæ Blandinienſi. 942

983. Ottho II. Imperator benefacit Eccleſiæ Cameracenſi. 1128

988. Balduinus Marchio & Comes Flandriæ, donat Abbatiæ Blandinienſi Terram de Avelghem, juxta Aldenardam. 943

998. Arnulphus II. Comes Flandriæ Abbatiæ S. Petri ſeu Blandinienſi juxta Gandavum donat Villam Maternam (vulgò Matere) cum Eccleſia, apud Aldenardam. 944

1000. Robertus I. Bethuniæ Dominus, ibidem fundat ac dotat Canonicorum Collegium in Eccleſia Sancti Bartholomæi, cui Succeſſores ejus Bethuniæ Domini & Atrebatenſes Advocati ampliùs benefecerunt. 945

1026. Ermboldus donat Abbatiæ Blandinienſi juxta Gandavum, Terram de Baerle. 947

1030. Richeza Regina Poloniæ, Regno extorris ſeipſam tradit in Ancillam Eccleſiæ S. Urſulæ Coloniæ Agrippinæ, quæ nunc eſt Collegiata Nobilium Canonicarum. 1131

1031. Abbatia Blangiacenſis in Artheſia, olim fundata à S. Bertha pro Monialibus, à Roberto Comite S. Pauli traditur Monachis Benedictinis ex Abbatia Fiſcannenſi in Neuſtria evocatis. 1130

1031. Abbas Fiſcannenſis Traditionem ejuſdem Abbatiæ Blangiacenſis acceptat, ibique Abbatem conſtituit. 1130

1042. 1044. 1046. & 1048. Galterus, Agentrudis, aliique Viri Nobiles benefaciunt Clericis in Eccleſia Sancti Salvatoris in Harlebeka Deo ſervientibus. 947

1052. Leo IX. Pontifex Privilegia Metropo-

litanæ Eccleſiæ Colonienſis confirmat; Hermanno Archiepiſcopo ejuſque Succeſſoribus concedit titulum Cancellarii S.R.E. & Cardinalis S. Joannis ad Portam Latinam; in Eccleſia verò Colonienſi creat ſeptem Presbyteros Cardinales, totidemque Diaconos ac Subdiaconos. 1131

1065. Diploma editum à Begginis Vilvordienſibus, ex quo conſtat, Begginas Belgicas non à Lamberto Beggio Sacerdote, ut quidam ſuſtinuerunt, ſed à Sancta Begga nomen & Inſtitutum accepiſſe. 948

1066. S. Anno Colonienſis Archiepiſcopus fundat Abbatiam Sigburgenſem Ordinis S. Benedicti prope Bonnam, in Diœceſi Colonienſi. 1132

1067. Lietbertus, Vir Nobilis, benefacit Eccleſiæ Harlebacenſi in Flandria. 949

1070. Gregorius VII. Pontifex reſcribit ad Manaſſem Archiepiſcopum Remenſem, ut compellat Radbodum Epiſcopum Noviomenſem ac Tornacenſem, ad reſtituendam Eccleſiam Beatæ Mariæ Brugis juriſdictioni Epiſcopi Ultrajectenſis, à qua fuerat erepta. 949

1071. Elleboldus Ruber, Vir Nobilis, fundat Collegium Canonicorum Sanctæ Crucis Cameraci. 950

1072. Robertus Friſius Comes Flandriæ Præpoſituram Watanenſem Canonicorum Regularium fundat & in protectionem ſuſcipit, quam Filius ejus Robertus Jeroſolymitanus ampliùs dotavit, juxta Tabulas ſup. editas pag. 1141. 1311

1072. Drogo Morinenſis Epiſcopus Fundationem Abbatiæ de Sonnebeka Canonicorum Regularium, nunc in Diœceſi Iprenſi, factam à Fulpoldo Viro Nobili, confirmat. 1133

1072. & ſeq. Eggebertus, Folſwendis aliique Nobiles dotant Eccleſiam Sancti Salvatoris Harlebaci, tunc noviter Collegiatam Canonicorum. 950

1075. & ſeq. Robertus Friſius Comes Flandriæ, aliique dotant Collegium Canonicorum Harlebacenſe. 951

1075. Philippus I. Francorum Rex fundationem Collegii Canonicorum S. Petri Arienſis à Balduino Inſulano Flandriæ Comite inchoatam, confirmat. 1134

1080. Richeldis Hannoniæ Comitiſſa ejuſque Filius Balduinus Monaſterium Criſpinienſe tradunt Religioſis Benedictinis, eique novas poſſeſſiones tribuunt. 1135

1083. Conradus Comes Luxemburgenſis Munſterienſem Abbatiam in Oppido Luxemburgenſi conſtruit atque dotat. 1135

1085. Robertus Friſius Comes Flandriæ in Eccleſia S. Petri Caſſeti fundat ac dotat Collegium viginti Canonicorum. 1137

1085. Philippus I. Francorum Rex prædictam Roberti Comitis fundationem ſuo Diplomate munit. 1138

1089. Ermentrudis Uxor Balduini Ædificatoris, Hannoniæ Comitis, Monaſterio Criſpinienſi, Ordinis S. Benedicti, tradit ſua bona ſita in Vico de Sebourg. 1139

1090. Gerardus Cameracenſis Epiſcopus Monaſteriolum, dictum Cellam SS. Trinitatis, rogatu Fulberti ac Reineri Clericorum, unit ac ſubjicit Abbatiæ Criſpinienſi Ordinis S. Benedicti. 1139

1090. Radbodus Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis in Cathedrali ſua Tornacenſi fundat Præbendam, donatque Altaria de Templemart & Alchi. 952

1091. Gerardus Morinenſis Epiſcopus confirmat Fundationem Abbatiæ de Eversham Canonicorum Regularium, nunc in Diœceſi Iprenſi, factam à duobus Canonicis Caſſetenſibus. 1140

1093. Urbanus II. Pontifex Abbatiam Criſpinienſem prope Valencenas in Hannonia, Apoſtolicâ donat protectione. 1140

1093. Robertus Friſius Comes Flandriæ Præpoſituram Watanenſem prope Caſſetum, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, fundat, quæ Præpoſitura poſtmodum unita fuit Seculo XVI. Epiſcopatui Audomarenſi, ceſſitque in Domicilium PP. Societatis Jeſu Anglorum. 1141

1093. Ingelranus Lillerii Dominus ejuſque Conjux Emma fundant Abbatiam Hamenſem Ordinis S. Benedicti in Artheſia, inter Lillerium & Ariam, probante Roberto Friſio Flandriæ Comite. 1142

1094. Radbodus Epiſcopus Tornacenſis, concedit Privilegium Abbatiæ S. Martini, Ordinis S. Benedicti Tornaci, ejuſque prima Exordia & Reſtaurationem recenſet ac confirmat. 952

1095. Galcherus Cameracenſis Epiſcopus probat atque confirmat fundationem Abbatiæ Jettenſis, Religioſorum Præmonſt. juxta Bruxellam, quæ nunc etiam dicitur Diligemenſis. 954

1096. Anſellus de Ribodimonte Vir Nobilis ampliùs fundat ac dotat Abbatiam Benedictinorum Aquicinctinam, ſecundo lapide à Duaco. 1144

1100. Clementia, Roberti Flandriæ Comitis Uxor, rogat Abbatem Cluniacenſem, ut curam Abbatiæ S. Bertini Ordinis S. Benedicti ſuſcipiat, eamque ſibi ſubjiciat. 1147

1100. Baldericus Tornacenſis ac Noviomenſis Epiſcopus donat Eccleſiæ ſuæ Cathedrali Altaria de Eſpain, Hollain & Marque. 955

1100. Euſtachius Boloniæ Comes Fundationem Abbatiæ B. M. de Capella Ordinis S. Benedicti, olim ſitæ in Diœceſi Morinenſi, à Parentibus ſuis inchoatam approbat & auget. 1311

1101. Baldericus Epiſcopus Tornacenſis, amotis Sanctimonialibus, Clericos ſeculares in Eccleſia Beatæ Mariæ Brugis reſtituit; ſimulque recenſet Erectionem Collegii Canonicorum inibi factam per Prædeceſſorem ſuum Radbodum Epiſcopum anno 1091. 955

1101. Paſchalis II. Pontifex Epiſcopatum Atrebatenſem ab Urbano II. Prædeceſſore ſuo reſtauratum ejuſque Epiſcopum Lambertum confirmat. 1148

1101. Robertus cognomento Jeroſolymitanus Comes Flandriæ concedit Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, nunc Cathedrali, idem Privilegium Libertatis, quo gaudebat Eccleſia Canonicorum S. Petri Inſulis. 1148

1102. Paſchalis II. Pontifex, confirmat Conſtitutum Balderici Epiſcopi Tornacenſis ac Noviomenſis, de Eccleſia Collegiata B. Mariæ Brugis. 957

1102. Joannes Teruanenſis Epiſcopus in lo-

cum Clericorum ſecularium Regulares inſtituit in Eccleſia S. Martini Ipris, quæ poſtmodum facta fuit Cathedralis. 1149

1103. Balduinus Hannoniæ Comes, & Ida Mater ejus fundant Monaſterium S. Salvii, nunc Abbatiam Ord. Cluniacenſis juxta Valencenas; quod ſuo Diplomate confirmat Manaſſes Archiepiſcopus Remenſis. 957

1106. Odo Cameracenſis Epiſcopus confirmat donationes factas Abbatiæ Jettenſi, nunc Diligemienſi, Ordinis Præmonſtratenſis. 958

1106. Robertus Comes Flandriæ Abbatiam S. Bertini Audomaropoli ſubmittit curæ ſpirituali Abbatis Cluniacenſis in Gallia. 1150

1107. Paſchalis II. Pontifex poſſeſſiones Abbatiæ S. Amandi ſeu Elnonenſis confirmat. 1151

1108. Burchardus Epiſcopus Ultrajectenſis donat Eccleſiæ S. Salvatoris ibidem Jus Patronatûs & Decimas terræ Waſianæ in Flandria. 958

1110. Paſchalis II. Pontifex fundationem Abbatiæ Sonnebecanæ Ordinis S. Auguſtini in Diœceſi olim Morinenſi, nunc Iprenſi, approbat. 1152

1110. Odo Epiſcopus Cameracenſis donat Abbatiæ de Cortemberghe Monialium Ordinis S. Benedicti juxta Bruxellam, Altaria de Cortembergh, Noſſeghem & Quaederebbe. 959

1110. Lambertus Atrebatenſis Epiſcopus fundat Prioratum S. Præjecti (vulgo *S. Prix*) olim juxta, nunc intra Bethuniam in Artheſia, ibique conſtituit Monachos Benedictinos ex Monaſterio Abbatis-villæ in Picardia, quorum loco ſucceſſerunt ex Abbatia S. Bertini in Artheſia. 1313

1112. Odo Cameracenſis Epiſcopus varias Eccleſias liberas, aliaque beneficia concedit Abbatiæ Jettenſi ſeu Diligemienſi, Ordinis Præmonſtratenſis. 959

1112. Baldericus Epiſcopus Tornacenſis Donationem Altaris de Beveren in Waſia pro Eccleſia ſua acceptat; aliaque conſtituit de Vicariis, & de Anniverſariis Canonicorum Tornacenſium. 960

1112. Balduinus & Clementia Comites Flandriæ confirmant Abbati Cluniacenſi regimen Abbatiæ S. Bertini. 1153

1116. Balduinus Comes Flandriæ Privilegia Abbatiæ S. Amandi Elnonenſis confirmat. 1153

1116. Godebaldus Epiſcopus Ultrajectenſis Eccleſiam B. Mariæ Brugis ſibi revendicat, conſtituens Præpoſitum illius debere eligi è gremio Canonicorum Cathedralis Ultrajectinæ, eumdemque Præpoſitum jure ſuo conferre Præbendas in ſua Eccleſia vacantes. 961

1118. S. Ivo Carnotenſis Epiſcopus ſcribens ad Paſchalem II. Pontificem rogat ne Eccleſiam Tornaſem ſeparet à juriſdictione Epiſcopi Noviomenſis. 1154

1119. Calixtus II. Pontifex Abbatiæ S. Amandi privilegia & immunitates concedit. 1155

1120. Carolus Bonus Comes Flandriæ confirmat Jura atque poſſeſſiones Abbatiæ Blandinienſis Ord. S. Ben. Gandavi. 962

1120. Manaſſes & Emma Giſnenſium Comites benefaciunt Abbatiæ S. Leonardi apud Giſnas à ſe recenter fundatæ pro Monialibus Benedictinis, quæ Abbatia inde tranſlata fuit Burburgum in Flandria. 1156

1122. Calixtus II. Pontifex petente Ludovico VI. Francorum Rege decernit Eccleſias Noviomenſem ac Tornacenſem debere manere unitas ſub eodem Epiſcopo. 1157

1122. Lambertus Epiſcopus Tornacenſis ac Noviomenſis, Eccleſiam Collegiatam Beatæ Mariæ Brugis reſtituit Juriſdictioni Epiſcopi Ultrajectenſis. 963

1123. Abbatia Monialium Benedictinarum Ipris, vulgò *Nonnenboſſche*, à Joanne Morinorum Epiſcopo privilegio Exemptionis, & à Carolo Bono Flandriæ Comite bonis plurimis donatur. 1157

1124. Abbatia Aureæ-Vallis Monachorum Ciſtercienſium, nunc Strictioris Obſervantiæ, fundatur ac dotatur per Ottbonem Comitem Ciniacenſem. 1158

1126. Simon Epiſcopus Tornacenſis in ſua Cathedrali inſtituit Præbendam & Officium Hoſpitalarii. 963

1126. Burchardus Cameracenſis Epiſcopus, Monialibus Cortenbergenſibus Ordinis S. Benedicti concedit Jus Patronatûs Eccleſiarum de Hombeke & Leeſt, juxta Mechliniam. 964

1130. Abbas S. Amandi Elnonenſis, Ordinis Sancti Benedicti, init Confraternitatem cum Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ S. Servatii Trajecti ad Moſam. 1159

1130. Simon Tornacenſium ac Noviomenſium poſtremus Epiſcopus duas Majores Vicarias in ſua Cathedrali Tornacenſi inſtituit. 1313

1131. Innocentius II. Pontifex Lobbienſem Abbatiam Ordinis S. Benedicti Privilegiis exornat, atque imprimis declarat, neminem in Eccleſia Abbatiali poſſe humari, propter honorem Reliquiarum S. Petri Apoſtoli, quæ ibidem ſervantur. 1161

1132. Aluiſus Arrebatenſis Epiſcopus & Theodericus Comes Flandriæ fundant ac dotant Prioratum Benedictinorum apud Houdanum in Arthcſia, qui primò pertinuit ad Monachos S. Dionyſii Rhemis, nunc verò ad Lobbienſes in Diœceſi Leodienſi. 1314

1134. Capitulum S. Mariæ Cameracenſe concedit Canonicis S. Rumoldi Mechliniæ Altare de Mechlinia; Donationemque confirmat anno ſequenti Lietardus Epiſcopus. 964

1135. Simon, Sedium unitarum Tornacenſis atque Noviomenſis poſtremus Epiſcopus, conſtituit, Canonicos Tornacenſes ad perſonalem reſidentiam ſub jure-jurando teneri. 965

1138. Innocentius II. Pontifex Diplomate miſſo ad Canonicum Hoſpitalarium Tornaci, confirmat poſſeſſiones Hoſpitalis ibidem. 966

1138. & 1142. Sibylla Flandrorum Comitiſſa, & Milo Teruanorum Epiſcopus, novellæ Abbatiæ de Dunis Monachorum Ciſtercienſium, quæ nunc Brugis exiſtit, benefaciunt. 1315

1139. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus benefacit Abbatiæ Parcenſi Ordinis Præmonſtratenſis juxta Lovanium. 966

1140. Simon Tornacenſis Epiſcopus, recenſet atque confirmat Altaria Eccleſiæ Abbatiali S. Petri Gandavi Ord. S. Benedicti olim conceſſa. 967

1141. Samſon Deſpretz Archiepiſcopus Remenſis Privilegia & poſſeſſiones Canonicorum S. Petri Caſſeti, in Diœceſi Morinenſi, confirmat. 1162

1142. Innocentius II. Pontifex donationes Eccleſiæ Cameracenſi factas, Apoſtolicâ Authoritate confirmat. 1163

1142. Idem Papa Arnulphum Præpoſitum Son-

nebecanum Ordinis S. Auguſtini in Diœceſi Morinenſi Abbatiali dignitate exornat, ejuſque Monaſterii Privilegia confirmat. 1163

1142. Godefridus I. Lotharingiæ, ac Brabantiæ Dux eleëmoſynam tradit Equitibus Templi Jeroſolymitani. 1164

1143. Balduinus dictus Ædificator, Comes Hanoniæ, fundat Abbatiam Viconienſem Ord. Præmonſtr. prope Valencenas. 1165

1145. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus recenſet atque confirmat Donationes factas Abbatiæ Jettenſi, ſeu Diligemienſi juxta Bruxellas. 968

1145. Theodoricus Alſatius Comes Flandriæ dotat Abbatiam Monialium Benedictinarum de *Nonnenboſſche* Ipris. 1166

1146. Eugenius III. Pontifex Epiſcopatum Tornacenſem à Noviomenſi ſeparat atque reſtituit, conſtituto Epiſcopo Anſelmo, antea Abbate S. Vincentii Laudunenſis. 1166

1146. Idem Papa hortatur Epiſcopos Atrebatenſem ac Morinenſem, ut Anſelmum novum Epiſcopum à ſe conſtitutum Tornaei, factâ ſeparatione ab Epiſcopatu Noviomenſi, protegant, & Francorum Regi ac Flandriæ Comiti commendent. 1167

1146. Idem Papa S. Bernardo Abbati Claræ-vallenſi ſignificat, ſe ad ejus inſtantiam dediſſe Tornacenſibus novum Epiſcopum. 1167

1146. Idem ſcribit ad Clerum ac Populum Tornacenſem, & ad Ludovicum VI. Regem Franciæ. 1168 & 1169

1147. Idem Papa confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Diligemienſis juxta Bruxellas. 968

1147. Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis confirmat Donationem Eccleſiarum de Hockenzela, de Wavera & de Scella, factam Capitulo Mechlinienſi à Prædeceſſoribus ſuis. 969

1150. Eugenius III. Pontifex recenſet poſſeſſiones Abbatiæ Lobienſis in Diœceſi Leodienſi, ejuſque privilegia confirmat & ampliat. 1169

1152. Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus donat Abbatiæ Camberonenſi, Religioſorum Ciſtercienſium Athi in Hannonia, Altare de Cambron. 1171

1152. Adrianus IV. Pontifex Eccleſiam de Nameſche prope Namurcum, quæ olim fuerat Collegium ſex Canonicorum, mutat in Prioratum Monachorum Ordinis Cluniacenſis; qui Prioratus dein ſuppreſſus atque unitus fuit Epiſcopatui Namurcenſi. 1172

1154. Fredericus I. Imperator Advocatiam Abbatiæ Parcenſis Ord. Præmonſtratenſis commendat Comiti ſeu Duci Lovanienſi atque Brabantiæ, variaque addit Privilegia. 970

1156. Balduinus cognomento Ædificator, Comes Hannoniæ, approbat fundationem Abbatiæ Camberonenſis, Religioſorum Ciſtercienſium, factam à Viro Nobili Anſelmo de Perona. 1173

1159. Alexander III. Pontifex declarat Samſoni Archiepiſcopo Remenſi, ſe nolle ut Eccleſia Bolonienſis à Morinenſi ſeparetur, propriumque Epiſcopum accipiat. 1174

1160. Godefridus Brabantiæ Dux confirmat Donationem ab Engelberto de Schotis factam Abbatiæ Villarienſi Ordinis Ciſtercienſis in Gallo-Brabantia, de bonis ſitis in Vico de Schooten propè Antverpiam, qui nunc eſt Prioratus ab iſta Abbatia dependens. 971

1160. Theodoricus de Alſatia Comes Flandriæ, Altare B. Mariæ Cortraci tradit Gerardo Epiſcopo Tornacenſi. 1175

1165. Alexander III. Pontifex poſſeſſiones Abbatiæ Dunenſis, Ordinis Ciſtercienſis, olim juxta Maris Littora, nunc Brugis, recenſet atque confirmat. 1315

1165. Gerardus Epiſcopus Tornacenſis donat Capitulo Harlebacenſi Altaria de Molenbeeke, Engelmunſter, Coolſcamp, & Moortſele 971

1167. Philippus Alſatius Comes Flandriæ dat Monachis S. Bavonis Gandavi Decimas Ardenburgi & Inſulæ Cadſandiæ. 972

1170. Gualterus Epiſcopus Tornacenſis è XXX. Præbendis Eccleſiæ ſuæ Cathedralis conſtituit XL. 973

1170. Alexander III. Pontifex Inſtitutionem XL. Canonicorum in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi, factam à Gualtero Epiſcopo, approbat. 973

1171. Rodulphus Leodienſis Epiſcopus concedit Abbati S. Trudonis Ordinis S. Benedicti Eccleſiam Parochialem B. M. Trudonopoli, in qua dein erectum fuit XII. Canonicorum Collegium. 1175

1171. Philippus Alſatius Comes Flandriæ Fratribus Militiæ Templi, nunc Equitibus Melitenſibus, varia Altaria decimaſque largitur; unde nunc exurgit Commendaria de *Slype*, juxta Brugas. 1316

1171. Gualterus Tornacenſium Epiſcopus fundat duas è duodecim Vicariis in Eccleſia ſua Cathedrali. 1317

1172. Alexander III. Pontifex confirmat Abbatiæ Camberonenſi ſuas poſſeſſiones. 1176

1173. Fredericus I. Imperator confirmat Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Sigburgenſis Ordinis Sancti Benedicti prope Bonnam in Diœceſi Colonienſi. 1177

1173. Rodulphus Leodienſis Epiſcopus approbat fundationem factam Geldoniæ ab Ægidio Comite de Duraz pro decem Clericis ſeu Canonicis ibidem Deo ſervituris, ex Ordine Equitum Jeroſolymitanorum deſumendis. 1178

1174. Alexander III. Pontifex confirmat Privilegia & Poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ S. Gudulæ Bruxellis. 1179

1174. Arnulphus de Molembeſu benefacit Fratribus Jeroſolymitanis Geldoniæ apud Eccleſiam S. Medardi in communitate viventibus. 1180

1174. Everardus Epiſcopus Tornacenſis, Abbatiam Thoſanam Religioſorum Ciſtercienſium, altero à Brugis milliari (quæ dein deſiit, unitaque fuit Epiſcopatui Brugenſi) inſtituit. 1317

1175. Ægidius Comes de Duraz Eccleſiam S. Medardi in Geldonia cum pluribus aliis bonis tradit Fratribus Jeroſolymitanis ſive Templariis, quæ bona dein à Templariis tranſierunt ad Equites Melitenſes. 1181

1177. Arnoldus Archiepiſcopus Trevirenſis concedit Abbatiæ S. Trudonis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Leodienſi immunitatem à Teloneo. 974

1177. Philippus Alſatius Comes Flandriæ poſſeſſiones Capituli Canonicorum S. Petri Caſleti confirmat. 1182

1177. Abbas S. Richarii in Pontivio, jus quod habebat in Capellam Thoſanam (vulgò *Doeſt*, nunc in Diœceſi Brugenſi) tranſcribit in Monachos Ciſtercienſes

****

ſtercienſes

Digitized by Google

ſtercienſes recens illic fundatos. 1318

1177. Everardus Tornacenſis Epiſcopus, pro fundata Abbatia Thoſana Religioſorum Ciſtercienſium in *Liſſewegbe* propè Brugas, redimit ab Abbate S. Richarii in Pontivio jus omne quod in præfatum locum *Thoſan* habebat. 1319

1177. Rodulphus Leodienſis Epiſcopus confirmat donationem Eccleſiæ S. Medardi in Geldonia, Gallo-Brabantiæ Oppidulo, quam Ægidius Comes de Duraz cum variis aliis bonis fecit Ordini Equitum Jeroſolymitanorum. 1182

1178. Idem Epiſcopus donum Eccleſiæ ac decimarum de *Dongelbergbe* in Gallo-Brabantia, quod Everardus de Ruez Vir Nobilis fecit Fratribus Jeroſolymitanis, (qui nunc ſunt Equites Melitenſes) iiſdem confirmat. 1183

1178. Reinoldus Archiepiſcopus Colonienſis donat Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ Corpora SS. trium Regum aliaſque Reliquias, quas à Frederico I. Imperatore Mediolani acceperat. 1184

1179. Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis concedit Capitulo S. Pharaïldis Gandavi regimen Scholarum totius Oppidi Gandavenſis, ejuſque ſuburbii. 974

1179. Alexander II. Pontifex confirmat Abbatiæ Parcenſi Eccleſias de Celle, Libbeka, & Roda S. Petri. 975

1180. Rogerius Epiſcopus Cameracenſis confirmat Donationem Juris Patronatûs Eccleſiæ de Campenhout factam à Burchardo ſuo Prædeceſſore Monialibus de Cortembergh. 976

1180. Alexander III. Pontifex Epiſcopo Tornacenſi inhibet, ne aliquem inſtituat Canonicum donec Præbendæ ſemi-plenæ reintegrentur. 976

1180. Philippus Heinsbergius Archiepiſcopus Colonienſis decernit, omnes oblationes ad Altare trium Regum Coloniæ, in uſus & ſupplementum Præbendarum Eccleſiæ Metropolitanæ eſſe convertendas. 1184

1180. Fredericus I. cognomento Barbaroſſa, Imperator, eidem Philippo Heinsbergio Archiepiſcopo Colonienſi, ejuſque Suceeſſoribus concedit Ducatus Weſtphaliæ & Angariæ, quos Henrico Leoni Saxoniæ Duci, ob rebellionem ademerat. 1185

1180. Philippus Alſatius Comes Flandriæ dotat Abbatiam Merckemienſium Monialium Benedictinarum in Diœceſi olim Morinenſi; cujus bona, poſt ejus ſuppreſſionem, ceſſerunt Collegio PP. Societatis Jeſu Ipris. 1319

1181. Lucius III. Pontifex confirmat Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Sigburgenſis Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Colonienſi. 1186

1181. Lucius III. Pontifex confirmat Privilegia Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ S. Germani Montibus Hannoniæ. 1187

1183. Philippus Flandriæ ac Viromandiæ Comes, Brugenſem S. Donatiani Eccleſiam privilegiis atque poſſeſſionibus adauget. 1188

1184. Lucius III. Pontifex recenſet poſſeſſiones Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Brugis, eaſque Privilegio Apoſtolico confirmat. 977

1184. Lucius III. Pontifex Donationes Godefridi I, Henrici I, & Godefridi II. Brabantiæ Ducum, in favorem Equitum Templariorum, confirmat. 1189

1184. Gerardus de Duffle Vir Nobilis donat Ordini Equitum Templariorum varia bona prope Turnhautum in Campinia, quæ bona nunc ſpectant ad Commendatorem de *Braecle*, Ordinis Melitenſis. 1332

1185. Capitulum Eccleſiæ B. Mariæ Cameracenſis donat Jus Patronatûs Eccleſiæ S. Petri in Anderlecht, Capitulo Canonicorum ibidem. 978

1185. Rogerius de Wavrin Cameracenſis Epiſcopus Donationes varias à Walthero de Aa, Viro Nobili, in favorem Capituli Anderlechtenſis juxta Bruxellam factas, confirmat. 979

1185. Godefridus III. Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux Abbatiam Jettenſem, ſeu Diligemenſem Ord. Præmonſt. in protectionem ſuſcipit. 979

1186. Deſiderius Morinorum Epiſcopus approbat Fundationem Abbatiæ Monialium Ciſtertienſium in *Blendecka* prope Audomaropolim in Artheſia. 1190

1188. Godefridus Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux beneficia ab Equitibus Templi Jeroſolymitani recepta eidem Ordini liberaliter rependit, id teſtante Filio ejus Henrico. 1191

1189. Philippus Flandriæ ac Viromandiæ Comes, paciſcitur cum Eccleſia B. Mariæ, nunc Cathedrali, & aliis in Comitatu Cameracenſi exiſtentibus, de Protectione intuitu Gavalli, quod annuatim recipere debeat. Ibid.

1190. Wilhelmus, dictus *ad Albas manus*, Archiepiſcopus Remenſis, & S. R. E. Cardinalis, Decimam de *Lovendegbem* concedit Capitulo Sanctæ Pharaïldis Gandavi. 980

1190. Philippus Flandriæ ac Veromandiæ Comes Privilegia Abbatiæ S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli confirmat, ac nominatim benefacit Præpoſituris de Poperinga & Arcques ab eadem Abbatia depend. ntibus. 1333

1191. Capitulum Metropolitanum Colonienſe conſtituit, octo Præbendas Sacerdotales deinceps in Eccleſia Colonienſi habendas eſſe, & conſtitutum in Ordine Sacerdotali in locum defuncti eligendum. 1192

1192. Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes in Capella ſua Valencenis Capitulum Canonicorum in honorem B. Mariæ Virginis inſtituit; eandemque Parentis ſui Fundationem poſtmodùm confirmat Comes Balduinus. 980

1192. Balduinus de Mauritania Caſtellanus Tornacenſis benefacit Abbatiæ Criſpinienſi Ordinis S. Benedicti in Hannonia. 1193

1192. Balduinus de Lopon Miles, ejuſque Uxor Oda fundant ac dotant Prioratum S. Nicolai de Oignies Canonicorum Regularium Diœceſis olim Leodienſis, nunc Namurcenſis, probantibus Præpoſito & Capitullo Foſſenſi. 1193

1193. Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes fundationem ſuam Capituli Canonicorum in Aula Valencenenſi (ſupra pag. 980.) confirmat & auget. 1320

1194. Joannes Cameracenſis Epiſcopus Abbatem S. Auberti Ordinis Canonicorum Regularium Cameraci ſuum Capellanum conſtituit, eique confert Præbendam in Eccleſia ſua Cathedrali. Quod itidem approbant Capitulum Cathedrale & Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis. 1194. & ſeqq.

1195. Bal-

1195. Balduinus Comes Hannoniæ confirmat Dnnationem ab Fratre ſuo Henrico Seburgi Domino factam Monaſterio S. Landelini in Criſpinio, Ordinis S. Benedicti. 1195

1195. Joannes Cameracenſis Epiſcopus Ceſſionem Altaris Anderlechtenſis à Capitulo ſuo factam, in favorem memorati Canonicorum Collegii, confirmat & approbat. 1196

1195. Henricus I. Brabantiæ & Lotharingiæ Dux præſatam Ceſſionem Altaris Anderlechtenſis ſuo Diplomate confirmat. Ibid.

1196. Stephanus Tornacenſis Epiſcopus conſtituit in Eccleſia ſua leges Forancitatis; quas poſtmodum Cæleſtinus II. & Alexander IV. Romani Pontifices ſervari mandarunt. 1197

1196. Henricus VI. Imperator confirmat Privilegium conceſſum Abbatiæ Sancti Auberti Cameraci. 1199

1196. Albertus Leodienſis Epiſcopus confirmat Fundationem Prioratûs de Oignies. Ibid.

1196. Stephano Tornacenſi Epiſcopo competere jus inſtituendi Presbyterum Parochialem Comminii in Gallo-Flandria, & idem jus ad Succeſſores ejus pertinere, decernitur. 1200

1196. Waltherus Rothomagenſis Archiepiſcopus donat Abbati S. Auberti Cameraci Altare S. Bovæ in Diœceſi Rothomagenſi ſuper Fluvio Ælva. 1201

1197. Innocentius III. Pontifex confirmat Privilegium Joannis Cameracenſis Epiſcopi, de quo ſuprà cap. 85. Ibid.

1197. Stephanus Tornacenſis Epiſcopus decernit Scholaſticum & Hoſpitalarium Eccleſiæ ſuæ debere à Canonicis eligi, eorumque officia ordinat. 981

1197. Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes, pòſt Imperator Conſtantinopolitanus, confirmat poſſeſſiones Abbatiæ Dunenſis Ordinis Ciſtercienſis, quæ nunc eſt Brugis. 1320

1197. Stephanus Tornacenſis Epiſcopus Præbendam in Eccleſia ſua Cathedrali extinguit, ut in communes uſus Capituli convertatur. Quod ipſum confirmat Innocentius II. Pontifex, & Wilhelmus Archiepiſcopus Remenſis. 1201

1198. Idem Stephanus Tornacenſis Epiſcopus in Aula ſua fundat Capellam Epiſcopalem ſub invocatione S. Vincentii. 982

1198. Innocentius III. Pontifex dat Privilegium Canonicis Tornacenſibus, quo non poſſint cogi ſtare juri, niſi coram Epiſcopo vel Decano ſuo. 983

1198. Philippus, cognomento Nobilis, Comes ac Marchio Namurcenſis erigit Decanatum in Eccleſia Collegiata S. Petri in Caſtro Namurcenſi, quod Capitulum dein unitum fuit Cathedrali S. Albani Namurci. 1203

1198. Senatus Populuſque Tornacenſis, immunitatem à vectigalibus concedunt Abbatiæ S. Martini Ordinis S. Benedicti Tornacenſis, ob beneficia ſibi præſtita. 1204

1200. Litteræ Aſſociationis & Confraternitatis inter Abbatiam S. Albani Moguntiæ (quæ tunc erat Benedictinorum, nunc verò Illuſtris Eccleſia Collegiata) & Capitulum S. Albani Namurci, nunc Cathedrale. 1206

1200. Wilhelmus Remenſis Archiepiſcopus S. R. E. Cardinalis ſupprimit Capitulum Canonicorum quod erat in Eccleſia S. Andreæ Elnone, ſeu in Fano S. Amandi, eorumque loco Benedictinos ejuſdem Abbatiæ ſubſtituit. Ibid.

1201. Gerardus Cancellarius Flandriæ Donationem decimæ de Wevelghem à Balduino de Rouſſo in favorem Capituli Harlebacenſis confirmat. 983

1203. Philippus ...... Galliæ Rex Eccleſiam Cathedralem & Epiſcopum Atrebatenſem eximit à jure Regaliæ. 1206

1204. Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus & Comes Flandriæ rogat Philippum Auguſtum Regem Franciæ & Ludovicum ejus Primogenitum, ut fundationem Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Cortraci perficiant. 1207

1204. Hugo de Petraponte Epiſcopus Leodienſis confirmat fundationem Prioratûs de Oignies, Canonicorum Regularium, de quo fol. 1193. 1208

1205. Abbas Eynhamenſis renuntiat omni juri quod in Collegiatam Eccleſiam Eynenſem juxta Aldenardam antea prætenderat. Ibid.

1205. Innocentius III. Pontifex ſupprimit Præpoſituram in Cathedrali Eccleſia Tornacenſi, ſuique Mandati Executores conſtituit Abbates Sancti Amandi, Phalempinienſem, & Sancti Nicolai de pratis. 984

1205. Henricus I. Dux Lotharingiæ inferioris benefacit Monaſterio Cortembergenſi Ordinis S. Benedicti. 985

1209. Goſwinus Epiſcopus Tornacenſis teſtatur Decimam de Templeuve ad ſuam Eccleſiam Cathedralem pertinere. 985

1209. Henricus I. Dux Lotharingiæ ac Brabantiæ confirmat Donationem terræ de Valienpont in Gallo-Brabantia, factam à Francone de Archenna Viro Nobili Fratribus Jeroſolymitanis. 1209

1210. Epiſcopum Tornacenſem habere collationem duarum Præbendarum in Eccleſia B. Mariæ Cortraci, agnoſcit Philippus Marchio Namurcenſis Flandriæ & Hannoniæ Procurator. 1209

1210. Capella B. Mariæ Virginis Bruxellæ, in qua jam dudum fuerat Præpoſitura Benedictinorum ab Abbatia S. Sepulchri Cameracenſi dependens, erigitur in Eccleſiam Parochialem. 986

1210. Henricus I. Brabantiæ ac Lotharingiæ Dux benefacit Monaſterio Oigniacenſi Ordinis S. Auguſtini, de quo ſupra 1193. 1210

1211. Philippus Comes & Marchio Namurcenſis in Eccleſia S. Albani, quæ nunc eſt Cathedralis, viginti Vicarios inſtituit. Ibid.

1214. Joannes de Bethunia Cameracenſis Epiſcopus Abbatiam Premiacenſem Monialium Ordinis S. Auguſtini, quæ nunc eſt Cameraci, eximit à juriſdictione Abbatis Cantimpratani, atque à communione proventuum, bonorum &c. 1211

1215. Abbatia Monialium Ciſtercienſium, quæ nunc eſt in Wevelghem juxta Cortracum, fundatur in vicina Parochia de Moorſele per Joannam Flandriæ Comitiſſam & Margaretam Caſtellanam Aldenardenſem. 1212

1216. Henricus I. Brabantiæ Dux fundat Prioratum Monialium Ciſtercienſium, dictum *Ter-Banck*, juxta Lovanium. 987

1217. Idem Dux benefacit eidem Prioratui ac Leproſario de *Ter-Banck* à ſe fundato. 987

1218. Adam Morinenſis Epiſcopus Privilegia

&

& Poſſeſſiones Canonicorum S. Petri in Monte Caſſeti confirmat. 1213

1218. Joanna Flandriæ Hannoniæque Comitiſſa benefacit Eccleſiæ Collegiatæ S. Pharaïldis, eandemque Capellam ſuam nominat. Eamdem Uxoris ſuæ Donationem dein confirmat Comes Fernandus. 987

1220. Hugo de Petra-ponte Epiſcopus Leodienſis confirmat Fundationem Domûs de Juncis Equitum Theutonicorum, vulgò Dictam *Alde-Bieſen*, propè Trajectum-Moſæ. 988

1220. Henricus I. Brabantiæ Dux confirmat ea quæ Archiepiſcopus Remenſis viſitando Bruxellenſem Eccleſiam S. Gudulæ geſſerat. 989

1225. Honorius III. Pontifex Capitulum Sancti Donatiani Brugis, quod nunc eſt Cathedrale, eximit à Juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis. 989

1226. Henricus I. Dux Brabantiæ ac Lotharingiæ inferioris decimas de *Hombeka* donat Monialibus de *Cortembergh*. 990

1227. Idem Henricus I. Brabantiæ Dux benefacit Abbatiæ Jettenſi ſeu Diligemenſi, Ordinis Præmonſtratenſis. 991

1227. Gregorius IX. Pontifex Prioratui de Oignies Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Diœceſis olim Leodienſis nunc Namurcenſis, varia concedit Privilegia. 1213

1230. Walterus Vicarius Generalis Epiſcopi Cameracenſis conſentit in fundationem Abbatiæ Monialium Ordinis S. Auguſtini in Haſpra, inter Cameracum & Valencenas, quæ dein tranſlata fuit Tornacum, diciturque Abbatia de Pratis. 1215

1231. Litteræ Epiſcopi Tornacenſis, quibus concedit præfatis Monialibus Sacellum Leproſorum in Haſpra. 1215

1231. Boneffiæ in Namurceſio olim fuerat duplex Abbatia Monialinm Ciſtertienſium; quarum una manſit Boneffiæ, poſtmodum in Abbatiam Religioſotum immutata; altera tranſlata ad Fanum S. Deſiderii in Gallia, ſua bona hoc Diplomate tranſcribit. 1216

1231. Gregorius IX. Pontifex Fundationem Monaſterii de Conſilio B Mariæ confirmat. Ibid.

1232. In Eccleſia Collegiata S. Vincentii Sonegiis, haud procul à Montibus Hannoniæ, fuerunt ab antiquo XXXII. Canonicorum Præbendæ, quarum duas ſucceſſivè Comes Hannoniæ, tertiam confert Capitulum. Hanc Præbendam tertiò vacantem non niſi Presbytero conferendam eſſe decernunt Ferrandus & Joanna Comites Flandriæ & Hannoniæ. 1321

1232. Godefridus Epiſcopus Cameracenſis permittit Monialibus de Haſpra Ordinis S. Auguſtini, ut in alium locum commodiorem ſe transferant. 1218

1232. Humbertum Cantuarienſem Archiepiſcopum tradidiſſe Abbatiæ Dunenſi Ordinis Ciſtercienſis in Flandria Eccleſiam de Eiſtkirche cum decimis annexis Inſulæ de Scapeya in Anglia, varii teſtantur. 1322

1232. Joanna Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa juriſdictionem Præpoſiti & Capituli S. Donatiani Brugenſis promovet & auget. 1218

1232. Joannes Epiſcopus Leodienſis donat Decimam de Boneffe in Namurceſio, Monaſterio Sanctimonialium ibidem conſtituto, quod dein mutatum fuit in Abbatiam Religioſorum Ciſtercienſium. 1220

1233. Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini, ex Haſpra transfertur ad Domum Filiarum Dei in Pratis Porcinis, juxta Tornacum, conſentiente Capitulo Tornacenſi. Ibid.

1233. Joannes Appianus Leodienſis Epiſcopus fundat Abbatiam Molinienſem in Comitatu Namurcenſi, ibique inſtituit Moniales Ordinis Ciſtercienſis, quibus dein ſubſtituti fuête Religioſi ejuſdem inſtituti. 1222

1234. Joannes de Brienne, Dominus de *Neder-Linter*, hujus loci Decimam dat Abbatiæ B. Mariæ de Lintris, Virginum Ordinis Ciſtertienſis juxta Thenas. 991

1234. Henricus Dux Brabantiæ ac Lotharingiæ conſenſum præbet præfatæ Donationi. 992

1234. Gregorius IX. Pontifex concedit Regulam Abbatiſſæ & Monialibus de Pratis juxta Tornacum eaſque donat Apoſtolica protectione. 1222

1234. Walterus Tornacenſis Epiſcopus benefacit Monialibus de Pratis. 1224

1235. Abbatia Baudeloënſis Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis (quæ nunc eſt Gandavi) recens erecta ſubjicitur Abbati Cambetonenſi tamquam Patri Abbati. Ibid.

1236. Joannes de Appia Epiſcopus Leodienſis, Donationem Decimæ de *Neder-Linter* in favorem Abbatiæ Lintrenſis Ordinis Ciſtercienſis confirmat. 992

1236. Joannes de Brienne, de quo fol. 1191. renovat ſuam Donationem, probante Henrico Brabantiæ Duce. 993

1237. Petrus Morinenſis Epiſcopus, Donationes quarumdam Eccleſiarum atque poſſeſſionum in ſua Diœceſi, in favorem Capituli Sancti Donatiani Brugenſis, confirmat. 1225

1238. Capitulum Anderlechtenſe cedit Jus Patronatûs Eccleſiæ de *Santberghe* Abbatiſſæ Belliprati Ordinis Ciſtercienſis propè Gerardi-montem. 994

1239. Thomas à Sabaudia Maritus Joannæ Comitiſſæ & heredis Flandriæ, transfert in Epiſcopum Tornacenſem Jus Patronatûs quod habebat in Eccleſiam S. Walburgis Brugis. 994

1240. Waltherus de Marviſio Epiſcopus Tornacenſis, notabilem portionem è Decimis novalibus cedit Capitulo ſuo Tornacenſi, ceſſionemque confirmat Innocentius IV. Pontifex. 994

1244. Walterus de Marviſio, Epiſcopus Tornacenſis, in Eccleſia Collegiata S. Pharaïldis Gandavi, nunc ad S. Nicolaum tranſlata, dignitatem Præpoſituræ reſtaurat. 995

1244. Goſwinus de Nova-villa Miles, donat Abbatiæ Alnenſi Ordinis Ciſtercienſis, in Diœceſi Leodienſi, Decimam Parochiæ S. Medardi in Gallo-Brabantia. 1225

1245. Innocentius IV. Pontifex confirmat poſſeſſiones Monialium Boneffienſium Ordinis Ciſtercienſis in Comitatu Namurcenſi, in quarum locum dein ſucceſſerunt anno 1461. Religioſi ejuſdem Ordinis. 1226

1246. Innocentius IV. Pontifex confirmat donationes factas Abbatiæ Monialium de Pratis Porcinis Tornaci. 1227

1246.

1246. Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Privilegia ac poſſeſſiones Abbatiæ Thoſanæ Ordinis Ciſtercienſis juxta Brugas (quæ nunc deſiit) enumerat ac confirmat. 1322

1246. In Harlebecana Canonicorum apud Flandros Eccleſia, præter Præpoſituram dignitas Decanalis erigitur. 995

1248. Henricus II. Brabantiæ Dux benefacit Eccleſiæ Collegiatæ S. Odæ Rodenſis, in diſtrictu Sylvæducenſi, in eaque erigit Decanum. 1228

1248. Controverſia inter Waltherum Epiſcopum Tornacenſem & Abbatem S. Bertini Ordinis S. Benedicti Audomaropoli, circa Prioratum de Cokelare, olim juxta Brugas, dirimitur. Ibid.

1248. Willelmus Comes Hollandiæ ac Romanorum Rex bona Abbatiæ Thoſanæ Ordinis Ciſtercienſis in Hollandiæ ac Zelandiæ Provinciis ſita, confirmat & in protectionem ſuſcipit. 1324

1249. Waltherus Tornacenſis Epiſcopus confirmat donationes Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ & Joannis de Praet, in favorem novellæ Abbatiæ de Jeruſalem, vulgò Sparmaliæ, Virginum Ciſtercienſium, quæ nunc eſt Brugis. Accedit conſenſus Abbatis S. Quintini in Veromanduis. Ibid.

1250. Arnoldus de Zellaer Scholaſticus Eccleſiæ S. Rumoldi Mechliniæ, fundat illic duodecim Capellanos, qui hodieque vocantur Canonici Zellarienſes. 996

1250. Balduinus Dominus de Commines Fundator Collegii Canonicorum S. Petri in Comminio, jus Patronatûs & collationem Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ cedit Epiſcopo Tornacenſi, quod ratum habet Alexander IV. Pontifex. 1230

1250. Margareta Flandriæ atque Hannoniæ Comitiſſa componit pacem inter Walterum Epiſcopum Tornacenſem & Balduinum Comminii Dominum, ſuper juriſdictione Hoſpitum Epiſcopi, & Collatione juris Patronatûs de Commines in favorem Epiſcopi. 1231

1250. Walterus de Marviſio Epiſcopus Tornacenſis agnoſcit Comitem Flandriæ Advocatum Eccleſiæ de Commines. 1234

1251. Wulfardus de Maelſtede Vir Nobilis donat Capitulo B. M. Cortracenſi jus Patronatûs Eccleſiæ de Hulſt in Flandria. 1235

1251. Walterus de Marviſio Tornacenſis Epiſcopus obligationem ſuſcipiendi Ordines ſacros annectit Cortracenſibus Præbendis, de conſenſu Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ, ejuſdem Eccleſiæ Patronæ. 1234

1251. Godefridus de Lovanio transfert Cœnobium Monialium Minoris Bigardiæ Ordinis Benedicti in Parochiam Leeuwenſem S. Petri juxta Bruxellam. 997

1252. Begginagium Anderlechtenſe fundatur à Willelmo Decano Anderlechtenſi. 998

1253. Innocentius IV. committit Hugonem Cardinalem Legatum ſuum, ad concedendum Henrico Duci Brabantiæ duas tertias Decimarum novalium, in Dominiis ipſius ad culturam redigendarum, quas Decimas idem Dux reſtituit Eccleſiis per ſuum Teſtamentum, quod habetur ſuprà pag. 207. 1235

1254. Hugo ex Ordine FF. Prædicatorum S. R. E. Cardinalis bona & perſonas Begginarum Bruxellenſium Protectione Apoſtolicâ munit. 998

1254. Gerardus & Hugo de Gandavo Viri Nobiles dotant Abbatiam de *Biloka*, dictam Portum Beatæ Mariæ Virginis Monialium Ciſtercienſium Gandavi. 999

1254. Joannes Miles de Dam, dotat Abbatiam de *Ooſt-Eecklo*, Virginum Ordinis Ciſtercienſis, quæ nunc eſt Gandavi. 1000

1255. Arnoldus de Zellaer Scholaſticus Mechlinienſis, auget dotem XII. Capellanorum quos Mechliniæ fundaverat, ſuprà ſol. 996. 1000

1255. Jacobus Attrebatenſis Epiſcopus, Sororibus Converſis amandatis ex Eccleſia de Beaurepaire, inſtituit Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini. 1236

1257. Alexander IV. Pontifex Canonicis Regularibus Frigidi Montis Bruxellæ indulget, ut in Eccleſia S. Gudulæ Bruxellis poſſint Præbendam obtinere. 1001

1257. Capitulum S. Mariæ Antverpienſe, conſentiente Goberto de Peruwez Præpoſito ſuo, decernit ſupprimendam Præpoſituram ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque loco ſubſtituendum Decanum. 1002

1258. Nicolaus Cameraeenſis Epiſcopus confirmat ſundationem factam ab Arnoldo de Zellaer Mechlinienſi Scholaſtico, de qua ſuprà ſol. 996. & 1000. 1003

1260. Idem Nicolaus Epiſcopus conſentit ut in locum Præpoſiti deinceps ſit Decanus in Eccleſia B. Mariæ Antverpiæ, nunc Cathedrali. 1003

1265. Conventio inter Abbatiam Cortenbergenſem Monialium Benedictinarum juxta Bruxellam, & Præpoſituram Vallis Liliorum Monialium Præmonſtratenſium, tunc juxta Mechliniam, ſuper decimis Parochiæ de *Hombeke*. 1004

1268. Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Decimas Parochiæ de Maercke, ſibi à Joanne Aldenardæ Domino conceſſas, donat Capitulo B. Mariæ Cortraci, reſervato tamen ſibi ac Succeſſoribus Comitibus Flandriæ jure Patronatûs. 1236

1269. Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa confirmat Ceſſionem Eccleſiæ S. Gaugerici Valencenis à Priore S. Salvii, in favorem Canonicorum, qui ab Eccleſia Aulæ Comitis ſeſe eò tranſtulerunt. 1237

1270. Joannes Angianus Epiſcopus Tornacenſis, confirmat fundationem factam à Margaretâ Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa in ſavorem Begginagii Brugenſis. 1005

1270. Aleydis Duciſſa Brabantiæ, Fundatrix Monaſterii de *Audergbem* Monialium Ordinis S. Dominici juxta Bruxellam, eidem donat Decimas Vici de *Eckeren* propè Antverpiam. 1005

1271. Joannes I. Brabantiæ Dux Begginagium Bruxellenſe, cui nomen *Vinea*, in protectionem ſuſcipit, eique præſcribi curat Statuta; quæ Petrus Epiſcopus Cameracenſis anno 1323. probavit. 1006

1272. Abbas Sancti Cornelii Indenſis Ordinis S. Benedicti juxta Aquiſgranum vendit Guidoni Comiti Flandriæ Oppidum Rothnacenſe aliaſque Terras in Flandria. 1007

1272. Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa Oppidanis Aldenardenſibus Scabinos & Magiſtratum conſtituit. 1240

1275. Eadem Margareta Comitiſſa Paſtorem

Eccleſiæ S. Gaugerici Valencenis annumerat Canonicis Aulæ Comitis ibidem. Ibid.

1276. Rudolphus de Habſpurg Imperator, Abbatiam Aureæ-Vallis Religioſorum Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi, nunc Obſervantiæ Strictioris, ſuâ Protectione donat eamdemque commendat Philippo III. Regi Francorum. 1241

1280. & ſeqq. Joannes I. Brabantiæ Dux benefacit Equitibus Ordinis Theutonici Domûs Confluentinæ in Germania, ſimulque Domui ſeu Commendariæ de *Pitzemburgh* Mechliniæ à Confluentina dependenti. 1010

1280. Guido Comes Flandriæ & Marchio Namurcenſis concedit Juſtitiam Abbatiæ S. Joannis Ordinis S. Benedicti, olim in Monte Morinenſi in Artheſia; quæ nunc tranſlata eſt in Urbem Iprenſem. 1325

1282. Joannes Dux Lotharingiæ & Brabantiæ varia Privilegia concedit Lovanienſibus. 1334

1284. Martinus IV. Pontifex conſtituit Conſervatorem bonorum Monaſterii Cortembergenſis Monialium Ordinis S. Benedicti Affligemienſem ejuſdem Ordinis Abbatem. 1011

1303. Joannes II. Brabantiæ Dux Begginas Bruxellenſes ſuâ protectione donat, iiſque benefacit. 1011

1308. Gerardus Abbas Eynhamenſis jura & prædia quæ aliquando in *Deurne* ptopè Antverpiam viciniſque in locis poſſidebat, tranſcribit in Abbatem & Conventum S. Michaëlis Antverpiæ. 1012

1311. Henricus Romanorum Imperator Monaſterium Bello-Montanum pro Monialibus Ordinis Sancti Dominici Valencenis, fundat ac dotat. 1012

1312. Robertus de Bethunia Comes Flandriæ Curam Begginagii Gandenſis committit FF. Prædicatoribus ibidem. 1013

1312. Joannes II. Brabantiæ Dux Supremum Brabantiæ Concilium inſtituit, in Cortenberga, qui Vicus Bruxellam inter & Lovanium ſitus eſt. 1013

1314. Exemplum Juramenti præſtiti à Frederico III. Cæſare, quo patet Imperatores eſſe Canonicos Eccleſiæ Colonienſis. 1015

1314. Joannes III. Brabantiæ Dux inauguratur in Oppido Lovanienſi, & ſignat Pacta-Conventa. 1016

1333. Adolphus de Marca Epiſeopus Leodienſis vendit Dominium Mechlinienſe Ludovico Flandriæ ac Nivernii Comiti. 1017

1333. Ludovicus Comes Flandriæ teſtatur in præmiſſa venditione Oppidi Mechlinienſis, reſervatam fuiſſe Epiſcopis Leodienſibus Præpoſituram ſive Abbatiam S. Rumoldi Mechliniæ. 1019

1359. Abbatia de *Groenenbriele*, Monialium Ordinis Sancti Auguſtini è Congtegatione S. Victoris, fundatur Gandavi à Simone Mirabellio, dicto de *Haele*. 1019

1356. Philippi Arboſii Tornacenſis Epiſcopi Ordinatio pro Paſtoribus & Capellanis Eccleſiæ S. Martini Cortraci. 1242

1361. Petrus de Andrea Cameracenſis Epiſcopus in Eccleſia ſua Cathedrali conſtituit XVI. Præbendas Sacerdotales. 1243

1365. Urbanus V. Pontifex prærogativas duodecim Vicariorum Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis recenſet atque confirmat, decernitque eas non cadere ſub gratiis expectativis. 1326

1368. Philippus de Arboſio, è Decano Eccleſiæ S. Donatiani Brugis, Epiſcopus primùm Noviomenſis, dein Tornacenſis, in Brugenſi Eccleſia Præbendam (unam è IV. Minoribus) fundat ac dotat. 1327

1370. Joanna Brabantiæ Duciſſa, dein nupta Wenceſlao Bohemiæ Regis Filio ac Duci Luxemburgenſi, concedit locum ad ædificandum Prioratum Rubeæ-Vallis Canonicorum Regularium in Sylva Sonia propè Bruxellas. 1020

1372. Wenceſlaus & Joanna Brabantiæ & Luxemburgi Duces, coactis Cortembergæ Comitiis Ordinum Brabantiæ, varias leges edunt. Has ſuis Sigillis firmârunt Brabantiæ Proceres, quorum ſola nomina retulit Miræus pag. 324. 1020

1373. Gerardus de Dainville Cameracenſis Epiſcopus, confirmat Fundationem Prioratûs Canonicorum Regularium Rubeæ Vallis, in Sylva-Zoniæ. 1023

1373. Wenceſlaus & Joanna Duces Brabantiæ, varia concedunt Privilegia Oppidanis ſuis Lovanienſibus; atque inter cætera, Jus conſtituendi Magiſtratum ejuſdem Oppidi. 1024

1377. Carolus IV. Imperator committit Protectionem Eccleſiæ Cameracenſis, Epiſcopo Leodienſi, Duci Brabantiæ, Comiti Flandriæ & Aloſti, nec non Hannoniæ ac de Lyncio Comitibus, & Nobilibus de Bellomonte. 1244

1378. Wenceſlaus & Joanna Duces Brabantiæ Motus Lovanienſium componunt, & formam præſcribunt eligendi Magiſtratum Lovanienſem. 1026

1382. Idem Wenceſlaus & Johanna Duces Brabantiæ, Lovanienſes tumultuantes in gratiam recipiunt, intercedente Epiſcopo Leodienſi, & pacem inter eos componunt, ac Privilegium eligendi Conſulem & Magiſtratum confirmant. 1247

1385. Philippus cognomento Audax, Dux Burgundiæ, & Comes Flandriæ, Inſulis Flandrorum inſtituit Cameram Rationum, ſive Conſilium ſuum, inde anno 1409. tranſlatum Gandavum. 1252

1388. Guilielmus de Normannis Epiſcopus Auconitanus atque Adminiſtrator Tornacenſis Theſaurum Sacroſancti Cruoris Brugis in Eccleſia S. Baſilii à ſe viſitatum fuiſſe teſtatur in præſentia plurimorum Epiſcoporum, Abbatum & Nobilium. 1029

1388. Urbanus IV. Pontifex in Urbe Colonienſi inſtituit Univerſitatem Studii Generalis, ad normam Academiæ Pariſienſis. 1253

1390. Clemens VII. Anti-Papa Avenione ſedens, in ſavorem Decani & Canonicorum Tornacenſium ſibi adhærentium contra Urbanum VI. Pontificem Romæ ſedentem, permittit, ut abſentes percipiant fructus ſuorum Beneficiorum in Flandria aliiſque partibus, quæ Urbano VI. adhærebant. 1031

1392. Sententia Florentii à Wevelinchoven Epiſcopi Ultrajectenſis lata (intervenientibus ſex aliis Epiſcopis) in quemdam Frattem Jacobum de Juliaco; eo quod ſuppoſitis falſis Litteris Ordinationis Epiſcopalis aſſumptus in Suffraganeum Ultrajectenſem, integro decennio Sacramenta Ordinis & Confirmationis contuliſſet, aliaque Munia Epiſcopalia obiiſſet. 1032

1392. Bonifacius IX. Omnes libertates, immunitates

nitates, & Privilegia à Prædeceſſoribus ſuis, à Regibus, Principibus, aliiſque, Oppido Lovanienſi conceſſa confirmat. 1254

1398. Maria Brabantica Reinaldi III. Gelriæ Ducis Vidua, ſundat Capitulum XII. Canonicorum Turnhauti in Campinia. 1033

1409. Joannes de Bavaria, Epiſcopus Leodienſis, & Adminiſtrator Epiſcopatûs Cameracenſis, Collegium Canonicorum ab Eccleſia S. Urſmari Lobiis transſert ad Eccleſiam B. Mariæ Oppidi Binchienſis in Hannonia, petente Fratre ſuo Guilielmo Hannoniæ Hollandiæque Comite. 1033

1410. Joannes XXIII. Pontiſex, prædictam tranſlationem Capituli & Reliquiarum ad Oppidum Binchienſe, confirmat. 1034

1411. Hortus concluſus, Præpoſitura Monialium Norbertinarum Herendalii in Campinia Brabantina, fundatur ab Arnoldo de Craeyenhem & Joanna de Steinvoert Conjugibus. 1331

1419. Martinus V. Pontifex Menſæ Capitulari Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ ad Aulam Comitis Valencenis, unit Parochialem Eccleſiam S. Gaugerici ibidem. 1035

1419. Idem Martinus V. Pontiſex dat Privilegium Epiſcopo Tornacenſi, quo Capella S. Vincentii, olim per Stephanum Epiſcopum fundata in Aula Epiſcopali (Tabulis ſupra pag. 982. editis) cadere non poſſit ſub gratia expectativa. 1036

1427. Begginagium Namurci inſtituitur, quod dein ceſſit in Refugium Abbatiæ Boneffienſis, Ordinis Ciſtercienſis, in Namurceſio. 1256

1441. Teſtamentum Philippi Boni Belgarum Principis, Ordinis Aurei Velleris Inſtitutoris &c. factum Rethely, octavâ Decembris. Ibid.

1444. Litteræ Confœderationis quinque Capitulorum, S. Gudilæ Bruxellis, S. Rumoldi Mechliniæ, S. Petri in Anderlecht, S. Gummari Liræ, & S. Petri Turnhauti. Poſtmodum acceſſerunt Capitula B. Mariæ Teneramundanum, & S. Gaugerici Haltrenſe. 1263

1446. Nicolaus V. Pontiſex confirmat Confraternitatem ſeu Conſœderationem ſeptem Capitulorum, de quibus Capite præcedenti. 1264

1460. Philippus Bonus Burgundiæ ac Brabantiæ Dux, Præpoſito Montis Frigidi Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini cedit jus Patronatûs in quaſdam Eccleſias Ducatûs Limburgenſis. 1037

1467. Paulus II. Pontifex Parochialem Eccleſiam S. Gaugerici Valencenis unit Capitulo B. M. ad Aulam Comitis (nunc in dicta Eccleſia S. Gaugerici reſidenti) cum jure conſtituendi Vicarium amovibilem. 1038

1470. Alia Bulla ejuſdem Pauli II. Pontificis data ejuſdem argumenti ut præcedens. 1040

1474. Prodigioſa Probatio Particulæ ligni S. Crucis, quæ Brugis in Eccleſia Collegiata Beatæ Mariæ Virginis aſſervatur, facta. 1041

1474. Sixtus IV. Pontifex ſtatuit ut ad VIII. Præbendas Presbyterales in Eccleſia Metropolitana Colonienſi nemo aſſumatur niſi Doctor S. Theologiæ vel Decretorum aut Legum, vel ſaltem Licentiatus. 1266

1477. Decanus & Capitulum B. Mariæ Antverpienſe, præter ſuam Eccleſiam primariam, quatuor alias recipiunt Eccleſias Parochiales, S. Georgii, S. Walburgis, S. Jacobi, & S. Andreæ. 1042

1493. Joannes de Horne Epiſcopus Leodienſis confirmat ſundationem Capituli S. Petri de Boxtel in Campinia, ſactam ab Henrico de Ranſt Toparcha de Boxtel, quod Capitulum, dein ſubjectum Epiſcopatui Buſcoducenſi, nunc deſiit. 1266

1495. Henricus à Bergis Cameracenſis Epiſcopus Capitulum Canonicorum ab Eccleſia S. Gaugerici in Haeltert transſert Aloſtum ad Eccleſiam S. Martini. 1043

1497. Philippus Pulcher Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. appellat à variis oneribus & gravaminibus, à Romana Curia ſubditis ſuis impoſitis. 1268

1501. Petrus Quicke Epiſcopus Tornacenſis, in Eccleſia S. Salvatoris Brugis inſtituit Capitulum Canonicorum cum Decano. 1271

1503. Philippus Pulcher Burgundiæ Dux & Rex Hiſpaniæ, Conſilium Supremum Mechliniæ conſtituit. 1044

1507. Julius II. Pontifex Abbatiam S. Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi, quæ nunc eſt Eccleſia Cathedralis, eximit à juriſdictione Epiſcopi Tornacenſis. 1046

1509. Maximilianus Imperator ac Princeps Belgii Erectionem Conſilii Provincialis Namurcenſis a ſuis Prædeceſſoribus factam, confirmat & ampliat. 1047

1518. Ludovicus Guillard, Epiſcopus Tornacenſis, erectionem Capituli Canonicorum in Eccleſia S. Salvatoris Brugis, factam anno 1501. à Prædeceſſore ſuo Petro Quicke, confirmat & ampliat. 1272

1522. Wilhelmus vanden Tympel Oppidi Lovanienſis Conſul, ibidem ſundat Abbatiam Virginum Ciſtercienſium, cui nomen Vinea B. Mariæ. 1049

1525. Guilielmus de Croy, Marchio Arſchoti, & Maria de Hamalia Conjuges, fundant ac dotant Heverleënſe Cæleſtinorum (unicum iſtius Ordinis in Belgio) Cœnobium. 1051

1530 Carolus V. Imperator Civitatem Moſætrajectinam in perpetuum unit Ducatui Brabantiæ. 1274

1531. Clemens VII. Pontiſex Canonicorum Collegium in honorem B. Mariæ Virginis inſtituit Hooghſtratæ in Campinia ad inſtantiam Antonii de Lalaing, ejuſque Conthoralis Iſabellæ de Culembourg. 1277

1531. Carolus V. Imperator Luxemburgi inſtituit Conſilium Provinciale. 1282

1532. Robertus de Croy Epiſcopus Cameracenſis Vicariorum Collegium Gelæ in Brabantia conſtituit cum onere Divinum officium decantandi. 1286

1536. Paulus III. Pontiſex Abbatiam S. Bavonis Ordinis Sancti Benedicti Gandavi ſupprimit & è Monachis facit Canonicos ſæculares, & ex bonis ejuſdem Monaſterii erigit inſigne Capitulum, petente Carolo V. Imperatore. 1051

1537. Acta in Seculariſatione Abbatiæ Sancti Bavonis Ordinis S. Benedicti Gandavi ejuſque in Eccleſiam Collegiatam Erectione. Item Proceſſus fulminatus per Joannem Carondelet Archiepiſcopum Panormitanum Præpoſitum S. Donatiani Brugis &c. ſuper Bulla Pauli III. Pontificis, de qua ſupra pag. 1051. 1290

1540. Ale-

1540. Alexander Farneſius S. R.E. Cardinalis, decernit transferendum eſſe Capitulum Canonicorum ab Eccleſia S. Bavonis Gandavi ad Eccleſiam S. Joannis ibidem. 1055

1540. Paulus Pontifex III. Capitulum Canonicorum à ſæculariżatione Abbatiæ Benedictinæ S. Bavonis transfert ab Eccleſia S. Bavonis ad Eccleſiam Parochialem S. Joannis. 1059

1541. Ordinatio Caroli V Cæſaris ſuper obſervatione Cultûs Divini in Eccleſia Collegiata S. Bavonis ad S. Joannem tranſlata Gandavi. 1056

1541. Proceſſus Fulminatus ſuper Bulla Tranſlationis præcedenti per Philippum Nigri Præpoſitum S. Pharaïldis Gandavi. 1061

1550. Carolus V. Imperator Præfecturam Arcis Cameracenſis Filio ſuo Philippo II. Titulo Burgraviatûs concedit, abſque tamen præjudicio jurium Epiſcopi & Eccleſiæ Cameracenſis. 1296

1560. Pius IV. Pontifex Audomaropoli in Artheſia novum erigit Epiſcopatum in locum veteris Morinenſis Epiſcopatûs à paucis annis extincti; cique pro dote aſſignat partem bonorum ejuſdem Eccleſiæ Morinenſis, item Præpoſituram Watanenſem, & Præpoſituram Eccleſiæ B. M. V. Audomaropoli, recens in Cathedralem erectæ. 1298

1560. Pius IV. Pontifex, ſuppreſſo Ipris Monaſterio Canonicorum Regularium S. Martini, Eccleſiam illam conſtituit Cathedralèm; ibidem erigens novum Epiſcopatum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, eique aſſignans pro dote Præpoſituras S. Martini Ipris, S. Walburgis Furnis, & plurima bona Morinenſis Eccleſiæ 1077

1560. Pius IV. Pontifex Eccleſiam Collegiatam S. Albani Namurci erigit in Cathedralem; ibique novum inſtituit Epiſcopatum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Cameracenſis; eidem pro dote aſſignans Abbatiam Floreffienſem Ordinis Præmonſtratenſis in Namurceſio. 1085

1561. Pius IV. Pontifex Eccleſiam S. Bavonis Gandavi erigit in Cathedralem, ibique novum inſtituit Epiſcopatum Suffraganeum Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, cui annectit Dignitatem Abbatis ſæcularis ſeu Præpoſituram ejuſdem Eccleſiæ. 1066

1561. Pius IV. Pontifex, Abbatiam Affligemienſem Religioſorum Ordinis Sancti Benedicti in Brabantia, unit in perpetuum novo Archiepiſcopatui Mechlinienſi à ſe erecto. 1092

1561. Pius IV. Pontifex Prioratum Bierbacenſem juxta Lovanium, olim Ordinis S. Benedicti ſub juriſdictione Abbatiæ Sancti Nicaſii Remis, ſupprimit, ejuſque bona annectit Sacræ Facultati Theologicæ in Academia Lovanienſi. 1093

1566. S. Pius V. Pontifex Abbatiam Floreffienſem Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Namurcenſi, à Prædeceſſore Pio IV. deſtinatam pro dote Epiſcopatûs Namurcenſis, ſub onere annuæ penſionis eximit, eidemque Epiſcopatui annectit Abbatiam S. Gerardi, ſeu Bronienſem Ordinis Sancti Benedicti in eadem Diœceſi. 1098

1566. Suppreſſo Urbis Morinenſis Epiſcopatu, qui erat in Artheſia anno 1553, Palus IV. & Pius IV. poſt factam proventuum Eccleſiaſticorum inter Reges Hiſpaniæ ac Franciæ diviſionem, ex una medietate erexerant Epiſcopatus Iprenſem in Flandria & Audomarenſem in Artheſia: S. Pius V. Pontifex ex altera medietate erigit Epiſcopatum Boloniæ in Picardia, eumque conſtituit Suffraganeum Archiepiſcopatûs Remenſis. 1102

1570. Pius V. Pontifex novam Præpoſituram erigit in Cathedrali Eccleſia Gandavenſi. 1105

1571. Franciſcus Sonnius primus Antverpienſium Epiſcopus in ſua Cathedrali inſtituit ſex Canonicos ſecundæ Fundationis. 1104

1576. Gregorius XIII. Pontifex concedit Archiepiſcopo Cameracenſi, aliiſque Belgii Epiſcopis, facultatem abſolvendi ſubditos ſuos ab hæreſi, rebellione aliiſque gravioribus criminibus. 1305

1585. Reconciliatio Bruxellenſium cum Philippo II. Rege Catholico, à cujus obedientia, utì & à Fide Catholica, defecerant. 1307

1585. Reconciliatio Mechlinienſium cum Philippo II. Rege Catholico. 1309

1591. Gregorius XIV. Pontifex, declarat caſſata eſſe & annullata Privilegia Exemptionis Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis, quatenus militant adverſus juriſdictionem Ordinarii. 1107

1600. Mathias Lambrecht Epiſcopus Brugenſis, in Eccleſia Collegiata S. Salvatoris Brugis, numerum XX. Canonicorum reducit ad XII. factâ ſuppreſſione octo Præbendarum. 1108

1618. Capitulum Canonicorum S. Pharaïldis Gandavi transfertur in Parochialem Eccleſiam S. Nicolai ibidem. 1109

1623. Urbanus VIII Pontifex confirmat Declarationes Sacræ Congregationis; quibus Eccleſiæ Cathedralis Atrebatenſis Privilegia & Exemptiones à juriſdictione Ordinarii caſſata & annullata fuerunt. 1112

1639. Gaſpar Nemius VI. Antverpienſium Epiſcopus, diviſionem Plebaniæ Cathedralis Eccleſiæ ſuæ pro duobus Paſtoribus, jam ab anno 1614. factam à Prædeceſſore Joanne Maldero, confirmat & latiùs explicat, adjectis Conditionibus. 1115

1631. Jacobus Boonen IV. Mechlinienſium Archiepiſcopus Patres Oratorii Domini Jeſu Chriſti, è Congregatione Cardinalis Berullii, è Francia in Belgium evocat, atque ſtabilit. 1116

1558. Gaſpar Nemius Archiepiſcopus Cameracenſis D. Internuntio exponit ſtatum Eccleſiæ B. Mariæ & S. Martini Hallis in Hannonia. 1118

1659. Alexander VII. Pontifex Paſtoratum Eccleſiæ S. Martini Hallis Deiparæ unit Perſonatui ſeu Rectoratui Collegii Societatis Jeſu ejuſdem Oppidi. 1120

1674. Marius Ambroſius Capello, ex Ordine FF. Prædicatorum, VII. Epiſcopus Antverpienſis, fundat ac dotat Seminarium Paſtorum Antverpiæ. 1122

1686. Petrus vanden Perre Epiſcopus Namurcenſis in Eccleſia Collegiata B. Mariæ Namurci, numerum XVIII. Canonicorum reducit ad XII. factâ ſuppreſſione ſex Præbendarum. 1124

FINIS.

INDEX GENERALIS

Capitulorum, Abbatiarum, Præpoſiturarum, Prioratuum, aliorumque Monaſteriorum, de quibus extant Diplomata in Operibus AUBERTI MIRÆI, & in Supplementis Diplomaticis.

A

ABBATIS-VILLÆ Prioratus Monachorum Cluniacenſium in Gallia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 173 *pag.* 1313

AFFLIGEMIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Mechlinienſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 62 *pag.* 73 *cap.* 67 *pag.* 77 *cap.* 79 *pag.* 89 *cap.* 98 *pag.* 106 *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 49 *pag.* 170 *cap.* 50 *pag.* 171 *cap.* 58 *pag.* 179 *Donat. Belg. lib. I cap.* 44 *pag.* 375 *cap.* 67 *pag.* 392 *Lib. II cap.* 48 *pag.* 534 *cap.* 73 *pag.* 557 *cap.* 139 *pag.* 610 *Notit. Eccl. cap.* 52 *pag.* 670 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 19 *pag.* 817 *cap.* 37 *pag.* 830 *cap.* 63 *pag.* 848 *cap.* 70 *pag.* 852 *part. II cap.* 116 *pag.* 1011 *part. II cap.* 159 *pag.* 1092

S. AGERICI Abbatia Benedictinorum in Lotharingia. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 41 *pag.* 164

AICURIENSE Capitulum. Vide Lovanienſe S. Jacobi.

ALCIACENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 104 *pag.* 317 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 23 *pag.* 820 *cap.* 46 *pag.* 837

ALDE-BIESEN, Commendaria Ordinis Teutonici propè Trajectum-Moſæ. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 85 *pag* 988

ALDENBURGENSIS Abbatia Benedictinorum juxta Brugas. *Diplom. Belgic. lib. II cap.* 57 *pag.* 285 *Donat. Belg. cap.* 50 *pag.* 380 *Notit. Eccl. cap.* 66 *pag.* 679 *cap.* 67 *pag.* 680

ALNENSIS Abbatia Monachorum Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 27 *pag.* 823 *part. III cap.* 127 *pag.* 1223

ALOSTENSE Canonicorum Collegium in Diœceſi Mechlinienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 10 *pag.* 811 *part. II cap.* 145 *pag.* 1043 *part. III cap.* 154 *pag.* 1264

ALTIMONTENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 57 *pag.* 544 *Notit. Eccl. cap.* 92 *pag.* 702

S. AMANDI ſeu Elnonenſis Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Tornacenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 4 *pag.* 8 *Dipl. Belg. lib. I cap.* 1 *pag.* 123 *cap.* 3 *pag.* 125 *Donat. Belg. lib. I cap.* 2 *pag.* 334 *cap.* 46 *pag.* 377 *Notit. Eccl. cap.* 73 *pag.* 684 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 31 *pag.* 1151 *cap.* 35 *pag.* 1153 *cap.* 37 *pag.* 1155 *cap.* 42 *pag.* 1159 *cap.* 101 *pag.* 1206

S. AMANDINUM Capitulum Canonicorum olim in Diœceſi Tornacenſi, S. Andreæ ſacrum. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 101 *pag.* 1206

AMERSFORTENSE Canonicorum Collegium, in Diœceſi Ultrajectina, quod deſiit. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 109 *pag.* 884

ANDANENSE Capitulum Nobilium Canonicarum in Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 75 *pag.* 196 *Donat. Belg. lib. I cap.* 35 *pag.* 368

ANDERLECHTENSE Canonicorum Collegium juxta Bruxellam. *Notit. Eccl. cap.* 39 *pag.* 662 *cap.* 43 *pag.* 665 *cap.* 45 *pag.* 666 *cap.* 100 *pag.* 708 *cap.* 103 *pag.* 710 *cap.* 104 *pag.* 711 *cap.* 149 *pag.* 737 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 69 & 70 *pag.* 978 & 979 *cap.* 94 *pag.* 994 *part. III cap.* 89 & 90 *pag.* 1196 *cap.* 153 *pag.* 1263 & 1264

S. ANDREÆ Abbatia Benedictinorum juxta Brugas. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 40 *pag.* 272 *cap.* 41 *pag.* 273 *cap.* 58 *pag.* 286 *cap.* 59 *pag.* 286 *cap.* 61 *pag.* 288

S. ANDREÆ Abbatia Benedictinorum in Caſtello Cameraceſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 45 *pag.* 55 *cap.* 46 *pag.* 56

ANDRENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Bolonienſi. *Donat. Belg. lib. I cap* 23 *pag.* 354 *cap.* 33 *pag.* 367 *cap.* 39 *pag.* 372 *cap.* 41 *pag.* 373 *cap.* 45 *pag.* 376 *cap.* 52 *pag.* 381 *cap.* 53 *pag.* 382 *cap.* 56 *pag.* 384 *cap.* 76 77 78 *pag.* 398 & 399 *cap.* 83 *pag.* 404 *lib. II cap.* 50 *pag.* 536 *cap.* 56 *pag.* 544 *cap.* 63 *pag.* 551 *cap.* 78 *pag.* 560 *cap.* 85 & 86 *pag.* 566 *cap.* 91 *pag.* 569 *cap.* 98 *pag* 574 *Notit. Eccl. cap.* 109 *pag.* 714 *cap.* 143 & 144 *pag.* 735

ANGLICURA Præpoſitura Monachorum S. Vedaſti, ſita in Gallia. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 29 *pag.* 149 *lib. II cap.* 31 *pag.* 265

ANTVERPIENSE Capitulum Cathedrale B. M. V. *Cod. Don. Piar. cap.* 6 *pag.* 10 *cap.* 7 *pag.* 11 *cap.* 74 *pag.* 83 *cap.* 77 *pag.* 86 *cap.* 78 *pag.* 87 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 55 *pag.* 175 *cap.* 63 *pag.* 184 *lib. II cap.* 49 *pag.* 279 *cap.* 63 *pag.* 289 *cap.* 68 *pag.* 293 *cap.* 69 & 70 *ibid. cap.* 73 *pag.* 296 *cap.* 100 *pag.* 315 *cap.* 103 *pag.* 316 *Donat. Belg. lib. II cap.* 99 *pag.* 574 *cap.* 108 *pag.* 580 *cap.* 109 *pag.* 581 *cap.* 112 *pag.* 582 *cap.* 125 *pag.* 592 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 125 *pag.* 921 *part. II cap.* 107 *pag.* 1002 *cap.* 109 *pag.* 1003 *cap.* 144 *pag.* 1042 *cap.* 165 *pag.* 1107 *cap.* 169 *pag.* 1115 *cap.* 172 *pag.* 1122

ANTVERPIENSE Capitulum Canonicorum S. Jacobi. *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 144 *pag.* 1043

ANTVERPIENSE Capitulum minorum Canonicorum in Cathedrali. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 163 *pag.* 1104

ANTVERPIENSIS Epiſcopatûs Erectio. *Donat. Belg. lib. I cap.* 157 *pag.* 476

AQUALIÆ, vulgò Aiwaille, Prioratûs olim Benedictinorum in Ducatu Luxemburgenſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 25 *pag.* 358

AQUARUM-CURTARUM, vulgò Eaucourt, Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 47 *pag.* 169

AQUICINCTINA Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 40 *pag.* 163 *cap.* 48 *pag.* 170 *Supplem. Dipl. part. I cap.* 13 & 14 *pag.* 813 *part. III cap.* 25 *pag.* 1144

AQUISGRANENSE Capitulum Canonicorum B. M. V. in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 11 *pag.* 14 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 115 *pag.* 137 *Donat. Belg. lib. I cap.* 6 *pag.* 337 *cap.* 34 *pag.*

367 *cap.* 59 *pag.* 386 *lib. II cap.* 8 *pag.* 496 *cap.* 19 *pag.* 506 *cap.* 36 *pag.* 523 *cap.* 57 *pag.* 544 *cap.* 109 *pag.* 581 *Notit. Eccl. cap.* 11 *pag.* 643

AQUISGRANENSE Capitulum Canonicorum S. Adalberti in Diœc. Leod. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 28 *pag.* 149

ARCHIEPISCOPATUS in Belgio erecti. *Donat. Belg. lib. I cap.* 156 *pag.* 472 Mechlinienſis *Donat. Belg. lib. II cap.* 139 *pag.* 610 *& Suppl. Dipl. part. II cap.* 159 *pag.* 1092 Ultrajectinus *Donat. Belg. cap.* 140 *pag.* 618

ARDEMBURGENSE Canonicorum Collegium in Diœceſi Brugenſi, quod deſiit. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 100 *&* 101 *pag.* 877 *part. II cap.* 60 *pag.* 972

ARDRENSE Capitulum Canonicorum S. Audomari in Diœceſi Bolonienſi. *Diplom. Belg. lib. I. cap.* 37 *pag.* 158 *cap.* 59 *pag.* 179

ARDRENSIS Abbatia Religioſorum Ordinis Præmonſtratenſis in Diœceſi Bolonienſi. *Dipl. Belg. lib. I cap.* 37 *pag.* 158 *cap.* 59 *pag.* 179

ARGENTONIENSIS Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis in Brabantia ac Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 83. 84 *&* 85 *pag.* 302 *&* 303

ARIENSE Capitulum Canonicorum S. Petri in Diœceſi Audomarenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 65 *pag.* 186 *cap.* 66 *pag.* 188 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 14 *pag.* 1134

S. ARNULPHI Abbatia Benedictinorum Metis in Lotharingia. *Notit. Eccl. cap.* 24 *pag.* 652 *cap.* 51 *pag.* 670

AROASIENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 44 *pag.* 167

ARSCHOTANUM Canonicorum Capitulum in Diœceſi Mechlinienſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 150 *pag.* 460

ATHENSIS Abbatia Monialium Ordinis Ciſtercienſis, dicta Refugium B. M. in Diœceſi Cameracenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 82 *pag.* 201

ATREBATENSE Capitulum Cathedrale B. M. V. *Cod. Don. Piar. cap.* 65 *pag.* 76 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 10 *pag.* 248 *cap.* 39 *pag.* 271 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 168 *pag.* 1112 *part. III cap.* 27 *pag.* 1148 *cap.* 102 *pag.* 1207

S. AUBERTI Abbatia Canonicorum Regularium Cameraci. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 36 *pag.* 157 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 85. 86 *&* 87 *pag.* 1194 *cap.* 92 *pag.* 1199 *cap.* 95 *&* 96 *pag.* 1201

AUDOMARENSE Capitulum B. M. V. Cathedrale. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 166 *pag.* 1298

AUDOMARENSES Epiſcopi. *Pag.* 1304

AVERBODIENSIS Abbatia Religioſorum Ordinis Præmonſtratenſis in Brabantia. *Cod. Donat. Piar. cap.* 90 *pag.* 100 *cap.* 91 *pag.* 100 *cap.* 92 *pag.* 101 *cap.* 93 *pag.* 102 *cap.* 94 *pag.* 102 *Donat. Belg. lib. I cap.* 87 *pag.* 407 *cap.* 88 *pag.* 408 *Notit. Eccleſ. cap.* 91 *pag.* 700 *cap.* 136 *pag.* 731

S. AUGUSTINI Abbatia Religioſorum Ordinis Præmonſtratenſis juxta Teruanum in Artheſia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 68 *pag.* 393

AUGUSTINIANORUM Cœnobium Brugis. *Notit. Eccleſ. cap.* 205 *pag.* 774

AUGUSTINIANORUM Cœnobium Haſſeleti. *Notit. Eccleſ. cap.* 209 *pag.* 778

AUGUSTINIANORUM Cœnobium Tornaci. *Donat. Belg. lib. II cap.* 130 *pag.* 597

AUGUSTODUNENSE Capitulum Cathedrale in Gallia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 3 *pag.* 335

AUREA-VALLIS Abbatia Monachorum Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 41 *pag.* 1158 *cap.* 143 *pag.* 1241

B

BARISIACUS Prioratus Benedictinorum in Gallia, olim dependens ab Abbatia S. Amandi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 3 *pag.* 125

BASSIONENSIS S. Petri Prioratus Benedictinorum in Burgundia. *Notit. Eccl. cap.* 50 *pag.* 669.

BAUDELOENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Gandavi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 120 *pag.* 430 *cap.* 121 *pag.* 431 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 125 *pag.* 1224

S. BAVONIS Abbatia Benedictinorum Gandavi, nunc Eccleſia Cathedralis Canonicorum. *Cod. Don. Piar. cap.* 14 *pag.* 18 *cap.* 19 *pag.* 26 *cap.* 33 *pag.* 42 *cap.* 36 *pag.* 46 *cap.* 38 *pag.* 49 *Donat. Belg. lib. I cap.* 14 *pag.* 344 *cap.* 17 *pag.* 347 *cap.* 19 *pag.* 348 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 100 *&* 101 *pag.* 877 *part. II cap.* 60 *pag.* 972 *cap.* 147 *pag.* 1046. Vide ſuperiùs de Gandavenſi Capitulo Cathedrali.

BEAUREPAIRE. Vide infra Bellus Reditus.

BEAUREPAIRE Prioratus Canonicorum Regularium in Hannonia, dependens ab Abbatia Ciſonienſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 138 *pag.* 1236

BEGGINAGIUM Anderlechtenſe. *Suppl. Diplom. part. II cap.* 101 *pag.* 998

BEGGINAGIUM Antverpienſe. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 100 *pag.* 215

BEGGINAGIUM Bredanum. *Notit. Eccl. cap.* 202 *pag.* 773

BEGGINAGIUM Brugenſe. *Notit. Eccleſ. cap.* 114 *pag.* 717 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 111 *pag.* 1005

BEGGINAGIUM Bruxellenſe. *Suppl. Diplom. part. II cap.* 102 *pag.* 998 *cap.* 113 *pag.* 1006 *cap.* 117 *pag.* 1011

BEGGINAGIUM Dieſtenſe. *Notit. Eccleſ. cap.* 195 *pag.* 768

BEGGINAGIUM Gaudenſe. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 120 *pag.* 1013

BEGGINAGIUM Leodienſe. *Donat. Belg. lib. I cap.* 118 *pag.* 429 *cap.* 119 *pag.* 430

BEGGINAGIUM Namurcenſe, olim. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 151 *pag.* 1256

BEGGINAGIUM Valencenenſe. *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 73 *pag.* 855

BEGGINAGIUM Vilvordienſe. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 26 *pag.* 948

BELLINGEMIUM Abbatia Canonicorum Regularium propè Hallas Hannoniæ. Vide Cantimpratum. *Notit. Eccleſ. cap.* 156. *pag.* 741

BELLOVACENSE Capitulum Cathedrale in Gallia. *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 29 *pag.* 149

BELLUM-PRATUM Abbatia Monialium Ciſtercienſium propè Gerardi-montem in Diœceſi Mechlinienſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 102 *pag.* 418 *Notit. Eccleſ. cap.* 164 *pag.* 747 *cap.* 175 *pag.* 754 *cap.* 177 *pag.* 755 *cap.* 197 *pag.* 770 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 94 *pag.* 994.

BELLUM-PRATUM, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Lotharingia. *Notit. Eccl. cap.* 87 *pag.* 698.

BELLUM-FAGETUM, vulgò Beaufaye, Prioratus Canonicorum Regularium propè Leodium *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 18 *pag.* 816 *cap.* 56 *pag.* 844.

BELLUS REDITUS, vulgo Beaurepaire, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium Leodii. *Donat. Belg. lib. I. cap.* 132 *pag.* 439 *Supplem. Dipl. cap.* 98 *pag.* 872.

S. BENIGNI Abbatia Canonicorum Regularium Divione in Burgundia. *Donat. Belg. lib. I. cap.* 20 *pag.* 351.

BERGIZOMENSE Canonicorum Collegium in Diœceſi Antverpienſi, quod deſiit. *Notit. Eccleſ. cap.* 122 *pag.* 785.

S. BERNARDI ad Schaldim, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Antverpienſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 103 *pag.* 115 *cap.* 105 *pag.* 116 *cap.* 106 *pag.* 117 *Donat. Belg. lib. II. cap.* 104 *pag.* 578 *Notit. Eccl. cap.* 170 & 171 *pag.* 751 *cap.* 189 *pag.* 763 *cap.* 194 *pag.* 767 *cap.* 196 *pag.* 769 *Supplem. Diplom. cap.* 88 *pag.* 864 *cap.* 90 *pag.* 865 *cap.* 99 *pag.* 873 *cap.* 106 *pag.* 883 *cap.* 108 *pag.* 884

BERNENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, olim in Diœceſi Sylvæducenſi, nunc Vilvordiæ. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 53 *pag.* 173 *Lib. II. cap.* 55 *pag.* 290 *cap.* 56 *pag.* 291

S. BERTINI Abbatia Benedictinorum Audomaropoli. *Cod. Donat. Piar. cap.* 3 *pag.* 7 *cap.* 69 *pag.* 79 *cap.* 75 *pag.* 84 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 6 *pag.* 128 *Donat. Belg. lib. II cap.* 7 *pag.* 495 *cap.* 9 *pag.* 497 *Notit. Eccleſ. cap.* 181 *pag.* 756 *Supplem. Diplom. part. II à cap.* 1 *uſque ad* 10 *pag.* 925 & *ſequentibus. part. III cap.* 26 *pag.* 1147 *cap.* 30 *pag.* 1150 *cap.* 34 *pag.* 1153 *cap.* 131 *pag.* 1228 *cap.* 173 *pag* 1313 *cap.* 196 *pag.* 1333

BERTREYE Prioratus Monachorum Ordinis Cluniacenſis in Gallo-Brabantia, nunc deſtructus. *Donat. Belg. lib. I cap.* 43 *pag.* 374 *Supplem. Diplom. part. II. cap.* 158 *pag.* 1085 & 1087

BETHUNIENSE Capitulum Canonicorum S. Bartholomæi in Diœceſi Atrebatenſi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 23 *pag.* 943

BIERBEECK, olim Prioratus Benedictinorum juxta Lovanium, dein incorporatus Facultati Theologicæ Lovanienſi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 160 *pag.* 1093

BIGARDIA Major, Abbatia Benedictinarum Nobilium prope Bruxellam. *Cod. Donat. Piar. cap.* 88 *pag.* 98

BIGARDIA Minor, Prioratus Benedictinarum prope Bruxellam. *Donat. Belg. lib. I cap.* 104 *pag.* 420 *cap.* 105 *pag.* 421 *cap.* 108 *pag.* 423 *Notit. Eccleſ. cap.* 198 *pag.* 771 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 100 *pag.* 997

BILOKA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Gandavi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 103 *pag.* 999

BINCHIENSE B.M.V. Capitulum Canonicorum in Diœceſi Cameracenſi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 135 *pag.* 1033 *cap.* 136 *pag.* 1034

BLANDINIENSIS Abbatia Benedictinorum. Vide S. Petri Gandavi.

BLANGIACENSIS Abbatia Benedictinorum in Artheſia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 8 & 9 *pag.* 1130

BLENDECKA Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Audomarenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 79 *pag.* 1190

BOLONIENSE Capitulum Cathedrale, in Gallia. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 162 *pag.* 1102 *part. III cap.* 60 *pag.* 1174

BONEFFIENSIS Abbatia in Diœceſi Namurcenſi, primo Sanctimonialium, dein Religioſorum Ciſtercienſium. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 116 *pag.* 1216 *cap.* 120 *pag.* 1220 *cap.* 128 *pag.* 1226 *cap.* 151 *pag.* 1256

BORNEMIENSIS, olim Abbatia Canonicorum Regularium, nunc Prioratus Benedictinorum ſub Abbatia Affligemienſi, ſitus in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap* 45 *pag.* 168 *cap.* 46 *pag.* 168 *cap.* 49 *pag* 170 *cap.* 50 *pag.* 171 *Donat. Belg. lib. I cap.* 35 *pag.* 371 *cap.* 107 *pag* 422 *lib. II cap.* 31 *pag.* 519

BOURBOURGENSIS Abbatia Benedictinarum in Diœceſi Audomarenſi *Supplem. Diplom. part. III cap.* 38 *pag.* 1156

BOXTELLENSE S. Petri Canonicorum Collegium in Diœceſi Sylvæducenſi, quod deſiit. *Donat. Belg. lib. I cap.* 154 *pag.* 466. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 156 *pag.* 1029

BRAECKEL, Commendaria Ordinis Melitenſis in Campinia ac Diœceſi Sylvæducenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 195 *pag.* 1332

BRAELENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Atrebatenſi. *Donat. Belg. lib. cap.* 72 *pag.* 557

BREDANUM B. M. V. Canonicorum Collegium in Diœceſi Antverpienſi, quod deſiit. *Donat. Belg. lib. I cap.* 137 *pag.* 444 *Notit. Eccl. cap.* 221 *pag.* 784

BRONIENSIS Abbatia Benedictinorum. Vide S. Gerardi.

BRUGENSE Capitulum Cathedrale S. Donatiani *Cod. Don. Piar. cap.* 16 *pag.* 22 *cap.* 34 *pag.* 43 *Donat. Belg. lib. I cap.* 26 *pag.* 359 *cap.* 106 *pag.* 421 *lib. II cap.* 65 *pag.* 552 *cap.* 71 *pag.* 556 *Notit. Eccl. cap.* 113 *pag.* 716 *cap.* 151 *pag.* 739 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 120 *pag.* 903 *part. II cap.* 87 *pag.* 989 *cap.* 95 *pag.* 994 *part. III cap.* 28. *pag.* 1148 *cap.* 119. *pag.* 1218 *cap.* 126 *pag.* 1225

BRUGENSE Capitulum Canonicorum B. M.V. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 28 *pag.* 949 *cap.* 36 *pag.* 955 *cap.* 37 957 *cap.* 44 *pag.* 961 *cap.* 46 *pag.* 963 *cap.* 68 *pag.* 977 *cap.* 143 *pag.* 1031

BRUGENSE Capitulum Canonicorum S. Salvatoris. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 166 *pag.* 1108 *part. III cap.* 158 & 159 *pag.* 1271 & *ſeq.*

BRUGENSIS Capella S. Baſilii ſeu Sacri Cruoris. *Donat. Belg. lib. II cap.* 65 *pag.* 552 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 132 *pag.* 1029

BRUGENSIS Epiſcopatûs Erectio. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 120 *pag.* 903

BRUXELLENSE Capitulum Majus Canonicorum Sanctæ Gudulæ in Diœceſi Mechlinienſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 47 *pag.* 57 *cap.* 48 *pag.* 58 *cap.* 89 *pag.* 99 *Donat. Belg. lib. II Cap.* 92 *pag.* 570 *cap.* 141 *pag.* 624 *Cap.* 142 *pag.* 625 *Notit. Eccl. cap.* 71 *pag.* 683 *cap.* 192 *pag.* 766 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 86 *pag.* 989 *cap.* 106 *pag.* 1001 *part. III cap.* 66 *pag.* 1179 *cap.* 77 *pag.* 1188 *cap.* 153 *pag.* 1263 & 1264

BRUXELLENSE Capitulum minus Canonicorum in S. Gudula. *Diplom. Belg. lib. I. cap.* 80 *pag.* 200

BULLONIENSIS S. Petri, Prioratus Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 66 *pag.* 76 *Notit. Eccl. cap.* 70 *pag.* 682

C A M-

Digitized by Google

C

CAMBERONA Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Cameracenſi. *Supplem. Dipl. part. III. cap.* 56 & 57 *pag.* 1171 *cap.* 59 *pag.* 1173 *cap.* 63 *pag.* 1176

CAMERA Abbatia Monialium Ciſtercienſium juxta Bruxellam. *Donat. Belgic. lib. I cap.* 79 *pag.* 400 *cap.* 80 *pag.* 401 *cap.* 103 *pag.* 419 *lib. II cap.* 110 *pag.* 581 *cap.* 111 *pag.* 582 *Notit. Eccleſ. cap.* 139 *pag.* 733 *cap.* 162 *pag.* 745

CAMERACENSE Capitulum Metropolitanum B. M. V. *Cod Don. Piar. cap.* 64 *pag.* 75 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 26 *pag.* 148 *cap.* 27 *pag.* 148 *cap.* 60 *pag* 180 *cap.* 61 *pag.* 182 *cap.* 113 *pag.* 234 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 7 *pag.* 930 *cap.* 12 *pag.* 935 *cap.* 13 *pag.* 936 *cap.* 14 *pag.* 937 *Part. III cap.* 4 & 5 *pag* 1127 & 1128 *cap.* 44 *pag.* 1163 *cap.* 81 *pag.* 1191 *cap.* 145 & 146 *pag.* 1243 *cap.* 165 *pag.* 1296

CAMERACENSE Capitulum Canonicorum Sancti Gaugeriei. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 16 *pag.* 938

CAMERACENSE Capitulum Canonicorum Sanctæ Crucis. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 29 *pag.* 950

CAMPUS Vetus Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Colonienſi *Diplom. Belg. lib. II cap.* 44 *pag.* 275 *Donat. Belg. lib. I cap.* 111 *pag.* 424

CANTIMPRATUM Abbatia Canonicorum Regularium, olim prope Cameracum, nunc prope Hallas Hannoniæ. *Notit. Eccl. cap.* 111 *pag.* 715 *cap.* 112 *pag.* 716 *cap.* 115 *pag.* 718 *cap.* 133 *pag.* 730 *cap.* 137 & 138 *pag.* 732 *cap.* 148 *pag.* 737 *cap.* 156 *pag.* 741 *cap.* 173 *pag.* 752 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 110 *pag.* 1211

CAPELLA B. M. V. Præpoſitura Benedictinorum Bruxellis. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 54 *pag.* 174 *Notit. Eccl. cap.* 77 *pag.* 687 *cap.* 81 *pag.* 690 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 81 *pag.* 986

CAPELLENSIS Abbatia Benedictinorum, olim in Diœceſi Morinenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 172 *pag.* 1311

CAPRIMONTENSE Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Leodienſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 17 *pag.* 253 *Donat. Belg. lib. II cap.* 16 *pag.* 504 *cap.* 19 *pag.* 506

CAROFENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 23 *pag.* 354

CARUS Campus Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Artheſia ac Diœceſi Ambianenſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 21 *pag.* 819

CARTHUSIA Bruxellenſis. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 111 *pag.* 231

CARTHUSIA Ruræmundana. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 113 *pag.* 890

CASLETENSE Capitulum Canonicorum S. Petri in Diœceſi Iprenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 17 & 18 *pag.* 1137 & 1138 *cap* 43 *pag.* 1162 *cap.* 69 *pag.* 1182 *cap.* 112 *pag.* 1213

CASTELLUM Dei, vulgo Chateau-l'Abbaie, Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Atrebatenſi. *Notit. Eccl. cap.* 83 *pag.* 696

CAUDENBERGH, Abbatia Canonicorum Regularium Bruxellis. Vide S. Jacobi in Frigido Monte.

CELLA SS. Trinitatis, olim Prioratus Benedictinorum, ſub Abbatia Criſpinienſi in Hannonia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 20 *pag.* 1139

CHINIACENSIS Prioratus Benedictinorum in Ducatu Luxemburgenſi. *Notit. Eccleſ. cap.* 51. *pag.* 670

CISONIENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Tornacenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 15 *pag.* 19 *Donat. Belg. lib. II cap.* 64 *pag.* 551 *Notit. Eccl. cap.* 12 *pag.* 644 *cap.* 93 *pag.* 702. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 7 *pag.* 1129

CLARISSÆ divites Bruxellæ, vulgo *Rycke-Claren. Donat. Belg. lib. I cap.* 141 *pag.* 450

CLARISSÆ in Peteghem juxta Aldenardam in Diœceſi Gandavenſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 11 *pag.* 812

CLARUS-MARISCUS, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Audomarenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 71 *pag.* 191 *Donat. Belg. lib. I cap.* 65 *pag.* 391 *cap.* 66 *pag.* 392 *Notit. Eccleſ. cap.* 120 *pag.* 721

CLUNIACENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Notit. Eccleſ. cap.* 23 *pag* 651 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 26 *pag.* 1147 *cap.* 30 *pag.* 1150

CÆLESTINI Heverleënſes juxta Lovanium *Supplem. Diplom. part. II cap.* 150 *pag.* 1051

COKELAERE, olim Prioratus Benedictinorum juxta Brugas, dependens ab Abbatia S. Bertini. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 131 *pag.* 1228

COLCHENSE Capitulum Canonicorum in Burgundia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 151 *pag* 461

COLONIENSE Capitulum Metropolitanum. *Donat. Belg. lib. I cap.* 85 *pag.* 406 *cap.* 90 *pag.* 410 *Lib. II cap.* 70 *pag.* 556 *cap.* 87 *pag.* 567 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 122 *pag.* 1015 *part. III cap.* 11 *pag.* 1131 *cap.* 82 *pag.* 1192 *cap.* 72. 73 & 74 *pag.* 1184 *cap.* 155 *pag* 1266

COLONIENSE Capitulum S. Urſulæ Canonicarum Nobilium. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 10 *pag.* 1131

COMINIENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Tornacenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 94 *pag.* 1200 *cap.* 132 *pag.* 1230 *cap.* 133 *pag.* 1231 *cap.* 134 *pag.* 1234

CONDATENSE, Capitulum Canonicorum B. M. V. in Hannonia. *Notit. Eccl. cap.* 57 *pag.* 675 *cap.* 110 *pag.* 715 *cap.* 121 *pag.* 721 *cap.* 128 *pag.* 725 *cap.* 138 *pag.* 732 *cap.* 150 *pag.* 738 *cap.* 183 *pag.* 759

CORBEIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Ambianenſi, in Gallia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 7 *pag.* 338 *Notit. Eccleſ. cap.* 3 *pag.* 638 *cap.* 4 *pag.* 639

CORNELIS-MUNSTER, Abbatia Benedictinorum in Germania. Vide Indenſis Abbatia.

CORSENDONCA Prioratus Canonicorum Regularium in Diœceſi Sylvæ-ducenſi. *Supplem Diplom. part. I. cap.* 115 *pag.* 893

CORTEMBERGH, Abbatia Benedictina-

Digitized by Google

rum in Diœceſi Mechlinienſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 30 *pag.* 519 *cap.* 119 *pag.* 586 *Suppl Diplom. part. I. cap.* 31 *pag.* 827 *cap.* 91 *pag.* 868 *part. II cap.* 41 *pag.* 959 *cap.* 48 *pag.* 964 *cap.* 66 *pag.* 976 *cap.* 79 *pag.* 985 *cap.* 88 *pag.* 990 *cap.* 110 *pag.* 1004 *cap.* 116 *pag.* 1011

CORTRACENSE Capitulum Canonicorum B.M. V. in Diœceſi Tornacenſi. *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 49 *pag.* 838 *part. III cap.* 61 *pag.* 1175 *cap.* 103 *pag.* 1207 *cap.* 107 *pag.* 1209 *cap.* 135 & 136 *pag.* 1234 *cap.* 139 *pag.* 1236 *cap.* 144 *pag.* 1242

CORTRACENSIS Præpoſitura B. M. V. Benedictinorum in Diœceſi Tornacenſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 46 *pag.* 377

CRISPINIENSIS Abbatia Benedictinorum in Hannonia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 6 *pag.* 1129 *cap.* 15 *pag.* 1135 *cap* 19 & 20 *pag.* 1139 *cap.* 22 *pag.* 1140 *cap.* 83 *pag.* 1193 *cap.* 83 *pag.* 1193 *cap.* 88 *pag.* 1195

D

DAVENTRIENSE Capitulum Cathedrale, quod deſiit, in Belgio Fœderato. *Notit. Eccl. cap.* 228 *pag.* 790

S. DESIDERII in Gallia, Abbatia Monialium Ciſtercienſium, quæ olim fuit Boneffiæ in Namurceſio. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 116 *pag.* 1216

DIESTENSE S. Joannis Baptiſtæ, Capitulum Canonicorum in Diœceſi Mechlinienſi. *Donat Belg. lib. I cap.* 136 *pag.* 442

DIESTENSE S. Sulpitii, Capitulum Canonicorum ibidem. *Donat. Belg. lib. I cap.* 147 *pag.* 455

DILIGEMENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſt. juxta Bruxellam. *Suppl. Dipl. part. II cap.* 34 *pag.* 954 *cap.* 39 *pag.* 958 *cap.* 42 *pag.* 959 *cap.* 54 & 55 *pag* 968 *cap.* 71 *pag.* 979 *cap.* 89 *pag.* 991

S. DIONYSII in Francia Abbatia Benedictinorum. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 1 *pag.* 241 *cap.* 5 *pag.* 244 *cap.* 9 *pag.* 247 *cap.* 14 *pag.* 251

S. DIONYSII juxta Montes Hannoniæ, Abbatia Benedictinorum. *Donat. Belg. lib. II cap.* 76 & 77 *pag.* 559 *cap.* 88 *pag.* 568 *Notit. Eccl. cap.* 46 *pag.* 666 *cap.* 47 *pag.* 667 *cap.* 64 *pag.* 677 *cap.* 65 *pag.* 678 *cap.* 68 *pag.* 681 *cap.* 123 *pag.* 722 *cap.* 124 *pag.* 723

S. DIONYSII Remenſis in Gallia, Abbatia Benedictinorum. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 175 *pag.* 1314

DIVIONENSE Capitulum Canonicorum, in Burgundia. *Notit. Eccleſ. cap.* 98 *pag.* 706 *cap.* 99 *pag.* 708

DOEST ſive Thoſa, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, juxta Brugas, quæ deſiit. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 120 *pag.* 903 & 911 *Part. III cap.* 180 *pag.* 1317 *cap.* 181 & 182 *pag.* 1318 *cap.* 188 *pag.* 1322

DOMINICANÆ Bellomontanæ Valencenis in Hannonia. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 119 *pag.* 1012

DOMINICANÆ in Auderghem, juxta Bruxellam. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 112 *pag.* 1005

DOMINICANI Antverpiæ. *Notit. Eccleſ. cap.* 187 *pag.* 762 *cap.* 193 *pag.* 766

DOMINICANI Brugis. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 95 *pag.* 310

DOMINICANI Bruxellis. *Donat. Belgic. lib. I cap.* 148 *pag.* 457

DOMINICANI Gandavi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 120 *pag.* 1013

DOMINICANI Lovanii. *Donat. Belg. lib. I cap.* 113 *pag.* 426

DOMINICANI Valencenis. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 81 *pag.* 200

DOMUS Bonorum Puerorum, olim Bruxellis. *Notit. Eccleſ. cap.* 218 *pag.* 783

DONCK, olim Præpoſitura Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi, dependens ab Abbatia Trudonenſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 32 *pag.* 520

DONONIENSE, vulgo Denaing, Capitulum Canonicarum Nobilium in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 11 *pag.* 249

DORDRACENSE Capitulum Canonicorum in Hollandia, quod deſiit. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 114 *pag.* 892

DUNENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Brugis. *Notit. Eccleſ. cap.* 185 *pag.* 761 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 176 & 177 *pag.* 1315 *cap.* 185 *pag.* 1320 *cap.* 187 *pag.* 1322

E

EECKHOUTANA Abbatia Sancti Bartholomæi Canonicorum Regularium, Brugis. *Donat. Belg. lib. I cap.* 51 *pag.* 381

EGMONDANA olim Abbatia Benedictinorum in Hollandia. *Cod. Donat. Piar. cap.* 26 *pag.* 35 *cap.* 61 *pag.* 71 *Donat. Belg. lib. I cap.* 146 *pag.* 454

EYNDHOVIENSE Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Silvæducenſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 132 *pag.* 597

EYNENSE Capitulum Canonicorum apud Aldenardam in Diœceſi Gandavenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 107 *pag.* 320 *cap.* 108 *pag.* 321 *Donat. Belg. lib. I cap.* 92 *pag.* 411 *cap.* 93 *pag.* 412 *Notit. Eccleſ. cap.* 145 *pag.* 736 *Supplem. Dipl. part. III cap.* 105 *pag.* 1208

EYNHAMENSIS Abbatia Benedictinorum apud Aldenardam, in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 31 *pag.* 151 *cap.* 32 *pag.* 152 *cap.* 33 *pag.* 153 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 118 *pag.* 1012

ELSTENSE Capitulum Canonicorum, olim in Diœceſi Ultrajectenſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 4 *pag.* 492

EMBRICENSE Capitulum Canonicorum in Ducatu Cliviæ. *Notit. Eccleſ. cap.* 175 *pag.* 754

EPISCOPATUS novi in Belgio inſtituti. *Donat. Belg. lib. I cap.* 156 *pag.* 472 Antverpienſis. *Donat. Belg lib. I cap.* 157 *pag.* 476 Ruræmundenſis. *Ibid. cap* 158. *pag.* 482. Daventrienſis. *Notit. Eccleſ. cap.* 228 *pag.* 790 Harlemenſis. *Ibid. cap.* 229 *pag.* 797 Brugenſis. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 120 *pag.* 903 Sylvæducenſis. *cap.* 121 *pag.* 913 Gandavenſis. *Part. II cap.* 156 *pag.* 1026 Iprenſis. *cap.* 157 *pag.* 1077 Namurcenſis. *cap.* 158 *pag.* 1085 *cap.* 161 *pag.* 1098 Bolonienſis in Gallia. *cap.* 162 *pag.* 1102 Audomarenſis in Artheſia. *Part. III cap.* 166 *pag.* 1298

EPTERNACENSIS Abbatia Benedictinorum in Ducatu Luxemburgenſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 8 *pag.* 11 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 4 *pag.* 243 *cap.* 48 *pag.* 278 *Notit. Eccleſ. cap.* 8 *pag.* 641 *cap.* 22 *pag.* 651 *cap.* 27 & 28 *pag.* 655 *cap.* 31 *pag.* 657 *cap.* 33 *pag.* 658 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 1 *pag.* 805

EVERSHAM Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 21 *pag.* 1140

F

FACULTAS Theologica Lovanienſis. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 160 *pag.* 1093

FALEMPINIENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Tornacenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 44 *pag.* 53 *Donat. Belg. lib. I cap.* 29 *pag.* 362

FIDEMIENSIS Abbatia Benedictinorum juxta Cameracum. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 25 *pag.* 822

FISCANNENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 8 & 9 *pag.* 1130

FLINENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium prope Duacum. *Donat. Belg. lib. II cap.* 105 *pag.* 579 *cap.* 117 *pag.* 585

FLOREFFIENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Namurcenſi. *Notit. Eccleſ. cap.* 101 *pag.* 709 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 158 *pag.* 1085 *cap.* 161 *pag.* 1098

FLORINENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Notit. Eccl. cap.* 34 *pag.* 658

S. FOLIANI Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium prope Montes Hannoniæ. *Cod. Donat. Piar. cap.* 95 *pag.* 103

FONS B. Mariæ Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Ducatu Luxemburgenſi. *Notit. Eccleſ. cap.* 172 *pag.* 752

FORESTENSIS Abbatia Monialium Benedictinarum, juxta Bruxellas. *Cod. Don. Piar. cap.* 68 *pag.* 78 *Notit. Eccleſ. cap.* 59 *pag.* 675 *cap.* 62 *pag.* 677 *cap.* 85 *pag.* 697 *cap.* 182 *pag.* 757 *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 16 *pag.* 815

FOSSENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 25 *pag.* 34

FRAXINENSIS, olim Prioratus Benedictinorum in Gallo-Brabantia, ab Affligemienſi Abbatia dependens. *Notit. Eccl. cap.* 52 *pag.* 670

FRIGIDUS Mons Bruxellis. Vide S. Jacobi Abbatia.

FULDENSIS Abbatia Benedictinorum in Germania. *Notit. Eccl. cap.* 5 & 6 *pag.* 640

FURNENSE Capitulum Canonicorum B. M. V. in Diœceſi Iprenſi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 157 *pag.* 1077

FURNENSIS S. Nicolai Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium, ibidem. *Donat. Belg. lib. II cap* 33 *pag.* 520 *cap.* 34 *pag.* 521 *cap.* 37 *pag.* 524 *cap.* 38 *pag.* 525 *cap.* 60 *pag.* 547 *cap.* 82 *pag.* 563 *cap.* 121 *pag.* 589 *Notit. Eccl. cap.* 105 *pag.* 712

G

GANDAVENSE Capitulum Cathedrale S. Bavonis. Vide ſupra S. Bavonis Abbatiam olim Benedictinorum. Item *Supplem. Diplom. part. II cap.* 151 *pag.* 1051 *cap.* 152 *pag.* 1055 *cap.* 153 *pag.* 1056 *cap* 154 *pag.* 1059 *cap.* 155 *pag.* 1061 *cap.* 156 *pag.* 1066 *cap.* 164 *pag.* 1105 *Part. III cap.* 164 *pag.* 1290

GANDAVENSE Capitulum Canonicorum S. Pharaildis. *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 64 *pag.* 974 *cap.* 72 *pag.* 980 *cap.* 84 *pag* 987 *cap.* 97 *pag.* 995 *cap.* 167 *pag.* 1109

GANDAVENSES Epiſcopi. *Supplem. Diplom. part. II. cap.* 156 *pag.* 1076

GANDAVENSIS Abbatia Benedictinarum, dicta B M. Lazariorum. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 83 *pag.* 202

GELDONIÆ in Gallo-Brabantia olim Capitulum Canonicorum. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 65 *pag* 1178 *cap.* 67 *pag.* 1180 Vide infra Ordo Meliſenſis.

GELENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Silvæducenſi. *Diplom. Belgic. lib. II cap.* 115 *pag* 327 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 163 *pag.* 1286

GEMBLACENSIS Abbatia Benedictinorum in Brabantia, ac Diœceſi Namurcenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 32 *pag.* 41 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 18 *pag.* 159 *cap.* 19 *pag.* 141 *cap.* 51 *pag.* 172 *Donat. Belg. lib. I cap.* 55 *pag.* 383 *Lib. II cap.* 20 *pag.* 507 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 4 *pag.* 807

S. GEORGII Prioratus Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 48 *pag.* 169

S. GERARDI ſeu Bronienſis, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Namurcenſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 30 *pag.* 38 *cap.* 83 *pag.* 93 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 62 *pag.* 183 *Lib. II cap.* 21 *pag.* 257 *Donat. Belg. lib. I cap.* 12 *pag.* 342 *Notit. Eccleſ. cap.* 80 *pag.* 689 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 3. *pag.* 806 *cap.* 5 *pag.* 807 *Part. II cap.* 161 *pag.* 1098

GERARDI-MONTENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 42 *pag.* 165 *Donat. Belg. lib. I cap.* 139 *pag.* 449 *Lib. II cap.* 26 *pag.* 513 *cap.* 44 *pag.* 530

GERONSART Abbatia Canonicorum Regularium juxta Namurcum. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 20 *pag.* 818

S. GERTRUDIS Lovanii, Abbatia Canonicorum Regularium Nobilium. *Cod. Donat. Piar. cap.* 102 *pag.* 114 *Donat. Belg. lib. I cap.* 116 *pag.* 428 *Notit. Eccleſ. cap.* 127 *pag.* 725 *cap.* 147 *pag.* 736 *cap.* 169 *pag* 750 *cap.* 184 *pag.* 761 *cap.* 200 *pag.* 772

GERTRUDIS-BERGENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Sylvæducenſi, quod deſiit. *Notit. Eccleſ. cap.* 212 *pag.* 780 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 85 *pag.* 862 *cap.* 107 *pag.* 883

GHEMPE Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, prope Lovanium. Vide Inſula Ducis.

S. GISLENI Abbatia Benedictinorum juxta Montes Hannoniæ. *Donat. Belg. lib. II cap.* 18 *pag.* 505 *cap.* 22 *pag* 508 *cap.* 23 *pag.* 510 *cap.* 45 *pag.* 531

Digitized by Google

531 *cap.* 68 *pag.* 554 *cap.* 113 *pag.* 583 *cap.* 122 *pag.* 590 *cap.* 123 *pag.* 591 *cap.* 126 *pag.* 592 *Notit. Eccleſ. cap.* 161 *pag.* 744

GORZIENSIS Abbatiæ Benedictinorum olim in Lotharingia, Præpoſitura Sathanaci. *Donat. Belg. lib. I cap.* 22 *pag.* 352 *cap.* 27 *pag.* 360 *cap.* 32 *pag.* 365

GRANDIPRATUM Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 90 *pag.* 306 *cap.* 91 92 & 93 *pag.* 307 & 308 *cap.* 96 *pag.* 311 *cap.* 99 *pag.* 313

GRIMBERGA Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Mechlinienſi. *Cod. Doa. Piar. cap.* 86 *pag.* 96 *Notit. Eccleſ. cap.* 132 *pag.* 748 *cap.* 174 *pag.* 753

GROENENBRIELE Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Gandavi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 126 *pag.* 1019

GUILENGEMIENSIS Abbatia Nobilium Benedictinarum prope Athum in Diœceſi Cameracenſi. *Notit. Eccl. cap.* 64 *pag.* 678 in Notis

H

HAELTRENSE Capitulum Canonicorum in Flandria. Vide Aloſtenſe.

HAMMENSIS Abbatia Benedictinorum, in Diœceſi Audomarenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 24 *pag.* 1142

HARLEBECANUM Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Tornacenſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 49 *pag.* 59 *cap.* 50 *pag.* 60 *cap.* 51 *pag.* 61 *cap.* 70 *pag.* 80 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 25 *pag.* 947 *cap.* 27 *pag.* 949 *cap.* 30 & 31 *pag.* 950 *cap.* 59 *pag.* 971 *cap.* 77 *pag.* 983 *cap.* 98 *pag.* 995

HARLEMIENSE Capitulum Cathedrale; olim in Hollandia. *Notit. Eccl. cap.* 229 *pag.* 797

HASNONIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Atrebatenſi. *Cod. Doa. Piar. cap.* 22 *pag.* 32 *cap.* 63 *pag.* 74 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 35 *pag.* 268 *Donat. Belg. lib. II cap.* 27 *pag.* 514 *cap.* 28 *pag.* 515

HASPRENSIS Præpoſitura Benedictinorum prope Valencenas, in Diœceſi Cameracenſi. *Dipl. Belg. lib. II cap.* 31 *pag.* 265

HASTERIENSIS Præpoſitura Benedictinorum, unita Abbatiæ Walciodorenſi, in Diœceſi Namurcenſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 2 *pag.* 805

HEINSBERGENSIS Præpoſitura Virginum Præmonſtratenſium in Diœceſi Leodienſi. *Dipl. Belg. lib. II cap.* 50 *pag.* 280 *cap.* 51 *pag.* 281 *cap.* 52 *pag.* 282 *cap.* 53 *pag.* 282 *cap.* 54 *pag.* 282 *cap.* 55 *pag.* 283 *cap.* 56 *pag.* 284

HENNIACENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 52 *pag.* 172 *Donat. Belg. lib. I cap.* 49 *pag.* 379

HERCKENRODE, Abbatia Monialium Nobilium Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 40 *pag.* 833 *cap.* 59 *pag.* 845 *cap.* 60 & 61 *pag.* 846

HERENTALIENSIS Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium in Diœceſi Antverpienſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 194 *pag.* 1331

HEVERLEA, Cæleſtinorum Cœnobium juxta Lovanium. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 150 *pag.* 1051

HEYDELBERGENSE, Capitulum Canonicorum in Germania. *Notit. Eccleſ. cap.* 158 *pag.* 742

HEYLOENSIS Prioratus Canonicorum Regularium, in Diœceſi olim Harlemienſi, unitus eidem Epiſcopatui. *Notit. Eccl. cap.* 229 *pag.* 797

HONNECURTENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi. *Supplem. Dipl. part. II cap.* 3 *pag.* 927

HOOGHSTRATANUM Capitulum Canonicorum, in Diœceſi Antverpienſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 125 *pag.* 592 *Notit. Eccl. cap.* 227 *pag.* 790 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 161 *pag.* 1277

HORREENSIS Abbatia Benedictinarum Treviris in Germania. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 3 *pag.* 243

HOSPITALE in Mierloo, in Diœceſi Sylvæducenſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 155 *pag.* 471

HOSPITALE Gandavi, nunc Abbatia Benedictinarum. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 83 *pag.* 202

HOUDANUS Prioratus Benedictinorum in Attheſia, dependens ab Abbatia Lobienſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 175 *pag.* 1314

S. HUBERTI in Arduenna, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Doa. Piar. cap.* 66 *pag.* 76 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 1 *pag.* 1125

HUENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Doa. Piar. cap.* 40 *pag.* 51 *cap.* 58 *pag* 68 *Donat. Belg. lib. I cap.* 21 *pag.* 352

I

S. JACOBI in Monte Frigido, Abbatia Canonicorum Regularium Bruxellis. *Donat. Belg. lib. I cap.* 67 *pag.* 392 *Notit. Eccl. cap.* 130 *pag.* 727 *cap.* 204 *pag.* 773 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 106 *pag.* 1001 *cap.* 140 *pag.* 1037

JESUITÆ Angli Watanæ in Diœceſi Audomarenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 23 *pag.* 1141

JESUITÆ Halenſes *Supplem. Diplom. part. II cap.* 171 *pag.* 1118 *cap.* 172 *pag.* 1120

JESUITÆ Iprenſes. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 183 *pag.* 1319

JESUITÆ Leodienſes. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 12 *pag.* 812

JESUITÆ Luxemburgenſes. *Donat Belg. lib. I cap.* 25 *pag.* 358 *Notit. Eccl. cap.* 51 *pag.* 670

INDENSIS S. Cornelii, Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Colonienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 84 *pag.* 203 *Lib. II cap.* 86 *pag.* 303 *Donat. Belg. lib. I cap.* 130 *pag.* 438 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 114 *pag.* 1007

INSULA Ducis, vulgo Ghempe, Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, juxta Lovanium, in Diœceſi Mechlinienſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 119 *pag.* 586 *Notit. Eccl. cap.* 165 *pag.* 748 *Supplem Diplom. cap.* 69 *pag.* 852 *cap.* 75 *pag.* 857 *cap.* 77 & 78 *pag.* 858 *cap.* 79 80 & 81 *pag.* 859 *cap.* 82 *pag.* 860

INSULENSE S. Petri Capitulum Canonicorum

Digitized by Google

rum in Diœceſi Tornacenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 56 *pag.* 65 *cap.* 73 *pag.* 83 *Donat. Belg. lib. I cap.* 28 *pag.* 361 *cap.* 37 *pag.* 370 *Lib. II cap.* 93 *pag.* 570 *Notit. Eccleſ. cap.* 72 *pag.* 684

S. JOANNIS Abbatia Canonicorum Regularium Valencenis. *Notit. Eccleſ. cap.* 58 *pag.* 675 *cap.* 63 *pag.* 677 *cap.* 78 *pag.* 688 *cap.* 81 *pag.* 690 *cap.* 84 *pag.* 697 *cap.* 126 *pag.* 724 *cap.* 167 *pag.* 750 *cap.* 208 *pag.* 777 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 15 *pag.* 814 *cap.* 36 *pag.* 829 *cap.* 41 *pag.* 834 *cap.* 47 *pag.* 837 *cap.* 74 *pag.* 856

S. JOANNIS in Monte Abbatia Benedictinorum, olim juxta Teruanam, nunc Ipris in Flandria. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 191 *pag.* 1325

IPRENSE Capitulum Cathedrale S. Martini, olim Præpoſitura Canonicorum Regularium. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 157 *pag.* 1077 *Part. III cap.* 29 *pag.* 1149

IPRENSES Epiſcopi. *Pag.* 1084

L

LACENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Trevirenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 37 *pag.* 270 *cap.* 38 *pag.* 271

LÆTIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi. *Notit. Eccl. cap.* 94 *pag.* 703 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 22 *pag.* 820

LAUDENSIS Abbatia Religioſorum Ciſterciénſium juxta Inſulas in Diœceſi Tornacenſi. *Donat Belg. lib. I cap.* 69 *pag.* 394 *Notit. Eccl. cap.* 86 *pag.* 698 *cap.* 89 *pag.* 699 *cap.* 90 *pag.* 700 *cap.* 135 *pag.* 731 *cap.* 168 *pag.* 750 *cap.* 188 *pag.* 762 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 44 *pag.* 836 *cap.* 50 *pag.* 840 *cap.* 53 *pag.* 842 *cap.* 57 *pag.* 844 *cap.* 67 *pag.* 851 *cap.* 105 *pag.* 882

S. LAURENTII Abbatia Benedictinorum Leodii. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 45 *pag.* 276

LAURISHEIM Præpoſitura Religioſorum Præmonſtratenſium in Germania, nunc diruta; quæ olim fuerat Abbatia Benedictinorum. *Notit. Eccl. cap.* 9 *pag.* 642 *cap.* 10 *pag.* 643 *cap.* 13 *pag.* 646 *cap.* 16 17 & 18 *pag.* 648 & 649 *cap.* 20 *pag.* 650 *cap.* 49 *pag.* 668 *cap.* 56 *pag.* 674

LENSIENSE B. M. V. Capitulum Canonicorum in Diœceſi Atrebatenſi. *Cod. Don Piar. cap.* 71 *pag.* 81 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 38 *pag.* 159 *cap.* 39 *pag.* 161 *cap.* 86 *pag.* 204 *Donat. Belg. lib. I cap.* 123 *pag.* 432 *Lib. II cap.* 114 *pag.* 583 *Notit. Eccl. cap.* 107 *pag.* 713

LEODIENSE Capitulum Cathedrale S Lamberti. *Cod. Don. Piar. cap.* 39 *pag.* 50 *cap* 40 *pag.* 51 *cap.* 43 *pag.* 53 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 67 *pag.* 188 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 13 *pag.* 251 *cap.* 16 *pag.* 253 *cap.* 18 *pag.* 254 *cap.* 30 *pag.* 264 *Donat. Belg. lib. I cap.* 31 *pag.* 364 *Lib. II cap* 83 *pag.* 564 *cap.* 90 *pag.* 569 *Notit. Eccl. cap.* 70 *pag.* 682 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 29 *pag.* 825 *cap.* 30 *pag.* 826 *cap.* 86 *pag.* 863

LEODIENSE S. Bartholomæi Capitulum Canonicorum. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 8 *pag.* 809 *cap.* 9 *pag.* 810

LEODIENSE S. Crucis Capitulum Canonicorum. *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 6 *pag.* 808

LEODIENSE S. Joannis Capitulum Canonicorum. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 68 *pag.* 189 *cap.* 70 *pag.* 190 *Notit. Eccl. cap.* 32 *pag.* 657

LEODIENSE S. Martini Canonicorum Collegium. *Notit. Eccl. cap.* 25 *pag.* 653

LILLERIENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Audomarenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 30 *pag.* 150

LINGONENSE Capitulum Cathedrale in Gallia. *Notit. Eccl. cap.* 108 *pag.* 714

LINTRENSIS Abbatia Monialium Ciſterciénſium juxta Thenas, in Diœceſi Mechlinienſi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 90 91 92 & 93 *pag.* 991 & *ſequentibus.*

LIRANUM S. Gummari Capitulum Canonicorum in Diœceſi Antverpienſi. *Donat. Belg lib. I cap.* 73 *pag.* 396 *Lib. II cap.* 74 *pag.* 557 *Notit. Eccl. cap.* 102 *pag.* 710 *cap.* 140 *pag.* 733 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 153 *pag.* 1263 & 1264

LOBBIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 25 *pag.* 34 *Notit Eccl. cap.* 21 *pag.* 650 *cap.* 53 & 54 *pag.* 672 *cap.* 55 *pag.* 673 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 4 *pag.* 807 *Part. III cap.* 2 *pag.* 1126 *Part. III cap.* 42 *pag.* 1161 *cap.* 55 *pag.* 1169 *cap.* 175 *pag.* 1314

LOENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 91 *pag.* 208 *Lib. II cap.* 36 *pag.* 269 *cap.* 42 *pag.* 274 *cap.* 43 *pag.* 274 *cap.* 46 *pag.* 277 *cap.* 48 *pag.* 278 *Donat. Belg. lib. I. cap.* 42 *pag.* 373 *Notit. Eccl. cap.* 97 *pag.* 705

LOSDUYNEN, Abbatia Monialium Ciſterciénſium Nobilium in Hollandia, nunc diruta. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 66 *pag.* 849

LOSSENSE S. Odulphi Capitulum Canonicorum in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 66 *pag.* 850 *cap.* 89 *pag.* 864

LOVANIENSE S. Jacobi Capitulum Canonicorum in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 29 *pag.* 263 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 108 *pag.* 900

LOVANIENSE S. Petri Canonicorum Collegium. *Donat. Belg. lib. I cap.* 62 *pag.* 388 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 123 *pag.* 919

LOVANIENSE S. Petri Capitulum ſecundæ Fundationis. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 117 *pag.* 896

M

MALMUNDARIENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Colonienſi. Videatur Stabulenſis Abbatia.

MARCIANENSIS Abbatia Benedictinorum juxta Duacum, in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 17 *pag.* 138 *cap.* 21 *pag.* 143 *Donat. Belg. lib. II cap.* 29 *pag.* 517 *Notit. Eccleſ. cap.* 35 *pag.* 659 *cap.* 106 *pag.* 712 *cap.* 142 *pag.* 734

MAREOLENSIS (Mareuil) Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi. *Dipl. Belg. lib. I cap.* 22 *pag.* 144

MARICOLLENSIS (Maroilles) Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Cameracenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 5 *pag.* 9. *cap.* 27 *pag.* 36 *cap.* 28 *pag.* 36 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 7 *pag.* 246

MARIENDONCK Prioratus Religioſorum Ciſter-

Ciſtercienſium, olim in Diœceſi Sylvæducenſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 119 *pag.* 902

MARKETTA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium juxta Inſulas, in Diœceſi Tornacenſi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 103 *pag.* 577

MARSANA (Meerſen) Præpoſitura olim Benedictinorum, nunc Canonicorum Regularium, in Diœceſi Ruræmnndenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 37 *pag.* 48 *cap.* 97 *pag.* 105 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 64 *pag.* 185 *Donat. Belgic. lib. I cap.* 58 *pag.* 385 *Lib. II cap.* 39 *pag.* 525 *cap.* 51 *pag.* 537

S. MARTINI Abbatia Benedictinorum Tornaci. *Supplem. Diplom. part. II. cap.* 33 *pag.* 952 *Part. III cap.* 99 *pag.* 1204

S. MAXIMINI Abbatia Benedictinorum Treviris in Germania. *Diplom. Belg. lib. I cap* 2 *pag.* 124 *cap.* 7 *pag.* 129 *cap.* 8 & 9 *pag.* 130 *cap.* 11 *pag.* 132 *cap.* 20 *pag.* 142 *cap.* 25 *pag* 147 *Suppl. Diplom. part. II cap.* 15 *pag.* 938

MECHLINIENSE S. Rumoldi Capitulum Metropolitanum. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 97 *pag.* 212 *Donat. Belg. lib. II cap.* 127 *pag.* 593 *cap* 139 *pag.* 610 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 2 *pag.* 805 *Part. II cap.* 49 *pag.* 964 *cap.* 56 *pag.* 969 *cap.* 124 *pag.* 1017 *cap.* 125 *pag.* 1019 *Part. II cap* 159 *pag.* 1092 *Part. III cap.* 153 *pag* 1263 & 1264

MECHLINIENSES Archiepiſcopi. *Donat. Belg. lib. II cap.* 139 *pag.* 617

MECHLINIENSE Capitulum Canonicorum B. M. V. trans Diliam. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 124 *pag.* 920

MECHLINIENSE Capitulum Zellarienſe In Ecclelia S. Rumoldi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 99 *pag.* 996 *cap.* 105 *pag.* 1000 *cap.* 108 *pag.* 1003

MERCKEMIENSIS Abbatia Benedictinarum, olim in Diœceſi Morinenſi. *Supplem. Dipl. part. III cap.* 183 *pag.* 1319

MESSINENSIS Abbatia Benedictinarum in Diœceſi Iprenſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 55 *pag* 64 *cap.* 57 *pag.* 67 *cap.* 60 *pag.* 69 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 72 *pag.* 193

METENSE Capitulum Cathedrale in Lotharingia. *Notit. Eccl. cap.* 14 *pag.* 647

S. MICHAELIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium Antverpiæ. *Cod. Don. Piar. cap.* 76 *pag.* 85 *cap.* 77 *pag.* 86 *Supplem. Diplom part. II cap.* 118 *pag.* 1012

MILEN, Abbatia Benedictinarum in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 62 *pag.* 846 *cap.* 63 *pag.* 847

MINIMORUM Inſtitutio in Belgio. *Donat. Belg. lib. II cap.* 143 *pag.* 629

MINORITÆ Leodienſes. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 39 *pag.* 831

MINORITÆ Valencenis. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 78 *pag.* 199

MOLINIENSIS Abbatia in Diœceſi Namurcenſi, primo Sanctimonialium, dein Religioſorum Ciſtercienſium. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 122 *pag.* 1222

MOLISMENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 16 *pag.* 137

MOGUNTINUM Capitulum Metropolitanum, in Germania. *Notit. Eccl. cap.* 7 *pag.* 641

MOGUNTINUM Capitulum Collegiatum S. Albani, in Germania. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 100 *pag.* 1206

MONASTERIENSE Capitulum Cathedrale in Germania. *Donat. Belg. lib. II cap.* 138 *pag.* 607

MONS S. AGNETIS Prioratus Canonicorum Regularium apud Swollam, olim in Diœceſi Daventrienſi, unitus eidem Epiſcopatui. *Notit. Eccl. cap.* 298 *pag.* 790

MONS S. ELIGII Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Atrebatenſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 43 *pag.* 166

MONS SS. TRINITATIS Abbatia Canonicorum Regularium in Lotharingia. *Donat. Belg. lib I cap.* 71 *pag.* 395

MONTENSE Capitulum Canonicorum S. Germani in Diœceſi Cameracenſi. *Supplem. Dipl. part. III cap.* 76 *pag.* 1187

MONTENSE Capitulum Canonicorum S. Petri, quod deſiit. *Notit. Eccl. cap.* 64 *pag.* 677 *cap.* 66 *pag.* 679

MONTENSE Canonicorum & Nobilium Canonicarum S. Waldetrudis Collegium. *Cod. Don. Piar. cap.* 100 *pag.* 107 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 76 *pag.* 197

MORINENSE Capitulum Cathedrale. Vide infra Teruanenſe Capitulum.

MOSACENSE B. M. V. Capitulum Canonicorum in Diœceſi Leodienſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 22 *pag.* 258

MOSÆ-TRAJECTINUM S. Servatii Canonicorum Collegium, in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 85 *pag.* 95 *Diplom. Belg. lib. II cap.* 12 *pag.* 250 *cap.* 15 *pag.* 252 *cap.* 19 *pag.* 255 *cap.* 20 *pag.* 256 *cap.* 23 *pag.* 259 *Supplem. Dipl. part. I cap.* 94 *pag.* 870 *Part. III cap.* 42 *pag.* 1159

MOSOMENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Notit. Eccl. cap.* 29 *pag.* 656

MUNSTERBILSEN, Capitulum Canonicarum Nobilium in Diœceſi Leodienſi. *Notit. Eccl. cap.* 136 *pag.* 731 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 71 *pag.* 853

MUNSTERIENSIS Abbatia Benedictinorum Luxemburgi in Diœceſi Trevirenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 34 *pag.* 269 *Suppl. Dipl. part. III cap.* 16 *pag.* 1135

N

NALDWICENSE Capitulum Canonicorum in Hollandia. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 109 *pag.* 321 *cap.* 110 *pag.* 322

NAMESCHE, Olim Prioratus Monachorum Ordinis Cluniacenſis, dein Vallis Scholarium ad Moſam prope Namurcum, nunc dirutus. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 158 *pag.* 1085 & 1087 *Part. III cap.* 58 *pag.* 1172

NAMURCENSE Capitulum Cathedrale S. Albani. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 71 *pag.* 294 *cap.* 72 *pag.* 295 *cap.* 74 *pag.* 297 *cap.* 79 & 80 *pag.* 300 *cap.* 105 *pag.* 318 *cap.* 111 *pag.* 322 *Donat. Belg. lib. I cap.* 84 *pag.* 405 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 158 *pag.* 1085 *cap.* 161 *pag.* 1098 *Lib. III cap.* 100 *pag.* 1206 *cap.* 109 *pag.* 1210

NAMURCENSE Capitulum Collegiatum B. Mariæ. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 77 *pag.* 298 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 174 *pag.* 1124

NAMURCENSE Capitulum Canonicorum S. Petri in Arce, quod deſiit. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 158 *pag.* 1085 *Part. III cap.* 98 *pag.* 1203

NAMURCENSES Epiſcopi. *pag.* 1091

S. NICASII Abbatia Benedictinorum Remis in Gallia. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 160 *pag.* 1093

S. NICOLAI de Pratis, Abbatia Canonicorum Regularium Tornaci. *Donat. Belg. lib. I cap.* 47 *pag.* 377

NINOVIENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Mechlienſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 133 *pag.* 440 *cap.* 135 *pag.* 442 *Lib. II cap.* 41 *pag.* 527 *cap.* 43 *pag.* 530 *cap.* 47 *pag.* 534 *cap.* 53 & 54 *pag.* 541 *cap.* 55 *pag.* 543 *cap.* 58 *pag.* 545 *cap.* 61 *pag.* 548 *cap.* 67 *pag.* 554 *cap.* 75 *pag.* 558 *cap.* 79 80 & 81 *pag.* 562 & 563 *cap.* 95 & 96 *pag.* 572 *cap.* 100 *pag.* 575

NIVELLENSE S Gertudis Capitulum Nobilium Canonicarum, in Diœceſi Namurcenſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 18 *pag.* 348 *cap.* 57 *pag.* 384 *Lib. II cap.* 14 *pag.* 502 *cap.* 15 *pag.* 503 *cap.* 24 *pag.* 510 *Notit. Eccl. cap.* 26 *pag.* 654 *cap.* 36 *pag.* 660 *cap.* 37 & 38 *pag.* 661 *cap.* 42 *pag.* 664 *cap.* 61 *pag.* 676 *cap.* 69 *pag.* 682 *cap.* 92 *pag.* 702 *cap.* 125 *pag.* 723 *cap.* 141 *pag.* 734 *cap.* 157 *pag.* 742 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 122 *pag.* 919

NIVELLENSE S. Pauli Collegium Canonicorum. *Notit. Eccl. cap.* 30 *pag.* 656

NONNENBOSSCHE, Abbatia Monialium Benedictinarum Ipris. *Supplem Diplom. part. III cap.* 40 *pag.* 1157 *cap.* 48 *pag.* 1166

NOVIOMENSIS Epiſcopatus in Gallia. *Supplem. Diplomat. part. III cap.* 35 *pag.* 1154 *cap.* 39 *pag.* 1157 *cap.* 49 &c. *pag.* 1166 *uſque ad* 1169

NOVUM SARTUM Monaſterium Monialium Præmonſtratenſium prope Abbatiam Grimberganam in Brabantia, nunc dirutum. *Notit. Eccl. cap.* 153 *pag.* 740

O

S. ODÆ RODENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Sylvæducenſi, nunc extinctum. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 130 *pag.* 1228

OIGNIACUM Prioratus Canonicorum Regularium ad Sabim in Diœceſi Namurcenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 84 *pag.* 1193 *cap.* 93 *pag.* 1199 *cap.* 104 *pag.* 1208 *cap.* 108 *pag.* 1210 *cap.* 113 *pag.* 1213

OOST-EECKELOO, Abbatia Monialium Ciſtercienſium Gandavi. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 104 *pag.* 1000

OOSTERHAUTANA Præpoſitura Monialium Præmonſtratenſium, dicta Vallis S. Catharinæ, in Diœceſi Antverpienſi *Supplem. Diplomat. part. I cap.* 93 *pag.* 869

ORATORII Congregatio in Belgio. *Suppl. Diplom. part. II cap.* 170 *pag.* 1116

ORDO Equitum Aurei Velleris. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 110 *pag.* 230 *cap.* 114 *pag.* 235 *cap.* 117 & 118 *pag.* 240

ORDO Equitum S. Jacobi in Hollandia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 134 *pag.* 441

ORDO Equitum Melitenſium. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 46 *pag.* 1164 *cap.* 68 *pag.* 1181 *cap.* 71 *pag.* 1183 *cap.* 78 *pag.* 1189 *cap.* 80 *pag.* 1191 *cap.* 106 *pag.* 1209 *cap.* 178 *pag.* 1316 *cap.* 195 *pag.* 1332

ORDO Equitum Theutonicorum. *Notit. Eccl. cap.* 152 *pag.* 739 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 85 *pag.* 988

OSNABRUGENSE Capitulum Cathedrale in Germania. *Cod. Don. Piar. cap.* 12 *pag.* 16

P

PARCUM Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium juxta Lovanium. *Cod Don. Piar. cap.* 81 *pag.* 90 *cap.* 82 *pag.* 92 *Donat. Belg. lib. I cap.* 145 *pag.* 453 *Lib. II cap.* 101 *pag.* 575 *cap.* 102 *pag.* 576 *cap.* 106 *pag.* 579 *cap.* 120 *pag.* 589 *cap.* 131 *pag.* 597 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 24 *pag.* 821 *cap.* 26 *pag.* 822 *cap* 68 *pag.* 851 *cap.* 83 *pag.* 861 *cap* 97 *pag.* 871 *Part. II cap.* 52 *pag.* 966 *cap.* 57 *pag.* 970 *cap.* 65 *pag.* 975

S. PAULI Abbatia Benedictinorum Ultrajecti, nunc diruta. *Donat. Belg. lib. II cap.* 66 *pag.* 553 *cap.* 140 *pag.* 620 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 7 *pag.* 809

S. PAULI Capitulum Canonicorum in Arthesia. *Notit. Eccl. cap.* 131 *pag.* 727

PETEGHEM olim Præpoſitura Benedictinorum, nunc Abbatia Monialium S. Claræ juxta Aldenardam in Diœceſi Gandavenſi. *Supplem. Dipl. part. I cap.* 11 *pag.* 812

S. PETRI, ſive Blandinienſis Abbatia Benedictinorum Gandavi. *Cod. Don. Piar. cap.* 31 *pag.* 39 *cap.* 35 *pag.* 45 *cap.* 59 *pag.* 68 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 10 *pag.* 131 *cap.* 23 *pag.* 144 *Lib. II cap.* 25 *pag.* 260 *cap.* 26 *pag.* 261 *Donat. Belgic. lib. I. cap.* 1 *pag.* 333 *cap.* 9 *pag.* 341 *cap.* 40 *pag.* 372 *cap.* 74 & 75 *pag.* 397 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 17 18 19 20 21 & 22 *pag.* 939 & *ſequentibus cap.* 24 *pag.* 945 *cap.* 45 *pag.* 962 *cap.* 53 *pag.* 967

PITZEMBURGENSIS Commendaria Ordinis Theutonici Mechliniæ. *Notit. Eccl. cap.* 152 *pag.* 739 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 115 *pag.* 1010

POENITENTES vulgo Filiæ Dei, Religioſæ Tornaci. *Supplem. Diplomat. part. III cap.* 121 *pag.* 1220

PONS DOMINARUM Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Gallia. *Notit. Eccl. cap.* 166 *pag.* 749

POPERINGA Præpoſitura Benedictinorum in Flandria, dependens ab Abbatia S. Bertini. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 196 *pag.* 1333

POSTULENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Sylvæducenſi. *Notit. Eccl. cap.* 101 *pag.* 709

PRATUM PORCINUM Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Tornaci. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 114 & 115 *pag.* 1215 *cap.* 117 *pag.* 1216 *cap.* 118 *pag.* 1218 *cap.* 121 *pag.* 1220 *cap.* 123 *pag.* 1222 *cap.* 124 *pag.* 1224 *cap.* 129 *pag.* 1227

PRÆJECTI, S. Prix, Prioratus Benedictinorum

Digitized by Google

rum in Artheſia, dependens ab Abbatia S. Bertini. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 173 *pag.* 1313

PRÆMIACENSIS Abbatia Monialium Ordinis S. Auguſtini Cameraci. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 110 *pag.* 1211

R

REINSBOURG, Abbatia Nobilium Monialium Ciſtercienſium in Hollandia, quæ deſiit. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 54 & 55 *pag.* 843

REMENSE B. Mariæ Capitulum Metropolitanum in Gallia *Cod. Don. Piar. cap.* 1 *pag.* 1 *Donat. Belg. lib. I cap.* 10 *pag.* 341 *Notit. Eccl. cap.* 2 *pag.* 636 *cap.* 70 *pag.* 682

S. REMIGII Abbatia Benedictinorum Remis in Gallia. *Cod. Don. Piar. cap.* 37 *pag.* 48 *cap.* 97 *pag.* 105 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 64 *pag.* 185

RIBODIMONTENSIS Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 24 *pag.* 357

S. RICHARII in Pontivio, Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 181 & 182 *pag.* 1318

ROBERTIMONTENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium Leodii. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 81 *pag.* 301 *cap.* 102 *pag.* 316

ROTHNACENSE S. Hermetis Capitulum Canonicorum in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 8 *pag.* 247 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 114 *pag.* 1007

ROTTHEM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium prope Thenas, in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 98 *pag.* 213 *cap.* 99 *pag.* 214

RUBEA VALLIS, Prioratus Canonicorum Regularium juxta Bruxellas, in Diœceſi Mechlinienſi *Supplem. Diplom. part. II cap.* 127 *pag.* 1020 *cap.* 129 *pag.* 1023

RURÆMUNDENSE Capitulum & Epiſcopatûs Erectio. *Donat. Belg. lib. I cap.* 158 *pag.* 482 *Lib. II cap.* 12 *pag.* 499 *cap.* 145 *pag.* 631 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 110 *pag.* 886 *cap.* 111 *pag.* 887 *cap.* 112 *pag.* 888

RURÆMUNDENSES Epiſcopi. *pag.* 490

RURÆMUNDENSIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium vulgo Munſter. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 87 *pag.* 304 *Notit. Eccl. cap.* 203 *pag.* 773

S

SACCITÆ, Ordo jam extinctus. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 111 *pag.* 231 *Donat. Belg. lib. II cap.* 130 *pag.* 597

SALONA Præpoſitura Benedictinorum dependens ab Abbatia S. Dionyſii Remis in Francia, de qua exciderat dicere, ſitam eſſe in Diœceſi Metenſi, & anno 1600 extinctam fuiſſe ac ſuppreſſam, ut bona annecterentur dignitati Primatiali Nanceienſi in Lotharingia. *Miræus Diplom. Belg. lib. II cap.* 14 *pag.* 251

S. SALVATORIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium Antverpiæ. *Donat. Belg lib. II cap.* 144 *pag.* 630 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 119 *pag.* 902

S. SALVII Abbatia Monachorum Cluniacenſium juxta Valencenas in Diœceſi Cameracenſi. *Notit. Eccleſ. cap.* 84 *pag.* 697 *Suppl. Diplom. part. I cap.* 17 *pag.* 815 *cap.* 35 *pag.* 829 *cap.* 42 *pag.* 834 *cap.* 45 *pag.* 836 *cap.* 48 *pag.* 837 *cap.* 73 *pag.* 855 *Lib. II cap.* 38 *pag.* 957 *Lib. III cap.* 140 *pag.* 1237

SATANACENSIS Præpoſitura Benedictinorum in Lotharingia. *Donat. Belg. lib. I cap.* 22 *pag.* 352 *cap.* 27 *pag.* 360 *cap.* 32 *pag.* 365

SCHAPEIA Inſula Angliæ, cum Præpoſitura Religioſorum Ciſtercienſium, quæ olim dependebat ab Abbatia Dunenſi Brugis. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 187 *pag.* 1322

SCHLADINIENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 86 *pag.* 303

SCHOLARES Bruxellis, videatur ſuprà, Domus Bonorum Puerorum.

SCHOOTEN Prioratus Religioſorum Ciſtercienſium ſub Abbatia Villarienſi, in Diœceſi Antverpienſi. *Suppl. Dipl. part. II cap.* 58 *pag.* 971

SEMINARIUM Antverpienſe. *Suppl. Diplom. part. II cap.* 173 *pag.* 1122

S. SEPULCHRI Abbatia Benedictinorum Cameraci. *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 35 *pag.* 155 *cap.* 54 *pag.* 174 *Notit. Eccl. cap.* 44 *pag.* 665 *cap.* 77 *pag.* 687 *cap.* 82 *pag.* 690 *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 81 *pag.* 965

S. SEVERINI Prioratus olim Benedictinorum in Condruſio juxta Leodium. *Supplem. Dipl. part. I cap.* 12 *pag.* 812

SIGBURGENSIS Abbatia Benedictinorum in Germania. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 12 *pag.* 1132 *cap.* 64 *pag.* 1177 *cap.* 75 *pag.* 1187

SLYPE, Commendaria Ordinis Melitenſis juxta Brugas. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 178 *pag.* 1316

SOLEMNIACENSIS Abbatia Benedictinorum, vulgo Solognac, in Gallia. *Notit. Eccleſ. cap.* 19 *pag* 649

SONEGIENSE S. Vincentii Capitulum Canonicorum in Hannonia. *Supplem. Diplomat. part. III cap.* 186 *pag.* 1321

SONNEBEKA Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 13 *pag.* 1133 *cap.* 32 *pag.* 1152 *cap.* 45 *pag.* 1163

SPARMALIA Abbatia Monialium Ciſtercienſium Brugis. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 190 *pag.* 1324

STABULENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 32 *pag.* 266 *Notit. Eccl. cap.* 40 & 41 *pag.* 663 *cap.* 48 *pag.* 668 *cap.* 75 *pag.* 686 *cap.* 77 *pag.* 687 *cap.* 79 *pag.* 688 *cap.* 88 *pag.* 998

S. STEPHANI Divionenſis Abbatia Canonicorum Regularium in Burgundia. *Donat. Belgic. lib. I cap.* 127 *pag.* 436

STRUMENSIS Abbatia Benedictinarum in Diœceſi Atrebatenſi. *Notit. Eccl. cap.* 60 *pag.* 676

SUSTERENSIS Abbatia Nobilium Dominarum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Don. Piar. pag.* 29 & *pag.* 283

SYLVA.

Digitized by Google

SYLVA-MAJOR, vulgo Sanve-majeur Abbatia Benedictinorum in Gallia. *Notit. Eccl. cap.* 46 *pag.* 666

SYLVÆDUCENSE Capitulum Cathedrale S. Joannis Evangeliſtæ. *Donat. Belg. lib. I cap.* 143 *pag.* 451 *Supplem. Diplomat. part. I cap.* 121 *pag.* 913

SYLVÆDUCENSES Epiſcopi & Vicarii Apoſtolici. *Suppl. Dipl. part. I cap.* 121 *pag.* 918

SWIBECA, Abbatia Monialium Ciſtercienſium prope Teneramundam, in Diœceſi Gandavenſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 97 *pag.* 415 *cap.* 98 & 99 *pag.* 416 *Notit. Eccleſ. cap.* 159 *pag.* 743 *cap.* 163 *pag.* 746

T

TENERAMUNDANUM Capitulum Canonicorum B. M. V. in Diœceſi Gandavenſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 72 *pag.* 82 *Donat. Belgic. lib. II cap.* 97 *pag.* 573 *cap.* 118 *pag.* 585 *Supplem. Dipl. part. III cap.* 154 *pag.* 1264

TERBANCK-Prioratus Monialium Ciſtercienſium juxta Lovanium. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 82 & 83 *pag.* 987

TERUANENSE ſeu Morinenſe Capitulum olim Cathedrale, in Artheſia. *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 157 *pag.* 1077 *cap.* 162 *pag.* 1102 *Part. III cap.* 60 *pag.* 1174 *cap.* 166 *pag.* 1298

THENENSE Capitulum S. Germani in Diœceſi Mechlinienſi. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 70 *pag.* 190 *cap.* 79 *pag.* 199

THEODORICI Abbatia Benedictinorum Remis in Gallia. *Supplem. Diplomat. part. I cap.* 11 *pag.* 812

THORENSE Capitulum Canonicarum Nobilium in Diœceſi Leodienſi. *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 24 *pag.* 146 *Donat. Belg. lib. II cap.* 21 *pag.* 507 *Supplem. Dipl. part. II cap.* 72 *pag.* 855 *cap.* 76 *pag.* 857 *cap.* 85 *pag.* 862 *cap.* 92 *pag.* 869 *cap.* 103 & 104 *pag* 880

THOSA, vide Doeſt.

THRONUS MARIANUS, Prioratus Canonicorum Regularium in Campinia, nunc deſtructus, ſub Diœceſi Antverpienſi. *Donat. Belg. lib. I cap.* 144 *pag.* 452

TONGERLOENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Campinia, ac Diœceſi Sylvæducenſi. *Cod. Donat. Piar. cap.* 87 *pag.* 97 *Donat. Belg. lib. I cap.* 109 *pag.* 423 *cap.* 110 *pag.* 424 *cap.* 122 *pag.* 431 *Lib. II cap.* 49 *pag.* 536 *cap.* 62 *pag.* 550 *cap.* 115 & 116 *pag.* 584 *cap.* 133 *pag.* 598 *Notit. Eccleſ. cap.* 74 *pag.* 686 *cap.* 186 *pag.* 762 *Supplem. Diplom. part. I. cap.* 32 *pag.* 828 *cap.* 51 *pag.* 841 *cap.* 87 *pag.* 864 *cap.* 95 *pag.* 870 *cap.* 102 *pag.* 879 *cap.* 121 *pag.* 913

TORNACENSE Capitulum Cathedrale B. M. V. *Cod. Don. Piar. cap.* 2 *pag.* 6 *Donat. Belg. lib. I cap.* 4 *pag.* 336 *cap.* 70 *pag.* 394 *cap.* 96 *pag.* 415 *Notit. Eccl. cap.* 15 *pag.* 647 *Supplem. Dipl. part. II cap.* 32 *pag.* 952 *cap.* 35 *pag.* 955 *cap.* 43 *pag.* 960 *cap.* 47 *pag.* 963 *cap.* 50 *pag.* 965 *cap.* 51 *pag.* 966 *cap.* 61 & 62 *pag.* 973 *cap.* 67 *pag.* 976 *cap.* 74 *pag.* 981 *cap.* 75 *pag.* 982 *cap.* 76 *pag.* 983 *cap.* 78 *pag.* 984 *cap.* 80 *pag.* 985 *cap.* 96 *pag.* 994 *cap.* 133 *pag.* 1031 *cap.* 138 *pag.* 1036 *Part. III cap.* 3 *pag.* 1127 *cap.* 36 *pag.* 1154 *cap.* 39 *pag.* 1157 *cap.* 49 *pag.* 1166 *uſque ad* 1169 *cap.* 91 *pag.* 1197 *cap.* 170 *pag.* 1310 *cap.* 174 *pag.* 1313 *cap.* 179 *pag.* 1317 *cap.* 192 *pag.* 1326

TREVIRENSE Capitulum Metropolitanum S. Petri, in Germania. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 2 *pag.* 241

TRINITARII in Hondiſchota in Flandria. *Notit. Eccl. cap.* 154 *pag.* 740

TRUDONENSE Capitulum Canonicorum in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 62 *pag.* 1175

TRUDONENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Leodienſi. *Cod. Don. Piar. cap.* 51 *pag.* 61 *cap.* 52 *pag.* 62 *cap.* 53 *pag.* 63 *Donat. Belgic. lib. II cap.* 5 *pag.* 493 *cap.* 11 *pag.* 499 *cap.* 17 *pag.* 17 *pag.* 505 *cap.* 32 *pag.* 520 *Suppl. Diplom. part. I cap.* 43 *pag.* 835 *Part. II cap.* 73 *pag.* 974

TRUNCINIENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium juxta Gandavum. *Cod. Donat. Piar. cap.* 96 *pag.* 104 *Diplom. Belgic. lib. I cap.* 56 *pag.* 177 *Lib. II cap.* 42 *pag.* 529

TURNHAUTANUM Capitulum Canonicorum S. Petri in Diœceſi Antverpienſi. *Suppl. Diplom. part. II cap.* 134 *pag.* 1033 *Part. III cap.* 153 *pag.* 1263 & *ſequentibus.*

V

VALENCENENSE Capitulum Canonicorum ad Aulam Comitis. *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 73 *pag.* 980 *cap.* 137 *pag.* 1035 *cap.* 141 *pag.* 1038 *cap.* 142 *pag.* 1040 *Part. III cap.* 140 *pag.* 1237 *cap.* 42 *pag.* 1241 *cap.* 184 *pag.* 1320

VALENCENENSE S. Joannis Baptiſtæ olim Capitulum Canonicorum ſæcularium, nunc Abbatia Regularium. Vide S. Joannis Abbatia.

VALENCENENSIS Præpoſitura Benedictinorum B. M. V. in Diœceſi Atrebatenſi. *Dipl. Belg. lib. II cap.* 35 *pag.* 268 *Donat. Belgic. lib. II cap.* 27 *pag.* 514

VALIENPONT Commendaria Ordinis Melitenſis in Gallo-Brabantia. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 106 *pag.* 1209

VALLIS DEI, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Leodienſi ac Ducatu Limburgenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 78 *pag.* 299

VALLIS DUCIS Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Mechlinienſi. *Notit. Eccl. cap.* 179 *pag.* 755 *cap.* 180 *pag.* 756

VALLIS S. LAMBERTI, Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium, juxta Leodium. *Notit. Eccl. cap.* 117 & 118 *pag.* 719 *cap.* 122 *pag.* 722 *cap.* 124 *pag.* 726 *cap.* 134 *pag.* 730

VALLIS NOSTRÆ DOMINÆ, Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Leodienſi. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 52 *pag.* 842 *cap.* 58 *pag.* 845 *cap.* 65 *pag.* 849

VALLIS ROSARUM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium in Diœceſi Mechlinienſi. *Notit. Eccl. cap.* 160 *pag.* 744

S. VEDASTI Abbatia Benedictinorum Atrebati. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 4 & 5 *pag.* 126 *cap.* 14 *pag.* 134 *cap.* 15 *pag.* 136 *cap.* 29 *pag.* 149 *Lib. II cap.* 31 *pag.* 265 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 10 *pag.* 932 *cap.* 11 *pag.* 934

VICTO-

VICTORINÆ Antverpiæ, vulgo Ter-Nonnen. *Donat. Belg. lib. I cap.* 131 *pag.* 438

VICTORINÆ Mechliniæ, vulgo Blydenbergh. *Notit. Eccl. cap.* 199 *pag.* 771

VICONIENSIS Abbatia Religioſorum Præmonſtratenſium in Diœceſi Atrebatenſi. *Not. Eccl. cap.* 146 *pag* 736 *Supplem. Diplom. part. III cap.* 47 *pag.* 1165

VILLARIENSIS Abbatia Religioſorum Ciſtercienſium in Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 60 *pag.* 287 *cap.* 91 *pag.* 307 *Supplem. Diplom. part. II cap.* 58 *pag.* 971

VINEA B. M. V. Abbatia Monialium Ciſtercienſium Lovanii. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 149 *pag.* 1049

VIRDUNENSE Capitulum Cathedrale in Lotharingia. *Supplem. Diplom. part. I cap.* 86 *pag.* 863

VIRIDIS VALLIS Prioratus Canonicorum Regularium juxta Bruxellam, in Diœceſi Mechlinienſi. *Notit. Eccleſ. cap.* 210 *pag.* 779 *cap.* 213 *pag.* 780

VLIERBECANA Abbatia Benedictinorum juxta Lovanium in Diœceſi Mechlinienſi. *Codic. Don. Piar. cap.* 80 *pag.* 90 *Supplem. Diplom. part. I cap.* 33 & 34 *pag.* 828 & 829 *cap.* 37 *pag.* 830 *cap.* 84 *pag.* 861

ULTRAJECTENSE Metropolitanum Capitulum S. Martini. *Cod. Don. Piar. cap.* 10 *pag.* 13 *cap.* 42 *pag.* 52 *Diplom. Belg. lib. I cap.* 34 *pag.* 155 *cap.* 94 *pag.* 209 *cap.* 95 *pag.* 210 *cap* 109 *pag.* 228 *Lib. II cap.* 6 *pag.* 245 *cap.* 27 *pag.* 262 *cap.* 28 *pag.* 263 *cap.* 64 *pag.* 289 *Donat. Belgic. lib. I cap.* 60 *pag.* 387 *cap.* 126 *pag.* 436 *Lib. II cap.* 3 *pag.* 491 *cap.* 4 *pag.* 492 *cap.* 6 *pag.* 494 *cap.* 10 *pag.* 498 *cap.* 12 *pag.* 499 *cap.* 13 *pag.* 501 *cap.* 40 *pag.* 526 *cap.* 46 *pag.* 532 *cap.* 107 *pag.* 580 *cap.* 135 *pag.* 600 *cap.* 136 & 137 *pag.* 603 *Notit. Eccleſ. cap.* 215 *pag.* 781 *Supplem. Diplomat. part. II cap.* 133 *pag.* 1032

ULTRAJECTINI Archiepiſcopatûs Erectio. *Donat. Belg. lib. II cap.* 140 *pag.* 618

ULTRAJECTENSE Capitulum Collegiatum S. Salvatoris. *Supplem. Diplom. part. II cap.* 40 *pag.* 958

UNIVERSITAS Colonienſis. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 149 *pag.* 1253

UNIVERSITAS Duacenſis. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 116 *pag.* 238

UNIVERSITAS Lovanienſis. *Dipl. Belg. lib. I cap.* 107 *pag.* 223 *cap.* 108 *pag.* 225 *Supplem. Diplomat. part. I cap.* 117 *pag.* 896 *Part. II cap.* 160 *pag.* 1093

B. URSULÆ Prioratus Monialium Lovanii, vulgò *Half-ſtracte. Supplem. Diplom. part. III pag.* 1334.

W

WAETERINGHE Prioratus Religioſorum Ciſtercienſium in Hollandia. *Notit. Eccleſ. cap.* 125 *pag* 786

WALCIODORENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Namurcenſi. *Diplom. Belg. lib. II cap.* 24 *pag.* 259 *cap.* 33 *pag.* 267

WALLARE, Prioratus Benedictinorum destructus, in Hannonia. *Donat. Belg. lib. II cap.* 1 & 2 *pag.* 489 & 490

WARNETONENSIS Abbatia Canonicorum Regularium in Diœceſi Iprenſi, olim Capitulum Canonicorum. *Donat. Belg. lib. I cap.* 48 *pag.* 379 *cap.* 61 *pag.* 387 *cap.* 63 *pag.* 389 *cap.* 72 *pag.* 395

WATANENSIS Præpoſitura Canonicorum Regularium in Diœceſi Audomarenſi, nunc extincta. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 23 *pag.* 1141 *cap.* 166 *pag.* 1298 *cap.* 171 *pag.* 1311

WEVELGHEM, Abbatia Monialium Ciſtercienſium, juxta Cortracum, in Diœceſi Tornacenſi. *Supplem. Diplom. part. III cap.* 111 *pag.* 1212

WINOCIBERGENSIS Abbatia Benedictinorum in Diœceſi Iprenſi, olim Capitulum Canonicorum. *Donat. Belg. lib. II cap.* 25 *pag.* 511 *cap.* 35 *pag.* 522 *cap.* 59 *pag.* 546 *Notit. Eccl. cap.* 96 *pag.* 705

WORMACIENSE Capitulum Cathedrale in Germania. *Notit. Eccl. cap.* 158 *pag.* 742

X

XENODOCHIUM S. Joannis Bruxellenſe. *Cod. Don. Piar. cap.* 84 *pag.* 94 *Notit. Eccl. cap.* 91 *pag.* 765

XENODOCHIUM B. M. V. & XII Apoſtolorum Bruxellis. Vide etiam ſupra Hoſpitale. *Diplom. Belg. lib. I cap.* 57 *pag.* 177

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX FAMILIARUM,

Perſonarumque Illuſtrium, quarum Stemmata Genealogica in hiſce Operibus Diplomaticis exhibentur.

A

ALoſtenſes Comites. pagina 74.
Antverpienſes Marchiones. pag. 88. 695.
Arauſionenſes Principes. pag. 219.
Ardæ Domini. pag. 357.
Altenæ Domini pag. 414.
Aveſnenſes Domini. pag. 434. 703. 777. & 778.
Angiæ Domini. pag. 448. 753.
Arichotani Comites. pag. 319. 375.
Ansberti aliorumque Majorum Domûs Regiæ Stemma. pag. 495.
Auſtriæ Marchiones & Duces. pag. 539.
Albertus & Iſabella Belgii Principes. pag. 630.
Antonienſes Domini. pag. 315.
Anderlechtenſis Eccleſiæ Patroni & Advocati. pag. 711.
Audomarenſes Caſtellani. pag. 756.
Abcoudæ Domini. pag. 784.
Aldenardenſis Magiſtratus. pag. 1240.

B

BEthuniæ Advocati. pag. 82. 396.
Bracle Domini. pag. 155.
Bolonienſes Comites. pag. 160. 162.
Boulariæ Domini. pag. 165. 418. 747.
Brabantiæ Duces. pag. 181. 207. 400. 440. 454. 694.
Bergizomenſes Marchiones. pag. 210. 409. 449. 775.
Bredani Domini & Barones. pag. 219. 409. 442. 765. 775. 570.
Bornhemii Barones. pag. 309.
Barrenſes Comites ac Duces. pag. 403. 694.
Berthautii Mechliniæ Domini. pag. 448. 751. 767. 771.
Brabantiæ Barones ac Proceres. pag. 324. 446. 459. 599. 629.
Buræ Comites. pag. 465.
Belgicæ Familiæ Illuſtres antiquitus & hodie pag. 465.
Boxtel Familia. pag. 469. 782.
Bavariæ Duces. pag. 509.
Barbençon Familia. pag. 596.
Burgundionum Reges primæ ſtirpis. pag. 638.
Berengarii Italiæ Reges. pag. 646.
Burgundiæ Duces. pag. 707.
Bergenſes Comites ac Principes. pag. 729. 730.
Bruxellenſes Patricii & Magiſtratus. pag. 779. 1307.
Brabantiæ Barones Veteres. pag. 804.
Belgica Nobilitas. pag. 804. 324. 446. 782.
Brienne Familia. pag. 993.
Brabantiæ Conſilium. pag. 1013.
Brugenſis Præpoſitura ac Juriſdictio. pag. 716

C

CAmeracenſes Comites ac Duces. pag. 56. 154. 234. 1296.
Conradorum Imperatorum Stemma. pag. 184.
Chimacenſes Principes. pag. 232.
Ciſonienſes Barones. pag. 411.
Cruningen Familia. pag. 431.
Craeyenhem Familia. pag. 452.
Cliviæ Comites ac Duces. pag. 458.
Croy Familia. pag. 460. 232. 789.
Caroli Martelli Stemma. pag. 491. 492.
Caroli Magni Imperatoris Stemma. pag. 497.
Caroli Calvi Imperat. Stemma. pap. 503. 692.
Cuyckenſis Familia. pag. 217.
Caſtellani per Belgium. pag. 551.
Carolingorum Imperatorum & Regum Stemma. pag. 644. 650. 692.
Capeticæ Gentis ac Franciæ Regum Stemma. pag. 659. 660. 693. 707.
Caſtellionenſes Domini. pag. 669. 749.
Cerviæ Domini. pag 678.
Chiniacenſes Comites. pag. 701.
Candavene Familia. pag. 704. 819.
Condatenſes Domini. pag. 726.
Crequy Familia. pag. 756.
Conſilium Brabantiæ. pag. 1013. Mechliniæ. pag. 1044. Namurci. pag. 1047. Flandriæ. pag. 1252. Luxemburgenſe. pag. 1282.
Cominii Domini. pag 570.
Conſtantinopolitani Imperatores Latini. pag. 406. 558.
CortembergenſesNobilium BrabantinorumTabulæ. pag. 324. 446. 782. 1013. 1020.
Corſwarem Familia. pag. 831.
Cancellarii Brabantiæ. pag. 1014.
Colonienſis Univerſitas. pag. 1253.

D

DIeſtenſesDomini. pag. 219. 297. 443. 444. 768.
Divæorum Familia. pag. 375.
Duffelæ Domini. pag. 598. 767.
De Man Familla. pag. 712.
Duacenſis Univerſitas. pag. 238.

E

EGmondani Comites. pag. 464. 465.

F

FRentz Barones. pag. 231.
Flandriæ Comites. pag. 295. 372. 381. 393. 515. 529. 780.
Fiennes Domini. pag. 405.
Flandriæ Officiarii Hæreditarii. pag. 187. 422.
Falcoburgenſes Domini. pag. 447.
Fredericorum Imperatorum Stemma. pag. 538.
Flandriæ Barones. pag. 804.
Flandriæ Conſilium & Præſides. pag. 1252.

G

GAndenſes Comites ſeu Caſtellani. pag. 45. 315. 430. 759.
Giſnenſes Comites. pag. 180. 191. 192. 355. 382. 566.
Gelriæ Comites, ac Duces. pag. 305. 450. 465.
Gregorii V. Papæ Stemma. pag. 344.
Grimbergæ Domini. pag. 427. 441. 542. 728. 729. 747.
Gavere Domini. pag. 442. 549. 572.
Glimes Comites. pag. 449.
Gaesbecæ Domini. pag. 711. & 712. 775.
Giſtellæ Domini. pag. 774.

Hollan-

Digitized by Google

H

HOllandiæ Comites. pag. 72. 777.
Houffalizæ Domini. pag. 229.
Henricorum Imperatorum Stemma. pag. 263. 509. 538. 661.
Heinsbergii Domini. pag. 280. 281. 701. 779.
Hannoniæ Comites. pag. 295. 364. 515. 518. 667. 777. & 778.
Heynenſes Barones. pag. 411.
Hannoniæ Pares & Barones. pag 415. 697. 804.
Hornani Comites. pag. 469. 785.
Hamaliæ Domini pag. 576.
Hierge Domini. pag. 683 689.
Heerenbergenſes Comites. pag. 754.
Herſtalli Domini pag. 775.
Herentalienſis Oppidi Origo. pag. 197.

I

INſulenſes Caſtellani. pag. 54.
Juliacenſes Comites ac Duces. pag. 567.
Jauche Familia. pag. 760.
Immerſele Familia. pag. 783.

L

LOvanienſes Comites. pag. 41. 178. 363. 671.
Loſſenſes Comites. pag. 281. 701. 731.
Lotharingiæ Superioris item Inferioris Duces ac Reges. pag. 354. 363. 390. 395. 410. 691. & ſeqq.
Landaſtenſes Domini. pag. 411. 686.
Lovanienſes Domini. pag. 423 440.
Liedekereæ Domini. pag. 442.
Ludovici Pii Imperat. Stemma. pag. 500.
Ligne Familia. pag. 596.
Lovanienſis Magiſtratus. pag. 1024. 1026. 1247. 1254. 1334.
Lovanienſis Univerſitas. pag. 223. 225. 896. 1093.
Luxemburgenſe Conſilium. pag. 1282.
Luxeburgenſes Comites ac Duces. pag. 47. 221. 223. 301. 346 509. 599. 749. 750.
Lothariorum Imperatorum Stemma. pag. 184. 501. 692.
Limburgenſes Comites ac Duces. pag. 198. 211. 301.
Lenſenſes Caſtellani. pag. 204. 211.

M

MOntenſes Comites ac Duces. p. 211. 414.
Merodii Comites. pag. 229. 461. 463.
Middelburgenſes Comites. pag. 230.
Marcani Comites pag. 414.
Mortaniæ Domini. pag. 415. 703.
Mechliniæ Domini. pag. 448. 728. 771. 1017.
Majores Domûs Regiæ. pag. 491. 494. 495.
Moſellaniæ Duces. Vide Duces Lotharingiæ.
Montis Mirabilis, vulgo Montmirail, Domini. pag. 730.
Mechlinienſe Conſilium & Præſides. pag. 1044. & 1045.
Maelſtede Familia. pag. 1235.
Manumiſſionis Formula. pag. 288.
Moſætraject. Civitatis Privilegia. pag. 1274.
Mechlinienſis Magiſtratus. pag. 1309.

N

NAmurcenſes Comites. pag. 183. 196. 298. 299. 318. 323. 363.
Ninoviæ Domini. pag. 441. 528. 452. 728.
Naſſavii Principes. pag. 219. 728.
Naeldwyck Domini. pag. 789.
Namurcenſe Conſilium & Præſides. pag. 1047. & 1049.

O

OFficiarii Hereditarii Comitum Flandriæ. pag. 187. 422.
Otthonum Imperatorum Stemma. pag. 343.
Oiſiaci Domini. pag. 730.

P

PIpinorum Stemma. pag. 494. 642.
S. Pauli Comites. pag. 704. 749.
Peruetani Domini. pag. 775.
Patricii Lovanienſes. pag. 1026. 1247. 1254.
Præſides Mechlinienſis Conſilii. pag. 1045. Namurcenſis. pag. 1049. Flandriæ ſeu Gandavenſis. pag. 1252.
Philippus Bonus Dux Burgundiæ. pag. 1256.

R

S. RIctrudis Fundatricis Abbatiæ Marchianenſis Stemma. pag. 139.
Ribodimontis Domini. pag. 357.
Ranſt Familia. pag. 469.
Raginerorum primorum Hannoniæ Comitum Stemma. pag. 48. 253. 518. 692.
Rodes Barones. pag. 575.
Retelenſes Comites. pag. 683.
Roucy Comites. pag. 703.

S

SOtteghem Familia. pag 315. 739. 740. 743.

T

TEneramundæ Domini. pag. 82. 413. 743.
Treſloniæ Marchiones. pag. 229.
Traſegniæ Domini & Marchiones. pag. 576. 747. 765.
Teſtamentum S. Remigii Archiepiſcopi Remenſis. pag. 1. & 636. S. Leodegarii Epiſcopi Auguſtodunenſis. pag. 335. Mathildis Comitiſſæ Bolonienſis. pag. 314. S. Willebrordi Archiepiſcopi Ultrajectini. pag. 11. S. Everardi Comitis Ciſonienſis. pag. 19. Henrici III. Brabantiæ Ducis. pag. 207. Philippi Boni Ducis Burgundiæ. pag. 1256.

V

VIrdunenſes Comites. pag. 145.
Viandenſes Comites. pag. 307. 441. 772.
Van Dieve Familia. pag. 375. 431.
Valencenenſes Comites. pag. 516. 518.
Vademontani Comites. pag. 694.
Udekem Familia pag. 586. 849.

W

WEſterloæ Marchiones. pag. 229
Weſemaliæ Domini. pag. 424. 448. 786.
Welforum Stemma. pag. 538.
Wavrin Domini. pag. 422.
Walcourt prope Bruxellam Domini. pag. 711. 738.
Wiſſekereke Familia. pag. 748.

Z

ZUentiboldi Lotharingiæ Regis Stemma. pag. 250. 253. 692.

FINIS.

APPROBATIO CENSORIS ORDINARII.

HÆc Auberti Miræi *Opera Diplomatica & Hiſtorica*, duobus tomis comprehenſa, propter eminentem multarum magnarumque rerum, quas continent, quaſque vel ſolus præſens eorum titulus palam exhibet , dignitatem, omni ſemper acceptione digna; & ideò jam pridem cum Approbatione Cenſoris Ordinarii ac Privilegio Regio typis Belgicis edita, & commun ijudicio, uſu ac utilitate laudata : nunc per ſecundam hanc editionem novam, ampliori Litteratorum omnium commodo prodeunt, utpote, à pluribus mendis expurgata, egregiis Notis ac Indicibus illuſtrata, multiſque præterea antiquis monumentis & munimentis adaucta & locupletata. Quapropter in perpetuum publicum Bonum, publicam denuò lucem digniſſimè promerentur. Dabam Lovanii hac 19. Novemb. 1722.

HERMANNUS DAMEN, S. Theologiæ Doctor Regens, Privilegiorum Univerſitatis Lovanienſis Conſervator, Decanus S. Petri ibidem, Præſes Collegii Atrebatenſis, Librorum Cenſor.

SUMMA PRIVILEGII.

CAROLUS Dei Gratiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hiſpaniarum & Indiarum &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Diplomate ſuo ſanxit, ne quis præter Ægidii Denique, Typographi Univerſitatis Lovanienſis, voluntatem, *Opera* Auberti Miræi, *aucta & Notis illuſtrata* intra duodecim annos proximè ſequentes imprimat, aut alibi locorum impreſſa in has Regiones importet venaliave exponat; ſub pœna confiſcationis eorumdem Librorum & 30. florenorum pro quolibet exemplari: ut latiùs patet in Litteris datis Bruxellæ 16. Novembris 1722.

Signatum

LOYENS.

A01 1474258